UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUE
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

IOANNIS

MALDONATI ANDALVSII

SOCIETATIS IESV

THEOLOGI

46572

COMMENTARIORVM IN QVATVOR EVANGELISTAS.

Tomus II.

IN LVCAM ET IOANNEM.

AD SERENISSIMVM LOTHARINGIÆ DVCEM.

MOGVNTIÆ,

Sumptibus Hermanni Mylij Birckmanni,
Typis verò Balthasaris Lippij.

Cum Gratia & Priuilegio Sacræ Cæs. Maiest.

M. DC. XI.

Dr. José Yg.º de Larrañaga.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080046381

SERENISSIMO PRINCIPI CAROLO III. CALABRIAE, LOTHARINGIÆ, GELDRIÆ, ET BARRI DVCI, &c.

MVSSIPONTANÆ ACADEMIÆ THEOLOGI SOCIETATIS IESV, SALVTEM IN EO, QVI EST VERA SALVS.

ESt hoc in vera Principum laude, Dvx Serenissime, vt cùm à suis beneficium accipere non possunt, tamen eorum erga se studiis delectentur, faciantq; humanitate & gratia, vt quę officia fuerint maxime, beneficia fuisse videantur. Vlq; adeo ingenuæ nobilitati altè insitum est bene de omnibus mereri, non despicere fortunam tenuiorum, non efferri magnitudine gloriæ, dignitatē in eo ponere, non vt aliis fortunæ copiâ, sed vt humanitatis laude antecellat? Et abundamus nos quidem in hoc genere humanitatis Tuæ in re nostra domesticis exemplis & publicis, quibus nos quoad victuri omnes sumus, immo quoad nominis nostri memoria exstabit, immortaliter Tibi, familiæq; Tuæ debebimus: sed illa quæ intempestiua huic loco videri poterant, profiteri animo satis habuimus, commemorare idcir co oratione noluimus, quod beneficium qui alieno loco cōmemorat, gratiam omnem beneficij minuit. Illud huic rei propriū est, quod cum superiore anno exeunte Maldonatus noster cum optimi sui operis parte Tua in Lotharingia, in hac Mussipontana Academia feliciter in lucē exiisset, nobis authoribus se suūq; opus Tibi detulisset, quod eo nomine Tibi debuit, quod in Academia Tua, Tuo beneficio posteritati natus erat, hoc Tu eius studio erga Te sic es liberaliter delectatus, vt quod in Te iustum officiū fuit, videreris id in accepti beneficij loco numerare. Pro qua gratia Maldonatus ipse si is hodie viueret, qui Tibi olim est cognitus, tametsi erat eā modestiā, vt cùm alij multa in eo pro suo quisque iudicio

UANL FONDO

dicio mirarentur, magnus ille eâ ætate Cardinalis Lotharingus nihil se in eo plus quam animi demissionem mirari diceret, tamen tibi gratias ageret, putaretq; id sibi esse faciendum, vt quam maxima voluntate erga te opus integrum, quod altera iam parte cumulatum esset, tuo nomini offerri, tibi addici vellet. Nullum esse cui absolutum magis deberet, quàm cui institutum affectumque tam amicè & comiter placuisset. Quo officij genere suum hunc animum probare ipse non potest, hoc nos adeo de eius voluntate, communi erga te beneuolentia, tuæ atque illius virtuti persoluimus. Proferimus, qui excudendi supererant Euangelistas duos, secundis illos curis & vigiliis illustratos, sed quæ nihil metuendum sit, ne aut non primis respondeant, aut non præ illis laudabiliter secundæ dici possint. Apparebunt ipsi in Tuo nomine, exstabuntque, & apud posteros, & in omnium gentium luce Societatis nostræ in te ac tuos obseruantiæ monimentum. Nec oramus iam, vt tibi grati sint, qui hoc nobis de humanitate Tua pollicemur; hoc confidimus fore, vt hæc opera alias euocet, neq; hîc finem huius Academiæ fructus Tuæ Celsitudini tuisq; inscribendi, sed principium ab hoc opere faciamus. Vale, Mussiponti Kal. Martiis. CIↃ. IↃ. XCVII.

PRIVI-

PRIVILEGIVM CAESAREAE MAIESTATIS AD DECENNIVM.

RVDOLPHVS *Secundus, diuina fauente clementia electus Romanorũ Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hũgariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & VVirtẽbergæ. Comes Tirolis, &c. Agnoscimus ac notũ facimus tenore præsentiũ vniuersis. Quod cũ nobis humiliter exponi curarit Collegium Societatis* IESV *Mussiponti anum editionem sese meditari Commentariorum Ioannis Maldonati, eiusdem Societatis* IESV *Theologi, in quatuor Euangelistas in duos Tomos diuisorum, idq; per Typographum Stephanum Mercatorem, qui nõ leues in eandem editionem expensas faciat, vereri autem, ne, quod plerumq; in alijs libris & lucubrationibus fieri solet, alij Typographi hos commentarios quæstus & lucri causa sibi aut Typographo supradicto in fraudem imitentur ac venum dent, nosq; proinde obnixe rogarit, vt sibi ac Typographo iam ante nominato authoritate nostra ac priuilegio aduersus eiusmodi æmulationem ac fraudem satis cautum vellemus. Considerãtes itaq; quam supradicti Ioannis Maldonati, cuius præstans ac rara in variis disciplinis, præcipue vero in Philosophia ac Theologia doctrina, ac diuini numinis cultus religioque nobis, ac spectatæ fidei viris ministrisque nostris maiorem in modum prædicatur, Commentarij Christiano populo vtiles & ad pietatẽ excitandam peropportuni futuri sint, humillimis eiusdem precib., tanquam æquissimis, annuentes, ex certa nostra scientia, animoq; bene deliberato, pro auctoritate nostra Cæsarea decreuimus, edximus, statuimus ac vetuimus, quemadmodum vigore præsentium decernimus, edicimus, statuimus, ac vetamus, ne quisquam Typographorum, Bibliopolarum, ac aliorum quorumcunq; librariam negotiationem exercentium prænarratos Commentarios per decennium, à prima editionis die computandum intra Sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines simili aut alio quopiam charactere vel forma, siue in toto vel in parte recudere aut alto recudendos dare, vel alibi etiam impressos adducere, vendere, austrahere eue clam vel occulte, citra voluntatẽ & consensum prædicti Stephani Mercatoris, suorumue hæredum præsumat. Si quis vero secus faciẽdo priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum spernere, negligere, aut trãsgredi conatus fuerit, eum non solũ omnibus exemplaribus, per eam quippe excusis & adductis, (quæ quidem supradictus Stephanus Mercator, aut hæredes,*

redes, eorumue mandatarij vbicunque deprehensa, vel propria authoritate vel Magistratus loci illius auxilio sibi vendicare poterunt,) de facto priuandum, sed & pœna insuper decem marcharum auri puri, Fisco nostro Cæsareo fraudis vindici & sæpe fati Stephani Mercatoris, suorumue haredum vsibus ex æquo pendenda, decernimus irremissibiliter plectendum. Dummodo tamẽ idem Stephanus Mercator terna ad minus eorundem Commentariorũ exemplaria propriis suis sumptibus quam primum ad Cancellariam nostram Imperialem transmittere teneatur, quatenus priuilegio hoc nostro vti voluerit, quod si neglexerit, eo ipso priuatus & exutus plane censeatur.

Mandamus ergo vniuersis nostris, ac Sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hareditariorum subditis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præminentiæ existant, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, præsertim vero iis, qui in magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum suorum nomine & loco Iuris ac Iustitiæ administrationem exercent, ne quempiam priuilegium hoc nostrum Cæsareum, temere & impune transgredi aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos comperierint, præscripta pœna plecti, aliisq; idoneis modis coërceri curent: quatenus & ipsi eandem multam euitare maluerint. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, ac sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in arce nostra Regia Pragæ, die decimaseptima mensis Augusti. Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. Regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quarto, Bohemici itidem vigesimo primo.

Rudolphus.

Jo. VV. Freymon.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ
Maiestatis proprium.

Io. Barutius.

APPRO-

APPROBATIO FACVLtatis Theologiæ.

CVM sacra Theologiæ Facultas iussu R. D. Rectoris congregata esset, audita relatione quatuor Doctorum, qui ex prædictæ Facultatis decreto IOANNIS MALDONATI COMMENTARIOS IN QVATVOR EVANGELISTAS examinarunt, & testati sunt in iis se nihil erroneum, & fidei orthodoxæ contrarium obseruasse; immo multa ad scripturam intelligendam, & hæreses nostri sæculi refellendas, veramque doctrinam Ecclesiæ confirmandam vtilissima reperisse: Permisit eadem facultas, vt prædictus liber typis excuderetur. Mussiponti XXIII. Maij. clɔ. Iɔ. XCVI.

De mandato R. D. Rectoris.

Bague.

FACVLTAS PROVINCIALIS SOCIETATIS IESV IN PROVINCIA FRANCIÆ.

EGO Clemens Puteanus Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Franciæ potestate ad id mihi facta per R^dum. P. Claudium Aquauiua Societatis nostræ Præpositum Generalem permuto, vt duo Tomi Commentariorum in quatuor Euangelistas IOANNIS MALDONATI Societatis nostræ Theologi, à doctis, & grauibus Societatis nostræ Theologis diligenter examinati, & approbati typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro obsignatas dedimus. Mussiponti Cal. Septembr. An. D. clɔ. Iɔ. XCVI.

Clemens Puteanus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IOANNIS MALDONATI SOCIETATIS IESV THEOLOGI COMMENTARII.

IN EVANGELIVM D. LVCÆ.

PRÆFATIO.

Lucas Antiochenus.

LVcam Antiochenum omnes veteres auctores faciunt, Eusebius libro 3. hist. Eccles. cap. 4. Hieron. in libro de scripto. Eccles. c. 17. Dorothe. in Synop. Isid. libr. de script. Eccles. cap. 84. Beda in præf. in Acta Apost. Oecumen. Actor. 1. Simeon Metaphr. in eius vita.

Lucas Medicus.

Medicum fuisse arte iidē omnes auctores tradunt, ac præterea Chrysost. hom. 12. in epist. ad Col. Ambr. & Theophyl. ad Col. 4. 14. Non alio opinor argumēto, quam quod eo loco dicat D. Paul. *Salutat vos Lucas medicus carissimus.* Quod etsi Caluinus antiquitatis hostis, nouitatis amator refellere conatur: plus tamen tot tantorumque auctorum sententiis confirmatū, quam, quo illud ipse refellit, apud homines paulo modestioris ingenij habet ponderis. *Notior, inquit, erat Euangelista, quam vt opus fuerit tali indicatione, & splendidiore elogio fuisset insignitus. Certe coadiutorem suum, aut fidelem saltem comitem, & certaminum participem vocasset.*

In comitē.

Caluinus refellitur.

Ego vero contra, si Lucas ille, de quo Paulus loquebatur, Euangelista non erat, aliqua eum debuit certiore nota distinguere, non ita describere, vt omnis erraret antiquitas Euangelistam putans, qui medicus fuerit, arte longe diuersa. Titulo autem, quo alio insigniti meliore potuit, quam vt vnus inter multos, qui simul nominabantur, charissimus appellaretur? Quis enim illi charior, quam Lucas perpetuus eius comes, aut esse potuit, aut vocari debuit? Quis solus carissimus, nisi qui solus eum in summis periculis nō deseruerat? 2. ad Tim. 4. 11. Timotheus adiutor etiam in Euangelium eius erat: at non semper coadiutorē, non semper comitem, non semper eiusdem participem certaminis appellat: sed aliquando filium carissimum suum 1. Cor. 4. 17. titulo illi consimili, quem Lucæ tribuit, aliquando tantum Timotheum nullo adiuncto epitheto honoratiore 1. Corin. 16. 10. & ad Hebræos 13. 23.

Lucas pictor.

Pictorem etiam, scientia, vt arbitror, magis, quam professione vulgaris facit opinio, auctore nō carens. Nam Simeon Metaphr. & Nicephorus lib. 2. c. 43. & lib. 16. c. 16. id affirmant.

Isidorus proselytum fuisse scribit, Græcis, & philosophicis erudirum litteris, qualem medicinam professum esse oportebat: Hebraicas vero literas leuius attigisse, eam fuisse causam, vt paulo elegantius, quā cæteri Euangelistæ, scribat Græce, & scripturæ testimonia non ex Hebræis fontibus, sed ex Septuaginta interpretum editione proferre soleat. Quod de Græci sermonis cognitione & stylo dicit, vere dictum puto: quod de litteris Hebraicis, de que citatis ex Septuaginta scripturę testimonijs nolim iudicare, quam verum sit. Perexiguum enim inter eum, & cæteros Euangelistas in ea re discrimen animaduerto.

Lucas an ex septuaginta duobus discipulus fuerit.

An Christi discipulus fuerit, diuersas video veterum scriptorum esse sententias. Orig. dialogo 1. de recta in vnum Deum fide. Gregor. in præf. in Iob c. 1. & Simeon Metaph. vnum ex septuaginta duobus Christi discipulis fuisse dicunt, quos præter Apostolos ad prædicandum Euangelium dimisit Luc. 10. 1. Iren. lib. 3. cap. 11. Tertull. lib. 4. contra Marci. Eusebius libr. 3. histor. Eccles. c. 4. Hieron. in scriptor. Eccles. c. 17. Dorothe. in Synop. Beda in præf. in Lucam, & Petrus Damian. in serm. quodam de sancto Luca negant. Itaq; Tertul. non Apostolum, sed Apostolicum virum vocat, quo nomine vocari solebāt ij, qui quamuis Christum non audiuissent, audiuissent tamen Apostolos. Hoc probabilius non solum, quia plures id auctores affirmant, sed quia ipse etiā de se testatur. Cum enim dicit c. 1. 2. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderūt, & ministri fuerunt sermonis*, minime dubie significat se non vidisse, sed auditione ab iis, qui viderant, accepisse, quæ scripturus erat. Idem ex ver. 3. si recte verba pensentur, colligi potest: *Visum est, inquit, & mihi assecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere.* Assecutum enim se dicit omnia diligenter, id est, summa diligentia facta, dictaque Christi peruestigasse, vt illo loco docebimus, quod qui vidisset, minime fecisset. Neque argumentum quo quidam vti solent, mouet me de sententia Ecclesiæ, inquiunt, cum eius festum agit diem, legit illud ex eodem Luca cap. 10. 1. *Post hæc autem designauit Dominus, & alios Septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locū, quo erat ipse venturus*, quasi vnus ex illis Lucas fuerit. Solet enim Ecclesia, quæ de aliis dicta sunt, ad alios propter similitudinem aliquam accommodare. Quod apud eundem Lucam eodem capite ver. 42. scriptum est: *Maria optimam partem elegit*, quis nescit de Maria sorore Lazari dictum esse? atqui Ecclesia ad B. Mariā Christi matrem in eius festis accommodat. Quod Matthæi 12. 46. 47. dicitur: *Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te*, de vera Christi matre, eiusque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cognaris dictum est: accommodari tamen Ecclesiæ ad sanctam Felicitatem, & septem eius filios, cum eius celebrat festum.

Quando aut quomodo Lucas hisce perfecit Euangelium, vix quisquam est auctor. Tantum apud Nicephorum lego lib. 2. cap. 43. prædicante iam D. Paulo ad eum Thebas venisse, auditoq; credidisse. Quanti auctor ille merearur fidem, ab aliis alij mauolo, quã à me dicam: his semper audacior est visus.

Euæ. Paulo comes.

Pauli sectatorem, & comitem fuisse omnes consentiunt, alij etiam, qui eum Christi discipulum fuisse putarunt: neque eo loco illos omnes intelligunt, vbi D. Paulus nominat Lucam Colos. 4. 14. 2. Timot. 4. 11. Philem. 24. Quin & Lucium illum, de quo Ro. 16. 21. mentionem facit, veteres quidam auctores Lucam Euangelistam fuisse crediderunt, qui modo Lucius nominis, vt ad Latini sermonis formam aptaretur, ex Lucæ Lucius factus sit, vt Orig. lib. 10. comment. in epist. ad Rom. scribit.

B

Titulus Lucæ scripti.

Duos scripsit libros Euangelium primum, deinde Apostolorum Acta. Euangelium vt quidam volunt, non solum docente, atque hortante, sed etiã dictante D. Paulo. Vnde nata opinio illa est, quoties D. Paulus Euangelium suum dicit, hoc Lucæ Euangelium intelligi, vt Rom. 2. 16. & 16. 25. & 2. ad Thessal. 2. 14. quæ admodum Euseb. lib. 3. hist. Eccles. sail. c. 4. & Hieron. in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis referunt. Tertull. vero lib. 4. contra Marc. causam erroris indicat, & inquit, *Negestum, Paulo aferibere solemus: caput magistrum videri, qua discipuli promulgarint.* In eo omnes conlentiunt, cum D. Paulus 2. Corin. 8. 18. dicit, *cuius laus est in Euangelio*, Lucam designare. Quanquam, vt in præfatione diximus, quatuor Euangelistarum, non tam Euangelicam historiam, quam Euangelicam prædicationem eo loco significari arbitror. Alij hortante quidem, non tamen docente. Alij ne hortante quidem, sed docente: scripsisse enim non quæ ipse viderat, sed quæ audiverat ab illo, in qua sententia Tertul. videtur esse. Nonnulli ne do. cente quidem solo Paulo: nã enim ex illo solo, qui Christum nec alterius rei verum non viderat, aut in illum certe non crediderat: sed ex Apostolorum, aliorumque discipulorum, qui, vt ipse ait, viderant, & ministri sermonis fuerant, quæ scripsit, didicisse. Hoc magis credo: quo magis eum videri Euseb. & Hieron. propensa sententia: quia ipse in exordio ita loquitur, vt non obscure indicet, nullius se ad fidem habendam hortatoris habuisse, neque rationem aliam, quam quod alij facere conati essent: dictum profecto tanto se auctore fecisse fidei ducta fecillet auctoritate: cum temeritatis à se notam vellet removere, eamque ob causam præter cæterorum Euangelistarum morem, cur ad scribendum accederet, rationem afferret.

Lucam fuisse eum, qui post Christi resurrectionẽ cum Cleopha Emaunte iret, cum is se illis Christum ostendit Luc. 24. 18. tribuunt Greg. in præf. in lib. c. 1. & Simeon Metaphr. in eius vita, & Theoph. in cõmen. in c. Luc. 24. & Niceph. lib. 1. c. 34. Sed hanc opinionem supra refutauimus, cum docuimus, nõ fuisse Christi discipulum, quales, vt ibidem testatur Lucas, duo illi erant. Mortuum in Bithynia omnes scribũt. De ætate non conuenit nam Hieron. & Isidor. anno ætatis fuæ 84. Beda vero in Marc. 73. mortuum fuisse dicit.

Luc. 24. 21.

SAN

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT PRIMVM.

1. QVONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completa sunt, rerum: 2. sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: 3. visum est & mihi, assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile, 4. vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. 5. Fuit in diebus Herodis, Regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. 6. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, 7. & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. 8. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, 9. secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum Domini: 10. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. 11. Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi. 12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. 13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: 14. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt: 15. erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: 16. & multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum: 17. & ipse prædebet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: vt convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. 18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. 19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare. 20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, qua hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. 21. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. 22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt, quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. 23. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. 24. post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: 25. Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. 26. In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27. ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. 28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. 29. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. 30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. 31. ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. 32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, 33. & regni eius non erit finis. 34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? 35. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. 36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterili. 37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. 38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. 39. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda. 40. Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. 41. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius: & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth. 42. & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 43. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. 44. & beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. 45. Et ait Maria:

Magnificat anima mea Dominum: 47. & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

48. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

1. Reg. 2. 1. 2. 10.

Ex. 30. 7. 8. Leu. 16. 4. 17.

Mal. 4. 5. Matt. 11. 10. 14.

Isa. 7. 14. Isa. 9. 2. 11.

Dan. 7. d. Luc. 1. 27. Matt. 1. 16. 7.

49. *Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius:*
50. *Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.*
[Isa.13.b.9.] [Psal.32.b.10.] [Isai.31.a.] [3.Reg.2.b.5.] [Isa.41.b.9.] [Psal.131.c.]
51. *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.*
52. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*
53. *Esurientes implenit bonis, & divites dimisit inanes.*
54. *Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.*
55. *Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula.*
56. *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* 57. *Elisabeth* [Gen.17.c.9.& 22.c.16.] *autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* 58. *Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.* 59. *Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam.* 60. *Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* 61. *Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* 62. *Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum.* 63. *Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi.* 64. *Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & [Exp.b.13.] loquebatur benedicens Deum.* 65. *Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.* 66. *& posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.* 67. *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu Sancto: & prophetauit, dicens:*
[Psal.73.c.32.& 131.d.17.] [Ier.23.a.5.& 30.b.10.] [Gen.22.c.16.] [Ier.31.f.35.] [Ezech.6.c.13.d.17.] [Mal.4.a.5.] [Sap.6.17.] [Zac.2.d.9.] [Mal.4.a.2.]
68. *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ:*
69. *Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.*
70. *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, Prophetarum eius:*
71. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos:*
72. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.*
73. *Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis:*
74. *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.*
75. *In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.*
76. *Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:*
77. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum:*
78. *Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos, oriens ex alto:*
79. *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*
80. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.*

IN CAPVT PRIMVM.

QVONIAM quidem multi conati sunt.] Quæ scribit vsque ad vers. 5. non pars Euangelij, sed Euangelij præfatio est, qua quo consilio ad scribendum accesserit, breuiter exponit. Quod solum fecisse Lucam omnes interpretes obseruant. Cur solus fecerit, non eandem omnes rationem putant. Quidam, quod ad Theophilum primum hominem scriberet, cum alij non ad vnum scripserint hominē, sed ad cunctos. Ratio minime probabilis. Nam & nos, cum libros nostros non ad vnum aliquem, sed ad omnem lectorem scribimus, cur tamē scribamus, rationem reddere solemus: & D. Paulus ad Timoth. ad Titum, ad Philemonē homines priuatos scribens, cur scribat, nullā rationem reddit. Alij, quod solus vo- B luerit in scribenda Euangelica historia seruare ordinem. Quod vtrum ita sit vet. 3. dicetur: nūc tantum dicimus eam non fuisse causam, cur præfatione vteretur, quia & alij Euangelistæ suum ordinem seruant, nonnullis etiam in rebus maiore, quam Lucas: præfatione tū vsi non sunt. Præfationis igitur huius non alia nobis, quàm quam auctor ipse reddit, causa quærenda est, quod conati multi essent idē facere, & ipse explorata, atq; perspecta haberet omnia. Vtitur ergo præfatione, vt obiectionem propellat, quod cū res, de quibus scripturus erat, non vidisset, aulus tamen esset scribere, reddit rationem audaciæ, q diligenter omnia ex his, qui viderant, didicisset. Cur ergo Mar- cus, dicet aliquis, qui ea quæ scribit, nō viderat, non eandē rationē reddidit? Respondeo reddere Marcū, & nō reddere Lucam potuisse, sed cur Lucas reddiderit, exponimus, quia potuit, decuit, voluit: Marcus, & si potuit quidem, tamen noluit, quia non exist ma- uit fortasse necessarium.

Cur præfatione Lucas vtitur.

Multi.] Multos vocat, quia plures vno erant, neq; n necesse est magno fuerint numero. Aliquanto aliter Beda: *Multos*, inquit, *non tam numerositate, quā here- seos multiformitate dixerit se commentari*, sed de hac re paulo post dictum fuit. Qui isti fuerint, quos Lucas Euangelium scribere conatos dicit, incertum. Orig. hom. in Lucam. Ambrosius & Beda Basilidem veterem hæreticum intelligunt, & eos quicunq; fuerunt, qui Euangelium secundum Thomam, & aliud secundum Matthiam scripserunt. De Euangelio secundum Thomam, & secundum Matthiam, quia nō constat, quo tempore scriptum fuerit, nihil dico. Basilidē dico intelligi non posse, quia vt ex Euseb. lib. 4 histo. Eccles. c. 7. manifestum est, fuit Luca posterior. Beda Appellem addit, q eodem ætatis argumēto refellitur. Fuit enim aliquanto etiam posterior Basilide, vt idem Euseb. lib. 5. c. 13. auctor est Epiphan. hæresi 51. Cerinthū & Merinthum notari putat: sed & ij posteriores ætatis fuerunt, vt ex Eusebio lib. 3. c. 21. colligi ur. Theophyl. Euangelium secundum Ægyptios, & aliud, q duodecim vocabatur, intelligit. Qui dico est, Babylius, q nec probari, nec refutari potest. Neq; n. cō- stat,

Multos.

cōstat, aut quo tempore, aut quibus auctoribus ea duo A exteriterint Euangelia. Illud fere omnes affirmant Matthæum & Marcum, qui prius scripserant, nō designati, vt Origen. Ambros. & Theophy. admonuerant. A qua sententia, non quod certa mihi ratione probari posse videatur, sed quod omnibus vulgo probari videam, nolo discedere. Nam ratio illa, quæ omnes pene mouet interpretes, q Euangelista dicat, *Vtrq; conati sunt*, fateor, me non mouet. Neque enim Græcū verbum proprie significat temere aggredi, vt quidam interpretatur, nec id efficere conatu, quod pficere nō possis, sed generaliter aggredi, suscipere, nunquam ad opus admouere. Itaq; non magis in vitio ponitur, quam in laude, idq; se cētis Græcorum scriptorū exemplis probari potest, quę quia Græce scientibus passim occurrent, non recensebo. Etsi fateor non solū Ambrosium & Bedam hoc loco, & D. August. lib. 4 de consensu Euangelist. c. 8. Latinos auctores: sed Græcos etiam, Origenem hom. in hunc locum 1. Euseb. lib. 3. hist. Eccles. c. 18. Epiph. hæresi. 51. Theop. Euthym. in commentariis, & Niceph. lib. 2. c. 45. ita interpretari, quasi aut temerarij, aut iniqui, & frustrati conatus culpam contineat. Quod si iuxta propriam verbi significationem in laudem potius, quam in vitium dici. im accipimus, non video, cur nō Matthęū, & Marcum indicam hoc loco intelligamus, quos nō vt reprehenderet, sed vt laudaret, Lucas designauerit, & vt eorum exemplo sim lem suum conatum approbaret, quod nec solus, neq; primus scribere aggrediatur Euangelium. Tres enim cur scribat, rationes reddere videtur, quod idem alij ante se fecerint: & liceat sibi eorum exemplo idem facere, quod res, quibus constitit Euangelium, explorata habeat: q rē grata, & vtilem Theophilo amico suo facturus sit. Cer te hanc interpretationem verbum illud, quod ver. 3. sequitur, valde cōfirmat: *Visum est & mihi*. Quo verbo eo dem consilio indicat, se Euangelij scriptionem aggredi, qui alij de quib' dixerat, aggressi fuissent. Hac n. vim habet particula illa, &. Ipse autem non malo vtiq;, sed bono prorsus, & laudabili consilio Euangelium aggrediebatur: laudat ergo aliorum etiam consilium, non reprehēdit. Quod si nihil aliud hæc sententia haberet commodi, th illud haberet, quod si eam sequeremur, facillime hæretici cuiusdā interpretis errore refelleremus, qui colligit ex his verbis primū omnium Euangelistam scripsisse Lucam, q ersi omnis antiquitate repugnat historiæ, tamen alio argumento ex scriptura sua pto refutari non potest, qui q hoc loco Lucas significet Matthæum, & Marcū ante se Euangelia scripsisse. Nolo tri, vt monere soleo, opinionem meam, aut suspicionem potius, nisi bene probata, tam multis præsertim diss-orientibus auctoribus, lectorem sequi. Omnia ponimus in medio, conferat, cōsideret, ponderet, ei-met, id quod unum eligat, q similimum vero iudicabit: rationem modo, quam par est, antiquorum auctorum habeat.

Beatus ambr.

Ordinem narrationum.] Ordinem narrationis, narratio nē digerere, historiam texere. Non significat eo ordine, quo gesta sunt, te censere, sed distincte, atque dilucide, narrando expleare.

Ordo in nobis completa sunt res.] Ordo in nobis completa sunt res, aut, vt alij scribendum putant, ordo in nobis completa sunt res, hoc est valde in sacris literis vsitatum. Duo, quantum obseruare mihi licuit, figurare solet, perficere, atq; explere aliquam rem, & certam, atq; exploratam fidem facere. Priorem significationis exemplum est. 2. Tim. 4. 5. Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, ministerium tuum imple, & ad Col. 2. 2. Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πᾶντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, vt consolentur

Ordo in nobis completa sunt res.

Quod sunt ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ testamur, & annuntiamus vobis. Non tamen videtur huius loci esse sensum non vt alia taceā, quòd obseruari à nomine, nisi à D. Ioāne Christū λόγον propriè appellari. Itaq; magis assentior iis, minoribus licet, auctoribus, qui existimāt nomē λόγου sermonis, aut verbi pro re accipi ex Hebræorum idiomate, qui omnem rem דבר verbum appellant, vt infr. c. 2. 15. *Transeamus*

Verbum apud Hebræos pro re.

in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est. Qui fuerunt ij, à quibus Lucas dicit se ea, quæ scripturus erat, accepisse, quæritur à quibusdam. Chrysost. apud D. Tho. & Euthy. omnes Apostolos intelligunt excepto, vt opinor, Iuda, quem Iudas iam laqueo suspensum audire nō potuit. Theophyl. Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui primi vocati fuerant, & soli res omnes ab initio cognoscere potuerant. Placet mihi sententia quorūdam, qui B. inprimis Virginē Christi matrem intelligunt. Nam & eam Lucam vidisse non solum credibile, sed pene certum est, & consulnisse de rebus omnib. fecit, vt credamus, ea, qua se visum fuisse dicit, diligētia. Et vero quædam scribit, quæ nemo præter Virginem ex iis, à quibus Lucas audire posset, poterat scire, quale est illud de mirabili conceptione ortuq; Baptistæ. Quod dicit *ab initio*, ideo dicere videtur, quod solus ipse Euangelium à primo illo initio concepti Ioannis fuerit exortus, propterea testes induxit, qui ab initio omnia vidissent.

Lucas à B. Virgine didicit.

3. *Visum est & mihi.*] Cum dicit, *visum est mihi*, non humanum tantum, ac suum, sed diuinum etiam con filiū declarat. Nec enim significat pro libito suo Deo minime consulto ad scribendum accessisse, sed perin de est, ac si dicat, visum mihi est in Domino, vt Christianus loquat more: sicut Apostoli dicunt, *Visum est Spiritui sancto, & nobis* Act. 15.28. Nam si quis diceret, visum mihi est fieri Christianum, non vtique indicaret non idem visum esse Deo, vt Ambr. & Beda notauerūt. Vim aūt illius particulæ, *&*, supra exposuimus.

Assecuto omnia à principio diligenter.] ἀκριβῶς πᾶσιν ἄνωθεν παρηκολουθηκότι. Omnibus rebus alte petito principio perueſtigatis. Itaq; non scientiam his verbis, sed diligentiam suam commendat, quā in quærendis, vestigandis, explorandisque iis rebus adhibuerit, quas scribere volebat. Etsi non nego scientiam etiam earū dem rerum se habere, indicare voluisse: nec enim alia de causa suam cōmendauit diligentiam, nisi vt significaret, nihil se, q̄ non penitus cognitum, atq; perspectum haberet, scripturum esse: cum soleat scientia diligentiæ esse coniuncta. Fuit tamen modestiæ eius diligentiam potius suam, quā scientiam cōmendare: sicut minore nos verecundia, quantum in aliqua arte laborauerimus, quam quātus fecerimus progressus, dicere solemus. Itaq; Orig. Euseb. Ambros & Beda, qui scientiam putant significari, reprehendendi non sunt, cum ex diligentia scientia consequatur.

Ex ordine tibi scribere.] Opinionem eorum, qui existimant solum Lucam rerum gestarum ordinem in scribendo seruasse, supra retulimus. Neq; enim ex ordine se scripturum dicit, quod eodem prorsus ordine quo gestæ res fuerant, scribit, sed quod non confuse scribat, aut quod quamuis non singulis in rebus, in toto tamen historiæ cōplexu ordinem seruet, quod prius de Cōceptione Ioannis, quam Christi, qa prior fuit: prius de conceptione, quam de natiuitate Christi, prius de Natiuitate, quā de circumcisione: prius de circūcisione quā de purificatione: prius de purificatione, quā de educatione, prius de educatione, quā de Baptismo, prius de Baptismo, quam de prædicatione, atq; miraculis: prius de prædicatione, & miraculis, quam de passione: prius de passione, quam de resurrectione scribat. Hic enim certè ordo est, quem si quis Lucam studiosius, quàm cæteros Euangelistas seruasse dixerit, non repugnabo. Atque hac forsasse de causa D. Ambr. historico Lucam stylo scripsisse docet. Non dicit, se scripturum omnia, sed assecutū. Nam si omnia scripta fuissent, *ne mundum quidem ipse potuisset capere eos, qui scribendi essent libri*, Ioannes 21.25. vt Chrysost. hom. 1. in Acta Apost. & Ambros hoc loco, & D. Aug. lib. 4. de consensu Euangelistarum, cap. 8. & Beda in comment. monuerunt. *Visum est*, inquit Ambr. *scribere non omnia, sed ex omnibus. Non enim scripsit omnia, sed assecutus est omnia.* Quanquam ego ista ipsum, q̄ se omnia assecutum dicit, non subtiliter, sed populariter intelligendum esse arbitror. Nam si ad minimas calculos ratio ponatur, non omnia forsasse assecutus est, non omnia perueſtigauit, quia cum omnia scripturus non esset, omnia quærendo persequi magis fuit operæ aneum, quam necessarium erat. Ad eundem modum intelligendum est, quod Acto. 1.1. idem scribit Lucas, *se de omnibus quæ cœpisset Iesus facere, & docere*, verba fecisse.

Optime Theophile.] Theophilus Græcè Dei amicum, hominem pium, ac religiosum significat. Itaq; multi, magnique auctores dubitarunt, esseine hoc loco nomen proprium certi alicuius viri, an commune omnibus piis, ad quos se Lucas scribere dicat Euangelium. Orig. hom. 1. & Epiph. hæres. 51. videntur commune facere, eodemque modo videntur Ambr. & Beda sentire, sed moraliter, vt doceāt, si nos Theophili, id est, pij fuerimus, & nobis hoc esse scriptum Euangelium. Tribus autem ex rebus intelligimus nomē esse proprium, primum quod dicat: *Vt cognoscas eorum verborū, de quibus eruditus es, veritatem.* Quibus verbis indicat, scribere se ad hominem certum, quem eruditum, & à se fortassis ipso eruditum sciet. Deinde ex epitheto, quo vtitur, *Optime Theophile*, quod nō nisi homini certo, noto, magnoque tribuisset. Postremo ex Act. 1.1. vbi eodem modo optimum Theophilum appellans declarat, se ad eum Euangelium scripsisse. Quis autē is Theophilus fuerit, compertum nō habemus. Quidam Antiochenum Episcopum fuisse tradunt, quem scribit Nicephorus libr. 3. c. 15. sextum in ea Ecclesia fuisse Præsulem. Oecumen. in comment. in 1. c. Acto. ex epitheto κράτιστε *Optime*, colligit Præsidem prouinciæ alicuius, aut Præfectum fuisse, quod eo honoris titulo Præsides ornarentur, vt apparet Act. 23. 26. & 24. 3. & 26. 25. probabilis coniectura: sed in re tam obscura, & à cognitione nostra remota nihil affirmandum existimo: nec id est ad scripturam intelligēdam necessarium. Quærunt quidam, atque in his Chrysostomus hom. 1. in Acta Apost. quid caulæ fuerit, quam ob rem ad hominem priuatum Euangelium, quod maxime omnibus commune esse debet, Lucas scripserit. Respondet idem auctor, *audierat*, inquit, *dicentem Christum* Matth. 18. 14. *Non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.* Alij eo fecisse consilio, vt Theophili principis viri nomine prodiens Euangelium inuidiæ ac periculi minus, gratiæ plus haberet. Non videtur mihi alia quærenda ratio consilij eius, quam quam ipse nobis exposuit, vt Theophilum hominem notum & amicum, eruditū prius verbis, scripto confirmaret Euangelio. Neque minus propterea auctoritatis scriptum ad priuatum hominem, quam si publice ad omnes scriptum esset, habere putandum est. Nam & quod Theophilo Lucas scribit, omnibus scribit: & D. Paulus ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem priuatos homines scripsit epistolas, quæ nihilominus, quam quæ ad totas Romanorum, Corinthiorum, Ephesiorum, Galatarum, Philippensium, Colossensium, Thessalonicensium Ecclesias scriptæ sunt, fidei meruerūt. Quærit rursum Chrysostomus, quam ob causam Lucas, cum ad eundem Theophilum, & Euangelium, & Acta Apost. scripserit, non in vnum contulerit librum. Tres eius rei rationes affert, prima est, vt hac distinctione dilucidior esset historia: secunda, vt ea intermissione respiraret, ac recrearetur auditor: tertia, quod res tractentur diuersæ: nam hic Christi, illic Apostolorum scribitur historia. Placet hæc vltima.

4. *Vt cognoscas.*] ἵνα ἐπιγνῷς. vt recognoscas, quemadmodum Græcus auctor Theophyl. adnotauit. Iam enim verbis doctus cognouerat, sed vult Lucas, vt eadem scripto recognoscat.

Verbum pro re apud Hebræos.

Eorum verborum.] Earū rerum. Notissimus Hebraismus quo דבר verbum pro omni re ponitur, vt infra c. 2. 15. *Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est.*

De quibus eruditus es.] περὶ ὧν κατηχήθης, de quibus vna voce doctus es. Hoc enim est Gr. κατηχεῖσθαι, vt Act. 21. 21. & ad Gal. 6. 6. vnde κατηχούμενοι catechumenus, aut κατηχήσεις catecheſis à Christianis ea doctrina dicta est, qua Christi candidati ante baptismū viua voce initiabantur, translato, vt quidam volunt, ex Ægyptiis more, qui mysteria religionis suæ sola tradebant voce.

Catechismus nomen.

Veritatem.] τὴν ἀσφάλειαν firmitatem, & vt ita dicā, certitudinem. Quo autem modo scripto potius, quā verbis cognituros esset, exponit Theophy. Theophilum disciplū fuisse Lucæ, solere homines liberius loqui, quam scribere, magis enim quæ scribimus, quam quæ loquimur cōsideramus, vnde fieri, vt magis scribentibus, quā loquentibus credi soleat: ita fatur, si nudicare Lucam, vt magis scribendi sibi Theophilus credat. Nihil affirmare aut im, sed magis eo me impellit opinio, vt credam Theophilū non à Luca, sed ab alio Christiano aliquo fuisse doctū, atq; ideo ad eum Lucā scribere, vt cum eadē, quę ab aliis audiuisset, scripta à se legeret, in fide confirmaretur, quia & *in ore duorū, vel trium testium stat omne verbum*, & dubium nō erat, quin Theophilus, quæ ab aliis audiuisset, à Luca homine amico, & fideli scripta lecturus esset, & magno cum incremēto fidei suæ cognoturus. Siue dilcipul' fuerit Lucæ, siue nōn, hoc mihi videtur Lucas significare voluisse, Theophilū q̄dē prius audiuisse de Christo, quæ ad salutē, illi essent necessaria, sed nōdū oēm ordine rerū ab eo gestarū historiā cognouisse, eā se vel ipā perscribere, vt re ad plenā cognitā auditiq; Christi miraculis in iis, quæ prius audierat, cōfirmaretur.

Deut. 17. 6.

Dies pro tempore apud Hebræos.

5. *Fuit in diebus.*] Nota, & vulgaris Hebræorū phrasis, qua dies pro omni pene tempore. Exempla, quæ & nimis multa sunt, & in re cōperta nō necessaria, prætermitto.

Herodis Regis Iudææ.] Eius, qui primus in Iudæa alienigena regnauit Herodis Antipatri filius, q̄ ob singularē industriā in quærēdo, cōseruando, augendoq; regno cum pari felicitate cōiunctā Magni cognomentū obtinuit. De eo, deque aliis Herodibus, qui Reges non fuerunt, à quibus, vt distinguatur, Rex hoc loco Iudæę dicitur, scripsimus Matthæi 2. 1. Tempus Lucas vsitato historicorum, & prophetarum more, ex eo, quo tum imperabat, Rege describit, vt Matth. c. 2. 1. Isaias c. 1. 1. & Hier. c. 1. 1. & Dan. c. 1. 1. & Oseę c. 1. 1. & Mich. c. 1. 1. & Zach. c. 1. 1. Id duabus de causis fecisse credit, & vt fidē conciliaret historiæ, quę ex descriptione locorum, ac temporum affirmatur, vt Theophylactus, & Euthymius tradiderunt: & vt ostenderet circumactū iā illud fuisse tēp', q̄ à Patriarcha Iacob venturo Christo præscriptū fuerat, vt adnotauit Beda, de quo tempore Gene. 49. & Dan. 9. disputauimus, vnde liquid quis hoc loco desideret petere, licebit. Ex hoc loco nō ponimus, quia neq; eius sunt propria, neq; ad intelligentiam ipsius necessaria.

Sacerdos qualis nomine Zacharias.] Quia Ioānes Christi præco fuit, quiq; eū primus digito demōstrauit, ab eo Christi historiā orditur, vt Theophylact. adnotauit. Hoc est, q̄ dixit ℣. 3. ἄνωθεν *ab initio*, vtiq; se rem ornanē perueſtigasse. Auget hoc ipsum fidē historiæ, dū personarū etiā circumstantię declarātur, taciteq; probatur Christū verum illum, q̄ promissus fuerat, fuisse Messiam, quia missus est ante eum Angelus Domini, q̄ præpararet viam eius Malach. 3. 1. eodē enim cōsilio Matth. 3. 3. & Mar. c. 1. 1. hoc idē Malachiæ testimoniū citarunt. Oportebat autem præcursoris omnia cōmendatiq; personam, quo plus eius de Christo testimonium haberet pōderis. Ideo & parentum eius nobilitatem, dignitatem, sanctitatem q; commemorat. *Docet nos*, inquit Ambr. *scripturæ diuinæ autoritas, filios in iis, qui præclari abolaq; fuerunt, sed etiam parentes operteret laudari, vt veluti transfusa immaculatæ puritatis hereditas in eos, quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio huc loco Sancti Euangelistæ, nisi vt sanctus Ioannes Baptista nobilitatur parentibus, miraculo meritoq; nunciæ passionis? Sic etiā Samuēl mater Anna laudatur, sic Isaac à parentibus nobilitatem portatus accepit quam posteris derelinquit.* Simile quiddam scribit Beda. An fuerit Summus sacerdos, quemadmodum nonnulli graues auctores putant ℣. 9. summus disputauimus.

De vice Abia.] Ex familia Abiæ sacerdotis, q̄ eius vice in templo sacerdotio fungebatur. Ex tribu Leui Aarō & eius posteros voluerat Deus sacerdotale fungi munere; cæteros Leuitas admin istros esse alius, q̄ minorib. tēpli officiis occupari Exo 28. 1. Num. 1. 46 50. & c. 3. 9. Cum autem posteri Aaron longo tēpore in magnam creuissent numerū, ita vt omnes eodē tempore sacerdotale munus exercere nō possent, Dauid, vt cōfusio nē ministrēt contentionisq; occasionē tolleret, distribuit eos in viginti quatuor familias, sustitq; vna quaq; familiam ordine suo templo ministrare. Ita factum est, vt ne; quæ prima, quæ secunda, quæ deinceps ordine ministratura esset 1. Para. 24. 3. In ea sortitione Abiæ, qui vnus erat ex posteris Aaron, caparę; familiæ, octauus euenit locus, vt 1. Para. 24. 10. scribitur. Hoc fere ipsius lib. 7. antiquitatū c. 11. Euseb. li. 9. c. 5. Beda, & Theophyl. monnetunt. Quot dies quæque familia sacerdotium exerceret, non omnino compertum est. Multos fuisse dies ex hoc ipso capite ℣ 23 perspicuum est. Octo dies, aut per singulas hebdomades singulæ familiæ ministrasse ex 4. Reg. c. 11. 6. 7. 9. & 2. Par. 23. 8. colligitur, vbi die sabbathi tā sacerdotes tēpli egredi, q̄m in templū ingredi dicuntur, omnesq; id auctores docent. Iosephus, Ambros. Euthymius, Theophylactus Itaq; quorum ā opinio, quā Theophy. recitat, Euthy. etiam ample ctitur, duos id tēporis Abiam, & Zachariā fuisse sacerdotes, qui tēplo alternis seruirēt vicibus, ne probabilis q̄dē est. Quo enim modo Zacharias de vice Abiæ esset, poterat, si oppositus aut certe diuersas gerebant vices, alter alteri succedentes?

Et vxor eius filiabus Aaron.] Vna ex mulieribus, quæ ex Aaron Summi sacerdote genus ducebant. Hoc est, ideo dicit Lucas, vt doceat Ioannē non solā ex patre, vnde maxime nobilitas trahitur, sed ex matre etiā ipsa claro, sacerdotali q; fuisse genere, vt Ambr. & Euthy. obseruarunt. *Non solum*, inquit Ambr.) *à paternis fidei stirpibus à maioribus sanctis Ioannis nobilitas propagatur, nō sacerdotio tantum, sed religionis successione veneranda. Tales enim matres habere debuit progenitrix Christi, vt non repente conceptū, sed à maioribus acceptū, & in ipso infusū iure naturæ prædicare fide Dominū videretur adnatum.* Quo autē modo Elisabeth, cū ex genere esset Aarō, cognata B. Virginis esse potuerit, vt infra dicet ℣. 36 apud Matt. c. 1. 17. disp. Præterquā q̄ lege tā accurata generis descriptio pertinet ad fidē habendā, quæ sunt, qui putēt Lucā indicare voluisse in eo etiam Zachariam sanctitatē suā declarasse, quod noluerit cōtra legē ex alia tribu, quā sua, vxorem ducere, vt Theophyl. animaduertit. Ac poterat ex sua, id est, tribu Leui, non tamen ex familia Aaron salua lege vxorem accipere. Itaq; certius est voluisse eum quam nobilissimum Ioannem facere, quo plus etiā illi testimonii de Christo perhiberi tribueretur auctoritatis. Ideo non solum ex tribu Leui, sed ex familia etiam Aaron Summi sacerdotis, quæ in ea

tribus omnium nobilissima erat, vtrumq; eius parentem fuisse dixit. Cum nō soleant in Hebræorum genealogiis mulieres, sed viri recenseri duab. de causis arbitor Lucam Ioannis etiam matrem nominasse, altera, quia paulo post dicturus erat ex matre sterili singulari miraculo fuisse conceptum, itaq; aut necessarium, aut valde conueniens erat, vt eius nominaret, matrem, & quis fuisset, declararet: altera, vt nō solum patris, sed etiam matris testatam faceret nobilitatem. Sic Paulinus Nolanus Episcopus epistola ad Seu. 10. *Lucas*, inquit, *Baptistæ Beati meritum ab origine claritate duxit, & ne tantum historiæ gratia cum communem esse existimes, nobilem Dominici præcursoris parentem, veneranda prisce nobilitatis insignia, & sanctum cuius stemma commilitii decreti sacerdotem Zacharium de vice Aaron. Credo vt eo ipso dignitatem meriti eius offenderet adiecens nomen ex insulso, quod proculdubio in Hebræa ipsi insigne de cuius vice honorarium sortitus sacerdotium fungeretur. Denig; addidit, & vxor eius de filiabus Aaron. Vtrę Euangelistam de communi ratione nat alium sancti dictionem fecisse meritorum, vt sic quo esset de proprio meritu prædicaturus, nomina cuiusq; præferret. Et vxor inquit, illi erat de filiabus Aaron, ait vt meritum sacerdotis commemoratæ nobilitati coniugij, et laudaturus vitā, genus ante laudauit vt venerabiliter excitaret, qui sanctis parentibus respondaret sanctitate ingenita, quasi quadam iustitiæ hereditate.* Indicauit Lucas nobilitatem generis aliquid ad commendandū facere præcursoris officium: quare reprehendendæ Ecclesiæ nō sunt, quæ in legendis sacerdotibus aliquam generis rationem habent.

Et nomen eius Elisabeth.] Quod nomē ipsum matris ponit, historicæ, vt ait Euthymius, fuit diligentiæ.

6. *Erant autem iusti ambo ante Deum.*] Laudauerat à genere, & ab officio, nunc laudat à moribus: & sicut nobilitate fecerat, ita & sanctitate eos singulari pares facit. Non potuit Euangelista grauioribus, illustrioribus, honorificentioribus verbis eorum sanctitatē declarare: hæretici tamen nostri, qui non solum Euāgelici, sed noui etiam Euangelistæ videri volūt, Euāgelistę non credunt. Nimis notus, ac nimis vulgatus eorum error est, neminem in hac vita vere iustū esse, sed qui iusti in scriptura vocantur, aut ideo dici iustos, q̄ cum iusti noui sint, iusti hominib. videātur, aut quod apud Deum non quidem iusti sint, sed pro iustis habeantur, idque nullum ob opus bonum, nullum ob meritum, sed ob solam fidem, qua quæ in nobis non est, nobis tamē imputetur Christi iustitia. Omnis eorum ratio est, quod operibus hominem iustificari sit totam obseruare legem; legem autem totam seruare neminem posse, quare neque operibus quemquam posse iustificari. Itaque ab operibus ad fidem, à nostra ad alienam iustitiam, hoc est Christi, confugiendum esse, si salui esse velimus. Hæc enim alia nō minus absurda eorū hæresis est, legem nobis à Deo (vt Calvini vtar verbo) impossibile datam esse. Quapropter cum exēplaillis ex litteris sacris, quæ innumera sunt, producimus hominū, qui iusti fuisse perhibentur, ad hoc erroris, atq; impudentiæ suæ asylum fugiunt, vt dicant iustos aut apud homines, aut apud Deum non re quidem vera, sed imputatione dici iustitię. Nos hic nec de quæstione tota de iustificatione, cuius alius est magis opportunus locus, neq; de aliis scripturæ testimoniis, in quibus iusti homines appellantur, sed de hoc vno, in quo versamur, loco disputamus. Si tantū dixisset Euāgelista simpliciter, ac sine vlla adiectione fuisse iustos, iniuriam profecto illis, vim Euangelistæ verbis fecerimus, si non vere ac proprie fuisse iustos, sed sola hominum opinione interpretaremur. Nunc vero addidit cautionem etiam non necessariam, *ante Deum*, qua phrasi nō fallax, & sola hominum opinione nixa; sed vera, solidaq; iustitia significatur Dei, qui

Contra impiam Caluinistarum iustitiam.

1.ad Tim. 2. Inst. 2, 3, all. 3.

A fallinon potest, iudicio comprobata, vt Origenes homilia 2. in Lucam, Ambrosius in commentariis, Gregorius libr. 35. Moralium capit. 5. & Beda hoc in loco notauerunt. *Coram Domino* (inquit Gregorius) *septem virtutum vita displicet, qua etiam soli hominibus placet. Caute ergo nimis in laudem istorum coniugum Zacharię & Elisabeth ab Euangelista dictum est. Erant inquit ambo ante Deum. Non enim secura laus est iustos ante homines apparere.* Quin etiam quidam istorū adnotauit nobilis apud eos hæresiarcha *ante Deum* Hebraismum esse לִפְנֵי אֱלֹהִים, id est, propter Deum, quo verbo non solum bona, iustaq; opera significantur, sed omnis etiam ab illis humani affectus labes excluditur. Zacharias vero, & Elisabeth, & bona faciebant opera, & *ante Deum*, id est, propter solum Deum faciebant, ita vt nihil in eorum posset actionibus desiderari. Non contentus hac Euangelistæ cautione, quasi Lutheranorum, & Caluinistarum hæresim animo prospiceret, alia adiecit, qua huius erroris fundamentum euertit. *Incedebat*, inquit, *in omnibus mandatis & iustificationibus Domini.* Discretissimis, apertissimis, lucidissimis verbis testatur Lucas Zachariam, & Elisabeth omnia legis mandata ita nulle, ideoque operibus etiam suis fuisse iustos. Itaq; hæreticorū error, & erroris fundamentum his verbis labefactatur. Adnotauit Caluinus principes eorū interpres hoc inter mādata, & iustificationes esse discrimen, quod מִצְוֹת *mandata* dicantur, quæ ad mores pertinent, qualia sunt Decalogi præcepta: *Iustificationes* vero iustificationes, quæ ad religionis cultum, quales fuerunt in veteri lege cæremoniæ. Quæ cum חֻקִּים quasi decreta vocarentur, quod nō iure naturæ, sed Dei præscripto, decreto q; constarent; septuginta interpretes vbicumque id nomen inuenerunt, *Iustificationes* iustificationes transtulere. Quæ observatio etsi & infamis auctore, & ipsa per se non perpetuo vera est, tamen sententiam in hac re nostram mirifice confirmat. Voluit enim, si ista obseruatio vera est, Lucas significare nullum fuisse præceptum legis maximum, minimum, cuiuscumque generis esset, siue naturali, siue diuino institutum sure quod non illi diligenter obseruassent. Dixi perpetuo obseruationem illam veram non esse, quia quamuis, cum de præceptis agitur veteris testamenti, vt hoc in loco, vera sit; tamen in nouo videmus Ioannem in Apocalyp. capite decimo nono, versu octauo, opera, ac merita sanctorum *Dikaiōmata* iustificationes appellare. Qua ratione sic vocentur, neque inter veteres auctores conuenit, neque et tad id, de quo agimus, magnopere necessarium. Cyrilles libro vndecimo in Leuiticum, & Theophylactus hoc loco præceptaiudicialia iustificationes vocatas fuisse putant, quod per illa iusta peccantibus pœna redderetur. Origenes homilia in Numeros 24. & Augustinus libro secundo quæstionum in Exodum capite nonagesimo quinto, & Euthymius in commentariis cæremonialia præcepta ita vocata, rationem tamen non reddunt, Ambrosius, & Beda tractantes hunc locum omnia præcepta, cuiuscumq; generis essent, iustificationes appellari solita, quod in seruanda iudiciorum æquitate cernerentur, itaque officii esse iudico. Probarur mihi, quod ad mandatorum, & iustificationum distinctionem attinet, Origenis, & Augustini sententia: quod ad rationem nominis, Theophylactus: deo iustificationes dictas, quod per eas homines iustificarentur; hanc enim illæ sententiam magis probat. Cur ergo, dicet quispiam, non omnia mandata iustificationes appellabantur? facilis est ratio; cæremonialia præcepta ad religionem, & Dei cultum pertinebant, quo maxime homines iustificabantur, ideo pars præcipua, quæ nomine

A mine carebat, nomen accepit generis, & hæc proprie præcepta iustificationes dictæ sunt, cum omnia alia mandata iustificationes vocari possent, quēadmodū apud Ioannē vocatas fuisse diximus. Qui equid inter mādata, & iustificationes interfit, inter q̄ Lucas aliqd certe discriminis esse indicat: & quicunq; tandem de causa iustificationes appellentur, Zacharias, & Elisabeth præcepta omnia, iustificationesq; testante Lucæ sermone obseruabant. Et quasi hoc satis non esset, q̄ super etiam erat, epitasim addidit, *sine querela, ἀμέμπτως*, ita vt nihil in illis esset, quod posset merito reprehendi. Quo autem hoc, quod dicit, *sine querela* referri debeat, nō satis constat. Origenes homil. 2. ad Deum refert, vt sensus B sit, eos non solū apud homines, sed etiā apud Deum sine querela fuisse, id est, nō solum nihil in illis fuisse, quod homines offenderet, sed neq; quod Deum Augustinus lib. 1. de gratia Christi c. 48. & epist. 95. & Beda, & Theophylact homines referunt. Vtrumq; probabile est, sed ego ad præceptorum obseruationem probabilius referri posse arbitror, vt sensus sit adeo diligenter Dei mandata, iustificationesq; seruasse, vt nihil in eorum obseruatione desiderari, nihil neque apud homines, nec apud Deū reprehēdi posset. Sic D. Augst. epist. 95. & lib. 2. de peccatorum meritis c. 13 & l. de grat. a Christi c. 48. à veteribus auctoribus Orig. & Ambr. à nonnullis etiam posterioribus Theoph. dilleatire, existimareq; propter illud Ioannis epist. 1. c. 1. 8. *si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est*, & propter illud quod quotidie in oratione Dominica postulamus, *Dimitte nobis debita nostra* etiam Zachariam, & Elisabethā non omni peccato carnisse. Sed conciliari cum aliis auctoribus facile potest, non carnisse quidē venialibus peccatis quę Augustinus quotidiana solet appellare; carnisse mortalibus, quæ sola de mēte immissum hominem faciunt. Quę interpretatio non deinde di argumenti causa à nobis ficta, sed ex ipsius Augst. doctrina sumpta est. Probar in his locis, quos modo demonstrauimus, ex oratione Dominica Zachariam, & Elisabeth peccatū aliquod habuisse, quia vere dicere potuerunt, *Dimitte nobis debita nostra*. Docet autem epist. 108. & ho. 28. & 40. aliisque pluribus locis D peccata venialia Dominica oratione dimitti; intelligit ergo Zachariam, & Elisabethā venialia tantummodo habuisse peccata. Docet rursus idem Augustin' in sententiis c. 46. & sermone de Sanctis 41. iustitiā non impedire, nec animam occidere venialia peccata; sentit igitur Zachariam, & Elisabeth, cum venialia tantum peccata habuissent, vere, propterea fuisse iustos. Posui ortho doxam Sanctorum patrū interpretationem, quam sequi Catholicus lector debet. Verum tēpetare mihi non possum, quin ab sordidissimas quasdā hæreticorum expositiones opponam, vt iudicet prudens lector, quid inter nos, & illos, quid inter nostras, & illorum interpretationes interfit, certum habēs fore, vt nemini eorum recitata verba fidem faciant, & E multis aut risum, aut stomachū moueant. Qui minime inter eos hunc locum torquet, Caluinus, ipsorum magister est: is tamen adhuc modū scribit, *A iustificatione fidei proficiscitur, vt opera impura aliquatenus munda, animata, & religiosa Dei conspectu, (eadem amore) iustitiæ imputentur. Iustus ergo Zacharias, & Elisabeth, quod Deus non imputauerit eis peccata; nam & sua vitia laborabant.* Non potuit Lucas apertius testari opera Zachariæ, & Elisabeth non solum munda, sed iusta etiam fuisse, ac sancta, quam dicendo eos fuisse iustos, atq; in omnib. mādatis, & iustificationib. Domini incessisse sine querela: Caluinus vero eorū opera non solū imperfecta, atq; inchoata, sed etiam immūda fuisse dicit. Nō potuit Lucas clarē affirmare nullū eos peccatū habuisse,

Zacharias & Elisabeth quando iusti & quibus peccatis caruerint.

In Harm.

In Harm.

C *quare in illis Dei timorē, quod quod dam est sanctitatis exemplar.* Itaque non aliam laudem Caluinus Zachariæ, & Elisabethæ tribuit, quam q̄ desideranerint Dei mandata seruare. Atqui Euangelista nō desideraſſe tantū, sed omnino seruasse, & cumulate quidē, hoc est sine querela seruasse dicit, neq; animum tantum, sed etiā opera laudat. Quid autē magis Lucæ verbis, mentique repugnans fingi potuit, quam quod alij quidam eiusdem gregis interpretes dicunt? *Loquitur Lucas*, inquit quidam eorum, *de iustitia fidei, & in putatiua non hac sola ante eum sumo vere, & proprie iusti.* Et alius, *Erāt*, inquit, *iusti fide non operibus.* Lucas de fide, deq; imputatione iustitiæ, non modo non loquitur, sed nec cogitare quidem potuit, quia nouum istorum figmentū est, nondum per id tempus inuentum; isti de fide, & imputatione interpretātur. Contra vero Lucas de operibus diserti ssime loquitur docēs, quare iusti fuerint. *Erant*, inquit, *iusti ambo in cedentes in omnia ua mandata, & iustificationes Domini sine querela*: isti belli doctores negāt operibus fuisse iustos. Sic isti glorioſi verbi Dei iactatores verbum Dei, sic scripturam interpretātur, tanquam si album nigrum, nigrum albū interpretentur, &c, vt propheta de quibusdam similib. eorum dixit, dicant *bonum malum, & malum bonum*, & ponant *lucem tenebras, & tenebras lucem.* *Isai. 5. vers. 20.*

7. *Et non erat ei filius.*] Videri hoc potest dictū non necessarium; sed ideo, vt opinor, dixit Euangelista, vt doceret illam Elisabeth sterilitatem, de qua dicturus erat, nō solum hominum opinione, sed re etiam ipsa probaram fuisse. Cum enim cōiugati diu fuissent, liberosq; habere cuperent, eosq; à Deo enixis peterent precibus, vt 9. 13. significatur, & tamen non haberent, certum erat argumentum sterilitatis.

Et quod esset Elisabeth sterilis, & ambo præcessissent in diebus suis.] Duæ reddit causæ; alteram, cur ante filium non habuissent, quia Elisabeth sterilis erat: alteram cur neque habuissent ante, nec in posterum habere possent, quod præ e. quam, quod illa sterilis erat, ambo etiam senes essent. Hoc enim est procedere in diebus suis ex Hebræorū idiomate יָמִים, aut בָּא בַּיָּמִים vt Gene. 18. 11. sterilitatem autem Elisabeth tribuit, cum forrasse & Zacharias sterilis esset, quia cum coniuges liberos suscipere non possunt

sunt, sterilitas in mulierem, non in virum conferri so-
let: Iudicum 13.2.3. Itaque obseruamus in litteris sacris mulieres quidem multas, virum vero nullum sterilē appellari, cum nō minus viri, quam mulieres steriles esse soleant. Vtraq; eo spectat causa, vt maiore Ioannem miraculo natum appareat, cum diuina factū sit potestate, quod duabus rebus, quarum alterutra satis erat, sterilitate, & senectute impedita natura facere non poterat. Tum etiam, vt omniū in eum animi miraculo excitati attēti essent, quo facilius eius de Christo testimoniū amplecterentur. Fuit etiā fortasse Euangelistæ animꝰ accepti beneficii, & gaudiū Zachariæ, atq; Elizabethæ cantam declarare, quod verum q; eo proculdubio maius fuit, quod & senes, & steriles filium fuscepērunt. *Diuinitus*, inquit Beda, *ait procuratum vt prouecta ætate, duoq; coniugia fructu primum Ioannis parentibus nascerentur, quatenus insignior prolis ortus, & ipso domum gratiam efficeret & cæteros mira cuiq; super futuris prophetæ præparare audirent. Denique posset unus quisq; audientium in corde suo dicentes: Quid putas puer iste erit?* Sic poēta Iuuencus,

Nec fuit in sobole tam tum vergentibus annis,
Gentibus vt donum tam desperantibus esset.

Adnotarunt Orige. ho. 11. in Gen. & hoc loco Theophyl. sæpe in litteris sacris sanctas mulieres steriles reperiri Gen. 11.30. & 17.10. & 21.2. & 29.30. & Iudicum 13.2. vt inte lligamus non tam Deo gratum esse in procreandis liberis, quam in bonis operibus agendis fertiles esse mulieres.

Lib. 1. hist. Euangel.

8. *Factum est autem.*] Accidit H. ויהי.

Cum sacerdotio fungeretur.] *Τὴν τῆς ἱερατείας.* Recte vertit interpres. *Cum sacerdotio fungeretur.* Nec enim semper sacerdos sacerdotio fungebatur, sed cum illi ex Dauidis instituto, vt sacris operaretur, sors obueniebat, vt diximus vers. 5.

In ordine vicis suæ.] In sua hebdomade, vt vers. 5. explicatum est.

Ante Deum.] In primo tabernaculo, quod vocabat sanctum, quod quia erat è regione secundi tabernaculi, q̄ vocabatur Sanctum sanctorū, vbi propter arcam testamentꝰ, quæ ibi erat, dicebatur Dominus habitare, coram Domino, aut ante Dominum esse dicebatur. Tres enim fuisse partes templi nemo nescit; ea in qua populus consistebat, quæ aut templū nomine totius, aut atrium populi vocabatur Sanctum, aut primum tabernaculū, vbi quotidie sacerdotes mane, ac vespere thura incendebant Exod. 29.13. Sanctum sanctorum, vbi erat arca Testamenti, & thuribulum aureū, quo semel tantum in anno Summus sacerdos pacto pro sacrificio ingrediebatur, vt asperso sanguine populū expiaret Exod. 30.10. & Leuit. 16.2. Virumq; tabernaculū D. Paulus describit ad Hebræos. 9.2. Primum ergo tabernaculū, aut quod in eo erat, dicebatur esse לפני יהוה *ante Deum* propter eam, quam exposuimus, causam Exo. 27.21. & 29.4. & 30.8. & Leuit. 1.5.11. & 3.1. & 16.18. Itaq; sacerdotes, qui illic sacrificabant, coram Domino ministrare docebantur.

Tres templi Hierosolymitani partes.

9. *Secundum consuetudinem sacerdotii.*] *κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας.* Secundum consuetudinē sacerdotalis administrationis, aut functionis. Quidam hæc verba iungūt proxime sequentibus, vt alludatur ad Dauidis cōstitutionē de qua diximus v. 5. Ideo Euangelistam non dicere, secundum legem; sed *secundum consuetudinem*, quod ot do ille per vices ministrandi non lege, sed instituto hominū, & consuetudine constaret. Probabile hoc quidem est, sed non video, cur ad ea, quæ paulo post sequūtur, *Vt incensum poneret*, referri non possint, vt non sit sensus, e visse sortem secundum consuetudinē sacerdotii: sed secundū sacerdotii consuetudinē Zachariam incēsum posuisse. Consuetudo autem ea erat lege sancita, vt mane ac vespere in ptioti taberna culo thus adoleretur Exo. 30.7.8. Possunt ac fortasse etiā melius ad præcedentia referri, vt superior versus his claudatur verbis, sensusq; sit, *Cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum secundum consuetudinem sacerdotii*, deinde sequatur *sortem exiit.*

Sortem exiit, vt poneret incensum.] *Ἔλαχε τῷ θυμιάσαι* sorte designatus est, vt sufflaret, aut thus incēderet. Quod nonnulli non ad villam sortitionē referunt, quę tunc facta fuerit, sed ad illam veterem, qua Dauid inter viginti quatuor familias sacerdotum ministrandi vicē distribuit 1. Para. 24.7. His Auctore est Beda. Alii ad sortitionē factam tunc, sine plures fuerint Summi sacerdotes, quorum de numero Zacharias esset, inter quos facta sors, quis eo die incensum poturus esset, in illū incederit, vt placet quibusdam tribus simplices sacerdotes plures, Summus vnus; inter simplices autē, qui ea hebdomade instituto Dauidis templo ministrabant, quis eorum eo die thus oblaturus esset, fit facta sortitio. An Zacharias Summus sacerdos fuit, paulo post disputatiū sumus; nunc tantū dico magis mihi eorū placere sententiā, qui tunc sortitionem factam fuisse putant. Nam de illa antiqua iam ante dictum fuerat v. 8. *Cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ.* Nunc significat etiam eo tempore, quo manens in templo sacerdotio fungebatur, sortito illi cōtigisse, vt ante Dominū poneret thura. Cum enim plures essent eiusdē familiæ sacerdotes, qui eadē hebdomade in templo sacerdotio fungerentur, & non nisi vnus adolere thꝰ posset, est vero simile, quod quidā dicunt, & hoc ipso indicatur loco sortitione inter ipsos transigi solitum esse, quis eorum id vno, quis altero die, aut quis mane, quis vespere facturus esset. Ac videtur Euangelista non sine consilio sortis mentionem fecisse, vt remoto omnem diuinitus prouisam, factamq; fuisse significaret. Disputāt interpretes hoc loco, an Zacharias Summus fuerit sacerdos. Ac veteres quidem pene omnes Summum sacerdotem fuisse putant, Ambrosiꝰ, Beda, Rabanus, & Theophylactus in commentariis ad hunc locum, & Diuus Augustinus tractatu in Ioannem 49. & ancto 5 hołasticæ, vt vocāt, historiæ. Mihi Lyrani videtur sententia probabilior, non Summū, sed vnū fuisse de multis sacerdotē. Neq; enim credibile est Euangelistā, si Summus sacerdos fuisset, id fuisse silentio præteritum, cum tanto eū studio videamus quos q̄q; potest genere ludis Ioannis parētes cumulare. Ad q̄ laudē maximē pertimebat eius pater non solū sacerdotē, sed Summum etiam sacerdotem fuisse. Magna etiam argumenta Lyrani sunt, quod si Summus sacerdos fuisset & in Sancta sanctorū, id enim auctores illi dicunt, ingressus angelū conspexisset, nō dixisset Euangelista ingressum, vt poneret incensū, sed vt in Sancta sanctorum peracti sacrificii sanguinem inferret, q̄ppriū Summi erat sacerdotis Exo. 30.10. & Leu. 16.12. 30. & Hebr. 9. 7. Nam incensum in Sancto sanctorū erit ponebatur, non ponebatur vt sacrificiū, sed vt nebula tabernaculū impleret. Itaq; nō dixisset Euangelista id q̄ minimū erat; eo prætermisso, q̄ erat maximum vt totū populum expiaret. Deinde q̄ Angelꝰ Zachariæ apparuisse dicat stans à dextris altaris incēsi, & 11. altare, cum incensi non erat in secundo, sed in primo tabernaculo, neq; in Sancto sanctorum vllum erat altare, vt recte contra Diui Augustini sententiam Lyranus probat, & ex Diuo Paulo ad Hebræos 9.4. colligitur. Hæc maiora sunt argumenta, quam illa, quibus hāc opinionē Paulus Burgen. doctus licet auctor refellere conatur. Quæ quia ex sequenti fere ducuntur, illic refutabimus. His tibi argumentis eorum opinio refelli potest, qui existimant post ordinem illum ministrandi inter sacerdotes à Dauide cōstitutum nullum Summum sacerdotem fuisse perpetuum, sed eum, cui sortito cōtigisset, in festo expiationis ministrare, quo solo die in Sancto sanctorū Summus sacerdos ingrediebatur, per totum enim annum sanctū fuisse officio summi sacerdotis. Id enim adeo sine testimonio, & sine ratione dicimus, vt opus nō sit aut testimonio, aut ratione refutare. Refellit & aliorum quorundā sententia, qui Summum sacerdotem certum fuisse credūt, sed eum, qui sua hebdomade sacerdotis in templo fungeretur officio. Summum ea hebdomade fuisse sacerdotē. Hoc enim non solū sine vllo scripturæ testimonio, nisi historia vlla, sed etiam contra scripturam, contraq; omnem historiam factū est. Nam omnes Summos sacerdotes vsq; ad Romanorum tempora, quibus partim Iudæorum ambitione, partim Romanorum tyrannide annui facti sunt, Ioannis 11. 49. 51. perpetuos fuisse legimus: nisi fi quando Reges ob aliquod delictum, aut tyranni auaritia, vel gratia, vt alios substituerent, alios officio remouerent 2 Mach. 4.24.29. & 6.14.3.13.

Ingressus in templum Domini.] In primum tabernaculum. Nam in templo iam erat, ex quo non licebat totos octo dies, quibus ministrabat, exire, vt v. 1. & 4. lib. Reg. c. 11. 6. 7. 9. & 2. Paralip. 23. 8. probauimus. Itaq; templum hoc loco tabernaculum appellatur.

10. *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.*] Non licebat populo in tabernaculum ingredi, led in primæ templi parte consistebat, quam templū, aut atrium populi vocabam. Stabile diximus v. 1. & 2. Volunt Euangelistā significare solum fuisse Zachariā, cum illi angelus apparuit, sed tamen magnam hominū multitudinem, quæ foris expectabat orans, apparitionis eius effectum vidisse, mutum fuisse Zachariam, vt totidem testibus probaret historiā. Trahex hoc loco argumenta sumunt, qui existimant Zachariam Summum fuisse sacerdotem. Primū illi, quod si hoc in festo expiationis facti non fuisset Zacharia in Sancta sanctorū ingresso, non fuisset tanta populi multitudo foris orās, nec enim vero simile esse singulis diebus mane ac vespere quo tempore thus incenderet, populum in templo conuenisse. Religiō deo magis multo vero simile videri, si non omnem populum, at certe aliquam eius partem, qui religiosiores essent, conuenire illis horis, quibus sacrificiū fiebat, in templum cōstituisse. Alterū est in Sanctum sanctorum Zachariam ingressum vi deri, quando quidem, vt ait Euangelista, solus erat: nam plebs omnis foris erat orans. Solus autē Summus sacerdos in Sanctum sanctorū sine vllo comite, sine vllo ministro ingrediebatur Leuit. 16. 17. De aliis autem sacerdotibus, aut de Summo ipso sacerdote, cum in primum tabernaculum ingrediebatur, nihil tantum eiusmodi erat. Verum id quidem est, sed tatis vlo constat populum ne intra primum quidem tabernaculum ingredi potuisse. Puterāt quidē cum eo, qui sacrificium offerebat, ingredi sacerdotes alii atq; Leuitæ, sed vt semper ingrederentur, necesse nō erat, & cum thus incendebatur, erat etiā superuacaneū, cum nullo in rem facili ministro sacerdos indigeret. Quare non solū Zacharias in primo tabernaculo solꝰ esse potuit, sed vero simile etiā est, fi hic nō dicere tꝰ, fuisse solū. Tertium est, q̄ populus oraret foris, q̄ facere solebat pro Sūmi sacerdotis incōmutatē. quotiescūq; in Sancta sanctorum ingrediebatur, ne quid illi sacra operanti aduersi cōtingeret, q̄ cōtingere solet, quoties mutatitie thura ponere, experimēta docuisset. Fingimus eam fuisse opinionē populi, quæ mihi Rabbinicæ fabulæ videtur esse similis, sed fingamus tamē ei fuisse vulgo sententiā, an inde efficitur, nō solitū, ti nō pro ea, pro aliis tamē rebus populū orare, quoties alii sacerdotes in primo tabernaculo sacra faciebant?

Zacharias Summus sacerdos non fuit.

Zacharias non Summus fuerit sacerdos fuerit.

11. *Apparuit autem illi angelus Domini.*] *ὤφθη αὐτῷ.* visus est. Quod verbum Christus apud D. Thō. hanc vim habere putat, vt nō optionē significet, sed veritatē, quasi dicat Euāgelista, Zachariam nō sibi visum videre angelū, sed reipsi vidisse. Ora vero hoc in Luc. 1. significari eo verbo putat rerum spiritualium naturā, quæ quāuis præsentes sæpe sint, tamen nō nisi si velint, & quādo velint, & quib. velint, videant, quasi dicat ostendit sese Zachariæ angelus, q̄ à dextris altaris erat, quānis prius, quia oportebat, non videretur. Subtilis interpretatio, cadēq; vero similis, nisi angelus v. 19. testaretur, se, vt filii eorum Zachariæ annuntiaret, missum à Deo. vnde intelligere possimus eū ibi ante nō fuisse. Melius D. Aug. epi. 112. c. 5. & Amb. in comm. subitū angeli aduentū, ostensionēq; indicat dicunt ideo q; nō legit visus eū, sed *apparuit*, vt ver. veritū interpres, quē admodum & alios locos solet vertere, cum de spiritualib. rebus agitur, nā Hebraī nō alio verbo apparentes dicunt, quā videri נראה, quā linguæ proprietatē Græce etiā loquētes Apostoli sunt imitati. Qui forma Zachariæ angelus apparuerit, Euāgelista nō dicit, sed ex aliis similibus exemplis, quib. angelis in sacris litteris vsi dicuntur, facile sit conie ctura, humana visum forma Ge. 19. 1. 15. & Dan. 3. 49. 8. Cui apparuerit, dubiū non est. Volunt Deus, vt ex missione angeli cōstaret Ioannē non humana, sed diuina vi tum nascturū. Voluit Iosuam, & Christū, quarenus simili ia humana diuinis esse possunt, quam similimi ortū, quā similimum esse conceptū. Itaq; angelus ad Mariā, vt Christi; angelus ad Zachariā, vt Ioannis conceptū annuntiaret, similē promitteret. Eādem quidē angelus Gabriel, vt ex v. 19. & 26. manifestū est. *Iam illud* (inquit Aug. ser. 120. 11. de tempore) *quantæ gloriæ est, quod Zacharias sacerdoti, & sacerdotis sterili à Gabriele adsit, ab illo angelo promittatur, à quo Maria virgini ac Dominū annuciatur. & quasi ex aliquo fœdere Domini promittitur filius sterilis ante fi. nitus. Virginis nascitur quid mirum? ante diem ipsa parturiuit? Simile quidā Maximus ho. 3. de Ioāne Bapt. & Iul. l. 1. contra Iud. Iustus nascitur Christꝰ ex virgine, nascit Ioannes ex sterili. Ambr.* (inqt Aug. ho. 44. & ser. 21. de Sanctis) *innubilatus natis, pressa & videx, lucerna, & lux, sol & verbum, feruor & dominus. De sterili seruus, de virgine dominus. Ipse dominus erat filii seruum in vtero suscipit de seruitute, & de ancilla matre. Et idem ipse dominus erat filii sacerdotis vtero virginis suæ hominis pater, qui primum fecit hominē sibi patre & matre.* Cur apparuerit in templo, & quē in tabernaculo, quatuor probabiles rationes reddi possunt. Primus, vt magis confiteretur eum à Domino missum fuisse, cum eo apparuerit loco, vbi Deus habitare dicebat, vbi arca testamenti è regione erat, vnde diuina responsa reddebantur, quo nemo poterat præter sacerdotes penetrare. Nam etsi in primo apparuit tabernaculo, vbi altare erat, necessi, tamen ita apparuit, vt ex Sancto sanctorū, & ex ipsa arca testamenti, quasi ex conspectu Dei, apud quem dicit v. 19 se astare solitū, prodisse videretur. Secūda, q̄ tunc Zacharias aptior fuerit ad excipiēdā angeli legationē, factis operās, collecto in Deū animo, & vacuo humanis curis. Tertia, q̄ Zacharias sacerdos esset, & cōsentaneū fuerit, vt nō quouis loco, sed in templo, quasi in domo Dei, & vbi Deū reposita sacerdotes excipiebant, hoc nūcū acciperet. Quarta Amb. & Beda reddūt, q̄ veri sacerdotis Christi futurus tus ventiret aduentum.

Angelus forma humana Zachariæ apparuit. Cur Angelus Zachariæ apparuit.

A dextris.] Amb. & Beda, cur à dextris angelus apparuerit, duas rationes reddunt, q̄ læta nuntiaret; *Bene*, inquit Beda, *angelus & in templo, & iuxta altare, & à dextris apparet, quia ridiculus & vere sacerdotis aduentum, & munus iam sacrificia vocare salus, & redemptio dona præsidia.* Eandem rationem reddit Euthym. Quæ eo plus habet probabilitatis, quod etiam videamus angelos illos,

Cur Angelus in templo Zachariæ apparuit.

illos, qui post Christi resurrectionē mulieribus appa-
rentem, ad deteram sepulchri partē apparuisse Mat-
thæi 28.9.

Ad aram incensi.] Incēsi dicit, quia aliud erat altare vbi
non incensum, sed victimæ offerebantur, vt Theoph.
& Euthy. admonuerunt. Credo etiā ego non temerē
factū esse, vt non alia parte tabernaculi, quam iuxta
altare angelus appareret, sed vt ostenderet se missum à
Deo, cui eum in altari sacrificabatur. Piget veterū quo-
rundam hæreticorū fabulam recensere, qui ex apo-
crypho nescio quo lib. Zachariæ, de quo Athanasius
in synopsi mentionem facit, dicebant Zachariam non
angelum, sed monstrū quoddam asini vidisse, vt Epi-
phan. hæresi 26. auctor est.

Metus angeli apparentium terrentur.

12. *Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.*] Naturale est homini conspecto angelo etiā bo-
no timere, vt Origen. Ambrosius, Beda hunc locum, &
Chrysostomus apud D. Thom. monuerunt, & nos Mat.
28. 4. 5. exēplis scripturæ docuimus. Auxit timorem,
quod se vilo angelo moriturū putaret, vt Euth. inter-
pretatur. Ex enim erat Iudæorū opinio non solum,
qui Deum, sed & etiam, qui angelū in hac vita vide-
ret, continuo moriturū propter illa verba Exod. 33. 20.
non videbit me homo, & vivet, vt colligitur ex lib. Iudicū
6. 22. 23. & 13. 22. hoc vehementem mortis timorē edo
illa verba significant. *Turbatus est*, & *timor irruit super eum*
non enim qualiscūque notatur timor, sed vehemens
& tantus, vt hominē quodammodo examinet: qualis
ille fuit, quo se Daniel c. 10. 8. simili angeli conspectu
affectū fuisse dicit: *Ego autem relictus solus vidi visionem*
grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species
mea immutata est in me, & emarcuit, nequa habui quicquā vi-
rium.

Timoribus super angelo- rum & deorum) apparitio- nes.

13. *Dixit autē ad eum angelus, ne timeas Zacharia.*] Tremuto-
rem, inquit Beda, *Zachariæ confortat Angelus, quia sicut hu-*
mana fragilitatis est spiritualis creaturæ visione turbari, ita ce-
lestis angelus ei esse potuerit de aspectu suo mortalis mox
timoris exemptione solatio. At *contra dominus est fortitudo, quos sa-*
pientia terribiles sensorū amplitudo semper horrore concutit,
qui nulla melius ratione, quam fide superare intrepidi. Hoc
ipsum, quod de differentia boni, malique angeli ho-
minibus apparentis scribit Beda, Athanasius in vita
Antonij, & Hieron. in c. Matthæi 28. & Theophylac.
tradiderūt. Pellit prius à Zacharia timorem angelus,
vt doceat se bonum, non malum angelum esse, &
prospera, non aduersa velle nuntiare, &, vt ait Euth.
vt posset Zacharias sedato prius animo percipere, quæ
dicturus ille erat.

Quoniam exaudita est deprecatio tua.] Reddit causam,
quamobrem timere non debeat, sed æquo potius, ac
læto animo esse. Euthy. Quam autem intelligat ange-
lus orationem, vix ego quidem dubitarem, nisi ma-
gnos viderem auctores semire aliter, quam ego nul-
lo ductus interprete sentire D. Aug. lib. 21. qq. Euang.
c. 1. Chrysost. hom. 1. de incomprehen. Dei natura &
hom. in hunc locum de natiuit. Ioannis Bapt. Beda,
Strabus, Theoph. Euth. non eam intelligi orationē
volunt, qua filium à Deo postulabat, sed qua pro ad-
uentu Messiæ, & pro populi peccatis precabatur. Ar-
gumentis his vtuntur. Primum, quod credibile non
sit, sacerdotem inter publica vota priuatas misceuisse
preces. Deinde, q nulla iam Zachariæ spes esset prolis
suscipiendæ, cum & sterilem vxorem, & se, eamq; se-
nes esse videret. Postremo, quod ne affirmanti quidē
angelo crediderit, vt apparet v. 18. Si quis quærat, quo
modo caute redditio cum præcedentib. hæreat, varie
respondent. Alij, *Exaudita est oratio tua* pro peccatis po-
puli, & plus etiam tibi dabitur, quam petebas, quia
vxor tua Elisabeth pariet tibi filiū. Alij, *exaudita est ora-*
tio tua, cuius signum erit, quod vxor tua Elisabeth pa-

A riet tibi filium, sicut Isaias c. 7. 14. dicit: *Propter hoc dabit*
Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet fi-
lium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Theoph. hanc
opinionem secutus. Alij, *exaudita est oratio tua*, qua pro
populi peccatis precabaris: breui enim post tempore
remittentur: nam Elisabeth vxor tua pariet tibi filiū, *Luc. 1. 59.*
qui Christum ostendat, ac dicat: *Ecce agnus Dei, qui ec-*
tollit peccata mundi, sic Chrysost. hom. 2. de incomprehē.
Dei natura. & Theoph. in commen. Io. hac ego senten-
tia nihil nisi, quod mulrorum, & grauium auctorum
est, probabilitatis inesse nemo. Neq; enim persuadere mi-
hi possum, si angelus de oratione pro mittendo Mes-
sia, proque remittendis populi peccatis loqueretur,
hanc tationem redditurum fuisse, *Et vxor tua Elisabeth* *Et pro e- nim apud Hebræos.*
pariet tibi filium. Causalem enim orationem esse nō du
bito, nam & more Hebraorū pro *enim* ponitur. Itaq;
parū apte ex hoc loco interpretes quidam argumen-
tantur, nō agi de oratione pro filio suscipiēdo, quod
non dicat angelus Vxor enim tua, sed, *Et vxor tua.* Et
vero quis est, qui angelū de oratione pro aduētu Mes-
siæ, aut pro peccatorū remissione, non pro filio obti-
nendo loqui, cū de Christi aduentu, deq; remissione
peccatorum ne verbum quidem faciat, nisi Ioanne ve-
ro, qui nouo eius natiuitatis nascentur, oratione tota
legationem q; consumat? Nam quod dicit ver.
17. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ*, obi-
ter dicit, & ita prorsus, vt manifestum appareat nō de
Ioanne propter Christū, sed de Christo agere propter
Ioannem. Habeo etiam huius sententiæ gregium au- C
ctorem Ambros. *Non*, inquit, *mediocre munus est Dei de-*
re liberis eos, qui parentes genuerit, suæ optanti benedic. Legit Iacob
duodecim filiorum generationem gaudere. Abraha filius datur,
Za harias exaudit ur. Omnium vicem nomen suscepisse videtur
parentis. Opinor dubium non esse, quin senserit Am-
brosius eam Zachariæ precationem, quam angelus ex-
audiuit, esse dicit, non illam fuisse, qua pro Christi
aduentu, aut pro populi peccatis, sed illā, qua pro ob
tinendo filio precabatur. Et argumenta illa, quæ ab
aliis auctoribus afferuntur, parum mihi videntur ha-
bere ponderis. Nam quod dicunt credibile non esse
sacerdotem publicis votis, ac sacrificiis priuatas mi-
scuisse preces, id ipsum mihi magis incredibile vide-
tur. Nam si Zacharias, vt maior pars eorum auctorū D
putat, Summus Sacerdos erat, de Summo Sacerdote
scribitur Leuit. 16. 17. *Nullus hominum sit in tabernaculo,*
quando Pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, &
pro domo sua, & pro vniuersa turba Israel. Si Summus, vt ego
existimo, sacerdos non erat, credendū est, si Summo
sacerdoti personæ sel. magis publicæ, & in sancto san
ctorum, vbi maxime de rebus publicis, id est, de vni-
uersa populi expiatione inquirebatur semel in anno facer
dos agebat, licebat priuatas pro se, & pro domo sua
preces fundere: multo magis priuato sacerdoti, & mi
nus publica, atque solemnia facta pera genti licuisse.
Præterquam quod necesse non est, vt in ipso publico
sacrificio sed aut ante, aut post pro suis priuatim reb⁹
orauerit. Maiorem videtur habere vim, quod secūdo
loco diximus obiici solere, omnem iam Zachariam
spem sobrie esse prolis suscipiendæ. Sed tamē id ipsum
facile soluitur. Siue dicamus, quod quidam etiam in-
terpretes dicunt, non tunc, cū angelus venit, sed mul
to ante cum nondum spem omnem deposuisset, pro
liberis suscipiendis solitum orare, atq; de ea oratione
angelum loqui. Nec id absurdum, aut insolitū videri
debet: nam cum angelus ad Cornelium venit, dixit: *Cornel. 10. 4.*
Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad memoriam
in conspectu Dei. Act. 10. 4. nec otabar, nec dabar eleemo
synas, sed de præteritis loquitur orationis fine oratio
tunc, quæ muis spem omnem prolis naturali lege susci-
piendæ abiecisset, quia spem suscipiēdæ diuino mi-
raculo-

raculo non abiecerat. Nā & Anna illa Samuelis ma- A
ter 1. l. Reg. c. 1. 2. cum non dubitaret se sterilem esse,
haud dubium, quin nullam iam spem haberet libe-
ros naturaliter procreandi, orabat tamen, & tam enī-
xe & vehementer orabat, vt Heli sacerdoti ebria esse
videretur: quia nimirum sciebat non esse, *apud Deum*
impossibile omne verbum, & vt ipsa cecinit dominū mor-
tificare, & viuificare, deducere ad inferos, & reduce-
re. Quod autem Zacharias ne affirmanti quidem an-
gelo videtur credidisse, quomodo intelligendum sit
v. 18. disputabimus. Nunc tantum dicimus non ideo
non credidisse, quod de Dei potentia dubitasset. Nā
neq; vir sanctus tam male de Deo sentire poterat, ne-
que sacerdos Abrahami, & Satæ, aliaq; similia in sa-
cris literis exēpla nescire. Sed ideo non credidit, quia
certus non erat, an ille, quem videbat, verus ac bonus
angelus, & à Deo missus esset. Argumentū, quod vo- B
lens illi angelus fidem facere, respondeat v. 19. *Ego sum*
Gabriel, qui astо ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc
tibi Euangelizare.

Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium.] Ex te, etiāsi & tu senex, illa & senex, & sterilis sicut *tibi*, quia tu illū
à Deo postulasti. Cum angelus Zachariæ vxorem no-
mine appellat Elisabeth, indicat se angelum esse, qui
singulorum etiam hominum nouerit nomina.

Et vocabis nomen eius Ioannem.] Non solū prædictio
hæc est, sed etiā præceptio nominis imponendi. Vo-
luit enim Deus eum, qui Christum mōstraturus erat,
ita vocari, vt ipsius nomine non solum collatum pa-
rentis beneficium, data illi Spiritus sancti dona, quo
adhuc ab vtero matris luæ impletus esse dicitur; sed C
etiam gratia omnibus per Christum oblata mortali-
bus significaretur, vt scribit Beda. Ioannes etiā יוחנן
Hebraice gratiosum significat. Habet semper myste-
rium aliquod in literis sacris aut mutatio veteris no-
minis, aut noui anticipata positio. vt Cyrill. li. 1. in Io-
annem ca. 7. & Ambros. infra v. 93. & Beda in hunc
locum differit, *Habeit hoc*, inquit Ambr. *merita sancto-*
rum, vt à Deo nomen accipiant. Sic Iacob Israel dicitur, quia
Deum vidit. Sic Dominus noster Iesus nominatus est, antequā
natus, cui non angelus sed Pater nomen imposuit. Qui autem
ij fuerint, qui ante quam nascerentur, nomen acce-
perint, Hieron. qq. in Gen. imperfecti Auctor homi.
1. Albinus in Gen. Eucher. q. 2. in Luc. exponit. *In no-* D
uo, inquit, *Testamento præter Saluatorem solum legimus Ba-*
ptistam Ioannem (in veteri quatuor sunt,) Isaac, Ismael. Salo-
mon, & Iosias qui ortu videantur inmores esse, quam nomine.
Habuit etiam hoc Ioannes cum Christo commune, vt ante-
quam nasceretur nomen illi à Deo angelo deferente daretur,
& q. 26. in Genes. Se in iis omnibus Auctoribus libra-
tionem vitio pro Samuele Samson (sic erat in apo-
grapho: sed quid scripserit Auctor, incertum est) scri-
ptus est.

Benefits ve- ris à Deo nomina im- posita.

Euchery lo cus emenda- tus.

14. *Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.*] Quis dicat: adferet non solū priu-
atum, atq; domesticum tibi, sed etiam publicum o-
mni populo gaudium. Priuatum quidem tibi, & quia
tam diu optatus, expetitusque nascetur filius, & huius
is, qui Christum mundi saluatorem digito demon- E
strret. Hoc enim est, *Erit tibi gaudium, & exultatio.* Qui-
bus verbis duobus significatur Zachariam plus læti-
tiæ capturum esse, quod talis sibi filius natus fuerit,
quam ex vulgari, & vsitati filii ortu cepisset, quo nō
docuisset vtiq; facerdotem, & grandem natu ienem
exultare. Propter ea gaudio exultationem adiunxit,
quæ lætitia gestientis hominis est. Publicum vero,
quod tantus totī populo Propheta in rebus tam affli-
ctis missus fuerit, vt Beda, & Euthy. interpretantur.
Facit hoc ad amplificandam magnitudinem bene fi-
cij, vt qui nasciturus erat filius, non priuatim modo,

A vt ali solent, parentibus, & cognatis; sed publicam
etiā omni populo lætitiam sit allaturus. Quod hære-
tici putāt, nos hunc locum de populo etiam Christia-
no interpretari, quasi iubeamur die Ioannis natali
gaudere; maligne faciunt. Nam etsi ad nos aliquan-
do accommodamus, non ignoramus tamē de nobis
non esse dictum: itaque non vtimur tanquam testi-
monio, sed tanquam exemplo, vt quemadmodum
totus ille Iudæorum populus nato olim Ioanne læta-
tus est, ita nos eius natalem diem agentes lætemur.
Neque alienum à sacris literis est, non publica modo
lætitia, sed lautioribus etiam conuiuiis festos dies age
re, vt ex secundo libro Esdræ cap. 8. 10. intelligimus: *Latinis pu- blica festa*
Ite, inquit, *comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite* *partes sit, qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies Domi-* *ni est.* At multi, inquiunt, inebriantur. Non id illis *nonia in die hui festis lauerera, & tra hæreti- cis defendi-* *tur.*
doler, sed quod debito sanctos honore colimus, sed B
quia se id dolere fingunt, nos etiam illis credere fin-
gamus, respondeamus q; accommodare ad ipsorum
mores. Nec nos, neq; illi ebrietatem probamus, sed
hoc inter nos, & illos distat, quod nos inebriamur
fortassis aliquando, sed sanctos tamen caste, pieque
veneramur; illi & inebriantur frequentissime, & san-
ctos non honore, sed contumelijs, conuitijsque pro-
sequuntur. Multis, inquiunt, superstitionibus eo die
populus vtitur. Nec superstitionem, si qua fortassis in
ter fudissimos homines est, approbamus: sed non re-
cipimus istos superstitionis iudices, q hæresim fidem,
fidem superstitionem vocant. Nos Christianum pu-
pulum grauissimis D. Bern. docemus verbis serm. de
natiuitate Ioannis Baptistæ; *Verum id quidem multi in*
natiuitate eius gaudent, & pagani ipsi, vt audiuimus, lata
est, & solemnis. Illi celebrant quod venerant, sed non ita de-
beraut Christiani. Nunc vero & ipsi in hac B. Ioannis Bapti-
stæ natiuitate gaudent, sed vtinam de natiuitate, non de vani-
tate.

15. *Erit enim magnus coram Domino.*] Causam reddit,
quam paulo ante exposuimus, publici gaudii. *Coram*
Domino dixit, aut vt significaret vere magnum futurū
esse, non sola apud homines sanctitatis opinione, sic-
ut de eius parentibus dixerat v. 6. aut vald. magnum *Hebraisc.*
futurum, vt Hebraica sit phrasis, qua *coram deo no ma-* *mus.*
gnus dicitur, qui maximus est, sicut Gen. 10. 9. dicitur
Nembrod *venator fuisse robustus coram Domino*, id est ro- D
bustissimus. Conuenit cum hac secunda interpreta-
tione, quod Christus de Ioanne dixit Matth. 11. 11. &
apud hunc Euangelistam infra c. 7. 26. *Inter natos mu-*
lierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Verumtamen
Orig. homil. 4. Ambros. Beda, Theophyl. Euthym.
priorem sensum sequuntur.

Et vinum & siceram non bibet.] Theophilus Antio- *Sicera quid*
chenus in lib. Allegoriarum in Lucam siceram potū
esse dicit confectum ex dactylis, sed latius patet eius
nominis significatio: quicquid enim inebriare potū
solet ab Hebræis שכר, à Græcis σικερα, vocatur, vt
Hieron. vertit Leuitici 10. 9 & Num. 6. 3. & 1. Reg. 1.
15. & Beda, atq; Euthy. hoc loco exponit. Idq; apte in
hunc locum cadit; volunt enim angelus dicere Ioan-
nem semper sobrium, semper vacuum, semper pru-
dentem futurum esse, quod neq; vinum, neque quic-
quam aliud, quod inebriare possit, esset bibiturus.
Quæ autem genera potus sint, quæ inebriandi vim
habeant; huius non est loci docere. si quis id deside- *Lib. 14 c. 16 & 21 & li. 22 c 25 sub fi. vendeg.*
rat, Plinium legat. Declarat angelus his verbis, quo-
modo Ioannes, quem admodum dixerat *magnus coram*
Domino futurus sit, non solum quia Spiritu sancto ab
vtero matris suæ erat, implendus, sed etiam, quia vi-
ginum, & siceram bibiturus non erat. *Docet enim vas* (in-
quit Beda) *cælesti gratia mancipatum sæculi illecebras effugari, nec vino, in quo est luxuria, impleri eum, qui mysta Spi-*

B ritus

vitio sancti defleret, implori. Vnde colligitur non solum bonis nos operibus iustificari, cum gratos nos Deo reddant, sed etiam, quod haereticis maxime negat, ieiunia, & ciborum, potusq; delectum magni esse apud Deum meriti, cum Ioannes hac etiam de causa, quod vinum, & siceram non biberit, *magnus* fuisse *coram Domino* dicatur. Omnes porro Nazarei, quicq; singulari fuerunt sanctitate, a vino dicuntur abstinuisse, vt Samson Iud. 13.14. & Rechabitae Hierem. 35.8.

Ieiunium, cibiq; ac potus delectum meritoria apud Deū.

Et Spiritu S. adhuc replebitur.] Repleti dicuntur Spiritu sancto in scripturis sacris non omnes, quibus etiam largiter Spiritus datur, sed quibus ita datur, vt redundare etiam foras in aliquod signum videatur, vt infra v. 35.41. & Act. 2.4. & 4.8.31. & 6.5. & 7.55. & 9.17. & 13.9. Hoc igitur loco Ioannes non solum, quia in vtero matris sanctificatus fuit, sed multo etiam magis, quia ira sanctificatus, vt fex mentium iofans veniente ad se Christum infantem & sentiret, & exultatione demonstraret, Spiritu sancto repletus dicitur.

Qui repleti Spiritu sancto imperfecti.

Ab vtero matris suae.] Perperam haereticorum interpres exponit, *ab infantia sua*, quasi non in ipso vtero, sed post quàm ex vtero erat Spiritu sancto repletus fuerit. Manifestū n. est angelum, quod futurum erat, vt Ioannes in vtero Christo domino ministraret, indicare voluisse, atq; hanc vim habet illa particula, *adhuc*, quasi dicat, antequam ex vtero exeat, cum adhuc in vtero erit, quemadmodum omnes veteres interpretes exponunt. Orig. ho. 4. 7. & 8. & Cypr. epi. 73. & 76. Cyril. Hierof. Catechesi. 3. Amb. Max. in homil. de natiuitate Ioannis Bapt. Chrysost. homil. 22. in Ioannem, & Auctor imperf. & 1. quem Poëta hunc locum reddens,

Ib. 1. hist. Euang.

Cla sumus quem Spiritus ipse
Visceribus matris complebit numine claro.

16. *Et multos filiorum Israel convertet.*] *Multos*, non omnes dixit, quia multi Scribae praefectum, & Pharisaei de Christo illi testificanti credere noluerunt, infra c. 20.5. & Matthaei 21.26. Marci. 11.31.

Ad Dominum Deum ipsorum.] Ad Christum, quem ostendit, quemq; praedicauit. Vnde Christi diuinitas manifestè probatur, quemadmodum Cyril. in lib. de recta fide ad Reginas, Beda, Strabus, & Euthy. ex hoc loco probarunt. Loqui enim de Christo angelum ex verbis sequenti perspicuum est.

Christi diuinitas.

17. *Et ipse praecedet ante illum.*] Ante Dominum Deum ipsorum, vt dixerat ver. praecedenti, id est ante Christum. Ante Christum enim praecessit, cuius praecursor fuit Malachiae 3.1. Marci 1.2. Luc. 7. recte, vt diximus, ex hoc loco probatur, Christum esse Deum.

In spiritu & virtute Eliae.] Non corpore, sed spiritu, & virtute similis Eliae. Virtutem autem vocat, non potestatē faciendi miracula, quia Ioannes, vt Ioannes aliter Euangelista testatur c. 10. v. 41. *signum nullum fecit*, sed virtutem dicit, aut omnem generaliter virtutē, & sanctitatem, aut animi fortitudinē, & in contemptendis vitiis seueritatē, qua propria quadam ratione similis fuit Eliae. Dubium verum de praeterito, an de futuro Eliae Spiritu loquatur, hoc est an significet Ioannem talem futurum esse, qualis, dum viueret, Elias fuit, an qualis, cum venerit ante secundum Christi aduentū futurus est. Orig. ho. 4. & Amb. in commen. de praeterito interpretantur. Gregor. vero hom. 7. in Euangelia, & Euthy. hoc loco, & D. Augu. tract. 4. in Ioan. de futuro. *Dominus Iesus Christus*, inquit Augustinus, *dixit Eliam tam venit, & ipse est Ioannes Baptista. Ioannes autem interrogatus se confessus est Eliam non esse, quomodo nec Christus esse: Et vtrq; sicut verum confessus est: christum se non esse, sic verū confessus est neque Eliam se esse. Quomodo ergo comparabimus dictā praesentia eis dicta iudicia? Absit, vt praco mentiatur; hoc enim loquitur, quod audit a iudice. Quare ergo illi non fuit Elias, & Dominus ipse est Elias? Quia ea re Dominus Iesus Christus praefigurare voluit futurum aduentum suum, & hoc dicere quia in spiritu Elias erat Ioannes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentum hoc erit Elias ad secundum aduentum.* Videtur D. Augustinus spiritum hoc loco, non Spiritum illum sanctum, quo Ioannes in vtero repletus fuisse dicitur, sed officium praeconis Christi, & vocationē appellare, quemadmodū cum dicit Christus, *Nescitis cuius spiritus estis* inf. c. 9.55. id est non intelligitis vocationē vestrā. Quae interpretatio mihi valde placet. Beda vero, & Theophyl. de vtroq; Eliae interpretantur aduentu. *Quibus*, inquit Beda, *in spiritu, & virtute Eliae praecedere dicitur, quia sicut illi praco venturi iudicis, ita hic praua facta eius deserta secuta vitia frugi, vestium inculti, cibus sunt desertis, Ambos Regis, & Regina vsq; ad mare iolerāt.* Vide quae de hac re scripsimus Matth. 11.14 & 17.10.11.

Qui sensus sit, Elias venturus iudicii, & Ioannes praecursor.

Vt convertat corda patrum in filios.] Verba sunt Malachiae c. 4.6. Quare ideo mihi videtur angelus vsurpasse, vt doceret Ioannem eum esse futurum, quē Propheta c. praecedenti v. 1. ante faciem Domini venturū dixerat. Quāquam haec apud Prophetā verba non de Ioanne, sed de venturo Elia propriè intelliguntur. Quae haud dubiè eodē sensu, quo apud Prophetam intelligenda sunt; nisi q̄ ad aliam personam accommodantur. Verumtamen quis eorum verborum apud Malachiā sensus sit, de eo dubitatur. Omnis vero in eo versatur quaestio, vt intelligatur, qui patres, qui filii appellentur, & quid sit: alios ne ad alios corda conuertere. Patres igitur quidā veteres Auctores Patriarchas intelligūt, filios recentiores Iudaeos, qui longe ab eorū moribus sanctitateq; degenerallent: ideoq; infensi illis antiquis patres essent; reconciliari autē eis, hoc est ipsorum ad illos corda conuerti, cum Eliae exemplo, doctrinaq; filii resipiscerent. Sic Hieron. Malachiae 4. & Aug. lib. 20. de ciuitate c. 29. & Beda scribens in hūc locum. Alii patres omnes Iudaeos, filios Christō, & Apostolos vocati putant, ad quos & Elias in secundo & Ioannes in primo aduentu Iudaeorū essent corda conuersuri. Ad hunc fere modum Euthy. Alii patres Iudaeos, qui prius vocati, id est nati sunt; filios Gentiles appellari, vt Theod. in commen. in 4. c. Malachiae. Alii cor patris ad filium, id est, Dei Patris ad Dei filium conuertendum, significari: singulariter enim Hebraice numerum legi, non quod Pater filio natus esset, sed quod Elias, Ioannesq; essent effecturi, vt Pater filium diligere cognoscerentur. Hanc etiam interpretationem D. Augustin. eodem loco adhibet. Malim dicere patres, & filios non metaphorice hoc loco, vel pro Christo, vel pro Apostolis, vel pro Iudaeis, & Gentilibus, vel pro vetustioribus, & recentioribus Iudaeis accipi, sed pro iis, qui eo tempore, de quo Propheta loquebatur, viui essent, quasi dicat: *Conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres.* Sic enim Propheta dicet, id est partes, & filios inter se dissidentes conciliabit. Dissidere autem patres & filios inter se indicat, non solum moribus, sed multo maxime religione, dum aliam pater, aliam filius religionē sequitur: conciliari autem, dum ducti, quae vera sit religio, eam & patres pariter, & filii colūt. Quem admodum patres, & filii vique ad capitales aliquando inimicitias dissentiant, & pugnent, nostra nos hoc tempore mala docuerunt: quem autem ad modum concilientur, quia Elias, & Ioannes nō habem', magis aestimare animo possumus, quam re ipsa experiri. At non dissidebant Iudaei, cum Ioannes venit, de religione. Maxime vero dissidebant; ties enim per id tempus Iudaeorū sectas fuisse, Pharisaeorum, Sadducaeorum, Essenorum Iosephus lib. 13. Antiquitatum. cap. 6. auctor est, & Epiphan. & Philast. plures etiam connumerant. Ioannes vero, quantū in ipso fuit, ad vnam omnes

omnes religionem, ad vnum omnes transtulit Salutorem Christum, quem digito demonstrauit, & peccata mundi ablatarum esse clara voce dixit. Idem Elias ante secūdum eius aduentum factus est: nam & tunc magnam futuram esse inter hominem de religione dissensionē Christus infra praedixit c. 12.3. *Verūtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?*

Et inconfultos ad prudentiam conuertere.] Non allentiorūs, qui existimant hoc secundū membrum apud Lucam secundo illi apud Prophetam mēbro respondere, & *corda filiorum ad patres*, nam apud Prophetam membra illa etsi verbis duo, re tamen ipsa, atq; sententia vnum sunt. Quod angelus intelligens priori contentus mēbro, quo tota sententia declarabatur, secundū praetermisit, atq; eius loco verborum Prophetae explicationem posuit. Explicatio autem haec est, *& inconsultos ad prudentiam iustorum*, id est ad fidem, ad religionem eorū, qui melius de fide, ac religione sentiunt. Fidem enim prudentiā vocauit, cum incredulitati eā opponat, sicut solet scriptura eos, qui iusti, ac fideles sunt, sapientes, aut prudentes appellare. Eius rei, quia innumera exempla poni possunt, nullum ponam.

Parare Domino plebem perfectam. [*κατασκευασαι τω κυριω λαον κατηρτισμενον parare Domino* (id est vt patet) populum praeparatum: Noster interpres videtur, vt quidam admonuerūt, legisse *κατηρτισμενον* perfectum, id est, idoneum, aptum, atq; maturum ad Christi doctrinam suscipiendam. Ac sensus profecto est melior: C *Nam parare Deo populum praeparatum*, aut tam logica, aut minus certe concinna, & apta oratio est. His paucis verbis tantum Ioannis officiū declaratur, quod in eo consisteret, vt ad suscipiendum per fidem Christum animos hominum exemplo, praedicatione, baptismo praepararet, id est aptos efficeret, & quasi leues dum a Christo agrum proscinderet, ac nouaret, vt eleganti metaphora expellit Poëta Iuuenalis,

——*plenum, cui subdit.*

Lib. 1. Euang. hist.

Cum autem dicit ut Ioannes plebem perfectam paraturus, nemo sensum esse putet, paraturum plebem, quae ante perfecta esset, sed paraturum plebem perfectam, id est perfectam effecturum. Quamuis tam facile forsitan hoc est, vt non fecerimus admonendo operae pretium. D

18. *Et dixit Zacharias ad angelum, vnde hoc sciam.*] Indicat se non credere, nisi signum videat, quod multos alios viros sanctos fecisse legimus, Abrahamum Gen. 15.8. Gedeonē Iud. 6.17. Duplex hic quaestio est, an peccauerit Zacharias: & qua re peccauerit? Peccasse quidem omnes contentiunt Auctores Augustini. quinquag. hom. hom. 44. Beda & Theophyl. & ex verba angeli colligitur v. 20. *Et ecce tacens, & non potens loqui vsque in diem, quo haec fiant, pro eo, quod non credidisti verbis meis.* Si sola spectaremus verba, diceremus & Abrahamum, & Gedeonem. &, nisi nos prae tas prohiberet, Beatam etiam Virginem peccauisse, quia verbis omnes aut iisdem, aut similibus vti sunt, E sed Deus qui non tantum verba foris audit, sed cor etiam peccati, verborum quae fontem intuetur, iudicauit Zachariam peccauisse, alios non peccauisse. *Si vera attendamus*, inquit Augustin. hom. 44. *haud amplius credidereunt Zacharias, & Maria: sed nos verba vdimus audire. Deus poteā circarda interrogare. Intelligimus charissimi, quorsum Zacharias, quando ait. Per quid cognoscam hoc? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis, desperando dixit non inquit, nolo, Maria vero, quando e contra ait, Quomodo fiet istud, quia virum nō cognosco in quo die dixit, non desperando.* Hinc secunda solutur quaestio, qua re peccauerit, nempe incredulitate. *Quia non credidisti*, inquit, *verbis meis.* Sed hanc ipsam incredulitatē alii maius, alii minus peccatum fuisse putant. Calumur, qui nemine sanctum, qui neminem fustū esse vellet, quo magis Zachariae sanctitatē minuat, dicit eum de Dei potentia dubitasse, quasi facere nō posset, vt senex ex sene suscit & sterili coniuge liberos tolleret. Sed quis, quaeso, qui omnipotentiā Deo detrahit, facere posse dubitasset? Legerat profecto Zacharias, atque credebat Abrahamo in extrema ipsius, vxorisq; tempore ante sterilis senectute natum fuisse filium, Gene. 21.1. Melius alii non ideo peccasse, sed quod senectutem suam, vxorisq; sterilitatem, non Dei potentiam consideraverit: contra quā Abrahamum fecisse, laudans scribit D. Paulus ad Rom. 4.19. *Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuum vulvam Sarae.* Sic Euthy. Caeterū nec hoc ipsum crimen Zachariae existimo tribuendum, cum possimus hunc locum minore eius culpa interpretari: itaq; potius credo de angelo, an vera esset, & a Deo missa, dubitasse, vt verba ipsa respondentis angeli significant, v. 19. *Et respondens angelus dixit ei. Ego sum Gabriel, qui assto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & haec tibi Euangelizare, &* v. 20. *Et ecce eris tacens pro eo, quod non credidisti verbis meis.* Non dixit verbis Dei, quod dicere debebat, si Deo Zacharias non credidisset, cum eum angelus accusaret, vel etiq; quam maxime eius peccatum exaggerare; sed dixit, *pro eo, quod non credidisti verbis meis.* Non ergo peccauit, obiicier mihi aliquis, cum non deberet temere credere verum esse angelum. Neque enim, quod postea *1. Cor. 11.24* Dimus Paulus dixit, ignorabat, solere se Satanam in angelum lucis transfigurare, & quod Ioannes prima epistola cap. 4.1. non omni spiritui credendum esse, sed probandos spiritus, vtrum ex Deo sint. Respondeo in hoc ipso aliquam fuisse culpam, quod angelo tam aperte se se ostendenti, & tot signa praebenti legationis suae, non facile crediderit, sed longe tamen leuiorem fuisse culpam, quam si aut Deo, aut angelo, quem bonum esse, & ei nomine loqui sciret, non credidisset. Itaque libenter ad eorum accedo sententiam, qui credunt nō nisi veniale fuisse peccatum. Nam quod tam severe longa infantia punitus esse videatur, vt indicii magni peccati magna poena creditur, non id magnum lo peccati fecit, sed quod non solum in poenam, sed multo magis in signum, & argumentum veritatis mutus factus sit. Cum enim signum peteret Zacharias angelus daturus esset, prudenter illud dixit, quod & ad iuendam poenam, & ad faciendam fidem apte illi unum erat: quia & in ipso Zacharias experiebatur, & ea expenebatur parte, qua contradicendo peccaverat.

Zacharias veniale peccatum.

Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis.] Duas dubitationis suae causas affert, de quibus verba ipsa loquimur dictum est. Opponit autem angeli dictis naturales causas, quia cum angelo, aut tanquam cum homine, aut tanquam cum angelo, qui non diuina, sed naturali virtute filium sibi polliceretur, loquebatur. Simile quiddam Abrahamus Gene. 17.17. angelo filium pollicenti respondit: *Putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria parere & Sara Gen. 18.12. quae ipse secum dicens, ridebat intra se, & Dominus meus vetulam est, & velit tam aperte dicere?* Sed Zacharias quidem, & Sara peccauerunt angeli testimonio; Abrahamus eo ipso, quod ab angelo reprehensus non est, non peccasse creditur, vt supra ex Aug. probauimus. Quod dicit, *Processit in diebus suis*, supra vers. 7. Hebraismum declaravimus.

19. *Ego sum Gabriel.*] Qua videbat angelus Zachariam sibi non credere, quod non satis ab eo cognitus esset; ex persona, ex auctoritate, ex officio suo fidem

Archangelus Gabriel Iudæorum curator.

facit. Dicit se Archangelum esse Gabrielē illum scilicet, qui populi Iudæorum curam gerere soleb at, & frequenter ad eum mitti Danie. 8.16. & 9.21. quo magis illi tanquam procurator gentis, tum oriq; credendum erat, ideo fortasse ille, non alius ad Zachariam missus est, quod Ioannis ortus ad Reparationem Iudæorum maxime pertineret. Quare & ad Beati Virginem idem postea missus est pudicam populi salutē nuntiaturus, infra v. 26. & spectabat hoc ipsum ad Ioannis laudem, vt qui Christi angelus, quem admodum Malachias vocat, nascebatur, ait ecclē, quo Christus, angelo nunciante, ortus est, vt S. Augustinus ait, & ser. 20. de sanctis addu cerunt. Auctoritate suam declarat, B eum dicit, *Qui assto ante Deum*, id est, vndes ex his sum, qui Deo nuncia re ire solent. Hoc enim significat phrasis Hebraica עמיר לפני יהוה stare ante Deum, qua Euangelista vsus est, quia soleut semi, qui mittuntur, ante dominos stare eiementi, ac parati, vt si quid Dominus iussisset, exequantur, Tobiæ 12.15. Iosue 5. & 2.1. Daniel 7.10. Colligit ex hoc loco Greg. homil. 34 in Euangelia 34. Gabrielem vnum esse de primis angelis, quod etsi ideo mentio eo dium, quod ad tres tantum negotium maximū omnib; vero simile sit Archangelum, id est, Principem aliquem Angelorum missum esse, tamen id hoc verbo non probari, quia phrasis, vt diximus, Hebraica tantum significat ministrare, quod omnib s angelis commune est. *Omnes enim sunt administratorii spiritus, vt ad Hebr. 1.14.* scribit D. Paulus. Colligit etiam Greg. & Beda in commentariis eius rectā ex his verbis, idē quod ante docuerat Abbas aut quicquis est Auctor q. 8 Angelos etiam, cū ad nos nuntiant, Deo præsentes assistere, qui dicit Angelus, *Ego sum Gabriel qui assto ante Deum.* Quod etsi verum est, quia vt idem ait Gregorius, *etiam cum scriptum est angelum spiritus sanctum vacuatis Spiritum quibusdā, circumscriptum non est angelum ex Spiritu, & aliter ipsum sunt, quos ad hoc mitti constat, vt nuntient, aut aliquid administrent*: etsi hoc, inquam, verum est, tamen hoc loco non significatur. Nam vt videmus in libro, non tam dicit se missum, sed contrariam rei fieri significat, cum videtur se missum dicere, quia dicit se assistere. Quin & contrarium ex eo fieri significat, quod ait se missum dicere, quia sit constitutus. Dei verbum ad nos fecit. Nam etsi vbique Deus est, tamen eo modo, quo erat qui dicuntur assistere, id est, vt in solio Regio sedens, non solo dicitur esse contentus, vnde cum angeli dicuntur assistere, non solo dicunt esse contentos, vnde cum angeli dicuntur assistere, sed mitti dicuntur. Quare Iob cap. 1. scribit, venisse die quadam filios Dei, id est, angelos, & assistisse coram illo, quasi prius, cum in negotiis nullis essent, non assistere, coram illo non starent.

Mat. 4.11. Officium angelorum.

Et missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.] Declarat officium suum, & legationem ex his verbis. Proprium enim angeli officium hoc mittit. *Quia omnes administratorii sunt spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Hinc & nomen accepit, vt Euangelius, id est, nuntius appellaretur, quod vsus est Gregorius non semel, sed etiam nomen est. *Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem*, Psal. 103.4.

Et hæc tibi euangelizare.] hoc tribi bonum nuntiū afferre. Capitur angelus bene quidem etiam, vt infra dicam, & tacite Zachariæ inter dubitare exprobrat. Retinuit interpres Græcam euangelizandi verbū, non solum, quod verbo vno Latino exprimi nō posset, sed etiam fortasse, vt indicaret, hoc primum fuisse exordiū Euangelii, vbi ea primum vox ab angelo edita est, vt putat. Nam etsi, quo angelus Zachariæ nuntiabat, Euangelium proprie non erat, proximum tamen erat Euangelio.

20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui.] Offendit res ipsa angelus auctoritatem suam, dum mutum Zachariam reddit. Nam etsi in Dei virtute factum est, tamen

21. *Et erat plebs expectans Zachariam.*] Extra tabernaculum, vbi dicetur v. 10. multitudinem populi foris orantem constituit. Apparet Zachariam aliquanto tempore cum angelo collocutum, siquidē plebs tantam eius moram mirabatur, neq; omnia fortasse verba, quæ inter angelum, & Zachariam vltro citroque dicta sunt, Euangelista recensuit. Itaq; maior fortasse mora fuit, quam breue istud colloquium, quod hic recenseatur, requirere videbatur.

23. *Et factū est, vt implerentur dies officii eius.*] Octo dies, quibus singuli per vices sacerdotes sacerdotali in templo officio fungebantur, vt v. 5. docuimus. Hinc intelligitur aliquot diebus antequam Zacharias officiū suum expleret, angelum illi apparuisse, neq; ppterea quod surdus, mutusq; factus esset, ob officio dicessisse. Egregium documentum, non debere sacerdotes incidentibus rebus aduersis munus deserere.

24. *Post hos autem dies.*] Paucis post diebus. Hos dies vocat Euangelista illos, de quibus locutus fuerat, id est, octo illos, quibus in templo Zacharias miaistrauerat.

Et occultabat se mensibus quinque.] Quam ob causam se Elisabeth prægnans occultauerit, variæ à diuersis Auctoribus causæ reddantur. Quidam pudore fecisse putant, quod iam senex concepisset, sicut Sara Gen. 18.10. risisse dicitur, cum ab angelo audiuisset se filiū habituram. Sic Orig. hom. in Lucam 6. Ambros. Beda, Theophyla. & Euthy. Repugnare huic sententiæ videtur, quod aliam ipsa Elisabeth causam veri sequēti C afferre videatur. *Quia sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Sed ad hoc ipsum Ambrosius & Beda respondent. *Merito*, inquiunt, *ea in sancta Elisabetha erubescat gratiam, etsi non ea pro secreat culpam. Nam etsi concepit de viro (non enim aliter de hominis ortu fas est credere) tamen parcius sui erubescebat, & tanquam sit ruisse carnis se gaudebat opprobria.* Fortasse quod dicit, *sic fecit mihi Dominus*, perinde est, ac si dicat, nisi me Dominus ex potuit ista me sterilitatis probro liberauit, vt intemperanti obtrectationi famiæ, quali annosa iam anus rei coniugali operam dederim. Colligunt ex hoc loco Origen. & Ambrol. &, vt videtur, Augu. sermon. 7. de tempore, antequam Angelus ad Zachariam veniret, illum, & Elisabeth mutuo cōsen- D su à communi, & coniugali thoro abstinuisse. Hacenim de causa erubuisse Elisabetham, quod cum ante à mariti thoro seiuncta aliquāto tempore vixisset, in extremis senectute incitata libidine ad nuptiarū opera redisse videretur. Cur mensibus quinq. non pluribus, nō pauciorib us sese occultauerit, credendō non est vacare causa, causam vero hanc Orig. Beda, Euthy. & Theoph. simi e existimant, quod post quintū exactum mensem virgo Maria concepisset, quasi cūc deficerit pudere concepisse anum, cū concepisse etiā virginem vidit. Et hoc est probabilius, quod ipsa B. Virgo, licet cognata eius esset, mense iā sexto eā nescierit concepisse, vt ex vers. 36. perspicuū est. Mōstrauit ergo Christus Ioannem à Ioanne non stridus. Quidā hæreticorū interpretes dubitasse Elisabeth dicūt de angeli promissione, ideo non ausam se tanquam grauidam gerere, ne, si se optimo fefellisset, ridicula heret; quod sexto tam mense ita veretus intumuit; vt neq; ipsa, nec alii, qui viderent, dubitare possent, esse prægnantē. Sed illi ex suo solent ingenio homines etiam sanctos incredulos indicare, quibus prima fidei regula est, nō nisi quæ aut vident, aut volūt credere. Quomodo dubitare poterat, quæ quintum iam mensem grauidum sentiebat vterum, quę maritum, propterea quod dubitauerat, surdum, mutumq; videbat? quæ denique dicebat: *Sic fecit mihi Dominus*, agnoscens nimirum Dei se beneficio concepisse?

25. *Quia fecit mihi Dominus.*] Vt sterilis simul, annusque conciperem, quod, qui audient, videbit, & incredibile putabit.

In diebus, quibus respexit Dem.] Tandem cum Deo placuit, eumque ego minime cogitabam. Indicat rem totam diuina prouidentia, præterque hominum opinionem fuisse factam. Respexit se Deum dicit Hebraico genere loquendi, quasi prius aduersus, atq; alienatus à se fuisset; tunc reconciliatus esset, non quod vere, aut prius aduersus, aut tunc reconciliatus fuerit, sed quod ante, quasi offensus esset, liberos sibi non daret, tunc, quasi reconciliatus, dederit. Respicere enim nos dicitur Deus, quoties aliquid in nos confert beneficii, quoties benignus, & fauorabilis nobis est, vt Psalm. 85.16. Potest etiam hoc loco significare idem, quod dignatus est, vt infra v. 48. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, id est, tanto honore humilem ancillam suam dignatus est, & Psalm 30 8. *Quoniam respexit humilitatem meam saluasti de necessitatibus animam meam*, id est dignatus es me, quamuis abiectum & iacentem erigere. *Hebraismus.*

Auferre opprobrium meum inter homines.] *Respexit auferre*, dixit phrasi Hebraica ראה להסיר, id est respexit ad auferendum, aut remouendum, Latine dicere mus, adiecit animum ad tollendum opprobrium meum. Hinc apparet probrosam apud Iudæos sterilitatem fuisse, vt Gen. 30.23. vbi cum Rachel peperisset, dixit, *abstulit Deus opprobrium meum.* Quamquam duo testimonia, alterum Exod. 23.26. alterum Deut. 7.14. quæ in eam sententiam citari solent, alieno sensu citantur. Non enim præceptum illic, sed promissum est. Causam quamobrem de decus haberetur non eandem omnes Auctores reddunt. D. Ambr. hoc loco causam fuisse dicit, quod paderet mulieres, quæ non alia de causa, quam parieudi, nubere videbantur, non parere. *Pudet eū enim* (inquit ille) *fœminam nuptiarum præmia non habere, quibus hoc solū causa nubendi.* Euthy. vero ex hominum vitio eam opinionē natam putat, quod Iudæi nimis carnales essent; ideoque ignominiosum existimarent carere liberis. Sunt qui dicant idcirco ignominiosum id fuisse, quod eius populi propagatione Christus nasciturus esset; itaq; alienos à Christo fuisse visos, qui posteritatem non haberent, quasi nihil ad futuri Messiæ generationem contulissent. Aliis inter alias illi populo à Deo datas benedictiones vnam illam fuisse, vt in eo nulla sterilis mulier reperiretur, vt paulo ante ex Exod. 23.26. & Deut. 7.14. citauimus. Quare expertem diuinæ benedictionis, & alienam quodammodo à populo Dei habitam fuisse mulierem, quæ sterilis esset. Veram ergo causam fuisse arbitror, quod sterilitas alicuius, & quidem grauis peccati pœna esse videretur, quod re ipsa Iudæi experiuntur eam ob causam sæpe Deum mulieres sterile s facere. *Conclauerat Dominus omnem vulvā domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ* Gen. 20.18. Itaq; videmus clamare Prophetā Oiee c. 6.14.15. *Da tis Domine. Quid dabis eis? da eis vulvam sine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi eos esse habui eos propter malitiam adinuentionum earum, de domo mea eiiciam eos; non addam, vt diligam eos.* Itaq; pro eodem fere habebatur, sterilem esse mulierem, & alicuius grauis peccati rē esse. Ita etiam mihi videtur Greg. Nyssenus homilia de sancta Christi natiuitate scribere. *Iure homines* autē dixisse videtur Elisabeth, quia cum culpa non subesset, apud Deū sterilitas ignominiosa non erat. Quin, vt v. 7. notauimus, omnes fere mulieres, quæ in sacris Literis steriles nominantur, fuere sanctissimæ, Sara, Rebecca, Rachel, Anna Samuelis mater, & mater Samsonis, Iudic. 13. 2. quemadmodum supra Theophyl. & Orig. hom. Gen. 12. obseruauerunt.

26. *In mensem autem sextum.*] Ab eo tempore, quo Zachariæ angelus apparuerat v. 11. vel quo concepérat Elisabeth v. 24. vt Euthy. interpretatur. Iren. lib. 2. c. 11. videtur legisse in ipso autem tempore. Ambros. vero in commentar. eodem tempore, quasi ambo Græce legerint *εν τω αυτῳ καιρῳ*. Et omnia Euangelistæ temporis circumstantiam, non solum ad coëtaneam finem historiæ, quæ eo semper habetur probabilior, quo plures temporum, locorum, rerum, personarum circumstantiæ notantur; sed vt declararet, quanto tempore Ioannes Christo maior esset natu, quanto; intermallo, qui præcessurus prædicando erat, nascendo præcesserit. Simul etiam, vt ostenderet non nisi ex mensium fuisse foetum, cum venientem ad se Dominū sensit, & exultatione demonstrauit, vt v. 41. dicetur. Hæc enim præsciuerat futuræ narrationis. Patet etiam ad rotem ad id, quod dixerat v. 36. Aliæ tres non Euangelistæ circumstantiæ, vt Diuus Bernar. hom. 1. de laudibus Beatæ Virginis obtestatur. Quæ sexto mense angelus ad Mariā missus fecerit, patuit non esse, quamdiu causa non fuerat, tenere factum esse Strabus ex Hieron. & D. Thom ex Beda scribunt: signi autem esse mense illo sexto Christum esse natum de gratie nasci. Nescio an tanti fuerit id scire. Siliumanam æquamur comœchiam, quæ aliquando in rebus etiam diuinis ad verum ducit; causa hæc mihi videtur fuisse, quod voluerit Deus Christum & Ioannem dominum & terrenum ex dempto ordine & retinam pari fere ætate esse, vt hac etiam re similes essent. Sed debuit Ioannes nascendo præcedere quem præcessurus erat prædicando. Debuit in vtero conclusum in vtero ipse concludere, infans infantem prius quam vir virtutis in lucem demonstrare. Debuit miraculo concepti maioris concepti Christi miraculo fidē facere. Ideo sex mensium spatio præcedit, quo tempore negotiam parturiebat, vt ignoraret se esse conceptus, nequitam parturiebat, vt sentiam habere potestatem videretur. Ab hinc fere modum Athanasio erat de Deipara.

Missus est angelus Gabriel a Deo. Idem angelus, qui ad Zachariam missus fuerat, vide supra v. 11. & 19. Diligenter hoc Lucas narrat omnibus personarum, locorum, temporum circumstantiis declaratis, vt de cæteris rebus dubium fieri non posset, quin ille Gabrielem, id est, vnam e primis, & a Deo missum fuisse dicit, non suo venisse nomine. Iren. lib. 5. c. 19. Augustin. ser. 18. de tempore. Greg. hom. 34. Damasc. in sermone de Assumptione Beatæ Virginis. Bernar. hom. de laudibus Virg.

In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.] Vbi Maria, & Ioseph habitabant. Vide, quæ diximus Matthæi 2. 23.

Ad virginem desponsatam viro.] Quæ in hunc versum dici poterant, diximus apud Matthæum c. 1. 18.

28. *Et ingressus ad eam angelus.*] Indicat Mariam vere fuisse עלמה, id est, reconditam illam virginem, quā Isai. cap. 7. 14. ea ætate erat puniturus, cum in penetralia habitaret. Qui de te, qui hodie dubitant hæretici, & apud eos alium aliquem (tum cum ancillæ laborantem fuisse malunt credere, Iudaico mihi esse videtur ingenio. Itaq; non magis illis, quam apocrypho illius protenangelii auctori, quod Iacobi nomine circumfertur credendum est, vbi ille ipse Deus cum Virgine forte ad hauriendā aquam, cum illi angelus apposuit. Vtrum ex Euangelistæ, & antiquis omnibus tepugnat Authoribus. Nam & Lucas, cum angelū ad eam ingredientem dicat, sine dubio significat eam intra domum fuisse, & id Ambrosius, Eusebius Emissenus in hom. de beata Virgine, & Andreas Hierosolymit. & Beda, & Bernar. affirmant. Sunt etiam, qui putet clausis foribus ostio ad eum ad B. Virginē

Hæreticus sive asinus indocti.

A penetrasse, quod & quia angelo cum Spiritus esset, opus non fuit aperire, & quia ad sanctitatē puritatemque pertinebat virginis clausso esse ostio, valde credibile iudico. Quod autem ingressus tunc cum ad eam angelus ingressus est, quia Euangelista non indicat, & traditio Ecclesiastica nulla docet, nescio an possit hoc controuersiæ vitio quæri, & sine maiori temeritatis vitio definiri. Hoc vt credamus, eius & nobis sanctitas postulat, neq; otiosum fuisse, nec inire, quæ non maxime deceret virginem, occupatam.

Ave gratia plena.] Quod ingressus ad Virginē angelus salutat, nouum non est. Salutauit angelus aliter Gedeonem Iudicum 6. 12. 25. Sed illud nouū, & singulare omnino est, quæ vis & salutatione, qua nemo ante omnium ex alterum saluarus hominem visus fuerat, vt Origen. hom. in Lucam 6. Ambr. & Beda in comment. none tauerunt, *Cum prudentia*, inquit Beda, *pendat, quæ benedictionis nouæ formam nouæ rei modo, quæ nusquā fecisse legitur, nusquam audierat esse promissa. Scit Maria hæc salutatio seruabatur, Beata cum sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla vlis meruit, aut confecutus est.* Quam quam & hoc discrimen inter Mariam, & Zachariam obtenuamus, quod Zachariæ Gabriel salutatione non dicitur; Mariam vero nō soluterum modo, sed singularibus etiam & exquisitis verbis salutauit, & ita prudens, vt superiorem inferior, dominam seruus, Deiponsam, conueniebat futuram matrem Deiuniuersi alloquitur creatrix. Vnde quæso ei causa hæc mihi videretur videri, nisi quia ei causa hæc mihi videretur esse potuisse? Primo, quod Zacharias vir, Maria fœmina esset, & fœmina quidem virgo, atq; secundis, virorum non alteris coëquipas. Ideo q; credendum erat Mariam, quam Zachariam angeli virilli apparentis forma conspectam, atq; colloquio magnitudinem Spiritus Sancti, non gratiæ Mariam non superasse, sed gratia plena adiuuari. Multa opinationis huius sancti, quæ ad eum Spiritu Sancto, quem gratia plenam accepisse Maria testatur, confirmandum, & ad nos Spiritu Sancto, qui in illa magnitudine fuit, docendum obscure significationis aliquid, quamvis rationis hæc esse quam illa non queat Spiritus Sancti, qui sonat quæ sancte sit est gratia plena, minus significatum enim, vt est dictum, vt creatura creatorem esse necesse est: sed q. d. Spiritu sancto impleri dicuntur, non ipso Spiritu, sed dono aliquo spiritali, quod Deus solet in electis ingenerare, aut alia re quapiam interim subinde mitendar, dicamus sicri. Qui vero gratia, vt paulo ante ex Græco verbo demonstratum est: Christi in autem nondum esse poterat, sed conceptura erat: ergo nō rotunda gratia plena, quod iam concepisset, aut quod concepturā Christum esset. Atque hæc eodem modo sunt & intelligenda, & tuenda contra Ambr. Aug. & Bedā sentire.

Dominus tecum.] Quidam hoc etiam verbum de cōceptione Christi intelligi volunt, quasi Dominus eū Maria dicatur esse, quia Christus, qui iam conceptus eum illa erat, aut paulo post concipiendus erat fuisset. In priori sententia Hieron. & Bernard. sunt. In posteriore auctores illi, quos modo diximus, gratia plenam interpretari, quæ paulo post Christum conceptura esse ita ex ea erat, vt Euthym. Vtrumque opinionis vtrique rationibus, quibus vtraq; illa superior testatur. Neq; n. dubiū est, quin beeve hi: *Dominus tecum*, illustri præ cæteris dignitate explicare sint, *Augusta, dona.* Quare eodem modo sunt illi gentur, atq; illa: *Gratia autem plena*, vt docuimus, non ideo minus dicta est, quod autem Christum conceperit, aut conceptura esset: sed quod omnis repleta donis Dei, & gratissima. Nunc ergo Dominus cum illa esse dicitur,

Quomodo B. Virgo gratia plena fuit ante Incarnationem.

A comnes dissensio confirmat, qui nostram, id est, operiam pertæi versionem, dum meliorem quærunt, ea re declarant se inuenisse potorem, quod non vnam, sed tot, quot sint apud illos, interpretes inuenerint. Alias enim gratiosam, alias gratam, alios acceptam, alios gratiam consequutam, alios dilectam, aliud in gratiam accepta, alios gratia iustificatam, alios gratis dilectam interpretamur. Et cum angelus ea quæ nullo esse verba videatur, quib. sanctissimā ornaret virginē, quasi eius merita nulla ocrione æquare posset: illi boni angeli, qui nouum nobis Euangelium annūciarunt, in quæ sendis seboris verbis, quibus nihil de illa magnum, nihil singulare dicere videeamur. Veri angelus enumerato duas lingulari, & noua vtitur salutatione, satis profecto indicat nihil se Mariæ cum cæteris mortalibus commune dicere voluisse. Quod si tantum gratiosam, aut dilectam, aut gratam, aut acceptam, aut aliquid huiusmodi ex his, quæ Maria hoc loco hæretici commenti sunt, dixisset, nihil sane dixisset nō illi commune cum mulieb. At, inquiunt, multi alij gratia, aut Spiritu Sancto pleni dicuntur, Ioannes supra v. 15. Elisabeth infra v. 41. Zacharias v. 67. Apostoli Act. 2. 4. Petrus Act. 4. 8. Omnes illi qui congregati erant Ierosolymæ Act. 4. 31. septem illi Diaconi, qui primi electi sunt, Act. 6. 3. 5. Stephanus Act. 6. 8. & 7. 55. Paulus Act. 9. 17. & 13. 9. Barnabas Act. 11. 24. discipuli omnes Apostolorum, Act. 13. 52. Addunt, inquiris nō Christo facere, cui Mariam, dū eam gratia plenā appellamus, eximus. Multos quidem præter Mariam, Spiritu Sancto impletos fuisse superiora exempla satis docent: gratiā autem plenam, præter Mariā, B Stephanum legimus. Ex quo de Ioannis intra Mariam, & cæteros sanctos, qui Spiritu Sancto pleni dicuntur ratione illa quidem in illis ipsis plenitudine facile discrimini, cum illi Spiritu Sancto, non gratia Mariam superasse sanctio, sed gratia plena adiuuari. Multa opinationis huius sancti, quæ ad eum Spiritu Sancto, quem gratia plenam accepisse Maria testatur, confirmandum, & ad nos Spiritu Sancto, qui in illa magnitudine fuit, docendum obscure significationis aliquid, quamvis rationis hæc esse quam illa non queat Spiritus Sancti, qui sonat quæ sancte sit est gratia plena, minus significatum enim, vt est dictum, vt creatura creatorem esse necesse est: sed q. d. Spiritu sancto impleri dicuntur, non ipso Spiritu, sed dono aliquo spiritali, quod Deus solet in electis ingenerare, aut alia re quapiam interim subinde mitendar, dicamus sicri. Qui vero gratia, vt paulo ante ex Græco verbo demonstratum est: Christi in autem nondum esse poterat, sed conceptura erat: ergo nō rotunda gratia plena, quod iam concepisset, aut quod concepturā Christum esset. Atque hæc eodem modo sunt & intelligenda, & tuenda contra Ambr. Aug. & Bedā sentire.

Dominus tecum.] Quidam hoc etiam verbum de cōceptione Christi intelligi volunt, quasi Dominus eū Maria dicatur esse, quia Christus, qui iam conceptus eum illa erat, aut paulo post concipiendus erat fuisset. In priori sententia Hieron. & Bernard. sunt. In posteriore auctores illi, quos modo diximus, gratia plenam interpretari, quæ paulo post Christum conceperit esse ita ex ea erat, vt Euthym. Vtrumque opinionis vtrique rationibus, quibus vtraq; illa superior testatur. Neq; n. dubiū est, quin beeve hi: *Dominus tecum*, illustri præ cæteris dignitate explicare sint, *Augusta, dona.* Quare eodem modo sunt illi gentur, atq; illa: *Gratia autem plena*, vt docuimus, non ideo minus dicta est, quod autem Christum conceperit, aut conceptura esset: sed quod omnis repleta donis Dei, & gratissima. Nunc ergo Dominus cum illa esse dicitur,

B 4 quod

quod in illa iam conceptus corporaliter habiret, aut quod sit mox concipiendus habitaturus: sed quod is per illam gratiam, qua plena esse dicitur, spiritualiter in illa sit. Legimus hæc eadé verba & ab angelis aliis nonnullis hominibus, Iudic. 6. 13. & aliis hominibus ab aliis dicta, vt Ruth 1. 4. sed cum aliis dicuntur, precando, non enuntiando: cum Maríe, enuntiando, nó precando dicuntur. Precatur enim Boos messoribus suis, precatur angelus Gedeoni, vt Dominus cum illis sit. Auguſt. ſerm. de tempore 28. *Aue gratia plena, Dominus tecum. Dominus iuguit tecum sed plusquam mecum. In me enim lucet sit Dominus memetipsum ereauit. Dominus, per te autem generis est Dominus. Ita est Dominus tecum, vt sit in corde tuo, sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam.* Itaque vtroque modo intelligendum putat.

Benedicta tu in mulieribus. Falli etiam mihi videntur non solum hæretici, sed nonnulli etiam, & Catholici, & non indocti prorsus auctores, qui hæc verba precantis esse dicunt. Non enim precatur angelus, vt à Deo Maria benedicatur, sed iam benedictam annuntiat, atque declarat. Quis enim maiorem illi à Deo benedictionem optare potuit, quam vt impleretur gratia? At qui iam gratia, vt docuimus, plena erat. Manifestum præterea est hæc tria verba, *Gratia plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus*, cum eodem contexto, eodemque tenore dicta fuisse, esse etiam eodem modo intelligenda. Duo vero præcedentia, vt demõstrauimus, non optantis, aut precantis, sed annuntiatis, & affirmantis sunt, & hocigitur tertium. Sciol Hebraicum participium ברוך *benedictus*, pro futuro poni, aut pro imperatiuo, vt in illo exemplo *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, Matthæi 23. 39. id est, benedicatur, aut benedicendus est. Sed præteritorum verborum intelligẽtia cogit nos hoc loco id verbum aliter intelligere. Cũ enim de re præsentia angelus dixerit, *Aue gratia plena, & Dominus tecum*, dubium esse non potuit, quin de re etiam præsenti dicat, *Benedicta tu in mulieribus.* Absurdior h. creticorum error, qui non aliis hac benedictionem significari putarit, quam quæ omnibus electis communis sit, quod Christum exeipiant. Cui enim dixit *in mulieribus*, id est, præ omnibus mulieribus, vt illi ipsi interpretantur, nisi non communiter cum illa, atque aliis, sed cum illa singulariter, & proprie Dominus erat: Neque propterea *in mulieribus* id est, inter mulieres, non inter omnes homines benedicta esse dicitur, quod non præ omnibus hominib. sed præ solis mulieribus benedicta sit: veruntamen quod ipsa sit mulier, & non soleat comparatio, nisi in ter ea, quæ eiusdem generis sunt, fieri. Benedictionẽ autem angelus intelligit non eam, quam frequenter solet scriptura hoc nomine vocare filiorum copiam, aut eorum procreandorum facultatem, vt Gen. 1. 22. 28. & 12. & 15. aut rerum omnium expetendarum affluentiam, vt Gen. 24. 35. & 27. 27. 39. & 49. 25. aut humanas laudes, & fauſtas acclamationes, vt Iudi. 5. 24. sed eam, quam paulo ante gratiæ plenitudinẽ appellauerat. Illa enim dona, quibus ornata fuerat Virgo sanctissima, & gratia, quia gratis illi à Deo concessa, & benedictio, quia ex eius profecta liberalitate, merito nuncupantur. Notãt hoc loco omnes veteres auctores Mariæ, & Eæ tacitam antithesim, quam idcireo ponam, quod eam soleant hæretici perhorrescere, nõ Eæ Mariam opponentes, sed apponentes, æquátesque, quasi non minus Maria, quam Eua peccauerit, etiã postquam plena gratia ab angelo vocatur, etiam postquam mater Dei facta est, vt quosdam illorum interpretes scribere non puduit. Quam dissimili fuerint veteres Patres spiritu, atq; sententia ex eorũ, quę subiiciam, verbis apparebit. Irenæus libro 3. capit. 33.

Mansueti & interpretatio libri B. Virginem refutatur.

Antithesis B. Virg. & Eæ tacita contra hæreticos ex Patrib.

A *Consequenter autem & Maria Virgo obediens inuenitur, dicente: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Eua vero inobediens non obediuit cum adhuc esset virgo. Sicut Eua inobediens facta, & filii, & vniuerso generi humano causa facta est mortis, sic & Maria habens præfinitum virum, tamen Virgo obediens, & sibi, & vniuerso generi humano causa facta est salutis, & cætera: Sic autem & Eua inobedientia tenebat, salutationem accepit per obedientiam Mariæ, quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria soluit per fidem.* Et lib. 5. cap. 19. *Quemadmodum enim illa id est, Eua per angelicum sermonem seducta est, vt effugeret Deum præuaricata verbum eius, ita & hæc, id est, Maria per angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret Deum obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est, vt effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, vt virginis Eæ virginem Maria fieret aduocata, & quemadmodum astrictum est morti genus humanum per virginem, saluatur per virginem,* Et Tert. in lib. de carne Christi. *Sed & hac ratione refundit, quod Deus imaginem, & similitudinem suam à Diabolo capcam arcula operatione recuperauit. In virginem enim adhuc Euam irrepserat verbum ædificatorium mortis, in virginem quoq; introducendum erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per eius modi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem.* Credidit Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo delinquit, hæc credendo delenit. Et Diuus Augustinus ser. 25. de tempore. *Et quoniam diabolus per serpentem Euæ locutus, per Euæ aures mundo intulit mortem, Deus per angelum ad Mariam protulit verbum, & cunctis sæculo vitam effudit.* Similis comparatio est apud Gregorium Nyssenum in oratione de sancta Christi natiuitate, & apud Theophy. hoc loco.

B

C

29. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius.*] διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Quæ cum vidisset, turbata est in sermone eius, vt legunt etiam Ambros. Theoph. & Euthym. Cur turbata fuerit, docet Ambr. lib. 2. de Virginib. dicens: *Quasi viri speciem mata arrepuit, quasi non incogniti audito nomine retognouit.* Et in exhortatione ad virgines: *Illa te docebat, quod sequaris, Angelum in specie viri vidit, & pauebat corde, peregrinabatur aspectu, vnde dixit ad eam angelus, Ne timeas Maria.* Itaque existimat Ambros. non sermone, sed angeli aspectu Mariam fuisse turbatam. Idemque Athanasius sentire videtur q. 12. aut quisquis earum quæstionum auctor est, putat enim solam Mariam in hac vita ipsam angelis essentiã conspexisse, ideoque videntem existimare insolito mortalibus visu fuisse turbatam. Hanc Ambrosij sententiam & Græca verba & ratio ipsa confirmant. Magis enim aspectu, quã colloquio angelorum turbari homines solent, quemadmodum Zacharias supra vers. 12. & mulieres, quæ Christi sepulchrum inuisebant Matth. 28. 5. & Marci 16. 5. & 6. & Lucæ 24. 5. & Danielem cap. 10. 8. turbatos fuisse legimus, & quis magis insolens est angeli aspectus, quam colloquium? quod cum humano prorsus simile sit, minus homines terret. Alij propter nouam & insolitam salutationem, turbatam putant. Orig. hom. 6. Chrysostomus de natiuitate Ioannis Baptistæ, Hieronymus in epistola ad Eustochium, Græcus ille auctor, quem D. Tho. citare solet, &, vt videtur, Beda, & Theophylactus. Iuuat hanc interpretationem, quod additur: *in sermone eius*, & quod paulo post sequitur: *Et cogitabat, qualis esset ista salutatio*, id est, an niam illam, & sollicitam habebat insuetatum genus salutationis; hoc enim est phrasi Hebraica cogitare. Vtraque ie turbatam fuisse vero simile est, & quia insolitam vidit formam, sicut Zacharias, Daniel, & illæ mulieres, quas modo diximus, & quia insolitam audiit salutationẽ. Dubitare lector potest, quomodo intra spectu, aut sermone angeli turbari potuit, quę angelorum colloquia fuisse ei constat

D

E

assueta. Ea enim non solum vulgi, prorsus plebis, sed A gem, id est, aut solos, aut maxime omnium Regi gratus est, vt Genes. 6. 8. & 18. 4. Hoc modo Ber. hunc locum exponit ser. 3. de Annuntiatione Dominica: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Dominum. Quid tam gratum, tam gratum plenum gratiam singularem.* Putat alius idem fieri hoc verbo: *Inuenisti gratiam*, studium Mariæ grata pietas quæ certis significat. Sic enim scribit ser. 4. de Assumpt. B. Mariæ. *Hæc est namque tantæ mundi reparationem sibi nuntiari, salutem omnium inspectantes. Conslat namq; verum se genere humano fuisse solicitam, vt dictum est: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam, virique quam quærebas.* Itaq; videtur Bern. in ea esse sententia, vt existimet B. Virginem, antequam ad eam angelus veniret, adeo fuisse de humani generis redemptione solicitam, ad eoque assiduæ pro ea orare solitam, vt ea ratione meruerit tantum obtinere gratiam, vt Christum ipsa cõciperet, pro cuius acceleranda aduentu precabatur.

Qualis esset ista salutatio.] Videtur explicare angelus, quam apud Deum gratiam Mariam inuenisse dixisset, vt Orig. & Theoph. indicarunt, hanc scilicet, vt Christum cõcipere mereretur. Quod dicit, *Esse*, significat, statim conceptum esse, vt auctor ille Græcus admonuit, quem D. Thomas citare solet. Refellimur ex hoc loco opinio Hieron. Greg. Nysseni & Bernardi, quam vers. 28 recitauimus, B. Virginem antequam ab angelo salutaretur, concepisse. Cum enim angelus dixit *Esse*, & concipies, haud obscure indicat, nondum Virginem concepisse.

Virginitas mentis, non corporis.

In vtero.] Putat Theophylactus, & Græcus ille auctor D. Thomæ propterea Euangelistam addidisse, *In vtero*, vt significaret ita conceptum in Virgine Christum, vt ex eius etiam fabrica tia conciperetur. Quod non satis firmum existimo. Non is poterat *habere*, id est, in vtero concipere, sicut *esse* potest, in vtero habere. Græca phrasis est, in qua additum nomen vteri nihil sententiæ, & significationi addit. Est id angelus significare voluisse, alias vtique esset verbis neque enim nomen vteri id satis declarat, cum potuerit Christus in vtero Virginis, & non ex fabrilantia Virginis conceptus.

Ecce concipies.] Facit fidem rei præsentis ex futura: videruntque Isaiæ prophetæ c. 7. 14. experimere voluisse, vt indicaret Mariam esse de virgine, de qua prophetæ prædixerat: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.*

Ecce parias filium.] Facit fidem rei præsentis ex futura: videruntque Isaiæ prophetæ c. 7. 14. experimere voluisse, vt indicaret Mariam esse de virgine, de qua prophetæ prædixerat: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.*

32. *Et vocabis nomen eius Iesum.*] De nomine Iesu diximus apud Matth. c. 1. 21. Illic dicit angelus Ioseph, *vocabis nomen eius Iesum*, hic Mariæ. Sicut apud Isaiam, vt nonnulli ante nos interpretes admotauerunt, qui putarunt in Maria Hebræorum consuetudinem fuisse nuntiatam, apud quos parentes non matres imponere filiis nomina solerent, hinc argumentum colligentes Christum in certus patrem non habuisse, eum mater iubeatur nomen ponere. Magis pia, quam probabilis obiectiuncula apud Matth. vt diximus. Ioseph, qui sola hominum opinione Christi pater erat, dictum ab angelo est: *Vocabis nomen eius Iesum*: & eam non fuisse consuetudinem Iudæorum multis scripturarum exẽplis probare possumus. Legimus enim aliquando matres filiis suis nomina imposuisse, vt Gen. 4. 1. 25. & Gen. 19. 37. 38. & Gen. 29. 32. 35. & Gen. 30. 6. & Iudic. 13. 24. aliquando patres, vt Genes. 4. 26. & 5. 29. & 21. 3. aliquando patrem simul, & matrem, vt hoc ipso capite vers. 60. & 63. Zacharias, & Elisabeth idem Ioannis nomen dederunt filio: aliquando aliud nomẽ patrem, aliud matrem filio posuisse, vt Genes. 35. 18. Rachel vocatus filium suum *Benoni*, Iacob vero eius matrius vocauit *Beniamin*. Itaque nolim ea vti regula, quamuis & nostra ætate multi, & superioribus Græcis ille Auctor apud Diuum Thomam vsi fuerint.

Nomen Iesus quid significet.

erint. Nonque enim illis prædictis, præsertim cum in sit A
mus ind gentis, cum nihil clarius scriptura testetur,
quam Christum de Spiritu Sancto fuisse conceptum.
valet tamen aliquid argumentum illud contra Iudæ-
os, quod Hatas non dixerit יִלֵּד & vocabit, pater, sed
יֹלֶדֶת & vocabit ipsa virgo, quo magis confirmetur,
quod ante dictum erat. *Ecce virgo concipiet, & parit filium*, ita esse intelligendum, vt & virgo, & manens vir
go conceptura, parituraque fuerit.

Pſal.144. *Hic erit magnus.*] Dictum etiam erat de Ioanne ver.
15. eum futurum in gnum, sed aliter quam de Chri-
sto, vt Origen hom.6 Ambr. Beda, & Theophylact.
adnotauerunt. *Dictum eſt etiam de Ioanne ab angelo*, inquit
Ambrosius, *quia erat magnus, sed ille qui fit homo magnus.*
hic quia Deus magnus. Magnus enim Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Et *vere eſt & ille ma-*
Luc. 7.28. *gnus, quia inter natos mulierum prophetæ Ioanne Bap-*
tista nemo eſt habet tamen minorem, quia qui minor eſt in
regno Dei, maior eſt illo. Magnus Ioannes, sed coram Domino.
apoc.11. *& 21.6. &* Et cursus: *magnus erat Ioannes, sed huius magnitudo habet*
22.13. *principium, habet finem. Dominus autem Ieſus idem eſt finis,*
atque principium, idem primus, & nouissimus. Nihil ante pri-
mum, nihil vltra nouissimum. Eatenus magnum vocati
putarat, non re ipsa, & veritate, sed opinione, quod do-
ctrina & miraculis magnum sibi apud homines no-
men factorus esset. Et quidem re ipsa vocari magnus,
qui Deus erat, magna non erat laus, neque nouum vi C
deri poterat: potest autem nouum videri, quod qui
natura sua magnus erat, magnus etiam hominib. ap-
pareret. Existimat Græcus ille auctor D. Thomæ eo
consilio angelum hoc addidisse, vt Christum à mul-
tis aliis distingueret, qui cum Ieſu vocati fuissent,
magni tamen non fuissent.

Vetuit Nazaræum eſſe. *Et filium altiſſimi vocabitur.*] Vocati hoc loco pro eſſe
ponitur Hebraeorum idiomate, vt apud Isaiam c.1.26.
post hoc vocabere ciuitas iuſti, urbs fidelis, id eſt, eris ciuitas
iusti, & Isa.43. *Ex erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, &*
reſiduus in Ieruſalem, ſanctus vocabitur, id eſt, erit. Altiſſi-
mus autem, & excelsus absolute vocatur Deus, eodē
Hebraismo עֶלְיוֹן, vt Num.24.16. Deut.32.8. Pſal.9.
3.& 17.14.& 20.8.& 45.5 & 49.14.& 86.5.& 90.2.&
106.11.& 76.11.& 81.6. Dicuntur & viri fauci, & Re-
ges filij Dei, sed aut adoptione, aut acceptatione eo po-
testate, reprælentatione q; personæ. Aliter angelus di
cit Christum Dei filium vocandum esse. Nam eo ipso
quod hic dicit, vbi de eius ex Spiritu Sancto concep-
tione, ortuq; loquebatur, indicat eum non benefi-
cio, sed natura Dei futurum filium. Et vero cui dixit
aliquando non dico hominum, sed vt ait D. Paulus
angelorum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: Pſal.2.7.ad
Contra Arianos & Nouatianos. Heb.1.5. Hęc ét noui Ariani in verbo futuri temporis:
Vocabitur, quasi ante quam nasceretur, Dei filius non
esset. Nempe nō animaduertunt de homine hic esse
sermonem, quem conceptura Virgo, quem paritura
erat, qui ante, quàm conciperetur, non modo filius
Dei, sed ne homo quidem erat. Conceptura enim e-
rat Virgo non nudum Deum, sed hominem Deum,
homo autem Deus non fuit, antequam cōciperetur.
Seiunge ab homine Deum, dicit Christus: *Antequam*
Abraham fieret, ego ſum, Ioannis 8.58. *& ego ſum primus,*
& nouiſſimus, vivus, & fui mortuus. Apoc.1.18. Confutā-
tur etiam ex hoc loco Neſtorij error, qui duas pone-
bat in Christo personas: duos alterum Dei, alterum
hominis, faciebat filios, quem errorem, & antequā
nasceretur Iren. lib.3.c.18.& natum Beda ex his ver-
bis confutarunt: *Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabi-*
tur, & dabit ei Dominus thronum Dauid patris ſui, inquit Ire-
neus. *enim qui ſit filius altiſſimi hunc eundem, & Dauid filium*
confiteri.

Et dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius.] Docet
Christum, quem Virgo conceptura, & paritura erat
futurum esse Messiam, Regem illum Dauidi ex eius
semine succeſſurum, de quo dictum erat Pſal.131.11.
De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. & Iſa.9.6.7.
Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & fa-
ctus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen
eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi,
princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit
finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, vt confirmet
illud, & corroboret in iudicio, & in iuſtitia amodo, & vſque in
ſempiternum. Et Amos 9.11. *in die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reedificabo aperturas murorum eius, & quæ corruerant, inſtaurabo, & reedificabo eum ſicut in*
diebus antiquis. Sedem Dauidis vocat Dauidis regnum,
non quod Christus, aut temporaliter, aut in solo Da- B
uidis regno regnaturus esset, sed quod Dauid perso-
nam gesſiſſet Christi ex sua posteritate nascituri, ideo
que patrem eius vocat: & quod temporale Dauidis
regnum spirituale regnum Christi, non in sola tamen
Iudæa, sed in toto terrarum orbe significasset. Vnde
factum, vt Christus ipse à prophetis Dauid vocatus
sit, vt intelligeremus, cum verum esse Dauidem, quē
inuenturus erat Deus Regem iuxta cor suum, & de
quo dictum esset, *Vouit te Dominus Deus tuus in olio lætitiæ*
præ conſortibus tuis. Pſal.44.8. Dauidem eius tantū fuisse
vmbram, quin etiam dum verus Rex Christus ve-
niebat, vna cum posteris suis regibus eius populus
soluit repræſent. bat. Sic Ieremias c.30. 9. *non do-*
minabuntur eis amplius alieni, ſed ſeruient Domino Deo ſuo,
& Dauid Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Et Ezechiel. cap.34.
23.24. *& ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos ſer-*
uum meum Dauid: ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem Domi-
nus ero eis in Deum, & ſervus meus Dauid princeps in medio
eorum. Et Ezechiel. 37.24. *& ſervus meus Dauid Rex ſuper*
eos, & paſtor vnus erit omnium eorum. & ver.25. *& Dauid*
ſervus meus princeps eorum in perpetuum. & Oſe.3.5. *Poſt hæc*
reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, &
Dauid regem ſuum. Quod vero dicit, *Dabit illi Dominus*,
indicat is gitimum hæredem esse, qui regnum à Deo
acceptuus sit, non vi, aut malis artibus occupaturus.
Dedisse Christo regnum dicitur Deus, non quod eo
esset natura sua Rex, cum verus esset Deus, sed quia
eum regem esse declaravit. *Hic inquit, eſt filius meus di-*
lectus, in quo mihi bene complacuit, ipſum audite Matt.3.17. D
&, Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem
ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Pſa.2.6.

33. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nō
erit finis. Declarabit angelus regnum Christi sempiter-
num, non quale fuerat in Dauide, qui per quadrigin
ta tantum regnauit annos. 2.Reg.5.4.& 3.Reg.2.12.
sed quale Deo conueniebat, nullum habiturum finē.
Cum enim Christum Dauidi comparasset, eius fecē
acceptuum dicens, cum nunc illi anteponit: *Et regnabit*
in æternum, & regni eius non erit finis: ne ex ſti-
memus nihil eum Dauide maius habiturum. In do-
mo Iacob regnaturus dicitur, quia Iacob duodecim
Patriarcharum, totidemq; ab ipsis propagatarum tri E
buum pater fuit, vt intelligatur non esse futurum ei-
us regnum intra vnius, aut duarum tribuum inclu-
sum terminos, quemadmodum sub aliis Regibus
Dauidis successionibus longo fuerat tempore, sed in
omnib. duodecim tribubus regnaturum, quibus non
ludæi tantum, sed omnium etiam hominum vniuer-
sitas designatur Matth.19.28. & Apocal.7.5.& 21.12.
quemadmodum alibi D. Augustin. & Beda obſerua-
runt. Siue explicatur ab Isaia regnum Christi cap.14.1.
Propeſcit, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.
Miſereatur enim Dominus Iacob, & eligat adhuc de Iſrael,
& requieſcere eos faciat ſuper humum ſuam: adiungetur ad-
uena ad eos, & adhærebit domui Iacob. & capite 44.5. *Ille*
dicet

dicet Domini, ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic
ſcribet manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur.
& cap.49.6. *& dixit, parum eſt, vt ſis mihi ſervus ad ſuſci-*
tandas tribus Iacob, & faces Iſrael convertendas. Ecce dedi te
in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.
Eodem modo 2.Esd.9.19.20.& Ezechielis 37.21. & 26.
Hoc erisim adnotauit Beda. Paucis igitur verbis regni
Christi & Dauidis discrimen indicat: quod multiplex
est. Regnum Dauidis perpetuum non fuerat, sed mul
tis sepe interruptum cladibus, quod omnino Hero
dis tempore defecit: Christi vero regnum, nunquam
desiturum dicitur. Fuerat & Dauidi perpetuitas regni
promiſſa Psalm. 131.11. sed illa ipsa perpetuitas tribus
rebus ab ista regni Christi perpetuitate differebat:
primum quod illa non de persona Dauidis, sed dei-
pso eiusque succeſſoribus intelligeretur, sicut de sa-
cerdotio scribit D. Paulus ad Hebr.7.23.24. *Et alij qui-*
dem plures facti ſunt ſacerdotes, ideireo quod morte prohibe- B
rentur permanere: hic autem eo, quod in æternū manet in æternū ſempiternum habet ſacerdotium. Deinde quod continuatio
illa regni Dauidis non nisi vsque ad aduentum Chri
sti, cuius vmbra erat, ioc eligeretur, Christi autem re-
gno nullus ponatur finis. Danielis 7.14. *Et dedit ei potes-*
tatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus &
linguæ ipſi ſeruient: poteſtas eius potestas æterna, quæ non au-
feretur, & regnum eius, quod non corrumpetur, & Mich. 4.
7. *Regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc, &*
vſque in æternum, hoc est, quod dicitur Matt.16.18. *Et*
portæ inferi non præualebunt. Sic D. Augustinus lib.22.
de ciuitate ca. 1. loquens de hoc regno, quod alio no-
mine Dei ciuitatem vocat: *Quæ*, inquit, *ciuitas non pro-* C
pter ætatis propter multa ſæcula longitudinem, tamen quan-
doque finitos habet æternitatis numeros accipit, ſed quemadmodum
ſcripturam eſt in Euangelio & regni eius non erit finis. & in li.
ad Orosium contra Priscillianistas, & Origenistas ca.
7.7. *Secundum quid regni eius non erit finis, niſi ſecundum id,*
quod regnabit in domo Iacob: nam hoc, quod aut in æternum
propter ipſam ambiguitatem exposuit, addendo, regni eius non
erit finis, ne quis quam æternum hic ſic acciperet, quem admo-
dum ſæculum finem quandoque habiturum. Denique Da-
uidi non absolute, sed cum conditione perpetuum
regnum promiſſum est, *ſi cuſtoduerint*, inquit, *filij eius te-* D
ſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos: &
filij eorum vſque in ſæculum, ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Christo autem, qui non seruare testa-
mentum Dei, absolute, & sine vlla conditione sem-
piternum regnum promiſſum est: quemadmodum
de sacerdotio ait Dauus Paulus ad Hebræos 7.28. *Lex*
enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes:
ſermo autem iuriurandi, qui poſt legem eſt, filium in æternū
perfectum. Cætera quæ de regno Christi hoc loco dici
poterant, apud Matthæum capite 27.11. dicta à nobis
sunt.

B. Maria angelo credidit. *34. Quomodo fiet iſtud.*] Non sunt verba dubitantis
de diuina potestate, aut de veritate eorum, quæ ab an
gelo dicta fuerant: sed admirantis, & cupientis mo-
dum scire, quo id faciendum esset, ne forte cum ali-
qua virginitatis suæ fieret iniuria, vt Ambrosius & Beda E
interpretantur. *Videtur hic*, inquit Ambrosius, *non*
credidiſſe Maria, niſi diligenter admoneretur. Nec enim facile, vt
electa ad generandum vnigenitum Dei filium ſuiſſe videatur
incredula. Et infra: *Etenim, cum dixit, quomodo fiet iſtud,*
non de officio dubitauit, ſed qualitatem ipſius quæſiuit effe-
ctus. Eodem modo Diuus Augustinus homilia 44. &
Theophylactus in commentariis exponit. Alij non
dubitantis, sed admirantis verba esse dicunt, vt Cy-
rillus Catech.12. Inueniō tamen aliquos, qui dubi-
tasse Virginem dicant, vt Gregorius Nyssenus in o-
ratione de sanctissima Christi natiuitate, Euthymius
& Chrysostomus homilia 49. in Genes. sed iidem il- A
li ab omni eam culpa liberam fuisse affirmant. Nam
Zachariam quidem, quia similia habebat exempla,
dubitare non debuisse, peperierat enim sterilis Sara,
peperierat Rachel, peperierat Anna, peperierat Samso-
nis mater. Beatam vero Virginem, quia alterius Vir-
ginis, quæ peperisset, exempium nō habebat, potuis-
se sine vlla culpa dubitare. Potuerit nec ne, superua- *B. Virgo à Zacharia non defin itur.*
caneum est disputare, quia dubitasse non credo. Ca-
uimus non sicut isti auctores, quos modo nominā-
mus, modeste & pie sine vlla culpa dubitasse dicit, sed *In loco.*
ream potius in fidelitatis ad suum tribunal vocat. *Vi-*
detur, inquit, *ſancta Virgo ſibi nimis maligne reſtringere Dei*
potentiam, quam prius Zacharias, vers.18. Quod enim præter
communem naturæ ordinem eſt, impoſſibile eſſe colligit. Nec ve-
ro magnopere laborandum eſt, vt eam purgemus ab omni vi-
tio. Posse hæc eliarchiæ verba, quia refert, vt omnes in-
telligant, quo spiritu, quam parum pio, quum super-
bo, quam alieno ab illo sanctorū Patrū spiritu loqua
tur. Primum, cum angelus Zachariam reprehēderit,
Mariam non reprehendent, sed vt D. Aug. argumen-
tatur, nouo & mirabili concepiu temuneratricē iste-
bellus inter pres Mariam Zachariæ culpa facit parem.
Et cum Elisabeth ver. 45. B. Mariam vocet, quod an-
gelo credidisset, ille inlidelem vocat, quia non cre-
didit. Sed hæc ignoscantur fortasse esse potuit: illa ve-
to mera impietas, & impudentia fuit dicere, non esse
magnopere laborandum, vt sanctissimam Virginem
ab omni purgemus vitio. Illiuc enim est non solum
impium esse, sed ipsam etiam impietatem omni abie
cto pudore profiteri. Nō ea igitur sensa rogat Virgo,
quomodo fiet iſtud: sed potius, ve virginitati suæ, & voti
de quo postea dicemus, religioni consulatur, vt nō-
nulli exist mant, vt fiat, cogitat subitum eo negotio a-
gendum sit, eo quæ suæ futurę sint partes. Itaque non
ex incredulitate, sed ex castitatis, timat, & obedientia
hæc interrogatio profecta est.

Quoniam virum non cognoſco.] Ioseph virum meum.
Nam etsi nullum omnino virum cognoscebat, cogni
tamue vnquam erat, tamen, vt ea dam, de solo viro
suo Mariam loqui, facit summa eius castitas, & sum-
mus pudor, qui non patiebatur, vt de alio, quam de
suo loqueretur viro. Facit ratio, quod de aliis, de qui
bus salua verecundia dubitari non poterat, necesse
non erat loqui: de proprio vero sponso, de quo po-
terat dubitari, nec statim omnino fuit, vt declara-
ret se eum non cognoscere. Verbū cognoscendi hoc
loco non significare actum perspicuum est: nec enim
dubium erat tunc, cum hoc dicebat, virum non co-
gnoscere. Significat igitur consuetudinem, quemad-
modum si quis abiterminis dicat, non bibo vinum: nō
enim significat se tunc, cum loquitur, non bibere, sed
non solere bibere. Sic dicunt discipuli Ioannis Mat-
thæi 9.14. *Quare nos & Phariſæi ieiunamus, diſcipuli au-*
tem tui non ieiunant: id est, quare nos ieiunare solemus,
discipuli tui non solent? & Matthæi 17.24. *Magiſter*
veſter non ſolvit didrachmas: id est, an non solet soluere?
Neque solam consuetudinem significare potest, sed
consuetudinem cum impotentia coniunctam, qua-
dicat Virgo. Quomodo fiet istud, quia nec vi- E
rum soleo cognoscere, nec possum? Si enim sola con
suetudo significata fuisset, in promptu fuisset ange-
lo ex spondere, si non soles virum cognoscere, cogno
sce nunc, & concipies, quem te concepturam dixi.
Impotentia autem duplex esse potuit, aut naturalis,
qualis in omnibus hominibus ante pubertatem, &
in multis in grandiore etiam ætate est: aut moralis
qua non posse dicimur facere, quod facere non
licet, quemadmodum si Christianus dicat, non pos-
sum in quadragesima carnibus vesci, id est, non li-
cet mihi. Hæc autem ipsa moralis impotentia
duplex

duplex ſit idem eſt, alia quæ ex lege, aut præcepto, alia quę ex voti religione naſcitur. Ex præcepto, vt ſi Chriſtianus dicat, non adoro idola, id eſt, nõ poſſum adorare, quia prohibet hoc diuina lege, ex voto, vt ſi Carthuſianus aliquis dicit, non veſcor carnibus, id eſt, nõ poſſum veſci, quia impedit voti religionẽ. B. Virgo non potuit naturalem impotentiam ſignificare, cum nubilis credatur fuiſſe, & re iam ipſa nupta eſſet: ſignificauit ergo moralem impotentiam, non eam, quę ex lege, aut præcepto oritur, nulla enim lege, nullo præcepto viro ſuo vti vetabatur: ſignificauit igitur moralem impotentiam naram ex voto. Itaque recte multi graueſque auctores exiſtimarunt, B. Virginem antequam ad eam veniret angelus, virginitatis votum edidiſſe, in quibus eſt Gregor. Nyſſen. in orat. de ſanctiſſima Chriſti natiuitate, & D. Auguſt. in lib. de ſancta virginitate. cap. 4. & Beda, vt appareſt hoc loco, & in homilia in illa verba, *Miſſus eſt angelus*, & Bernardus in ſerm. in illa verba Apocalyp. 12. *Signum magnum apparuit*, & Anſelmus in libro de excellentia B. Virginis cap. 4. & Rupertus libro 3. commentariorum in Can. De tempore, quo votum fecerit, inter recentiores Theologos diſputatur. Gregorius Nyſſen. & Niceph. exiſtimant, antequam naſceretur Virgo, aut ante certe quam ex infantia excederet, fuiſſe eam à parentib. Deo conſecratam, in qua conſecratione, & virginitatis perpetuæ votum contineretur. Alij recentiores Theologi poſt nuptum cum Ioſepho coniugium eius conſenſu votum à virgine factum volunt. Alij, quibus magis equidem aſſentior, priuis etiam, quam matrimonio iungeretur, factum fuiſſe putant. Horret enim imbutus pietate animus, vel cogitare ſanctiſſimam Virginem corpus aliquãdo ſuum periculo corruptionis expoſuiſſe: quod feciſſet profecto, ſi non obſtricta prius voto nupſiſſet. Clamat pro omnibus hæreticis Caluinus, *non fuiſſe aſſuram Virginem marito ſe collocari, vt eum luderet perſidiumq; futuram fuiſſe magna reprehenſione dignam, ſi ſanctum coniugẽ ſuũ non ſine Dei ludibrio ſpreuiſſet.* Sed illi ſpernere ſanctum coniugium exiſtimant, quicunque coniugio non vtuntur. Arqui idem ille Diuus Paulus, qui coniugium ſanctum appellauit, vult coniuges orationis cauſa abſtinere coniugio 1. Corint. 7. 5. an propterea coniugium ſpreuit? Non ſpreuit igitur Maria ſanctum coniugi fœdus, ſed meliorem elegit partem, quæ anteferri ab ipſa non poſſit: nec virum iuſit, cui declarato voto, conſentiẽtique in eius obſeruationẽ nupſit. Licebit ſterili, aut impotenti viro ſcientem, conſentientemque vxorem ducere, quod ne hæretici quidem negant, non licebit mulieri virginitatis votum habenti myſterij cauſa, Deoque reuelante ſcienti, conſentiente viro nubere? Licet coniugatis poſt contractum iam matrimonium mutuo conſenſu ab eius abſtinere vſu, & non licebit eadem conditione ante contrahere?

B. Virgo virginitatem vouit.

Quo tempore B. Virgo votũ virginitatis ediderit.

In hanc.

35. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te.*] Ad quæſtionem Virginis, quomodo eſſet ſalua virginitate concepturа, angelus recte reſpondet, Spiritum Sanctum in eã ſuperuenturum eſſe, id ex alto, ex cœlo in eam deſcẽſurum, qui quod ad conceptionem attinet, quod vis carnalitet facturus erat, ſpiritualiter, id eſt, ſine vlla corruptione, ſanctẽ, mundẽ, perfectẽque faceret. Explicauit egregiè Chryſoſt. hunc locum homilia 49. in Geneſ. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ne quæras*, inquit, *naturæ modum, & ordinem, quando ſuper naturam ſunt, quæ fiunt. Ne ſpectes coniugij dolores, quando in alio quam in nuptiis, natiuitatis modus erit. Et quomodo fiet iſtud, inquit, quoniam virum non cognoſco? ſane propter hoc fiet, quoniam virum non cognoſcis. Nam ſi cognoſceres virum, non fuiſſes habita digna, vt huic miniſterio ſeruires.* Mittitur Spiritus Sanctus ad formandũ in vtero Virginis Chriſtum, licet omnes tres perſonę formauerint, quia quemadmodum nos ſpiritu viuimus, ita ſpiritu Dei omnia viuificantur Pſalm. 103. 30. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Beda, *Non vir*, inquit, *quod non cognoſcis ſemine, ſed Spiritus Sancti, quo implerie opera, concipies. Erit in te conceptio, libido non erit.* Multi veteres auctores hic illam Iſaiæ prophetiam implicitam interpretantur c. 8. 3. *Et accęſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium*, quaſi Spiritus Sanctus loquatur, & ad prophetiſſam acceſſiſſe, id eſt, in Beatam Virginem ſuperueniſſe prædicatur, Tertullianus libro de Trinitate, Epiphanius hær. 79. Euſebius libro 7. de demonſt. Euang. cap. 7. Gregor. Naz. in orat. in ſanctum Paſcha, Procop. in comment.

Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi.] Duo hæc verba, duas quæſtiones continent, quid vocetur *virtus altiſſimi*, & quid ſit, *obumbrabit tibi*. Quidam virtutem altiſſimi Chriſtum interpretantur, qui obiecto corpore, quaſi vmbra quadam Virginem obtexerit, vt Gregorius lib. 18 Moral. cap. 12. & homil. 33. in Euangel. Chryſoſt. homil. 49. in Gen. Manus Victor. lib. 1. contra Arian. Damaſcen. lib. 3. de fide c. 2. Beda, & Theophylact. in commentatiis. Alij, quem ante vocauerat Spiritum Sanctum, nunc virtutem altiſſimi vocari putant, vt Euthym. quem minore m licet, & ſolum auctorem, veriſimiliora tamen dicentem, quam plures maioreſque illos, ſequi malo. Eſt enim eiuſdem ſententiæ repetitio, qua Hebræi præſertim in canticis frequenter vtuntur, verſum vnum vna concludente ſententia, quæ prioti parte verſus aliis, poſteriore aliis repetatur verbis, vt Pſalm. 2. 4. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Eodem enim modo videmus angelũ paulo ante dixiſſe: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum*, eandem ſententiam verbis diuerſis variantem. Idem enim eſt, vt illic docuimus, *Gratia plena*, & *Dominus tecum*. Et ſolet Spiritus Sanctus ſicut *digitus*, ſic etiam *virtus Dei* eadem ſimilitudine vocari, vt infra c. 24. 49. *Vos autem ſedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Itaque virtus, & ſpiritus frequentiſſime ſolent in ſacris literis copulari, vt infra c. 4. 14. & Act. 10. 38. & Rom. 1. 4. & 15. 13. & 1. Cor. 2. 4. & Epheſ. 3. 16. 1. Theſſ. 1. 5. *Obumbrabit tibi, ſcilicet ea.* Qui neſcio quid turpe hoc loco ſignificari ſomniant, non ſolum parum mihi religioſi, ſed pene impudentes videntur. Nam vt id Græcum verbum ſignificaret, quod probari poſſe non credo, tamen hic contrariam omnino ſignificationem habere neceſſe eſſet, vbi id angelus agebat, vt omnem non ſolũ turpitudinem, ſed omnem etiam ſuſpitudinis ſpeciem, & ſuſpicionem à caſtiſſimo Virginis animo, & deuirginitate ſua ſeruanda ſolicito remoueret. Nõ potuit ergo melius verti, quam obumbrare, aut inumbrare. Quum dubium non eſt eſſe metaphoram, in qua intelligenda tota huius loci ſententia verſatur. Sunt qui per obumbrationem refrigerationem æſtus libidinis intelligant, quaſi virtus altiſſimi veluti vmbra quædam ita eſſet facturæ virginis carnem refrigeratura, vt ſine vllo libidinoſo voluptatis ſenſu conceptura eſſet. In hanc ſententiam Aug hom. 44. & Greg. li. 17. Moral. cap. 12. & l. 33. cap. 5. & Beda hoc loco interpretantur. Alij, vt Bernardus ſermone 3. de Aſcenſione Domini, & Greg. libro 35. Mora. cap. 3. de hunc modum. *Quia vmbra*, vt verbis Gregorij vtar, *non aliter exprimitur, niſi per luxen, & corpus, virtus altiſſimi obumbrauit, quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit: ex qua videlicet obumbratione, omne in ſe refrigerium mentis accipit.* Alij obumbrate putant, accipi pro protegere, ſicut vmbra in ſcripturis ſæpe protectionem ſignificat, Pſal. 16.

Pſalm. 16. 8. *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt*, & Pſalm. 56. 2. *Et in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas*, & Iſaiæ 30. 2. *Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti*, &c. 49. 2. *In vmbra manus ſuæ protexit me*, & cap. 51. 16. *Poſui verba mea in ore tuo & in vmbra manus mea protexi te.* Idem Baruch 1. 12. Sic Euthymius, & ante illum Hilar. 2. de Trinit. *Aij, vt nequid per humani corporis imbecillit. cum diſſideret, virtus altiſſimi virginem obumbrat. roſſimitate eius velati vmbram circumfuſa confirmant, vt ad ſementiam incunte ſpiritus efficiam ſubſtantiam corporalem diuina virtutis inumbratio temperaret.* eamque interpretationem pleriſque notis interpretibus probari video, quaſi ſenſus ſit, *virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, id eſt, protegetre, atque iuuabit, vt concipere ſine vito poſſis, quod natura tua fatere non poteras. Non admodum diſſimilis eſt explicatio Theophylacti, *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, id eſt, *teget te, quem admodum gallina aut auis ſolet pullos ſuos ſub ala tegere, vt eos foueat.* Melius fortaſſe dixiſſet, ſicut ſolet auis ova ſua tegere, vt eius calore pulli gignantur ex eadantui que. Hac enim ratione videtur Spiritus ſanctus ſanguinem virginis in eius vtero fouiſſe, calefeciſſe que, vt homo Chriſtus gigneretur. Melior hæc eſt interpretatio, quam alia, quam idem affert Theophylactus, vt Græcum verbum ἐπισκιάζειν, accipiatur pro μαιεύεσθαι, id eſt, extrema pictura lineamenta ducere. Nam non ſolum prima corporis Chriſti lineamenta duxit virtus altiſſimi, ſed corpus ipſum totum omnino formauit, atque perfecit. Suſpicor ego Græcum verbum ἐπισκιάζειν, pro Hebraico poni חשכין nube obducere, id eſt, impluere, nam nube pluuia ſignificatur, quaſi dicat fore, vt virtus altiſſimi ſic in virginem impluat, vt eam fœcundet, atque grauidam efficiat, ſicut ſolet pluuia terram fœcundare. Quæ interpretatio eo magis congruit, quod ſoleat virtus mulieris in ſcriptura recta vocari, quod acceptum foneat ſemen. & getmen producat. In quam ſententiam illud veteres auctores citare ſolent, *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum*, id eſt, vterus virginis Saluatorem peperit, Pſalm 66. 6. 7. & illud, *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Pſalm. 84. 13. & *Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ*, Pſalm. 138. 15. Videntur angelus ſummo conſilio nomine virtutis, & altiſſimi vſus eſſe, quia de ea re agebat, quæ diuinam maxime potentiam poſtulabat, quam nomen vtrumque declarat. Scitum eſt nomen altiſſimi abſolute pro Deo poni ſolere Numer. 24. 16. Pſalm. 17. 14. & 20. 8. & 82. 19. & 45. 5. 49. 14. & 86. 5. & 90. 1. & 106. 11. Nititur hoc loco articulus vous ſidei noſtræ, quo credimus Chriſtum non ex viro, ſed ex Spiritu ſancto fuiſſe conceptum. Auguſtinus ſermone 11. de tempore, *Idcirco tibi ſuper virtutem ſanctis Spiritus angelicus ſermo protexit, ne coniecturæ carnalis diſſentationis haberet atu. celeſtis ibi ipſe myſterium terrena argumentatione confundat.* Et Leo ſermone 2. de Natiuitate Domini. *Ortus diſſimilis, ſed natura conſimilis; humano viſu, & conſuetudine, quod recidimus, ſatus, ſed diuina poteſtate ſubtexum eſt, quod virgo concepit, peperit, virgo permanſerit. Non hic cogitetur partus ſolito, ſed naſcentis ordo rerum, qui ſic homo natus eſt, vt voluerit, & poterat.* Si veritatem quæris humanæ naturæ, cognoſce materiam: ſi rationem ſcias auctoris originis, virtutem conſtare diuinam. Quo autem ſenſu Chriſtus de Spiritu ſancto conceptus, natusque dicatur apud Matthæum cap. 1. 20. docuimus.

Idcirco, quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.] τὸ γεννώμενον ἅγιον. Quod ex te generatur, non quod iam generatum eſſet, ſed quod paulo poſt generandum. Itaq; recte vertetis, Quod ex te generatum fuerit. Quibus verbis non ortus, ſed conceptus ſignificatur. γεννᾶσθαι enim non eſt naſci, ſed concipi, quare noſter interpres *naſcetur* dixit pro gignetur, aut generabitur, ſicut apud Matthæum cap. 1. 20. quemadmodum & Diuus Auguſtinus alicubi notauit. Hæc duo verba ex te in plerisque Græcis codicibus non leguntur, neque legit Irenæus libr. 3. cap. 1. neque Euthymius, & Theophylactus in commentariis. Legit tamen idem Irenæus libro tertio, capit. 23. & Beda. Alii adnotauerunt, quod & Beda vidit, nomen *ſanctum*, non cum ſequentibus, ſed cum præcedentibus eſſe iungendum, vt non ſit ſenſus, *quod ex te naſcetur, vocabitur ſanctum*, ſed *quod ſanctum naſcetur ex te, vocabitur filius Dei.* Illud vero nemo, quod ſciam, obſeruauit nomen hoc *ſanctum* hoc loco vim potius aduerbii, quam nominis habere. Nam etſi, quod naſciturum erat, futurum erat ſanctum, tamen oratio angeli non tam exigebat, vt diceret ſanctum futurum, quam ſancte, id eſt, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo naſciturum, ſuperueniente in virginem Spiritu ſancto, vt proximis verbis dixerat, & virtute eam altiſſimi obumbrante. Itaque non vocat Chriſtum hoc loco ſanctum, propterea quod Deus eſſet, aut quod, vt homo, peccato careret, etſi ea etiam vtraque ratione ſanctiſſimus erat, ſed, quia ſancte, id eſt, ſine vito conceptus ita prorſus, vt etiamſi Deus non fuiſſet, illo tamen conceptus modo, id eſt, ſine vito: ſanctus, quia peccatum originale non habuiſſet, diceretur. Quod recte mihi videtur Leo Pontifex intelleziſſe ſermone 7. de Natiuitate Dominꝛ *Naſcens itaque dominus noſter Ieſus Chriſtus homo verus, qui nunquam deſitit eſſe Deus verus, nouã creaturæ in ſe ſuis exordium, & in ortu ſuo formã deuit humanæ generi ſpiritale principium, vt ad carnalis generationis abolenda contagia eſſet regenerandi origo ſine ſemine criminis, de quibus dicitur, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*, & ſerm. 10. *Superueniente quippe in ea Spiritu ſancto, & altiſſimi obumbrante virtute in commutabile Dei verbum de incorruptibilis corpore habitum ſibi humanæ carnis aſſumpſit, qua & nullum contagium de concupiſcentia carnis traheret, & nihil eorum, quæ ad animi, corporiſque naturam pertinent, non haberet:* & ſerm. 4. *Creator, ac dominus omnium rerum dignatus eſt vnus eſſe mortalium, electa ſibi matre, quam fecerat, qua ſalua integritate virginea corporea eſſet tantum miniſtra ſubſtantiæ, vt humani ſeminis ceſſante contagio nouus homini, & puritas inſſet, & veritas*, & ſerm. 3. *Solus itaque inter filios hominum dominus Ieſus innocens natus eſt, quia ſolus ſine carnalis concupiſcentiæ pollutione conceptus.* Et Gregor. lib. 18. Mor. cap. 27. *Quod noſcitur*, inquit, *ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Nos quippe ex ſi eſſe imur, non tamen ſancti naſcimur, quia ipſa natura corruptibilis conditione conſtringimur, vt cum propheta dicamus, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum & in peccatis concepit me mater mea. Ille autem ſolus veraciter ſanctus natus eſt, qui vt ipſam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex caminixtione carnalis copulæ conceptus non eſt.* Hoc ipſum Beda iiſdem dixit verbis.

Ioan 1. 13.

Pſal 50. 7.

Vocabitur filius Dei.] Non placet interpretatio Euthym. qui tantum intelligit Chriſtum vocandum ab hominibus filium Dei propter admiranda, atque diuina opera, quæ facturus erat. Non enim eam cauſam angelus reddit, quam obrem filius Dei vocandus eſſet quod diuina facturus eſſet opera, ſed quod Spiritus ſanctus ſuperuenturus in virginem, eamque virtus altiſſimi obumbratura eſſet: neque vocandi verbum vocare ſignificat, ſed eſſe, quemadmodum ſupra verſ 32. ex Hebræorum idiomate notauimus. Alii omnes, quos viderim, ita interpretantur, quaſi de Chriſto, vt

Deo, aut certe, vt homine, in vnam cum Deo personam assumpto loquatur angelus. Vtraque enim ratione Christus verus, naturalisq; Dei filius est. Vt Deus quidem, quia æterna à Deo generatione productus: vt homo, quia licet in tempore genitus, in vnam tamen cum Deo filio personam vnitus est. Quare non duo filii, sicut non duæ personæ: sed vnus filius, sicut vna persona est. Quamobrem antiqui illi auctores Nestorii hæresim duos in Christo filios, sicut duas personas fingentis ex hoc loco refutarunt, vt Greg. li. 18. Mor. cap. 27. & Beda in comment. huius loci. Quanquam ego quidem alium arbitror esse sensum, vt non de Christo, qua Deus, neque qua homo personæ connunctus diuinæ, sed de sola conceptione, humanaque generatione hoc intelligatur, quasi dicat angelus, *Vocabitur*, id est, erit *filius Dei*, quia non à vito, sed à Deo virtute Spiritus sancti generatur. Neque enim de Christi natura, sed de modo generationis angelus agebat. Et causa, quam reddit, quam ob rem filius Dei futurus sit, quod Spiritus sanctus superneniturus esset in virginem, eamque obumbraturus virtus altissimi, non erat apta ad probandum eo sensu Christum Dei filium futurum fuisse, quatenus Deus, aut quatenus homo in eandem cum Deo personam assumptus erat, quia potuit etiam omnis homo Spiritu sancto superueniente, & virtute altissimi virginem obumbrante concipi, qui nemo tamen illo modo filius esset Dei, cum neque Deus esset, neq; diuinæ connunctus personæ. Ad probandum autem id, quod nasceturus erat ex virgine, Dei filium futurum fuisse eo sensu, quo exposui, aptissima ratio fuit angelo, quia non ex viro. sed ex solo Deo concipiendus erat. Itaque etiamsi Christus Deus non fuisset illo tamen modo genitus, quo genitus fuit, merito Dei filius vocatus fuisset: non solum vt cæteri viri sancti, de quibus dictum est: *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*, sed singulari quadam, & propria ratione, quod non alium, quam Deum haberet patrem, non ab alio, quam ab eo generatus. Eodem prorsus modo, quo Luc. 3. infra cap. 3. 38. Adamum filium Dei vocat, quia non à vito, sed à Deo genitus fuerat. *Qui fuit Caiman, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adã, qui fuit Dei.* Intelligitur enim nomen *filius*, sicut in omnibus superioribus. Quid igitur? permittne nobis hic locus & contra Nestorianos inuri is erit? Non periti: nam non desunt nobis scripturæ testimonia, quibus eum Nestorii errorem refutemus. & quidem multo melius ex hoc ipso loco. & ex proximis verbis Gregor. refutauit li. 9 Registri epist. 61. N. m cum angelus dicat hoc loco, *Quod nascetur ex te*, Elisabeth vers. 43 dicit, *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* vnde colligit Gregor. eandem virginem, & matrem hominis. de quo angelus. & matrem Dei, de quo Elisabeth loquitur. simul fuisse quæ: non duos, sed vnus fuisse filium: non enim alia de causa Nestorius negabat Beã. Virginem θεοτόκον, id est, Dei matrem, ac genitricem esse, nisi quia duos in Christo ponebat filios. Quod autem hinc nonnulli argumentantur Ariani non fuisse Christum verum Dei, antequam conciperetur, quia dicit angelus *Vocabitur*, id est erit, quasi ante non fuisset. & ipsum ineptum est, & ineptius à Caluino refutatur. Nam si is, quem exposui, sensus est, non est negandum eo modo, quo dicit angelus, *Vocabitur filius Dei*, priusquam conciperetur, Dei filium non fuisse, cum idcirco Dei filius appelletur, quia eo modo, id est non ex viro, sed ex Spiritu S. conceptus est. Si vero is, quem alii auctores tradiderunt: respondendum, loqui angelum de Christo, quatenus homo est, quomodo, priusquam conciperetur, Dei filius non erat, quia nec homo erat. Quare ineptè Calumnius, vt Serueti nouæ Ariani argumentum effugeret, interpretatus est, *reuiuiscere*, id est, declarabitur *filius Dei*. Quo enim modo cum hac interpretatione ratio angeli cohærere potest, *Ideo, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei?* Non debemus hæreticis factis abuti ad hæreticos refutare.

Arrianus nostro tempore.

Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Quod non solum Caluinus nunc, sed iam etiam olim Tertullianus, aut quicumque libri eius de Trinitate, qui eius legitur nomine, auctor fuit, hoc loco fecit. Nam cum quidam, vt ille dicit, hæretici, vt res est, Catholici, ex hoc loco colligerent eundem filium hominis, ac filium Dei esse, cum dicat angelus, *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*: respondet non vnum esse, sed duos: hæresis manifesta Nestorii in Ebionem postea concilio condemnata, nisi quis fortasse aliter potest, quam ego Tertullianum interpretari. Hæret ille in particula illa, *&* magnamque in ea vim esse putat. *Ideo & quod nascetur ex te*, quasi dicat, non solum verbum illud æternum, quod ante erat, sed etiam homo, qui ex te nasceretur, vocabitur filius Dei. Subtiliter, & vere, sed ad locum, de quo agimus, non satis accommodate. Non enim homo cum verbo, sed cum conceptionis modo comparabatur. Ita habet quidè vim illa particula, *&*, sed aliam, quam Tertullianus existimat, nempe non solum tu supernenies in te Spiritu sancto, & obumbrante tibi altissimi virtute sine corruptione vlla concipies, sed etiam, quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei, vt inde intelligas filium non futurum vni: neque enim partem è cœlo quæreret, si in te ris haberet.

Tertulliani locus ipse illustratur.

38. Et ecce Elisabeth cognata tua.] Proponit Mariæ angelus, vt dictis fidem faciat. nõ tam rationes in re, quæ non naturali vlla ratione. sed sola diuina potestate faciendæ erat: at præsens, & domesticum exemplum, *&* fortius, quam ratio vlla mouere solet. Præsens, quia oculis suis prægnantem Elisabetham videre poterat, vt paulo post vidit. hanc vim habet illud, *Ecce*, quasi tem præsentem oculis intuendam ostendat. Ideo non Euam sine viro de viro formatam, non Rebeccam, non Rachelem, quæ & ipsæ steriles peperissent, sed Elisabetham, quæ & vitebat tunc, & cum sterilis esset, grauida erat, & in proximo, vt facile aditi posset, habitabat, exemplum proponit. Domesticum vero, quia Elisabetha eius cognata erat, vt eam facile posset inuisere, & an ita esset, oculis cernere. Quæ omnia Chrysostom. homil. 49. in Genes. obseruauit. Quomodo Elisabetha, quæ vt supra vers. 6. Lucas dixit, erat *de filiabus Aaron*, cognata Mariæ esse potuerit, quæ erat ex tribu Danid, apud Matthæum cap. 1. 17. 18. disputauimus.

Ps. 81. 6. Ioa. 10. 34.

Contra Nestorianos.

Ex tribu Iuda.

Ex ipsa concepit filium in senectute sua.] Sicut tu non in senectute, sed in virginitate tua conceptura es. In hoc enim senectuti virginitas comparatur, quod vtraque concipiendi impotens sit. Hanc vim habet particula *&*. Quod non solum dixit *concepit*, sed *concepit filium*, eo pertinere arbitror, vt & miraculi, & beneficii magnitudinem ostendat, & simul indicet, quod ante dixerat, Mariam non filiam, sed filium concepturam esse. Nam maioris potentiæ est filium, quam filiam generare. & cum mulier imperfectum animal sit, & maius Dei beneficium filios patribus dare, quam filias.

Et hic mensis sextus est illi.] Sextum mensem prægnanti Elisabeth iam agi dicit, quasi dicat eius vterum adeo iam intumuisse. vt latere non posset, atque adeo facile ex primo aspectu eius cognituram Mariam verum esse, quod ipse dixerat, Elisabetham sterilem concepisse. Simul, vt opinor, indicat adeo, quod dicit, verum esse concepisse Elisabetham, vt sexus iam à conceptu mensis agatur. Vetora enim puta vtus esse, quæ longius præteriit. iunt itaque interrogati aliquando, an liberales artes didicerimus, respondere solemus, iam diu.

Quæ

Quæ vocatur sterilis.] Quæ hactenus sterilis vocabatur, id est re vera sterilis erat, vt vers. 32. & 35. hoc verbum exposuimus. Non enim vocatam dicit sterilem, quod sterilis re ipsa non fuerat, aut vocari nunc, cum non sit, sed vere sterilem fuisse, vere q; concepisse. Senectutis simul & sterilitatis Elisabeth memoriam fecit, quia duo maxima sunt ad concipiendum impedimenta naturæ. vt cum Elisabetham sterilem, & senem concepisse Maria perspexerit, facile se credat virginem posse concipere. Propterea enim, quemadmodum Ioannes Christi, ita conceptus sterilis conceptum præcessit virginis. vt sicut ille ad credendum in Christum, ita sterilis partus ad credendum partum virginis viam muniret, animosque hominum præpararet, vt Greg. Nyssenus in oratione de sancta Christi natiuitate, Chrysostomus hom. 25. in Ioannem, & Theophyl. adnotauerunt.

A

Hebraismus.

37. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.] Probat angelus hypothesim ex thesi. potuisse Deum efficere, & vt ante sterilis, & vt nunc virgo conciperet, *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Quod non dicit est, sed *erit*, Hebraeorum est phrasis, apud quos futurum modus est, vt vocant Grammatici, potentialis. Itaque sensus est, *Non erit*, id est, non poterit esse, vt Genes. 21. 10. *Verbum* hoc loco nonnulli interpretes proprie accipiunt pro eo, quod Deus futurum dicit, promittit, aut iubet: quasi dicat angelus, quicquid Deus dicit, aut promittit, & facere potest. Alii generalius *verbum* pro omni re sumi, hancque esse sententiam, nihil omnino apud Deum impossibile esse. Hoc mihi magis congruere videtur, quia quo genetalior sententia est, eo est ad probandum, quod volebat angelus, efficacior, & quia parum dicta erat posse Deam facere, quicquid dixisset, promisisset, iussisset ue. & quia vsitatum est Hebraeorũ idioma, quemadmodum sæpe dicimus, vt דבר *verbum* rem omnem appellent, infra cap. 2. 15. & quia, qui hanc interpretationem sic eo refugiunt, quod nimis generalis esse videatur, nec intelligant, quomodo vera esse possit, cum multa fiant, quæ Deus facere non possit. mori, mentiri, peccare, aliũm Deum facere, infectum efficere, quod factum sit, & hoc genus alia, quæ subtiliter in scholis disputantur: nimis mihi tenuiter videntur de Dei sentiæ potestate, & totam fere scripturam abolere. Nam si quia ea, quæ paulo ante commemorauimus, facere non potest, generalem hanc sententiam non admittunt: deleant & illam Matth. 19. 26. Pater, *omnia tibi possibilia sunt*: deleant & illam alteram Matth. 19. 26. & Marci 10. 27. *Omnia possibilia sunt apud Deum.* Generalem igitur regulam, quam scripturæ tradit, tenere nos oportet, & ab ea nihil, nisi, quæ aut scriptura ipsa excipit, aut quæ illis, quæ excipit, similia sunt, excipere debemus. Similia autem sunt, quorum, cur possint, aut non possint fieri, similis est ratio. Excipit scriptura, quod Deus se negare non possit, id est, fidem suam violare 2. Timoth. 2. 13. Excipit, quod impossibile sit mentiri eum Hebr. 6. 18. Quærenda ratio est, cur hæc facere non possit. Nempe quia si posset, Deus non esset. Deus enim non est, qui Deus desinere esse potest, & desinit esse Deus, qua aliquid repugnans diuinitati facit, qualis est, se ipsum negare, mentiri, peccare, mori: hæc enim omnia non potentiæ, sed infirmitatis, & impotentiæ sunt. Diuinitati autem infirmitas, & impotentia repugnat. Itaque vera est Augustini regula lib. 5. de ciuit. c. 10. & lib. 26. contra Faustum cap. 5. Deum omnia posse, præter ea, quæ posse non potentiæ, sed impotentiæ est, quæ q; si posset, non esset omnipotens.

B

Verbum a vulgatis verbis pro re.

Dei omnipotentia.

C

38. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.] Hæc est illa Mariæ singularis obedientia, quam tantopere veteres auctores laudauerunt, Euæque inobedientiæ opposuerunt. Iren. lib. 3. c. 33. & lib. 5. c. 19. Tertul. in lib. de carne Christi, Gregor. Nyssen. in oratione de sancta Christi natiuitate, Augustin. ser. 13. de tempore, & Theophyl. in commentariis. Cum enim ex angelo modum, quo salus virginitate conceptura esset, cognouisset, eris ille ipse modus humanæ æstimatus ratione impossibilis videri poterat, non restitit, non disceptauit credens, quod vltimo loco angelus dixerat, *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*: sed se se promptam, atque paratam diuinæ obtulit voluntati. Quod vero se domini ancillam vocat, non solum ad humilitatem pertinet, et si ea ipsa humiliras, vt ait Ambros. & Beda maxima eo verbo declaratur: sed etiam ipsa declarat ad diuinæ potentiæ commendationem, quasi dicat, ille dominus est, ego eius ancilla: iure suo de me potest, quicquid velit, facere, quemadmodum Theophyl. exponit. Sic Abraham Saræ vxori suæ dixit, *Ecce ancilla tua in manu tua est, vtere ea, vt libet.* Genes. 16. 6. quasi dicat, eo ipso, quod ancilla tua est, omnem in eam habes potestatem. Propterea Beata Virgo & se ancillam, & Deum non Deum, sed Dominum vocat, vt & suam subiectionem, & illius potestatem vocabulis ipsis ostendat. Ridiculum vero, & ineptum est, quod quidam hic hæreticorum interpretes argumentantur inuriam nos facere Beatæ Virgini, dum eam Reginam mundi appellamus, aliisque similibus ornamus titulis, cum ipsa se non Reginam, sed ancillam appellauerit. Nam ista sane ratione nec matrem Dei, nec sanctam, ac ne virginem quidem vocare deberemus, quia ipsa se non matrem Dei, non sanctam, nõ virginem, sed ancillam vocat. Nos Regis mundi matrem iure mundi Reginam appellamus, & tam sollicitis isti sunt de honore Virginis, dum hæc dicunt, quam Scribæ, & Phariſæi de Dei honore sollicitati erant, cum Christum reprehendebant, quod in sabbato curaret, & peccata remitteret, quæ solus remittere posset Deus. Istis quidem patronis, qui in defendenda Virgine tam diligentes videri volunt, si eius honos defendendus tradetur, ne virgo quidem esset, neq; enim pudet eos dicere, si non ante partum, tamen in partu ipso fuisse corruptam, neq; præter cæteras mulieres habere quicquam: id enim audiente populo concionabundi iactare solent.

D

Titulus Regina in B. Virgine tractatus defenditur.

Hæreticis occasio fit vilipendi B. Virginem.

Fiat mihi secundum verbum tuum.] Dubiũ ad hæc verba Mariæ ad Deum, an ad angelum dirigat tamẽ quia dicit, *secundum verbum tuum*, non secundum verbum eius, probabilius ad angelum dirigi. Magis dubium est, vtrum optantis, an consentientis verba sint. Et Amb. quidem, Beda, & Euth. optantis esse putant, quasi audito angelo non solum consentiat, vt filius Dei ex Spiritu S. in se concipiatur, sed etiam optet, ac oret, vt id quam primum fiat impatiens quodammodo moræ. Iren. vero lib. 3. c. 33. & Damasc. lib. 3. c. 2. consentientis esse dicunt, quam sententiam Beda etiam approbauit, eoque magis probo, cum verba hoc solum præ se ferant, vt quæ ante repugnare videbatur, non repugnet, sed se se offerat Deo. Solent quidam interpretes disputare, quando, atq; quomodo Christi conceptio facta sit. Hiero. in epistola ad Principiam virginem, & Bern. in sermone quodam de B. Virgine, vt supra v. 28. docuimus, dicere videntur Mariam Virginem, antequam ad eam veniret angelus, concepisse, nec angelum illi, quod futurum, sed quod iam factum erat exposuisse. Eam opinionẽ illo ipso loco refutauimus. Alii fere omnes auctores statim post ista Mariæ verba conceptionem factam esse putant. Iren. li. 3. c. 33. & li. 5. c. 19. Et Tert. lib. de carne Christi, & Athan. in oratione de sancta Deipara, & Damasc. li. 3. c. 2. & Sedulius hunc locum carmine ad hunc modum exprimẽs,

Quando B. Virgo Christum concepit.

Lib. 2. Carm.

Angelus intactæ casimi proposita Maria, Et dictam comitate fides, virtutiq; puella Syderum motæ implevere.

Hoc tenendum: & quia, antequam Virgo consensum adhibuisset, semper angelus, tanquam de futura locutus est, *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, &, Ecce concipies, & paries filium*, & quia credibile est sine consensu Virginis noluisse Deũ ex ea carnem accipere, & obtento consensu, non erat, quod conceptio differretur, cum nihil aliud expectaret angelus videretur, quam vt virgo consensum legationi fuæ adhiberet. Dictum est in hanc sententiã eleganter ab Augustino, ler. de tempore 21. *Respondeam virgo sancta, vitam quid tricas mundo? assensum tuum angelus præstolatur, inde est, quod nuntius esse meruetur. Iam audisti, Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, vt prolem gignas & virgin tatem non perdas.* Quod attinet ad modum, recte Greg. li. 9. Registri ep. 61. & Damasc. lib. 3. de fide ca. 2. docuerunt non solum in eo Christi conceptionem ab aliorum hominũ conceptione fuisse diuersam, quod ille ex Spiritu sancto, alii viri opera concipiantur, sed in eo etiam, quod alii paulatim, lenti[que] in vtero formentur, antequam corpus suum animent: Christi vero corpus eodem momento, quo conceptum est, & formatum, & animarum fuisse, enitus rei magnum est argumentum, quod restota à Spiritu sancto facta fit, qui ad gendum rempore non indiget: quodq; ab aliorum esse videatur concedere corpus Christi informem aliquando fuisse massam, & alremus fecerit, quam humanæ.

Et discessit ab illa angelus.] Quod Euangelista notauerit angelum statim discessisse, non temere factum existimarunt veteres auctores. etsi causam aliam alii reddiderunt. Athan. in oratione de sancta Deipara, ne hæretici putarent non verbum Dei, sed angelum illũ, qui ad Virginem venerat, fuisse, qui ex ea sumpsisset carnẽ. Euth. vt significaret Euangelista statim post responsum, atq; consensum Virginis conceptionem fuisse perfectam. Itaq; quasi confecta re, cuius causa venerat, perfunctus q; re legatione sua discedit angelus.

59. Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione.] Minime obscurum est Euangelistam singulis pene verbis singulare Mariæ studium in videnda cognata sua Elisabetha declarare voluisse. Hoc enim indicat, quod dicit, *Exurgens*, id est minime morata, & in *diebus illis* id est paucis post diebus & *cum festinatione*. Vnde vero studium illud tam diligens profectum fuerit, ideo, vt opinor, non dixit, quia neminem dubitaturum existimabat. Qui sit enim experiendæ, probandæq; fidei causa tam subitam profectionem Mariam in spexisse, non satis honorifice o illi videntur de illa sentire, etsi Theophylactus bonus auctor in ea quoq; videtur esse sententia. Nam neq; curiosa certe ætate, & de verbis angeli non dubitabat, cum illi dicat Elisabetha v. 45. *Beata, quæ credidisti.* Eam tamen opinionem, quia de honore Beat. Virginis aliquid detrahere videbatur, libenter amplexus est hæreticus interpres. Non ergo curiositas, non infirmitas vlla fidei, quasi experiri velit, verum, quod angelus dixerat v 36. *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua*, verum esse: sed charitas ex lea humilitas. sed Dei spiritus impulit, vt tanta cum diligentia cognatam inuiseret: Duas priores causas Ambr. & Beda reddiderunt, *Vbi audivit, inquiunt hoc Maria, non quasi incredula de exemplo, sed quasi certa de munere, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi latari pro voto, religiosa pro officio, festinanter gaudio in montana perexit.* Tertium obseruauit Euth. vt exultatione Ioannis in vtero gloriosior esset Christi conceptio, & Ioannes, eiusq; mater Elisabetha Spiritu sancto repleretur.

A *In montana Iudæ ciuitatem.* In montanum (regionem) montes Iudææ intelligo, qui frequentibus ciuitatibus habitabantur.

In ciuitatem Iudæ.] In vrbanam ex ciuitatibus Iudæ. Nõ nominat Euangelista ciuitatem, nec memini Nom bonum auctorem nominare. Nam qui dicunt fuisse Ierusalem, nobiles sciprores non sunt, & sine vlla in hac re loquuntur probabilitate. Tantum dicit Lucas Iudæ ciuitatem fuisse: vt, nisi fallor, ostendat longum fuisse iter, cum Nazareth, vbi virgo habitabat, in Galilæa, domus vero Zachariæ in Iudæa esset: & quidem, vt Brochardus, & alii, qui ea lustrauit loca, tradiderunt, sed tamen leucis diuaret a Ierusalem.

40. Et intrauit domum Zachariæ & salutauit Elisabeth.] Ambr. *Vt ei præponeret ad præconium, tamen ad seruitium. Nec solum venit, sed etiam prior adiuuit. Deus enim, vt quanto est maior virgo, tanto humilior fit. Nouerat desiderium viri. Sed magistra huius vitæ, in qua est profectus, non cassatus.* Ad eundem ferme modum scribit Beda.

41. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth.] Deest tantum vt audiuit volunt enim Euangelista significare salutationem ipsam Mariæ causam fuisse, vt & Ioannes exultaret in vtero, & vterque mater tumul. & filius Spiritu S. repleretur, quasi Maria plenã iam Deo, Deiq; Spiritum in Elisabetham, eiusq; infantem os ad loquendum aperiens exhalauerit: & quem ad modum patum sobrie mulieres vinum solent loquentes, aut saltantes, vt ille dixit, propinare, ita virgo castissima, & Spiritu S. gratia q; plena videtur Spiritum illum sanctum, quo tedum abat, Elisabethæ, dũ eam salutaret, propinasse. Quem quidẽ Spiritum prius Ioannes infans in vtero, quia mater hauit, hausitumq; in matrem effudit, atq; vnmeta naturæ lex in te non naturali inuersa est. Solent infantes in vtero clausi ex matre vitalem spiritum capere, vt Elisabetha contra ex filio suo Spiritum cepit. Admotauerunt hoc Ambr. & Beda. *Vide, inquit Ambr. distinctos eos, singularum q; verborum propietatem. Vocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordinẽ audiuit, iste exultationis mysterij. Illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum. Femina mulieri, & prægnans prægnanti. Ille gratiam loquentur, illi intus operatur. pietate q; misterium materno adorsuntur profectione. duplici, inquit, mirabilis prophetant matres Spiritu parvulorum. Exultauit infans, repleta mater est. Non prius mater repleta, quam filius, sed cum filius est repletus Spiritu sancto, replenit & matrem.*

Exultauit infans in vtero eius.] Græcus ἐσκίρτησεν. Quod proprium est animalium præ luxu saltantium, sicut solent pulli equini, & vituli saltare: inde ad fœtum, qui in vtero mouetur, Dioscorides, & alii Græci medici transtulerunt. Qua ratione Ioannes exultauerit, vtrum sententiam Saluatoris aduentũ, an sine vllo sensu sua sola diuina potentia, vt ex eius exultatione mater Elisabeth intelligeret, quis ille esset, quem in vtero Maria gestaret, disputari inter interpretes solet. Caluinus pius scilicet auctor non solum nullum illi sensum, sed ne gaudium quidem, aut motum vllum præter naturam illi tribuit. Naturale enim esse, vt gaudio gestiente matre infans in vtero moueatur, & modo qui dam exiliat. Itaque quod dicitur vers. 44. *Exultauit in gaudio infans in vtero meo*, non sic intelligi quasi infans gaudio hoc, sed gaudio matris exultauerit. Quanto melius D. Aug. epist. 57. ad Dardanum. *Ecce, inquit, vox matris verba Elisabeth mutauit Ioannis. Beata tu in mulieribus & beatus fructus ventris tui, & vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Hoc audiens vterus ecclesiæ Euangelista præiocatus est, repleta est Spiritu S. pro prio debito tenellæ ætatulæ, quæ illa exultatio significare posset in infante, nisi vt crederet matrem, minus gratiosiorem ipse, & maiorem futurum esset.*

Caluinus reprobatur.

Ectur-

Exturbus in eadem epistola, *Vel propter Ioannem, qui adhuc in hanc vitam lucem, tamen exultauit in gaudio, quod virtute nisi operatione Spiritus sancti fieri posse ipse quoq; credat?* Alii diuinarum quidem exultationem illam fuisse putant, sed sine eius sensu, sine cognitione, sine fide. quem admodũ ecdisiina potentia, sine tao tamen sensu conceptus fuerat. Sic eodem loco Augu. & Fulchra. in, in Luc. 1. Confirmant hanc opinionem multa. Primum quod Euangelista, vt Aug. argumentatur, de solo loquatur motu, de sensu vero, de cognitione, de fide infantis nihil dicat. Deinde quod etiam in vtero Rebeccæ duo infantes Iacob & Esau tristari fuerint, idq; quem admodum Ioannes, vt magnum aliquod mariti mysterium declararent Gen. 25. 22. cum tamen sine vllo tuo sensu id fecisse crederitur. Præterea B qui si anticipatus in Ioanne fuisset rationis vsus, semper postea ecm ipso vtero, & in lucem editus eum dem rationis vsum habuisset. Quod ein Ambros. explicans illa verba: *Elisabeth impletum est tempus pariendi*, Ipsonte concedere videmus, non video tamẽ vulgo credi. Sunt qui id etiam ex Græco verbo cõfirment ἐπλήσθη, quod, vt diximus, animalium ratione carentium, & infantium, sine suo etiam sensu in vtero gestientium proprium est. Libentius plures sequor auctores, melioribus præsertim rationibus suam mihi probantes opinionem. Omnium vero aliorum opinio est Ioanni ad Christi aduentum rationem anticipatam Irenæ. li. 4. c. 18. Orig. homil. in Lucam, Cyrilli Hierosolymitani Catech. 5. communi, Ambr. li. 4. de fide c. 4. & in commentariis in hunc locum, Hier. in Dialogo ad versus Luciferianos. Auctum opus imperfecto hom. 17. Chrys. hom. de sancto Ioanne Baptista, Maximi hom. 1. de natiuitate Ioannis Baptistæ, Chrysologi ser. 84. Bernardi in sermone de natiuitate sancti Ioannis, Theoph. & Euth. in commentariis. Quin sunt inter eos, qui existimant propterea à Christo posteà dictum esse Prophetam, maiorem Ioanne Ba, etsta inter natos mulierum non surrexisse, quod in vtero Ioannes prophetasset, vt Origen. hom. in Lucam. 7. Cyrillus Hierosol. Auctor imperfecti, & Theophyl. in suis locis, quos modo ita discutimus. Arguimenta quoque hunt, quum contrariæ sententiæ minora sint. Primum si nihil Ioannes sensisset, nihil de illo magnificum, nihil noui dictum esset: at qui perspicacem esse Euangelistam aliquid de illo diuinum, ac singulare dicere voluisse. Præterea quia quod angelus dixerat vers. 15. *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ*, non potest nisi tunc, cum in vtero Ioannes exultat, & quodam modo venientem salutat Christum, esse completum. Cur enim dixit in vtero matris suæ Spiritu sancto implebitur, nisi quia exultaturus erat in vtero? Spiritu autem sancto nemo nisi sentiens replebitur. Adhæc quomodo Spiritus S. Ioannes replens est, nisi quo ipse replens is replebit matrem? mater autem repleta fide dicitur Spiritu sancto, quia præter naturæ ordinem exultante in vtero suo fœtu mens infantem in propheriam erupit, matremque Domini D fatale venturem agnouit. Eodem igitur modo Ioannes Spiritu sancto repletus est: eodem modo quem indicant matri prius agnouit Christum. Deinde, qd dicitur vers. 44. *Exultauit in gaudio infans in vtero meo*, non potest de gaudio matris, sed de gaudio Ioannis intelligi. Si enim de gaudio matris intelligeretur, non ex filii exultatione matris gaudium, sed ex gaudio matris, exultasse filium lectasset. Atqui Elisabeth ex filii exultatione summe gaudere indicat: & Christi matrem cognoscitur, & laetitia tanta fuisse perfusam, vt exclamaverit, *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Prius igitur Ioannes exiluit, quam mater eius Christi matrem cognouerit, agnoscendo que gauderet. Quod igitur primo loco ab auctoribus sententiæ ab-

Caluinus reprobatur.

Vulgata editio exposita.

Contra Nestorium.

Colligitur etiam aliud contra eos hæreticos, qui negant Christum ex Virgine humanam sumpsisse carnem, vt ait Fulgent. li. de incarn. & gratia Christi ca. 1. Quo enim modo mater Dei vocari potuit, si Christus ex ea Deus carnē vere non sumpsit? Adnotauit Theophyl. Eadem B. Virginem ante partum vocari matrem, alias mulieres non nisi post partum, quod aliæ omnes vsque ad partum in abortus faciendi periculo versentur, quo illa careret. Nimis fortassis hoc est argumum.

Ebræ dicto. *Et benedictus fructus ventris tui.*] Fructum ventris Hebræi filios appellant, sicut & Galli, vt Psal. 126. 3. *Ecce de-re hæreditas Domini: filij: merces, fructus ventris,* & Psal. 131. 11. *De fructu ventris tui ponam super sedem meam,* id est ex filijs tuis successores tibi regni dabo, & Sap. 4. 3. *Confregerunt eorum rami, fructus infirmus, & fragilis ad vsum minime sit, & exercitui ad magnum, & ad nihilum apti,* id est impiorum filij, ante quam ad maturum ætatem perueniant, morientur. Hoc addidit Elisabetha verbis angelis, vt Mariam supra cæteras mulieres benedictam, ac felicem declararet, quod aliæ mulieres eram sanctæ, & benedictæ, non semper benedicerentur, & sanctos gignant filios: Maria vero & benedicta ipsa sit & filium genuerit benedictum, vt Theophyl. interpretatur. Benedictus autem vocatur fructus ventris Mariæ non solū quia Deus erat, sed etiam quia homo Spiritu S. & diuinitate plenus. Itaque partim eodem modo, partim diuerso atque mater benedictus appellatur. Eodem quidem modo, quia homo, quia Spiritu sancto plenus, vt mater: diuerso, quia & ex se, & magis plenus, & quia sine viro conceptus, vt Græcus ille apud D. Thom. ait. & quia per eum omnes gentes benedicendæ erant. Pursus Titus ophyl. coniunctionem illam. *Et,* hoc loco causalem esse vt Psal. 39. 2. *Iratus es, & misericordia tua,* id est, quia misertus es nobis, vt ille qui dem interpretatur, & Luc. 6. 4. 5. *Exorta iratus es, & peccauimus,* id est, quia peccauimus. Ita vt sensus huius loci sit, loco eo benedicta es inter mulieres, quia benedicta es fœtus tui ventris tui. Res quidem ipsa vera est: neque enim Maria inter omnes mulieres benedicta fuisset id esset singularem gratiam, prærogatiuam quæ cæteras consequuta, nisi Christus benedictus fuisset, à quo & ipsa benedicteretur. *De plenitudine enim eius nos omnes accepimus.* Sed an is sit huius loci sensus, magis non negare audeo, quam affirmare.

Ecce enim.] id est, statim, vt supra v. 31. *Ecce concipies* & v. 20. *Ecce eris mutus,* id est statim concipies, & statim mutus eris, nisi quod illic res futura videnda demonstrauit, hic præterita sub aspectum subiecit.

Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.] Opponit voci Ioannes; auribus verum. Quasi dicat, vt verbum Dei iam in Maria conceptum, & eius locutum ore à Ioanne in vtero adhuc occlusi, veluti sympathia quadam recognitum fuit, & quasi Elisabetha hoc loco verbo reloquiæ vocē. Erat enim Christus verbum, quod erat in principio apud Deum: erat Ioannes vox clamantis in deserto. Præter confinxi finem meam hoc dico, ac veritus ne nimis frigide Elisabetha illud fœtum ac solidum, Elisabetham significare voluisse vocem Mariæ, exultationis infantis exultationem infantis, gaudij sui, & repletionis Spiritus sancti eam iam fuisse, vt supra vers. 41. diximus.

43. Et beata, quæ credidit, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt illi a Domino.] Græcus ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου. Beata, quæ credidit, quia perficientur, quæ dicta sunt illi à Domino. Noluit interpres videri legisse ἔσται ideo vertit. *Quæ credidit, & perficientur ea, quæ dicta sunt illi a Domino,* quem ad modum legit Ambrosius. Quæ quam aut in Ambrosio, aut in Beda vitium esse necesse est, nam Beda verbis Ambrosij vsus ait, *beata quæ credidit,* sicut & Orig. hom. 7. vnde sua sumpsit Ambr. Quod attinet ad sensum nullum discrimen est, cum sit re per secundam, siue per certiam loquatur personam, de Maria loqui perspicuum sit. Ac fortassis aliquanto maiorem tertia, quam secunda pectiona emphasim habet, dum hypothesis ad thesim quodammodo reuocatur.

Quoniam perficientur, quæ dicta sunt sibi a Domino.] Dictio *à Domino* ἔσται καὶ, referri pōt aut ad verbi *credidit* personam, vt sit sensus perficientur à Domino: aut ad *dicta sunt sibi,* vt sensus sit. quæ sibi a Domino dicta sunt, fore vicissim ipsa verbi postulat, vt ad aliud. *Quæ dicta sunt sibi* referatur. Non solum te ipsa grauidam offendens vterum, sed verbis etiam confirmat Mariæ vera esse, quæ ab angelo dicta fuerant, dicens ea à Domino dicta esse, id est ab angelo ipsius Domini. & ita esse, quemadmodū dicta fuerant, perficienda, & ideo perficienda, quod Maria credidisset. Quasi dicat illi, quod multis postea Christum legimus solitum dicere, *Secundum fidem tuā fiat tibi.* Declarat Elisabetha se Spiritu sancto ad Christi aduentum implerum fuisse v. 41. quia continuo vaticinari cœpit. Et quidem patet verbis de præsentibus, præteritis & futuris rebus variari, vt Gregorius hom. 10. Ezechiel. 1. & Beda hoc loco norunt. De præteritis enim dicit, *beata quæ credidisti:* de præsentibus, cum Mariam vocat matrem Domini sui: de futuris, cum dicit fore, vt omnia, quæ Mariæ à Domino dicta fuerant, re ipsa perficiantur.

46. Et ait Maria.] Cecinit prophetico afflatu spiritu. Vtraque enim & Elisabetha, & Maria prophetarunt: Maria de se, Elisabetha de Maria, quam in vtero gerebat eum, qui omnium prophetarum finis erat. Orig. homil. 8. & Ambros. in commentariis huius loci ad hunc modum scribunt. *Neque enim videtur esse, quod & ante locutam Elisabeth prophetauit, & Maria ante Dominum generationem. Serpunt enim tam festinanter salutis humanæ. Nam sicut peccatum à mulieribus cœpit: ita & eorum bonum à mulieribus inchoatur. vt fœminæ quoque mulieribus operæ dispensatores infirmitatis suæ intelligentes: & an ma, quæ non habet sexum, vt Maria, qua nesciā errorem peluisse non tetuit studio celsitudinem.*

Magnificat anima mea Dominum.] Laudibus tollo gratias illi ago ex intimis animi mei sensibus. Beda, *Tanta,* inquit, *me Dominus, tanque mandato munere sublimauit, quod non vlla linguæ officia explicari, sed ipso vix intimi pectoris affectu valeat comprehendi, & idcirco tota animi vires in agenda gratiarum laude insumo.* Eodem modo dixit Dauid Psal. 33. 2. 4. *In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Et Psal. 34. 9. *Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo.* Et Psal. 102. 1. 2. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.* & Psal. 103. 1. *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus es vehementer.* Itaque, ex coniectura me scripturę dicimus hanc phrasim hominis esse, magnum in se Dei beneficium prædicantis. & pro cognitis agentis.

47. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.] Enthym. Gaudia est anima mea in Deo saluatore meo. Atque is quidem viderut esse sensus, si verba tantum, non verborum etiam originem consideremus. Mihi vero repetitio superiorum lentitudinē videtur esse. Nam minus cohæret, vt se in Deo gestum dicat, cum non de affectibus suis sed de Dei laudibus loqueretur. Est vsitatissimū apud Hebræos, vt verbum vnū sententia vna concludat: quæ ea est in prima, & secunda versus parte diuersis vsi sunt verbis. Separatim ipsi in Psalmis, Iob, Prouerbiis, & Canticis omnibus, vt Psal. 2. 4. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Quam ergo vocauerat animā, nunc spiritū vocat. Nam quamuis apud D. Paulum anima, & spiritus ita dubitanter videantur, vt anima pars inferior, spiritus pars superior appellatur, vt ad Hebræos 4. 12. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus* aut animæ quæ vitalis, spiritus quo secundum Deum vitalis est. 1. Cor. 15. 45. *Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem.* tamen aliquando idem sunt, vt 1. Cor. 7. 34. *mulier virgo, & virgo cogitat, quæ sunt sanctæ, vt sit sancta & corpore & spiritu,* id est, corpore & anima. Atq; ita accipitur hoc loco. Vt recte explicauit Augustinus in expositione huius cantici. *Magnificat,* inquit, *anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo saluatore meo. Vnus & idem spiritus, & ad ipsum spiritum dictum est, & ad corpus anima, quare anima dicitur spiritus, & spiritus? Et vtrumque anima dicitur, in quantum est vita corporis, spiritus autē in quantum est quædam substantia spiritualis.* Et quod dixerat prius, *Magnificat,* dicit nunc, *Exultauit,* id est gaudio exultans laetatur. Laudare enim Deū, qui gloriā præbeat, quātum ab eo acceperuti beneficij. Hoc est quod ait, *Exultauit spiritus meus in Deo saluatore meo,* potuit, vt opinor, ex Hebraeorū consuetudine præterito pro futuro. Exultabit spiritus meus, quasi dicat, non me ipsam quasi mortuam, sed Deū laudabit anima mea, in eoq; gaudebit atq; letabitur. ab eo se fore beatam tanti accepisse beneficium. Sicut dixit Dauid. *In Domino laudabitur anima mea,* id est Dominus, non mihi hoc accepti ferā.

In Deo saluatore meo. Prius vocauit Dominum, quod pertinet ad nomen rei, vt inquit D. Paulus 1. Corint. 8. 6. *Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* nunc vocat Deum saluatorem suum Hebraice יְשׁוּעָתִי saluatorem meum, quod nomen est beneficij. Indicat Deū & potuisse & voluisse sese salutare. *Posuit,* inquit Augustin. in expositione huius cantici *Iesum in se ipsa. & Dominum, & saluatorem, vt per ea, quæ ipse animi sui creature dominatur, eos intuēdum ostenderet ex qua bonitate veri, qua misericordiæ quosdam saluet, dignum dilectione demonstraret.*

48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.] Eni vero illa-

[illegible] Quia respexit, aut aspexit in humilitatem seruæ suæ id est, non est dedignatus, quod est ancillam humiliatem ancillæ suę, sed rationem illius habuit. Quid sit Deum respicere Hebraica phrasi ver. 25. expositimus. Non est omnino absre, quod in hunc locū scripsit Augustin. *Respexit,* inquit, *Deus rebus nondū assis solet, videlicet secundam cognitionē, sic audiendi gratiam, sic nomen tuduciam. De primo Apostolus, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius: sed per gratiam Dominus omnes respexit, quia oculis Dominus super iustos, &c. De tertio in hoc dicitur. Nescio vos. Respexit per gratiam est prius abiectas & per electos visitans.* Manifestum est Mariam velle rationem reddere, quam ob rem ea tanta magnificus Deū, & in ipso exultet spiritus eius, quia nimirum Deus ipsius respexisset humilitatem. Quibus verbis magnum aliquod à Deo beneficium acceptum significari constat: quod autem ad fuerit beneficium non satis constat. Totū in eo res vertitur, vt intelligatur, quid hoc loco humilitatis nomine significetur. Tria enim fuisse facile eo solere nomine significari, sui cōtemptum, vilem, & abiectum conditionem, & eam virtutem, quæ superbiæ opponitur, & elationi, & multi obtrectarunt, & res tam compertā est, vt animaduersione non egeat. Virtutem hoc loco humilitatis significare tanto fere omnium veterum, nouorum q; interpretum cōsensu credendum est, vt nequaquam suspectum sit, nisi de bono ipso fecerint Auctores veteres, nonnosque dissentire. De humilitatis virtu-

re Orig. hom. 8. Augustin. in expositione huius cantici, & sermone de sanctis 35. Beda in commentariis. Bernardus ser. 41. & 43. in Canticum canticorum hunc locum interpretantur. Quæstio non est de re, sed de horum verborum sensu. Nam si rem quidem ipsam consideremus, cui dubium esse potest, vel minimam pietatis partem habuisse, summam in Maria humilitatis fuisse virtutem? Si horum verborum sensum, eo minus credibile est de tua Mariam virtute loquutam fuisse, quo maiorem ex virtus excelluit. Haud enim scio an humilitatis sit despectam humilem suam solum agnoscere, sed etiam profiteri. Sola mea est mea humilitas despectam ignorat, & nescio quomodo fit, vt humillimus quisq; tirouī vt humiliatem suam animaduertit, ac prodit. perdat. Deinde ea ō id agebat humillima, & sanctissima Virgo, vt doceret sua meritis tantum se beneficium consecutam, vt mater esset Dei, sed potius vt se indignam omnino fuisse tanto beneficio declararet: noluit ergo dicere suam à Deo virtutem, sed potius suam humilem, obiectam; personam, & conditionem, & vt vno verbo dicam, suam indignitatem respectam fuisse, quod quamuis indigna prorsus esset, Deus se tanto honore dignatus fuisset. Hoc dicere & virginem, & humilem decebat. Præterea mea hæc verba, & præcedenta manifesta apparet antithesis. Dixerat. *Magnificat anima mea Dominum,* dicit nunc, *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* In q; humilitatem suam Dei magnitudini opponit, eodemq; sensu, & se humilem, & Deum magnum vocat. Deum autē non vocat magnum, sed quasi superbum, sed quasi præstantem, & supremum dignitate, gradum obtinētem: ergo & se non vocat humilem ab opposita superbiæ virtute, sed ab abiecta, vilig; conditione. Denique non solet humilitatis virtus *ταπείνωσις,* quo verbo Lucas hoc loco vtus est, sed *ταπεινότης* vocari, vt Actor. 20. 19. Ephes. 4. 2. Philip. 2. 3. Colos. 3. 12. 1. Petri 5. 5. esti humilem, id est virtute superbiæ oppositā prædirum. *ταπείνωσις* vocarum legimus Matth. 11. 29. & 1. Petri 5. 5. Atque in hanc sententiam Theophy. Euthym. & Auctor ille Græcus apud D. Thom. interpretatur, & nisi fallor Iuuencus his versibus,

—— *quod me dignatur in altum*
Erigere ex humili cellam, cunctisq; beatam
Gentibus, & fatis valuit Deus æquus haberi.

Sic etiam nonnulli recentiores interpretes intelligūr, quorum vnus dixit Mariam hoc loco humiliatē exercuisse. sed non significasse. Nam si hoc esset facta, suis verba consideremus, omnis humiliatis plena sunt, sed quo magis omnia humiliatæ redundant, eo rarius se humilem appellauit.

Ecce enim ex hoc.] Deinceps ex hoc tempore.

Beatam me dicent omnes generationes.] Declarat, quod dixerat, respexisse Dominum humiliatē suam, id est ex humili cōditione ad tantum honorem euexisse, vt se omnis sæcula beatam sint prædicaturæ. Opponit omnes generationes, id est omnia futura sæcula tēpori præsenti, quod vocauit *hoc, Ecce enim ex hoc;* & omnes futuros homines vni Elisabethæ, quæ se paulo ante beatam appellauerat, quasi dicat, deinceps non solū ō Elisabetha, sed omnes omnino mortales beatā me esse prædicabunt, vt recte Theophyl. animadnerit. Cum autē dicit *omnes generationes,* est igeneraliter, & sine vlla exceptione loquitur, tamen no omnes sine exceptione homines intelligit, sed eos tantum, qui in Christum filium suum credituri erant, vt Euthym admonuit. Nam Iudæi quidē Gentiles, & hæretici maxime q; Caluiniani non laudibus eā, sed conuitiis frequenter afficiunt. *Infidelium* enim semper *calcaneo* eius antiquus ille *insidiatur, qui erat callidior cunctis animantibus terræ.* Genes. 3. 1. 15. Cœpit Elisabeth prima omnium

Mariam beatam dicere supra vers. 45. Secuta deinde est mulier illa, quæ de media clamauit turba. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* infra c. 11. 27.

49. *Quia fecit mihi magna.* ὅτι ἐποίησέ μοι μεγάλα. Ita solet scripturaginta interpretes miracula vocare ex Hebræorum imitatione, qui res magnas, & admirabiles גְּדֹלוֹת appellant. Noster interpres, etsi minus Latinè, tamen eadem imitatione solet reddere *magnalia*, vt Exodi 14. 13. Deutero. 10. 21. & 11. 2. & Psal. 70. 19. & 105. 21. Magnum vero miraculum erat, vt sine viro Deum hominem quæ virgo conciperet. Augustin. in expos. huius cantici. *Magnalia.*

Qui potens est. ὁ δυνατός. שַׁדַּי. Potens, quod vnum est ex decem nominibus Dei, quæ Hieronym. numerat. Apte vero hoc loco Maria Deum potentem appellauit quia de miraculis agebat, in quibus efficiendis maxime ostenditur diuina potentia, vt Theophyl. indicauit, & D. Augustin. in expositione huius cantici, *Magnum, inquit, fuit, vt Virgo sine viri semine filium conciperet. Magnum fuit, vt Dei sapientia verbum carnē sua indueret, pro eo quod erat. Magnum fuit, damnē ancillam confessa esset, vt veniret super eā plasmator. Quo potest aliquis credi potuisse eum pauciora, potentem confessa est, sed quanta, aut quales, cōprehendi non potest.* Redditi Matiæ causam, cur omnes generationes beatam se prædicaturæ essent, Theophylact. Alij causa nō reddere existimant, cur eius anima, vt ante dixit, magnificaret Dominum, quasi dicat, ideo *magnificat anima mea Dominū*, id est magnum prædicat, quia *fecit mihi magna*, vt Bernardus docet in sermone quodam de Beata Virgine. Quam interpretationem nominum allatio probabilem facere videtur, sed illa tamen Theophylacti probabilior, quia violentum videtur, vt hæc particula ea vi ponatur, quæ tam longe referatur. *Potens.* *Magnalia.* *Hebraismus.*

Et sanctum nomen eius.] Quidam ita hoc exponunt, quasi hæc, & cætera, quæ sequuntur, secunda pars sint huius cantici, & quasi absolute Maria Dei nomen tantum esse dicat, eiusque misericordiam à progenie in progenies. Magis credo hæc & quæ sequuntur, omnia epitheta Dei esse, quibus per periphrasim Deum describunt. Obiiciatur enim dignum est nunquam Matriā à vers. 49 vsq; ad finem Cantici Deum nominasse, sed figura quadam orationis, quæ maiorem habet gratiam, eum describisse, & honorificis epithetis, quasi titulis, ornasse. Nec enim dixit *Quia fecit mihi magna* Deus, quod vt breuius dictu erat, ita & ad sententiam minus efficax, & ad orationis ornatum minus aptum: sed dixit. *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Quod eodem sequitur. *Et sanctum nomen eius* perinde est, ac si dicat, & cuius nomen est sanctum; sic enim Hebræi loqui solent, vt vnum relatiuum præ altero ponant, vt Psalm 20. 4. *Dominus in templo sancto suo. Dominus in cœlo sedes eius*, id est, cuius sedes in cœlo est. Et rursum eodem ver. Oculi *eius in pauperem respiciunt. palpebræ eius interrogant filios hominum*, id est, cuius oculi in pauperem respiciunt, & cuius palpebræ perscrutantur hominum cogitationes. Et rursum ver. 7. *Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius*, id est, cuius vultus æquitatem vidit, ueque personarum gratia mutatur, vt hanc iustificet, illam condemnet: hunc amet, illum odio habeat. & Psalm. 17. 31. *Deus meus, inpollutæ viæ eius*, id est cuius via impollura est. Quo sensu nomen Dei sanctum appelletur, etsi res est admodum facilis, non consentiunt tamen interpretes. Nam Euthymius sanctum, quasi magnum atque eximium vocari putat. Theophylactus quasi mundum, impollurum, incontaminatum, quod verbum Dei in vtero Virginis contaminatum non fuerit. Beda quasi potens, ingregatum à rebus omnibus, omnesque superans, & excelsus. Mihi sanctum dixisse videtur quasi A venerabile, adorandum, & laudibus propter magna illa, quæ libi fecisse dicerat, celebrandum. In hanc sententiam Augustinus exponit: *Hoc inquit, nomen sanctum est, cum sanctis est, cum sanctis gloriatur, a sanctis benedicitur, a peruersis blasphematur.*

50. *Et misericordia eius à progenie in progenies.*] Hæc verba eodem modo interpretor, quo præcedentia. Cuius misericordia est à progenie in progenies, id est perpetua, infinita, sempiterna רַחֲמָיו לְדֹר וְדֹר vt Psal. 102. 17. *Misericordia autem Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum.* Quem locum videtur hic Beata Virgo, totidem verbis exprimere voluisse. Nec alia forsalle causa fuit, cur his vsa sit verbis. Si qua vero alia fuit, hæc fuit opinor, vt significaret Deum non solum in veterem illum populum, sed etiam in eum, qui tunc erat, misso filio suo suam, quæ nulla temporis longinquitate exhauritur, exercuisse misericordiam. B

51. *Fecit potentiam in brachio suo.*] intelligendum, ἐν κράτει relatiuum *Qui*, sicut in præcedentibus. Est enim continuata periphrasis, qua Deus ex rebus à se vocitentur, & mirabiliter factis eleganter describitur. Brachium Hebraorum idiomate potentiam significat, quod in brachiis ac lacertis virorum robur, & vires esse soleant. Exempla in Psalmis passim occurrent, vt Psalm. 10. 15. & 36. 17. & 43. 4. & 70. 18. & 76. 16. & 78. 11. Itaque sæpe solet brachium, quo res magis explicetur cum potentia, & fortitudine coniungi, vt Iob 22. 8. Psalm. 88. 11. 14. Isaiæ 51. 9. & 62. 8. & Danielis 11. 6. Quod ergo dicit, *Fecit potentiam in brachio suo*, perinde est, ac si diceret, fe it potenter brachio suo, potenter manu sua, eam gallice, aut declarauit quam potens brachium suum esset. Videtur etiam hac phrasi omne humanum auxilium ex ludere, quasi dicat mira cula illa, quæ fecit, solum, & à nemine adiutum fecisse, sicut dixit Dauid Psalm. 71. 18. *Benedictus Dominus Deus Israël, qui fecit mirabilia solus*, & Psalm. 135. 4. *Qui fecit mirabilia magna solus, quoniam in æternū misericordia eius.* Et Isaiæ cap 63. 5. *Circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum. & ipsa quæ mea ipse auxiliata est mihi.* Non placet quod Beda Strabus, Theophylactus, & Græcus ille Auctor Diui Thomæ scribunt, brachium Dei hoc loco Christum vocari, quia ipse vere Christus Dei potentia, & Dei virtus est, *per quem facta sunt omnia verbo virtutis suæ*, tamen nescio an ita interpretatio loco satis hæreat. De quo autem miraculoso Deo facto Maria loquatur, loqui enim de aliquo videmur) nonnulli quærunt. Ac sunt, qui de ipsa Christi incarnatione loqui putent, quæ magnum, fuit certe miraculum, quoque Deus nullo in carne filio suo summam suam potentiam declarauit, qua potentes dæmones, qui tunc in hoc mundo dominabantur, de suo deiecit regno, humiles autem, qui in Christum crediderunt, ad regnum erexit. Sic Augustinus in expositione huius cantici, & Cyrillus apud D. Thom. Alij ad præterita referunt, id est ad rerum primam creationem, & reliqua omnia, quæ Deus huius mundi præcuter, ad mirabiliterque fecille in sacris litteris perhibetur. *Omnia enim per ipsum facta sunt.* Ita Beda. Alij ad præsentia referunt, quia Virgine parieute natura victa, & commutata est, quasi Virgo in hoc potentiam Deum fecisse dicat, quod fecit, vt Virgo ipsa conciperet, vt Theophyl. exponit. Mihi de rebus præteritis videtur loqui, quis & præteritis semper vtitur verbis, *Fecit, Deposuit, Exaltauit, Implenit, Dimisit, Suscepit*, & quia fatis apparet hanc fore eam partem cantici hymnum potius esse, quam prophetiam. In hymno autem magis conuenit credere cantres antè à Deo factas, quam prædici faciendas. Cæterum non existimo C

existimo de vno aliquo facto loqui, sed vniuerse de omnibus, quæ Deus solitus esset facere, sicut fecit Anna 1. Reg. 2. & Dauid Psal. 135. 15. A

Hebraismus.

Dispersit superbos mente cordis sui.] Hebraismus תמיר *dispergit, dissipauit*, vt Psal. 32. 10. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.* Sunt qui ad hunc modum verba commungant, *Dispersit superbi mente cordis sui*, id est, eos, qui mente cordis sui superbi erant, vt Euthym. Alij sic exponunt, vt pro nomen Græcum διανοία ablatiuum significet tollu menti, quasi dicat cœpit eos suis ipsorum consiliis. Admirabilior etiam videtur Augustini sententia, qui interpretatur in expositione huius cantici, *Dispersit superbos mente cordis sui*, id est profundo consilio suo, quasi illud reciprocum *sui ad* Deum referatur, quod ex Græcis verbis apparet fieri non posse. Ego ity pallagem esse arbitror, qua frequenter vtuntur Hebræi, *Dispersit superbos mente cordis sui*, pro Dispersit cogitationes cordis superborum, id est ipsorum consilia, ac machinationes. Disperguntur autem, & dissipantur consilia, & cogitationes superborum, cum in diuersum eunduī exitū, quam ipsi putabant. Superborum dixit potius, quā impiorum, aut iniquorum, quia quamuis omnes iniqui, & impij intelligātur, tamen significantius hoc loco superbi, quam impij, aut iniqui vocantur. Quia superborum consuetudo est multa & varia agitare consilia, quibus eorum ambitio nunciri solet. Simile quiddam de anaris Iacobus scribit c. 4. 13. *Ecce nunc, qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annū, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis, quid eras in crastino.* B *Brachium metaphorice pro potentia.*

52. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*] καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνου. *Iunxit*, dynastæ, quo etiam nomine Latini Auctores vti solent, dicuntur principes, ac Reges, quia potentes sunt. Itaq; nomen *potentes* hoc loco non tam potentiam, quā officium, quo potentia exercetur, significat, vt apparet ex adiuncto *de sede*, id est, de throno, de solio regio. Multi enim potētes sunt, qui Reges non sunt, neque in throno sedent. Hic autem de Regibus loquitur. Quod sequitur, *Et exaltauit humiles*, ad eundem modum intelligendum est, ex contrario, id est ex eo sit humiles, & in regio solio collocauit, vnde Reges deiecerat. Repetendum enim, aut intelligendum est ἀπὸ θρόνου ex nomine θρόνου sedis, aut solij, quod præcesserat. Humiles autem non à virtute superbiæ contraria, sed ab abiectæ, & humili conditione vocat. Opponit enim humiles potentibus, id est Regibus, & iis, qui in magno honoris gradu sunt. Quō autem hic ipse sensus alludat, id est de quibus potentibus, & de quibus humilibus loquatur, de eo olent interpretes differitre. Theophyl. Cyrillus, & Græcus ille Auctor apud D. Thomam *potentes* dæmones, qui ante Christi aduentum in mundo regnabant, humiles omnes homines, qui à dæmonibus vexabantur intelligantur, vt Theophylact, *potentes* Pharisæos & Scribas, qui super cathedram Moysis sedebant, humiles reliquos, & imperitum populum, cui onera imponebāt grauia, quæ ipsi ne digito quidem suo attingere volebant. Alij ad exempla superiorum temporū exilium. Virginem allidere, vt ad Saulem, quē Deus de regio solio detudit, & ad Dauidem, quem ad regnum euexit. 1. Reg. 16. 12. 13. Ego Beda m sequor, qui nullum aut præteritum, aut futurum eri exemplum notari putat, sed significari, quid factum fuit eodemus sit, sed quid Deus facere possit, ac soleat. Solet autem scriptura in Dei laudibus ponere, quod regna euerterit, & alios de solio deiecerit, alios in solium euehat: qui cum inter homines summa potentia credatur esse Regum, in ipsis potissimum subigendis, dimouendisq; diuina maxime potentia apparet. Daniele 2. C *Potentes dicuntur Reges.*

21. *& ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque constituit*, & Eccles. 10. 8. *regnum à gente in gentem transferunt propter iniustitias, & iniurias*, & Psalm. 106. 40. *Effusa est contemptio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.* & Iob. 12. 18. *Balteum Regis dissolvit, & præcinxit fune renes eorum.* & 1 Reg. 2. 8. *Sublevat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Itaq; præteritum pro futuro ex Hebraicæ linguæ proprietate accipe puto, futurum rursus alio Hebraismo pro modo, vt Grammatici vocant, potentiali, vt sit sensus *deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*, id est deponet, & exaltabit, hoc est, potest deponere, & exaltare. *Hebraismus.*

53. *Esurientes implenit bonis.*] id est potest, ac solet implere, atq; locupletare. Sicut, quod sequitur, *Et diuites dimisit inanes*, id est, solet dimittere. & eos qui prius diuites erant, pauperes facere. Eodem enim modo hunc versum interpretor, quo superiorem, vt nullum certum noteur factum, sed tantum dicatur, quid Deus facere possit, ac soleat, vt dixit Anna 1. Reg. 2. 5. *Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici fugere usi sunt, &* Psal. 33. 11. *Diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Itaq; quod Theophylact. exponit, *esurientes* Gentiles, *diuites* Iudæos; & quod D. Augustin. *esurientes* humiles, *diuites* verò superbos; & quod alij *esurientes*, qui vt ait Christus, *esuriūt, & sitiunt iustitiam: diuites*, qui ex abundant, id est, qui pro suo arbitrio corruptos ad se iudices flectant, nō tale quidem est, non litterale. B *Matt. 5. 6.*

54. *Suscepit.*] Etiam hoc loco intelligo relatiuum *qui*, sicut in superioribus, cum sit perpetua descriptio Dei. ἀντιλαβόμενος *Suscepit* hanc vim Græce habet, vt declaret Deum populum suum tam omnino deiectum, determinq; se quasi ponere, aut suppetiæ manu sustinuisse, ex isti, q; ac, sicut Dauid dixit Psalm. 26. 10. *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.* Simile sunt exempla Psalm. 3. 6. & 17. 17. 36. & 62. 9. & 86. 30. & 72. 24. 117. 13. & 118. 116. & 145. 9. & 146. 6.

Israël puerum suum.] Israëlem filium suum sic enim solebat Dominus populum illum appellare Osee. 11. 1. Suscepisse igitur dicitur Israëlem filium suum Deus, quia cum maxime abiectus, & sub Romanorum imperio afflictus populus ille erat, Christus verus Rex venit, qui eum non à Romanorum, sed à maiore diabolj tyrannide liberauit. D

Recordatus misericordiæ suæ.] μνησθῆναι ἐλέους, vt recordaretur misericordiæ suæ, id est vt ostenderet se misericordiæ suæ oblitum non esse, sed recordari. Sicut enim numquam verè obliuiscitur Deus, sed ad similitudinem hominum tum dicitur obliuisci, cum ita nobiscum agit, quasi nostri oblitus esset. Psal. 12. 2. 41. 10. & 43. 24. & 73. 19. ita etiā dicitur recordari, cum ita se erga nos gerit, quasi prius nostri oblitus fuisset, postmodum recordatus, id est, cum nos orantes exaudit, ostenditq; se bene nobis velle, vt 1. Reg. 1. 19. Esther. 10. 12. Psal. 97. 3. 102. 14. & Ierem. 2. 2. & Daniel. 2. 30. 37.

55. *Sicut locutus est ad Patres nostros.*] Quasi dicat, vt recordaretur misericordiæ suæ, quam promiserat patribus nostris, scilicet Abraham, & semini eius in sæcula. Patres intelligit omnes Patriarchas, sed illos in primis, quibus Dei promissio de nascituro ex semine ipsorum Christo facta fuerat, quales fuerunt Abraham Genes. 12. 3. & 15. 3. & 17. 19. & 18. 18. & 22. 18. Isaac Gen. 26. 4. Iacob Gen. 28. 14. Dauid Psal. 11. 5. Sed tolū nominauit Abraham, quia illi primum Christus promissus fuerat, & quia ipse omnium credentium futurus erat pater. Quod cum dixerit, *sicut locutus est ad patres nostros*, addat commutato casu *Abraham, & semini eius in sæcula*, ideo fecit, quod Græcum verbum *Iuncti*

An B. Virgo apud E. lisabetham vsque ad anni partū manſit.

ἀπλῶς, ſicut Latinum loqui vtrunq; admittat caſum. vſu ſaltem loquendi Eccleſiaſticorū Auctorum. Illud *in ſenatu*, vel ad miſericordiam refertur, quaſi dicat, loquutum fuiſſe Deum, id eſt promiſiſſe patribus perpetuam miſericordiam: vel ad ſemen, quaſi dicat promiſiſſe Abrahamo, & omnibus eius poſteris, qui vſq; ad finem ſæculi futuri erant; ſenſus eodem redit.

56. *Manſit autem Maria cum illa, quaſi menſibus tribus.*] Quæri hoc loco ſolet, vtrum Maria parui interfuerit Eliſabethæ, an antequam illa parieret, domum redierit. Pleriq; ante eius partum domum rediſſe putant, à quibus hæc fere argumenta afferri ſolent. Primum, quod Euangeliſta dicat manſiſſe Mariam cum Eliſabetha, non menſibus tribus, ſed quaſi menſibus tribus, indicans non integros mānſiſſe tres menſes. Quod ſi ita eſt, non potuit Eliſabethæ partum videre, quia credibile eſt eam more aliarum mulierum nono mēſe peperiſſe; cum autem Angelus ad Mariam venit, ſextus illi prægnanti menſis agebatur vers. 36. vbi etiam ſignificatur ſextum menſem tranſactum non fuiſſe: itaque non poterat nonus menſis impletus eſſe, cum Maria ab Eliſabetha domū rediit. Deinde, quod poſtquam Lucas dixit Mariā in domum ſuam rediiſſe, addidit, *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi*, indicans iam Mariam domum rediiſſe, cum Eliſabethæ tempus pariendi impletum eſt. Præterea, quod non videatur Euangeliſta tacituras fuiſſe, ſi Maria partui Eliſabethæ interfuiſſet, cum id ad rem maxime pertineret, & tanta diligentia narraſſet, quam dia Maria apud cognatam manſiſſet. Denique non decuiſſe virginem intereſſe partui, & eam fuiſſe conſuetudinem, vt omnes virgines, etiam quæ domi eſſent, parturiente aliqua muliere alio migrarent, vt graues Auctores Theophyl. Euthy. & Græcus Auctor D. Thomę & Niceph. lib. 1. cap. 8. tradunt, qui huius ſententiæ defenſores ſunt. Ego tamen nihil omnino perſuadeo beatam Virginem ante partum Eliſabethæ ab ea non diceſſiſſe. Primum, quia vix alia cauſa excogitari poteſt congrua, quamobrem Euangeliſta tempus notauerit trium menſiū. quos apud Eliſabetham Mariam manſiſſe dicit, niſi vt indicaret vſq; ad eius manſiſſe partum. Præterea, quia credibile non eſt Mariam, quæ charitate impulſa cognatam, quia grauida erat, inuiſerat, & tamdiu cum ea fuerat, haud dubiè vt prægnantem adiuuaret, cum partui, id eſt dolori, atque periculo proxima eſſet, deſeruiſſe. Deinde, quia illa ipſa ratio, quæ illam impulerat, vt prægnantem inuiſeret, impellebat, vt eius expectaret partum. Inuiſerat, vt, quod Angelus dixerat vet. 36. *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua*, ipſa expectaret: quis dubitet voluiſſe etiam experiri partum videreque, quo res ea caderet, præſertim cum tam prope exitum eſſet. Ad hæc ſciebat vtique Maria Ioannis myſterium, quod Chriſti filij ſui præcurſor futurus eſſet; quis ſibi perſuadeat noluiſſe natum etiam videre, quem tantum ſciebat Prophetam futurum eſſe, quem audiuerat præ gaudio ſe adueniente in vtero matris exultaſſe? Deinde quæ non dico cognata, ſed quælibet alia alienius charitatis mulier, cum per tres apud prægnantem manſiſſet menſes, inſtante iam partu diſceſſiſſet? Cur ergo credamus feciſſe Mariam, quod aliam illam mulierem facturam fuiſſe indignū eſt credere. Denique tempus cum hac ſententia rectè conuenit: agebatur enim ſextus iam menſis, ac fortaſſis exactus erat, verba enim Angeli non repugnant, vers. 36. cum Maria ad viſitandam cognatam domo diſceſſit. Manſit tres apud cognatam menſes fortaſſis integros, vt poſtea dicemus: ſed eſto, integros non manſerit; certè fere integros manſiſſe negari non poteſt, & nonum Eliſabethæ menſem, ſi non exactum, A inchoatum tamen fuiſſe, & fere tranſactum, cum ab ea Maria diſceſſit. Poterat ergo Eliſabetha parere, antequam Maria diſcederet, neque enim neceſſe eſt, quemadmodum experientia docet, vt nonus menſis, vt grauida pariat, tranſactus omnino ſit. Solent enim inchoato nono menſe aliæ mulieres citius, aliæ ſeruatis parere. Habet etiam hæc ſententia meliores Auctores, Origenem homilia 9. Ambroſium in commentariis, Bedam, Strab. Lyr. Auctorem Scholaſticæ, vt vocant, hiſtoriæ. Habet ipſam etiam Eccleſiam, quæ tertio menſe poſt conceptionem Chriſti Ioannis natalem celebrat. Argumenta vero, quibus alij Auctores in contrariam ſententiam adducti ſunt, facile ſoluūtur. Nam quod obiicitur Euangeliſtam non dicere Mariam manſiſſe apud Eliſabetham tribus menſibus, B ſed *quaſi menſibus tribus*, nō magis indicat minus quàm plus tribus menſibus apud eam permanſiſſe. Habemus enim exempla apud Euangeliſtas, vbi, illud, *quaſi* non ſignificat minus, ſed aut plus, iuſtum certe numerum. Scribit Marcus cap. 8 9. numerum hominum, *Quaſi in ſcriptura.* quos Chriſtus ſeptem panibus, & paucis piſciculis ſatiauerat, fuiſſe quaſi *quatuor millia*, ſcribit Matt. cap. 15. 38. fuiſſe *quatuor millia, exceptis mulieribus, & paruulis.* Scribit Ioannes c. 6. 10. numerum eorum, quos Chriſtus quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiauit, fuiſſe *quaſi quinquies millia*, ſcribit Matthæus cap. 14. 21. fuiſſe *quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis.* Solent ergo Euangeliſtæ eam adhibere moderationem, vt dicant *quaſi*, non modo cum minorem numerum ſignificare volūt, ſed cum aut de iuſto numero certi non ſunt, aut exiſtimant non eſſe neceſſarium iuſtum omnino numerum declarare. Et vt concedamus Lucam minus tribus integris menſibus ſignificare voluiſſe, tamen nihil inde contra noſtram opinionem probari poteſt, quia, vt diximus, neceſſe non eſt ad pariendum, vt totus nonus menſis exactus ſit etiam in his mulieribus, quæ menſe nono pariunt; nam de partu ſeptimi menſis hic non diſputamus, & qui diſputant rem nobis agere videntur minime neceſſariam, cum conſtet Ioannem non ſeptimo, ſed nono menſe natum eſſe. Secundum argumentum D plus habere videtur probabilitatis. Ita enim, fateor, Lucas loquitur, vt indicare videatur, ante quam Eliſabethæ tempus pariendi eſſet impletum, Mariam diſceſſiſſe. Cæterum hoc ipſum argumentum non mouebit eos, qui obſeruauerint ſæpe Euangeliſtas ſolere prius narrare, quæ poſterius acta ſunt, vt hiſtoriam, quam texere inceperant, abſoluant. Exempla ſunt apud Matthæum ca. 26. & 27. notata. Quia ergo Lucas Mariæ hiſtoriam narrare cœperat, voluit abſoluere, antequam de partu Eliſabethæ agere aggrederetur. Ideo dixit, quomodo ad eam Angelus miſſus eſſet, quid illi dixiſſet, quid ipſa reſpondiſſet, quomodo cognatam ſalutaſſet, quomodo ſalutaſſet, quomodo domum rediiſſet. Reducta vero quodammodo Maria in domum ſuam aggreditur, aliam hiſtoriam, quomodo Ioannes natus eſſet. Atque ideirco prius dixit Mariam rediiſſe domum, poſtea vero addidit, *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi.* Ad tertium reſpondeo non omnino Euangeliſtam tacuiſſe Mariam apud cognatam ſuam fuiſſe tempore partus. Cum enim dixit manſiſſe apud eam, *quaſi tribus menſibus*, non obſcure indicauit interfuiſſe partui, quem intra tres illos menſes accidere neceſſe erat. Ad quartum eodem modo quo ad ſecundum, reſpondendum eſt, aut ſextum iam menſem à conceptu Ioannis, cum ad Mariam Angelus venit, fuiſſe tranſactum, aut ſi non erat, non fuiſſe neceſſarium, vt nono exacto menſe Ioannes naſceretur. Quod autem quinto loco obiiciebatur, non decuiſſe Virginem intereſſe

partui:

partui: non intelligo cur minus decuerit partui intereſſe, quàm parere; parientem videre, conſolariq̃ue, atque adiuuare, quàm prægnantem inuiſere. Ea vero conſuetudo, quę affertur, ſolitas fuiſſe virgines inſtante partu diſcedere, vereor ne ficta ſit. Nos enim inter honeſtiſſimas etiam gentes eam conſuetudinem non videmus; contrariam vero videmus. vt non ſolum domeſticæ partui virgines interſint, ſed aliæ etiam amicæ, atque cognatæ adueniant aliunde, vt parturiæ miniſtrent. Et ſi eiuſmodi conſuetudo forte fuit, non erat neceſſarium, vt Maria omnes aliarum virginum conſuetudines obſeruaret, quia ita virgo erat, vt mater eſſet.

57. *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi.*] Tēpus nonem menſium, aut circiter, quod partui mulieB bri commune naturæ lege præſcriptum eſt. Obſeruauit Orig. Ambroſ. & Theophyl. non omnibus, ſed ſolis ſanctis mulieribus tempus pariendi impletum ſcriptura dici, vt Eliſabethæ hoc loco, & Mariæ cap. 2. 6. quod, vt ait Ambr. plenitudini inſiti vitæ habeat, inanes autem dies ſint impiorum. Sed non eam arbitror hoc verbum vim habere, ſed eā potius, vt indicet Euangeliſta eo protſus modo, eoque ordine ſucceſſiſſe omnia, quo ab Angelo prædicta fuerant. Dixerat autem Angelus de vtraque, & Maria, & Eliſabetha fore, vt conciperet filium, ac pareret; ideo Euangeliſta, non contentus dixiſſe vtramque conceptiſſe, addidit impletum fuiſſe pariendi tempus, id eſt hoc tempore C peperiſſe, quaſi d. cat. ne vno quidem die terato datum fuiſſe diuinam promiſſionem.

58. *Et audierunt.*] Credibile eſt vicinos, atque cognatos iam antea audiuiſſe conceptiſſe Eliſabetham, ſed dicuntur audiuiſſe nunc, quod in partu maxime Dei ergà illam cognouerint miſericordiam. Ante partum enim dubius ſemper, & multis expoſitus periculis conceptus eſt, tunc cenſetur perfectum, atque cumulatum Dei eſſe beneficium, cum, quæ cōcepit, etiam peperit.

Quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa.] Quod magna Dominus erga illam miſericordia vſus eſſet. Magnam vero vocat miſericordiam, quod ſterili, & ſeni dediſſet filium, ſicut ipſa indicauit ſupra vet. 25.

Et congratulabantur ei.] Καὶ συνέχαιρον αὐτῇ, ad verbum Congaudebant ei. Quod ideo videtur Euangeliſta dixiſſe, vt indicaret impletum fuiſſe, quod Angelus vet. 14. prædixerat, *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.*

59. *Et factum eſt in die octauo.*] Ab ortu. Is enim à lege dies circumciſioni præſcriptus erat Gene. 17. 12. Leuit. 12 3. & apud eundem Lucam cap. ſequenti vet. 21. Eſe gerat Deus octauum à circumciſione diem multis de cauſis. Prima fuit, vt myſterium ſignificaretur. Septem dies temporalem, octauus ſpiritualem, & æternam vitam deſignare ſolet, quia ſeptem diebus tota temporalis vita circūacta traducitur, octauus vltra eſt. Quod autem vltra temporalem vitam eſt, ſpirituale, & æternum eſt. Circumciſio autem ſpiritualem ſignificabat vitam, quia opera carnis amputanda erant Cyprianus ſerm. de circumciſione Secunda fuiſſe creditur, quod octauus dies tranſiret à ſeptima hebdomada primus ſequētis hebdomadis dies erat, quo Chriſtus erat reſurrecturus. vt docet etiam noſtram poſt circūciſionem vitam inſtituendam eſſe, noſq; ne cum Chriſto reſurgere debere, & in nouitate vitæ ambulare. Cyprianus lib. 3. epiſt. 8. & Auguſt. ſerm. 15 de verbis Domini. & ſerm. 141. de tempore, & quiſquis Auctor fuit qq. veteris & noui teſtamenti, q. 29. Valentinianis ad aſſerēdas ſuas illas ogdoades eo inſtituto abutebantur, vt ſtenæ. lib. 1. c. 15. Auctor eſt.

Cur circūciſio octauo die fiebat.

Venerunt circumcidere puerum.] Hinc nonnulli colligunt morem Iudæorum fuiſſe, vt pueri in Synagoga circumciderentur, interpretantes, *venerunt* parentes eius in Synagogam, vt puerum circumciderent. Nam quos alios poſſe intelligi veniſſe? & vtrunq; pa. ētem circumciſioni interfuiſſe manifeſte conſtat ex vers. 60. & 61. nec potuiſſe venire in domū ſuam, vbi iam erat, ſed in ſynagogam, vbi non erant. Denique etiam nūc eam inter Iudæos conſuetudinem permanere, vt in Synagoga circūciſio celebretur. Alij domi factam fuiſſe malunt, nam nullam alibi, quàm in domo factam fuiſſe in ſcriptura legi. Domi circūcium Abrahamū, & domi eundē Abrahamum filium, vernaſq; omnes ſuos circumciſiſſe, Gen. 17. 23. 24. 25 26. Domi Sephoram filium, quem ex Moyſe lutepetra arrepto circūciſiſſe cultro, ne ab Angelo perimeretur Exodi 4. 25. Domi Ioſue totum circumciſiſſe populum tranſecto deſerto Ioſue 5 3. Certè Ioannem nō in Synagoga, ſed in domo paterna circūcium fuiſſe ſatis indicat ex hoc ipſo loco probari poſſe. Conſtat enim Eliſabethā matrem Ioannis cum circumcideretur fuiſſe præſentem, cum reſpondeat vers. 60. *Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes*: at non poterat octo dierū puer peregre exire domo, & in ſynagogam ire, cū in latgine ex præſcripto legis tingi nō dies eſſe deberet Leuit. 12. 4. Qui ergo dicantur veniſſe, vt puerum circumciderent? poſſumus intelligere amicos, atque cognatos, de quibus vers. ſuperiore dictum erat. Neque enim dubium eſt, quin aliqua celebritate amicis, cognatiſque conuenientibus, vbicumque tandem circumciſio fieret, fieri ſoleret. Quemadmodum nunc & a. ud eoſdem Iudæos, & apud omnes gentes, quæ circumcidūntur, fieri tradunt. Poſſumus & aliter interpretari. veniſſe, id eſt venturum eſſe ad circumcidendum puerū. vt Hebraorum phraſis ſit, qui tertia perſona, ſimili vtitur pro verbo impertonali paſſiuo. Fingamus ergo Latine dixiſſe, & venturum eſſe ad circumcidionem pueri, non vtique ſignificaſſet parentes, aut alios eſſe domo, aut iſſe aliquo, ſed coptum fuiſſe agi de puero circumcidendo.

Hebraiſmus.

Et vocabant eum.] Volebant vocare, incipiebant vocare, conſilium iubant de vocando eo Ioanne, amici ſcilicet, & cognati, qui conuenerant.

Nomine patris ſui Zachariam.] Duo ex hoc loco colliguntur. Alterum eſt, conſueuiſſe apud Iudæos in circumciſione, ſicut apud nos in baptiſmo, nomina infantibus imponi. Num ante an poſtquam circumciſus puer eſſet, id non ſatis compertum habetur. Theophylactus quidem, Euthymius, & Chryſoſtom. apud D. Thom. poſt circumciſionem poſita fuiſſe putant. Id qua ratione factum in circumciſione fuerit, & in baptiſmo nunc fiat, diuerſæ à diuerſis Auctoribus rationes afferuntur. Theophyla. quod tunc homines Deo naſci, & in eius populum referi cēſerentur. Alij quod nomnum impoſitio domin j augurē ſi eſſet, ideoq; ſolitos fuiſſe dominos aut noua ſeruis ſuis nomina dare, aut mutare veteia, quemadmodum legimus Iolephum à Pharaone Saluatorem mundi lingua ſua appellatum Geneſ. 41. 45. & Danieli, atque eius ſocijs nomina mutata Danielis 1. 7. Admonuit hoc Diuus Chryſoſtomus in homilia de ferendis ſeptē hominibus, & conuerſione D. Pauli. & Ioannes Damaſcenus libro 2. de fide cap. 30. In circumciſione igitur impoſita fuiſſe nomina, quod tunc infantes iugum, ac ſeruitutem Dei iubite incipere viderentur. Alterum, quo hinc colligitur, eſt, conſueuiſſe plerumque Iudæos ie Ennibus nomina parrum, aut cognatorum imponere. Hunc enim illi ſecuti morem non alia ratione Ioannem Zachariam vocare voluerunt, quam quod hoc nomine pater eius vocaretur. Et

Nomina parentum ſæpe apud Iudæos imponebantur.

poſt

Initio ab eorum ceremoniis posita.

post cum dixisset mater velle se, vt vocaretur Ioannes, A & mater, quia non tam carnales quam spirituales parentes erant gratiam, nō carnem sequuntus & Ioannem, quasi gratiolum, quemadmodum Deum velle intelligebant, vocandum esse contendunt.

62. *Innuebant eum.*] Nutibus, ac signis interrogabant, qua non solum mutus, sed surdus etiam erat, quemadmodum probauimus ver. 20. Iuuencus scripto existimat Zachariam interrogatum.

—— Placuit mutis tunc ipsa parentis
Consulere, scripto q; rogant edicere nomen.

63. *Et postulans pugillarem.*] *Pro tabellam* tabellam quales hodie memoriæ causa apud nos esse solent. Quia loqui non poterat, & nolebat, vt alio, quam quo Angelus iussisset nomine vocaretur, pugillarem vt ictiB beret postulauit Theophyl. At quomodo postulauit? nutibus, & signis, inquit Euthymius.

Ioannes est nomen eius.] Non dixisset, aut erit, sed est, vt indicaret, non se tunc nomen imponere, sed ante ab Angelo impositum declarare: & non posse mutare homines, quod decretum à Deo esse, vt ex Ambrosio paulo ante recitauimus.

Et mirati sunt vniuersi.] Intelligentes nomen non ab hominibus, sed à Deo positum esse, quando & mater, cum nemo in tota gente sua esset, qui eo nomine vocaretur, Ioannem tamen vocari voluisset: & Zacharias ignorans, quid Elisabetha respondisset (mutus quippe erat) idem scripsisset nomen; Theophyl. & C Euthymius. & cum patrem audissent dicentem, Ioannem nomen eius esse, id est iam à Deo id nomen acceptisse.

64. *Apertum est autem illico.*] Quod dicit illico, indicat ipsam nominis impositionem causam fuisse, vt impedita prius Zachariæ lingua solueretur, quemadmodum veteres auctores obiecuerant. Origenes homil. 8 in Lucam 9 Gregorius Nazianzenus oratione prima de pace, Ambrosius & Beda in commentar. & Maximus hom prima de natiuitate Ioannis Baptistæ, *Recte*, inquit, *vox dicitur, cuius interuentu præconio sacramentum redemptionis humanæ fœtus adhuc inceperit audire nuntiatus. Vt enim venerandus Baptista muta patris aperuit linguam, ita aures hominum salutari gratia inuenit audire.* Et humilia 2. *Quid?* inquit, *illud quanto est stupendum, quod Zacharias ipse, dum prius eorum, quæ sunt in verbis concipiendum fenili alucinatione deuitaret, silentio repentina taciturnitatis obmutuit, ac prius num loquendo recepisset vsum, nisi nomen pueri, quæ vocandus esset, calculi ordine vinculatæ relaxasset? Atqui ita factum est, vt ex sacerdotale, quod trepidatio colligere ex dubitatione, meritum fidei nascentis absoluerat, & reparata patris lingua infantis gloria in tempestate.* Videtur Iuuencus existimare Zachariam non scripsisse nomen Ioannis, sed cum scribere tentaret, restituram illi fuisse sermonem: aut certe simul & scripsisse nomen, & loquendi recuperata facultate pronuntiasse.

Impositio nominis causa reddita ab eo viro.

Lib. 1. Hist. Euangel.

Sed proh mira fides, tabulis cum scribere tentat,
Implicitam solutis per verba fomitia linguam.

Idem auctor librorum de mirabilibus Scripturæ sentire videtur lib. 3. c. 1. Illud primum Euangelistæ repugnat, qui Zachariam nomen pueri scripsisse ait. Secundum est vero simile. De auditu restituto nihil dicitur, sed credendum aures etiam eius, quæ simul occluse fuerant simul apertas, vt Euthymius admonuit.

65. *Et fecit illis timor.*] Gaudium potius quam timorem inde nasci oportebat. Sed timor sic vocatur ex Hebræorum idiomate religio, reuerentia. Quasi dicat, eare cognita impletos fuisse omnū animos religione intelligētes tot signis nō posse, nisi singulare aliquid, & admirandū à Deo portendi. Viderant Elisabetham sterilem, fetumq; peperisse. Viderant mutum fictura propter incredulitatem Zachariam. Videtant manō

Timor pro religione Hebræis.

nouum

nouum, & insitatum infanti nomen imposuisse. Vi- A dentant patrem idem scripsisse nomen, indicasseq; id ab Angelo datum fuisse. Videtant statim eius soluram linguam. Magnam hæc omnia religionem animis hominum ingenerabant. Similem plusimi apud Marcum c. 4. 40. & c. 5. 15 admouimus.

Omnia verba hæc.] Res omnes has quæ in Ioānis cō. cepti ortuq; contigerant, quas paulo ante exposuimus.

66. *Et posuerūt omnes qui audierant in corde suo.*] Reputabāt apud animū suū quid ea sibi vellent, quidue futurum portenderent, quæ de pueri illius mirabili conceptione, ortuq; ferebantur. Ponere in corde aliquid, aut econtrario ponere cor ad aliquid Hebraismus est, quo significatur de eo cogitare, infra c. 9. 44 & 21 14. Prouerbiorum 24 32. Aggæi 1. 15. Ezech. 40. B 4. & 44. 5. Danielis 6. 14. & 10. 12.

Ponere in corde quid sic.

Quis putas puer iste erit?] Quantus futurus vir, quantus Propheta, qui tot concepti, tot natus miraculis esse dicitur?

Etenim manus Domini erat cum illo.] Verba sunt Lucæ rationem reddentis, quam obtem omines apud se cogitarent, quæ de Ioāne dicebantur, dicentesque, *Quis putas puer iste erit?* Manum Domini eius potentiam significare tam notum est, vt opus non sit exemplis. Aliquādo manus etiā Domini prophetia vocatur, quod impetu quodam ac vi in hominem irruat; vt solet scriptura loqui dicens, *Irruit in eum Spiritus Domini.* Huius significatus multa apud Prophetas exempla legantur Ezech. 1. & 3. 22. & 37. 1. & 40. 1. Vterq; fensus conuenit in hunc locum. Nam & Dei potentia, & Spiritus prophetiæ cum Ioanne fuisse vere potest significari. Cæterum non dicuntur cum illo fuisse, quod aut ipse miracula faceret, aut futura prædiceret; quamquam linguam patri solusse, quia graues dicunt Auctores, negandum esse non arbitror) sed quod singularia in eo diuinæ potentiæ, & propheriæ signa cernerentur. Angelus patri visus, infantiq; cōceptionem annuntians. Zacharias prius mutus, deinde non solum loquēs, sed ante ipso prophetans. Sterilis, & anus parient. Nomen diuinitus impositum. Hæc enim omnia magnam in eo Dei potentiam declarabant, singularemq; in eum Prophetam futurum portendebant.

Manus Dei erat quod sic.

Iud 14. & 15. & 15. 14.

Ezec. 11. 5.

67. *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto.*] Tunc. Nam ante impletum fuisse, aut prophetasse non legimus. Et quidem eadem causa credendum est Spiritu sancto repletum fuisse, qua loquendi recuperauit facultatem. Quod nomen filio Ioannis imposuisset, quasi manu sua subscribens, atque confirmās, quod ante ab Angelo dictum credere noluerat. *Vide*, (inquit Ambrosius) *quam bonus Deus, & facilis indulgere penitentiæ. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille tantum mutus prophetat; hoc enim gratiæ Dei maximæ, quod cum qui negauerat, confitetur.* In eandem sententiam scribit Beda. *Quanta*, inquit, *superni muneris est largitas, si prompta ad accipiendum nostræ fidei sit pietas! Ecce loquela, quæ sola est ablata diffidenti, cum spiritu prophetiæ est restituta credenti.* Quo sensu Zacharias Spiritu sancto repletus fuisse dicatur, supra docuimus ver. 28. Dixit autem hoc Euangelista, vt intelligeremus ea omnia, quæ paulo post Zacharias cecinit, ex Spiritu sancto fuisse prolecta.

Pro sperare quod sic fieri.

Et prophetauit.] Prophetasse dicit, non quod quidquid in hoc cantico dicit propheria sit; multa enim dicuntur, quæ ad laudes potius Dei, quā ad prophetiam pertinet, vt illud ipsum exordium, *Benedictus Dominus Deus Israël.* Quamquam illæ ipsæ laudes ex eodem prophetico spiritu profectæ sunt; & suo quodam modo, dum prophetiam ornant, ad illam pertinent. Sic totum carmen prophetia dici potest.

68. *Benedictus Dominus.*] Benedicatur, aut lauderur Dominus. Vel, dignus est Dominus, vt benedicatur, atque laudetur. Hoc enim est Hebraice ברוך vt. *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, Matth. 23. 39 & Marci 11. 9. Alia exempla in promptu sunt, Psal. 67. 27. & 27. 6. & 30. 22. & 40. 24. Exordiur à gratiarum actiones quia magnum erat Dei beneficium, quod prædicabat.

Deus Israël.] Deum Israël vocat, non quod Iudæorum tantum, non omnium etiam hominum Deus esset, vt air D. Paulus Romanorum 3. 29. sed quia in solo Israël colebatur. Itaque descriptio est veri Dei. Nam solus Deus Israël verus erat Deus. Gentilium Dij idolatrarant, aut, vt air Dauid, Psalm. 95 5 *Dæmonia*, quemadmodum Euthym. animaduertit. Sic Darius Danielis 6. 26. publico edicto confitetur, *a me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno meo, trementes, & pauentes Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens, & æternus in sæcula.* Cum vocat Deum viuentem, iudicat cæteros omnes Deos mortuos esse, quia, vt air Dauid Psalm. 113. 12. *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.* Alia potuit esse ratio, cur Deum Israëlis appellauerit, quia hoc nimirum epitheton ad rem, de qua agebantur, pertinebat; agebatur autem de redemptione potissimum Israëlis. sicut statim Zacharias dicit, *Quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ.* Sunt, qui velint allusisse, hoc nomine Zachariam ad fœdus illud Dei cum Abraham Gen. 17. 7. *Et statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te.* Vt indicaret propter fœdus illud Deū populum suum visitasse, vt air ver. 32. Ita Psalm. 40. 14. *Benedictus Dominus Deus Israël a sæculo, & vsq; in sæculum.* & Psal. 17. 18 & 105. 48.

Quia visitauit.] Liberauit, redemit, vt statim sequitur. Hebraismus est, qui & in bonam, & in malam *Pro fecit* partem accipi solet. Cum in bonam accipitur, significat beneficio aliquem afficere, aut afflicto opē ferre, miserum liberare, aut redimere, vt Genes. 21. 1. & *quod vult fieri.* 50. 23. 24. Exodi 31. 6. & 4. 31. Psalm. 8 5. & 64 10 & 79. 9. & 105. 4 Sic accipitur hoc loco. Beda, *Visitauit*, inquit, *Dominus plebem suam, quasi longa infirmitate laborantem, & quasi vendita sub peccato vnici filij sui sanguine redemit.* Cum in malam sumitur partem, significat è contrario affligere, pœnas quasi iudicem ab aliquo exigere, Exodi 20. 5. & 32. 34. Isaiæ 23. 17. & apud Prophetas passim.

Et fecit redemptionem plebi suæ.] Plebi suæ dicit, cum omnibus etiam gentibus redemptionem fecisset, idq; Zacharias non ignorabat. Erat enim *lux vera* quæ ideo veniebat, vt illuminaret *omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioannis 1. 9. erat *propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*, 1. Ioannis 2. 2. & *vnus pro omnibus mortuus est*, 2. Corinth. 5. 14. 15. & *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus nobis*, 1. Timoth. 2. 6. Quia primum venit, vt redimeret plebem suam Israëlis, illiq; soli præsentiam suam exhiberet. Nam alias gentes non per se, sed per Apostolos, & Apostolorum successores visitauit. Et Israël quidem quodammodo ex debito redemit, quia suū illi promiserat aduentū, alias vero gentes ex sola liberalitate. Theophyl. Vide quæ diximus Matth. 20. 6. & Matth. 15. 24. Cur præterito tempore visus sit Zacharias, cum de re futura, id est de morte Christi, qua nos redemit, agi videatur, nōnulli querant. Beda, & Strabus causam hanc esse putant, quod redēptio essi facta non erat, tamen erat in proximo, vt perinde esset, ac si facta iam fuisset. ideo de illa tanquā de præterita Zachariam loqui. Lyranus. & alij locutum esse Prophetarum more, qui de rebus futuris propter certitudinem euentus, tanquā de præteritis vaticinātur. Potius

D ego

ego existimo Zachariam sem iam præterità significa-
se voluisse. Dicit enim Deum fecisse redemptionem
plebi suæ, non quod redẽpta ipsa, quæ nõ nisi mor-
re, & resurrectione Christi perfecta fuit, absoluta es-
set. sed quod inchoata, quod ei iam redemptor ve-
nisset. Itaq; Deus quantum in se erat, misso iam filio
suo redemptionem fecerat: tantum reliquum erat, vt
Christus moreretur. Eodẽ sensu dixit Simeon c. 2. 30.
se vidisse *salutare Dei*, id est salutem, & redemptionem
à Deo missam: quia nimirum redemptorem viderat.
Non ergo est prophetia, dicet aliquis, si de re præteri-
ta loquitur. Nemo nescit, & Gregor. aliique Auctores
multi monuerunt, etiam rerum præteritarũ esse pro-
phetiam, cum eiusmodi sunt, vt non possint, nisi Deo
reuelante cognosci, qualis hæc erat. Nam & ite iam
tum senisse redemptorem, cum adhuc in matris ve-
tro lateret, nemo nisi prophetico spiritu potuit. Quæ
recte Origenes in homilia 10. in Lucam obseruant,
duas cõtineri in hoc cantico Zachariæ prophetias, al-
teram de Christo, de Ioanne altera: illam de re præ-
terita, hanc de futura esse.

Vetustio etiam prophetice sæpe ponitur pro præterito.

69. *Et erexit cornu saluti nobis.* Cornu potentiæ He-
braica phrasi significati, nemo ignorat, quia, vt ait
Theophylactus, quæ animalia cornuta sunt, ea in cor-
nibus totum fere robur habent. Exempla sunt multa
Psal. 43. 6. & 74. 6 11. & 131. 17. & 148. 14. Sic multi hoc
loco accipi putarunt, idq; ego confitebor. Cornu igitur
salutis appellatur, cornu saluare, id est diuina manus,
atque potentia, quæ nobis salutem affert, vt Psal. 17. 3.
Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum; protector meus, & cornu salutis meæ. Et ex ille autem hoc cornu Domi-
nus dicitur, quasi prius deiectum fuisset, dum opem
populo suo non ferebat, nunc vero quasi erectam, &
in sublime sublatum appareat. Atauris est ducta me-
taphora, qui quo robustiores, & ferociores sunt, eo
altius extollunt cornua. Sic loquitur Dauid Psal. 74. 5.
6. 11. & 88. 18. 25. & 111. 9. Significat etiam cornu re-
gnum, aut Regem, siue regni gloriam, aut quia, vt Be-
da, Theophylactus, & Euthymius existimant, cornu
olei Reges inungebantur 1. Regum 16. 1. 13. & 1. Re-
gum 1. 39. aut quia Rex, vt ego arbitror, tota gloria,
totum robur est Regni. Hic etiam sensus recte in hũc
locum congruit, eo etiam magis fortasse quia in alter,
quod mysterium magis exprimit, dum non quod-
cunque à Deo auxilium, sed ille ipse ramdiu expecta-
rus Christus nobis declaratur. Et quod videatur ad
Dauidis promissionem alludi Psalm. 131. 17. *illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo*: & quod
hoc sit propriè erigere fractũ iam quodammodo Iu-
dæorũ cornu, id est regnum efficere, vt repullulascat,
& crescat, quo sensu dixit Isaias cap. 11. *Egredietur virga de radice Iesse*, & quod statim sequatur, *in domo Dauid puerisia*, & quod frequenter scripturæ per cornu re-
gnum significet Daniel. 7. 7 8 24. & 8. 3. 8. 9. 20. 21. &
Ezechiel. 29. 21. Et quod plerisq; Auctores ad hunc
modum hic interpretentur, Beda, Theophyl. Euthy.

Cornu potentiæ Hebraica phrasi.

Pro Rege etiam, & regno cornu, pro regno.

In domo Dauid. In familia Dauid, cui regnum pro-
missum erat. Psal. 88. 36. 37. 38. & Psal. 131. 11.

Pueri sui. Serui, aut ministri sui, seruum autem, aut E
ministrum Dei Dauidem vocat, non solum, quia Deo
placuerat, sicut omnes sancti Dei serui vocantur vsq;
adeo, vt Deus quodammodo gloriaretur se virum mi-
nemisse secundum cor suum, & omnes Reges boni di-
cerentur in vita Domini ambulasse, iuxta omnia, quæ
fecerat Dauid seruus eius: sed etiam quia ministet fue
rat Dei in eius populo gubernando, Psal. 77. 70. 71. *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fetantes accepit eũ pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam*: & quia in ea ipsa re Christi per-
sonam gesserat, & illustrissima illius figura fuerat. Ita

2. Reg. 13. 14.
3. Reg. 11. 4. Reg. 13. 3 & 22. 2.

Christus Dauidis filius & seruus per excellẽtiam.

prorsus, vt Christus multis locis Dauid appelleme, & B
eo nomine populo promittatur, Ieremi. 30. 9. & Eze-
chielis 34. 23. & 37. 24.

70. *Sunt locutus est per os sanctorum qui à sæculo sunt Prophetarum eius.* Hyperbaton est, ad hunc modum re-
soluendum. Sicut locutus est per os sanctorum suorũ
Prophetarum, qui à sæculo fuerunt. Participia sunt,
aut ad præcedentia referri potest, nempe ad illud, *Erexit nobis cornu saluti*, vt Euthy. & Theophyl. referunt,
vt sit sensus, ita nobis Deum cornu salutis erexisse,
quemadmodum per Prophetas olim promisit. Aut
ad sequentia *salutem ex inimicis nostris*. Verum quæ con-
gruit, sed illud probabilius. Vult Zacharias, & Dei fi-
dem commendare, quod quæ promiserat de futuro
Messia fideliter præstiterit, idem enim est *locutum* B
esse, ac si diceret, sicut promiserat: & ostendere ea quæ
de comi salutis, id est de Christo iam misso, dixerat
vana non esse, sed vera, & à Prophetis prædicta. Pro-
phetas itaque omnes, dum nemmem nominatim ci-
tat, tellis adhibet, & quo magis eorum testimonium
commendet, sat clos appellat, qui sit exceptione omni
maiores. Quod vtrumque & quod Prophetę, & quod
sancti fuerẽt, eo valet, vt eos credamus vera prædixis-
se. Quod dicit, *qui à sæculo sunt*, aut fuerunt, vtroque
enim modo verti potest, quidam sic intelligunt, quasi
omnes omnino Prophetę, qui ab initio conditi mun-
di fuerunt, de Christo prophetauerint. Nam & Adam
ipsum cum dixit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea* Genes. 2. 23. ad Christum, & Ecclesiam pro-
spexisse, testatur D. Paulus ad Ephes. 5. 31. Et Mo yem
quinque libris legit de Christo scripsisse, Christus ipse
docet Ioan. 5. 46. & de reliquis Prophetis quibusdam nõ
est, quia etiam non omnes fortasse nominatim de Chri-
sto locum sunt, tamen omnes eorum prophetiæ, aliæ
quidem longius, aliæ vero propius in Christum pro-
spiciebant, ita Beda. Simplicius etiam interpretari
possimus, vt Hebraismus sit *ἀπὸ αἰῶνος* & *מֵעוֹלָם* *à sæculo*, id est qui olim fuerunt, quasi dicat, sicut locutus
est per os veterum suorum Prophetarum. Quemad-
modum Genes. 6. 4. dicitur, *Isti sunt potentes à sæculo viri famosi*, id est, illi sunt gigantes illi antiqui adeo cele-
brati. & Psalm. 24. 6 *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt*, id
est antiquarum, quemadmodum explicatur Psal. 88.
50. *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua?* Similis locutio est illa Psalm. 118.
44. *Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi*, id est æternam.

Omnes de Christo prophetauerunt, & quando.

Prophetæ

Hebraismus.

71. *Salutem ex inimicis nostris.* *Sicut locutus est*, id est
quemadmodum promiserat nobis, *salutem ex inimicis nostris*, id est fore, vt nos ab inimicis nostris liberaremur.
Et erexit nobis cornu saluti, id est liberauit. Beda & Eu-
thym. exponit *erexit nobis cornu, salutem ex inimicis nostris*, quasi appositio sit, quod nõ temere probauerim.
Quos inimicos Zacharias intelligat Euangelista non
dicit, ac nisi certo sciremus Zachariam afflatu Spiritus sancti locutum fuisse, suspicio aliqua subire ani-
mum posset Iudæorum more, & opinione loqui, qui
Christum Regem ideo venturum putabant, vt se à
hostibus catholicis, id est à Romanis, & aliis Genti-
bus, à quibus opprimebantur, liberaret, & in regnum
restitueret. Sed sicut Christi regnum spirituale fuit,
ita debemus existimare de spiritualibus inimicis Spi-
ritum sanctum per Zachariam loqui, id est, de dæmo-
nibus, vt Theophyl. & ego exponit. Vnde colligitur,
quod ad intelligendos Prophetas diligenter est ob-
seruãdum, Zachariã sic interpretari quicquid veteres
Prophetæ de Iudæorum liberatione ex hostium po-
testate vaticinantur, vt Isaias cap. 19. 20. & 36. 15. & 37.
32. & Ieremias cap. 15. 20. 21. & 39. 17. & Ezechielis

Iudæorum opinio de Christo rege.

13. 21. & 34. 12. 23. & Osee 13. 14. & Michæus 6. 4. Nemo A
igitur Propheras legens nudam sequatur historiam,
cum videat ex etiam, quæ maxime historica videntur
interpretę Zacharia in Christum spectare.

Repetitio literæ v. finalis.

Et dem ans omnium, qui oderunt nos. Intelligitur *ἀπὸ κοινοῦ*, *sicut locutus est*, id est promisit salutem, liberatio-
nem, *de manu omnium qui oderunt nos*, hoc est fore, vt
nos liberaret de potestate inimicorũ nostrorum. Re-
peritur id apud Hebr. eos in his præsertim duobus no-
tatis bus frequentissima. Psal. 17. 28. 41. & 20. 9. & 43.
11. & 54. 13. & 67. 2. & 88. 24. & 105. 10.

72. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.* *ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν*, vt faceret misericor-
diam cum patribus nostris. Id est ideo *erexit cornu saluti nostræ*, vt faceret *misericordiã cum patribus nostris*. Aut B
ideo promisit *salutem ex inimicis nostris*, vt cum patri-
bus nostris faceret misericordiam: vtroq; enim refer-
ri hoc potest. Si priori illo modo interpretemur, sen-
sus erit misericordiam suam erga patres nostros Deũ
ostendisse, quod filium suum miserit, quemadmo-
dum Origenes, Beda, Theophyl. & Euthymius inter-
pretantur. Si posteriore, Deum tunc cum promisit
magna in ea ipsa re erga patres nostros misericordia
vsum fuisse, quia propter eos Christum nobis promi-
sit. Sed quia priorem sensum omnes sequuntur, eum
& nos sequamur, exponamusq; quomodo patres
illi nostri iam tunc mortui ex Christi aduentu Dei mi-
sericordiam dicantur percepisse. Id duobus modis
Auctores intelligunt. Origenes homil. 10. & Theo- C
phylact. in commentariis, quod illis etiam patribus
Christi aduentus, & redemptio profuerit, fide enim
& gratia nascituri Christi saluati sunt. vt ait Petrus Ac-
tocum 15. 11. Euthymius vero, quod propter illos re-
cordatus fuerit Deus promissi sui, & miserit Christũ.
Misericordiam enim erga illos fuisse, nõ modo, quod
illis Christum promisisset, sed etiam quod suo miserit
tempore, vt data illa seruaret fidem. Hoc magis pla-
cet, quia sequitur, *Et memorari testamenti sui sancti*;
quæ explicatio videtur esse præcedentis sententiæ.
Itaque frustra hic Calumus disputat misericordiam
Dei, non patriarcharum meritum fuisse, quod Chri-
stus nobis datus fuerit, quasi id quisquam nostrum
negarer. Melius ex hoc loco collegisset multa nobis D
beneficia cõfetre Deum propter sanctos illos patres,
quod ille cum discipulis suis negat. Nec enim obscure
Zacharias indicat in gratiam illorum cornu nobis sa-
lum erexisse, ne eius fœderis, quod cum illis tam ami-
cis, gratisque sibi hominibus pepigisset, oblivisci vide-
retur.

Memorari testamenti sui sancti. Vt sancti fœderis sui
cũ illis iam recordaretur. Explicatio est, vt modo di-
ximus superioris sententiæ. Græcismus quoque idem
recordari, id est vt recordaretur. Reminisci testamẽti
sui sancti vertit Irenæi interpres libr. 3. c. 11. Quid au-
tem testamentum vocet, statim explicat.

Græcismus.

73. *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum.* *ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ πατέρα ἡμῶν τοῦ δοῦναι* locus E
sensu facilis, verbis difficilis. Iusiurandum Græce ac-
cusatiuus est, vide te gatur non apparet. Quidam vi-
tium suspicantur, de bereque pro *ὅρκου ὅρκον* legi, id est
iusiurandi, quod & facilis error fuerit vitiosa litera in
literam similem mutatione: quodque genitivus ea-
iam præcesserit *διαθήκης* testamenti, vt appositio esse
videatur. Memorati testamenti sui sancti iusiurandi
quod iurauit ad Abraham. Vtendum hac coniectura
iudicarem, si esset necessaria, & aliorum codicis au-
ctoritate probaretur. Cæterum quid attinet locum
corrigere, quem possimus aliter interpretari: quem-
que & omnes codices, & omnes interpretes aliter le-
gerint? Si liceret exercere ad hunc modum ingenium,
multas non minus subtiles coniecturas inueniremus,
quibus non corrigeremus, interpretatem ur quei sed
pernecessemus literas scirem. Alij præpositionem *ὅρκον*
lecundum, intelligenda esse putant, sicut cum Græci
dicunt *ἐξ ἀνάγκης pro ἐξ ἀνάγκην*. Quæ ratione sensus qui-
dem facilis est, & consequens, *Ad faciendam misericor-
diam cum patribus nostris, & memorari testamẽti sui sancti* secundum *iusiurandum quod iurauit ad Abrahamo patrem
nostrum*, id est sicut iurauit Abrahamo patri nostro.
Quemadmodum Maria dixit ver. 55. *sicut locutus est ad
patres nostros, Abraham & semini eius in sæcula.* Alij hoc
iungunt cum verbo sequenti, *datarum se nobis*, vt sen-
sus sit, *Memor testamẽti sui sancti, & iusiurandi quod* &c. & da-
re nobis *iusiurandum quod iurauit ad Abrahamo patrem
nostrum*, id est vt recordaretur testamẽti sui sancti, & vt
nobis præstaret, quod se pręcipuum iurauerat Abra-
hamo patri nostro. Quod iunctus mihi violentum vi-
deretur, & quia dura trajectio est, Iusiurandum, quod
iurauit ad Abraham patrem nostrum, vt daret nobis;
& quia *ὅρκον ὃν ὤμοσε* dare iusiurandum, id est præstare
quod iurejurando promiserit, nescio an quisquam
Græce loquens dicere potuerit. Theophylactus, &
Euthymius referunt ad verbum præcedens, Recor-
dari, vt sit methesis casus, & idem verbum quod
paulo ante genitivum habuit, nunc accusativum ha-
beat. Cuiusmodi figuã lupranotauimus vers. 55. *sicut
locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sæ-
cula.* Ego sic intelligo, vt sit appositio, non vllius qui-
dem verbi, sed totius præcedentis sententiæ. *Ad faciẽ-
dam misericordiã cum patribus nostris, iusiurãdum quod iu-
rauit ad Abraham patrem nostrum*, id est, quod est iusiu-
randum illud quod iurauit ad Abraham. Atque ad
hunc nisi fallor modum intellexit Beda. Ad quod
autem iusiurandum Abrahamo præstitum alludat,
alia est quæstio, ad quam recte Theophylactus re-
spondet ad illud Genesis 22. 16. 17. 18. allusionem fie-
ri. *Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedi-
cam tibi, & multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cæli, & ve-
lut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum
portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo
omnes gentes terræ.*

74. *Datarum se nobis.* Explicat vt ait Euthymius,
quid in illo iureiurando contineretur, nempe fore, vt
hoc nobis daret, hoc nobis concederet beneficij, vt
liberati de inimicorum nostrorum potestate sine ti-
more, id est libere illi seruiemus. Qui timorem hoc
loco seruilem quem vocant interpretantur, verbo-
rum nexum non animadoertunt, qui satis aperte do-
cet non de timore Dei, aut seruili, aut filiali, sed de ti-
more inimicorum agi, sine quo essemus Deo libere
seruituri. Theophylacti non probo sententiam, ad-
uerbum *ἀφόβως sine timore* cum participio *δουλεύοντες li-
beraturi* iungentis, quasi sententia sit nos aliis non sine
timore, id est non sine periculo, non sine bellicis cla-
dibus, non sine sanguine liberatos fuisse, nunc vero
sine vllo timore, ac periculo liberandos. Acutius vi-
dit Euthymius hyperbaton esse eo modo quo expo-
simus resoluendum. Quando hoc factum fuerit,
perpetua Ecclesiæ vexatio tacit, vt merito dubitemus.
Si quemadmodum vers. 71. docuimus, non de corpo-
ralibus, sed de spiritualibus hostibus hoc intelliga-
mus, quemadmodum omnes fere interpretes intel-
liguntur, sententia est facilis, & ali is scripturæ locis ex-
plicata. *Nolite*, inquit, *timere pusillum grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Infra cap. 12. 32. & *Cõfi-
dite, ego vici mundum*, Ioannis 16. 33. Et *certus sum*, in-
quit Paulus Roman. 8. 38. 39. *quia nec qui mori, neque vi-
ta, neque angeli, neque principatus, neq; virtutes, neq; instã-
tia, neque futura, neque altitudo neque profundum, neque*

Timor mali cum patri vellet dare vobis regnum.

creaturæ alla potentia nos separare à charitate Dei, quæ est in A *Christo Iesu Domino nostro*. Quid ergo alibi iubet nos *cum timore & tremore*, nostram ipsorum salutem operari? ad Philip. 2. 12. & alibi, *Vide ne, & nobis aliquem sapere, sed tume* ad Roman. 12. Iubet nos à nobis timere, non ab hostibus. Nam hostis quidem nō solum per Christum debilitatus, sed victus omnino, atque ligatus est Apocalyp. 20. 2. Non tam ille in nos inuadit, quam ipsi nos in illius manus damus. *Circuit quidem tanquam Leo rugiens, quærens quem deuoret*, 1. Petri 5. 8. sed ligatus circuit, quales solent circumferri vsi, nec mordere nos potest, nisi vt lētes, & quodam modo prouocantes. *Quæ*, inquit, *ei qui vobis nocent, fortem animal at res furunt?* Petri 5. 3. Vera est Chrysost. sententia, neminem læsi nisi à semetipso.

Nemo læditur nisi à semetipso.

B 75. *In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris*.] Non solum declarare mihi videtur, quomodo Deo, quem admodum decerat, seruire debeamus, hortatur Beda, & omnes fere interpretes existimant: sed etiam Euangelium legi tacite opponere, & cuiusmodi sit vocatio vitæ Christianæ breuiter indicare. In vetere nimirum lege, qui Deo seruiebant, non tamen vera sanctitate atque iustitia, quam in vmbra quadam instituit, ac sanctitatis, id est *in iustificationibus earum*, vt loquitur D. Paulus, seruire videbantur. In Euangelio vero non in vmbra, sed in veritate, non in iustitia carnis, sed in iustitia spiritus seruiunt. *Venit*, inquit, *hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate*. Atque hæc est vocatio vitæ Christianæ, vt pie, C iuste, & sine vitio viuamus in hoc seculo 1. Thes. 4. 7. & ad Titum 2. 12. Theophyl. & Euthym. *sanctitatem*, & iustitiam ita distinguūt, vt sanctitas ad Deum, iustitia ad homines sit. Itaq; his duobus reuelbi, vt alibi quidam admonuerim, vtramq; legis tabulam contineri. Magnum hi probabile videtur. vt iustitia generaliter accipiatur, omnemque virtutem, etiam ipsam in Deum pietatem complehendat.

Iosue 10. Isaiæ 9. 37.

Coram ipso.] Omnes fic interpretantur, non ficte, non simulate, sed vere non coram hominum, sed Dei etiam inquit Theophyl. & Euthym. Phrasis quidem Hebraica id proprie significat vt vers. 6. exposuimus, sed tamen hoc loco maiorem quandam vim habere mihi videtur. Opponit enim, nisi fallor, legi Euangelium. In lege homines non Deum, sed Moysen, aut D alium Prophetam, vel sacerdotem videntes Deū seruiebant. Io Euangelio vero ipsum intuentes Deum, id est Christum, quia *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Itaque omnes facti sunt *docibiles Dei*, ex ipso Deo creatum hominem Ioannis 6. 45. Hoc est, quod ait Petrus Actorum 10. 41. 42. se, & cæteros Apostolos ordinatos fuisse à Deo testes resurrectionis Christi, qui mecum ducauerant & biberant cum illo. Et Ioannes 1. epistola cap. 1. 1. *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ*, annuntiamus vobis.

Iohan. 1. 14.

Omnibus diebus nostris.] Neque his verbis solam perseuerantiam, vt Beda, & plerique inter preres putant, E significari à bitror. Hoc enim etsi verum est, tamen est parum. Ego per tacitam oppositionem inter Euāgelium & legem loqui mihi videtur Zacharias, indicans statum hunc Euangelicæ vitæ nullum esse nisi mundi finem habituum; quem admodum statui veteris legis finem habuisset. Neque hoc ad solam sanctitatem, & iustitiam, sed ad omnia pietatis officia referendum existimo. *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi*. Significat enim Dei beneficium, quod decantauerat, fuisse perpetuum.

76. *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis*.] Eleganter & maxime fepecunctanea à recens natum infantem vti- Græce

ritur apostrophe. Videtur enim puerum à numero cæterorum hominum excludere, & omnibus aliis hominibus vnum opponere, cum dicit, *Et tu*, quasi dicat, tu vero puer non tolum in sanctitate, & iustitia coram Deo illi fermes, sicut cæteri homines, sed Propheta etiam altissimi vocaberis. Ipsius Domini minister eris, & totius pars magna mysterij: tu nobis, vt sanctè, & iuste seruiamus Deo, viam indicabis, nosq; ad Deum doces, donec eum nobis digito præsentem demonstres. Quod dicit, *Propheta altissimi vocaberis*, perinde est, atque si dicat, *Eris*, Hebræorum proprietate, vt supra vers. 32. & 35. explicauimus. Putat Isidorus Clarus lib. 3. contra Vatinianum, altissimum hoc loco Dei filium appellari, quasi dicat Zacharias Prophera Christi vocabere. Hinc etiam probat aduersus Arianos non solum Patrem, sed etiam filium in literis sacris altissimum dici. Quarum nonnulli, quomodo Zacharias non intelligentem alloquatur infantem. Origen. hom. in Lucam 20. Ambro. Beda, Strabus, Theophyl. existimant nullex ille puerili patris verba. Nam quemadmodum in vetero rationis illi viuvanticiparus fuerat sic in coram nato permansisse. Id si accipiatur, quod & diuina potestas, & Ioannis sanctitas, & tot, tantæque auctoritates probabile faciant, soluta quæstio est. Si non recipiatur, responderi potest, non esse nouum, ne quis à consuetudine sacra tum literarum alienum, vt res non solum ratione, sed sensu etiam cæ- C tentes homines alloquantur. Alloquitur Dauid montes Gelboe 2. Reg. 1. 21. *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniant super vos*. Alloquitur Iosue Solem, & Lunam Iosue 10. 12. *Sol contra Gabaon ne moueatis, & Luna contra vallem Aialon*. Potuit etiam, vt Bedæ placet, Zacharias Ioannem alloqui, non vt ab eo, sed vt ab his, qui aderant, intelligeretur, eosque doceret quales, quantosque vir puer ille futurus esset, de quo paulo ante dubitauerant. *Quis putas puer iste erit?* Sicut Christus dixit Ioannis 12. 30. *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos*.

Ioan. 12. 30.

Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.] Dominum vocat Christum, ante cuius faciem præcessit Ioannes, cuiusq; præparauit vias. Itaque manifestum hoc est testimonium ad probandam Christi diuinitatem. Sed hæc omnia vet. 17 explicata à nobis sunt. Hic tantum notandum compulsum Zachariam à Spiritu sancto canere, vt dicunt, palinodiam. Nam cum hoc ipsum de nascituro Ioanne prædicenti angelo nō credidisset, postquam, vt vers. 67. dictum est, repletus est Spiritu sancto, tenere se non potest, quin id clara voce profiteatur, ac prædicet. Iuuat aliquando mutum fuisse, iuuat fuisse peccatorem. Surgit fortior aliquando virtus ex pœnitentia; & maiore contentione miles pugnat, qui prostratus surrexit.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius.] Docet, vt inquit Theophyl. quid sit, quod dixerat, *parare vias Domini*, dare nimirum *scientiam salutis* id est salutis viam demonstrare. *Scientiam salutis* dixit, id est salutarem, noto Hebraismo, & Græce δόναι γνῶσιν dare scientia, Hebraismus. id est vt daret scientiam, sicut ante dixerat *seruitutem parare*, id est vt pararet. Sed noster interpres, ne oratio, si eos infinita aliud post aliud sequerentur, fieret obscurior, verbionem variauit, quod in simili exemplo fecit supra ver. 72. Scientiam salutarem dedit Ioannes populo, dum illum docuit Christum verum esse Salua- torem, ignorantiam ante, *Ecce*, inquit, *Agnus Dei, ecce* Ioan. 1. 29. *qui tollit peccata mundi*.

In remissionem peccatorum eorum.] Non quod illis Ioannes peccata remitteret, neq; enim poterat, sed quod homines doceret ad Christum venire, qui vere illis peccata remittebat. *Ecce qui tollit peccata mundi*, vt exponimus Matthæi 3. 6. Quod Græce est εἰς ἄφεσιν, pro εἰς ἄφεσιν, minum non erit us, qui aliquem scripturæ Græce

de pro his in scriptura. Græce vsum habent. Poni enim εἰς pro ἐν sæpe monuimus. Itaque frustra quidam alias interpretationes adhibent.

78. *Per viscera misericordiæ Dei nostri*.] *Viscera misericordiæ* vocat per Hebraismum misericordiæ plenam aut misericordiam non fictam, & vanam, sed ex intimis Dei profectum visceribus, vt vocat D. Paulus ad Philippens. 1. 8. & ad Col. 3. 12. & Ioannes 1. epist. cap. 3. 17. Iungenda autem hæc verba sunt cum præcedēti verbo, *in remissionem peccatorum eorum*. Docet enim Ioannem non tradidisse populo fe etiam, qua ipse suis meritis, sed qua diuina misericordia, & gratia peccata remitteretur, vt Theophyl. & Euthym exponunt.

Hebraismus.

In quibus visitauit nos.] Propter quæ viscera misericordiæ visitauit nos, Hebraismus. *In*, pro *Ob* propter, vt apud Hebræos, בעבור vt multis aliis locis obtinuimus. B

ob pro his, & בעבור in scriptura.

Visitauit nos.] Venit, vt redimeret nos. Quid sit Hebræis visitare, diximus supra ver. 68

Oriens ex alto.] ἀνατολὴ ἐξ ὕψους ortus solis ex alto. Itaq; orient non est participium, aut nomen adiectiuum, sed substantiuum, sicut ortus, ortus. Quod mihi videtur emphasim habere. Vocat n. Christum recte Solem, vt Malachiæ 4. 2. & Sapientiæ 5. 6. cuius ad nos aduentum Solis ortum, quemadmodū Isaiæ 60. 1. 2. Et Malachias 4. 2. Quod autem addit *ex alto*, indicat quid inter Christum Solem nostrum, & Solem illum communem interfit; quod hic non *ex alto*, sed ex terra, aut ex Oceano, vt Poëtæ loqui solent, ortiri videatur: Christus vero *ex alto*, quia rectis quodammodo lineis de cœlo ad nos vsq; descendit. Significat etiam Zacharias primam originem Christi non ex terra, sed ex cœlo fuisse, quia non ex viro, sed ex Spiritu sancto concepta fuerat, & non homo tantum, sed Deus & homo erat; Deus de cœlo, homo de terra. desit de vero Virginis natu. Sic enim veteres Auctores interpretantur illud Psal. 84. 12. *Veritas de terra ortta est*, & *iustitia de cælo prospexit*. Itaq; cum dicit, *ex alto*, nō modo Soli isti communi, sed cæteris etiam hominibus, qui ex terra sola, quod ad corpus attinet, originem trahunt, tacite Christum opponit. Illuminare autem nos dicitur eius ortus, sicut Solis ortus hemisphærium nostrū illuminat, nō solum propter eo- D ctrinam, quis viam nobis salutis ostēdit, nam isto quidem modo etiam Ioannes illuminauit, quia etsi Sol non erat, nec lux vera Ioannis 1. 8. Erat tamen *lucerna ardens, & lucens*, Ioan. 5. 35. sed multo etiam magis propter salutē ipsam, quam nobis attulit, & vitam omniū spiritualium donorum affluentia redundantem. Hebræi enim, sicut res omnes aduersas tenebras vocant, ita prosperas lucem appellant Isaiæ 8. 20. & 9. 2. & 30. 26. & 60. 1. & Psal. 42. 3. & 96. 11. & passim apud Prophetas. Puto non magni refert, sed vellierare iuuat hæretico- *Calumnia in hoc loco.* rum interpretē. Sic vno errat verbo, & quia nomen orientis hoc loco oriēalem regionem significare dicit, cum non regionē, sed actum ipsum orien- E di Solis declaret. Neq; enim regio vlla, sed Christi ortus, id est aduentus nos illuminauit: & quia scribit alluisse Zachariam ad locum Zachariæ Prophetæ ca. 3. 9. & 6. 12. cum illic non sit Hebraice צמרה, quod Solis, sed צמח, quod germinis ex terra ortum significat, vt nonnulli ante nos interpretes obstrepuerunt.

79. *Illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedēt*.] Redditur causam, cur visitauerit nos Oriens ex alto, nēpe, vt illuminaret eos, qui in tenebris, & vmbra mortis sedebant. Illuminare his, & non hos dixit Latinus interpres Græcam secutus phrasim, ἐπιφᾶναι τοῖς καθημένοις, illucescere eis, qui sedent. id est lumen illis porrigere. Qui disputant vtrum ἐπιφᾶναι Græce, & illuminare Latine infiniti hos loco, an imperandi modi sit, rem minime dubiam in dubium mihi videntur reuocare. Quid sit *illuminare iis, qui in tenebris, & vmbra mortis sedēt*, superiore versu docuimus. Quid sit *in tenebris, & vmbra mortis sedere*, ex contrario intelligi potest, nō in magna solum ignorātia, sed etiam in miserabili afflictarum rerum statu versari, qualis peccati status nimirum est, vt Gregor. lib. 4. Moral. c. 17. hæc verbis exponit. *In vmbra mortis sedere, est a diuini amoris posse in oblivione latescere*. Sedere autem hoc loco pro habitare *Hebraismus.* ponitur ex Hebræorum idiomate, apud quos ישב vtrumque significat, & sedere, & habitare, Psal. 136. 1. Isaiæ 32. 16. 18. & Hieremiæ 41. 17. aut sumitur pro iacere, quemadmodum id ē vertimus apud Hebræos Isaiæ 3. 26. *Et mœrebunt, atque ingemuit porta eius, & desolata in terra sedebit*, & Ieremiæ 13. 18. *Sedi Regi, & dominatrici, Humiliamini, sedete, quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ*. & Threnor. 1. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas*, id est quomodo desolata iacet. אל בושת *vmbra mortis* ab Hebræis tristissima rerū facies vocari solet, sumpta ex obscuris, & vmbrosis sepulchris similitudine, quibus nihil videri potest tristius. Vide, quæ de his verbis diximus apud Matthæum c. 4. 16.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.] Recte cō sugit hæc duo, illuminare, & pedes dirigere; propterea enim vti solemus lumine, vt pedes dirigamus, id est ne offendamus in via: maxime cū de tenebris, & vmbra mortis loqueretur: solemus enim noctu incedentes, ne impingamus, aut à via abertemus, præferre facem. Similis est illa sententia Psalmi 118. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Viam pacis vocat, aut qua itur ad pacem, id est ad beatam viram, (sō- *Hebraismus.* lēt enim Hebræi felicem rerum statum pacem appellare Psal. 8. 11. & 36. 11. & 71. 7. & 72. 3. & 118. 165. & 124. 5. similis Phrasis est, Psal. 12. 4. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, id est ne sedeam in tenebris, & vmbra mortis,) aut viam pacis vocat, viam tutam, rectam, planā, sine vllo errore, sine vllo offendiculo, sine vllo periculo, vt alibi dixit ad prophetiam Isaiæ c. 40. 3. 4. *Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mōs, & collis humiliabitur, & erunt prana in directa, & aspera in vias planas*, vt Gregor. exponit homil. in Euangelia 33.

80. *Puer autem*.] Ioannes. Quia de reliquo vitæ Ioannis tempore vsque ad annum tricesimum nihil dicere constituerat Euangelista, præfabuit hæc pauca, vt eius infantiam cum virili cōiungeret ætate, vno verbo declarans, quid interim egerit, crescisse nimirum eum, & corpore, & spiritu, & in desertum à puericia sua discessisse, ibiq; commoratum, quo ad tricesimum natus annum prædicare inciperet.

Crescebat.] Corpore & ætate. Distinguit enim *Crescebat*, & *Confortabatur*, vt illud ad corpus, hoc ad animum spectet. Facit hac etiam in te Ioannem similem Christo, de quo dicit c. 2. 52. *Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines*. Cōfirmari videtur hoc loco Origenis, Ambrosij Bedæ, & Theophylacti sententia, qui, vt diximus vers. 76. existimant Ioannem etiam infantiæ tempore rationis vsum habuisse. Quomodo spiritus in illo confortaretur, exponit Theophylact. non quod spiritus crescerer, sed quod crescente corpore magis appareret, siue diminuto, siue humanum spiritum intelligamus, vtrumque enim intelligi posse video. Potest etiam spiritus pro spiritus effectu, id est pro virtute accipi, quam vero simile est non solum magis esse crescente corpore ostēdisse, sed vere etiam crevisse cum corpore: hoc enim Ioannes à Christo dissabat, quamuis idem de vtroque dici videatur, quod Christus sapientia, & gratia crescere nō poterat, Ioannes poterat.

Et erat in deserto.] Iudicat statim à prima pueritia in solitu-

solitudinem fecerisse, vt Origen. homil.11. sentit. De quare nos Matthæi 3.1. disputauimus.

Vsque in diem obitus sui ad Israël.] Vsque ad tempus quo prædicare cœpit, & se Christi præcursorem declarare. Is fuit annus ætatis eius, sicut & Christi, trigesimus: Tiberij autem Cæsaris decimusquintus, vt constat ex capite 3.1. Quare non ante id tempus prædicare cœperit, apud Matthæum cap.3.1. docuimus, quod nimirum apud Iudæos nemini ante annum trigesimum ætatis suæ aut sacerdotis, aut Doctoris, aut Prophetæ officio fungi liceret.

CAPVT II.

1 EXIVIT *autem in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis.* 2 *Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino:* 3 *& ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem.* 4 *Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo, & familia Dauid.* 5 *vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.* 6 *Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.* 7 *Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.* 8 *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* 9 *Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno.* 10 *Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:* 11 *quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* 12 *Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* 13 *Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium:* 14 *Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* 15 *Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* 16 *Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.* 17 *Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.* 18 *Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.* 19 *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* 20 *Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant sicut dictum est ad illos.* 21 *Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.* 22 *Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino,* 23 *sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* 24 *Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum.* 25 *Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, exspectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo.* 26 *Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.* 27 *Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo:* 28 *Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit:*

29 *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.*

30 *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.*

31 *Quod parasti ante faciem omnium populorum.*

32 *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.*

33 *Et erat pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* 34 *Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur:* 35 *& tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* 36 *Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* 37 *Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor quæ non discedebat de templo ieiuniis, & obsecrationibus seruiens nocte ac die.* 38 *Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui exspectabant redemptionem Israël.* 39 *Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.* 40 *Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.* 41 *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ.* 42 *Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi,* 43 *consummatis diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem & non cognouerunt parentes eius.* 44 *Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.* 45 *Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.* 46 *Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* 47 *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius.* 48 *Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* 49 *Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse?* 50 *Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.* 51 *Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* 52 *Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.*

IN CA-

IN CAP. II.

1 FACTVM *est autem.*] Accidit ἐγένετο, vt sæpe diximus. Significatur autem non casus, vt videtur Latinum verbum præ se ferre: sed diuina prouidentia, quæ effecit, vt eo potissimum tempore Augustus Imperator in animum induceret, vt vniuersus describeretur orbis, vt ea occasione Maria Christo prægnans in Bethlehem veniret, vt Imperatoris obsequeretur edicto, ibique pareret, vbi prædictum à Prophetis erat nasciturum Christum Michææ 5.2.

In diebus illis.] Sub idem tempus. Dubium vtrum natoiam Ioanne, an ante quam nasceretur: quia non constat, an statim, vt edictū promulgatum est, descriptio facta sit. Quin auctores nonnulli sunt longe ante promulgatum, quam facta descriptio, repugnantibus Iudæis, & quasi nouum seruitutis genus detrectantibus, ad quos deprimendos, vt ex Iosepho colligunt, Coponius à Romanis missus fuerat. Quamquam hæc opinio eodem auctore Iosepho lib.18. Antiq. c.1. refutari mihi videtur, qui Iudæos scribit non difficile eam seruitutem subiisse. Itaque probabilius est natoiam Ioanne edictum illud extitisse.

A Cæsare Augusto.] Secundo Romanorum Imperatore, cuius anno 42. natus est Christus. Vide, quæ de hac re apud Matthæum c.2.1. disseruimus.

Vt describeretur vniuersus orbis.] Synecdoche frequens, qua maior pars pro toto accipitur, omnes monent, & res per se manifesta est. Necenim totus orbis Romani Imperatoris iussu describi poterat, cum totus eius non pareret imperio. Totus igitur orbis, id est, ea orbis pars, quæ sub Romanis erat, describi iussus est. Similia exempla passim occurrunt. Matthæi 21.10. *Et commota est vniuersa ciuitas*, & c.27.45. *tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*, & Act.11.28. & 24.5. & Rom.1.8. & ad Coloss.1.6. Sunt qui existiment, ne totum quidem Romanorum imperium huisse descriptum, sed solam tantum Syriam, in qua tunc Iudæa censebatur. Sed probabilius est, idque omnes fere auctores tradunt, totum descriptum imperium. Quæ enim ratione, aut quo iure vna pars potius, quam altera describeretur? Inuenio qui dicunt hæc ipsa edicti fuisse verba, *Iubemus, vt vniuersus describatur orbis.* Crederem si se edictum legisse diceret. Maior quæstio, etsi non admodum, vt mihi quidem videtur, ad intelligendum hunc locum necessaria. quā ob causam ea descriptio facta, qualisue fuerit. Quidam enim interpretes non alio consilio factam putant, quam vt numerus constaret hominum, qui sub Romanorū essent potestate. Quæ solutione Dauidem olim legimus populum numerasse 2. Reg. 24. 2. Conciliatam ex Iosepho, & Tertulliano docuimus. Quorum ille libr. Antiquit. 18. cap. 2. de hac populi recensione scribens nullam de tributo, nullam de alia eius faciendæ causa mentionem facit: hic vero libro aduersus Marcionem 4. scribit hunc censum Augusti in Romanorum archiuis suo tempore seruatum fuisse: tantum ergo descriptionem fuisse numeri, quæ vna cum aliis scriptis seruaretur: tributum enim seruari non potuisse. Communem omnium fere auctorum opinionem sequi malo, ideo descriptionem factam, vt in singula capita vectigal aliquod certum imponeretur, quod Iureconsulti capitationem vocant. Hoc vt magis credam, & Romanorum auaritia, & omnium Regum consuetudo persuadet, qui nonnisi duabus de causis recensere populum solent, aut vt sciant quantū ex eo pecuniæ possit emungi, aut quantum colligi virium ad bellicos casus. Hanc enim ob causam à Dauide populum fuisse numeratum 2. Reg. 24. 9. periculum est: & paulo post docebimus hanc descriptionem non futuri belli causa fuisse factam. Itaque reliquum est, vt tributi causa facta fuerit, vt Euthymius, Strabus, Beda, & Græcus apud Diuum Thomam auctor existimant. Quinetiam Iosephus eodem loco tradit Cyrnum Consularem virum missum fuisse, vt singulorum censeret facultates, quod nonnisi imperandi vectigalis causa fieri potuit. Confirmat hanc opinionem, quod ibidem tradit Iudam Gaulanitem ea de causa populum commouisse, quasi Iudæis non liceret profanis Reg hus tributa soluere. De quo, sicut & de hac descriptione in Actis Apostol. cap.5.37. sit mentio. Illud etiam ipsum, quod Tertullianus scribit, hanc opinionem adiuuat. Quid enim attinebat hanc descriptionem in Romanorum archiuis asseruari, nisi tributi causa? Quantum autem tributi in singula capita impositum fuerit, incertum: sed probabilis est multorum opinio, tantum fuisse Iudæis impositum fuisse, quantum prius Deo temploque soluere solebant, id est medium partem ticli, quæ drachmas duas continebat, qua de re Matthæi 17.24. disputauimus. De aliis gentibus minor est conjectura, quantum iusse soluere: neque enim idem omnibus tributum imperatum fuisse credendum est: cum non omnium eadem haberetur ratio. Difficilior hic est quæstio, quomodo Romani viuente adhuc Herode Rege Iudæos censere potuerint, illisque vectigal imperare. Id facile, & non male quidam solunt. Herodem ab Augusto precario regnum accepisse: itaq; non solum vectigalis, sed pene etiam mancipium Romanorum erat, & ad eorum nutum & regebat populum, & ipse regebatur. Hoc facile apud Iosephum lector inuenet. Alia etiam nunc quæstio reliqua est, vtrum omnes omnino homines, an soli viri, & ipsi vtrum omnes, an soli patres familias censi fuerint. Nam & hoc à quibusdam interpretibus disputatur, & iuuat aliquid ad loci huius explanationem. Auctores nonnullos inuenio non malos, qui solos viros, eosq; patres familiæ descriptos fuisse putent. Non credo, nam neque belli, sed augendi, vt diximus, vectigalis causa facta descriptio est, & capitatio, qualem illam apparet fuisse, in singula omnino fere hæc capita: & non erat, cur Beata Virgo via cum Iosepho in Bethlehē ciuitatem suam veniret, si soli censendi erant viri. Hactenus, quæ ad historiam pertinent: illud ad mysterium, edictum illud non tam ab Augusto, quam à Deo profectum fuisse, vt per eam occasionem in Bethlehem Maria veniret, ibique vbi Prophetæ nascitum prædixerant, nasceretur Christus, vt Ambrosius, & Beda hoc loco, & nos apud Matthæum c.2. disputauimus.

2. Hæc descriptio prima, facta est à præside Cyrenio.] Sic legendum, etsi in præsidis nomine variatur, dum alii Cyrenium, alii Cyrinum, alii Quirinum vocant. Non ergo significatur hanc descriptionem à Cyrenio præside, sed eo præside factam fuisse, neq; postea alias fuisse factas, sed nullam factam ante, non quidem in hac, vel illa provincia. Nam in nonnullis fortasse provinciis, vt nonnulli putant, aliæ factæ fuerant: sed nullam ante hanc in toto fuerat imperio. Multis de causis credimus hoc Euangelistam notauisse, quod per se quidem consideratum videri poterat ad rem non magno opere pertinere. Prima fuit, vt adhiberet fidem historiæ, dum omnes temporis circumstantias, & rerum conditiones exponeret, dum Consulem quodammodo designaret, vt existimat Ambr. Secunda, vt id diuinitus factum appareret, non aliis ob causam, quam vt Christus in Bethlehem, vt à Prophetis prædictum fuerat, nasceretur, ideo tunc factum, ante non factum.

Tertia, vt ostenderet summæ pacis tempore natum Christum, qui mundo pacem afferebat. Vbique enim terrarum tunc fuisse pacem, clamant quæ tunc templi omnes & Ecclesiastici, & prophani testantur auctores. Quarta, vt Christus in primo illo describeretur censu, vt nos à censu, & tyrannide diaboli liberaret, Origenes, Ambros. De tempore difficilis admodum hinc oritur quæstio. Constat ex omnibus fere auctoribus Christum quadragesimo secundo imperii Augusti anno, regnante, vt Matthæus ait, adhuc Herode natum fuisse. Scribit Iosephus lib. 17. antiquitatum cap. 15. & lib. 18. cap. 1. Cyrenium mortuo iam Herode Rege, & Archelao eius filio, atque successore in Galliam relegato missum fuisse, vt censum hunc ageret. Qua ergo ratione fieri potuit, vt huius descriptionis tempore Christus nasceretur? cum omnes auctores tradant Archelaum post partem Herodem nouem regnasse annos, antequam in exilium mitteretur: & Herodes post natum Christum duos, vt minimum, regnauerit necesse sit, qui hos Christus fuit in Ægypto, &, si credimus Epiphanio, multo etiam plures, de qua re vide quæ Matth. 2. 21. diximus. Itaque est præside Cyrenio, vt Lucas ait, hæc descriptio facta est, & vera fatur, quæ de Archelao & Cyrenio Iosephus tradit, vndecim, vt minimum, annis Lucas erat. Quod nonnulli respondent censum multis ante annis e dictum fuisse, quam peragi posset, tumultuantibus Iudæis, & eius auersantibus, Christum natum fuisse cum primum Cæsaris edictum publicatum est: descriptionem vero factam, cum Iosephus scribit, præside Cyrenio, supra refutauimus, & hi etiam nunc ratione refutari potest, quod si tunc, cum natus est Christus, descriptio facta non fuisset, non vtique venissent Ioseph, & Maria Bethlehem, vt describerentur. Nam si quis respondeat Ioseph, & Mariam promptiores fuisse ad parendum edicto, quo modo ad illud respondebit, quod præ multitudine, vt versu 7. docebimus, hominum in eandem ciuitatem confluentium locum in diuersorio non inuenerint? Breuiter ergo, &, vt opinor, melius alii respondent lapsum memoria Iosephum diuersa confudisse tempora. Quod vt facilius credatur, faciunt alii eiusdem auctoris in historia non pauci, nec dissimiles errores. Sed fingamus tam expertæ fidei, tamque probatæ esse diligentiæ, vt nullus in eo alium errorem signari possit: certe si Matthæus, & Lucas non facti, sed profani auctores essent, tamen quia tempore Christi vixerunt, & cum eo, eiusque matre versati sunt, plus fidei, quam Iosephus, mereretur. Præterquam quod Euangelistas non errare alia etiam ratione probari potest. Cósta ex omnibus etiam profanis historiis Christum anno Tiberii decimo octauo passum fuisse, & passum 33. ætatis anno. Si inde versus minus annos tetexamus, reperiemus vidente adhuc Herode natum fuisse. Nam si ex regno Tiberii decem, & octo detrahamus annos, ex regno autem Augusti 15. reliquitur natum fuisse anno Augusti 42. vt apud Matth. cap. 2. probauimus. Nam Augustum quinquaginta septem imperasse annos, Iosephus ipse l. 18. antiquit. c. 4. auctor est. Anno autem Augusti 42. etiam ex Iosephi sententia Herodes viuebat. Indicat enim lib. 1. de bello Iudaico c. 11. Massala, & Atratino Consulibus fictum regem, quos licet annales diuersis annis Consules ponant, tamen si ab vltimo eorum Atratino triginta septem annos numeremus, quos idem Iosephus Herodem regnasse tradit lib. 17. antiq. c. 10. reperiemus mortem illius incidisse in annum imperii Augusti 45. Cui anno 42. Euangelistæ, & sacræ omnes historiæ Christum natum fuisse docent. Itaque duobus post natum Christum annis mortuus est Herodes. Eodem modo alia quæstio solui potest, quæ ex eodem Iosephi nobis nascitur. Scribit lib. 18. an. ca. 3. hanc descriptionem, de qua Lucas loquitur, 37. annis post Actiacam victoriam factam fuisse: quibus si addas 14. annos, quos idem Iosephus an Augustum ante eam victoriam vna cum Antonio imperasse, inuenies secundum Iosephum anno Augusti 51. descriptionem factam, id est nouem annis post natum Christum. Vt Christiani. Euangelistæ potius, quam Iosephio credamus vt homines eiusdem ætatis, quo gesta res est, auctori, quam remotioris. Duo adhuc scrupuli vexare lectorem possunt. Alter, si hæc descriptio viuente adhuc Herode facta est, quomodo Cyrenius præses tunc esse poterat? Nec enim præsides in Iudæa prius cœperunt esse, quam mortuo Herode, & Archelao eius filio in exilium misso, tota ad Romanos gubernatio deuoluta est. Facilis responsio. Cyrenius non Iudææ, sed Syriæ, vt ait Euangelista, præses erat, cum est facta descriptio: sed quia Iudæa ad prouinciam Syriæ tunc pertinebat, vt omnes auctores tradunt: eius fuit officium non solum Syriam, sed Iudæam etiam describere. Alter est, cur si Herodes adhuc viuebat, non dixit Lucas Herode potius regnante, quam præside Cyrenio, præsertim cum non de Syria, vbi præses Cyrenius, sed de Iudæa, vbi tex Herodes erat, ageretur. Sicut Matth. c. 2. 1. dixit *Cum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis.* Respondeo ideo Cyrenium potius Romanorum in Syria præsidem, quam Herodem Iudæorum Regem ab Euangelista nominatum, quia de censu agebat Romanorū, qui non per Regem Herodem, sed per præsidem Cyrenium actus fuerat.

3. Ibant omnes, vt profiterentur. ἀπογράφεσθαι, vt describerentur, vt nomina darent. Nostri interpres non solum descriptionem, sed causam etiam descriptionis inspexit, quæ ideo fiebat, vt se quisque hums, vel illius professeretur esse familiæ, seque Imperatori subditum agnosceret, ideo vertit, *Vt profiterentur*, cum paulo ante idem verbum reddidisset, *Vt describeretur vniuersus orbis* vers. 1. & ἀπογραφὴ descriptionem versu 2.

Singuli in suam ciuitatem.] ibant. Sic verba coniungenda sunt, vt nomen *Singuli* non referatur ad verbum *profiterentur*: sed ad verbum *ibant*, & ad id quod se quisque fatur, *in suam ciuitatem*, sensus q. te sit, ibant omnes in suam quisque ciuitatem, vt ibi profiterentur. Potest quæri quid opus fuerit in suam quemque ciuitatem ire, vt describeretur: Recte plerique respondent, siue veteri consuetudine, siue nouo consilio hanc initam fuisse rationem populum describendi, vt familiæ singulæ describerentur: nemo enim esse potetat, quin ad alienam familiam peruenire, in illo præsertim Iudæorum populo, in quo tanta diligentia familiarum olim facta descriptio tanta diligentia in omne posteritatem conseruabatur. Erat hoc & facilius, & breuius. Ita que omnes populi descriptiones quæ vnquam in eo populo factæ sunt, hac ratione factas legimus, vt Iosue 7. 14. & 1. Regum 10. 19. 20. 21. Et 2. Regum 24. 2. Quapropter vero simile est hanc describendi per familias populi rationem in sola Iudæa etiam tempore eius edicti seruatā fuisse: alias vero gentes suo quamq; more fuisse descriptas. Quærunt alii in quam quisque ciuitatem ire debuerit, vt profiteretur: in eamne vbi natus, an in eam, vnde oriundus esset, an in eam vbi habitaret, an in eam vbi domum, & bona sua haberet: Euthymius existimat in eam quemq; fuisse ciuitatē, quæ tribus suæ esset metropolis esset. Fuisse autem Ierusalem metropolim tribus Beniamin: Bethlehem vero tribus Iudæ: ideo Iosephū & Mariam, quia ex tribu Iudæ erant, isse Bethlehem. At Euangelista ver. 4. aliam rationem reddit, *eo quod esset de domo, & familia David.* Non ergo quia ex tribu

Iosephi lapsus.

Cur ire Bethlehem professi sit ipse Ioseph.

tribu Iudæ, sed quia ex familia Dauidis erant, Bethlehem descriptionis causa venerunt. Alii in eam ciuitatem ire quemq; debuisse putant, vbi domum, & bona sua haberet, ideoque Iosephum, & Mariam isse Bethlehem, quod, cum ex familia Dauidis essent, domum aliquam pauperem licet, in ea habuerint ciuitate. Id videntur ex Cyprio confirmare potuisse, qui in tractatu de natiuitate Christi scribit hæc verba, *Veniunt in Bethlehem quam præcitat Gabriel, inuenitur Emmanuel, natus in parua, domum pauperculæ, supellex exigua, Nulla domum ambitio, nisi rectus arcuum in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio.* Certe Nicephor. libro 1. cap. 13. existimat & in Bethlehem, & in Nazareth domicilium, & possessiones aliquas habuisse. Quo ergo modo *non erat ei locus in diuersorio*, vt dicitur vers. 7. si domum propriam habebant? Quomodo recens natus Christus in præsepio positus est: non, quemadmodum illi interpretantur, vt commodius, aut rutius esset, sed quia, quemadmodum aperte docet Euangelista, alius non erat locus. Nec ita profecto Cyrianus sentit: nam quod dicit, *Cuna parua, domus exigua, supellex paupercula*, non indicat domum illam quamuis exiguam fuisse Iosephi. Eodē enim contextu, eodemque tenore dicit, *Cuna parua*, atque non propterea significat Iosephum dominum eius fuisse ciuitatis. Sed tantum docere voluit Christum, & ciuitatē paruam, & domum exiguam in qua nasceretur, eleg isse. Si quæras quænam domus fuerit, respondebit stabulum; *Nulla*, inquit, *domus ambitio, nisi rectus arcuum in stabulo.* Alii, in eam vnumquemque ciuitatem isse dicunt vbi natus erat. Quod nihilo magis probabile videtur, cum Matth. cap. 2. 3. Iosephum, & Mariam in Nazareth Galilææ natos fuisse significet, siquidem ibi cuncti eius vbi fratres, & sorores Christi, id est omnem eius cognationem esse docebant. Alii, in eum vnde oriundus quisque esset, quia non solum Euangelistæ, sed ne rationi quidem consentaneum est. Poterat enim vnus, & idem homo ex diuersis oriundus esse ciuitatibus. Si alibi eius pater, alibi mater, alibi auus, alibi atauus nati fuissent. Credo igitur in eam quemque isse ciuitatem, quæ non tribus, vt putat Euthym. sed familiæ suæ caput esset. Nam sicut populus in tribus, ita tribus in familias diuidebantur. Atq; hoc cum ex ratione, quam Euangelista reddit vers. sequenti recte cohæret, *Eo*, inquit, *quod esset ex domo, & familia Dauid.* Erat enim Bethlehem patria Iesi patris Dauidis 1. Reg. 16. 1. ibique Dauid natus fuerat, & educatus. Itaque ab eo, qui eam familiam primus regno nobilitauit, Bethlehem ciuitas Dauidis appellabatur, vt hoc loco, & infra vers. 11. Quanquam in veteri testamento tum Dauidis ciuitas nominatur, vbique arx Sionis intelligitur, quod ædificata à Dauide fuisset.

4. Ascendit autem & Ioseph] Sicut alii aiebant in suam quisque ciuitatem, Sæpe monuimus עלה ascendere apud Hebræos frequenter poni pro ire, etiamsi locus, quo itur eminentior non sit. Quamquam & sitas Bethlehem, si cum illa compararetur Nazareth, altior erat, quia aquæ à Iudæa in Galilæam defluebant. Verba ad nostrum modum inuertenda sunt. Ioseph etiam ascendit à Galilæa, à ciuitate Nazareth, ne sensus esse videatur ascendisse Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth. Id est, qui erat Galilæus & ciuis Nazareth. Habitabat Ioseph cum Maria in Nazareth ciuitate Galilææ ibique, vt opinor, nati erant. Quæ autem occasione eorum parentes ex Bethlehem gentili ciuitate migrauerint in Nazareth, prorsus ignoramus: nec vt arbitror, sciri potest, cum nulla de ea re exter historia. Probabile tamen est, quod hanc scribit Epiph. Machabæorum tempore propter assidua bella, quæ in Iudæa erant, in Galilæam commigrasse.

Ex quod esset de domo, & familia David.] Non solum Iosephum, sed etiam Mariam ex familia Dauidis fuisse Matthæi 1. probauimus. Quod autem quidam hoc loco inter domum, & familiam Dauidis hoc discrimen ponunt, vt qui per fœminas ex Dauide descendebant, ex eius domo: qui autem per viros, ex eius familia esse dicerentur, nimis subtiles interpretes mihi videntur. Nemo enim ignorat, domum, & familiam idem esse, sed nimirum Euangelista, vt vno verbo alterum explicaret, vtrumque coniunxit. Et apud Matthæum probauimus Mariam per viros ex Dauide descendisse, & tamen supra ca. 1. 27. ex domo Dauid fuisse dicitur.

5. Vt profiteretur.] G. ἀπογράψασθαι, vt describeretur, vt supra vers. 1. & 3.

Cum Maria] Poterit nomen Mariæ referri aut ad verbum proximum, *Vt profiteretur*, aut ad superius, *Ascendit*, versu præcedenti. Hoc probabilius: licet per hyperbaton dictum esse videatur. Non nego tamen Mariam fuisse descriptam: nam eorum opinionem, qui solos viros descriptos fuisse putant, supra refutauimus.

De despensata sibi uxore pregnante.] Non est sensus despensatam illi fuisse, cum iam esset pregnans: sed fuisse illi prius despensatam, & tunc cum in Bethlehem ascenderunt, fuisse pregnantem. Græce ea ambiguitas, quæ in nostra apparet versione nulla est, ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, quæ pregnans erat. Despensata autem dicitur Græce μνηστευομένη, quæ eam propriè significat, quæ despensa, & pacta in coniugium est, nondum tamen domum ducta: quamuis Maria vere iam ducta esset, vt indicaretur, ita eam vxorem fuisse, vt esset tamen virgo. De quare apud Matthæum ca. 1. 18. 20. diximus.

6. Factum est autem cum essent.] Non casu, neque sola natura factum esse, sed diuina prouidentia intelligendum est, quæ constituerat, & per Michæam prophetam cap. 5. 2. declauerat, vt in Bethlehem Christus nasceretur. Ea prouidentia fecit, vt per id tempus edictum à Cæsare Augusto de describendo orbe vniuerso proderet, vt ea occasione Ioseph, & Maria tum, cum illabat partus, in eam venirent ciuitatem, vt ab omnibus interpretibus notatum est. Quærunt nonnulli, quomodo Maria tam propinqua partui tantum spatium conficere potuerit? Quatuor enim vt minimum dierum à Nazareth in Bethlehem iter erat. Credimus vulgo asino vectam fuisse, quod nec probari potest, nisi auctore populo, & nescio, an Mariæ paupertati satis conueniat. Nam quæ asinum habebat, quomodo nullum in diuersorio locum inuenire, quamodo agnum emere non potuisset? At leue hoc argumentum est. Fateor, sed ad refellendum id, quod nullo argumento probatur, quamuis leue satis est argumentum. Magis probabile, & piam est, quod quidam nostrorum auctores Fulgentius in sermone de laudibus Mariæ, & Bernardus homilia in illa verba Apocalyp. 12. vers. 1. *Signum magnum apparuit in cælo*, & Nicephorus libro primo, capit. 12. tradunt, non fuisse Mariæ molestum, sicut cæteris mulieribus, & grauem vterum. Quod ego mihi omnino verum esse persuadeo. Nam quæ sine viro concepit, sine dolore peperit, credendum est & virtutem sine molestia vlla gestasse. Nihil ergo vicinitas partus impediebat, quo minus in Bethlehem etiam pedibus ire posset. Quin inuabat potius, quin Christus, qui ibi nasci dicebatur, eam, vt credibile est, vt eo veniret, iustigabat: & occulto inuabat auxilio, non tam ab ea gestatus, quam eam gestans. Vero etiam simile est Mariam neque locum, neque diem sui partus ignorasse: quare eo se libentius, atq; alacrius in viam dedisse, quod partum suum videbat appropinquare. Colligitur ex hoc loco

Mariam

Maria grauem non fuit vterum

Mariam non eodem die, aut eadem nocte, qua in eam A
pepererit emitaretem peperisse, vt vulgaris quædam fert
opinio: sed per aliquot dies fuisse Bethlehem, ante-
quam pareret. cum dicat Euangelista *impleti sunt dies*, di-
es impletos fuisse parienti. Cui autem hoc ipsum Eu-
angelista dixerit supra cap. 1. 57. ex iis, quæ ex Origene,
Ambrosio, & Theophylacto notauimus, potest in-
telligi.

7. Et peperit filium suum primogenitum.] Primogeni-
tum vocat Christum, non quod post illum alios, sed
quod ante illum neminem Maria genuisset. Itaque et-
si verbo aliud, re tamen ipsa primogenitus, & vnigeni
tus idem hoc loco sunt: vide quæ de ea re apud Mat-
thæum cap. 1. 25. disputauimus.

Et pannis eum involuit.] Gr. καὶ ἐσπαργάνωσεν, & fasciis
auit, vt ita dicam, id est, fasciis obuoluit, vt inuoluti so-
lent teneri adhuc infantes, vt membra cohibeantur,
atque firmentur, enotescant aliquando flexura, si dif-
soluta essent. Non erat ea diligentia in Christi corpo-
re necessaria, sed erat debita. Nam quamuis sine vito
conceptus, sine matre seruari potuerat, tamen præstitit
illi matris officium, quod pia, ac diligens præstare ma-
ter debuit. Et passus est in se fieri Christus, quod in a-
lia hominibus fieri consuetum, vt verum se hominem
carnis similem declararet. Sumitur ex hoc loco non
minimum argumentum ad confirmandam Ecclesiæ
Catholicæ sententiam, Mariam sine ruptura vlla cor-
poris, sine vllo dolore peperisse. Quod vtrumque
non alia ratione Caluinistæ negant, quam quod om-
nis pietatis, omnisque honoris Beatæ Mariæ Virginis
inimici sint. Si enim aperto peperisset corpore, quo-
modo potuisset secens natum infantem excipere, &
suis manibus inuolutere? Itaque non solum falsa, sed
etiam fabulosa, & ex suspicor ex Rabbinis nata opinio
illa est, quam non modo in nescio quibus apocryphis
libris, sed etiam apud Suidam nimia in hac re credu-
lum auctorem lego, parienti Mariæ obstetrices affuisse.
Acutius Ecclesiastici videntur auctores hoc ipso
loco indicari, sine vlla eam obstetricis ope peperisse,
Gregorius Nazianzenus in Christo patiente, Cyprianus in sermone de natiuitate Christi, Gregorius Nys-
senus oratione prima, de Resurrectione Christi, Hie-
ronymus contra Heluidium, Fulgentius in sermone
de laudibus Mariæ, & Bernardus sermone 4. in vigilia
natalis Domini, Cypriani, & Hieronymi, quia illu-
striora sunt, verba recitabo. *Pannuli* inquit Cyprianus, *pro purpura, pro byssi in ornatu regio lacinia congeruntur: genitrix est, & obstetrix, & deuotam deifice fabulæ exhibet clientulam: astrictat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio: nullus dolor, nulla natura contumelia in puerperio.* Et alio eiusdem libri loco. *Virtus*, inquit, *matrem ab arboribus lasciuius elapsus est: nec oportuit vilicari, quod sponte prodiit.* Hieronymus vero sic, *Absit*, inquit, *vt hoc de matre Saluatoris, & virginis ipso fit existimandum. Nulla ibi obstetrix, nulla mulierculæ sedulitas interuenit: ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa & mater, & obstetrix fuit.* Quales fuerint fa-
sciæ, aut panni, quibus natus inuolutus est Christus,
certo non possumus affirmare. Hæretici valde ptobare posse vellent sericos, aut certe pretiosos fuisse. Nos viles, si non sordidos fuisse credimus, quales pauperum esse solent. Constat enim tam pauperem Mariam fuisse, vt illi ne prægnanti quidem, aut parienti locus fuerit in diuersorio, vt infantem in præsepi præinceptia posuerit, vt ad emendum agnum in sacrificium satis non habuerit facultatis. Quid Cyprianus ea de re sen-
serit, paulo ante audiuimus. Eadem omnium vete-
rum auctorum sententia est.

Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diuersorio.] Quid hoc loco diuersorium appelletur, &

tranxerc dominum inuenerunt parrum cum Maria matre eius, A & prostrati adorauerunt eum. De pastoribus quomodo stabulum inuenerint, vers. 16. dicemus. Cum in vrbe igitur stabulum illud fuerit, alia reliqua quæstio est, quam nisi ab alio magno studio tractari viderem, li-
benter prætermitterem, communisne cum diuersorio, an
ab eo seperatum stabulum illud fuerit. Id ego non so-
lum incertum esse arbitror, sed etiam eorum quæ-
rere. Tamen est vero similis publici hospitii stabulum
fuisse, in quod se Ioseph, & Maria domo ex Iudæa rece-
perint. Qui Ierosolymitana in regionem lustrauerunt,
narrant stabulum illud speluncam fuisse quandam, in
qua præsepe in rupe excisum esset, quod cum testimo-
nio veterum auctorum conuenit. Nam & Epiph. hær.
51. & Gregorius Nyssenus in oratione de sancta Christi
natiuitate semper spelncam appellant: Theodoretus
vero libro 8. de græcar. affect. curat. nophaceum speci
vocat. Dubitari etiam potest an Christus in ipso stabu
lo, vbi præsepe erat, natus fuerit. Potuit enim in diuer
sorio, aut alibi nasci, & cum loco tibi commodus non
esset cuiusis, in præsepi, tanquam in cunis poni. Potuit
quidem id fieri, sed credendum non est, ita factum es-
se. Nam quamuis Euangelista non dicat in stabulo
natum fuisse, sed, cum natus tam esset, in præsepi re-
clinatum, tamen dubium mihi non est, quin eodem
loco, id est in stabulo natus, & reclinatus fuerit. Cum
enim dicit Euangelista, non fuisse eis locum in diuer-
sorio, non de infante, aut non de solo certe infante, C
sed etiam de Ioseph, & Maria loquitur. Itaque non
solum significat, non fuisse in diuersorio locum com-
modum infanti, sed non fuisse locum vbi Ioseph, &
Maria commorati possent, ideoq; in stabulum diuer-
tisse. In stabulum ergo, cum primum venerunt, locum
in hospitio non reperientes sese contulerunt: aut si in
ipsum hospitium primum excepti sunt, superuenien-
tibus potentioribus coacti sunt cedere, & in stabulum
abire. Ibi habitabant, ibi Virgo pepetit, ibi natum re-
clinauit infantem. Cur ego Euangelista de stabulo
mentionem non fecit, nisi cum de infante in præsepi
reclinato locutus est? Quia non agebat de Ioseph, &
Maria, nisi propter infantem: & quia quod Ioseph, &
Maria in stabulo habitabant, non mysterium, sed ne- D
cessitas erat; non enim erat eis locus in diuersorio; quod au-
tem Christus in præsepio reclinaretur, mysterium e-
rat. Oportebat enim vt in medio duorum animalium
cognosceretur, quemadmodum septuaginta inter-
pretes reddiderunt apud Habacuc cap. 3. 2. quod nos
legimus, *In medio annorum viuifica illud*, & ex illis vete-
res auctores citare solent: oportebat, vt cognosceret
bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui Isa. 1. 3. vt
veteres auctores Origenes homilia 12. Ambrosius hoc
loco. Gregorius Nyssenus in oratione de sancta Chri-
sti natiuitate, & Gaudent. tractatu 8. in Exod. expo-
nunt. Et vero credibile est, aliqua etiam tunc in stabu
lo fuisse animalia, præsertim in tanta hominum mul-
titudine, vt prophetia eo etiam modo implera esse vi-
deretur. Ac Gregorius quidem Nyssenus eo loco,
quem modo designauimus bouem, & asinum ibi fu-
isse putant. *Quamobrem*, inquit, *idcirco præsepio, quod est habitaculum irrationum, in, quæ de cælo descendit, panis vita præponitur, vt etiam brutæ irrationabilesque sumpto cibo ra-
tionem adipiscantur. Medium igitur inter bouem, & asinum in præsepio virtusque Dominus est, vt soluto inter stirpis sepi ambos in sese erecet in vnum nouum hominem, & ab hoc gra-
ue iugum legis auferat, & illum simul cruorum cultus onere leuet.* Sed non ideo reprehenda ea opinio est, quæ apud vulgum obtinuit, vtrumque & bouem, & asinum Io-
sephi fuisse: asinum duxisse vxeo grauida Maria vehe-
retur, bouem vero vt venderet, & censum inde debi-
tum solueret.

8. Et pastores erant in regione eadem vigilantes.] Gr. καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, in agro stabulantes, sub dio cubantes cum gre-
ge, vt facere in regionibus calidis etiam hyeme pasto-
res solent. Noster interpres pro ἀγραυλοῦντες videtur le-
gisse ἀγρυπνοῦντες *vigilantes*, quod non male conuenit,
cum similis sententia, quasi huius verbi explicatio se-
quatur.

Et custodientes vigilias noctis super gregem suum.] Gr. καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτῶν. *Custodias*, id est quatuor noctis vigilias ordine
suo agentes. Sæpe diximus φυλακὰς *custodias* quatuor
noctis partes à Græcis appellatas, in quas militari di-
sciplina diuisa nox erat, vt milites, qui idem tota no-
cte vigilare non poterant, quarta vigilarent parte, es-
sentque semper, qui per quaterna noctis intermalla
aliis somno, aut labore oppressis, integri succederent.
Eas custodias tamni vigilias appellarunt: ideo nostet
interpres, non verborum proprietatem, sed sensum,
& vtam intuitus vigilias reddidit. Apparet ex hoc
loco quod in bello propter hostes facere solebant mi-
lites, id pastores propter bestias, aut fures facere soli-
tos, vt excubias ordine suo agerent. Itaque quod au-
ctor Scholasticæ scribit historiæ morem antiquis fu-
isse, vt in vtroque solstitio vigilias noctis custodirent
ob Solis venerationem, eumq; morem ad Iudæos pro
pter vicinitatem permanasse, puerilis est error. Quod
dicit in regione eadem pastores fuisse, eo pertinet, vt sig-
nificet non procul ab vrbe fuisse eos, ideoque facile
venire, & Christum videre potuisse. Quis locus illa
fuerit, cum ego dicere non ausim. Hieronymum di-
cerem inducam. Is in epitaphio Paulæ ad Eustochium
virginem sic scribit. *Haud procul inde descendit ad turrim
Ader, id est gregis, intra quam Iacob pauit greges suos, & pa-
stores noctu vigilantes audire meruerunt. Gloria in excelsis
Deo, & super terram pax hominibus bona voluntatis.* Et in Gen. 35. 21.
traditionibus Hebraicis ad hunc modum, *Et profectus
est Israel, & extendit tabernaculum suum trans turrim Ader.
Hanc locum Hebræi esse volunt vbi postea templum ædificatū
est, & turrim Ader turrim gregis significare, hoc est congre-
gationis, & cum: quod & Michæas propheta c. 4. 8. testa-
tur dicens, Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, & cætera si-
militer, tempore tacito erant locum, vbi postea templum ædifica-
tum est, habentissapientia. Sed si sequamur ordinem vitæ pasto-
rum, iuxta Bethlehem locus est, vbi vel angelorum grex in ter-
ris Dominum vidit, vel locus pecoris fuit pauit. loco nomen impo-
nens: vel, quod verius est, quadam prænuncia futurorum tam
tunc mysterium monstrabatur.* Qua hora, aut qua vigilia
angelus pastoribus apparuerit, ne quærendum quidē
arbitror, etsi scio auctorem illum commentariorum
in Psalmos, qui Arnobio falso tribuuntur, Ps. 129. E-
firmare ausum, quartam fuisse vigiliam.

9. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos.] Gr. ἐπέστη ἄγγελος κυρίου, superadstitit illis. Idem tenuis nisi quod his ver-
bis magis exprimitur. Significatur enim, quasi de cœ-
lo supervenisse angelum, & supra pastores subsistere
constitisse. Quod dicit, *Ecce*, rem subitam, & improui-
sam fuisse indicat. Quis ille fuerit angelus, qui natum
Christum pastoribus annuntiauit, Euangelista non
dicit, sed tamen Gabrielem fuisse, videtur antiqua esse
traditio: nam Cyprianus in tractatu de natiuitate
Christi id tanquam ab omnibus creditum dicit: *Ve-
nunt*, inquit, *pastores in Bethlehem, quem prædixit Ga-
briel, inuenitur Emmanuel ciuitas parua, domus pauperula,
supellex exigua.*

Et claritas Dei circumfulsit illos.] Gr. δόξα κυρίου, & glo-
ria Domini, id est diuinus quidam splendor. Nam
ita non assentior, qui aliud lumen hoc loco, aliud δόξαν
gloriam fuisse credunt: quod enim circum fulgere po-
tuit nisi lumen? & videmus similem fuisse Christi, Eliæ,
& Moysis in transfiguratione fulgorem, ab eodemq;
Luca δόξαν gloriam, seu maiestatem appellati cap. 9.
31. 32.

31.32. Noster certe interpres hoc sensu hanc locum in A
relexit cum dixit reddiderit claritatem. Idem colu
ists missa, quę pastoribus visa grex, vt quos videbant,
audiebant que, angelos lucis esse intelligerent, qui à
Deo mitterentur, illisque fidem haberent. Sic Leo ser.
5. de Epiphania. *Cum misum Domini angelo nuntiante pa-*
stores adfuit exercitus sunt claritate circumdati, vt non am-
bigerent se magestate potiri, quem erant in presepi visuri, nec
putarent quod in sola natura hominis esset editus, cui superna
militia famularetur obsequio. Recte obiemanit Beda,
nusquam alius in scripturis angelos cœlesti lumine fal-
gentes apparuisse. Meo bauste Sol iustitiæ, qui amictus
est lumine sicut vestimento, ve eius etiam ministri angeli
in ipsius præsertim natali die lumine vestiantur. Quæ
mor hic quæstiones sunt, prima cur Christus statim
natus innotescere voluerit. Secunda cur non omni-
bus. Tertia cur pastoribus potius, quam alijs. Quarta
cur per angelos potius, quam alio genere reuelatio-
nis. Primæ quæstionis facilis ex diuinæ prouidentiæ
coniectura solutio est. Conuenebat aliquos natiui-
tatis eius esse testes, vt constaret, non alium, quam
qui in Bethlehem, & in stabulo natus, atque in præse-
pi positus esset, iudęorum Regem esse. Solem nasci-
tibus Regibus adhiberi testes, ne quis falsus pro vero
Rex supponatur. Id ipsum Christus fieri voluit le na-
scente, & tamen non defuerunt Pseudochristi, qui e-
ius nomine venirent, dicerentque, *Ecce hic est Christus,*
aut illic. Cur autem non omnibus innotescere volue-
rit, in promptu ratio est. Non conueniebat, vt omnes,
aut multi tunc mysterium cognoscerent, ne res ad He-
rodis vsque aures penetraret. Cur potius pastoribus,
multæ ab variis auctoribus probabiles rationes affe-
runtur. Prima, quod simplicissimam hominum ge-
nus id fuerit, quod & Deo maxime probaretur, cum
cum simplicibus sermo eius esset, & ad fidem esset natura
sua propensum. Ac nimirum facile pastores credide-
runt Regem, & Saluatorem esse mundi, quem in sta-
bulo natum videbant more pastoris, quod Scribæ, &
Phariszi minime credidissent, qui tot postea, tantisq;
conspectis miraculis credere nolnerunt. Hanc ratio-
nem Cyprianus in sermone de Natiuitate Christi,
Theophylactus, Euthymius, & Chrysostomus apud
D. Thom. reddunt. *A sapientibus*, inquit Cyprianus,
& prudentibus non queritur testimonium, qui parumlu fe reuela-
tum. In hanc doctrinæ missa statim fastus, & cupiditas cre de-
minatur. Secunda est, quod Christus veniret, vt verus
esset pastor, princeps q; pastorum, vt vocatur à Ioanne
c.10. v.11.14. & à Petro 1. epist. c.2.25. & c.5.4. Itaque
oportebat se primum pastoribus ostendere. Sic Euthy
mius, & poëta Sedulius,

Tum primi gnarum cribus ille creatus
Emicuit, quia pastor erat,

Tertia, quia erat agnus, vt ait auctor librorum de mi-
rabilibus Sacræ scripturæ. qui Augustino tribuuntur
libr.1.cap.3. Et in hoc conueniens ab angelis peractus
ordo conspicitur, vt prius pastoribus natus agnus,
& gregibus pastor nuntiaretur. Et Sedulius eodem
loco,

——*gregibusq; refulsit*
Agnus. & Angelicum inter miracula cœtus.

Quarta, vt exemplo suo doceret pastoribus primum
Ecclesiæ mysterium à Deo reuelationes heri, vt ex
illis cæteri discant. Ita Origenes homilia 12. & Leo ser-
mone 9. de Natiuitate Christi, & Euthymius in com-
mentatio. *Quod enim inquit Leo, pastoritium progregum*
fuorum custodia vigilantibus nuntiatum angelus, etiam ve-
strum implenit audientes: & ideo dominica nobis profertur,
quia verbum dium ru ditis cordis aures serpantur, tanquam
& in hodierna festivitate dicatur, euangelizo vobis gaudium
magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie

Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David. Quin
ta denique ratio, cur primum pastoribus patefieri vo-
luerit, non alia mihi videtur fuisse, quam qua postea
voluit ex piscatoribus, & infimæ conditionis homini-
bus Apostolos facere. Fecit primum ex pastoribus Eu-
angelistas, & Apostolos: fecit postea ex piscatoribus
pastores. Quæ consilio exponit D. Paulus prioris Co-
rinth. 1.26.27.28. *Videte*, inquit, *vocationem vestram, fra-*
tres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi
potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit
Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus,
vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia
elegit Deus, & ea que non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret: vt
non gloriatur omnis caro in conspectu eius. In hanc senten-
tiam D. Bernardus ser.3. de Natiuitate, & Theophy-
lactus interpretantur. D. Ambr. serm.13. & Hieron. in
Epitaph. Paulæ. & Beda, & Græcus auctor D. Thom.
docere putant, voluisse Deum, aut eius angelos vigi-
lantibus, maximeque pastoribus Ecclesiarum curam
gerentibus apparere. Quid ex hoc loco Valentiniani
ad confirmanda sua illa deliria colligerent, referre pi-
get, & potest lector apud Irenæum lib.3. c.11. reperire. Ad
quartam quæstionem D. Greg. ho.10. in Euangelia re-
sponder his verbis. *Sed quærendum nobis est, quidnam sit,*
quod Redemptore nato pastoribus in Iudea angelus apparuit,
& ad adorandum hunc ab Oriente Magos non angelus, sed
stella perduxit. Quæ videlicet ita fieri aliquam rationem ve-
nisse rationabile animal, id est angelus præduxit: Gentiles
vero, qui vim rationis non habebant, ad cognoscendum Do-
minum non per vocem, sed per signa perduxit. Vnde et-
iam Paulus dicit prophetias fidelibus datas non infi-
delibus: signa autem infidelibus, non fidelibus.

Et timuerunt timore magno.] Vehementer timuerunt;
notus Hebraismus, qualis ille Psal.13.5. & 52.6. *Illic trepi-*
dauerunt timore, vbi non erat timor, & Matth.2.10. *Ga-*
uisi sunt gaudio magno valde, & Ioan.3.29. *Gaudio gaudet*
propter vocem sponsi. Vulgaria hæc sunt. Timuerunt au-
tem pastores, & subito, & insolito angeli conspectu.
Vide quæ c.1.12. diximus. Quot pastores fuerint, qui-
bus angelus apparuit, minus etiam compertum est,
quam quot fuerint Reges, qui ad adorandū venerunt
Christum: sed tamen D. Bernard ser.6. de natali Do-
mini auctor est fuisse tres, quemadmodum Leo ser.1.
& 5. & 6. & 7. de Epipha. tres Magos fuisse dixit. Cre-
dibile aliquam de ea re olim traditionem fuisse, vnde
id vtrque auctor acceperit.

10. Nolite timere.] Sic solent plerumque boni angeli,
cum hominibus apparent, terris timorem pellere,
vt quæ dicturi sunt, æquo animo possint accipere.
Diximus de hac re capit.1.13.30. & Matthæus 28.
4.5.

Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit
omni populo.] Tres causas angelus reddit, quare pasto-
res timere non debeant: quod illis gaudium nuntia-
turus veniat: quod non priuatum, sed publicum gau-
dium commune omni populo futurum: q; non alius,
sed ipse id annuntiaret, quod magni, singularisque
erat beneficii. Hanc vim habere videtur illud *vobis.*
Gaudium autem vocat lætum nuntium, quod gaudii
materiam præbiturum erat. Viderat angelus & re ipsa,
& verbis Euangelium initiare. Nam & re quidem ve-
ra Euangelium, id est bonum nuntium prædicabat,
& verbo ipso vsus est euangelizandi, *ecce, inquit, euan-*
gelizo vobis. Cum dicit *omni populo*, Beda & Theo-
phylact. non solum Iudæorum, sed Gentilium etiam
populum intelligendū ex æstimant: quod maiori Chri-
stus lætitiæ credentibus Gentilibus, quam non cre-
dentibus Iudæis fuerit. Magis mihi sententiæ ratio,
quam sententia ipsa probatur. Ita enim res habebit,
maxime Christum Gentilibus gaudium, quam Iudæis
attulis-

set: sed tamen angelum de solo Iudæorum po- A
pulo locutum arbitror, accommodate non solum
ad personam pastorum, quibuscum loquebatur, qui
que Iudæi erant, sed ad omnium etiam Iudæorum ex
pectationem, ac sensum, qui Christum sibi soli ven-
turum sperabant, quemadmodum & Christus ad eos
se solos venisse testatus est, Mat.15.24. quòuis no rece
ptus à suis ad alienos, id est Gentiles sese contulerit.

12. Quia natus est vobis hodie Saluator.] Hoc est Euan-
gelium, i. gaudium illud magnum, quod se illis ange-
lus nuntiaturum dixerat, Saluatorē illis natum esse.
Quo nihil ab angelo maius dici, nihil à Iudæis iucun
dius audiri poterat, in nullam rem æque atque in vē-
turum Christum intentis, qui se ab ea tyrannide, qua B
oppressi erant, liberaret. Hoc enim Saluatoris nomi-
ne sepe Christus per Prophetas promissus fuerat Isa.
19.20. & 62.11. & Zachariæ 9.9. Non igitur temerè,
sed magno consilio, & veluti artificio quodam factū
est, vt angelus hoc nomine vsus fuerit: partim opi-
nor, quia ipsum per se Saluatoris nomen splendidū,
& lætum erat, & salutem expectantibus iucundum
auditu, & gaudium illud magnum, quod promise-
rat angelus, præ se ferens: partim vt ad prophetias il-
las alluderet, quas paulo supra commemorauimus,
quibus Iudæis Christus Saluatoris nomine promis-
sus fuerat. Quo ad ait *vobis*, perinde est, ac si dixit Iudæ- C
is, quibus promissus erat: sed habet aliquanto maio-
rem vim, quàm si dixisset Iudæis. Maiore enim ferit
affectu pastorum animos, cum dicit, *vobis*, quasi illis
venisset solis.

Qui est Christus Dominus.] Christus ille verus Deus,
quem Iudæi omnes expectatis. Describit Christum
angelus omnino talem, qualem Iudæi venturum spe
rabant, vt probet pastoribus fidem suam, se non va-
na, sed certa, & explorata nuntiare, atque iis consen-
tanea, quæ à Iudæis credebantur. Recte ex hoc loco
Christi diuinitas probari potest. Cum enim angelus
CHRISTVM Dominum vocat, Deum esse si-
gnificat.

In ciuitate David.] Potuit angelus breuius dicere,
In Bethlehem, sed voluit ex etiam ratione Christum de
scribere, & eum, de quo loquebatur, verum esse Mes-
siam significare, qui & in Bethlehem, & ex genere
Dauidis nasciturus erat, ideo & vbis, & Dauidis no-
men expressit. D

12. Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis involu-
tum & positum in præsepio.] Vt probet angelus se à Deo
missum esse, veraque nuntiare, signum adhibet, id est
argumentum, quod fidem faciat: ita Gabriel dixit Za-
chariæ c.1.20. *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque*
in diem, quo hæc fiant. Sic Mariæ, *ecce concipies in vtero, & pariet*
filium, & vocabis nomen eius Iesum. Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mē-
sis sextus est illi, qua vocatur sterilis. Sic ille alius angelus
Gedeoni duplex dedit signum, Iud.6.36.37. Illius mo
uere lectorem potest, quod signum ipsum, quod hoc
loco angelus tradidit, non satis certum esse videatur.
Quo enim modo sequitur infantem illum Saluato- E
rem esse, quia pannis involutus, & in præsepi positus
erat: inde potius probari posse videbatur humano
quidem iudicio rem æstimantibus Saluatorem non
esse. Notæ sunt ex Ephesino Concilio facetiæ Nesto-
rij negantis se Deum bimestrem, trimestremue voca-
turum. Quidam hoc sic interpretātur: quasi angelus
non dederit signum, quo sibi pastores crederent, sed
quo infantem dignoscerent, & ab aliis, si qui essent,
infantibus distinguerent. Sic Beda, Et *notandum*, in-
quit, *solertius, quod signum nati Saluatoris datur infantem,*
non Tyrie exceptum ostro, sed pannis squallentibus involutum
non in ornatu auro stratorio, sed in præsepium vementem fœ-
Alij signum hoc esse, quod Christus tanquam veri-

Signum nati Saluatoris, quam verum, & certum.

Cur angeli militia cœlestis apparuit.

tas debuerit figuræ respondere in veteri autem Testa
mento duos potissimum homines Christi figuram
fuisse, Moysem, & Cyrum: verumque autem, dum
infans esset in summa inuentum fuisse paupertate.
Nota vtriusque historia est, altera ex sacris, altera ex
prophanis Auctoribus. Bernardus etiam in iis est, qui
paupertatem, tanquam verum Saluatoris signum da
tum fuisse putant. Quod ergo magis arbitror ad mo-
res, quam ad litteralem, quem quærimus, sensum ac-
commodatum. Sunt qui ex eo, quod angelus dicit
positum in præsepi, colligant præsepe illud, in quo
Christus iacebat, celebre, & vulgo notū fuisse, quod
nulla alia ad hæc loci notatione pastores, vbi locus
esset, intellexerint: idque ex Brochardo confirment.
Cæterum Brochardus non scribit, quale, quamue ce-
lebre fuerit, cum Christus natus est, sed quale sua
fuerit ætate. Sic igitur existimo signum, quod angē-
lus tradit, in eo consistere, quod futura prædicat, fo-
re, vt cum eo pastores venerint, infantem in præsepi
positum inueniant: quod, nisi à Deo missus fuisset,
scire non potuisset. Nam etsi iam tum infans in præ-
sepi positus erat, poterat que de re præsenti certo, &
asseueranter quiuis loqui: tamen poterat, mater ant-
requam eo pastores venirent, inde remouere, & aut
matetno more in vlnas accipere, aut alibi ponere:
quod factum non esse angelus diuinauit. Atque C
hoc sensu Cyprianus in lib. de Natiu. Christi, & Eu-
thymius interpretantur, est que lib.1. Regum cap.10.
2. Simile admodum exemplum: vt probaret Saulo Sa
muel vera esse, quæ diceret, & sibi diuinitus reuelata,
hoc tradit signum: *Cum abieris hodie à me, inuenies duos*
viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in monti-
dixerunt, tibi, inuente sunt asinæ, ad quas ieras perquirē-
das. Maior quæstio est, quomodo potuerint tam facti-
le pastores locum inuenire, cum angelus tantum di-
xerit infantem in præsepi positū esse, nec, in quo præ-
sepi esset, declarauerit. Credibile est angelum loeum
omnino pastoribus designasse, & quodammodo de-
monstrasse digito, sed nimirum Euangelistæ id studij
non fuisse, vt omnia angeli verba, sed ea tantum, quæ
ad rem maxime pertinerēt, quæque mysterij aliquid
præ se ferrent, referret: quale est illud, quod in ciui-
tate David esset natus, quodque in præsepi eum in-
uenturi essent: quorum alterum ad describendā per-
sonam veri Messiæ, alterum ad faciendam dictis fidē D
erat necessarium.

13. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœle-
stis.] Militiam cœlestem angelorum multitudinē vo- *Cur angeli militia cœlestis appa-*
cant dubium non est. Solent enim angeli, qui in cœlo *ruit.*
sunt, Dei milites appellari Iob 25.3. Iure quod Deo,
tanquam duci milites obediāt, vt Beda ait: siue quod
iis etiam ad gerenda bella pro militibus vtatur Deus,
vt ex Daniele c.10.20 perspicuum est. Quamuis alio
quodam sensu militia cœli in litteris sacris Idololā-
tria infausis esse soleat, stellasque significet, quæ pro
diis à vanissimis hominibus colebantur. Multi, & no E
ti sunt loci. Duobus nominibus Euangelista angelo-
rum multitudinem exaggerauit, & quod non simpli-
citer angelos, sed militiam, quasi magnum angelo-
rum exercitum, appellauit, & quod multitudinem
fuisse dixit. Quod ait multitudinem angelorum cum
priore angelo factam fuisse, interpretari possumus,
aut multos alios è cœlo venisse angelos, qui ante non
venerant, vt Beda, & Euthymius intelligunt: aut, q;
magis probo, multos alios angelos, qui ibi cum alte-
ro prius erant, sed nec apparebant, nec quenquam
tuit, aut apparere, aut audiri certè cœpisse. Subito
autem dicit, quod de improuiso aut apparuerint, aut *Deut.17.6.*
audiri cœperint. Eo pertinebant omnia, vt non vno *& 19.15.*
tantum, aut duobus testibus, in quorum tamen ore

omne verbum fiate lex præcipiebat: sed omnium fere angelorum testimonio, Christi ortus Saluatoris efficiri probaretur: refert, in lib. de natiuitate Christi Cyprian. *Multiplicatur testes: militia cœlestis cœlum strepit, terra pallentium cantum, & exultat.* Recte enim Beda, & non minus ad mores, quàm ad sensum humanos loci accommodat: *Vnus, inquit, ex angelis ante nuntio natum in carne Deum, mox multitudo militia cœl. sua adsolans, consone in laudem creatoris ore prorumpit, vt & sui sicut semper, obsequij deuotionem Christo impendat, & nos suo partu instituat exemplo: quoties vel aliquis fratrum sacra eruditione verbum insonuerit, vel ipsi lecta, sine audita, quæ prætacta sunt, ad mentem reducerimus, Deo statim laudes ore, corde & opere rebdere.*

Angelorū hymnus.

B 14. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*] Breuis licet sit angelorum hymnus, multas tamen habet difficultates. Illud constat Dei laudes in eo cani, eiusq; duas esse partes, alteram in qua dedes in eo cani, eiusq; duas esse partes, alteram in qua de Deo, alteram in qua de hominibus agitur. Tertia alij faciunt, vt, *Gloria in altissimis Deo*, vna sit: *in terra pax*, altera, *in hominibus bona voluntas*, quemadmodum Græce legitur, certia. Quam opinionem postea refutabimus. In prima igitur parte illud solum dubitatur, sint ne hæc verba optantium, præcantiuane angelorum, an nuntiantium id est, an Deo angeli gloriam optent, quasi dicant: Gloria in excelsis sit Deo, an euentient, tanquam si dicerent: Gloria in excelsis est Deo. C Mirtis interpretibus optantium esse placet, quod vt ait Lucas, Deum angeli laudarent: qui vero laudant, optandi modo vti soleant. Atqui laudare ergo è contrario annuntiantium est, per quos Deus angeli gloriam optent, quasi dicant: Gloria in excelsis sit Deo, an euentient, tanquam si dicerent: Gloria in excelsis est Deo.

gnum omnium ad eiusdem mysterij confirmationē, & fidem confirmandam animum attendent, quem adhuc dum exponit Euthym. Omnia verba hæc quidam, vt Theoph. refert, interpretantur, ve bis pastorum eum veritus Gabrielis confirmare: 13. Alij melius, omnia non solum quæ decebantur, sed etiam quæ fuerunt humanam angeli, conceptum sine viro, partum sine dolore, pastorum aduentum, de quæ ab illis de angelis ipsi se vidisse, audiisse, narrabantur. Euthym. Theoph. Bern. in ser. 2. in illa verba Apoc. 12. *Signum magnum apparuit in cælo.* Bede vero cum veteribus prophetia Mariæ quæ fiebant, contulisse putat: *Quia, inquit, scripturam legerat, & sic hæc prophetia, ve perfecta ea, quæ eorum sunt alia de Domino, &c. ad memoriam reuocabat, super cuncta illum de Domino, & salutari eius aduentu cogitando, & quomodo ea omnia, quæ de illo in terra gesta, ad memoriam reuoc

solent omnes & antiqui, & recentiores interpretes dispu-
tare. Quidam soli Christo hanc legem propie cõ-
uenire putãt, solum enim propie vnuam aperuisse,
qui solus clausam inuenerit, vta O. g. ho. in hunc lo-
cum 14. & Tertul. in lib. de carne Christi, & Ambros.
& Gregor. Nyssen. in testimonijs ex veteri testamen-
to collectis, & Epiph. hæres. 78. & Hieron. lib. 2 con-
tra Pelagianos, & Theophyl. & Euthym. hoc loco, &
Græcus auctor apud D. Thom. Pio quidem sensu hoc
istos auctores dixisse credendum est, idque postea do-
cebimus: sed aboluti non tamen eorum tetimonio Cal-
uiniani, vt probent Christum vetè matris vterum a-
peruisse, ergo abstinuisse nascendo virginitatem. Hæc
enim inter alias innumerabiles eorum etiam hæresis
est, vt matrem Christi in partu virginem fuisse negẽt.
Quod & alios iam olim hæreticos docuisse, & Epiph.
hæres. 78. & Beda hoc loco testantur. Nolim equidem
dicere, quod vtros nonnullos doctos certe atq; Ca-
tholicos hinc cum spiam reprehendimus, nostra ætate
dixisse video, Christum modo quodam inuisis ve-
tum aperuisse. Nam etsi pio dicunt sensu, tamẽ ea
verba inimicæ Catholicorũ aures inhorrescunt. Nec
eos auctores veteres, qui Christum vulvam, & quidẽ
solum aperuisse dicunt, quasi damnare errores dele-
rendos esse arbitror, sed in bonam partem interpre-
tandos. Non facit satis iudicio meo, quod respondẽ-
te quidam solent illos contra Marcionitas, & alios
hæreticos, qui Christum negarunt verum corpus ha-
buisse, id dixisse ardore adversus eos disputationis, ne
Christum incorporeũ phantasma fuisse viderentur,
si dixissent matrem vterum nõ aperuisse. Eadem enim
ratione dicere debuissent, Christũ aperuisse ad discipu-
los ianuis ingressum fuisse. Ioann. 20. 19. Melius alij,
tam ũ recte an secus significare voluisse inuenio. Chri-
stum vterum clausum nec enim, quod clausum non
est, aperitur, deoq; dixisse, eum aperuisse, non quod
aperuerit: nam nec alij propie clausos aperuni, cũ
corrupta iam matris virginitate apertum inuenia-
sed quod si Christum eum, aliis conferamus, potius il-
le, qui clausum, quam alij, qui apertum inuenerunt,
aperuisse videatur. Ego semper hoc fretus eos auc-
tores exposui, vt non de re ipsa, id est, de apertione vte-
ri, sed de apertionis esse dixisse loquantur, quasi dicat: ita
Christum ex claustro existisse vtero, quemadmodum
fia aperuisse. Tanquam si dicas illum aperuisse fores
Ioannis 20. 19. aut Spiritum sanctum aperuisse cœlos
Matth. 3. 16. quia & ille tam vere ad discipulos ingressus
fuit, quam si vere fores aperuisset: & tam vere Spiri-
tus sanctus de cœlo descendit, quam si vere aperuis-
set cælos. Intelligebant quippe auctores illi tam pe-
rita sacra literis exercitati phasin illam, aperire vul-
uam, non significare vere aperire, sed primum nasci,
quia qui primus nascitur, viam alijs post in nascendo a-
perire videatur. Aut vt alij interpretantur, aperire vul-
uam est, fœcunditatem matris se ipsa probare, ostẽ-
dere q; non esse sterilẽ, quod facit, quisquis primus
nascitur. Sicut è contrario claudere vulvã, aut vte-
rũ significat sterilẽ facere mulierẽ: sicut Deus dicitur mu-
lieris vulvam aut vterũ aperire, cum fœcundam facit,
qua sterilis erat. Gen. 29. 31. & 30. 22. Ego & Deus ma
g. proprie vulvam mulieris sterilis, quam non sterilis,
cum eam fœcundam reddit, aperire dicitur, quia
quamuis neutrum proprie aperiat, tamen dum facit,
vt vtraque possit parere, magis proprie sterilem quæ
clausa, quam fœcundam, quæ natura sua aperta esse
videbatur, dicitur aperire. ita prorsus, inquit, illi
auctores illi dixerunt, solum Christum vulvam aper-
uisse, nõ quod aperuerit propiẽ, sed quod solus clausam
inuenerit, solus per nunquam apertum exierit. Hanc
eorum fuisse sententiam ex Amphilochio Græco auctore

Apud Ioan. Damasc. lib. 4. de fide orthodoxa c. 14.

A dixi, qui hom. in Hypapantem his verbis rem bre-
uiter exponit: *Quatum pertinet ad virginalem naturam, re vera ut Virgo sit, clausa a nullo modo aperta fuit: quantum vero ad potestatem genitiui Domini, nihil clausum, omnia aperta.* Dixi-
ci ex ipso Hieronymo ex eius auctoribus, qui diuisimẽ ei
tere videntur, Christum vulvam aperuisse, li. 2. con-
tra Pelag. *Selas, inquit, Christus clausas portas vulua virgi-
nis aperuit, quæ tamen clausa exisse per uisserunt.* Quo e-
nim modo intelligi potest aperuisse, & tamen clausas
fugere permansisse, nisi quia non vere aperuit, sed tã
vere egressus est, quam si aperuisset? Idẽ Græcus ille auctor
D. Thomæ scribit. Cæterum aliorum auctorum sen-
tentias nihil commemorare attinet, qui vno omnes
consensu clausis vteri viis Christum exisse docue-
runt. Ambrosius ep. 81. Leo sermone 1. & 2. de natiui-
tate. Gaud. tract. 2. in Euangelia. Gregor. Nyssenus in
hom. de occursu Domini, Fulgent. in serm. de laudi-
bus Beatæ Mariæ. Eusebius Emissenus in hom. in illa
verba: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fra-
tres in vnum.* Damasc. 4. de fide orthodoxa c. 14. illud
quoq; quod in publicis precibus canit Ecclesia: *Qui
virginitatem matris non fœcundo non minuit, sed sacrauit,* toz-
dem verbis ex Augustino sumptum est. Reliquum i-
gitur est, vt doceamus, quomodo ea lex in Christo, &
eius matre locum habuerit. Aliis ita ratione persua-
runt eam legem in solo Christo tenuatam fuisse, quia
dicit, *sanctum Domino vocabitur*, & solus Christus inter
omnes homines vere atque natura sua sanctus fuit,
ita Vigilius libro contra Eutych. 3. Sed non est sensus
legis, vt quod sanctum non est, oblatione sanctum Domino
fiat. Cõtra vero alij dixerunt nullo modo legem Chri-
sto & Mariæ conuenire potuisse, quia nec illa ex viro
conceperat, nec ille vterum aperuerat. Cæterum, vt
supra expositimus, vterum aperire, non significat, a-
perire, sed primogenitum esse. Itaque hoc sensu vere
Christus vulvã aperuit, quia vere primogenitus fuit,
quod nemo nobis melius, quam Beda videtur expo-
suisse: *Itaque quo ex ea aperiens vulvam, eo vere natiuitatis more loquitur, non quod Dominus noster sacra ventre lo-
sserum, quod ingressus sanctificaret, egressus eum genuisse cre-
dendus sit, sicut a hæreticis quidam dicunt. Beatam Mariam Virgi-
nem usque ad partum, non virginem esse post partum: sed mi-
ra fidem Catholicam clausa virginis vtero quæ ingressum sua
præcipisse de thalamo.* Alia melior ratione Christus ab
ea lege liberatur, quia cum filius Dei naturalis esset,
opus nõ erat, vt ea in templo offerretur. Sed fecit hæc
in re, quod apud Matthæum capit. 17. 25. 26. 27. cum
fecisse legimus, vbi interrogatus a Petro nomine eo-
rum, qui tributa colligebant, num tributum solue-
ret, respondit: *imò vtique. videtur Simon Rex terræ a quibus
accipiunt tributum, vel censum: à filiis, an ab alienis? cumque
dixisset Petrus: ab alienis, ait illis: ergo liberi sunt filij,
vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte ha-
mum, & eum qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore
eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me, & te.*
Eodem ergo consilio in templo fieri voluit, quam
ius lege non teneretur, ne quis offenderetur Iudæo-
rum.

Christus clausus egressus exiit.

Ps. 132. 1.

Ser. 24. de tempore.

Pauperem locupl. & Virginem.

Virgilius pueri Christum offerunt quæ, & quare non.

24. *Et vt darent hostiam.*] Alia hæc erat lex Leuit. 12.
6. 7. *Cum, explati fuerint dies purificationis eius per filium suum
pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum
columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi te-
stimonij, quod si non inuenerit manus eius, vt possit offerre
agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum
in holocaustum, & alterum pro peccato.* Oratio quæ pro
eis fuerit, & sic mundabitur. Vbi manifeste disputari po-
test pro quo hostia illa offeretur: Diam Augustinus,
vt supra meminimus, qua sit mont. 40. in Leuiticum,
pro filio offerri debuisse putat. Fefellit eum quod cum

cum hæc verba *pro filio suo pro filia*, cum pueræ dicen-
tur, dici debeant, cum sequentibus copulanda. Ob-
ferebantur igitur illa sacrificia pro purgatione mulie-
ris, quemadmodũ cum leprosi, aut qui seminis fluxum
patiebatur, & mulier longe habet hæc ultima mun-
dabant Leuit. 14. 2. 3. 4. & 15. 14. 19. Diuites offerebãt
agnũ in holocaustum, & pullum turturis aut columbæ pro peccato. Qui vero tam pauperes erãt, vt agnũ
emere nõ possent, offerebant duos turtures, aut duos
pullos columbarum, alterum in holocaustum, alterũ
pro peccato. Pro peccato autem, nõ quod mulierũ,
aut flaxus seminis morbo accidens mortale peccatum
esset, sed quod lege, quemadmodum omnis corpo-
ris fœcunditas lege immunditia peccatum dicebã-
tur; Non quod ipsum sacrificium peccatum diceret-
tur, aut pro peccato non vllo certo, sed pro peccato
tantũ in genere offerretur, quibus duobus modis nõ-
nullos eum in locum interpretari video. Agnus autem,
turtur, vel columba offerebãtur, quia mundissima, &
simplicissima tunc animalia, & de mũdatione agebatur.
Obseruatum hoc loco omnes interpretes tantam
fuisse Iosephi Mariæq; paupertatem, vt agnum vnum
emere non possent. Hæc enim de causa videtur Euan-
gelista nõ legem totam, sed eam tantum partem, quæ
ad Mariam pertinebat, tecitasse, *par turturum, aut duos
pullos columbarum*, vt indicaret, non agnum, sed aut
duos turtures, aut duos pullos columbinos propter
inopiam obtulisse. Beda hoc loco, & Augustin. quæst.
in Leuit. 40. Dubitant aliqui, qui fieri potuerit vt fa-
cinatem emendi agnum non habuerint, cum Magi
iam venissent, & aurum, thus, & myrrham Christo
obtulissent. Quid enim de eo thesauro actum esse?
De ea re apud Matthæum cap. 2. disputauimus, ille
lector perat. Graues Auctores lego qui existimate vi-
deantur. Mariam tunc duos turtures, & duos pullos
columbarum obtulisse, quod vtrumque videatur
Euangelista contingere. Ita nisi fallor Origenes Leui-
tæ homilia decima quarta, & Ambrosius libro secun-
do, de Abraham Patriarcha capite octauo. At lex non
vetat, quæ alteruntros tantum iubebat offerre pau-
peres, aut duos, inquit, turtures, aut duos pullos colũ
barum, & Lucas verba ipsa legis recitans, neque cre-
dendum est Mariam plus, minusue, quam lex præci-
pebat obtulisse. Vtros igitur obtulit Turturem, an
pullos columbarum? Id scio an possit quispiam,
cum Euangelista non dicat, neque hoc magis, quam
illud indicet, affirmare. Sed si quid in re parum incer-
ta coniectura valet, similius mihi videtur veri, vt duos
pullos columbarum, quam vt duos turtures obtule-
rit, & quia facilius res peciũ, & quia minore pretio emi
potuerint; & quia est credibile eam fuisse magis vir-
tutem columbas, quam turtures offerre. Ieaq; ubi qui
ex domo Dei sic emendam latronum fecerant, nõ tur-
tures in sacrificium, sed columbas dicuntur venales
habuisse Matthæi 21. 12. Cur dixerit pullos columba-
rum, & non columbas, aut pullos turturum, Bernar-
dus sermone 19. in Cant. hanc putat fuisse causam,
quod sicut alias per columbam Spiritus sanctus desi-
gnari solerat, tamen quia libidinosa auis est, non de-
ceret, nisi ea ætate, quæ libidinem nesciat, offerri pro
Domino. Turtures autem non pullos turturum dixit
se, quod turtur casta quæcunque sit ætate. Hoc si cui
placet, liberum erit amplecti. Mouendus tamen, an-
tequam ex hoc loco discedam, mihi lector est, Orige-
nis opinione carere, qui non veras turtures, veraque
columbas, sed turturum, & columbarũ speciem fuisse
dicit. Credendum enim est Mariam, etsi legem non
tenebatur, propie tenuisse legẽ, vt Euangelista haud
dubie significare voluit, eam tanto dixit studio feci-
se iecundum legem Moysis.

Ps. 118. 1. 2. 3.

Ps. 132. 1.

Ps. 118. 1. 2. 3.

25. *Et ecce homo erat in Ierusalem.*] Dicit ecce, vt tẽ ante
oculos ponat. Describit ita virum hominem, qui eius
auctoritate commendare posset ani, quo eius de Chri
sto testimonium magis valeret. Nomen eius ponit
ad faciendam fidem historiæ. Iosiam, & rimotatum,
Græcus *Eusebium*, & religiosum fuisse dicit, & vt eius
commendetur testimonium, & vt vero nullius sit,
quod statim dicturus est Spiritum sanctum in alio fuis-
se, respondamq; ab eo accepisse, non visurum se mo-
tem, nisi prius Christum Dominũ vidisset. Omnia de-
nique eo tendunt, vt quam grauissimum eius testimo
nium habeatur, quod non tam humanum, quam di-
uinum fuerit. *Non solum ab angelis, & prophetis*, inquit,
Ambros. *& a pastoribus, sed etiam a gentilibus, & ipso ge-
neratio Domini accepit testimonium. Quæ ecce & vtraque
secum enumerantur quæ miracula fidem astruunt. Virgo generat,
sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exsultat, vidua consolatur, iustus exspectat.*

Expectans consolationem Israel.] Expectasse dicit con-
solationem Israel, id est aduentum Messiæ non solum
sicut omnes alij Iudæi expectabant, sed vt postea de-
clarat, scient Spiritu sancto reuelante eum se, ante-
quam moreretur, visurum esse. Quod autem ait. *Et
Spiritus sanctus erat in eo.* Quidam ita interpretantur, vt
Spiritus sanctificationis, & vt Theologi loquuntur
gratia iustificans significetur, qua paulo ante iustus
fuisse dictus erat, quemadmodum Greg. Nyss. apud D.
Thom. Alij prophetiæ Spiritum intelligunt. Verumq;
sane Spiritum habuisse credendum est, illum quia in-
stus erat, hunc quia statim prophetauit. Ex vterque
Euangelista ideo dixisse Spiritum sanctum in eo fuis-
se, vt tantorem redderet, quo modo ab eodem Spiri-
tu sancto responsum accepisset, indicans propterea
accipere potuisse, quia Spiritus sanctus in eo erat. Sũ
qui ex illum aut hunc Simeonem magistratum fuisse Ge-
nilielis ad cuius pedes se D. Paulus eruditum fuisse
dicit; discipulum vero Hellenistarum ex Auctore bus
magnæ congregationis, qui in Thalmudicis libris Si-
meon cognomento iustus appellatur. Nescio an ali-
quid eiusmodi. Nicephorus innuisse, qui lib. 1. c. 12. vi-
tam illi, vt Christum iuste oculis videre posset, ad mul-
tum tempus propagatam fuisse tradit. Alij eam opi-
nionem refellunt, nec tam res est, vt ita ea pernecti-
ganda multum operæ ponere debeamus. Sacerdotẽ
nonnulli fuisse credant, vt Cyrillus Ierosolymi homi-
de occursu Domini, & Epipha. in lib. de vita Prophe-
tarum. Contra Theophylact. & Euthym. existimant
meliore puto iudicio. Nam si sacerdos fuisset, non id
tacuisset Euangelista, cum tam diligenter homine de-
scribere voluisset. Cæcum fuisse, & ad Christi contã-
ctũ, cum eum in vinas sumeret, recepisse visum a-
pud Celsum inuenio lib. de inere dalitate Iudæorũ ad
Vigilium, qui inter Cypriani opera circum fertur. Sed
nec tam mitigne miraculum, & ad rem tam opere per-
tinens silentio Euangelista præterisset.

Et respuns um accepera Spiritu sancto.] Gr. ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον πνεύματι, & erat ei diuino oraculo reue-
tum, vt Matth. 1. 20. & 2. 12. 22. Quomodo oraculum
istud acceperit, nostrum non est diuinare. Hoc tenea-
mus quod Euangelista nobis tradit, illum ipsum Spiri-
tum sanctum qui in ipso erat, id illis reuelasse. Qua ra-
tione occasionem, incertum. Nisi quod est probabile,
voluisse Spiritum sanctũ aliquos Iudæos Christo in
templum oblato quam grauissimum publico in loco
præbere testimonii, quo omnis populus intelligeret
eum quem expectabat Messiam iustũ esse, ideo duos
& ætate, & sanctitate dignissimos fide testes ex di-
uersis Simeonem & Annam elegisse. Quatuor ergo
de causis Simeon inter omnes Iudæos electus est, vt
Christo testificaret, & quia sanctissimus, & quia Pro-

pherus, & quia maxime senex erat, & quis summa auiditate eius desiderabat aduentum. Haec omnia tacite indicauit Euangelista, pomum cum virum nullum, & timoratum fuisse dixit; secundum eum dixit Spiritum sanctum in eo fuisse: terrimum enim aut, *non visurum mortem, nisi prius videret Christum Domini*; quarum eum singulariter scribit eum expectasse consolationem Israelis. Itaq; quod Lyranus dicit ardentius orantiSimeoni vt Deus Christum suum mitteret. Deum id reuelasse, nō tam probabile, quam credibile est. Quod autem scribit Niceph. lib. 1. c. 12. legenti oraculum Isaiae c. 7. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, atq; ea de re solicito affuisse angelum, nuntiasseq; non prius moriturum, quam Emmanuelem illum, de quo illic agebatur, suis vidisset oculis, eius Auctoris sapit ingenium quaslibet sepe ex vulgo opiniones colligentis.

Non visurum se mortem.] Non moriturum. Nota Hebraeorum phrasis ראה המות videre mortem, aut gustare, id est, re ipsa moriendo experiri, vt Beda etiam admonuit. Multa exempla Ps. 88. 49. Ioan. 8. 51. Matth. 16. 28. Marc. 9. 1. & infra c. 9. 27.

Nisi videret Christum Domini.] Christus Domini, id est, vnctus à Domino, aut iussu Domini futurus Messias vocabatur, quia Rex futurus erat, & omnes Reges, quia à Deo electi vngi iubebantur, Christi Dñi vocabātur 1. Reg. 16. 6. & 24. 7. 11. & 26. 9. 11. 16. 23. & 2. Reg. 1. 14. 16. & 19. 21. Quanquā Messiae singulari quadam & propria ratione Christus Domini dicebatur, quia singulari etiam modo, id est, Spiritu sancto à Deo vngendus erat, in eo enim requiruit, *Spiritus Domini, Spiritus sapientiae, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum Spiritus timore Domini*, Isaiae 11. 2. Atq; de eo propterie dictum est Psal. 44. 8. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae pre consortibus tuis*, vt Patres omnes tradiderunt. Euthym. Christum Dominum, id est, patris propter eius similitudinem vocatum putat, minus probabiliter.

27. Et venit in spiritu.] Impulsus à Spiritu sancto, vt Theophyl. & Euthy. exponunt. Iuuencus, monente aut reuelante Spiritu sancto, vt in templum veniret: eo enim Christum, quem expectabat, venisse.

Isa. 11. hebr. Rudol.

Iam grauior penetrat, mouuit quod Spiritus Auctor,
Ecce simul parnum gremio gemitricis Iesum,
Ad templum sensit vemisse.

Et cum inducerent puerum Iesum.] In templum, vt Domino, quia primogenitus erat, offerrent.

Parentes eius.] Patentes vocat Mariam, & Ioseph. Illam, quia vere parens erat, hunc quia parens esse credebatur, vt explicat Euangelista c. 3. 23. Loquitur Scriptura ex opinione meo in xta temporis, & hominum opinionem, vt Hieron. in c. 1. epist. mi ad nauit. Sic Maria ipsa, quae se non ex Ioseph, sed ex Spiritu sancto concepisse non ignorabat, Ioseph Christi patrem vocat infra v. 48. & Euangelista vers. 33. Alii, in quibus Origen. patrem honoris causa Iosephum vocatum fuisse dicunt, quod nutritius esset Christi; sicut solemus matres non suis eas, quae nos genuerunt, sed eas etiam, quae lactauerunt, nutrierunt q; appellare.

Scripturae sancta homines ignorare quae nouit Deus loquitur.

Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.] Vide supra v. 23. & 24.

28. *Et ipse accepit eum in vlnas suas.*] Particulam & hanc vim quidam habere putant, vt significet Simeonem sicut & sacerdotem, cui oblatus fuerat, Christū in vlnas accepisse. Malim dicere sicut & matrem, si quā fortasse ea particula vim habet. Nam matre in vlnis gestasse credibile est, sacerdotem in vlnas accepisse probari non potest. Sed fortasse nullam ea dictio vim habet, sed iuxta Hebraeo. ū idiotna redūdat. Cuius rei adeo multa sunt exēpla, vt notari non debeat.

Quod in vlnas Christum Simeon accepit, non credendus modo, sed valde etiam amantis fuit. Complectuntur enim, quos amamus. Quare plus Simeon recepit, quam illi a Spiritu sancto promissum fuerat, Promissum erat fore, vt videret: non solum videt, sed etiam tangit, atque complectitur, & vt est credibile, osculatur. Quem inde vir sanctus fructum percepit, facile per se quisq; aestimare potest, & Orig. hom. 15. indicauit. *Fimbriam*, inquit, *vestimenti Iesu mulier tetigit, & sanata est. Scilla ad extremam partem vestimenti tantum emolumenta habuit, quid putandum est de Simeone, qui in suas vlnas accepit infantem, & brachiis tenens lactabatur, atque gaudebat videns parentem à se gestari, qui ad vltimos venerat resoluendos?* Quaerunt nonnulli quomodo Christum hunc indice cognouerit? Quasi vero idem ille Spiritus qui sancto seni promiserat fore, vt Christum, antequam moreretur, oculis suis cerneret, quique, vt in templum iret, instigauerat, nō illi potuerit, & puerum ostendere, quemadmodum & Iuuencus existimat tactum esse.

Et benedixit Deum.] Laudauit, gratias egit, quod sibi promissum praestitisset.

29. *Nunc dimittis seruum tuum Domine.*] Carmen est gratulatorium, quale illud Mariae infra cap. 1. 46. & illud Zachariae eodem capite vers. 68. Solent fere, qui Spiritu sancto pleni Deum laudant, carmine laudare. Meliores enim versus Spiritus sanctus, quā poeticus fuit or facit. Sic Moyses Exod. 15. 1. & Deuter. 32. 1. sic Debora Iudic. 5. 1. sic Anna 1. Reg. 2. 1. Dei laudes carmine cecinerunt. Itaque genus ipsum dicendi numeris astrictum indicat Simeonem Spiritu sancto perfusum haec cecinisse.

Nunc dimittis.] Videram dicendum fuisse, Nunc dimittes, & quidem Cyprianus in li. de mortalitate, & Origen. hom. 15. in Lucam, & Ambros. Fulgent. libr. 1. ad Thrasimundum, Beda & Lyranus in commen. exponunt, vt futurum legisse videantur. Putant enim optantis haec esse verba, quasi Simeon viso iam Christo Deum orauerit, vt se de hac mortali eriperet vita. Nam Hebraei vota sua per futurum tempus explicare solent. Quare quod apud Amb. legitur, *Nunc dimittis*, virium eius subpicor, legendumq; *dimittes*. Sed omnes Greci codices magno consensu legunt ἀπολύεις dimittis. De quorum verborum interpretatione disputat. Quidam sic exponunt, non quasi de tempore praesenti loquatur, dicatq; se iamiam de vita migrare, nec enim, cum haec diceret, animam agebat: sed quasi iam mori sibi tranquillo animo liceret. Tanquam si diceret, quandocunque mihi placuerit, seruum tuum ex hac vita dimittere, in pace dimittes, cum videlim oculis meis Saluatorem tuum. Non improbo, sed aliū sensum, quem Cyprian. in lib. de mortalitate, & Euthym. in commentariis indicant, magis probo. Promiserat Simeoni Deus fore, vt non ante, quam Christum videret, moreretur: quasi, postquam vidisset, statim moriturus esset; cum vita illi non alia de causa, vt supra ex Nicephoro recitauimus, quam vt Christum videret, producta esse videretur. Hoc ergo cum sciret Simeon, etiamsi tunc non moriebatur, tamen quia statim se moriturum credebat, tanquam morieus praesenti vitae tempore, *Nunc dimittis seruum tuum Domine*. Dubium ad quem haec verba dirigantur, id est, quē Simeon Dominum vocet, Theophyl. hoc loco, & optimus Auctor sui temporis Algerus libr. 2. de Sacramento c. 1. ad Christum referri putant. Hinc enim probant Simeonem Christi diuinitatem cognouisse, quod Dominum eum appellauerit. Melius alii Auctores ad patrem referunt, à cuius spiritu responsum Simeon acceperat, non visurum se mortem, nisi prius Christum Domini videret.

Vota Hebraeorum per futurum tempus exprimi.

Secun-

Secundum verbum tuum, in pace.] Sicut mihi promisisti. Sed dubium est, quo haec verba referamus, ad verbum *dimittis*, vt finitus sit *nunc dimittis*, id est ex hac vita eripis me, sicut mihi promisisti, an ad nomen, *in pace*, vt sit sensus, nunc dimittis me in pace, id est, contentum, atq; quieto animo, quem admodum mihi promisisti. Ad vtrumq; referri. Cum enim Deus Simeoni promisisset se illum non dimissurum, nisi Christum vidisset, promisit Christo viso eum in pace dimissurum. Atque hoc est, quod dicit. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* In pace autem Cyprianus interpretatur in libro de mortalitate quasi in pacem, tanquam se non in pace, id est cōtentum, atque tranquillum non dicat, sed quasi ad vitae aeternae pacem ex limis vitae careere dimitti. In eandem sententiam Theophylactus interpretatur. Alii quasi pace tam pei Christum inter Deum & homines conciliat, vt Origen. hom. 15. Ambrosius comment. & Greg. Nyssenus apud D. Thom. Euthymius affert expositiones, In pace cogitationum. Nunc enim, quę me perturbabant, de diuina incarnatione cogitationes pacificatae sunt. Vel in pace secumtanquā deceps non meum propter mimam senectutem. Vel in pace gaudii, quia deinceps non contristabor propter libertatem Israelis, quam eum vidi liberatorem. Res facilis, quae vno verbo explicari potest. *in pace*, id est, contentus hilaq; vultu, aequo animo, & animine repugnante morientem, cum Saluatorem viderim. In pace enim in sacris literis mori dicuntur qui maturi, contenti vitae praeteritae spatio, & vt scripturā loquitur, plen dierum, atq; rebus vt propensis ex hac vita discedunt, quemadmodum & hoc loco Orig. indicauit. Exempla sunt Gen. 15. 15. & 25. Regum 24. 20. & 2. Paralip. 34. 28. & Tob. 3. 6 & Psal. 90. Mille quidam Iacob Gen. 46. 30. dixisse traditur, cum Iosephum filium suum, quem mortuum credebat, vt diximus, oculis, *Lubens lubens moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te reliquo.*

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.] Salutē tuum, quam in mundum multi, quam Zacharias, c. 1. 68. redemptione appellauerat ישועתך *salutem tuā*. Sed quia solent Septuaginta ישועה *vertere saluare*, & Latinus interpres ex eo ad verbum *salutare*, eā confuetudinem & Graece Lucas, & nostri interpres Latine secutus est. Saluē autem Deiste vidisse dicit, qua Christum salutis Auctorem vidit. Et communis ea veterum interpretes Christum ipsum salutem, quali salutem vocari putant, Basilius in Psal. 61. & Augustin. lib. 1. contra aduersus legis, & Proph. c. 21.

Quod parasti ante faciem omnium populorum.] quem saluatorem tu conspectu omnium populorum, gentium q; posuisti, vt quicunq; velient, ab eo saluarentur. Omnes populos intelligit nor. tantū Iudaeos, sed omnes etiam omnino gentes, sicut *partus* exponit *totum ad renelationem gentium*. Admiranda Simeonis fides, qui primo intuitu obiecti adhuc fidelis mysterium illud cognouit, & credidit, quod vix Petrus Apostolorum princeps post visum, auditumque docentem Christum post illam audiam vocem, *Alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere*, Ioannis 10. 16. post demissum de coelo vas illud linteum omni animalium genere refertū, Act. 10. 11. 14. intelligere potuit, aut credere Christi redemptionem non solum ad Iudaeos, sed ad caeteras etiam gentes omnes pertinere. Recte id apud D. Thom. Graecus ille Auctor animaduertit, *Attende*, inquit, *sagacem dignę & venerandi senis, antequam dignus videretur beata visionis praelabatur salutem Israel. Vt autem quod speraba parumper, exclamat se videre salutem omnium populorum: adeo enim infantis ineffabile inhabitat illustratio eum, vt praeterita tempora scitatur a mox filis fierent visa.* Sed nimirum non suo per Sanctum ingenio, sed diuina, sicut Apostoli pulles, concepturus est gratia. Quę cui Simeoni, tam euro, Apostolis tam tarde tot illis mirabilibus illud reuelaretur, domino indicio relinquendum. Si quod tamen humana in diuinis formandis conatibus coniectura poteſt, ve. o finale est, adeo Simeonis reuelatum, quia cōsenescebat, vt is, qui tanto tenebatur desiderio Iudaeorum videndi saluatorem, saluatorem eum videret gentium, cognoscereq; matus se quam expectabat beneficii accepisse, quemadmodum & Graecus ille D. Thomae Auctor admonuit. Hoc Apostolis ante ascensionem in coelum Christi non reuelatum, quia consenescebat, vt mysterium. quod cum id tempus praedicaturi non erant, ignorarent. Prius enim, quam Spiritus sanctus in illos immitteretur, probabi fuit extra Iudaeam praedicare. *In viam, inquit, gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis*, Matth. 10. 5. Quod quidem verbum *partus* ad praedestinationem referunt, mihi nō probatur; non enim Simeon de praedestinatione, sed de praedestinationis agit effectu, quod quę pater ab aeterno decreuisset Saluatorem in terra declarasset, suo in illi tempore, vt propriis ipsum oculis posset cernere, quanquam Procopius c. 12. 10. in eo sententia est.

32. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.] Quod *saluare tuum parasti ante faciem omnium populorum*. Lumen ad reuelationem gentium, quae apposuit, id est, vt lumen esset gentibus reuelandum, populo vero suo Israel in quo gloriam saluatorum gloriam. Videbant Simeoni veteres illae prophetiae similes quae vocantur: *Videbunt omnes gentes iustum tuum, & cuncti reges gloriam tuam, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit*, Isaiae 62. 2. & 60. 3. 1. 2. *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* Christum lumen appellari valde est in sacris literis usitatum Ioan. 1. 9. & 8. 12. & 9. 5. & 12. 35. 36. 46. Quod autem ad reuelationem gentium non Israel; sed gloriam vero Israel non gentium dicatur, credendum est non temere factum esse, vt multis Auctores bonis notauerunt. Causa non fuit quod gentes in tenebris, laudent in lumine vertantur. *Populus*, enim *qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam, & habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis*, Isaiae 9. 2. sed quod Iudaei, si eam gentium comparent, in luce habili videri possint, quam vnam, vocationem Dei cognitionem, venturiq; Christi in lumen habebant. Duplices denique eripuerat tenebras tacit. peccatorum, & ignorantiae, gentes in vtrisq;, In hac autem tantum peccatorum ait tenebrae verbi instar, sic quam sententiam Augustinus, & Cyrillus apud D. Thom. exponunt. Allatretio reddi potest, quod de Iudaeis aliud, quod diceret, habebat, Christum illis gloriam allaturum. Nam etsi gentibus magnam etiam attulit gloriam salutis consortem. Iudaeis tamen praecipuam quandam, & singularem attulit. Primo, quod ex illis esset propagatus, vt indicat D. Paulus Rom. 9. 4. 5. vt Beda, Theophylactus, & Euthymius exponunt. Deinde quod illum illis solis per scientiam exhibuerit, apud eos solos miracula fecerit. Praeterea quod illis promissus venerit, & eorum impleuerit prophetias, eorum spem re ipsa confirmarit non fuisse vanam.

Lumen ad reuelationem gentium.

Gloria Israel per excellentiam.

33. *Et erat pater eius, & mater mirantes super his, quae dicebantur de illo.*] Patrem eius vocat Ioseph, non quod vere pater esset, sed quod nutritius, quemadmodum Origenes homil. 16. & Augustinus libr. 2. de consensu Euange-

Euangelistarum cap. 1. multis verbis exponunt. Hæc enim phrasi solemnis non solum eas, quæ nos genuerunt, sed etiam quæ lactauerūt matres appellare. Aut vt putat Beda, & ante illum Hieronymus dixerat, ex hominum opinione, qui Iosephi Patrem existimabant esse Christi, vt infra explicat Euangelista cap. 3. 23. vide quæ supra d. ximum v. 17.

Mirantes super his, quæ dicebantur de illo.] Hæc Euthymius sæpe tantum refert, quæ à Simeone dicta fuerant, quasi propterea Christi parentes non ante cum à pastoribus, non cum à Magis adorarentur, sed nunc cui à Simeone laudarentur, mirati fuerint, & maiora de eo de Christo, quam à pastoribus, quam ab angelis, quam à Magis dicta fuissent. Probabilius mihi videtur Origen. homilia 16. ad omnia, quæ à prima Christi conceptione vsque ad diem illum acciderant, hæc verba referre. Omnia enim inter se collata admirationem augebāt. Poterat dubitari, quomodo Maria, quæ tam diligenter ab angelo ante quam Christum conciperet, edocta fuerat, quid, quantumque, quem conceptura erat, futurus esset, admirari potuerit, quæ de illo à Simeone dicebantur: cum admiratio non nisi rei nouæ, & ab eo, qui admiratur, prius ignotæ esse soleat. Erat quidem Maria ab angelo docta, mysterii summam maximeque, quod ad immaculatam ipsius conceptionem pertinebat, sed nec singulas mysterii partes, neq; erat necessitatis à Deo illi reuelari. Crescebat enim sicut Christus hominum opinione, ita etiam ipsa reuera sapientia, & ætate. Eiusmodi ergo mysterii partes, & vt dicam mysteriorum mysteria cum enucleatius, & distinctius audiebat, admirabatur.

34. *Et benedixit eis Simeon.*] Gratulatur illis et tam fœlicem prolem, beatos illos dixit, qui talem haberent filium. Sicut Elisabeth c. 42. 45. eadem gratulatione dixit, *Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & rursum, Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.* Itaque non magis colligi ex hoc loco potest, quod nonnulli colligere conantur Simeonem, quam ex illo Elisabetham fuisse sacerdotem. Sed de hac re 9. 25. diximus. Improbabilis omnino est eorum opinio, qui hæc non solum de Ioseph, & Maria, sed etiam de Christo dicta esse putant, quasi Simeon non solum parentibus, sed etiam infanti benedixerit. Quod ex ipsa verborum Euangelistæ serie refutatur.

Et dixit ad Mariam matrem eius.] Notauit Theophylactus ideo Simeonem, ad solam Mariam, vt diceret, quæ sequitur, relicto Iosepho se conuertisse, quod illa vere mater, ille non vere pater esset Christi. Puto etiam hanc fuisse causam, quod res non Iosephum attingeret, sed Mariam. Non enim Iosephi, qui vsq; ad Christi mortem nō vixit, sed Mariæ animam gladius penetraturus erat. *Et tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius.* At fortasse non alia de causa illud de Christo dixit, *Ecce hic positus est in ruinam,* quam vt hoc diceret de Maria. Videtur enim lætis tristitia miscere voluisse, & cum Christum salutare Dei, lumē gentiū, gloriam Israelis appellasset; Mariæq; benedixisset, id est, beatum eam tali filio prędito fecisset, vtrumque etiam futurum dixerit agonem passionem prædixisse, vt Mariam ad roborandam præpararet.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.] Facilis sensus, prædicit forte Simeon, vt in Christum alii non credentes offendant, cadant, atq; damnentur, quales plerique Scribarum, & Pharisæorum fuere: alii credentes resurgant, id est à peccatis liberentur. Quemadmodum non solum Gregor. Nazian. erat. 19. Beda, Theophyl. & Euthym. sed D. etiam Petrus interpretatur 1. epist. c. 2. 7. 8. & D. Paul' 2. Cor. 2. 15. Quod autem positum dicit, non significat ea ratione à Deo missum fuisse, vt in eum aliqui non credentes offenderent, quem admodū nonnulli, non satis, vt opinor, prudenter interpretantur: nec solum euentum, vt alii putant, significari arbitror. Illud nimium, hoc parum est: sed indicat ita propter se casuros alios, alios sancturos, quasi ideo venisset, vt alii caderent, alii resurgerent, quamuis non ideo venisset, vt aliqui caderent, sed vt omnes resurgerent. *Omnes enim salvos fieri volebat,* 1. ad Timo. 2. 4. Quemadmodum cum ipse de se dicit Ioannis 9. 39. *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Non significat se propterea in mundum venisse, vt aliqui cæci fierent. *Erat enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Atq; hæc est vis illius dictionis *positus,* vt non casus, sed consilium significetur; non quod eo consilio in eum fuerit quum ruinam positus fuerit, sed quod ita positus, ita comparatus, vt in hoc de industria à Deo positus videretur, vt aliqui caderent. Dicam fortasse & clarius, & brevius. Huiusmodi locutionibus quales in scriptura multæ sunt, non Dei consilium, sed tam certus significatur euentus, vt diuino consilio tribui possit videantur. Simile locus est, ex quo magnam hic lucem accipit, Isaiæ 8. 13. 14. *Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse sit timor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.* Cum enim Deus non ruinam se, sed in sanctificationem populo suo positum esse dicat, tamen multos eorum sua culpa ruinam sumere. Hic verus est sensus, nec velim alias quasdam interpretationes, quas apud Origenem, & Theophylactum inuenio sectotem sequi. Ruinam non peccatum, sed ipsius peccati casum, & interitum significare. Idem ruinam & resurrectionem esse; nihil enim aliud esse resurgere, quam peccatum in notis cadere. Non alios esse qui cadant, alios qui resurgant, sed eosdem prius à peccatis, quibus superbe itabant, cadere, postea in bonam vitam resurgere. Itaq; gentilium illum *multorum* non esse repetendum, quasi sensus sit in ruinam multorū, & in resurrectionem multorum; sed eundem cum vtroque nomine iungendum, vt sit sensus multos, eosdem & casuros, & resurrecturos. Mirabilius quod idem Origen. exponit Christum positum fuisse *in ruinam, & resurrectionem multorum*, id est, vt ipse in mortem caderet, multi vero alium vitam resumerent. Inter eos etiam quia ad aliorum ruinam, ad aliorum resurrectionem Christum positum exponunt, sunt qui gentilium *multorum*, non ad ruinam, sed *ad solam* resurrectionem referant, quasi non multi casuri, sed aliqui casuri, multi vero alii resurrecturi significetur. Sed non dubito gentilium *multorum*, & ad ruinam, & ad resurrectionem esse referendum, quemadmodum ratio ipsa Grammatice postulat. Meliore iudicio Greg. Nyssenus apud D. Thom. obseruauit, cum Simeon *lumen ad revelationem gentium* paratum dixit, absolute ac sine vlla adiectione dixisse, quia ideo paratum fuerat, vt omnes illo, quicumque vellent, frueretur: cum autem dixit *in ruinam, & resurrectionem*, addidisse *multorum*, quia nec ceciderunt, nec surrexerunt omnes.

Et in signum cui contradicetur.] *Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, & in signum, cui contradicitur.* Nec non facilius hic locus fuisset, si nemo eum exposuisset. Sed fecit multitudo, & varietas interpretationum, vt difficilis videretur. Multi enim interpretes distinxerunt varia signorum genera. Aliquando, inquiunt, signum accipitur pro significatione, aut pro eo, quod aliquid significat. Aliquando pro miraculo, aut prodigio, vt *fecisti signa, & prodigia multa in populo,* Actor. 5. 12. & *signa nostra non vidimus, iam non est Propheta,* Psalm. 73. 9. & *posuit in Ægypto signa sua,* Psam. 77. 43. Aliquando pro sermone, Gen. 9. 12. 13. 15. 16. 17. Aliquando pro vexillo Isaiæ 11. 10. eoindemque modis hunc locum exponunt. Nam signum contradictionis, aut cui cōtradicitur esse, quia cruci eius, quæ salutem nostrā significat, à Iudæis pareret, & gentibus contradictum est. *Iudæis,* inquit, *scandalum, gentibus autem stultitia,* 1. Cor. 23. Sic Beda, & Theophy. exponunt. Quam interpretationem Euthym. etiam reprehendit frē Christum magnum fuisse miraculum, quia & conceptio, & natiuitas, & vita, & mors eius tota miraculis plena fuit, sed quibus à multis non credentib. contradiceretur. Efficiente enim eo dæmonia aliti credebant, alii dicebāt *in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia,* infra ex. 11. 15. & Matthæi. 12. 24. Quæ expositio plerisque recentioribus placuit auctoribus. Et signum fœderis fuisse inter Deum, & homines quidam, vt Nicolaus Lyranus, interpretatur. Suot qui in signum vitæ, quo actiones nostræ dirigendæ essent, accipiant. Alias interpretationes taceo. Signum igitur hoc loco, vt quod res est, breuiter dicam, accipitur pro eo signo, in quod tolent sagittarii collimare, quem *scopon* Græci vocant, vt Thren. 3. 12. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.* Itaq; sensus est Christum positum esse in signum, in quod omnes fere Iudæi non solum linguas, sed etiam manu tela sua conicerent; non enim contenti sæpe blasphemasse, etiam crucifixerant, factumque esse, quod Hispani patrio prouerbio solent dicere, stultorum signum. Quemadmodum Zacharias c. 12. 10. dixit, *Et aspicient in me, quem confixerunt,* & Ioannes in Apocaly. cap. 1. 7. *Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Hunc esse verum sensum, ex eo perspicuum est, quod cum certum sit, voluisse Simeonem Christi passionem, mortemque significare, cum statim dicat, *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius;* nulla præter hanc interpretatio sit alia, quæ ad eius passionem, mortemque possit accommodari. Hæc autem expositione aptissima metaphora eius mors declaratur. Configitur enim sæpe, confoditur, laceratur sagittarius signum, quemadmodum in passione Christus ipsius, clauis, hasta confossus est. Obiiciat aliquis non bene cum hac interpretatione epitherum illud cōuenire *ἀντιλεγόμενον, cui contradicitur,* non enim sagittarium signo contradicitur. Respondeo sensum esse, *in signum, cui contradicitur,* id est, de quo sagittarii inter se contradicentes alii aliis certant, de quo trāsigendo contendūt, in quod certatim sagittas suas iaciunt, aliis affirmantibus se propius attigisse, aliis contradicentibus. Quo verbo significatur fore, vt certatim Iudæi in Christum manus iniciant. Atque hæc est causa, cur non dixit cui contradicetur, sed, *cui contradicitur,* vt aut Hebræorū loquamur modo, contradictionis, quia non est epitherum Christi, sed signi. Non enim significat Christum futurum esse signum, foreq; vt illi contradicatur, quod fecisse voluisset, dixisset potius *cui contradicetur,* vt Tertul. vertit in lib. de carne Christi, aut, vt idem alio modo transfert, *contradicibile:* sed significat futurum similem signo, cui contradici, id est, de quo ferendo, confligendoque certari solet. Hoc non animaduertentes quidam interpretes dixerunt propterea Simeonem præsenti tempore vsum fuisse, quod iam tunc cœptū fuisse contradici Christo; iam enim ante turbarum Herodem fuisse, omnemq; Ierosolymam cum illa, iam, dum Christus ad necem quęrebatur, occisos infantes. Non enim de ea, vt diximus, cō-

tradictione, sed de morte & passione agit. Nemo ad hunc sensum propius quam Oūg. accessit, etsi is ipse non satis mihi videtur assecutus.

35. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.] Hunc etiam locum variæ interpretum sententiæ obscuriorem reddiderunt. In duabus dictionibus obscuritas est, anima, & gladio. Tuam ipsius animam mirum, quomodo Hugo bonus alioquin auctor interpretetur *tuam,* inquit, *ipsius animam, id est, animam ipsius Christi, quæ tua est, super gladium Christi passionem intelligimus.* Non minus altera eiusdem auctoris expositio mirabilis est. *Tuam ipsius animam,* id est, tuam animam quæ est ipsius Christi. Græce nulla eiusmodi ambiguitas est, vbi genitivus *αὐτῆς ipsius,* fœminino est, nec potest ad aliam, quam ad Mariam, referri personam. Etsi ambiguus esset, tamen ratio ipsa non pateretur, vt aliam personam, quam Mariam, referret. Gladium omnes confitentur non proprie accipi, sed metaphorice, idque Ambrosius, & Beda monuerūt. *Nec littera,* inquit Ambrosius, *nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis nec ii passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transfoderabatur.* Etsi ratio quæ id Ambrosius, & Beda, aliique nonnulli recentiores auctores probant, non satis efficiat; quod si proprie gladius acciperetur, non dixisset, tuam ipsius animam, sed tuum ipsius corpus pertransibit gladius. Nam anima, & proto to homine, & pro solo corpore, contentum pro cōtinenti sumi solet. *Terruit,* inquit Dauid, *pertransiit animam eius,* Psal. 104. 18. cum de ferreis certe compedibus loqueretur, quæ non animam, sed corpus attingebant. Res ipsa ex historiis manifesta est, quamuis alio argumento probati non posset beatam Mariam neque martyrii, neque genus aliud violentæ mortis subiisse; itaque necesse est, vt gladius aliter, quam pro martyrio, aut violenta accipiatur morte. Scio non defuisse, qui pro morte non naturali, sed violenta accipi putarent, non quod gladio Maria occubuerit, sed quod, dum iuxta Christi crucem esset, vi oppressa doloris animā exhalauerit, alioqui nihil de illa his verbis singulare dictum fuisse; id naturalem, sicut omnes homines tantum mortem obiisse. Eam vim habere dictionem, *&*, cum dicit Simeon, *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius,* quasi dicat, sicut Christi, ita etiam tuam. Nam de Christo paulo ante dixerat eum in signum, cui contradicitur, positum fuisse, indicans, quod mortis genus subiturus esset: subiit autem Christus veram mortem; ergo & Mariam eandem mortem dolorisplenam subiisse, siquidem idem vtrumque gladius transfossurus significatur. Quæ opinio eadem illa, qua probatur, tatione refutatur. Nam cum Christi & Mariæ gladius idem, aut certe similis fore significetur, & Christi gladius verus fuerit, fero enim occisus est, vt utumque martyrium subiit: sequitur & Mariæ gladium ferum fuisse, atq; martyrium. Quod neque auctores illi concedunt, nec vlla ex historia, vt ait Ambrosius, probari potest. Vero simillima afferunt, qui non mortuam iuxta crucem, sed examinatam fuisse dicunt; sed neq; hoc ipsum credendum est, & est tanquam errori affine à nonnullis notatum auctoribus, cum neque in scriptura sacra, nec in vllo antiquo, & bono auctore legamus. Contra potius legimus eam Christo moriente mixta cruce tam integris fuisse sensibus, vt cum ea de cruce Christus loqueretur Ioan. 19. 26. Alii gladium interpretati sunt dubitationem in fide; cum enim tam afflictum, abiectumque vidisset filium, dubitasse. Cuius interpretationis primus fuit Auctor Origenes homilia in hunc locum 17. eum deinde nonnulli Græci præsertim, secuti sunt, Chrysost. Augu. aut quisquis auctor est qq. veteris, & noui testamēti, q. 73. Amphiloc hius in hom.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA FACULTAD DE TEOLOGÍA BIBLIOTECA GENERAL

in ho. de occursu Domini, & Theophy. in comment. A citat & D. Thom. Basilium in epist. ad Optim. in eandem sententiam. Et quidem August. aut quisquis ille est Auctor, in morte dubitasse ait, sed statim fuisse eiusdem Christi resurrectione confirmatam: sicque interpretatur verbum illud, *Pertransibit*. *Quod autem, inquit, adiecit, dicens, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt revelentur ex multorum cordibus cogitationes, hoc vtique significat, quia etiam Mariæ, per quam gratia est mysterium incarnationis Saluatoris, in morte Domini dubitauit, ita tamen vt in resurrectione, breuiter, & virtute firmaretur: omnes siquidem eo in morte Domini dubitarunt, non tamen in dubitatione manerent. Sic enim animam pertransiit gladius, vt dubitatio non permaneat in cogitatione, sed pellatur superueniente reformatæ scripturæ virtute.* D. Thomæ, & aliorum posteriorum illo auctoritati pietatiq; laudo, qui ita hos veteres auctores interpretari conati sunt, quasi dubitationem nō infirmitatem fidei, sed rerum visarum admirationem, stuporemque appellauerint. Cæterum vereor vt eorum auctorum verba hanc interpretationē admittant. Melius de sanctissima virgine cogitandum, cuius sanctitas, & in filii passione constantia consecuta est, vt vulgo sola tunc fides ei data retinuisse. Quod etsi verum, vt opinor, non est, scio, à bonis esse Theologis refutatum, tamen hoc certe indicat, omnes homines piosiu dicasse maxime eius fidem moriente Christo fuisse constantem. Inuenio qui gladium vltimum Christi iudicium intelligant, & ignem illum, quo omnes probandos esse dicit D. Paulus 1. Corinth. 13. in quibus Hilarius est in com. in Psalm. 118. Sed præterquam quod illa opinio de igne purgatorio ab omnibus fine discrimine subeundo, etsi Origin. & fere antiquissimi cuiusq; auctoris fuit, tamen merito à posterioribus Theologis reiecta est; ideo non potest is esse sensus huius loci, quod illa ratione nihil de Beata Virgine singulare diceretur, cum manifestum sit Simeonem aliquid de illa proprie dicere voluisse. Alii gladium verbum Dei esse dicunt, quemadmodum D. Paulus ad Ephe. 6. 17. appellat. Quem gladium Mariæ animam transisse, quia Maria verbum Dei, eiusque mysterium intellexit. Ad hunc modum Ambros. hoc loco, & li. de virginibus 4. Memini & apud alios interpretes legere gladium hic pro amore poni. quasi futurum dicat Simeon, vt amor erga patientem filium Mariæ animum vulneraturus esset. Nam & amor gladio aliquando comparatur, amantisque animum vulnerare dicitur, *Vulnerasti*, inquit, *cor meū soror mea.* Cant. 4. 9. sed longe hoc abest à sensu huius loci, vbi nō de amore, sed de dolore agebatur. Verior aliquando vulgi quam sapientum sententia est, quod dum simplicius veritatem quærit, facilius inuenit. Id hoc loco accidit, vbi probabilior mihi videtur vulgaris opinio gladium vehementem dolorem significare, quem Maria ex filii passione perceptura erat. Quanquam non vulgi tantum, sed etiam Hieronymi, aut quicunq; alius est auctor ferm. 1. de assumptione, Bedæ, Theophy. & Euthym. in commentariis est. Tantum videtur obstare, quod, vt diximus supra, aut idem aut similis Christi, & Mariæ gladius fuerit' fuisse significetur, in Christo autē non solus dolor, sed vera etiam, vt corporalis passio, atque adeo mors significatur. Dicat hic, quod an lectori probatura sim nescio. Gladius hoc loco qui Mariæ animam transiturus dicitur, non ipsius Mariæ, sed Christi fore significatur. Nō enim duo similes alter Christi, alter Mariæ, sed vnus tantum Christi gladius designatur, ipsa eius mors; atque ille ipse Christi gladius Mariæ animam penetraturus dicitur; non quod occisuros eam omnino esset, vt Christum, sed quod Christum occidendo eam esset vulneraturus. Sumpsit enim, vt opinor, Simeon de medio metaphoram. Sæpe vsu venit, vt aliquis tam fortiter gladio, aut hasta quempiam transfodiat, vt in alteram partem gladius egressus aliquem proxime astantem, si non occidat, grauiter vulneret. Hoc indicauit Simeon in Christi etiam passione euenturum, vt idē ille mortis gladius, qui illum occisurus erat, matrem etiam, & carne, & affectu, & loco proximam vulneraret, atq; transfigeret. Vulneraturum, transfixurumq; significauit, cum dixit, *Pertransibit*; non occisurum, cum non corpus, sed animam dixit, vt indicaret non corporis mortem, sed animi dolorem effecturum. Hæc est emphasis illarum duarum dictionum *& animam*. Cum enim dicit *&*, significat eundem fore gladium, qui & Christum occisurus, & Mariam vulneraturus esset: & cum dicit *animam*, non mortem, sed intimum dolorem declarat.

Quidnam gladii nomine intelligendum sit.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.] Multi hęc verba iungunt cum proxime præcedentibus, quasi ideo gladius virginis animā penetraturus esset, vt appareret quid quisque in animo gereret, aut certe soluerent, vt ex eo hoc sequeretur. Vtrum enim particula *Vt* causam hic an euentum significet, modo nō disputo. Ad hunc modum Origenes, Hilar. Chrysost. Amphilochius, Theophyl. & iis in locis, quos paulo ante demonstrauimus. Diuerso tamen sensu. Nam Origen. in Chrysostom. Amphil. & Theophil. permissurum Deum, vt Maria de fide dubitaret, vt eo modo eius cogitationes apparerent. Hilar. vero ideo exuemi iudicii igne probandam, vt eius sicut & aliorum hominum cogitationes patefierent, &, vt ait D. Paul. 1. Cor. 4. 5. illuminarentur *abscondita tenebrarum*. Vno vtrumque verbo refutatur, quod Simeon non solum de Maria, sed de multorum etiam loquatur cordibus. Ex aliis etiam auctoribus nonnulli sunt, qui similiter legant, quamuis non similiter interpretentur. Ambros. serm. 13. in Psal 118. *Ille*, inquit, *intelligit, qui subulam, & aurem mentis vigore transcendit, & vltam animam, quam pertransiuit gladius, ad reuelanda cordis occulta perpetua præmia libertatis attollit, vel examinandis sermonibus solicite seruiens quoscunque virtutis suæ aures susceperit, mysterio sanctificat spirituali.* Videtur dicere voluisse verbū Dei, quod lib. 3. de Virginibus gladium interpretatus fuerat, ita virginis animam penetraturum, vt eius patefaceret cogitationes. Admirabilis etiam est interpretatio quam Euthym. adhibet. *Vt reuelentur*, inquit, *cogitationes eorum, qui sufficiebantur hāc non esse illius matrem. Sicut enim multi ad ea respicientes quæ hominum sunt, diebant hominem tantum esse filium Mariæ: ita rursum alii attendentes ad ea quæ diuinitatis eius erant, sufficiebantur, quod esset tantum Deus, nec esset huc mater eius: tunc autem intuentes eam amare dolentem, ac plurimum lugentem, naturæque cedere, crediderunt, quod mater esset eius: & retegit aut, sius prodebant cogitationes cordium suorum, quæ à suspitione processerant.* Melior sententia est, minus licet graues auctores habeat eorum, qui hæc verba ad superiora referunt, *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum. & in signum cui contradicitur*, quasi illa verba, *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius* parenthesi legenda sint, atque hic sit sensus, *Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*; id est, vt eo patiente appareat, quo quisque erga illum animo, qua quisque fide sit. Quod non apparuisset in rebus eius prosperis. Si enim Regis venisset habitu, temporaliaque largitus fuisset beneficia, nemo non eum secutus fuisset, sed abiectum, afflictum, & tam multa patientem videntes alii sequebantur, alii perse quebantur; alii credebant, alii irridebant. In ipsa cruce ex duobus latronibus alius tanquam Deum orat, alius tanquam hominum nefarium, sceleratumque blasphemat, vt recte Beda, & Theophy. in commentariis, & Gregorius Nyssenus apud D. Thom. exponunt. Id hodieq; fit Christo, id est eius corpore Ecclesia Catholica inter Turcas, & hæreticos, maximeque in Anglia patiente, aliis fidem negantibus, aliis pro fide morientibus. Quod an Angelicus auctor Beda de suo dixit tempore. *Sed & vsq; hodie*, inquit, *& vsq; ad consummationem sæculi præsentis Ecclesia animam gladius durissima tribulationis pertransire non cessat, cum signo fidei ab improbis contradicitur, audito Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate retrorsum gemebunda pertrahit.* Nihil hic præterea notandum, nisi particulam *Vt* non causam, sed euentum, & consequentiam significare, vt innumeris iam locis adnotauimus.

Insignis exemplum.

36. *Et erat Anna prophetissa.*] Erat in Ierusalem mulier quædam nomine Anna, quæ spiritum propheticum habebat. Alium diuersi sexus Euangelista producit testem, quemadmodum obseruauit Ambros. *Non solum, inquit, ab angelis, & prophetis, & à pastoribus sed etiam à senioribus & iusta generatio Domini accepit testimonium. Omnis ætas, & vterque sexus, euentorumque miracula fidem astruit. Virgo genet at, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua consitetur, iustus expectat. Et infra, prophetauit itaque Simeon, prophetauit et copulata coniugio, prophetauit et virgo; debuit etiam vidua prophetare, ne qua aut professio deesset, aut sexus.* Quo autem omni exceptione maius eius testimonium haberetur, & diligenter eam describit, & multis nominibus laudat. Describit. dum nomen eius, & genus, & ætatis conditionem exponit. *Anna* inquit *filia Phanuelis, de tribu Aser, vidua*, maior octogenaria, ne quis eum putaret ignobilem, & obscurum citare testem. Laudat vero simul ab ætate, simul à continentia, cum dicit eam leprem tantum à virginitate sua annos cum viro suo vixisse, reliqua vsque ed multam senectutem ætate vidnam permansisse; simul à pietate, & religione, quod dies, ac noctes esset in templo; simul ab omni sanctitate vitæ, morumque senentate, quod ieiuniis semper, & obsecrationibus seruiret; simul à diuinis donis, quod propheticum haberet spiritum, quem si non habuisset, tamen ea erat conditio personæ, vt à nemine possit eius testimonium reiici. Quid quod prophetis erat, & non humano, sed diuino spiritu loquebatur? Recte dixit Ambros. *Ideo Anna & septenariis vidualitatis, & mortibus talibus inducitur, vt digna plane fuisse credatur, quæ reuelaretur reuisse omnium nuntiaret.* Quod dicit, *processerat in diebus multis*, Hebraismus est, quo admodum senilis significatur ætas, vt supra cap. 1. 7. 18. Quod autem ait, *à virginitate sua*, sic interpretor, quasi diceret à prima sua pubertate, à prima virginitate, id est, ab eo tempore, quo virgo esse cœpit, sicut dicimus à puritia, id est, ab eo tempore, quo aliquis cœpit esse puer. Tunc enim fœmina incipit propriè virgo dici, cum nubilis esse incipit. Nec enim proprie virgo est, quæ capax non est corruptionis. Voluit ergo Euangelista significare Annam à prima sua pubertate, id est, ab anno duodecimo, aut circiter nuptui datam fuisse, & septem annos vixisse cum viro, quo mortuo ab anno decimo nono, aut circiter vsq; ad octogesimum quartum permansisse viduam, vt eius castitatem commendaret, quæ profecto valde tam longo tempore, tamque immatura ætate amisso viro probata est. Scio alios exponere vixisse eum viro à virginitate sua, id est, ex quo tempore nupsit: ex quo virgo esse desiit: sed minime probo.

37. *Et hæc vidua vsque ad annos octaginta quatuor.*] Gr. ὡς ἐτῶν ἑβδομήκοντα τεσσάρων, circiter annorum octoginta quatuor. Noster interpres videtur legisse ἕως ἐτῶν ἑβδομήκοντα τεσσάρων, vsque ad annos octoginta quatuor, quemadmodum vertit, atque sic quidam exponunt, quasi octoginta quatuor totos annos vidua permanserit. Minus probabile.

Quo non discedebat de templo.] Quæ frequens erat in templo. Non discedebat dixit Euangelista per hyperbolem, sicut qui valde familiaris alicui est, dicitur ab eius latere nunquam discedere. Non ergo dicitur nō discessisse à templo, quod in templo habitaret, vbi habitare mulieribus non licebat, sed quod assidue frequentaret templum, quemadmodū facere pias mulieres decet, maximeque viduas. Et quidem Origen. & Euthym. non abs re dixerunt propterea Spiritum sanctum Annæ datum fuisse, quod templū frequentaret. Eoq; exemplo Christianas mulieres ad frequētanda Christianorum templa cohortantur, alio prorsus spiritu quā Calvinus, qui parum abfuit, quin Annam ob frequentantum tam assidue templum superstitionis argueret. Puduit palam dicere, sed iis qui eius mores, stylumque perspectum habent, satis dicit aperte.

Calvinus Annā pene accusat superstitionis in hac re: mia.

Ieiuniis, & obsecrationibus seruiens.] Qui interpretantur ita quasi *ieiuniis*, & *obsecrationibus* tertius sit casus, significeturq; ieiuniis, & obsecrationibus seruisse, id est, dedisse operam, non satis mihi videtur Græci verbi proprietatem animaduertere λατρεύω, quod in sacris quidem literis nō datiuum rei, sed personæ solet admittere. Quare non est sensus ieiuniis, & orationibus dedisse operam, sed ieiunio, & orationib. Deum coluisse, hoc enim Græce est λατρεύειν. Itaque ex hoc loco Catholica aduersus hæreticos sententia confirmari potest, ieiunium non solum exercitationem, & mortificationem esse corporis, sed etiam religionis cultum, cum Anna ieiuniis etiam dicatur Deum coluisse. *Non per se*, inquit Calvinus, *sed quatenus ad orationem referuntur ieiuniorum ad cultum Dei pertinet.* At Euangelista eodem contextu, eodemque modo dicit Annam ieiuniis, & obsecrationibus coluisse Deum, oratio autem per se ad diuinum pertinet cultum. Ac Cyprian. quidem certe in libro de oratione Dom. Annam dicit ieiuniis illis, & obsecrationibus Deum promeruisse.

Ieiunii Catholici defensio aduersus Calvinum in Harmonia.

38. *Et hac ipsa hora superueniens.*] Eodem momento temporis, quo Simeon in vnis tenebat Christum, illumque diuinum in eius laudem hymnum canebat, Anna quasi eodem, quo Simeon fuerat, vt in templum veniret, afflata spiritu superuenit, Suam singula verba emphasin habent. Nam quod dicit *Hac*, vnica syllaba omnes illos titulos comprehendit, quibus paulo ante Annam ornauerat. Hæc, inquit, talis, ac tanta fœmina testisq; dignissima fide venit. Et quod dixit *Ipsa hora*, indicat adeo opportunum fuisse eius aduentum, vt non nisi Spiritu sancto impulsa venisse videretur, quemadmodum 1. 1. 7. de Simeone dixerat. *Et venit in Spiritu in templum.* Et quod dicit *superueniens*, aut vt Græce est, ἐπιστᾶσα, adstans, aut assistens, ostendit ideo venisse, vt quæ à Simeone de Christo dicta fuerāt, confirmaret. Quæ fortasse causa fuit, cur Euangelista verba Annæ non recitauerit, quia indicaturat in eandem sententiam, qua Simeonem, prius locutam fuisse.

Confitebatur Domino.] Laudabat Dominum, aut gratias Domino agebat, ex Hebræo idiomate יהודה nisi quod Græca propositio maiorem addit vim ἐξομολογέω, vicissim confitebatur, id est laudabat Deum confirmans ea, quæ à Simeone dicta fuerant. Dominum vocat Christum, quia statim sequitur. *Et loquebatur de illo*, quod de Christo intelligendum esse perspicuum est. Dominum autem haud dubie vocauit Deum יהוה, itaque Christum Deum esse significauit, Euthym.

Omnibus qui expectabant redemptionem Israel.] Gr. τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν Ἰσραὴλ in Ierusalem. Origen. hom 17. Israel legit. Euthy. vero *in Ierusalem*. Vtraque lectio bonum habet sensum. Nam si legamus *in Ierusalem* sensus erit non quidem locutam esse omnibus, qui expectabant redemptionem, sed iis tantum, qui erant in Ierusalē. Si vero legamus *Israel*, hic erit sensus, locutam esse omnibus, qui expectabāt populi Israelitici redemptionem, vt supra ℣. 25. Fortasse vtrumq; scripsit Euangelista, omnibus qui expectabāt redemptionem Israelis locutam esse in Ierusalem, vbi habitabat, nec enim decebat mulierē cōcionabūdā per alias diccurrere ciuitates. Quid? an nō omnes Iudæi redemptionē Israelis expectabāt? Expectabāt quidē, aut se certe expectare profitebantur; sed alij vel incerto tēpore, vel minore cura: alij aut eo tempore, quo venit, aut maiore expectabāt desiderio. Hos opinior intelligit, hos Anna auditores discendi Christi adnentū auditores deligebat.

A

B

C

D

E

19. *Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini.*] Multis de causis Euangelista hoc videtur dicere, & vt Mariæ, atque Iosephi religionem declaret, qui nihil eorum, quæ lege præcepta fuerant, prætermiserint; & vt indicaret in Christo omnia, quæ in primogenito, ac Rege fieri oportebat, rite facta fuisse; & vt insinuaret non ob aliam causam Ioseph, & Mariā in Bethlehem tamdiu fuisse commoratos, quam religionis.

Reuersi sunt in Galilæam.] Vtrum statim reuerterint in Galilæam, an prius ex Bethleheē fugerint in Ægyptū, deinde ex Ægypto regressi se contulerint in Galilæā, vt Matthæus indicat, apud illum c. 2. 13. 21. disputauimus. Prætermisit Lucas fugam in Ægyptum, atque Magorum aduentum fortasse quod sciret de iis rebus satis copiose scripsisse Matthæum.

40. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu.*] De totā Christi pueritia, & adolescentia vsq; ad annū tricesimū, nihil neq; alij Euangelistæ, nec Lucas narrāt, præter id quod infra ℣. 42. solus eā memorat Lucas, Christū cum duodecim esset annorū, & cum parentibus ad diem festū Ierosolymā veniſſe, clam se ab illis subduxisse, & cum Doctoribus disputasse. Quid reliqua fecerit ætate, hoc vno verbo comprehendit, cuiusse corpore, & spiritu, quod aliis verbis postea repetit ℣. 52. dicens eum creuisse *sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Quorum verborum quia eadē est sententia, vtrumq; simul locum hic explanabimus. Omnis in eo quæstio versatur, quomodo spiritu, sapientia, & gratia creuisse dicatur, cum ab initio ætatis nō te & spiritu, & sapientia, & gratia plenus fuerit, & nō ita quidem plenus, quemadmodū Ioannes, & alij nō nulli homines pleni fuisse dicuntur, sed ita, vt spiritu, sapientia, & gratia crescere nō posset. Illud certū, neq; diuina sapientia, qua vt Deus præditus erat, quia infinita, neq; humano spiritu, id est anima, quia impartibilis est, crescere potuisse. De humana igitur sapientia omnis est quæstio. Fuit hic olim locus acri admodum studio inter Catholicos, & Arianos agitatus, disceptaturque ea disputatione summa religionis nostræ diuinitas Christi. Obiiciebant Ariani Deū non esse, qui spiritu, sapientiaq; profecisset. Respondebant variē Catholici, quidā profecisse quidē vere, sed humana, nō diuina sapientia, & profecisse vt homine, non vt Deū Athanas. ser. 4. contra Arianos, Epipha. in Anchorato, Ambros. in libro de incarnationis dominicæ sacramento c. 7. Cyrillus libro 10. Thesauri c. 7. & lib. de recta fide ad Reginas, Fulgentius libro 1. ad Thrasim. Beda, & Euthym. Libenter hanc sententiam omnes hæretici noui, Lutherani, & Caluiniani amplexi sunt. Magis fecundum si eorū, quos nominauimus, Patrum auctoritate commoti fecissent; sed, vt puto, nesciebant, eam aliquorum Patrum fuisse sententiā, non secuturi fortasse, si scissent; tantum contra illos bellum susceperunt: nunc autem cum sola id impietate, adducti fecerint, qua non sanctis modo, sed Christo etiam, quantum possunt, detrahunt, ferendū profecto non est. Hęc aliquorum veterum auctorum responsio, non immerito est à posterioribus Theologis subtilius rem explorantibus repudiata. Et vero illi ipsi, qui eius fuerint auctores, Athan. & Cyrillus quasi ea non satis fidentes aliasadhibuerunt. Nō vere in se profecisse, sed in nobis, quia vt non spiritu, sapientia, & gratia proficeremus, effecit; itaque non de propria Christi persona, sed de persona corporis eius, quod est Ecclesia, vt multa alia, id esse dictum. Item quod rem magis continet, non vere, acre ipsa, sed demonstratione, ostensioneque, & hominum opinione profecisse, quod illi quos diximus, & alij omnes veteres, recentioresque auctores docuerunt Origen. homil. in Lucam 20. Epiphan. in Anchor. Gregorius Nazian. in orat. de laude Basil. 30. & Theophyl. in huius loci comment. Cæsar. Dialog. 1. Vigilius libr. 3. & 5. contra Eutych. & Gaudent. in responsione ad Paulum Diaconum in illa verba Ioann. 14. 28. *Pater maior me est*, & Damascen. in libro de duabus naturis. Posteriores Theologi rem magis illustrarunt, quadruplicem in Christo fuisse scientiam, diuinam, beatam, infusam, vsu comparatam, quam experimentalem vocauerunt. Ergo nec diuina, nec beata, neque infusa scientia proficere potuisse, quia infinita erat, sola profecisse experientia, quemadmodum indicat D. Paulus ad Hebræos 5. 8. cum dicit, *Didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam.* Confirmat Theophyl. & hanc interpretationem ex versu 46. vbi dicitur cum doctoribus disputasse, omnesque prudentiam eius mirarossuisse. Vnde colligit, propterea dictum esse eum profecisse sapientia, quia suam hominibus sapientiam ostenderat. Obiicitur contra hanc interpretationem à nonnullis quod versu 52. non solum apud homines, sed etiam apud Deum in sapientia, & gratia dicatur profecisse. Neminem vero vim Hebraicæ phrasis ignorate idem esse apud Deum, & vere, vt cū c. 1. 6. Zacharias, & Elisabeth iusti apud Deum fuisse dicuntur. Respondeo, quemadmodum recentiores omnes Theologi, ac nonnulli etiam veteres responderunt, sensum esse, profecisse apud Deum, id est vere, non quod vere profecerit, sed quod hominibus vere, id est, non solum apud homines, sed etiam apud Deū proficere videretur. Obiicitur. quod eodem modo dicatur sapientia, & gratia, quo ætate profecisse; ætate autem vere profecerit, non sola hominum opinione. Reuocandum in memoriam est, quod multis supra locis adnotauimus, solere aliquando in scriptura verba in eodem posita contextu non eodem modo accipi. *Ascendo.* inquit Christus, *ad patrem meum, & patrem vestrum* Ioannis 20. 17. si, quia hæc verba eodem contextu dicta fuat, eodem modo accipi oportet, sequetur illud absurdum, Deum non aliter patrem esse Christi, quam nostrum, quod ex eadem scriptura falsum omnino esse constat. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, inquit Christus Matthæi 8. 22. dubium non est quin priori loco animo, posteriore corpore mortuos appellet, sed coniunxit in eundem contextum, quia vtrique, quamuis non eodem modo, mortui dicantur. Sic hoc loco sapienria, gratia, & ætate Christus dicitur profecisse, quamuis non eodem modo sapientia, & gratia, quod ætate, profecerit. Nam ætate quidem vere, sapientia & gratia sola hominum opinione profecit. Obiicitur denique quod cap. 1. 80 idem de Ioanne dixerit, *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu*, Ioannes vero non sola hominū opinione, sed vere creuerit. Respondeo etiam de Ioseph, & Maria

Christus quomodo spiritu, & sapientia creuisse dicatur.

Scientia in Christo quadruplex.

Verba in eadem loco non eodem modo accipiende.

Maria idem dixisse, nam vtrumque Christi pareatem appellant, tamē non sequitur aut Ioseph um eodem modo quo Mariam, aut Mariam non alio modo, quam Ioseph um Christi fuisse patrem.

41. *Et erant parentes eius.*] Quomodo Ioseph um Christi patrem vocet, diximus supra ℣. 33.

Per singulos annos in Ierusalem ad diem festū Paschæ.] Iubebat lex, vt omnis masculus ter singulis annis coram Domino appareret, in festo Paschæ, in festo hebdomadarū, id est Pentecostes, & in festo tabernaculorū. Exo. 23. 15. 16. 17. & 34. 23. & Deuter. 16. 16. De fœminis nihil dicebatur, quia, cum ideo coram Domino apparerent vt profiterentur, vir, qui caput erat, pro fœmina profiteri videbatur. Non prohibebantur tamen mulieres, si vellent, id facere religionis causa. Itaque Maria, etsi non cogebatur lege, & longe à templo habitabant, tamen cum suo sponso singulis annis ad templum veniebat. Cur autem non veniret Ioseph nisi in festo Paschæ in templum, cum ter per annos singulos venire iuberetur, causam fuisse credēdū est, quod tam longe ab Ierosolymis habitaret, quatuor scilicet, aut circiter dierum interuallo. Hugo, & Lyran. cum iis, qui longius habitarent, dispensatum fuisse dicunt, vt non nisi die Paschæ venirēt. Nam eo die nemo nisi morbo impeditus excusabatur. Mihi nō videtur probari posse Iosephum non nisi die Paschæ venire solitum. Nam etsi Euangelista solius Paschæ mentionem facit, non negat tamen aliis duobus festis diebus consueuisse venire: sed quia, quod narrare volebat, duodecimum Christum Ierosolymæ insciis parentibus remansisse, die Paschę cōtigerat, solius meminit Paschę. Mento vero dubitat Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 17. quomodo potuerint Ioseph, & Maria vna cum puero Christo per singulos annos Ierosolymam ire, cum Archelaus ibi regnaret, cuius metu, vt Matth. 2. 22. secesserant in Galilæam. Duobus modis respondet, aut, quod dicit Euangelista, nō esse intelligendum de omni generaliter tempore, sed de eo tantum, quo relegato iam Archelao sine vllo eius metu venire potuerunt, aut timorem Dei, & legis eius obseruationem Archelai timori præstitisse, facileque in tanta hominum multitudine, quanto eo die Ierosolymā confluebat, potuisse latere. Hoc est probabilius, quia Euangelista nullo excepto per singulos annos venisse dicit, & quia Iosephus libr. 17. antiquit. c. 15. Archelaum decem annos regnasse tradit. Itaque cum hoc ipsum accidit, quod modo Lucas narrat, aut Archelaus adhuc regnabat, aut vno certe anno ante regnare desierat. Nam Herodes Archelai pater, vt apud Matthæum cap. 2. 22. probauimus, duos vt minimum post natum regnauit annos.

42. *Et cum factus esset annorum duodecim.*] Dicit in fine huius versus ad expiendam sententiam, Ascendit & puer cum illis, eo nimirum Hebræorum idiomate, quod supra ℣. 21. notauimus. An ascenderit Christus cum parentibus in Ierusalem per singulos annos, an eo tantum anno quo hæc contigerunt, quis grandiusculus erat, cū perit ascendere, incertum; sed est probabilius per singulos annos ascendisse, idque mihi videtur Euangelista obscure licet indicare, cum non dicit eo anno ascendisse, sed remansisse in Ierusalem, quasi insuetus alias annis ascendisse quidem, sed nō remansisse; & quasi satis esse putauerit dicere ascendisse parentes, vt & puerum ascendisse intelligeremus. Atq; ita Beda sentit. in hom. in hæc verba, & Iuuencus carmine hunc locum reddens;

Zib. 1. hist. Euang.

Ad templum læte puerum perducere festa
Omnibus annorum vicibus de more solebant.

43. *Consummatis q; diebus.*] Gr. τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, & cum peregissent dies, id est, cum Ioseph, & Maria septem azymorum dies nec celebrassent, quēadmodum lege præceptum erat Leu. 23. 6. 7. & Deut. 16. 8. expressit hoc Euangelista, non solum vt leges seruaret hisitoriq; quæ erat institutis temporis, & loci commendatus, sed etiam vt Mariæ, & Iosephi religionem ostenderet omnia, quæ ad Dei cultum pertinebant, rite peragentiam.

Remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius.] Insciis parentibus. Parentem vocat etiam Ioseph ea ratione, quam supra exposuimus vers. 27. Tria hoc loco quæri possunt, cur voluerit Christus remanere in Ierusalem; cur ea ætate, non ante, non post; cur insciis parentib. Videtur Christus in ipsa sua pueritia specimen aliquod diuinitatis suæ præbere voluisse, ne, si postea annos natus triginta nullo dato ante sapientiæ suæ documento de improuiso ad docendum prodiisset, homines magis admirarentur, quam crederent. Nam cum & hunc sapientiæ suæ gustū dedisset puer, tamen postea dicebant Iudæi, *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes* Matthæi 13. 54. & *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Ioann. 7. 15. Id autem duodecimo ætatis anno facere conuenichat, quo potissimum tempore incipit puerorum ingenium apparere & capessendis literis aptum esse. Atque hac ratione quæstio explicata est à Beda in commentariis prima & secunda. Alio etiam modo & idem Beda, & Ambr. ad secundam quæstionem respondet, præterea duodecimo ætatis suæ anno sapientiam suam ostendere cœpisse, quod hoc mystico numero missurus postea esset Apostolos ad prædicandum Euangelium. Quid ex hoc loco veteres hæretici Valentiniani colligerent, Irenæus l. 1. c. 17. docet, nec operæ pretium est eiusmodi deliria recitare. Ad tertiam quæstionem Euth. & Græc' ille auct. or D. Tho. respondent ideo clam parentibus remansisse, ne si id illis indicasset, aut ab ipsis impediretur, aut illis, si morem non gessisset, videretur non satis obedire. Magis alia ratio quam affert Beda mihi placet, propterea id fecisse, vt ostenderet aliam se habere patrem, cuius rei illis etiam non consultis agere deberet, quo que illis soleret obedire, voluntate solitum facere, non debito. Quod ergo Euangelista dicit, *remansit in Ierusalem*, non ita intelligendum est, quasi aut errore, aut casu, sed quasi certo diuinoq; consilio id factum fuerit. Et quidem Origenes ho. 19. videtur existimare inutile sese fecisse, vt Ierosolymæ remaneret, quemadmodū postea volentibus eum Iudæis lapidare abscondit se, id est disparuit, inutile sibi esse fecit Ioan. 8. 59. Idem quoq; videtur apud D. Thom. Græcus ille, qui citat. auctor indicare, est q; credibile hominem præsertim Græcū ex Origene assumpsisse.

Mulieres etiam profecti solebant.

Duodecimus annus est sapientiæ sua specimen dederit Christus.

Cur clam parentibus remanserit in Ierusalē.

44. *Existimantes autem eum esse in comitatu.*] Cum omnes Iudæi ad festum Paschæ die conflueret solerent, credibile est turmatim, opidatimque & venire solitos, & redire. In eo igitur comitatu Nazarethanorū ciuium cognatorum præsertim, amicorumq; putabat parentes esse Christum, vt ex euentu colligitur, inter eos enim solos eum dicuntur quæsiuisse. Hoc certius, quia ex ipso Euangelista sumptū est, quam quod Beda in commentariis, & in homilia in hæc verba, & Bedā secutus Lyranus tradunt, morem fuisse Iudæis, vt vehementes ad festum, domumq; reuertentes, separatum viri mulieres, ac pueri progrederentur. Ita factum vt pater cum matre, mater cum patre puerum esse crederet, ne vtero; de illo inquireret. Quæ nec sunt ipsa per se probabilia, quis enim credat matres filios suos paruulos à latere suo passas fuisse dilcedere? & videntur tum Euangelistæ, tum inter se repugnare. Nam cum dicit Euangelista parentes existimasse, eum esse in comitatu, & inter cognatos atq; amicos eum quæsiuisse, non obscure significat Iosephum, & Mariam

simul isse, putasse que Christum non cum pueris, sed A cum cognatis & amicis esse. Ahoqui non inter cognatos & notos, sed inter pueros quæsiuissent. Pugnantia etiam inter se dicunt, si enim pueri gregatim, seiparatim; progredi solebãt, quomodo pater cum matre, mater cum parte, vt illi dicunt, esse putabant, cum ex consuetudine scirent, non posse esse nisi cum pueris? Quod autẽ dicit Euangelista existimantes esse in comitatu, idco dixisse arbitror vt à parentibus omnem negligentiæ, culpæq; suspicionem remoueret. Non enim negligentes, & incuriosi, sed credentes in comitatu cognatorũ, & amicorũ, esse inter vnus diei fuisse progressos.

Venerunt iter dies.] Vsque ad nostrum, quo tempore B credebant, vt erat verisimile puerum ad festa eorum dies, & hospitandi causa venturum, quem cum viderent non venire, quærere cœperunt. Vnus igitur dici iter parentes confecerant, cum Christum puerum deinde rarunt; diem alterum in remetiendo eodem impenderunt consumpserãt; tertio die cum eum diu quæsissent, inuenerunt in templo, in medio Doctorum, vt Euthym. exponit, melius vtiq; quam qui vanis dicitur sic interpretantur, vt eundo, redeundoque consumptus dies vnus fit. Ierosolymæ vero quærendo duo. Illud enim Euangelistæ verba magis præ se ferunt cum dicit, *venerant iter dies.*

46. *Et factum est post triduum.*] Dubium an tribus diebus omnino transactis, an ipso tertio die Christus inuentus fuerit. Vero similius tertio inuentum fuisse C die. Hoc enim ea phrasis aliquando significat, vt cum Christus dicit se moriturũ, & post tres dies, id est, die tertio resurrecturum Matt. 8. 31. atque ita sentit Euthymius. Quod autem tertia die, non ante, nec post fuerit inuentus, Ambros. mysterium interpretatur, *Post triduum*, inquit, *reperitur in templo, vbi sacrificia, quia post triduum in templo hostia illius passionis in fide credentis & honore domino fides nostra se resurrectionis offertur, qui mortuus credebatur.*

Inuenerunt illum in templo.] *Et cum quærerent*, inquit, Origen. hom. 19. *non inuenerunt inter cognatos; nec enim poterat humana cognatio Dei filium continere; non inuenerunt inter cognatos, quia diuina maiora & à natura sanctitas cunctis mortalibus. Vbi igitur inuenitur eum? in templo. Ibi enim inuenitur filius Dei. Si quando & tu quæsieris filium Dei, quære primum in templo, illuc propera, ibi Christi sermonem, atque sapientiam, id est filium Dei reperies.*

Sedentẽ in medio doctorum.] Inter doctores. Hebraismus, vt, medius vestũ fuerit, id est inter vestes, nec enim vt opinor, significatur illum in loco doctorum consedisse, vt quidam intelligunt. Nam nec Euangelista eanquam doctorem, sed tanquam discipulum sedisse indicat, cum audisse tantum, & interrogasse dicit, quę discipuli sunt partes; nec id tanta illic Scribarum, & Phariseorum superbia, quos Euangelista doctores vocat, profecto tulisset. Sed in medio doctorum sedisse dicitur, quia credibile est doctores in orbem iuxta parietes edituose sedisse loco auditores vero in medio humillonibus subselliis, vt multis etiam locis fieri videmus.

Christus qua sessus in medio Doctorum fuerit.

Audientem illos & interrogantem.] Non doctoris, sed auditoris agentem personam. Recte id Gregor. animaduertit 3. parte Pastoralis cap. 26. *Pensate*, inquit, *considerate vtrum puer iam esset, quod cum ipso annorum duodecim dicitur in medio doctorum sedens, non docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplo scilicet ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, si illa puer docens interrogando vult, qui per diuinitatis potentiam verbum sapientiæ ipse fuit doctoribus manifestauit.* Quanquam ex Euangelista colligitur, ita illud discipuli personam egisse, vt dum interrogatus respondebat, magnos illos magistros multa doceret. Propterea enim stupebant omnes super prudentia & responsis eius. Mules Beda in commentariis, & in homilia in hęc verba in eandem sententiam, in quam Gregorius scribit, quæ & ad explicationem huius loci, & ad mores apta sunt.

47. *Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius.*] *Eius verbum* super intelligentia, id est, quam acute, & bene res intelligeret. Est credibile tanquam discipulum interrogatum, & quidem de maioribus mysteriis, cum videret eius doctores illum audire solum, & interrogare inducitur.

48. *Et videntes.*] Ioseph & Maria. Ad eos enim hoc puto referendum potius, quam ad omnes qui aderant, vt quidam volunt.

Admirati sunt.] Non sicut alii propter prudentiam, & responsa eius, nam eius prudentiam, scientiamq; non ignorabant, sed quod eum præter opinionem in medio doctorum disputantem repertissent.

Et dixit mater eius ad illum.] Placet quod pie nonnulli asseruerunt, non hoc illatum, & comm omnibus matrẽ dixisse, ne gloriari eo videretur filio; sed priuatim postea finita disputatione. Apparet etiã ex hoc loco, vbi clarissime Ioseph pater Christi nominatur, eum vere non fuisse patrem; videmus enim nõ Ioseph, sed Mariam quæ parenteta libere, ac iure suo Christum interrogare: *Quod fecisti nobis fili?*

Fili, quid fecisti nobis sic.] Non fuit accusantis, aut reprehẽdentis verba, sed mirantis, atq; dolentis. Nec ea gat cur id fecerit, cur tũ doctoribus disputaueri; sed cur ita fecerit, vt pater hunc inde causa doloris fuerit. Hinc habent in duo illa verba. *Nobis, & sic.*

Curbeiant, & quare Christi parentes filium amissum.

Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.] Quærunt aliqui cur dolebant, cur ne quærebant Christũ, si filium Dei esse credebant: nec enim filius Dei errare, aut petire potest? ait respondit Orig. hom. 19. & Euthy. in comment. Nõ puto eos idcirco doluisse, quia putarent errasse puerum, nec periisse; nec poterat accidere, vt Mariæ quæ sciebat se de Spiritu sancto concepisse, quæ & angelum loquentem, & cuntes pastores, & Simeonem audierat prophetantem, timeret, ne puerum perderet obertantem. Aliud quidam dolor, & quæstio parẽtum, quam simplex lector intelligit, sonat. Quomodo enim tu si quando scripturas legis, queris in eis sensum cum dolore quodã, ac tormento, non quod scripturæ errasse, aut perperã quid habere in litteris, sed quod ille intrinsecus habeant veritatis sermonem, atque rationem, & tu nequeas inuenire, quod verum esse sis & illi quæ habent, ne forte ecce illaqueabris eis, ne relinquãs eos ad alia trãsmigrasse, & quod magis puto, ne renuerisset ad eos cum illi placuisset, iterum deferensus. Patrem quomodo Ioseph Maria vocet Christi, diximus vers. 27. Obseruauit D. August. in ser. quodam de Christi parentibus, modestiæ fuisse virginis, quod non dixerit, Ego & Pater tuus, sed *Pater tuus, & ego. Christum*, inquit, *reperiat, angelus ad eam venerat, & dixit ei, ecce concipiet in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Meminerat parere filium altissimi, & erat humillima, nec se extollebat, nec in cordis motu se præferebat, vt diceret Ego, & pater tuus, sed pater tuus, inquit, & ego.*

Modestia B. Virginis.

49. *Et ait ad illos.*] Sola mater interrogauerat, *Fili quid fecisti nobis sic?* sed quia pro se, & Ioseph interrogauerat, vtrig; respondet, vtrumq; docere volens.

Quid est quod me quærebatis?] Non reprehendit parentum erga se curam, solicitudinemque, sed patrem Deum parentibus hominibus anteponit. Respondet quidem

Christus nõ reprehendit parentes suos

quidem reprehendẽtis modo, non quod vere repre- A dentibus intelligunt, de quibus ℣. 47. dictum fuerat, *stupebant super prudentia, & responsis eius.* Aut si de Christi parentibus hoc dictum sit, per syneodochem intelligendum. Non enim Ioseph simul, & Mariam, sed solum Ioseph non intellexisse.

hendat, sed quod si parentes scirent, qua in re, & quam ob causam occupatus esset, vere fuissent reprehendendi, si, vt se sequeretur, à patris eum negotiis auocare voluissent. Itaq; non vt argueret, sed vt doceret, reprehendentis habitum induit. Nec debet pius lector Celsinum audire, quem dicere non puduit Mariam à Christo merito reprehensam. Semper enim serpens iste insidiatur Mariæ calcaneo, sed ipsa conteret caput eius. Scribit quidẽ Amb. Christũ hoc loco arguisse matrẽ, sed eo sensu, quo nos explicauimus dixit.

Nesciebatis.] Videtur ignorantiam reprehendere, quod ea nescirent, quæ scire eos oportebat. At vnde id scire potuerunt ex angelis, ex pastoribus, ex Magis, ex Anna, dicunt aliqui. Sciebant quidem ex illis, vt supra diximus, mysterii summam, eum mundi saluatorem missum fuisse, lumenque *ad reuelationem gentium* fuisse propositum; sed fore, vt puer adhuc desertis parentibus se subduceret, vt cum doctoribus in templo disputaret, nec debebant, nec poterant scire: eam igitur ob causam admirabatur. Non ergo eos Christus reprehendit, sed tepide ac dentis specie docet, quem admodum docere simulata nonnunquam increpatione solemus pueros, etiam cum nullam in illis culpam animaduertimus, vt actius ad discenda, quæ dicimus, eorum animos incitemus.

B

Quia in his quæ patris mei sunt.] Origen. 20. Epiphan. hæres 30. Augustin. in sermone illo de Christi parentibus. Euthy. & Hugo putant ea, quæ patris sui erant, templum appellari. Dei enim, non hominum templum erat. At non tam locum loco, quam negotia negotiis. personas personis opponere videtur. Negotia patris sui cælestis, negotiis omnibus humanis, etiam parentum societati, obedientiæ, consolationi. Sicut alibi dicit *meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* Ioannes 4. 34. Primusq; obseruat ipse, quod nobis postea tradidit obseruandum. *Qui amat patrem suũ aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Matt. 10. 37. Ipse suus quodammodo voluit prius esse discipulus, vt eius nos discipulos esse non pudeat. Personã vero Dei patris, personæ hominis patris opponit. Dixerat Maria, *Pater tuus, & ego*; docet se alium verioremq; cui magis obedire debeat, patrem habere. Recte hinc Epiphan. hæresi 30. Ebionitas refellit, qui Christum Iosephi filium esse putabant.

C

Christi prioris clarorum exemplo reuocatis, & subsidiorum erga parentes, & superiorentibus.

Oportet quid significet.

Oportet me esse.] Decet, non tam affirmationẽ, quã negationem significari arbitror, quasi dicat: oportebat me, non alia in re, quã in patris mei negotiis occuparum esse, non in puerilibus ludis, nõ in humanis curis. Errat enim hæreticus quidam interpres, qui necessitatem hoc verbo significari dicit, quasi nõ potuerit Christus aliud facere, quam faciebat. Scilicet non satis hæretici habent, vt nobis; nisi Christo etiam ipsi arbitrii libertatem tollant. Refutat Origen. hoc loco Valentinianos, & veteres illos omnes hæreticos, qui Christum filium Dei veteris testamenti esse negabãt, cum hoc loco eius se dicat agere negotia.

D

Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.] Verbum quidem intellexerant quid significaret, cum patrem suum Deum appellabat, dicebatq; eius se negotia agere oportere; neque enim id post angelos, post pastores, post Magos, post Simeones, post Annas, poterant ignorare; sed mysterium, nimirum verbi non intellexerant; quæ essent negotia illa patris ipsius, quę vocabat, vt homines primum doceret; deinde pto illis moreretur. Iraque neque Euthymi. interpretationem probo, qui verbum nõ intellexisse Mariam, & Iosephum putat, id est, quod templum, domum, aut rem patris sui appellasset: nec aliam eorum, qui hoc nõ de Iosepho & Maria, sed de aliis au-

E

sino, non quasi puero, qui duodecim esset annorum, sed etiam qui de Spiritu sancto iam conceptus fuerat.

52. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia.] Voluit his paucis verbis Euangelista breuiter exponere quid Christus vsque ad annum ætatis suæ tricesimum egisset, nempe sapientia, & ætate, & gratia profecisse. Ac fortasse propterea superiorem narrabat historiam, quomodo annos natus duodecim cum doctoribus disputasset, vt ex eo vno intelligeremus exemplo quantum postea ætate progressus profecisset, qui adhuc puer eo vsque profecerat, vt doctores disputando superaret. Quo autem modo intelligendum sit Christum sapientia, ætate, gratiaque profecisse, supra v. 40. diximus.

CAPVT III.

Act. 4. 26. Mar. 1. 1. Mat. 3. 1. Ise. 40. 3. Ioan. 1. 23.

ANNO autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysaniæ Abilinæ tetrarcha, 2. sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. 3. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, 4. sicut scriptum est in Libro sermonum Isaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. 5. omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prana in directa: & aspera in vias planas. 6. & videbit omnis caro salutare Dei. 7. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? 8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. 9. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 10. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? 11. Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas similiter faciat. 12. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? 13. At ille dixit ad eos: nihil amplius, quod constitutum est vobis, faciatis. 14. Interrogabant eum & milites: Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris. 15. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: 16. respondit Ioannes dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: venit fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: 17. cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. 18. Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. 19. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, 20. addidit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. 21. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum. 22. & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. 23. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, 24. qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, 25. qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nangæ, 26. qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei qui fuit Ioseph, qui fuit Iudæ, 27. qui fuit Ioannæ, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, 28. qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadam, qui fuit Her, 29. qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, 30. qui fuit Simeon, qui fuit Iudæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, 31. qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, 32. qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, 33. qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, 34. qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, 35. qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, 36. qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, 37. qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

IN CAPVT III.

ANNO autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris.] Non solum alii Euangelistæ, qui solam Christi prædicationem, & mortem narrare videntur voluisse, sed etiam Lucas qui eius quoque infantiam, pueritiam, ætatemq; omnem perscribendã fuisse pleraq; videbatur, reliquum tempus vsq; ad annũ tricesimũ, quo baptizatus prædicare cœpit, prætermisit. Quo magis credibile est, quod homil. in Ioan. 16 Chrysost. tradit ea miracula, quæ in libris quibusdam apocryphis à Christo in infantia sua facta dicuntur, vera non esse, cum Lucas ea nõ narrauerit, qui hoc, quod duodenis fecit, tam diligenter commemorauit. Describit ergo Lucas quomodo Christus ipse profiteri cœperit saluatorem mundi; quomodo Iuum, vt ita dicam, ingressum

Miracula Christi in infantia, ficta, & falsa.

Prædicare Ioannes quo tempore cœperit.

ierit magistratum Ioanne prius prædicante, viamque ad ipsum excipiendum muniente. Hoc & alii fecerũt Euangelistæ Matthæus c. 3. & Marcus c. 1. & Ioannes c. 1. 23. 24. Sed Lucas magis historice omnibus rẽ ponis, loci, personarum circumstãtiis diligenter exponit. Quod ideo fecisse putandum est, vt fidẽ adhiberet historiæ, vt Euthy. admonuit. Tempus primo loco describit dicẽs Ioannem Baptistam anno decimoquinto imperii Tiberii Cæsaris cœpisse prædicare. Cur non ante, apud Matth. cap. 3. 1. docuimus, quod apud Iudæos nemini liceret ante annum ætatis tricesimũ aut sacerdotis, aut doctoris munere fungi. Añ autem Tiberii decimoquinto Ioannes tricesimum cõplenit annũ. Natus enim erat anno quadragesimo secundo

secundo Augusti, vt apud Matt. c. 2. probauimus, impetrauerat autẽ Augustus annos quinquaginta septẽ, vt Iosephus auctor est, aut quinquaginta sex, vt Transquillus, & alij nõnulli auctores tradunt, minimo discrimine. Eadem ætate Christus erat, cum eodem anno quo Ioannes sex tantum posterior mensibus natus esset. Describit autem tempus prædicationis Ioannis ex imperio Tiberij, cum eius ortum non ex imperio Augusti, sub quo natus fuerat, sed ex Herodis regno descripsisset. c. 1. 5. quia eum natus est, adhuc Iudæa proprium habebat Regem: erant enim res, quæ in ea contigerant, ex proprio potius, quam ex alieno Rege describendæ: cum autem prædicare cœpit deleto regni titulo in prouinciam redacta erat, Syriæque attributa, ideo & Imperatorem, qui vbique tunc dominabatur, & Præsidem Iudææ, aliosq; tetrarchas, inter quos distributum regnum fuerat, nominauit. Aliã rationem Orig. ho. 11. & Greg. hom. 20. in Euangelia afferunt, sed allegoricam, propterea & Imperatorem gentium, & Iudæorum tetrarchas nominasse, quod Christus & Iudæis simul veniisset, & gentibus.

Procurante Pontio Pilato Iudæam.] Quia regnum Iudææ iam abolitum erat, & in tetrarchias redactũ: nec dicere licebat, quo Iudææ rum Regis id q; narraturus erat, accidisset, loco Regis nominat eos, qui tetrarchias gubernabant. De tetrarchijs atq; tetrarchis, vnde originem habuerint, & in quot tetrarchias Iudæorum regnũ ab Augusto tributũ fuerit, quibusq; Herodis filijs singulæ concessæ, docuimus Matt. 14. 1. inde si nesat, lector petat. Cum autem cæteros tetrarchas nominet, solum Pontium Pilatum Præsidem; aut ἡγεμόνα Procuratorẽ, vocat, quod Iudææ, quæ Ethnarchiæ nomine Archelao Herodis maioris filio data fuerat, relegato Viennã Galliæ vrbem Archelao Ethnarchia, aut tetrarchia esse desiisset, & Syriæ prouinciæ fuisset adiuncta. Itaq; non proprio iam tetrarcha, sed misso à Romanis præside, aut Procuratore regebatur. Fuit Pontius Pilatus, si Iosepho credimus, sextus Iudæorũ præses. Nam Quirinum primũ facit, q ad rediendas in fiscũ Archelai facultates missus fuerit; quibus non propriæ Iudææ, sed totius cõmuniter Syriæ præses esset, lib. 17. antiq. cap. vlt. & lib. 18. c. & 3. Secũdum facit Coponium: tertium M. Ambiuium, quartum Annium Rufum, quintum Valerium Gratũ, cui dicit sextum Pontium Pilatum successisse lib. 18. c. 3.

Quanto Pilatus tempore exercuerit officium Christum & mortuum fuerit.

Rexit autẽ Iudæam Pontius Pilatus vsq; ad Tiberij mortẽ annos decem, vt idem Iosephus tradit c. lib. eiusdẽ 5. ex quo tempora rete xentes facile colligimus quoto Pontij Pilati Præsidis anno Christus & prædicare cœpent, & mortuus fuerit. Cum n. Iosephus dicat Pontium Pilatum vsq; ad Tiberij mortẽ Præsidẽ fuisse, alio vero loco scribat Tiberiũ viginti duos imperasse annos, lib. 18. c. 8. colligitur Pontiũ anno duodecimo Tiberij Iudææ Præsidem factũ: eumq; anno decimoquinto eiusdẽ Tiberij, vt Lucas docet, Christus, & Ioannes prædicare cœperint, tribus vero post annis passus fuerit, sequitur initiũ prædicationis, de quo hic Lucas agit, in annum Pontij Pilati tertiũ, Tiberij vero decimumquintũ, mortem autẽ Christi in annũ Pilati sextum, Tiberij vero decimumoctauum incidisse: ũ quid forte hoc interest lectoris scire. Sunt qui eos, qui tunc Iudæam iam Syriæ prouinciæ adiũctam administrabant, non tam Præsides, quam Procuratores fuisse dicant. Quod ex Iosepho videtur probari posse; quo auctore constat lib. 17. antiq. c. vltim. & lib. 18. c. 1. totius Syriæ, & Iudææ vnum tantũ fuisse Præsidem, non ergo poterat Iudæa, quæ prouinciæ Syriæ vna pars erat, proprium Præsidem habere. Illud certe constat, si is qui Iudæam gubernabat, Præses erat, Præsidi Syriæ fuisse subiectum. Scribit enim Iosephus lib. 18. antiq. c. 2. hunc ipsum Pontium Pilatũ, de quo agimus, à Iudæis apud Vitellij Syriæ Præsidẽ accusatum magistratu motum ab eo fuisse, & Romã ad Imperatorem missum, posito eius loco alio, qui Iudæam interim regeret. Vox Græca qua vtitur Euangelista, late patet, generaliter enim significat Principem, Ducem, Gubernatorẽ esse. ἡγεμὼν & ἡγεμονεύειν & noster interpres vertit hoc loco ἡγεμονεύοντος & procurãte. Quã quam idem alibi vbiq; solet Præsidem vertere, vt infr. c. 20. 20. & supra c. 2. 2. & Matt. 10. 18. & Marc. 13. 9. Idemq; Iosephi interpretes solent facere.

Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysaniæ Abilinæ tetrarcha. De Herode & Philippo, eorumque tetrarchijs Matt. 14. 1. diximus. De Lysania maiori, & huius loci propria quæstio est, quinam fuerit, & cuius partem vnam regni Iudææ in tetrarchiam redactam administrauerit. Nam Euangelista ita eum cæteris numerat, vt eorum fratrem, Herodis magni filium facere videatur, qui partem vnam regni eius in hereditatem acceptam gubernauerit. Ita boni etiam auctores nonnulli sentiunt Beda hoc loco, & Euthym. in comm. in 1. c. Luc. Quam opinionem facile fuit diligentioribus interpretibus refutare. Nam Iosephus qui Herodis Magni res omnes accurate scripsit, nullum illi eiusmodi filium Lysaniam fuisse tradit, & lib. 2. de bello Iudaico c. 11. vbi eius natum mortem, tres tantum filios Archelaum, Philippum, & Herodem reliquisse dicit. Idemq; Hegesippus li. 1. c. 46. testatur. Hunc errorem historiæ melius quidam viderunt, quam emendarunt. Nam dum corrigere volunt, in alium ipsi non minorem inciderũt errorem, Lysaniam hunc Proloncei cognomento Menæi dynastæ Chalcidis filium fuisse dicunt, quem patri successisse Iosephus lib. 14 antiq. c. 21. & lib. 15. c. 4. & Hegesippus lib. 1. c. 29. auctores sunt. Neq; animadverterunt eundem etiam Iosephum illo ipso posteriore loco scribere eum Lysaniam, quem Proloncæ filium fuisse dixerat, ab Antonio Cleopatræ impetrasse occasum fuisse triginta vt nummum annis, anteq; Christus nasceretur. Itaq; tantum abest, vt cum Christus prædicare cœpit, tetrarcha esset regionis Abilinæ, vt sexaginta ante annis fuerit mortuus. Cogor in re obscura eorum, quoad meliorem inuenio, probare cõiecturam, qui hunc Lysaniam de quo Lucas loquitur, eius Lysaniæ filium patri cognominem fuisse credũt. Bonum tantum auctorem desidero. Ianenio, qui dicant Abilam vrbem, vnde regio tota Abilina dicta est, cognomento Lysaniam appellarum, vnde probabilis coniectura duci potest, omnes eius regionis tetrarchas Lysanias, sicut Reges omnes Ægypti Ptolemæos vocari solitos. Cur igitur Lucas eum Lysaniam cum Herodis numerauerit filijs, siue filius eius erat, nec in vllam regni eius partem successerat; nec in hæc re quicquam præter meam coniecturam afferre possum. Erat Chalcis, cui Lysanias imperitabat, contermina Iudææ intra eam regionem cõprehensa, quam Deus promiserat Abrahamo, sita in monte Libano, vt Iosephus ait, ad illi certè adiacens: & est credibile maiore ex parte ea Iudææ etiam tũc habitatã fuisse, licet sub alienigena viuerent domino. Hæc potuit esse rõ, quamobrem Euangelista eius etiam tetrarchiæ mentionem facere voluerit. At quid Chalcidi cũ Abilina, aut vt melius dicam, cum Abilina regione, cuius hîc Lucas Lysaniam tetrarcham fuisse dicit? supra indicauimus fuisse in ea regione Abilam vrbem, vnde regio tota Abilina dicta esset. Plinius autem lib. 5. c. 18. Abilam vnã ex sex tetrarchijs, quę Decapolim regionem cingerent, instarq; regnorum essent, fuisse dicit.

Lysanias quis, & cuius tetrarcha.

2. Sub principibus sacerdotum, Anna, & Caipha.] Quo-

modo Annas & Caiphas sacerdotes fuerint, Matthæi 26.3.57. expoluimus. Voluit Lucas omnibus modis tempus tenere non solum ex annis imperij Tiberij, & ex Præside, atque tetrarchis, sed etiam ex principibus sacerdotum, quos Annam tunc, & Caiphan fuisse dicit. Non quod simul sacerdotes fuerint: nullum enim Reipublicæ Iudæorum tempus tam perturbatum fuisse legimus, vt duo supul Summi essent Sacerdotes, nec id, si vnquam accidisset, Iosephus eam rem diligentissimus scriptor tacuisset. Nec, vt alij putant, quod prius Annas, deinde Caiphas, quo tempore Christus, & Ioannes prædicarunt, fuerint sacerdotes, quasi eorum prædicatio, neque in solius Annæ, neque in solius Caiphæ, sed in vtriusq; simul sacerdotium inciderit: quemadmodum Isaias initio prophetiæ suæ non vnius tantũ, sed multos, sub quibus prophetasset, nominauit Reges, quod non vno tantum, sed multis aliis post alios regnantibus prophetauerit. Vulgatus hæc est opinio, sed minime probabilis, cum ex Iosepho constet lib. antiq. 18. c. 4. Caiphan Valerio Grato multis aliis singulis pene annis motis sacerdotem factum, totoq; tempore quo Pilatus Grati successor Iudææ Præses fuit, sacerdotiũ administrasse: Christus vero, vt supra docuimus, tertio Pilati anno cœpit prædicare. Hunc nadum sic solui Euthy. Annam quidem vere propterea fuisse sacerdotem, Caipham vero, quia gener eius erat, vt ait Ioannes c. 18. v. 13. ó sacerdotem proprie, sed tacerdotis adiutorem fuisse, quales nunc senio confectis Episcopis dari solent. Alij contra, verum sacerdotem fuisse Caipham, Annã vero, & quia eius erat socer, & quia ipse ante functus fuerat sacerdotio, quamuis ab eo per Valerium Gratum motus fuisset, appellationis tamẽ honorẽ retinuisse. Sicut solemus hodie eos, qui aliquando episcopi fuerunt, etiamsi tam Episcopi non sint, Episcopos appellare, & illis quib. ante ornate titulis. Non placet. Nã ista quidẽ ratione multos etiã alios nominare Lucas debuit, quos Iosephus eod. loco sacerdotes fuisse, & pro Gratũ ab ea dignitate remotos dicat. Alij Annã, & Caiphã largitionibus à Romanis obtinuisse, vt alternis annis sacerdotio fungerẽtur: omnia n. tunc apud Romanos, Iudęosq; fuisse venalia nõ vno loco Iosephus indicat. Hoc iudico probabilius, quia id Ioa. c. 11. 49. 51. & 18. 13. videtur significare, cũ dicit, Caiphã fuisse Pontificem anni illius, quasi alternis ann. a ille, & Annas Pontifices solerent esse.

Quomodo Annas & Caiphas simul principes sacerdotũ fuerint.

Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharie filium in deserto.] Iussus est à Deo Ioannes, cũm defecto esset, prædicare. Hoc n. Hebraica phrasis significat. Verbum Domini super aliquem fieri, Isa. 34. 4. Hier. 1. 2. 4. 11. 13. & 2. 1. & 7. 1. & 13. 8. & 14. 1. & 16. 1. & alibi apud hunc, & alios Prophetas passim. Det mihi hoc loco lector veniam, vt abominandi auctoris Caluini verba verbis: *Colligimus*, inquit, *hinc nullas esse veras ecclesias, nisi quibus immediatum est a Deo munus, nec sufficit verbum Dei habere, nisi accedat etiã spiritualis vocatio. Si ergo summi Prophetæ vocationem Dei expectarunt, quales sunt, qui hodie se ingerunt? Testimonium hoc* Caluini *verum est*, vt de Cretensib. Titi 1. 3. dixit D. Paulus, sed nullo potuit Caluinus testimonio melius coargui quam hoc suo, nullo potuit tormento tota eius Ecclesia facilius labefactari. Nam si non sufficit verbum Dei habere, nisi accedat vocatio, vt ipse dicit, quid de ipso, deq; omnib. & Caluinianis, & Lutheranis ministris dicemus, qui nec à Deo profecto vocati, aut missi sunt, nec verbum Dei, sed diaboli habent? Alia quæ & hoc loco, & duobus sequentibus versibus tertio & quarto dici poterant, à nobis apud Matth. c. 3. 1. 2. dicta sunt.

Hebraismus.

Caluinus suo testimonio refellitur efficacissime, dũ se ingerit non vocatus à Deo.

1. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.*] Priorem partẽ huius Isaiæ c. 40. 3. 4. tetigimus: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius*, quia à Matthæo etiam, & Marco c. 1. 3. adducta est, illic explicauimus. Hoc quod Lucas addidit, nunc explicandum. Loquebatur eo loco Propheta ex persona Dei de Iudæorum reductione ex Babylonica captiuitate auctore Cyro, & sub eius figura de alia maiore, vt oro eq; reductione à captiuitate diaboli per Christũ facienda, quemadmodum Euangelistæ omnes interpretantur. Loquitur autem propheticõ, i. pucnco fere more, per prolopopœiã dicens, mittite præconẽ, qui vbiq; terrarum clamet, maxime vero in deserto, vbi magis deuia, & magis aspera via est, vt omnes eam explanare, præparareq; cuient venturo Domino: ventui q quippe, & ipsum se quasi ducẽ egregiũ populũ suum in patriã reducturum nõ decere, vt Rex tantus quidquam in via deuium, quicquã inæquale, quicquam alterum inueniat. A coluetudine Regum ita ea phora sumpta est, quibus regnum tuum aut vrbem aliquam incundus vię nõ explanari modo, verum etiam ornari solent. Hoc ergo est, *parate viã Domini*, i. Dominum venturo: *rectas facite semitas eius*, id est, à quibus ille eranstutus est, & *omne vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Nam vt via plana sit, nec esse est, vt valles, si quę occurrũt, exaggerentur, & mõtes, si qui sunt, explanẽtur in campũ. Futura pro imperatiua Hebraeorũ more posita sunt: *implebitur*, id est, impleatur, *humiliabitur*, i. humilietur. Sic etiam *erunt prana* (hoc est obliqua) *in directa*, id est, sint. Quod tunc de via Babylonia à dicebatur, dicitur nũc eodem Propheta ad Christum spectante, de via totius mundi, qua omnes gentes ad Ecclesiã Euangelij præconio ex iræ venturæ erant. Primus autẽ præco Ioannes fuit, qui propterea fevocẽ in deserto clamãtis esse dixit. Deserti tum corpus litet quidem fuit illud ipsum iuxta Iordanem, in quo Ioannes v. 28. ac prædicauit: spiritualiter aut e totus terrarũ orbis, in quẽ latè vox eius insonuit. Nec n. Ambrosio subscribo, qui desertum Ecclesiam inte; preratur, q; scriptum sit, *multi filij deserte magis quam eius quę habet virũ*. Ecclesia enim non desertum, sed domus non via, sed meta est, quo vocandi homines sunt. Dominus est Christus, cui veniẽti paranda via est. Ante faciem enim eius ideo Ioãnes missus est, vt viam eius præpararet. Vnde Christi discipulitas manifesto argumento probari potest: Nã apud Isaiam nomen est יהוה quatuor literarum: quod affirmantibus etiam Hebræis, de solo vero Deo dici potest. Via sunt hominum animi, qui per eam, quam Ioannes prædicabat pœnitentiam, explanandi erant, vt molliter venientem exciperent Christum. Montes, Origenes & Beda homines superbos, valles humiles esse dicunt. Sed vt de superbis id cõcedamus, qui per pœnitentiam humiliandi, ac deprimendi sunt: quid de humilibus dicemus? quomodo implebũtur? quomodo etigentur, vt ad æqualitatẽ redigãtur? An humiles esse desinent, superbi; fient? Respondet Beda, hoc ideo dictum esse, quia *qui se exaltat, humiliabitur*, c. 14. 11. & 18. 14. At hæc sententia de præmio, illa de labore dicta est, ex qua contrarũ potius efficitur, nemi nem in hac vita extolli, neminem erigi debere, ne in altera humilietur. Aliter etiam Orig. montes Iudæos, quia superbi valles Gentiles, quia humiles erant, appellant. Sed præterquam quod Gentiles nihilominus superbi, quam Iudæi erant, cũ quicquid erat in mundo *superbia vitæ* esset, quomodo Gentiles q valles erãt exaltari, i. desi, humiles esse definere oportebat? Nihil ergo per montes, & colles aliud, quam viæ inæqualitatẽ, asperitatemq; designari arbitror, sicut ita non dicitur, *Et asperæ in vias planas*. Hoc enim est, q; maxime asperã, at q; difficilẽ viã reddit, si nunc in valles descẽdat, nũc in montes assurgat. Explanãda igitur est via,

Deserti, & via nomine quid significetur. Ad Gal. 4. 27. Isa. 54. 1.

Quid montes & colles nomine suo significent.

Isa. 2. 12.

id est, vitiorum inæqualitas, repugnantiaq; ad virtutes mediocritatem reducenda, ne quid subsistat in animos nostros Christum offendat. Quem sensum, nemo melius quam Euthymius mihi dederit, qui & illud recte obseruauit, vniuersale illud *Omnis*, non vniuersaliter accipiendum. Necn. omnes valles exaltantur, aut q; omnes montes, & colles humiliatos fuisse p Christum, & no omnia hominum vitia correcta, quia multi parare viam noluerunt. Quanquam si id quod paulo ante dicebamus, verum est, futura pro imperatiuis posita esse, superuacanea est hæc obseruatio. Nã quamuis non omnes valles exaltatæ, nec omnes colles humiliati fuerint tamen Deus, cuius ea vox est, atque præconium, omnes valles exaltari, omnes colles humiliari iussit.

Nil semper vetum est in mente Dei, quod semel in ore Dei fuit, animo.

6. *Et videbit omnis caro salutare Dei.*] Salutem quam Deus populo suo dixerat se esse, vt supra c. 2. 30. Carnem pro homine sumi tam ictum est, vt opus non sit exẽplis docere. Duobus autem modis hæc possunt intelligi. Aut ita vt significetur fore, vt omnes homines eõ spectaturi essent, quo modo Deus populũ suum primũ à Chaldæorum, deinde à diaboli tyrannide liberaturus esset, sicut Psal. 73. 12. dicitur Deus *operatus esse salutem in medio terræ*, & toto inspectante terrarum orbe Et Psal. 47. 6. 7. *Ipse*, inquit, *videntes se* (quos? Deus fecerat ergo populum suum, *admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos*, & Psal. 87. 25. *videant in gressus tuos Deus ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto*, id est, quomodo Deus gradereturi, veniens ad feriendam opem populo suo. Simile illud est Psal. 97. 3. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri*. Et illud Isai. 41. 4. de hac ipsa re loquentis: *Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus, & nouissimus ego sum: viderunt insulæ, & timuerunt extremo terræ obstupuerunt*, & cap. 52. 10. *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*. & cap. 61. 9. *Et scient in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus*. Sed desinat meretrix illa Rahab Iosuæ 2. 10. 11. *Audiuimus, quod siccauerit Dominus aquas maris rubri a facie vestra in introitu, quando egressi estis ex Ægypto, & quæ fecerato duobus Amorrhæorum Regibus qui erãt trans Iordanem, Sehon, & Og quos interfecistis, & audientes vertimuntur, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus*. Ait ita, vt ea sint, futuret omnes homines videant, id est, gustent, experiantur, percipiant salutẽ Dei, participes ei; fiant eius beneficij; si tamen velint. Omnibus enim in commune, ac sine discrimine gentis, aut personarum fuisse propositam, sicut idem Isaias testatur fuerat c. 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, ite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione* & c. 66. 24. *Videbunt, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius*, & vers. 18. *Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio, vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis: & veniant, & videbunt gloriam meam*. Vt eque sensus melior videtur esse, quam ille quem Greg hom. 20. in Euangelia, & Beda in commentariis attexuit: *Quia omnis caro*, inquit Greg. *capitur omnis homo, salutare Dei videlicet Christum in hac vita omnis homo videre non potuit. Vbi ergo in hac sententia prophetæ oculum mist ad extremum tempus dum tetendat: videlicet aperto cælo, missis auribus angelis, cum cernitur passibilis in sede maiestatis sua Christus apparuerit, omnis homo & electi, & reprobi pari ex videbunt, vt & qui de nouere retributionis sua fine fine gaudeant, & inuisi in vltione supplicij in perpetuum gemant.*

Videbit? modo secundo pro impetrabitur.

Deserti, & via nomine quid significetur. Ad Gal. 4. 27. Isa. 54. 1.

Quid montes & colles nomine suo significent. Isa. 2. 12.

7. *Dicebat ergo ad turbas.*] Vide Matth. 3. 7. vbi hæc, & omnia quæ sequuntur vsque ad versum 10. explicauimus.

Turbæ sub Ioannis discursum à Iesu Bapt.

10. *Et interrogabant eum turbæ dicentes, quid ergo faciemus?*] Hæc quæ sequuntur vsque ad ver. 16. alij Euangelistæ non retulerunt. Lucas fructum quem auditores ex Ioannis concione perceperant, exponit. Primum dicit commotam eius concione turbam, vt viam ab eo salutis quæreret, propensior enim semper ad pietatẽ est populus, quam qui prudentiores sibi videntur. Et vere cum Lucas dicat, & impetitam mulieruidinem, & publicanos homines pro publicis habitos percontabus, & milites ieum hominum genus, Ioannem de salute sua consuluisse: salos non dicit Scribas, & Phariseos eu interrogasse. Interrogat populus, *Quid ergo faciemus?* Particula *ergo*, indicat eli quid prius dixisse Ioannem, quo docuerit omnes auditores in errore versari, nec ea, qua ibant via, ia tuta esse posse: aut aliquid certe in eandem sententiam, vnde colligendo populus interrogauerit, *quid ergo faciemus?* quasi dicat, si ita viuendo vt viuimus, si id faciendo quod facimus, salui esse non possumus, doce quid, vt salui simus, facere debeamus. Potuerunt hæc colligere ex illis verbis *pœnitentiam agite*, id est, præterita dolentes peccata, vitam in otetẽ in melius commutate, quę alij Euangelistæ commemorarunt. Potuerunt etiam ex iis quæ Lucas v. 7. & 8 Ioannem dixisse narrat, *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*, vt putat Euthym. & ex illis ramus vers 9. *Iam securis ad radicem arborum posita est*. Quibus extremum illis interitum nisi respiscant, interminatur. Potuerunt & ex aliis multis, quæ credibile est grauiter, & vehementer dixisse Ioannem, nec fuisse ab Euangelistis commemorata, quibus pto positi non erat inte gras eius conciones enarrare. *Perculsæ*, inquit Greg hom. 20. in Euang. & Beda in comment. *terrore futuræ turbæ, quæ consilium quærebant*. Hoc igitur certum est signum auditorem profuisse, cum commota, & agitata conscientia ad concionatorem venit, vt de sua eum salute consulat. Quemadmodũ allos Petri auditores fecisse legimus Act. 2. 37. *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres?* Et cum eodem illum carceris, qui tremefactus Paulo, & Sylæ ad pedes procidisse dicitur, Act. 16. 29. 30. rogasse q. *Quid me oportet facere, vt saluus fiam?*

Quæ sit vera pœnitentia.

11. *Qui habet duo tunicas, det non habenti.*] Consultus à diuersis generibus hominum Ioannes, accõmodate ad vnumquodque respondet. *Singula*, inquit Ambros *generibus hominum conuenienter tribuit S. Baptista, communes responsum.* Quanquam vt Theoph. admonuit, hõc inter simplicẽ turbam, & publicanos, milites que discrimina adhibuit, quod turbi, quia simplicior erat, non solum à malo abstinere, sed bonum etiam facere præcepit, publicanus vero & milites abstinere tantũ à malo, nemini que iniuriam inferre. Amb. quod tur hæc dicit, commune omnibus putat esse præceptum quod publicanis, & militibus illis pro prium. *Hoc*, inquit, *& alia officiorum præcepta propria singulorum, misericordia communia est visu. Ideo communia præcepta omnibus officia, munibus atatibus necessaria. & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, nõ agricola vel vrbanus, diues & pauper, omnibus in commune admonentur, vt conferant non habenti. Miseretur dia tur in plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus id proposita per festa forma virtutis, vt vestimentis, alimentisque sui pa; tiatur.* Recte hæc Ambrosius. Etenim cum simpli; populus non soleat ad inferendam iniuriam e ille pro clivus, nec vllo sibi proprio laborare vitio, præceptum illi cum omnibus hominib. cõmune l. sanius tradidit. *Qui habet*, inquit, *duas tunicas det non habenti.* Specie vnã tatitatis, p toto genere, id est,

Quid sentiendum sit de duabus tunicis, & de calceamentis.

id est pro omni caritatis officio ponitur. Sicut Christus apud Matth. c. 25. 35. *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare.* Vna enim est natura speciei, vellit dixisse, omnes intelligit. Itaq; non est hæsitandum in verbis. Quod qui fecerunt, bonum quidem auctores, valde laborarat, quomodo illab Apostolis ipsis seruanum fuerit, cum Petrus duas tunicas habuerit, & calceamenta dicatur habuisse Actor. 12. 8. Paulus vero, & tunicam, & penulam, 2. ad Tim. 4. 13. vt Oecum. Actor. 18. In sensum igitur intuendenda mens est. Qui nec tam angustus est, vt de solis tunicis, ac calceis præceptum intelligendum sit, neque tam latus, vt quisquis duas habet tunicas, alteram necessario dare debeat, quem adhuc dum quidā nimis litterales interpretes intellexerunt.

B In vtraq; igitur præcipitur ergà proximum charitas, & compendiosissima offendituri esse salutis via. Sed totum charitatis genus per duas maxime necessarias, maximeq; communes species declaratur, victum, atque vestitum vt Basil. apud D. Thom. Greg. hom. 20. & Beda huic locum explanans admonuerunt. Qui quod Grego. quidem, & Beda non propterea has duas species positas fuisse putant, quod nō habenti, sed quod dantiri magis sine necessitate. Mimis enim esse charitatis, quæ sibi necessaria sunt dare, quam quæ superflua. Quod quidem verum est, sed non propterea has duas species à Ioane positas arbitrorinel potius, quod paupertas magis sint necessariæ. Nemo enim sine victu vestituq; potest viuere. Et ita videtur Ioannes orationem suam consulto moderatus, vt non videretur auditores ad iactantiam, sed ad necessariam tantū ad salutem charitatem obligare voluisse. Ideo non dixit, qui habet tunicam, det eam, sed qui habet duas tunicas, det alteram ei, qui nullam habet. Hoc etiam obseruauit Ambro. *Misericordiæ tamen* inquit, *opitur præpositibilitate conditionis humanæ mensura seruatur, vt non sibi vtui quis que totum rapiat, sed quod habet, animo paupertati partiatur.*

C Duas vero tunicas dixit non tum tunicarum numerum, sed cuiuscunque vestitus, & pro vestitu cuiuscunque boni alterius externi superfluitatem denotans. Fuit enim propositum, vt aliquis non duas tantum, sed multo etiam plures tunicas habeat, omnes tamen illi ad tutandam vitam necessariæ sint; cum Ioannes non cogit, villam dare non habenti. Et licet ratiam potest, vt aliquis vnam tantum habeat tunicam, & quia ea illi necessaria non est, ex Ioannis sententia eam illi qui nullam habet, dare debeat. Contra vero, cum dicit, *non habenti*, non solum eum intelligit, qui omnino nullam habet, sed enim, qui etiamsi aliquam, etiamsi plures habeat, tamen ad tuendam vitam pluribus indiget. Illi enim, quamuis multas habeat, quisquis plures necessarias habet, dare aliquam debet. Summa est, duobus ex partibus obligationem eleemosynæ dandæ Ioannes præfecit, ex inopia pauperis, si tuendæ vitæ necessaria non habeat: & ex abundantia diuitis, si plus habeat, quam illi sit ad vitam necessarium. Eadem moderatione locutus est Christus optimus Interpres huius loci in Luca c. 11. 41. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.* Cæterum quia plerunque vna tunica vni hominiad conseruandum corpus satis esse soler, per vnam tunicam, res omnes necessarias, per duas, res omnes superfluas significauit. Explicauit hunc locum egregie Hieron. q. 1. ad Hedibiam. *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti: Quid si Scythia frigora sint, & alpinæ nives, quarum duritia, & trabeæ tunicæ, seu vix pecudum pellibus repellantur? Quisquis ergo cui pars nuditæ sufficere potest, & humanæ fuerit ex imbecillitate naturæ persuasit, hoc vna appellatione dixit omnia. Et quicquid in præsentium alimonia nec flagitare vult, hoc vnius duri vultus appellatione.* Hoc mihi non paulo magis placet, quam quod Greg. & Beda scribunt. *Idcirco*, inquiunt, *de duabus tunicis cum proximo dandis tantum dixit præceptum, quia hoc de vna dari non potest, quamuis si vna dividatur, nemo resistat. In medio quoque tunica & nudus remaneat, qui accipit. & nudus qui dedit.* Mutum videri lectori potest, non aliam magis ex expeditam salutis viam, auditoribus suis Ioannem ostendisse, & magis ad munus illud, quo fungebatur, accommodatam. Quin dicebat, crederent in Christum, quem prædicabat, si salutē esse vellent: cum & Christus vnica via salutis esset, & ipse idcirco venisset, vt ad eum homines adducerent, & vt angelus dixit c. 1. 17. vt pararet illi plebem perfectam: lū tam ante fecisse credendum est, quamuis Euangelista non dicat. Debemus enim existimare Ioannem virum tam iandiu, tam gnatum mysterij, tam amantem Christi, quæque fuit vnum à Deo missus erat, eam officij sui partem, quæ erat præcepta, nō negligenter præstitisse. At fortasse cum hoc, q. Lucas narrat, dixit, tam Christum digito demonstrauerat, iam dixerat: *Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi*, Ioan. 1. 29. Nec enim in hac re Lucæ tempori rationem habuit. Nec mirū est ita respondisse Ioannem, cum Christus ipse de eadem re ab adolescente illo interrogatus: *Quid bonū faciam, vt habeam vitam æternam*: non respondent nisi: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Matt. 19. 17. Magis vtiq; præcise quam Ioannes; & minus nouit dicens. Quis enim ignorabat, ei, qui vellet ad vitam ingredi, fesuāda esse mandata? Ioannes aliquid videtur dixisse nouū, & in decalogo non omnino esset expressum, vt, qui duas haberet tunicas, ei qui nullam haberet, alteram daret. Cæterum cogitandum est vtrumq; accommodate ad auditorum captum locutum fuisse, qui maiora tunc quamuis illis dicta fuisset, capere non poterāt. Et non erat vnum nouum in vtres veteres immittendum, ne rupti vtribus effunderetur. Similes de charitate officiis loci sunt, Isa. 2. 25. 16. & 1 Ioan. 3. 17. Maxime vero huic loco affine est, q. scribit D. Paulus 2. Cor. 8. 13. 14. & D. Hier. ad explicandū hunc locū adducit: *Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate, in præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam supplente: vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas.* Refert Theophyl. fuisse qui duas tunicas, duos scripturæ sensus literalem, & mysticum interpretarentur, debere q; doctorem, qui vtrumque teneret non habentibus impertiri. Sed allegoricus hic ipsum est. Magis ad rem pertinet, quod Leon. lib. 4. c. 40. ex hoc loco probat, nos operib. charitatis iustificari: cum Ioannes iniuste gantis populo, quid se vt saluus esset, facere oporteret, nihil aliud respondent, quam vt exerceret opera charitatis.

Mat. 5. 19. & Iac. 2. 11.

1 ad Tim. 4.

13. *Nihil amplius quam quod constitutum est vobis, faciatis.* Græcum verbum πρασσειν, quo Euangelista vius est, ambiguæ est significationis. Nam & facere, & exigere significat. Hoc posteriori modo non solum auctores Græci Orig. hom. in Lucam 23. Greg. Nazian. hom. 23. contra Iulianum, Theophyl. & Euthym. sed etiam Latini Ambros. in comment. & sermo. 7. sine is Ambrosij, siue Augustini est, ser. 19. de verbis Domini, & Beda in hunc locum scribens interpretantur. Sensus est melior, quam quem Latina nostri interpretis verba videntur præ se ferre, quamquam & nostra verba sic hunc admittit sensum, eodemque modo intelligenda esse facient plus, quam illis constitutum est. Erat enim illis constitutum, quantum tributi exigere deberent, plus facere erat plus exigere. Publicanus fuisse tributi Cæsaris exactores apud Matth. c. 5. 46. & c. 9. 10. diximus.

14. *Interrogabant autem eum & milites.* Offendit quā ta vis fuerit orationis Ioannis, quæ etiam milites homines plerunque ferocet emollierit,

Nemi-

Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.] Tres potissimum militum vitia notauit, quibus id hominum genus infame est, cædes, calumnias, auaritiam, seu latrocinia, aut extorsiones. Ab his eos abstinere iubet. Nō quod satis hoc illis nihil aliud facientibus ad salutem esset, sed quod sit vero simile eos, si his rebus quibus frequentius peccare consueuerant, non peccarent, nec aliis peccaturos. Idemque de publicanis dicendum est, quos etiā iudicauit Ioannes facile cætera vitia vitaturos, si illud quo maxime laborabant, euitarent. Probatur ex hoc loco nonnullos veteres etiam auctores, non esse illicitū Christiano homini militare. Ambr. ser. 7. Aug. epi. 5. & lib. 22. contra Faust. c. 74. Res per se facilis erat, nisi hæreticus spiritus, qui omnia hoc tempore turbauit, in dubium reuocasset. Nam neque Christus Centurionem illum, cum tantopere laudauit fidem, ab armis abstinere iussit, Matth. 8. 10. neq; Petrus Cornelium alterum Centurionem, quem baptizauit, & in fide instruxit. Act. 10. 36. 48. coegit mutare id genus vitæ. Recte monet Ambr. ser. 7. aut quod magis credo Aug. ser. 19. de verbis Domini, hoc præceptum non ad solos milites, sed ad omnes in vniuersum magistratus, & Ecclesiæ ministros pertinere. *Hic*, inquit, *cognosce te deb. esse omnem hominem, qui militat. Non enim tantum de iis militaris scriptura loquitur, qui armata militia decernuntur, sed qui quis militat sine cingulo virtutis, dignitatis suæ miles adscribitur. Atque ideo hæc sententia potest dici, verbi gratia militibus, protectoribus, cunctisque Rectoribus, & cuicunque qui stipendia publice sibi decreta consequitur. Si amplius quæris, tam quam calumniator & concussor Ioannis sententia condemnatur. Vsque adeo autem hoc insolens malum, vt tam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla tam causa possit esse sine causa. Hæc autem diuina sententia, quæ ad milites loquitur, potest etiam ad cæteros referri, quia etiamsi non militare videantur sæculo, tamen Domino, & Deo militant.* Sicut ait Apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.*

15. *Existimante autem populo.*] Gr. προσδοκωντος, existimante, aut expectante, id est expectatione, dubitatione neq; suspenso, vt statim dicit, *ne forte ipse esset Christus.* Cum enim dubitaret, expectabat euentū rei, qui declararet, esset ne Messias, an non. Mouebatur Ioannis sanctitate, & officio baptizandi, quem admodum ex Euangelio Ioannis constat, vt eum Messiam esse crederet. aut etiam rebatur cultu longe ab eo diuerso, quo suum Messiam sperabat venturum esse. Sed facile fuit illis si scripturas suas cōsuluissent, intelligere, Ioannē Messiam esse nō posse, cū tota Scriptura doceret Messiam ex tribu Iuda, & ex domo Dauidis nasciturum: Ioannem autem viderent & patre & matre ex tribu Aaron originem ducere. Notauit Orig. periculosum esse, si auditores maiorem quam veritas ferat de concionatore opinionem habeant: indeque nonnullas hæreses natas dicit, idque nonnullis probat exemplis, quæ videre apud eum lector potest. Ioan. c. 1. 19. scribit Iudæos ab Ierosolyma sacerdotes, & Leuitas aliquot ad Ioannem legasse, vt eum interrogarent, num ipse esset Christus. Itaque merito à quibusdam dubitatum est, num responsum hoc Ioannis, quod hoc loco Lucas, & Matth. c. 3. 11. & cæteri Baptistam dedisse, idem fuerit, eodemque acciderit tempore, atque illud quod Ioannes narrat. Videri esse videatur, facit similitudo sententiæ, vt diuersum, facit quod hic populo & quidem non interroganti, sed tacite apud se cogitanti illic legatis sacerdotibus, & Leuitis, iisdemq; Pharisæis non interrogantibus modo, sed etiam contra illum subtiliter disputantibus respōdisse dicatur, quod hoc ante baptismum à tribus Euangelistis: illud post baptismum à Ioanne factum commemoretur. In neutram partem argumēta sunt necessaria, sed in hanc probabiliora. Aquinata Amb. & Beda mihi sentire videntur. Vtrique enim colligit ex hoc loco Ioannem prophetico spiritu intimas animi cogitationes cognouisse: neque enim verbis vllis, sed soius responsis cogitationibus, quia dicit Euangelista: *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis, ne forte ipse esset Christus.* Quod si ita est, non dubium, quin aliud hoc fuerit testimonij, quam illud quod Ioannes Euangelista à Baptista exhibitum fuisse refert. Recte cōuenit aptissime: cum enim Ioannes non ter ololymæ, sed in deserto ad Iordanis oram versaretur, non poterant Iudæi illi primores qui sacerdotes & Leuitas ad eum legisserunt, in eam venire suspitionem, num Ioannes Messias esset, nisi id ex populo, qui ad audiendum Ioannem exibat, cognouissent. Quare credibile est, primo populum eam de Ioanne opinionem concepisse, illique vt res narrant Euangelistæ, respondisse Ioannem. Dein inciebe scente fama, Christoq; baptizato, & à Ioanne tanquā vero Messia demonstrato principes Iudæorum rem ex ipso Ioanne cognoscere voluisse: cumvna ex parte viderent populum Ioannem tanquam Messiam venerantem: alia ex parte audirent illum palam profiteri, non se, sed Christum quem baptizauerat, vere esse Messiam. Ita & ego sentio. quanquam me Ambrosij & Bedæ argumentum non admodum monet. Nam quod Lucas dicit, *existimante populo, & cogitantibus*, &c. non negat etiam interrogasse, aut de ea certē re locutum fuisse: sed tantum fortasse significat Ioannem populi de summis magnam opinionem cottigere voluisse. Monentur hic concionatores, quem admodum & Origen indicauit, ne se patiantur supra merita ita ab auditoribus honorari, aut laudibus efferri, sed nimiam de se opinionem premant, laudemq; & honorem omnem à se in Christum declinent.

Notandum pro tam rara materia.

CAPVT IV.

IESVS autem plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane, & agebatur à Spiritu in desertum. 2. diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et non manducauit in diebus illis: & consummatis illis esurijt. 3. Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. 4. Et respondit ei Iesus: Scriptum est: Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. 5. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, 6. & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: & cui volo do illa. 7. Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. 8. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 9. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. 10. Scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te. 11. & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum 12. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. 13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo

Mat. 4. 1. 2. Mar. 1. 12. Deut. 8. 2. 3. Mat. 4. 4. Deut. 16. 6. 13. & 10. 20. Vsq; 30. 21. Deut. 6. 16.

Matt. 4. b. 13. Mar. 1. b. 14. Matt. 13. g. 54. Mar. 6. a. 2. Ioan. 4. f. 45. Isa. 61. a. 1.

abillo, vsque ad tempus. 14. Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. 15. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. 16. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. 17. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat: 18. Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde, 19. prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem. prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. 20. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. 21. Cæpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. 22. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? 23. Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. 24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. 25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: 26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. 27. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliæo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. 29. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata vt præcipitarent eum. 30. Ipse autē transiens per medium illorum, ibat. 31. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. 32. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. 33. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna. 34. dicens: Sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te, quis sis, Sanctus Dei. 35. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exiit abillo, nihilque illum nocuit. 36. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? 37. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. 38. Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. 39. Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. 40. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. 41. Exibant autem dæmonia a multis clamantia, & dicentia: Quia tu es Filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant, ipsum esse Christum. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum, ne discederet ab eis. 43. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. 44. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Matt. 4. b. 13. Mar. 1. c. 14. Matt. 7. d. 28. Mar. 1. c. 23. Matt. 8. b. 14. Mar. 1. c. 30. Mar. 1. d. 34.

IN CAPVT IV.

1. IESVS autem plenus Spiritu sancto.] Sæpe Christus A Spiritu sancto plenus fuerat: sed significat postquam in illum iam baptizatum Spiritus sanctus descenderat, magis in eo sese quam antea demõstrasse, apparuisseq; in omnibus eũ actionibus diuino prorsus spiritu gubernari, vt Origen. hom. 32. interpretatur. Quæ sequuntur vsque ad v. 14. apud Matt. c. 4. 1. exposita sunt.

14. Et regressus est in virtute spiritus in Galilæam.] Regressum dicit, quia inde prius in Iudæam venerat, vt à Ioanne baptizaretur, vt idem Lucas c. 3. 21. & Matth. cap. 3. 13. & Marcus c. 1. 9. apertè dicunt: *Ie spiritu* autē rediisse dicit, vt indicaret omnibus in rebus actũ fuisse à Spiritu sancto. Animadvertimus Lucam præter cæteros Euangelistas studiosè hoc notare solitum, Christum Spiritus sancti ductu omnia fecisse vt hic & supra ver. 1. Absurda est hæreticì cuiusdam interpretis explicatio. In virtute spiritus regressum esse, id est, eũ iuuante Spiritu sancto omnes diaboli tentationes superasse. Necenim hic iam de tentatione, sed de reditu in Galilæam agebatur. Melius Orig hom. in hunc locum 32. propter victas tentationes auctã illi fuisse virtutem spiritus, id est magis sese in eo ostendisse, sic enim intelligendum, idemq; Theophylactus, & Euthymius notauerunt. Beda in virtute spiritus intelligit, in virtute miraculorum, aut facie do miracula ficut auditores dixisse postea legũtur: *Vnde huic sapientia, & virtutes* auctor est Matth. 13. 54. & Marcus capite 6. ver. 2. Euthymius in virtute Spiritus interpretatur, plenus virtute faciendi miracula, nõ quod in itinere miracula fecerit, sed quod ad ea facienda virtute Spiritus sancti instructus, paratusq; venerit in Galilæam. Theophylactus verum attigit sensum, *in virtute spiritus*. id est, *cũ virtute*, vt eius vtar verbis, afflatus, actus, impulsus Spiritu Sancto. Sicut dixit Matth. 4. 1. ductum fuisse *à spiritu in desertum*, vt tentaretur *à diabolo*, & Marc. c. 1. 12. *expulsum à spiritu in desertum*. An hic idem sit Christi in Galilæam reditus, atque ille qui describitur à Ioanne c. 4. 3. apud Marcũ c. 1. 14. disputauimus, vbi copiosiorem huius, & sequentis versus explicationem inuenies.

Quid sit, In virtute spiritus, &c.

16. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus.] Putat Theophylactus, & ante eum Origenes homil. 32. primum venisse Nazareth, antequam in vllam aliam Galilææ vrbem diuerteret, quia id primum Euangelista narrauit. Vnde Theophylactus argumentatur, debere nos ciuibus, ac popularibus nostris primo loco prodesse, & vt ait Dauus Paulus, *nauem daueii iterum* nostrorum curam habere, sed ex ver. 23. manifestum est prius per alia Galilææ loca prædicasse, & miracula fecisse. Et ex tota Euangelica constat historia, nusquam eum minus, quam in patria sua versari, ac docere solitum, *quia non est Propheta sine honore, nisi in patria sua*, versu vigesimo quarto, & Matthæi decimo tertio, versu quinquagesimo septimo, & Marci 6. 4. & Ioan. 6. 44. & rursum Matth. cap. 4. 12. manifestè dicit, cum primum Christus in Galilæam venisset, relicta ciuitate Nazareth, i. non adita, prætenta, neglecta, venisse Capharnaum, sicq; eum locum interpretor. Quid ergo inter hunc aduentũ in Nazareth, & illũ in Galilæam reditum,

reditum, quem Lucas ver. 14. narrauit, Christus egit: A Ea nempe omnia, aut fere omnia, quæ à Matthæo à c. 4. vsque ad 13. & à Marco à ca. 1. vsque ad 6. commemorantur.

Et intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam.] De ea consuetudine diximus apud Marcum cap. 1. 22. 23. 24. 39. Noter lector, si Ambrosium hoc loco legerit, & Irenæum lib. 4. cap. 40. memoriæ lapsum Dicunt enim hanc historiam contigisse in Capharnaum.

Et surrexit legere.] Apparet liberum in synagoga vnicuique fuisse dicere, si quid oœcurreret, vt apud nos in publicis disputationibus disputare. Quod ipsum idem Lucas indicat Act. 13. 15. & D. Paulus 1. ad Corinth. 14. 30. Qui vius libertate solebat Paulus Christũ per synagogas prædicare Act. 9. 20. & 14. 1. & 17. 2. 17. & B 18. 4. 19. & 19. 8.

Quæ Christo tradita liber ad legendũ, & cur Isaiæ.

17. *Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ.*] Ea consuetudo erat, vt hinc apparet, vt ei, qui ad legendum surrexisset, libet traderetur ab Archisynagoga, aut eius iussu ab ipsius ministro, cui postea Christus librum reddidisse dicitur, v. 20. Orig hom. 32. non casu, sed Dei prouidentia eum librum Christo datum fuisse dicit, vbi locus ille esset, in quo apertissime de ipso ageretur. Alij Iudæorum studio factum suspicantur, quod cum nunquam antea, quamuis apud ipsos educatus, ad legendum surrexisset, neceum vnquam docentẽ audiuisset, alia vero ex parte fama pertebuisset magna eum cum admiratione omnium in aliis synagogis docere solitum, multaque facere miracula, volebant clarius noui magistri eruditionem dato libro omniũ difficillimo, mysteriorumque plenissimo experiri. Probabile est, vtraq; ratione factum esse, Iudæorumq; malitiam diuinæ seruisse prouidentiæ.

Et vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat.] Nec hoc fuisse factum casu, sed diuino consilio, Christique prouidentia eum volentis potissimum locum legere, vbi de se, deque auctoritate legationis suæ agebatur, Origenes, Theophylactus, & Euthymius monuerunt. Admiranda vbique perspicitur Christi prudentia. Sciebat eiues suos maxime omnium incredulos rore, quod se ab infantia vidissent per omnia, vitiis tantum exceptis, cæteris similem hominibus: volebat illis suam probare legationem, & ostendere quodammodo litteras suas, quib. sibi pater eam, qua vtebatur, auctoritatem dedisset: maluitq; eas prophetæ ore recitari, quam suo. Vius igitur consuetudinis occasione, qua cuique in synagoga ad legendum surgere licebat, & ipse surrexit, &, vt sibi Isaias potissimũ prophera daretur, Iudæorum animos mouit, dorumquetta aperuit, vt casu in eum locum, quem maxime legere cupiebat, incidisse videretur, neque quicquã affectatum, quicquam de industria quæsitum apparesset.

Totus Isaias explicatus.

18. *Spiritus Domini super me.*] Agebat Isaias cap. 61. vnde hæc sumpta sunt verba, & capit. 60. de tempore Euangelij, eiusq; conditione sub figura Israelitici populi à Babylonica captiuitate liberati. Promiserat Deus c. 59. 19. 20. Iudæis se missurum redemptorem, *cum venerit, inquit, quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit, & venietn Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab impietate in Iacob, dicit Dominus.* Eum redemptorem hoc loco prophera loquentem induxit, & ie eum esse ostendentem, qui à Deo Iudæis promissus fuerat. Deus describens eum redemptorem, quem missurus erat, dicit: *Cum venerit quasi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit.* Dicit tum missus Christus, *Spiritus Domini super me*, quasi dicat, non meo proprio, priuatoque, sed diuino Spiritu missus sum, eo actus, eo impulsus, eo plenus ad prædicandũ Euangelium venio, vt dixerat v.

Trinitatis mysterium probatum ex loco Isaiæ. Tom. 3. B 6 ab. Patrib.

Christus Spiritus sancti plenus, & quo impulsus ducatur.

C

D

E

F

G Græca

Græca verba præ se ferunt. Ere contrario, propterea A Spiritum Sanctum fuisse super eum cum baptizatus esset, quia in Conceptione eodem Spiritu S. vnctus fuerat, vt Hebraice indicat lectio Hoc modo nullam esse tautologiã, cum spiritus, & vnctio ad diuersa rem posita referamur. Hoc vt ita sit, non animaduerunt auctores illi quo pertinula sententia ista dicatur. Nescio enim an fas dicta sit diuersum Hebraice apud Prophetam, & Græce apud Euãgelistam esse. Alij ex vnctione Spiritus sancti Spiritum sanctum to se esse probare putant: Christum quasi ex donis Spiritus sancti, qua esse in ipso oportebat, docuerit ipsum Spiritum sanctum esse. Ego inter Hebraicam & Græcam lectionem nullum puto esse diuersum animadverto. Nam quod pleriq; notant non esse Hebraice כִּי כֵּל sed יַעַן id est, propterea, sed quia, nõ video, quid interest. Nam & יַעַן significat propterea quod, vt ina B gulin Hebraorum docent, aut quapropter, vt lib 3. c. 10. & lib. 4. c. 40. Ieremias interpres vertit. Itaque & Hebraice & Græce sensus est, propterea Christum vnctu fuisse, quia Spiritus sanctus in eo erat: sine sensus sit quem supra tetigimus, propterea vnctum fuisse post baptismum Spiritu sancto visibiliter descendente, ga ante baptismum Spiritus sanctus in eo erat, sine quod magis credo, vt gere hoc loco significet ad officium aliquod sacrum destinari, sicut vngi solebant qui ad gubernandum populum, & ministrandũ Deo destinabãtur. Dicit ergo Christus propterea se ad euangelizandum vnctum, id est, deligatum, ac missum esse, quia Spiritus sanctus in ipso erat, quodquidem eo agere tur, ne in genere do officio errare posset. Vnctus est post C baptismum, id est ad prædicãdum destinatus, ac missus, cum veniente super eũ Spiritu Sancto Patris mittentis audita vox est: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*. Spiritus autem faetat in eo sempet ante inuisibiliter, qui tũc per visibilem adiuentum manifestius apparuit. Non n. Spiritus sanctus in Christum descẽdit, vt in eo esset, qui ante nõ erat, sed vt appareret, qui erat. Ac propterea fortasse non ille prior inuisibilis, sed visibilis iste posterior adductus Spiritus sancti, vnctio vocatur, quia oleum, quo vnctiones fiebant, visibile esse oportebat. Cosirmat hunc sensum quod Hebr. verbum בִּשְׂשָׂה אֹתִי *renuit me*, ad sequentia referatur, *euangelizare pauperibus* Sicut & verbum *misit*: *Misit me sanare contritos corde*. Quemadmodum Tertul. lib. 4. contra Marci. & Hilar. in comment. in Psal. 52. Theoph. & Beda hoc loco legunt. Melius meo quidem iudicio, quam Origen. hom. 32. & Cyprian. lib. 2. ad Quirin. & Epip. in Anco. & Rufinus in expositione symboli, & Euthy. in commentariis.

Euangelizare pauperibus.] Hebraice עֲנִיִּים mansuetis, Septuaginta videntur legisse עֲנִיִּים pauperibus, afflictis, verumq; enim id verbum declarat: melius profecto sensu, quam Hebraei. Sequitur enim, *Sanare contritos corde*. Et fuit facile עֲנִיִּים pauperes, in עֲנוִיִּים scribentium incuria degenerare. Septuaginta pauperes vocauerunt homines afflictos. Agebatur enim de captiuis apud Chaldæos Iudæis, & eorum persona de E omnibus hominibus, qui captiui diaboli tyrannide tenebantur. Prophetabilis: Christus his euangelizauit, i. laetum liberationis attulit nuntium. Propterea dicilli, & hi omnes miserabili persona introducuntur, & pauperes, i. afflicti, contriti corde, captiui, cæci, cõfracti dicuntur. Magis litteralis & proprius hic sensus est, quam ille Tertul. lib. 4. contra Marcio. & Eusebij lib. 3. c. 1. de demonstratione, & lib. 9. c. 10. & Bedæ in commentario huius loci. Qui omnes ad solos pauperes spiritu hæc verba referant, quibus Christus cũ gelizauit dicens Mat. 5. 3 *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*. Quasi tũc illa Isaiæ prophetia fuerit impleta. Magis etiam proprius, & litteralis, quam ille alter Orig. hom. 32. Theophyl. & Euthym. qui pauperes gentes interpretãtur, quæ lege cæterisq; salutis carebant auxiliis.

Misit me sanare contritos corde.] Consolari tristes, vt Psal. 146. 3. *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*, hic verus est sensus. Cæterum contriti corde, id est, tristes appellantur qui peccatorum onere grauati sunt, sicut pauperes, iam dicti vocati fuerant, vt exponit Hilar. Psal. 52. & Euthy. in com. Melius sane quã Tertul. lib. aduers. Marc. 4. & Basil. in commen. in Psa. 33. & Beda hunc in loco, qui contritos corde eos vocati putant, qui admissa dolent peccata. Nõ n. Propheta bonum, sed malũ, miserabilẽq; statum eorũ significare voluit, quibus & ipse liberationem à Chaldæorũ captiuitate nuntiabat, & Christum redemptionem à tyrannide diaboli nuntiatũ significabat. Cõtrito aũt à dolore peccatorum, bonus vtiq; nõ malus status est.

19. Predicare captiuis remissionem. Heb. לִקְרֹא דְרוֹר Libertatẽ, facultatẽ libere in patriã redeundi. Qua figura si gnificatum fore, vt q peccatis capti obstrictiq; tenebãt à Christo libertatem, vt Irenæus interpretatur li. 3. c. 10.

Et cæcis visum. Heb וּלְאסוּרִים פְּקַח קוֹחַ & vinctis apertionem cæcis, vt Hebraice interpretari solẽt, videturq; hic sensus melius cũ superiorib. cohærere, vbi de captiuis, & afflictis hominibus agebatur. Septuaginta verterunt, τυφλοῖς ἀναβλεψιν, *& cæcis visum*. aut tellistationem visus, quos & Lucas sequutus est. Cur ita verterint, merito disputatur. Poller aliquem acutum coniecturæ suspicio subire, legisse Sept. עִוְרִים cæcos, C pro אֲסוּרִים vinctis. Sed non est in re tam sancta cõiectura facile fidendum. Facilius crediderim sententiam eos potius, quam verba, quæ mad modum manumeus aliis locis exprimere voluisse. Scribant פְּקַח קוֹחַ Hebræi significare, oculos aperire, & פִּקַּח cum, qui oculos habet apertos, i videntem, qui opponitur עִוֵּר cæco. Videbant duo verba פְּקַח apertionem visus, & אֲסוּרִים vinctos esse coniuncta, quæ non viderentur satis inter se posse cohærere. Itaq; aut vnius, aut alterius proprietatem esse relinquendam. Reliquetur ergo proprietatem verbi אֲסוּרִים vincti, & expte esse aiunt proprietatẽ verbi פְּקַח, verterunt, τυφλοῖς ἀναβλεψιν, & cæcis visum. A deq; R. Dauid auctor est, cæcos aliquando אֲסוּרִים vinctos, aut ligatos appellari, q ligatos habere oculos videantur. Sed alia ego ratione Sept. sentores ab Hebraicis verbis credo non dissentire. Non ignorabant profecto אֲסוּרִים eos significare, qui in carcere vincti tenerentur: sed quia sciebant nomen פְּקַח apertionẽ visus declarare, præ denter animaduertunt אֲסוּרִים vinctos hoc loco vocari eos, qui non in quoms, sed in tã tetro, tã profundo, tã tenebroso, & obscuro carcere vincti essent, vt cæci esse videretur, q nihilo plus, quam si cæci essent, videre possent. Its aperiẽdos per Christũ oculos fuisse, quia ex eo carcere educendi erant, ita vt quasi restitutus illis visus esset, lucem videre possent. In q̃ sententiam Chald. etiam paraphrastes illũ Prophetæ locũ explicauit. Similis apud eundẽ Isa. locus est. c. 42. 8. *Educ foras populũ cæcũ & oculos habentẽ, surdũ, & auribus instructũ*; populũ qui, quamuis oculos & aures habeat, cæcus tamen & surdus est, quia in tam fœda captiuitate & carcere est, vt nihil videre, nihil audire possit. Agebat enim de populi à captiuitate reductione.

Dimittere confractos in remissionem.] Id est, in libertatem. Hæc verba pleriq; mirantur, nec apud Hebræos, nec apud Septuaginta interpretes reperiri. Magis ego miror interpretes fere omnes grauem imprimis, difficilemq; quæstionẽ silentio præteriisse, vnde ea Euãgelista citauerit: Mea in re obliquacõiectura est Euãgelistam hanc non tanquam partem prophetici testimonij citauisse: sed tanquam proximorum verborum, quia obscura erant, explicationem ad didisse. Quos n. Isaias cæcos, quam מְקוֹח קוֹחַ, *& aperitionem* testimonium visus appellasset, exposuit his duobus verbis: *Dimittere confractos in remissionem*, cæcos interpretans τυφλοὺς. Erat confractos, id est, qui tormentis, atq; cruciatibus mi, ac tenebrosi carceris fracti essent, כְּאֻבִים vero, i. cruciationem visus dimissionem in remissionem, id est, in libertatem, qua lucem illis aspicere licetet τὸ κατ' ἐξοχὴν. Acce pto *in Græco* dictum est, vt aliis etiam locis obseruauimus. De sensu nõ idem omnes sentiunt. Orig. hom. 32. confractos intelligit paralyticos, & cæteros membrorum impotentes, quos sanauit Christus. Eusebius lib. 9. de demonstratione Euangelica, c. 10. videtur eos interpretari, qui à dæmonibus vexarentur. Beda contritos corde, dolore q; peccatorum, aut legis onere prægrauatos. Theophi. mortuos, quos ad vitam Christus reuocauit, quoniã lecũ ab inferis eduxit. Sed si quod modo diximus, verum est, hanc esse superiorum verborum explicationem, non eũ nous quærenda sententia: eadẽ modo hæc quo superiora intelligi necesse est, vt confracti vocentur, qui oppressi seruitute diaboli, atq; obstricti iugo peccatorum erant. Quemadmodum & Euthy. cæteris plerunque interpres exponit.

Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.] Annum acceptum vocat, annum, vt ita dicam, liberalitatis & beneficij plenum. Annũ, quo Deo placet liberaliter hominibus beneficia largiri. Hoc n. est שְׁנַת רָצוֹן quem Sept. verterunt ἐνιαυτὸν κυρίου, annũ acceptum, vt apud Isa. c. 49 8. *Hoc autem Dominus in tempore placito exaudiuit te, & in die salutis auxiliatus sum tui, & seruauit te*. Quod accommodans D. Paulus ad tempus Euangelij 2. Cor. 6. 2. ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Hoc est, quod Dauid ait Psalm. 68. 14. *Tempus beneplaciti Deus in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, & in veritate salutis tuæ*. Omnes faventur, neq; id est dubium, ad animum subiisse eam phrasim allinde. Quo anno qui seruitute nexi erant, in libertatẽ asserebantur Leuit. 25. 8. Sed quis annus ille Iubilæi fuerit, quem Prophetia significauerit D. Paulus eo loco, quem modo potuimus, explicauit. Christus enim quo anno mortuus est, veram nobis attulit libertatem. Eam idem alibi D. Paulus temporum plenitudinem appellauit ad Gal. 4. 4. Ita eam Beda, & Theophyl. Quinquam aliam etiam Theophyl. interpretationem affert, vt annus acceptus sit potius indicij tempus appellemus, quod sanctis optabile sit, ex Orig. hom. 32. opinor mutuatus. Sed satis constat de redemptione hic agi, non de iudicio. Scribit Lenãbib 2. c. 38. hinc Valentinianos probare solitos, Christum vnum tantum annum prædicasse, cuius opinionis & Orig. eod. loco meminit, & simplicem intelligentiam appellauit. Diem autem retributionis quidam vltimum etiã iudicium intelligunt, quo Christus vnicuiq; secundũ opera sua reddituras est, vt Orig. hom. in Leuit. 9. & Hilar. Psal. 52. & 64. sed manifestum est de gratia potius agi, quam de iudicio, & vt Hieron. in comment. in cap. Isaiæ 61. argumentatur, Christus hoc loco dicit, *hodie impleta est hæc prophetia*: nõ ergo in die iudicij implenda est. יוֹם נְקָמָה vt D. Hieron. vertit, dies significat vltionis. Sed ille ad Iudæorum vltionem per Titum & Vespasianum factam refert. Quod idem li. 9. de demonstratione c. 15. facit Eusebius. Huc accommodans quod ait Christus Matth. 22. 35. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zacharie filii Barachiæ*. At non videtur Deus de vltione populi sui tã agere, sed hostiũ, quibus debellatis populum suum liberaturum se pol-

A licebatur. Quod si ad tempus Christi cum Christo ipso referamus, annũ Dñi acceptũ interpretabimur de omnibus hominibus, quibus tempus illud si Christi liberalitate vti voluissent, Iubilæus fuit: diem vero vltionis de diabolo, quo deiecto nos liberauit, sicut ipse dixit, *condemnatus est princeps huius mundi, & in me non habet quicquam*. Ioan. 16. 11. & 14. 30. Propterea officiũ redemptionis à certamine cũ diabolo inchoatum, statim n. vt baptizatus est, *ductus est in desertũ à spiritu, vt tentaretur à diabolo*, vt & Matth. 4. 1.

20. Et cum plicuisset librum reddidit ministro.] Sensus perspicuus est, si quis vero allegoriam deli derat, Bedam legat.

Et sedit.] Sunt, qui existiment, morem fuisse Iudæis vt in synagoga non solum qui legeret, sed etiam quicunq; doceret, sui loqueretur, (tarent, vt colligunt ex Actis Apost. c. 13. 16. & ex priori Cor. 14. 30. Christum vero dum Prophetam legeret, reuerentiæ causa stetisse; cum autem docere veller, resedisse, vt tũ ostenderet se supra cæteros doctores auctoritatem. Probabile, sed incertum.

Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.] Pro admiratione, quomodo luteras sciret, quas nõ didicisset, Ioan. 7. 15. vt Cyrillus apud D. Thom. interpretatur. Aut, vt viderent, quomodo quæ legisset, exponeret, vt ait Euthym. mihiq; magis placet. Audiebant enim multa de ejus doctrina, atq; miraculis: & erant expectatione suspensi, vt viderẽ, an quæ audiuissent, vera essent. Muraliter adnotant Orig. posse nos etiã hodie in docentem Christum intentos oculos habere.

21. Quia hodie impleta est hæc prophetia in auribus vestris.] *Quia*, ponitur Hebraicorum more ad significandã orationem quæ sequitur esse directam. Eo die dicit illam prophetiam impletam fuisse, q eo die illi impletam fuisse audiuerunt. Aut potius, quod illis eo die impleta esset, quia eo primum die repertæ illis spiritu Dei plenus, atque impulsus tanquam patrem bus, id est, ad illectus hominibus Euangelium prædicare. *In auribus vestris*, Hebraismus est: quasi dicat, vobis audientibus id est, hodie vestris ipsi auribus huius prophetiæ impletionem audiuistis, cum me audientes prædicantẽ, de cuius illa prædicatione loquitur. Dicit autem, *in auribus vestris* potius quam in oculis vestris, quia impletio prophetiæ in Euangelij prædicatione consistebat, ea autem pars quam in potissimæ impletam esse significabat. Euthym impleta est hodie ea prophetia, quæ in auribus vestris lecta est. Proponit Christo sese docere is: verum esse Messiam, quem illi tã opere expectarent. Offendit se eum esse, de quo prophetia loqueretur, vt Theophyl. & Euthym admonuerunt. Videntur autem tacita quædam in his verbis latere tepiehensio, quam dicat, quod tanto desiderio Messiam expectastis, quem autem oculos habeatis respecte no vestris: Quid enim in Prophetis quæritis, cũ nec Prophetas, cũ vobis legitur quidem eorum prophetias, cum in conspectu vestro impleantur, intelligatis?

22. Et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius.] Verba gratiæ per Hebraismũ appellant verba sinceritatis, & elegantiæ plena. Quanquam nes elegantia, atque iunctas non tam ad orationis compositionem, quam ad mores referendas est, quod eius oratio mirata docta, si q; benigna fuerit, & animos hominum diuina quadã virtute suauiter moueas. Viderunt hoc Euangelistæ ideo dixit Ie., nõ solũ vt docerer, quo modo Christus verba sua fari, & loquendi modo se supra homine ẽ esse osteuderet, sed etiam vt perfidiã, & contumaciã nostrã ex Iudæorũ, qui eũ eius admirarentur oratione, conuincerẽt, cognoscerẽt, eũ nõ humano loqui more, tamen tantum abhuerit, vt ei eum credi-

derint, vt perdere potius, & præcipitem agere conati fuer.

Et dicebant: Nunne hic est filius Ioseph?] Non probo eorum interpretationem, qui hæc laudandi causa dicta putant, quasi admirabilia laudauerint, quod, cum filius, vt illi putabant, esset Ioseph, aliquid magni homine præ se ferret. Repugnat enim quod Mar. dicit c. 13. 57. illos fuisse scandalizatos in Christo. Vbi, quæ hic dicuntur, copiosius à nobis explicata sunt.

22. Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.] Græcus codex habet parabolam hanc, id est, hoc prouerbium, vt ex Pomerio Euthym. Proverbium enim id fuisse apud Iudæos vulgare ex eo discendum est, & Cyrillus apud D. Th. admonet. Quoctum hoc proverbium vim proverbi ipse exponit: *Quanta audistis, inquit, facta Capharnaum fac & hic in patria tua.* Proverbium igitur significabat, vt quod quisq; beneficij alibi se præstare posse profiteretur, id ipsi præstaret, docereturq; ipse potius, se eius prodesse, cui prodesse studisset. Nam cum medicus, qui alios curat, se vero ipsum plenum pie curare cesciunt, sum pecunia proverbium erat: non de illis tamen fuisse dicebatur, sed de eum hus, qui, cum alijs prodesse posse dicerent, sibi prodesse non possent. Nazareni enim cum alijs proclus sensu Nazareni, quia patria Christi erat, cum Christo confunzebant, & pio vita, eademq; te habebant, vt illi, & vt patriæ prodesse tuæ. Postulabant ergo, quamuis id Euangelista non dicat, tamen aut verbis, aut nutus saltem cognationi hunc potius aut verbis, aut nutus saltem cognationi hunc potius suæ curare cæpisset, quam alios. Et postulabant, vt ex Christi in sua etiam faceret patria. Et postulabant, vt ex Christi responso colligitur, non fide vt crederent, sed ambitione, & incredulitate. Ambitione quidem, dū cupiebant ea à Christo præstari, quæ magis miraculis digna essent, quæ Christus alibi fecerat incredulitate vero, quia ne id apud se dicebant, quasi dicerent non posse Christū quem admodū se posse tacitos hos facere miracula nec vera esse quæ de miraculis in alijs ab eo factis cuitabantur. Sic enim alibi miracula fecisset, multo magis in patria sua factuum fuisse: cum autem in patria sua non fecisset, vt ne alibi profecto fecisse. Inhanc eorum sententiam proverbium illud dici solebat, vt ex eo probaretur medicū posse eos, quos ipse medicum dum peculiter curare, curare alios, cum ipsa curare nō possent. Hoc eosdem sensu, & quasi alijs verbis idem proverbium vsurpantes, dicebant Iudæi de crucifixo Christo, *alios saluos fecit, seipsum saluum facere*: quasi dicerent, si vera fuissent miracula, quibus alios saluos fecisse fertur, se vtiq; ipsum multo magis saluū facturum q; cum facere non possit, ne ille quidē miracula, quæ cum facile fama est, facere potuit. Cur ergo Christi, vt illi credebant, miracula in non fecit? *Quis cognovit sensum Domini aut quis consiliarius eius fuit?* Si in licet de eius per coniectura aliquam iudicare cōsilijs, eo ipso quillis hoc apudse cogitabant, indigni profecto miraculis erant. Et non ignorabat Christus eorum animos, fortasse vt illis etiam miracula non crederent, qui tam crebris, tam continuis fame non credidissent. Qui animi ergo illis miracula facerent. Hæc nos ti nostri est cōiectura quam Matthæi c. 13. 58. expressa sententia, *Et non fecit, inquit, ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Itaq; quæ alibi rationem afferebant, quā obrem miracula ibi non facere deberet, eam illi vicinum ferorquebat, vt deceret vt nullqua se minus, quā in patria sua facere debere. Debere n. fieri miracula vbi creduntur, cum miraculorum finis spectatum fides sit: minime aut credi, vbi ei, qui ea facit, minimū honoris tribuatur: nusquā minus tribuis virtus qui miracula possunt facere, q; in patria sua honoris tribuitur quam ignem minus quam in patria sua miracula eos facere debere. Vltima propositione duob. è factis hic

A *vris sumptis probat exemplis: alterū est, q; Elias ad nullam Iudæam videtur, vt tempore famis alteretur, sed ad Gentilem in Sarepta Sidoniorum Gentilem vrbē ad Deo missus fuerit 3. Reg. 17. 9. q; sciret nimium Dei gratiæ apud alienigenas quam apud suos cives hospitem fore. Alterum Elisæus, q; eius tempore multi vtique leprosi inter Iudæos fuerint, sed nemo eorum tantum illi honoris detulit, vt ad eum pretendæ curationis causa veniret, cum Naaman homo alienigena, & secundum Regem princeps à Syria vsq; venerit, vt ab eo curaretur 4. Reg. 5. 14. Quibus verbis atq; exēplis non falsi docet Christus, q; probare volebat, se nusquam minus quam in patria sua gratum, & acceptum esse, sed ēr eandem indicat, eur ibi miracula non faceret, q; cives sui increduli essent, qui matimodū olim Proles Iudæorum incredulitatem, neq; Elias ad vllā Iudæam videtur magis fuisse: nec Elisæus vllos Iudæorum leprosos curauisse. Recte prorsus Ambros. *Cur igitur non ibi ait se facturum virtutem: nō sanabat propterea conterendum sanaret alienos, sanaret eos, qui se persequebantur? Et ergo in tali certamine non habebat, nisi quia voluntatem est indicia non gentis, & dominum virtutis negatur, non naturam virtutis detrahitur. Dixit Christianæ gratiæ, quod comes propter ire fastidiosos viros consilijs prosectus nunquam non sequuntur.*

B C D E

28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira hæc audientes.] Tam subitæ, & impotentis iræ duæ tas causas diuersi auctores afferūt. Quidam propterea ira fluminatos fuisse dicunt, q; eam, quam legerat Isaiæ prophetiam in semipleti se ille significasset, quasi se verum Messiā esse diuisset, vt Græcus ille auctor apud D. Thom. aīt. Alij, q; adducto duorum prophetarū exemplo veteribus se prophetis comparasse videretur, vt ille idem auctor scribit. Alij, q; eorum vlcus Christus tetigisset, & propositis exemplis eorum se gustus incredulitatem. Volebant n. audire sibi placentia, vt illi apud Isaiam 30. 10. Commune auditorum vitium delectari non vero, quibus velle nō pungi. Psal. 51. 12. & Amos 5. 10. *Iratus est* (dicebat Rex ille stultus Iliaci) *vir iste, ne dicam per quem possimus interrogare Dominum. Iudæ ad eum, dicentes, quia non propheta es nobis hominum, sed malum.* 1. Reg. 22. 8. 18. Alij, q; vltus esset ign. heare Christus gratiā Dei à Iudæis translatā eudato ad gentes. Quod nec. n. dum illis dictu, & animis promptissimis contrarium videbatur. Scite admonuit Euthym. Iudæos hoc ipso facto miraculis sein dignos declarasse, & re ipsa comprobasse, q; Christus dixerat, verum esse, neminem in patria sua prophetam acceptum esse.

Commune auditorum vitium. Lucas non vult audire verum, sed placentia.

29. Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra ciuitatem.] Extra ciuitatem tanquā reum mortis eiiciunt, qa mos erat, vt omnes Rei extra ciuitatē plecterentur. *Propterea quod & Iesus extra portam passus est.* Incipiunt Christum primū cruciligere cūm sui Proles quo damodo quā qui eum posset crucifixere illi n. corrupto quidem, & violento iudicio, iudicio tamen egerunt. Iili impatientes iræ, impatientes mortis, non iudicio, sed impetu, non crucifigere, sed præcipitem dare voluerunt. Quod itidem pene verbis Ambros. & Beda notauerunt. Et Beda quidem peiores etiam illos diabolo fecit. Nam ille tradere tantum conatus est Christū, vt fec ex templi fastigio præcipitem daret, ipse vero pelle re non est ausus, sed autem suis eum manibus præcipitem agere voluerunt.

Ad Luc. 13. 12.

30. Ipse autem transiens per medium eorum ibat.] Non dubium volumus Euangelistam declarare Christū nō vi, non arte, sed miraculo ex Iudæorum manib. euasisse, fuisque eam esse ostendisse diuinitatem, vt Chrys. apud D. Thom. Ambr. & Euthy. in comment. obseruarunt. *Simul intelligo*, inquit, Amb. *non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem: nec captum à Iudæis, sed ab se*

à seipso oblatum. Etenim quando vult, capitur, quando vult, A elabitur, quando vult, sustenditur, quando vult, non tenetur. Videsigitur & hic diuinitatem esse, quod non captus est, & illius voluntatis esse, quod captus est. Quale miraculum fuerit incertum. Verba tantum significant eum secum, sine vlla fuga, sine vlla festinatione, per medios hostes graui, lentoq; gradu processisse; hoc n. vis mihi verborū videtur indicare, ἐδίδου δια μέσου αὐτῶν πορευόμενος, & ipse, (aut potius ipse autem, est enim occulta quædam antithesis,) per medium eorum trāsiens, ibat, id est, procedebat, & secutus gradiebatur. Ambros. & Beda in eo miraculum fuisse putant, quod Christus eorum repente mutauerit volūtates. Quod etsi miraculum quidē fuisset, tamen Euangelista non volūtatem, sed facultatem Iudeis significat de fuisse. Alij eorum quodammodo manus existimant tenuisse, vt se prehendere non possent. Alij inuisibilem red didisse: ieie, q uod ego existimo esse probabilius. Mitto quæ à nonnullis piis quidem nec indoctis, sed minus forsasse limati iudicij feruntur auctoribus de ratione, qua Christus euaserit: necea lector aut studio, aut casu apud illos inuēta credet, si mihi credet. Cur vero Christus à Nazaræis teneri noluerit, in promptu ratio est, *non tum venerat hora tua*, vt Ambr. Theophyl. & Beda respondent. Reliqua quæ sequuntur vsq; ad finem capitis apud Matthæum & Marcum in locis ad marginem signatis explicauimus.

CAPVT V.

1. *FACTVM est autem, cum turba irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. 2. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. 3. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. 4. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 5. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. 6. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. 7. Et annuerunt sociis: qui erant in alia nauī, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. 8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant: 10. Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. 11. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum: 12. Et factum est, cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra & videns Iesum & procidens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. 14. & ipse præcepit illi, vt nemini diceret: sed Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. 15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. 16. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. 17. Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes & legis doctores, qui venerant ex omni castella Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. 18. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. 19. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectū, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. 20. Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. 21. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 22. Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? 23. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula? 24. Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 25. Et confestim cōsurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum. 26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. 27. Et post hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad Telonium. & ait illi: Sequere me. 28. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. 29. & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. 30. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? 31. Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. 32. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. 33. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt, & bibunt? 34. Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illo est sponsus facere ieiunare? 35. Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. 36. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. 37. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. 38. sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est: & vtraque conseruantur. 39. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim: Vetus melius est.*

Mat. 4. 1. 18. Mar. 1. 16

Mat. 8. 2. 2. Mar. 1. 4. 40. Luc. 5. 12. 4

Mat. 9. 2. 2. Mar. 2. 4. 3.

Mat. 9. 2. 14. Mar. 2. 1. 12. Mat. 9. 9. Mar. 2. 14.

IN CAPVT V.

FActum est autem, cum turba irrueret in eum.] Quæ scribit Lucas vsq; ad ver. 10. non alia de causa videtur commemorare, quam vt doceat qua occasione, quo miraculo Petrus, & Andreas, Iacobus & Ioannes vocati fuerint. An hæc eadem fuit historia atque illa, quæ à Matt. c. 4. 18. & à Marco c. 1. 16. narratur, illic dilputauimus, omniaq; expoluimus, quæ hic à Luca dicuntur, exceptis admodum paucis, quæ ab aliis sunt in eiusdem historiæ narratione prætermissa. Hoc primum, est, quod dicit Christum, vt irrueretem, compressi mentem, vt arctet turbam, in nauiculam ascendisse, quæ erat S. monis Petri, dum ille cum Andrea suis retibus, ex eis piscatoribus retia reficiebat. Solebat id facere vt Marci. 4. 1. Alta vsq; ad v. 4. Matt. 4. 18. & Mar. 1. 16. fuit explicata.

4. *Vt eſſet autē loquẽs, dixit ad Simonem: Duc in altū.*] Doctrinæ assunxit opera, quæ plus ad persuadendū habent ponderis. Mouerat iam concione sua Petrū, impellit, trahit q; miraculo, vt reiectis è vestigio omnibus rebus se sequatur. Voluit, vt Theoph. indicauit Christus Petro pro eius, qua vsus erat, nauicula nauium soluere cumulatum, cum q; ea ex arce, quam nauicula quærebat, piscium multitudine remanere, ne quid sibi lucri exist marer permisse, dum eius nauicula Christus vtebatur. Collig mus sim li merce de non caituros, qui Christi concionatores domo recipiūt. Ipse enim dixit. *Qui recipit vos, me recipit.* Eius vidiam illam Sareptanam quæ se domo excepetat, atque aluetat multiplicato diuinitus oleo loci pleta uit, mortuum q; illi suscitauit filium, 3. Reg. 17. 15. 16. 22. Elisæus Sunamitidi hospitæ suæ, & filium steili dedit. & mortuum eandem in vitam reuocauit, 4. Reg. 4. 17. 35. Notan t idem Theoph. item q; Chrysosto. apud D. Thom. soleie Christum capere ita quæque arte, Magos flella, piscatores piscibus.

Mirandi ali carone qui Christi con ciones audirent recipiunt. Mat. 10. 40.

Duc in altum.] ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, reduc in profundum, hoc in altum tu ire nauicula, vt pisceie. Venerat Petrus ex alto in iri ad littus irrita piscatione. fubet eum Christus in altum mare, vnde veneiat. nauium ducere. Omnia diuina sunt facta confilio, vt miraculi magnitudo magis appareiet. Et vt Petrus tota laborans nocte nihil caperet, vt intelligeret frustra se sine Christo laborare, & omnia humana studia, sine diuina gratia irrita esse. Et vt in eundem locū nauim reducere iuberetur, ne si in alium locum iecisset rete, non miraculo, sed casu facto videretur, quod tantam vim traxisset piscis. q. hæc pisces fuissent, illic nō fuissent. Illud etiā ad mores pertinet, idq; fortasse Christus ex ipsa docere voluit, hæc enim omnia mysterū aliquod habere suspicor, & ad literale etiam sensum pertinere; ideo q; præter consuetudinem meam tracto illud, inquam, ad mores pertinet, quod Petrus ante audiram Christi concionem nihil ceperit, post auditam plus ceperit, quam sperare vnquam potuisset.

Matt. 6. 33. Hoc nimirum est *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Fecit Christus vtrumq; & vt antè nihil caperet, & vt post tantum caperet, quantum vix duæ naues continere possent. Verum q; necessarium erat, vt miraculi magnitudo cognoscereiur.

Et laxate retia vestra in capturam.] Qui id dicat, nunc tempus est, cum me præsente, ne iubeie facitis, antea non erat, cum non me, sed vestra voluntate faciebatis. Sic interpretor, quanquam paulo aliter Aug. libr. 2. quæstionum Euangelicarum q. 2. & Gregor. lib. 17. Moral. c. 2. & Beda in commen. *Quod dixit Petro: Duc in altum,* inquit Aug. *& laxate retia vestra in capturam, ad remotiores gentes, quibus postea predicatum est, pertinet, sicut Isai dixit: Tolle signum in gentes ad eas, quæ prope. & ad eas, quæ longe.* Retia vero sic Ambros. interpretatur. *Quæ sunt, inquit, Apostolorum quæ laxare iubentur retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam orationis situs, & disputationum necessitas, qui eos quos caperint, non amittant. Et bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non capros perimunt, sed reseruant, & de profundo ad lumen extrahunt. & fluctu autē de infernis ad superna perducunt.* Quod ait Christus *laxate*, emphasin habet, quasi dicat, quā maxime potestis, extendite retia, tantum enim trahetis piscium, quanta retis capacitas erit. Isai. 18. 2. 6. Luc. 12. 12.

5. *Et respondens Simon dixit illi, Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.*] Non desperatione fœlicioris tactus hoc dicit Petrus, aut quod Christū vel nō crederet, vel obedire nollet; sed potius vt maiorē in Christo fidem declaret: quod cum tota nocte laborantes nihil prehendisset, tamen eius confidens verbis iterū retia laxatet. Soler per noctem maior quam per diem piscium captura fieri, cum minus insidias videre possunt. Sed contra accidit Petro. Itaq; hoc ipsum miraculū anget, q. noctu, cū plures pisces capi solent, nullam ceperit, die vero cum pauciores solent capi, cepeiit innumerabiles. Nempe, *quia nondum illi sol iustitiæ ortus erat, in tenebris ambulabat, multumq; laborans nihil proficiebat*, vt Ambros. & Beda, allegantes quidem, sed apposite interpretantur.

Hebraismus.

In verbo autē tuo laxabo rete.] Iussu tuo, Hebraismus, aut verbo tuo confidens.

Hebraismus.

7. *Et annuerūt socijs qui erant in alia nauí.*] Putat Theophyl. & Euthym. propterea hoc, nō verbis annuisse (sic enim interpretantur) quia præ admiratione captorum piscium adeo obstupefacti erant, vt loqui nō possent. At potuit Petrus loqui cum Christo, cū vila tam multitudine piscium multo magis eū obstupefactum fuisse credendū sit; *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Itaq; probabilius est ideo annuisse, quia tā longe diiabant, vt vox ab illis exaudiri nō posset. Atque hoc ipsum ad miraculi pertinet magnitudinē, q. cum alij socij in alia nauicula eodem loco, vt est vero simile, piscarentur, nihil tamē dicantur prehendisse, quia non in Christi verbo. Debent Ecclesiæ pastores cum ipsis per se, aut impositio, aut suscepto oneri non sufficiunt, alios à quib. iuuari possint, aduocare: multo magis oblatos admittere.

8. *Quod cum vidisset Simon Petrus, procidit ad genua Iesu.*] Adorabundus simul, & precabundus.

Exi à me Domine, quia homo peccator sum.] Cur à se exire vellet, causam exposuit, q. homo peccator esset: sed ea ipsa causa postulare videbatur, vt cum portus apud se retineret, medicū ægrotos. Sed humilitatis fuit, quod se tanto hospite indicaret indignū. Quod & idē cū Centurio ille fecisset, supra omnes Israelitas à Christo laudatus est, Matt. 8. 9. Euthy. & Ambr. hoc adnotarunt. Ambrosij hæc verba sunt. *Admirabatur nouā diuina, & quo plus mirabatur, hoc præsumebat minus. Dic & tu. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. vt respondeat tibi Dominus, noli timere adulterum Dominū peccatum sæturi. Noli timere etiam, qui tua sunt Domino deferre, quia quæ sua sunt, nobis ille concessit.* Exiit ille mattamen Euthymisse Petrum, ne quid sibi mali cōtingeret, quod Christum, quem aut Deum, aut virum certe sanctum Prophetamq; esse credebat, in suam nauiculam excepisset. Quemadmodum Sareptana illa vidua causam, cur filius suus mortuus fuisset, esse putabat, q. parum dignè apud se propheiam habuisset. 3. Reg. 17. 18.

Humilitas S. Petri.

9. *Stupor enim circumdederat eum.*] Totum inuasetat, totū impleuerat. Hebraismus simul, & Græcismus est, qualis

Hebraismus & Græcismus.

qualis ille Psal. 17. 5. & 29. 12. & 1. Cor. 13. 13. & Hebr. 5. 2. Hoc ideo videtur Euangelista dixisse, vt Petrū excusaret, quod tantum à se bonum reiicere voluisset: nec enim omnino apud se fuisse, stuporeque occupatum non satis, quid faceret, consideiasse. Non quod humilitas eius laudanda non fuerit, sed quod vero simile nō sit eum dicturum fuisse Christo, vt à se abiret, si satis considerasset, intellexisset que, quanto sibi esset vtilius eum retinere, quam ablegare. Sunt qui in hac re & niminm, & parum Petrum imitentur, vtriq; peiuerse: nam & quidam, cum apud se Christum habeāt, inconsideiate dimittunt: & alij cum habeant, suaie, ambitioseq; non dimittūt, quia plus eo præsente piscantur. Hi non Christo, sed Christus ipsis piscator est. A Iacobi, & Ioannis, aliorumq; Apostolorū apud Matt. egimus c. 4. 18. 19. 20. 21. Hic solum cum Lucæ vocationis occasionē declaram⁹. Quæ vt apparet ex hoc loco, in his quatuor Apostolis Petro, Andrea, Iacobo, & Ioanne eadem fuit, captorum multitudo piscium.

Et omnes qui cum eo erant.] Ne videretur Petrus sine causa, magnisq; miraculi occasione obstupefactus, ad didit Euangelista etiam oēs, qui cum eo erant simili stupore fuisse correptos. Hoc etiam eo pertinet, vt intelligamus verum, magnumq; fuisse miraculū, quod tam multi pisces capti fuerint, cum piscatores ipsi, qui ceperāt, quiq; magnam alias copiam capere solebāt, non vnus & alter, sed omnes omnino qui aderant, stupore deiixi fuissent.

Noli timere, ex hoc iam homines tru cipies.] Respondet Christus Petri cogitationibus. Timuerat ille, vt ex Euthymio recitauimus, ne propterea quod homo peccator Christū recepisset, aliquid sibi periculi euenireret: respondet Christus tantum abesse, vt quicquā illi propterea mali sit euenturum, vt maximum potiū illi lucrum accessurum sit. namq; ex piscatore pisciū, hominum piscatorem factum iri. Et, vt tantā pisciū multitudinem, non suo labore, qui per totam noctē cassus tū fuerat, sed diuina virtute ceperat: ita prorsus B fore, vt innumerabiles homines non doctrina, non industria sua, sed gratia diuina capiat, & in rete trahat Ecclesiæ, Matt. c. 4. & 19. & Marc. c. 1. 17. Petro simul, & Andreæ Christum dixisse trahunt. *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Quod Augustin⁹ lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 19. 17. ita cōcilias, quasi bis hoc dixerit Christus, primū Petro solū deinde duobus simul fratrib. Iacobo & Ioanni. Sed quemadmodum eo loco disputauimus, ita Petrus dixit, omnibus qui cum illo erant, dixit.

10. *In captura piscium.*] Hebraismus, propter capturam piscium. *Hebraismus.*

Simonem autem Iacobum & Ioannem.] De vocatione

CAPVT VI.

1. FACTVM est autē in sabbato secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. 2. *Quidam autem Pharisæorum dixerunt illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? 3. Et respondens Iesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cum esurisset ipse, & qui cum illo erant? 4. quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbati. 6. Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. 7. Et observabant autem Scribæ & Pharisæi si in sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. 8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. 9. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere? 10. Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. 11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebātur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. 12. Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit) 14. Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum, 15. Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur zelotes, 16. & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. 17. Et descendit cum illis, & stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis 18. qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. 20. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. 21. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. 22. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. 23. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo: secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. 24. Verumtamen væ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. 25. Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. 26. Væ cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. 27. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. 28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. 29. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et abeo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. 30. Omni autem petenti te tribue: & qui aufert que tua sunt, ne repetas. 31. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 32. Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. 33. Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. 34. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœneratur, vt recipiant æqualia. 35. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa. & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. 36. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est. 37. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non

Matt. 12. 1.
1. Reg. 21. b.
Matt. 12. 4. b. 9.
Exod. 29.
Mat. 12. 12. 8.
10.
Mat. 12. 9. 11.
Mar. 3. b.
Matt. 4. a.
Mat. 5. m.
Mat. 4. & 12.
Mat. 5. m.
Amb. 8. a. 2.
Eccl. 31. a. 2.
Isa. 5. 11. 22.
Mat. 5. g.
Mat. 5. g.
Mat. 5. g. 42.
Deut. 15. b.
Matt. 5. 8.
Exod. 4. c. 16.
Mat. 5. g.
Mat. 5. g. 46.
1. Cor. 6. b. 7.
Mat. 7. b.
11.

eandem habituri. Dimittite, & dimittemini. 38. Date & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, &
Mat.7.a.2. *coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetie-*
Mar.4.c.24. *tur vobis. 39. Dicebat autem illis & similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in fo-*
Luc.10.c. 2. *veam cadunt? 40. Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 41.*
Ioā.13.b.16. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? 42. Aut*
Mat.7.a.3. *quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns?*
Mat.7.c.16. *hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies & educas festucam de oculo fratris tui. 43. Non*
& 12.c.33. *est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. 44. Vnaquæque enim*
Mat.7.d.21. *est arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant uuam. 45. Bonus*
Rom.2.b.13. *homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex al undan-*
Iac.1.b.22. *tia enim cordis os loquitur. 46. Quid autem vocatis me Domine, Domine & non facitis quæ dico? 47. Omnis,*
qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: 48. similis est homini ædifi-
canti domum, qui fodit in altum: & posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta, illisum est
flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat super petram. 49. Qui autem audit, & non
facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluvius, &
continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

IN CAPVT VI.

1 FACTVM est autem in sabbato secundo primo cum transiret per sata.] Hunc locum sane difficilem apud Matthæum c.12.1. explicauimus. Totum etiam B reliquum caput in eumdem Matthæi commentarius capite 5. & 7. expositum est.

CAPVT VII.

Mat.8.a.5. CVM autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. 2. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat morti turus: qui illi erat pretiosus. 3. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut veniret, & saluaret seruum eius. 4. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei: Quia dignus est ut hoc illi præ-
Mat.8.a.8. stes. 5. diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis. 6. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: Non enim sum dignus ut sub tectum meum intres. 7. propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8. nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. 9. Quo audito Iesus mira-
tus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inuenit. 10. Et reuersi, qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum. 11. Et factum est: deinceps ibat
in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. 12. Cum autem appropin-
quaret porta ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius: vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis
mult a cum illa. 13. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam dixit illi: Noli flere. 14. Et ac-
cessit, & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. 15. Et re-
Isa.14.c.19 sedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. 16. Accepit autem omnes timor: & magnifi-
Ioā.3.c.19 cabant Deum, dicentes: Quia prophetа magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. 17. Et
Mat.21.a.2 exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. 18. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli
eius de omnibus his. 19. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum dicens: Tu es qui ven-
turus es, an alium expectamus? 20. Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad
te dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 21. (In ipsa autem hora multos curauit a languoribus,
& plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.) 22. Et respondens, dixit illis: Euntes renunciate
Ioanni quæ audistis, & vidistis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui
Isa.35.b.5. resurgunt, pauperes euangelizantur: 23. & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. 24. Et cum
discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas. Quid existis in desertum videre: arundinem ven-
to agitatam? 25. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa
sunt & deliciis, in domibus regum sunt. 26. Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plus-
Mal.3.a.1. quam prophetam. 27. hic est, de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præpa-
Matt.11.b. rabit viam tuam ante te. 28. Dico enim vobis: Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est,
10.
Mar.1.a.2. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. 29. Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt De-
Matt.11.b. um, baptizati baptismo Ioannis. 30. Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos non
16.
M.1.3.a.4. baptizati ab eo. 31. Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes
Mar.3.a.6. Mat.24.a. sunt? 32. Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis
7.
Mar.14.a. tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non ploraſtis. 33. Venit enim Ioannes Baptista, neque manducans pa-
3.
Ioan.11.a.2 nem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. 34. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dici-
tis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. 35. Et iustificata est sapien-
tia ab omnibus filijs suis. 36. Rogabat autem illum quidam de Pharisæis ut manducaret cum illo. Et ingressus
domum

domum Pharisæi discubuit. 37. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod accubuisset in
domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: 38. & stans retro secus pedes eius: lacrymis cœpit rigare pedes
eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. 39. Videns autem Pha-
risæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta, sciret utique quæ, & qualis ea mulier, quæ
tangit eum: quia peccatrix est. 40. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At
ille ait: Magister, dic. 41. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, &
alius quinquaginta. 42. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit?
43. Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. 44. Et
conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Videsne hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non
dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. 45. Osculum mihi non dedisti: hæc autem
ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. 46. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento un-
xit pedes meos. 47. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui
autem minus dimittitur, minus diligit. 48. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. 49. Et cœpe- Mat.9.a.2.
runt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? 50. Dixit autem ad mu-
lierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

IN CAPVT VII.

1 CVM autem implesset omnia verba sua in aures plebis.] Cū hæc omnia, quę narrata sunt, in aures plebis instillasset, omnia verba Christi vocat Euangelista, omnia quæ Christus loqui voluit, quasi dicat, cum plebi, quidquid v. limlibere dixisset. Subiungit doctrinæ miracula, vt ostendat Christum ea, quæ docebat, miraculis confirmasse.

Intrauit Capharnaum.] Habuerat superiorem concionem in campo, cum ex monte ab oratione descendisset, vt dixit c. 6. 17. Inde dicit ingressum Capharnaum, vt Matthæus narrat. Reliqua vsq; ad v. 11. apud eundem Matthæum c. 8. v. expositimus.

11. Et factum est deinceps.] An statim post fanatum Centurionis seruum hoc acciderit, Lucas non dicit, tantum dicit hoc positea factum esse; sed est probabile inter hoc miraculum, quod hic narratur, & id quod paulo ante narrauit de centurionis famulo seruo, ea omnia accidisse quæ Mat. c. 8. & c. 9. & 10. narrat. Scribit enim Mat. c. 11. 1. postquam Christus Apostolos suos instruxisset, missuros in Iudæam ad prædicandum, inde, id est, ex Capharnaũ discessisse, & per alias illis vt docerent ciuitates. Iam quis credibile est, vnã fuisse Naim, vbi mortuum illum adolescentem suscitauit.

Ibat in ciuitatem quæ vocatur Naim.] Erat Naim Galilææ ciuitas non ita magna ad radices montis Hermon distans a Thabor bis mille passus. Hieronymus in epitaph. Paulæ ad Eustoch. & in locis Hebr. & Sieda hoc loco, & Brocardus in descrip. cap. 3. nominat ciuitatem, vt historiæ fidem faciat.

Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.] Hoc ideo viderit Euangelista dixisse, vt doceret multos eius miraculi fuisse testes.

12. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis.] Videtur Euangelista hoc ita narrare quasi casu factus fuisset, vt appropinquante ad portam Christo mortuus efferretur: sed credendum est in illo, qui humanis oculis videbatur, casu diuinum fatum illi cõsilium; Christumq; aut tunc venisse cum sciebat mortuum efferendũ; aut E mortuendis facile hominũ animis effecisse, vt tunc ea efferrent, cum ipse ad vrbe appropinquaret. Volebat enim ita eum suscitare, vt forte in eum incidisse videretur. Augebat etiam miraculi magnitudinem, vt nõ eum prius suscitaret, quam ad sepulturam efferretur, ne quis confuta posset, nõ vere fuisse mortuum. & hominũ opinionem, vt non priuatim domi coram paucis, sed in ipsa vrbis porta. vbi & maximus ingredientiũq; egrediẽtiũq; coetus fieri soler, & erat apud Iudæos in portis vrbiũ fori vbi causæ agebãtur, & nobiles ciuitatis viri frequẽter versabant, Et adueniẽte. inquit, sequebãtur qui sederãt in porta, Ps. 68. 13. &, nõ cõsur-

Eorum vbi causæ agebantur, & portis vrbium apud Iudæos.

Mistericordia motus super eã.] Hebraismus רחם *propriè eã. Reddit ratione, cur nõ rogatus Christus mortuũ excitauerit, quia cõmiseratione omnium matris cõmot' est. Satis ipsa per se tacita rogabat vidua. Desiderium enim pauperum exaudiuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris eius, Ps. 10. 17. Nun est expectandum vt pauperes, & afflicti opem a nobis magna vociferatione petant. Ipsa pro ea miseria vociferatur.*

Hebraismus.

Secundum Hebraos.

Magis

Magis petit, qui petere non audet, & plus dat, qui dat non rogatus.

Dixit illi adolescens.] Alio modo hoc illi Christi dixisse credendum est, quam cæteris, qui eam comitabantur consolabantur. Nam & cæteros eadem illi, aut similia dixisse verba credendum est. Quis enim sicuti non dicat, *Noli flere?* Sed ubi maximum vulgari dicebat more, humanissime, vt fieri solet, ratione barbaros adducti mortalem pepetisse; quod factum esse, infecto fieri non posse, nihil materiæ prodesse lacrymas, quæ calamitatem augerent, non leuarent. Christus vero ita vt ipsis verbis, quæ Euangelista tacuerit, aut modo ipso hæc eadem verba dicendi spem aliquam ostenderit fore, vt filius reuiuisceret.

Et accessit, & tetigit loculum.] Tetigit, vt teneret, & qui loculum portabant, gradum sisteret, & miraculum circumstantibus, & circumfectatibus omnibus facere. Theophy. & Euthymius ideo tetigisse putant, vt ostenderet, se non horrere cadauer, quia Dei corpus erat, nisi habere mortuos excitandi. Sed Euangelista potius indicat Christum solis verbis, quæ tacita fuisse dicit, *Adolescens, inquit, tibi dico, surge.*

Et ait, Adolescens tibi dico, surge.] Tibi præcipio. Ostendit se non aliena, sed sua auctoritate, suoq; præcepto mortuum suscitare. Alio quinam mortuum, quia Deus est, cuius solius vocem mortui possunt audire Ioan. 5. 25. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, viuent.* Vocat enim Deus, *ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*, Rom. 4. 17. Sic iubetur Ezechiel expectare Dei mortuos, & aridas tam ossa alloqui. *Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his, ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis*, Ezech. 37. 4. 5. Dixit quidem Petrus mortuæ puellæ, *Tabitha surge.* Act. 9. 40. sed nō dixit tibi dico, surge, quia no sua, sed Christi auctoritate loquebatur. Admonuit Cyrillus li. 11. de fide ad Reginas hoc esse, quod prædixerat Isa. 40. 10. *Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.*

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.] Ostendit Euangelista quis fuerit esse finis verborum Christi. Non dixit, & reluctexit qui erat mortuus, sed dixit, quod fidem est efficacius, *resedit, & cœpit loqui*, quibus verbis simul dixit atq; probauit non specie tenus, sed vere resurrexisse, vt Titus Bostren. apud D. Tho. citatus obseruauit.

Et dedit illum matri suæ.] Cuius commiseratione est suscitatus erat. Huius loci, totiusq; historiæ allegoriam, quis desiderat Ambr. in com. in. legat, & August. ser. 44. de verbis Domini, & Greg. in expositione quarti Psalmi pœnitentialis, & Theophil. Alexand. libr. 3. allegoriarum, & Bedam hoc loco.

Timor pro reuerentia sumitur Hebræis.

Accepit autem omnes timor.] Horror quidam omnes inuasit in Christo apparentis diminutatis. Sæpe diximus timorem pro reuerentia ex ga Deū, & homines sanctos poni solere Hebraeo ū idiomate, q יִרְאָה timore Domini, Dei cultum, & venerationem appellant, & Marci 4. 40. & supra c. 1. 12. 65. & 2. 9. & 5. 26. Id statim explicatur cum dicit, *Et magnificabant Deum.* Hic enim erat timor, reuerentia in Deum.

Dicentes, quia propheta magnus surrexit in nobis.] Vir valde sanctus. Omnes enim viri sancti prophetæ vocabantur, quia prophetæ sancti esse solebant, Genes. 20. 7. Putat Beda populum illum credidisse Christū esse Deum, sed inde ea eam opinionē loqui videntur, inq; probabilius est credidisse esse Messiā, de quo non poterant non audisse aliquid, quamuis nondum crederent esse Deum. Nam erat Messias quidem in literis sactis Deus futurus significabatur, tamen id non vsq; adeo notum erat vulgo, vt non plerisq; ignotarent, & magna pars eorum qui Christum Messiam esse credebant, nondum satis crederent esse Deum. Confirmat hanc opinionem quod continuo sequitur, *& quia Deus visitauit plebem suam.* Illidem quippe verbis vtuntur, quibus supra Zachar. cap. 1. 68. verum redemptorem Christum confessus est. Sic interpretatur Hesychius homilia 1. de laudibus Bea. Virginis, quem (quor libenter, etsi non ignoro sensum horum verborum esse posse, visitasse Dominum plebem suā misso prophetā, non quia tam rediuiserer, sed qui consolaretur. Iam enim diu propheras non habebant. Sed vt diu illud probabilius. Cur enim id de Ioanne nō dicebant, cuius famam ignotare non poterant? Et quod quidam obiciunt, nomen *visitare* articulum non habere, infimum est argumentum. Quoties enim non habet Christus? toties non habet Deus.

Et exiit hic sermo.] Hæc fama, aut factum hoc Christi, quod mortuū suscitasset. Ideo hoc dicit Euangelista, vt confirmet eidem historiæ, cuius non solum finitas. Nam, vbi miraculum factum fuerat, sed tota etiam circa regiones illas esse poterat, quæ eius rei famam audierit. Quæ sequuntur vsque ad ℣. 28. vide apud Matth. c. 11. 2.

Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum. Dubium, cuius hæc verba sint, Euangelistæne, an Christi. Diuersus enim sensus diuersis erit auctoribus. Si Euangelistæ sunt, sensus erit, omnem populi, & publicanos cum audissent quæ de Ioanne dicebat Christus, credidisse, Deumque laudasse, cum pri⁹ Ioannis baptismum suscepissent. Pharisæorum autē & iurisperitos contempsisse. Sic omnes recentiores interpretes, quos mihi videre contigit, exponunt, duce, opinor, Lyrano. Si Christi verba sunt, sensus hic erit, omnem populum, publicanosq; audito Ioanne Deum iustificasse, id est, iustum, & benignum agnouisse, atque à Ioanne fuisse baptizatos: Pharisæos autem, & legisperitos spreuisse Dei consilium, & salutare remedium ab eo per Ioannem missum desperasse. Sic omnes, quos viderim veteres auctores Ambrosius, Beda, Euthymius, erat etiam in eam sententiam Chrysostomum D. Thom. & certo mihi persuasum habeo hunc verum esse sensum. Primum enim, quorsum Euangelista loquentem interpellasset Christum: & medium eius orationē interrupisset? Vt indicaret (dicet aliquis) quorsum Christus dixisset quæ sequuntur. At præterquam quod ne isto quidē modo quæ sequuntur satis bene cohærent, vt paulo post demōstratum semus, multo profecto melius cohærebunt, si omnia Christi sint verba. Deinde illa dicto, *ergo*, quæ statim sequitur versu 31. non solum indicat, sed plane ostendit continuatam fuisse orationem Christi; colligit enim Christus non ex iis, quæ Euangelista, sed ex iis quæ ipsemet dixerat. *Cui ergo similes dicam*, &c. Non potest autem colligere, nisi ex illis verbis, *Pharisæi autem, & legisperiti spreuerunt consilium Dei*: illa ergo verba ipse dixerat. Præterea quod dicit, *baptizati baptismo Ioannis*, quem habebit sensum, si Euangelista verba sunt? eodem enim tempore inducit orationis seriem, & baptizatos illos fuisse, & Deum iustificasse. Immo vero aut iustificare Deū fuit baptizari, aut ideo certe baptizati sunt, quia Deum iustificauerunt, id est, iustum illum, atq; prouidum crediderunt. Itaque non prius baptizati sunt, quam Deum iustificarant, sed aut simul

simul vtrumque fecerunt, aut prius iustificauerunt, A
postquam baptizati. Si autem verba hæc sunt Euangelistæ, non dubium quin significet populū, & publicanos tum Deum iustificasse, cum Christū de Ioanne loquētem audiissent, vt illi ipsi nonnulli interpretes exponunt. At quis credat tum baptismum Ioannis accepisse eos, cum Ioannes de medio sublatus esset? Quia baptismum potius Christi suscipiebant, cum & præsentem haberent, & propter eius de Ioanne testimonium Deum iustificauerint, Ioannique crediderint qui omnes auditores suos ad Christū, non, vt ipse fatebat, aqua sola; sed in aqua, & Spiritu sancto baptizantem, quemq; vnicum salutis esse auctorem prædicabat, mittere solebat; Deinq; prior illa sententia, B
illis tā verbis versu 31. *Ait autem Dominus.* Illa autem verba, nec in plerisque Græcis, Latinisq; reperiuntur exemplaribus, nec quæ ab vllo, quod sciam, antiquo leguntur auctore: non ab Ambrosio, non à Beda, non à Theophylacto, non ab Euthymio. Sic ergo interpretor, *& omnis populus audiens*, sub Ioannem, *iustificauerunt Deum*, id est, iustum, benignum, & prouidentem confessi sunt, qui tale sibi per Ioannem missum auxilium, vt inuento redemptore à peccatis liberarentur. Non negamus iustificandi verbum in literis sactis idem sæpe significare, quod iustam reputare, iustum declarare, iustum confiteri, vt hoc loco, & c. 16. 35. & Mich. 6. 11. sed semper ita accipi, quod literarum dicūt, id vero negamus, & non vno scripturæ loco, sed tota pene scriptura docemus. *Iustificandi verbū quot sensus hic sit notatur.*

Baptizati baptismo Ioannis.] Declarat ab effectu, quo modo Deum iustificauerint, quia nimirum baptismo Ioannis baptizati sunt, ostendentes credidisse sese, q per Ioannem à Deo nuntiabantur. Duo hominum genera, qui longissime à peccatis abesse videbantur, dicit iustificasse Deum, Ioannisque baptismum suscepisse, rudem populum, qui fere legem ignorabat, & publicanos homines auarissimos, quinq; & publicis, & quodammodo ex communicatis peccatoribus habebantur. Matth. 18. 17. quo magis exaggeraret Phariseorum, & Scribarum duritiam, atque pertinaciam, qui illis, qui minus credere debebant, credentibus, credere noluissent. Sic apud Matt. c. 21. 31. Christus illis obiciebat, *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedunt vos in regnum Dei*, & Matt. 8. 11. *amen dico vobis, quia multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* C

30. *Pharisæi autem, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos.*] Populo, & publicanis duobus, vt diximus, genenibus hominum sanctitatem minime profitentium alia duo opponit hominū genera Pharisæos, & legisperitos, quos Scribas alio nomine vocat, alibi diximus, qui maxime scientiam scripturarum, & legis, vitæque sanctitatem profitebātur. Illos dicit credidisse, Deumque iustificasse, hos consilium Dei despexisse, id est salutare remedium, quod à Deo prudentissimo consilio illis offerebatur; quasi dicat, magis illos suo, quam Dei consilio credidisse. Hoc est fortasse quod dicit *eis ipsis in semetipsos*, id est, apud seipsos, plus sibi, quam Deo tribuentes? vt *sic* potabatur pro is. Aut, vt alij exponunt, maxime que Beda, *in semetipsos*, id est, in suam ipsorum condemnationē, in malum suum. Aut, vt idem Beda interpretatur, *consilium Dei spreuerunt in semetipsos*, id est, ad ipsos missum, sed hoc magis alienum est. D

Non baptizati à Deo.] Violenta mihi protsus eorum videtur interpretatio, qui hanc Phariseorum, & Scribarum exceptionem esse putant, quasi correctio sopertionis sententiæ sit, & qa dixerat Pharisæos, & legisperitos spreuisse consilium Dei, dicat nunc, nō quidem illos omnes, sed eos tātum, qui à Ioanne baptizati nō fuerant, spreuisse. Nec enim baptismō eum, sed effectum contemptionis diuini cōsilii facit, & de omnibus Pharisæis, atque legisperitis generaliter loquitur. Non quod nemo Phariseorum, & Scribarum Ioannī crediderit, ab eoque baptizatus fuerit. Nam etsi id ex Euangelistis certo non cōstat, tamen est credibile, nō neminem eorum credidisse. Cæterum quia de vniuersis loquebatur genere, non de singulis hominibus, ne minē excepit. Alioqui neq; omnis populus, nec omnes publicani à Ioanne baptizati fuerāt, illiq; crediderūt, & tamen generaliter dicit omnem populū, & publicanos fuisse baptizatos. Deumq; iustificasse. Colligūt hinc Ambr. & Beda, si ru Ioannis baptismo consilū Dei erat, ideoque fuit salutaris, multo magis Christi baptismum salutarem esse, credere oportere. E

Ait autem Dominus.] Iam docuimus ℣. 9. hæc verba non esse legenda. Eorum autem hunc locum vsq; ad ℣. 35. Matt. 11. 16. tractauimus. F

Rogabat autem illum quidam de Pharisæis, vt manducaret cum illo.] Quotsum hoc narret Euangelista, & cū superiore coniungat historia non satis apparet: sed est vero simile, quia de Phariseorum incredulitate agebatur, subiungere voluisse quid Christo ei quodam ex Phariseis accidisset, vt doceret etiam eos, qui aliquid erga Christū benenolentiæ, & humanitatis ostendebant, nō satis in eū credidisse cōsilos propria iustitia. Quis vero hic fuerit Pharisæus nihilo magis certū, nisi G
quod ex ℣. 40. intelligimus nomen illi fuisse Simoni. An fuerit Simon ille leprosus, qui apud Matth. c. 26. 6. & apud Marc. c. 14. 3. Christum dicitur excepisse conuiuio, illic differatur". Vnde & alia quæstio intelligi potest, an hæc eadē sit historia atq; illa, quæ illic à Mat. & Marco, & illa, quæ à Ioanne c. 12. 1. narrat. Apud Mat. enim dominus esse dicitur. Quæ credibile est hoc paulo post superiorem historiam accidisse, ideoq; Euangelistam in vnum conuexisse locum.

Et ingressus dominus Pharisæi discubuit.] Non vt cibum corporis acciperet sed vt animę cibū daret. Hæc enim de causa solebat inuitatus nō recusare; aliquādo etiā nō inuitatus ambire conuiua, vt homines inter corporales esca spiritualiter inescaret, vt infra c. 19. 5. H

57. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.*] De hac etiam muliere quenam fuerit, egimus apud Mat. c. 26. 7. Alia huius loci propria est quæstio, quo sensu peccatrix appellerur. Quidam non alio modo peccatrices vocari putant, quam quo omnes homines nulla insignes virtute peccatores nominantur. Faciunt hoc reuerentia, & pietate quadā, ne sanctam hanc mulierem meretricem fuisse dicāt, q̄ aures videtur ancisari. Sed constans omniū veterum auctorum opinio est, fuisse meretricem, si non vulgo prostitutā, parū certe castæ viuentem. Ambr. Gregor. hom. in hæc verba, & Beda in commentariis. Idq; Euangelista ipse, & Simon satis indicant, qui vterq; eam peccatricem vocat, quo nomine nō solent, nisi impudicæ mulieres appellari. honestiore enim vocabulo res minus honesta declaratur, q̄ figuram *verecundiæ* Græci vocant. Nec mirandus I
faisset Simon patisse Christū ab ea tangi, si alias vitiis, quam impudicitia fuisset infamis. Et qui pudicā fuisse putant, non tam eius honorem augent, quam Christi honorem minuunt. Eo maior Memei gloria est, quo, quem curarit, maior erat morbus. *Peccatrix nomine mulieres impudicæ solent appellari.*

Vt cognouit, quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi.] Apparet eam mulierem excitatam fama Christi, occasionem ante quæsiuisse, vt sua ad eius pedes peccata proiceret. Nam quasi in insidiis posita simul vt cognouit eum in domo esse Pharisæi, loco scilicet idoneo, vt officium illi, quod cupiebat, suum exhiberet, protinus accurrit.

Attulit alabastrum unguenti.] Plenum vnguenti De A alabastro apud Matth. dximus. Quamquam hoc verũ alabastrum ex alabastritæ lapide fuisse vero simile est, cum & nomen id indicet, & nihil repugnet. Nec enim factum est, vt illud apud Matth. & Iemma ex Plinio, alíque auctoribus morem fuisse veterum, vt myropolæ ex alabastritæ lapide vnguẽtarios vasis vteretur, sic ad Christum peccatrix non vacui, sed vnguentũ ferentes venire debent, quibus vngantur eius pedes, id est, eleemosynas, quibus eius pauperes recreentur.

38. *Et stans retro secus pedes eius.*] Non dicitur stetisse, quod recta in pedes sit retro, vt quidam volunt. Quo enim modo stans pedes Domini vngere, lachrymis rigare, & capillis tergere potuisset? Nam vti Ecclesiastes Christũ antiquo secundũ ẽdi morem rhoto iacuisse, B tamen credibile non est, tam altum fuisse thorum, vt stans recta mulier pedes eius osculaturi, & capillis tergeret. Stetisse igitur, id est, constitisse dicitur. Mirum videbitur antiquam Orientalis consuetudinis ignorantiã, mulierem, vt nos id dicam impudicam, certe alienam, certe ignotam, & certe mulierem in publicum intuere conuiuium, Christi pedes vngere, non solum tangere. Sed vt apud Mat. docuimus in Persis, & omnibus Orientalibus erat mos, vt in conuiuiis vnguenta etiam adhiberent, iis præsertim inuitatis, quorũ causa conuiuium esset instructũ. Videmus etiam & apud Matcum Tullium eius consuetudinis aliqua vestigia. Ea igitur consuetudo fecit, vt hęc mulier nõ solum id auderet facere, sed etiam tanquam solitum, & à se debitum Christo exhiberet officiũ. Solebat enim id per mulieres fieri, à quibus magis quam à viris ars tota vnguentaria quasi res omnino muliebris, & delicata tractabatur. Itaq; primo lib. Reg. c. 8. 13. Iudæis Samuel prædixit fore, vt à Regem sibi postulare pergant, atq; obtineant. Rex ipsorum filias vnguẽtarias suas faciat. Secus pedes Christi sterile dicitur, quia qui ad mensam antiquo more super thoros accumbebant, ita iacebant, vt caput versus mensam, pedes versus exteriorem partem haberent, qua ministri fercula ferentes, mensam obibant.

Apud Orientales mos in conuiuiis adhibita vngenta. Lib. 13. epist. ad Marcell. epistol. 3.

Lacrymis cœpit rigare pedes eius.] Recte peccatrix à lacrymis sumit exordium. Magnæ ad flectendum Deũ orationis artis est peccatorem tacitum flere. Quid enim nisi sua peccata flebat? Intelligimus hinc eam illis venisse ad Christum fuisse causam, vt venia ab eo thorum peccatorum impetraret. Scitecq; à quibusdam est obseruatum multos legi, qui ad Christum, vt sanitatem corporis obtinerent, magno studio concurrerint; qui vero peccatorum suorum remissionem petiturus venerit, præter hanc mulierẽ neminem leg. Meruit singulare obtinere beneficium, quę singulari ad Christũ studio atq; animo venit.

Et capillo capitis sui tergebat.] Satis erat dicere, *capillo*, etiamsi non addidisset, *capitis sui*, sed addidit, vt orationi emphasim adhiberet, & caput pedibus oppone ret. Nec dubium quin habuerit felix illa peccatrix lineũ aliquod, quo pedes tergeret, sed fuit E maioris humilitatis, castitatis, capillis tergere, quam linteo. Allegorias non quæremus, sed tamen aliquando obiter occurrentes indicemus. Amb. capillos honores, quia mulieris gloria, decus q; , vt ait D. Paulus 1. Corin. 11. 15. capillus est. Beda res omnes superfluas interpretatur, quę Christi pedibus, id est, pauperibus, seruire debent.

Capilli honores, & res superfluæ.

Et *osculabatur pedes eius.*] Hoc, vt opinor, in more nõ erat, sed fecit illa mulier lingulari humilitate, & præcipuo quodam ergo Christum amore. Habent, quod imitentur fideles exemplum, qui quos peregrinorum lauarunt, pedes, osculari solent.

Et vnguento vngebat.] Vulgaris quæstio, cur non potius caput, quam pedes vnxerit et & cõsuetudo erat, & Ioannis 12. 3. fecisse dicitur. Vulgaris quoque responsio indignam se adhuc peccatricẽ iudicasse, quæ Christi caput tangeret, vt respondet Ambr. Id probabile, sed fieri etiam potest vt vnguentum hoc minus pretiosum fuerit, & indignum capite. Nam illud, quo caput Christi vnctum fuisse dicitur, alii Euangelistæ pistícum atq; pretiosum appellant; de hoc Lucas nihil dicit eiusmodi. Et dubium non est, quin pretiosiora vnguenta caput solerent adhiberi.

39. *Videns autem Pharisæus.*] Multa simul Pharisæus peccat. Primum temere iudicat ignorare Christum, qualis esset mulier, quæ ipsum tangebat, cum non solum mulieris mores, ĩcõ ipsius etiam Pharisæi cogitationes perspectas haberet, vt ait August. lib. 50. ho. 25. Deinde quod inde colligeret Christum non esse prophetam. Nec enim omnia prophetæ sciunt, & poterat recordari Eliæum, in quo duplex Eliæ spiritus erat, non prius cognouisse mortuum esse filium mulieris Sunamitidis hospitæ suæ, quã illi ipsa narrauit 4. Reg. 4. 27. Propterea, quod Christum de suo iudicaret ingenio. Nam quia Pharisæi turgido inflati spiritu, tangi dicti se esse prophetabantur, quasi prophetæ cum illud dicentes, *Discede a me, & nolimus tangere, quia mundus sum*: vt idem August. interpretatur, offendebantur, quod se Christus à peccatrice muliere contrectari pateretur. Quemadmodum & illi alii, qui dicebant, *quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit?* supra c. 5. 30. Sultus denique erat, qui saluatorem peccatores, medicum ægros admittere mirabatur. Cuiusmodi hominibus recte alibi Christus respondit, *non veni vocare iustos, sed peccatores, & non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent.*

Eiæi 32. 15. & 65. 5.

Matt. 9. 12. & sqq. c. 5. 31.

40. *Et respondens Iesus dixit ad illum.*] Non ad verba, sed ad cogitationes, quas in Pharisæi animo prospexerat. Qui ex re poterat intelligere Pharisæus Christum non tantum prophetam, sed etiam Deum. dominũq; prophetarum esse. Miranda Christi in respondendo prudentia, atq; suauitas facit vt ipse sese Pharisæus iudicio suo condemner, &, vt ait Beda, *eam sua sententia Pharisæus conuincatur, quasi phreneticum fimen portat, ex qua lingua. Enimues autur bona peccatrici, enumes autur mala falsi sussi, cum dicitur intrauit in domum suam.* Nec tam suum, quam infamis mulieris tuetur honorem; non enim respondet se prophetam esse, quamquam id re ipsa tacitus probat; sed Pharisæo mulierem opponit, quam ille peccatricem appellauerat, cogitq; confiteri eum, illam se esse meliorem.

Præuertit prophetæ, & imitatur in quibusdam Iesum Christum.

41. *Debebantur quingenti.*] De denario, quid esset disputauimus apud Matth. c. 18. 12.

42. *Quis ergo eum plus diliget.*] Hic nobis hærendum est. Qua etis huius loci difficultas, quæ summa præfecto est, non hic, sed in huius accommodatione parabolæ, & conclusione quæ est 8. 47. consistere putat, tamen meo quidẽ iudicio eius difficultatis explicatio ex horum verborum explicatione pendet. Iudico bo primum difficultatem. Videtur ex hac parabola non fuisse colligendum, quod Christus colligit, multa peccata illi mulieri remitti, quia multũ dilexisset, sed contra, propterea multum eam dilexisse, quod multa illi peccata remissa fuissent. Nam non propterea illi qui quingentos debebat denarios plus remissum est, quia multum dominum amauerat; sed propterea plus potiea domin ũ amauit, quia plus illi, quam alter, remiserat, quemadmodum his, in quibus versamur verbis significatur. Quæ res speciosa Caluino, & cæteris nouis hæreticis errandi occasionẽ dedit, negantib. huic mulieri propter præcedentia caritatis opera remissa pecca-

peccata: illa vero verba, *quoniam dilexit multum*, sic interpretantibus, vt dicto illa, *quoniam*, non causam, sed effectum, & consequentiam significet. Quod vtinam nemo Catholicorũ secutus esset. Quæ interpretatio, vt ad nullum etrorem viam aperiret, tamen reiicienda omnino esset, quia scripturæ, & rationi repugnat. Post quam Christus Simoni dixerat vers. 47. *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, conuersus ad mulierem dixit, *remittuntur tibi peccata tua.* Non ergo ante remissa fuerant, & tamẽ ante dilexerat, id est officia caritatis exhibuerat, ante lacrymis riganerat pedes Christi, ante capillis terserat, ante osculata fuerat, ante vnxerat. Non igitur significat prius fuisse illi remissa peccata, deinde dilexisse, & posteriorem dilectionem priorís remissionis peccatorũ signum esse: sed contra, B puns dilexisse, deinde remissa illi fuisse peccata. Dicet aliquis, peccata illi prius remissa fuisse, sed an remissa sibi essent, ipsam ignorasse, idque illi Christum declarasse, cum dixit *remittuntur ei peccata multa*: verbũ Græcum præteriti temporis ἀφέωνται hoc etiam confirmare. Certe hoc Caluinum alio suo errore prohibiti dicere non possunt. Putant, n neminem fidelem dubitare posse sibi esse remissa peccata. Ita neminem ignorare posse, vtrum sibi peccata remissa sint, an non. Nã si quidẽ credit, remissa esse, si non credit, non esse: an credat autem, vel non, neminem ignorare, eadem enim fide qua alia credit, debere credere se credere. Et quod attinet ad verbum ἀφέωνται dubium non est, præ- C teritum pro præsenti positum esse ex versu 49. Manus etiam contra hanc interpretationem argumẽtum est, quod si vera esset, necesse esset dicere mulierẽ illi peccatrici, antequã Christum veniret remissa fuisse peccata, quod nefario præ. cto, an illi quamlibet hæretici concedi sint. Quis enim dubitat illam non vt ob remissa sibi peccata gratias ageret, sed vt remissionem peccatorum quæreret, ad Christum venisse? Eui hym. alio modo videtur interpretati, cui plus dimissum est, plus diligit, id est, qui plus debebat Domino, plus eum diligebat, vt maioris ab eo debiti condonationem obtineret. Quam interpretationem nisi fallor, D. etiam Aug. in hb. 30. hom. homilia 23 secutus est. Et quidem in ea muliere, de qua quæstio est, ita videtur accidisse. D Non enim ob aliam causam tantum Christo caritatis exhibuit, nisi quia videbat se tam multa habere peccata, vt ad consequendam eorum veniam singulari sibi caritate opus esset. Sed non est in vniuersum verũeum plus diligere, qui plus debet. Plerig; odẽre creditores suos. Vt ligarus Lyrani, & posteriorem interpretum responsio est, potuisse Christum vtrumque colligere, & *remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum*, & ẽcõtrario, dilexisse multum, quia multa ei remissa sunt peccata. Vtrumque enim ex altero sequi, quia nec remissio peccatorum sine caritate, nec caritas sine remissione peccatorum esse possit, & vtrumque sit alterius causa genere diuerso. Nam caritas causa est efficiens, *Remissio peccatorũ, & caritas sibi inuicem causæ.* atq; formalis remissionis peccatorum: & remissio pec- E catorum causa est materialis, & dispones caritatis. Sed cum veriq; Christus colligere potuisset, voluisse hoc potius colligere, quam illud, vt intelligeremus parabolam, quam adduxerat, non per omnia remissioni peccatorum, de qua agebatur, similem esse: nam in pecunia, de qua parabola erat, causam amoris fuisse, non è contrario: nec enim quia plus alter illi otũ, quam alter dilexerat, plus illi remissum fuisse, sed contra etiam. In peccatrice vero illa, non id solum accidisse, vt quia plus illi remissum fuerat, plus diligeret: sed etiam, vt quia plus dilexisset, plus illi remissum fuisset: eam differentiam, vt Christus ostenderet, non collegisse, dilexit multum, quia remissa sunt ei peccata multa, sed remissa sunt ei peccata multa, quotiam dilexit multum.

Suspecta mihi in exponendis litteris sacris nimis subtilitas est. Nunquam enim magis erramus, quam cum nostro indulgemus ingenio. Esto vtrumq; ex vtroque sequatur & remissio peccatorum ex dilectione, & dilectio ex peccatorum remissione, tamen vtrumque ex proposita parabola tanquam ex antecedente occultæ argumentationis qua Christus vtebatur, recte colligi non poterat, & non debemus existimare Christũ male, absurdeq; collegisse. Placuerat aliquando mihi, vt Christum inuersa parabola vtum fuisse diceremus, nec argumentaretur à simili, sed à contrario, quemadmodum si diuisset: Sicut ille dilexit multũ, quia multum illi remissum fuerat: ita huic mulieri è contrario, quia dilexit multum, remissa sunt peccata multa: atq; quẽadmodum ille cui plus remissum erat, plus debuit diligere: ita ego huic mulieri plus debeo remittere, quia plus me dilexit. Et quidem cum hanc interpretationẽ re cognosco, etiamnum mihi magis placet: eam q; libenter amplecterer, nisi alia mihi postea, quæ magis placuit, occurrisset. Quod Christus hoc loco Simonem, rogat, *quis ergo eum plus diliget?* etsi futurum tempus est, tamen ex consuetudine loquendi vim præteriti habere puto. Solemus ita vulgo loqui. Hic pro Christo vitam, ille bona sua dedit, vter ergo erit sanctior? id est vtrum eorum in sanctiorem fuisse iudicabit? Sic to gauit Christus. Quis ergo eum plus diligit, id est, quẽ tu iudicas ex effectu coniecturam faciens plus ante dominum suum dilexisse, vtrum illi magis amicũ fuisse, cum amicitiæ causæ fœnerator debitum veriq; remiserit? Respondet Simon eodẽ sensu, puto quia cui plus dimisit, id est, credo ille plus ante fœneratorẽ diligebat, cui plus ab eo remissum est debiti. Credendum enim est plus illi dimissile, à quo magis se diligi sentiebat, alteri tantum non dimissorum minus diligenti, si tantundem debuisset. Hac ratione recte colligit Christus. *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Fallor nisi ad hunc etiam modum August. intellexit. Nam hom. 23. per præteritum vertit & exponit. *Dicebat*, inquit, *vñ quinquaginta denarios, alium quingentos. Donauit ambobus. Quis eum plus dilexit?* Solum poterat similis locutionis exemplum desiderari, quod apud Amos c. 5. 11. obseruam, *ideo proulcus in tempore illo tacebit*, id est tacebat, aut tacere opotuit.

40. *Dixit Simoni, vides hanc mulierem?*] Emphatica sunt singuli verba. Simon tu vir scilicet, & Pharisæus, qui te sanctum, & videri vis, & esse putas, vides hanc non virum, non Pharisæum, sed mulierẽ, & mulierem quidem peccatricem, id est publicis peccatis infamẽ? Quid expectandũ erat, nisi vt diceret, multo sanctior est te illi enim peccata remissa sunt, tibi aut non sunt, aut panciota certe sunt, quod certum est signum, gratiorem illam, & magis amicam Deo esse, quam te. Nõ dixit Christus hoc verbis, te vero ipsa dixit, edisserens quid illa fecisset, quid illa non fecisset.

Intrauit in domum tuã aquam pedibus meis non dedisti.] Sunt qui dicant Iudæorum morem fuisse, vt conuiuia pedes, antequam ad mensam accumberent, lauarentur, sic Abraham Gen. 18. 4. tribus illis angelis, qui peregrinorum ad se specie venerant, pedes lauare voluisse. Sic Lot alus angelis Gen. 19. 2. Sic illi in Gobaa peregrinum fuit. 19. 21. fecisse. Sed nec id apud vllum grauem auctorem lego, nec video ex illis exemplis, quæ afferuntur, colligi posse. Illic enim illis non tanquam conuiuis, sed tanquam hospitibus, & peregrinis festis, ac pulueulentis de via lotis fuit pedes. Quibus iisdem pedes lauare viduas iubet D. Paulus 1. Tim. 5. 10. Quid ergo quæritur Christus sibi à Pharisæo lotos non fuisse pedes, si id in more non erat: non quæritur fortasse de illo, nec eum reprehendit, quod pedes sibi non lauerit, sed illi mulierẽ anteponit, quod lauisset. Potuit

etiam conqueri, quod sibi non tanquam communi, sed tanquam hospiti, & peregrino non lauisset pedes. Elegans, & vehemens antithesis. Tu vic, ista mulier: tu Pharisæe, ista peccatrix: tu in domo tua, ista in aliena: tu communis, & hospiti ista ignoto ante ostia aqua pedes non lauisti, ista nō aqua, sed lacrymis non lauit modo, sed perpetuo rigauit pedes: tua os meum osculanti non es, illa, ex quo intrauit, non destitit osculari pedes meos: tu nec caput quidē meū vnxisti, illa & pedes vnxit.

Mira affectus pars dandi pro accepto beneficio.

45. Osculum mihi non dedisti.] In os iubet, vt mos apud Iudæos erat venientibus osculum pacis dare salutationis causa, plena exempl orum est scriptura sacra Gen. 27. 27. & 31. 28 Exo. 4. 27. & 18. 7 Ruth. 1. 9. 1. Reg. 20. 41. & 2. Reg. 14. 33. Matt. 26. 48. Rom. 16. 16. & 1. Corinth. 16. 20.

46. Oleo caput meum non unxisti.] Orientales in conuiuiis pretiosis vngentis vti solitos fuisse apud Matt. c. 26. 6. docuimus. Opponit Christus simplex oleum, quo pauperes vtebantur, pretioso vnguento, quo mulier sibi pedes vnxerat: opponit pedibus caput.

47. Propter quod dico tibi. Propter quæ illicita remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quæ ad vim argumentationis pertinebat, supra declaratimus v. 42. Nunc de ipsa per se propositione disputandum. Quomodo verum esse potest, multa illi peccata fuisse remissa, propterea quod plus Christum dilexisset, cum nec caritas in eo qui peccatum habet, peccatorum remissionem, neq; remissio peccatorum caritatem præcedat vera Catholicaque sententia? nam eorum opinionem, qui existimant posse caritatem cum peccato mortali cohærere, ne audiendam quidem arbitror. Quidam respondent veram caritatem ante peccatorum remissionem præcedere non posse, officia tamen charitatis ex humana caritate profecta posse, quales erant orationes, & eleemosynæ Cornelii Act. c. 4. Enimuero fuisse huius mulieris officia, q̄ sicut vera, diuinæque caritatis opera non erant, remissionem peccatorum proprie non meruebantur: meruebantur tamen tanquam dispositiones, non summo quidem iure, sed ex æquo, & bono, & vt Theologi loquuntur, de congruo, nō de condigno. Alii remissionem peccatorum hic non pro culpæ, sed pro pœnæ remissione accipi, caritatem qui dem non culpæ sed pœnæ remissionem sæpe præcedere. Alii non præcedere tempore, sed natura, quia vera causa est. Omnia hæc dicuntur probabiliter, sed duo prima sunt probabiliora posteremo, quia Christus nō solum naturā, sed etiam tempore indicat mulierem illam prius dilexisse multum, quam multa illi peccata remitterentur, cum prius eo conuinio officia illi caritatis exhibuisset, peccata vero non nisi in fine illi remissa sint, cum a Christo audiuit *remittuntur tibi peccata tua.*

Dilectio meritoria remissionis peccatorum.

Cui autem minus dimittitur, minus diligit.] Credo particulam *Cui*, quæ autem significare solet, poticam esse pro *Si* enim. Sensus enim est magis cōsequens. Reuocat Christus hypothesim ad thesim, vt fortius probet, quasi argumentetur. *Cui minus dimittitur, minus diligit.* Intelligitur pars directa sententiæ & cui plus dimittitur, plus diligit. id est plus ante quam illi dimitteretur, diligebat, quasi breuius diceret, dilexit, cui remissio est remissionis peccatorum, ergo huic mulieri quæ multum dilexerat, multa peccata remissa sunt. Probat enim priorem cōsequentiā sumpto vniuersali medio, quo colligerat multa illi peccata fuisse dimissa, quia multum dilexerat. Frustra quidam hoc loco mihi videntur mouere quæstionem, quomodo propositio illa vera sit, plus dii genti plura pecca a dimitti. Nam Ioannem quidem certe plus quam istam mulierem dilexisse, nō tamen plura illi peccata remissa fuisse. Facilis soluto, hæc propositio quamuis absoluta esse videatur, hypothetica esse intelligenda enim est tacita cōditio, si plus habeat q̄ ei remittatur. Denique nō significatur quid re ipsa magis, minusue diligenti remittatur sed quid natura sua mereatur maior minorue dilectio. Maior numirū, vt plura minor, vt pauciora peccata remittātur.

48. Iam tuntur tibi peccata. Remittuntur. remissa sunt nimis me loquente, simulq; remittente, quem admodum, & conuiuæ intellexerunt. *Quis est hic?* &c. Intellexerunt nimirum his verbis Christum peccata illi dimisisse: itaq; non declarauit Christus mulieri ante illi a Deo fuisse remissa peccata: si enim id dicere voluisset, non fuissent illi eius verbis offensi. Non enim ignorabant id Prophetas fatere potuisse, id in Dauide fecisse Nathan. 2. Reg. 12. 13. Sed significauit nunc eum loquebatur, illi peccata a se remitti: quod discumbentes offendit. Quemadmodum si paralytico illi, cui dixit, *tolle lectum tuum, & ambula*, ait: sibi fanatus ex. tolle grabatum tuum, & ambula, nō dubium, quin quamuis verbo præteriti temporis veteretur, significasset, non ante fanatum fuisse, sed tunc ei loquente, iubentique fanari. Quo ergo modo dixerat ante Simoni, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum?* Dixit ea tum remitti, quia tum erant remittenda, & quia ii me cepta remitti. Nec enim momento temporis, sed toto illo spatio, quo inan erga Christum caritatem ostendit, peccata illi remissa sunt, id est pœnæ peccatis debitæ. De his enim proprie hęc verba intelligunt, quæ ecclesiæ caritate minuuntur. Nam culpa aut tota manet, aut tota mortifero remittitur: & illi mulieri ante hoc Christus dicerat, remitti tum fuisse credendum est.

Culpa tota manet remittitur una cum pœna: pœna tota remittitur.

49. Et cœperunt, qui simul accumbebant dicere intra se.] Ii, inquit, in se ipsi, aut intra se ipsos. Quod quidam arrogantis esse putant, posse enim significari eos tacite in animo quemq; suo id dixisse, qui id cogitasse sibi intet se colloquutos subinde mirantes, quæ sequuntur. Verbis proinde sensum magis ut hi videntur præ se ferre. Si enim dicere voluisset: inter se murmurasse, potius dixisset *in animis suis*, aut *apud se*.

Quis est hic qui etiam peccata dimittit?] Improbabile mihi videtur, quod nonnulli interpretes dicunt, hæc verba hominū esse admirantium, quasi dicant, oportere magnum virum, aut maiorem etiam vito Christum esse cum peccata remittat. Quemadmodum illi dixerunt infra c. 8. 25. & Matt. 8. 27. *Qui putas hic est, quia & venti, & mare obediunt ei?* Hi nimis bene de malis cogitant. Facilius credidit est de Pharisæorum ingenio sic eos, quæ enim eorum qui simul accubebant fuisse Pharisæos verisimile est, eos ista murmurando, & blasphemiæ Christum accusando dixisse. Sicut simili occasione Scribæ illi Matth. 9. 3 & supra c. 5. 21. *Quis est hic, qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Quod tunc Pharisæi de Christo dicebant, d nouo nunc Lauerna de sacerdotibus Christi vitatius dicunt, eos blasphemare, quod dicant se remittere peccata. Similis error, & quod illi putabant hominem quem cernebant Christum, & quod hi hos, quos vident sacerdotes humana, non diuina auctoritate peccata remittere, iam olim Nouatianus ab Ambros. lib. 1. c. 2. & ab Eccl. ha tota refutatus, & 2 nobis a pud Matth. c. 9. 3.

50. Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit.] Hic vnus ex iis locis est, quos semper hæretici nostri temporis in ore habent, vt ostendant nos sola fide iustificari. Quam inepte alios citare soleant, in quib. nō de fide q̄ ipsi intelligunt eam sed de fide, quam miraculorum vocant, agitur, apud Mat. c. 9. 2. docuimus. Hic vnus est locus, qui magis ad rem suam posse videatur, quia in eo nō de fide miraculorum, sed de fide iustificante fermo est. Nā mulier illa nō erat ad Christum vt eo tempore, sed vt tum primum ei genuflexa, quæri ipsi fi-

Fides non iustificat.

cari, id credidit, id est confecta. Sed & hunc profecto locum inepte illi citant. Primum, non video hic solam fidem, quæ illis probanda erat: quin fidem video per caritatem operantem, q̄ nos iustificare dicimus: & qui dem primum caritati l. cum datum, prius enim quam Christus diceret, *Fides tua te saluam fecit*, dixerat, *remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Deinde cum dicit, fidem eam mulierem saluam feciſſe, non eo modo dicit, quo ipsi dicunt fidem iustificare. Nam illi qui dem non docent fidem iustificare, tanquā præcedentem iust. ficationis causam, sed tanquam os, aut manū ipſam apprehendentem iustificationem. Itaque per fidem nos iustificari putant, quia fide credimus nos esse iustificatos, nobisque iam remissa peccata. Qui error tantum abest, vt ex hoc loco probari possit, vt ex eo maxime refutetur. Nec enim fides, quæ mulierē istam saluam feciſſe dicitur, credebat sibi a Christo remissa esse peccata, sed posse remitti. Qd his ipsis verbis non obscure significatur. Opponit enim Christus fidem mulieris Pharisæoū incredulitati, qui dicebant. *Quis est hic*, non credentes posse eum peccata remittere: itaque cum mulieri Christus dicit, *fides tua*, indicat propterea illam saluam factā esse, quod credidisset posse a se remitti peccata, quod illi qui murmurabant non credebant. Non ergo eo modo dicit fidem saluam feciſſe mulierem, quo ipſi dicunt iustificare: atqui hoc non probant, nihil probant. Deinde cum mulier illa ad Christum venit, nō dubium, quin fidem habuerit: fidei enim pedibus veneratur ac nondum erat profecto iustificata, nondum illi erant remissa peccata, nō ergo sola fide iustificata est. Si enim sola fide iustificata fuisset, simul atque fidem habuit, fuisset vtiq; iustificata.

Fides saluum fecit.

Vade in pace.] Beda, & Theophyl. bene age, bene vive, noli amplius peccare, vt dixit illi Ioan. c. 5. 14. & 8. 11. iustitiam enim pacem vocat, quod apud Deum pacem homini reconciliet. Malo simplicius interpretari. Vade libera, sine timore pœnæ ob præterita peccata infligendæ. Est enim modus cum salutatione dimittendi peccatorem ac nondum erat profecto iustificata, nondum illi erant remissa peccata, nō ergo sola fide iustificata est. Si enim sola fide iustificata fuisset, simul atque fidem habuit, fuisset vtiq; iustificata.

Quam illi confectionem neque negant, neque negare possunt, cum docuerit omni habenti fidem remissa esse, id est non imputata peccata. Denique vt vnum eorum errorem ex errore altero refutemus, ipsi docēt quisquis iustificatus est, certo id scire, nec vllo modo dubitare remissa sibi esse peccata. Illa mulier, antequā Christus illi diceret, *remittuntur tibi peccata tua*, nesciebat sibi esse remissa, id enim a Christo tam multis, tam magnis charitatis postulabat officiis, vt sibi peccata remitterentur, nōdum ergo erat iustificata: at qui habebat ceste fidem, sine qua remissionem peccatorum a Christo tot lacrymis non petisset: non ergo sola fide iustificata est. Cur ergo fidei eius salutem Christus attribuit? Facilis ratio, & sæpe a multis Catholicis explicata, quod salutis initium fides fuerit, fides enim ad Christum mulierem adduxerat, & sine hac nunquam ita Christum dilexisset, vt pedes rigaret lacrymis, capillis deterget, vnguento vngeret. Fides salutem inchoauit, consummauit caritas. *Etsi pœnitentiæ stimulus ex fide acciderat*, inquit Tertul. li. 4. aduer. Marcion. *per pœnitentiam ex fide iustificatam ab eo audit, Fides tua te saluam fecit.*

Fides inchoauit, caritas consummauit.

CAPVT VIII.

1. *ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo. 2. & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, 3. & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant eis de facultatibus suis. 4. Cum autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: 5. Exyt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. 6. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. 7. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. 8. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. 9. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat, 10. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. 11. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. 12. Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. 13. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. 14. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 15. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt, qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, & non referunt fructum. 16. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. 17. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. 18. Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur & in palam veniat. 19. Venerunt ergo ad eum mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. 21. Et nunciatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. 22. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. 23. Factum est autem in una dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. 24. Et nauigantibus illis, obdormiuit, & descendit procella ventis in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. 25. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit: & facta est tranquillitas. 26. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad inuicem, dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei? 27. Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra*

contra Galilæum. 28. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam tempore iam multo, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. 29. Is, vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamauit voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est Iesu Fili Dei Altissimi? obsecro te, ne me torquetas. 30. Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & rumpebat vincula: agebatur à dæmonio in deserta. 31. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. 32. Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. 33. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. 34. Exierant ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. 35. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas. 36. Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedentem, a quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. 37. Nunciauerunt autem illis & qui viderant, quomodo factus fuisset is qui erat à legione: 38. & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. 39. Et rogabat illum vir, a quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: 40. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. 41. Factum est autem cum rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. 42. Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius, 43. quia vnica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contexit, dum iret, a turbis comprimebatur. 44. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari: 45. accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. 46. Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? 47. Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. nam ego noui virtutem de me exisse. 48. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. 49. Et ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. 50. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. 51. Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & saluabit. 52. Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. 53. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non enim mortua puella, sed dormit. 54. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. 55. Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella surge. 56. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. 57. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Matt 9.23 Mar 5.38

IN CAPVT VIII.

1. ET *factum est deinceps.*] Post coniectum Ioannem in vincula, vt dixerat superiore capit. 7. 19. Diuerat etiam eodem cap. vers. vndecimo. CHRISTVM fuisse in ciuitatem quæ vocabatur Naim, vbi mortuum illum fuscitauit: docet nunc iter illud suum profectum fuisse, & omnes Galilææ ciuitates perlustrasse. Apostolis suis comitatum, multisque mulieribus, quæ ab eo prius curatæ ipsi gratum exhibuerant ministerium sequebantur: narrat quæ quidem ea peregrinatione Christus fecerit notabilius. Sunt qui putent hæc accidisse, postquam Christus Apostolos ad prædicandum miserat, & redierant, vt scribit Lucas cap. 9. 1. & Matth. capit. 10. 5. itaque hæc Lucam per anticipationem dicere. Contra Beda sentit, & fortasse probabilius nondum cum hoc accidit, missos fuisse ad prædicandum Apostolos, sed in hac peregrinatione exercitatos à Christo fuisse ad futurum munus. Idem Theophylactus existimat, nisi quod sæpe videatur existimare Apostolos etiam, cum in profectione Christum sequerentur, prædicasse: Theophylactus vt mihi videtur, probabilius, non prædicasse, sed didicisse.

Et ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei.] Studium, & diligentiam Christi in officio fungendo declarat Euangelista. Præbuit Christus, vt Theophylactus ait, concionatoribus exemplum vt vbique animas quærant, nec in magnis tantum ciuitatibus, sed in minimis etiam pagis concionentur.

Et duo/decim cum illo.] Duodecim Apostoli cum illo erant, vt Theophylactus & Euthymius exponunt. Alii, cum illo sub. annuntiabant, & euangelizabant regnum Dei. Diximus capit. 6. 13. electos CHRISTVM ex discipulis suis duodecim, quos Apostolos nominauit, propterea nunc absolute duodecim vocat.

2. *Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus.*] Sequi voluisse mulieres CHRISTVM tanto ab eo affectas beneficio nihil mirum: ingratæ fuissent, si ita non voluissent. Mirum tamen passum fuisse CHRISTVM, vt se sequerentur, quem aliquot viros à se curatos, seque volentes sequi domum remisisse, legimus Marc. 5. 19. quemquam vero permisisse, vt sequeretur non legimus, cum magis æquum, honestumque videretur, vt se viros quam mulieres sequi paterentur. Secutos etiam aliquot viros ex illis, qui ab eo curati sunt, esse non legimus, credendum est. Cur illos apud Marcum A se sequi noluerit, illic exposuimus. Cur has sequi mulieres passus sit, indicat Euangelista, cum dicit vers. 3. *quæ ministrabant ei de facultatibus suis.* Propterea ergo patiebatur eas sequi se, quia earum ministerio, & facultatibus tot diebus tollebat consuetudo offensionem, vt Hieron. in comment. in c. 17 Matt. admonuit, & ex eo Beda & Strab. hoc loco mittuari, *Consuetudinis*, inquit Hieron. *fuit, (nec diu habetur in culpam, mote gentis antiquæ) vt mulieres de substantia sua victum, atque vestitum præceptori ministrarent. Hoc quia scandalum faceret patribus familias.* Paulus abiecisse se memorat. Dixit enim ipse: *Numquid non habemus potestatem sorores mulieres circumducendi, sicut & cæteri Apostoli facimus?* Putat etiam Tertul. lib. contra Marc. 4. mysterio id factum esse, vt Isaiæ prophetia impleretur c. 32. 9. *Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam, filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum.* Hunc morem laudabiliter ab Apostolis vsurparum in abusum hæretici pernerterunt Simon Magus, Nicolaus, Marcion, Apelles, Montanus, Donatus, Arius, Elpidius, qui quas mulieres eas circumduxerint, ex Hier. lector discet in epist. ad Ctesiphon.

1 Cor 9.5

Maria, quæ vocatur Magdalene.] De Maria Magdalena, an eadē fuerit quæ soror Marthæ, ac Lazari, apud Mat. c. 27. 56. disserimus. An autem fuerit illa, quæ superiore cap. vers. 37. peccatrix fuisse dicitur, & Domini pedes rigasse lacrymis Matth. 26. 7. An multæ fuerint eodem nomine Mariæ Magdalenæ Matt. 28. 1.

B

De qua septem dæmonia exierant.] A Christo eiecta, vt Mar. 16. 9. exposuit. Numerum certum pro incerto poni plerique interpretes existimant, nō enim septem tātum, sed multo plura dæmonia à Maria Magdalena eiecta fuisse. Id n. sæpe in scriptura fieri solere in hoc præsertim numero septenario nemo nescit: & exēpla in promptu sunt Prou. 24. 16 Eccl. 35. 13. & infra c. 17. 4. ità Greg. ho. 21 in Euangelia 33. Beda. & videtur Theophyl. iidem existimant, non fuisse vera dæmonia, sed vitia. Ve lem grauem habere auctorem qui e ōtia sentiret: ego quidem neutrum mihi persuadere possum.

Numerus certus pro incerto in scriptura.

C

Cum enim veterq; Euangelista Marcus, & Lucas eundem septenarium numerum expresserit, probabile nō est pro incerto numero posuisse. Alter saltem eorum dixisset, de qua multa dæmonia eiecerat. Manus etiam probabile esse arbitror vitia fuisse, non dæmones, quibus mulier dicatur esse liberata: nec enim dubium est hoc Euangelistas addidisse, vt Mariam Magdalenam ex facto in ea singulari miraculo describerent. A vitiis autem eam liberare, aut miraculum non erat, aut non habebatur.

Cum mulieres sequi se patiuntur Christus.

3. *Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis.*] Incertum an & istæ duæ mulieres nobiles, quę post Magdalenam nominantur, à Christo vel à dæmonibus, vel ab aliis morbis curatæ fuerint. Nec enim omnes, quæ Christum sequebātur Euangelista nominauit. Sed est probabilius & ipsas curatas fuisse. Æque incertum, an, quod sequitur, *Quæ ministrabant ei de facultatibus suis*, ad omnes, quas nominauit, referēdum sit. Id ego accommodate ad personas intelligendum esse puto. Nec enim credibile est omnes mulieres, quæ Christum sequebantur, fuisse tam diuites, vt illi de suis facultatib⁹ largiri possent. Largiebantur ergo, quę poterant: poterant, quæ diuites erant. Valde aute diuitem fuisse Ioannam, & valde piam credendum est, cum procuratoris Herodis vxor esset, relictoque viro Christum sequeretur. Nam etsi non constat omnino virum tunc in viuis fuisse, est tamē longe probabilius, quam fuisse mortuum, cum Euangelista nō dicat, quę fuerat vxor, sed *vxor procuratoris Herodis.* Potest hoc exemplum nostris seruire moribus, vt intelligamus licere mulieri infidelem relinquere maritum, vt sequatur Christum. 1. Cor. 7. 15. Recte etiam obseruauit Theophyl. ideo voluisse Christum, vt se mulieres illæ sequerentur, vt intelligeremus multo magis viros, si velint, sequi posse.

Vxor procuratoris Herodis.

4. *Cum autem turba plurima conueniret.*] Ad litus maris Galilęę, vbi Christus in nauim ascendens eam concionem habuit Matt. c. 13. & Mar. 4. 1. vbi quæ sequuntur vsque ad ver. 16. exposuimus. Totum vero reliquum caput in iis locis Matth. & Mar. qui ad marginem signati sunt.

CAPVT IX.

Mat. 10. 1 Mar. 3. 13.

1. CONVOCATIS *autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.* 2. *Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* 3. *Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.* 4. *Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.* 5. *Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos.* 6. *Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique.* 7. *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur ab quibusdam:* 8. *Quia Ioannes surrexit a mortuis: A quibusdam vero: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia propheta vnus de antiquis surrexit.* 9. *Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: Quis est autem iste, de quo ego talia audio?* Et quærebat videre eum. 10. *Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcumque fecerant: & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida.* 11. *Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei & eos qui cura indigebant, sanabat.* 12. *Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas vt euntes in castella, villasque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus.* 13. *Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.* 14. *Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos.* 15. *Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes.* 16. *Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas.* 17. *Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.* 18. *Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos dicens: Quem me esse dicunt turbæ?* 19. *At illi respondentes, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero, quia vnus Prophetarum de prioribus surrexit.* 20. *Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis?* Respondens Simon Petrus dixit: *Christum Dei.* 21. *Ait ille increpans illos, præcepit autem quem me esse dicitis?* Respondens Simon Petrus dixit: *Christum Dei.* 21. *Ait ille increpans illos, præcepit*

Mat. 14. 1 Mar. 6. 6. 14.

Matth. 14. b 15. Mar. 6. 36 Ioan 6. a 9.

Matth. 16. b 13. Mar. 8. a 27

Matth.17. d.22. Mar.8.e.31 Matt.16.d 38.& 26.d. 2. Mar.8.d.36 Inf.16.f.27 & 17.g.15. Ioa.12.d.25. Matth.10. d.33. Mar.8.d.38 1. Tim.1. b.12. Matth.16. d.28. Mar.9.a.1. Matth.17 a.1. 2. Petri.1. e.17. Matth.17 b.14. Mar.9.a.2. 2. Petri.1. e.17. Mat.17.a.1 Mar.9.e.33. Mat.8.e.19. Ioan.3.a.1.

nec uis discerent hoc. 22 dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. 23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. 24. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. 25. quid enim prodest homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? 26. Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. 27. Dico autem vobis vere: sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. 28 Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. 29. Et factum est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & refulgens. 30. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses, & Elias, 31. visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. 32. Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. 33. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum Tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret. 34. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem. 35. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. 36. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant. 37. Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. 38. Et ecce vir de turba exclamauit dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi: 39. & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilaniatus eum. 40. & rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. 41. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio incredula, & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc hic filium tuum. 42. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. 43. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. 44. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. 45. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. 46. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. 47 Ad Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, 48. & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. 49. Respondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicentem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. 50. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. 51. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. 52. Et misit nuncios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. 53. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. 54. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? 55. Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. 56. Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. 57. Factum est autem: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque iero. 58. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli tabernacula: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 59. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. 60. Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. 61. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi sunt. 62. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

IN CAP. IX.

1. CONVOCATIS *autem duodecim Apostolis,*] Seiunctis à turba, vt primatum eos instituerit. Omnia quæ sequuntur vsque ad vers. 51. apud Matthæum & Marcum explicata sunt.

51. *Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius.*] Tempus passionis intelligi non est dubium: *ἀνάλημψις* enim assumptionem, aut resumptionem vocat Christi reditum in cœlum, vt Act. 1. 11. 22. quod Christus à Patre in terras ad tempus missus, & homini data darus, renocatus ab illo, atque resumptus sit. Sunt qui *ἀνάλημψις* fuerint verbum esse putent, significaque abdicatum à patre filium iterum in domum recipi. Sic Christum quasi abdicatum à patre, & in huius mundi exilium ablegatum renocatum fuisse, & in cœlum receptum. Alii assumptionē suscepturn à Christo saluta nostræ negotium interpretantur, quasi dicat, cum impleretur tempus, cum negotiū sibi à patre commissum perfectum esset Christus. Quæcumque tandem verbi origo sit, non dubium, quin mors Christi non coacta, sed voluntaria significetur. Quemadmodum eam dicit se potestatem habere potēdi animam suam. & iterum sumendi eam Ioann. 10. 17. 18. Indicat etiā Euangelista, cum dicit, *dum complerentur dies*, tempus passionis eius, non ab hominibus electum, sed à Deo designatum fuisse, idq; ipsum quamuis futurum Christum non ignorasse. Quæ omnia acute notauit Beda. & in Actuum obiter, apud quem lector id desiderabit, videre poterit. Maior interpretes fere omnes difficultatem huius loci silentio præterire. Quienim fieri potuit, vt iam tunc tempus passionis instaret, cum tam multa adhuc Lucas postea ab eo facta narret, quæ certum est longe ante passionis tempus accidisse, nec tam

tam breui tempore fieri potuisse? Illud à quibusdam notatum est, multa esse à Luca per anticipationem dicta, quod & omnibus Euangelistis commune est; & vt concedamus hoc loco factum esse, tamē nō continuo sequitur satis esse explicitum locum. Quorsum enim de hac Christi Ierosolymam versus profectione hīc agebat Lucas, si ea quę iam sequuntur, ante eam profectionē accidērit? Satis enim apparet profecto eum eius profectionis nō meminisse, nisi vt narraret, vbi, & quomodo quę dicturus erat, accidisset. Credo igitur ego, quem admodum apud Marc. ca. 1. 14. docuimus, quater Christum à Iudæa in Galilęam, ter à Galilęa in Iudæam decessisse. Primum cum ex Ægypto rediisset, audisseq; Ioseph, qui rius gerebat curam, Archelaum regnare in Iudæa pro Herode patre suo, abiit ex Iudęa in Galilęam Matth. 2. 22. Anno vero ætatis 30. venit à Galilæa in Iudæam, vt à Ioanne baptizaretur Matt. 3. 13. Marc. 1. 9 Vbi postquam baptizatus esset, & aliquādiu prædicasset, cum audisset Ioannem in vincula cōiectum, recessit ex Iudæa in Galilæam supra c. 4. 14. & Matt. 4. 12 & Marc. 1. 14. Vbi cum Apostolos elegisset, & cum ipse aliquanto tempore (quanto enim incertū est) prædicasset, ac miracula fecisset, tum Apostolos ad prædicandum misisset Matt. 10. 4. Mar. 3. 13. & supra v. 1. & ex prædicatione redissent, videns breue esse ad mortē suam superesse tempus, tertio à Galilæa migrauit in Iudæā, collectis iam discipulis comitatu. nō vt moreretur, sed vt prædicaret: nā ad moriendum postea venerit. Atque de hac Christi à Galilæa in Iudæam profectione hoc loco Luc. agit. Quare quod dicit, *cū completentur dies assumptionis eius*, nō ita intelligendum est, quasi iam omnino passionis eius tempus instaret. & vt quidam interpretantur, ex vt plurimum vsq; ad mortē menses superessent; quin plus, vt arbitror, vno anno: sed ita vt ēpus compleretur, id est breue esset, vt in Iudęa prius prædicare posset, & ante quam moreretur, populum docere, & multis quemadmodum in Galilæa miraculis cōmunire. Nam si ita vt ipsa ex Galilæa in Iudæam profectione ageretur, quia nō aliā ob causā eo venit quām vt moreretur, quem admodum omnes interpretes putāt, nō sex vt quidam eorum dicunt, menses, sed nec vnus quidē reliquus fuisset. Nam à Galilæa vsq; ad ipsam Ierosolymitanam vrbem quatuor quā plurimum dierum iter erat. Et constat ex iis, quæ dominus Matt. c. 26. 2. Christū in illo viri mo rediturō, quo ex Galilæa in Iudæam venit, pridie ie sabbati Bethaniā peruenisse. Ipso vero sabbato iniquiente, vbi, vt ait Ioan. c. 12. 1. *fecerunt illi cœnam magnā*, postridie asino vectum, & populo fautis acclamā e Ierosolymam ingressum, & post triduum crucifixum. Quando ergo in Iudęa prędicauit, quando miracula fecit, quia ergo Luc. hīc tenus narrauerat, quid Iesus post baptismum fecisset in Galilæa, volūt exponere, quomodo in Iudæā reuertisset, & quid in via, quid in ipsa Iudæa se effecerit. hoc loco agit, atq; ex hoc ipso loco profecto colligi potest post hanc profectionē iterū Christū in Galilæā rediisse. si enim iā accidisset, quod Ioan. c. 4. narrat, vt iā libēter eum recepissent. Cæterum postquam Christus in Iudæa diu prædicauit, videns Pharisæorum cōtra se inuidiā conflatam, rediit quarto in Galilæā, vt apud Matt. c. 14. ex Ioan. c. 4. 43. iam memoratum est. Iussistē vero passione tertia ex Galilæa Ierosolymam iter intendere: quæ ratio quo modo intelligēda sit, quæritur. Hier. q. 5. ad Algas. & Theoph. sic exponit, quasi propterea Christ⁹ à Samaritanis receptus nō fuerit, non quia illi noluerunt. sed quia ipse noluit: quasi sensus sit voluisse quidem, sed non potuisse recipere eum, ac retinere, quia Ierosolymā versus festinabat, à quo sensu nō longe abest Ambr. Quæ interpretatio ex verbis Euangelistę manifeste refellitur. Cur enim Iacobus, & Ioannes ignē in eos de cœlo de-

H 1 uocare

Hebraismus.

Quarter in Galilæam Iudæa Samaria discessisse.

Et *ipse faciem suam firmauit, vt iret in Ierusalem.*] Hebraismus est, quo firmum animi propositū significatur, sumpta ex tauro tuto cōsuetudine metaphora, qui cum obstinatiq aliquē aggrediuntur, vultum contugātes offirmāt. Vnde & Hispanis dictum est *encarar*, pertinaceq; plerunq; iram declarat, vt Leui. 17. 10. Proner. 21. 29. Ezech. 4. 3. Sed hoc loco vt dixi, simpliciter firmum animi propositum significat. Theophyl. Euthym. Alij, nō vagabatur, Titus. Alij, magno, & erecto animo. Hier. q. 5 ad Algasiam.

Hebraismus.

52. *Et misit nuncios ante conspectum suum.*] Ioan. angelos. Hieto. q. 5 ad Alga. veros angelos non homines fuisse putat, qui à Christo missi sunt. Quorū miserit, non satis declarat Euangelista. Plerique putant ideo mississe, vt quæ necessaria erat ad victum, hospitiumq; præpararet: magnam enim hominum multitudinem secutam fuisse Christum, quibus necessaria voluerit prouidere. Nam & cum postea à Iudæa eadem via rediret in Galilæam, in eandem vibem discipulos misit, vt cibos emerent Ioann. 6. 8. id colligitur ex ver. 52. Ille Cyrillus apud D. Thom. & Theoph. hoc loco. Probabile etiā est, quod idem auctores dicunt, voluisse Christum discipulos exercere, vt missi postea ad prædicandum alluci essent pau repulsam. Ar cur mitterat, ū nō ignoraret fore vinō recipretur? Respondent illi ipsi eam ob causam, vt discipulos cōtemptui alluefaceret. Deinde ne quid interiret erga Samaritanos relinqueret, quo minus illis etiam gustum aliquē præberet Euangelij, ne postea causari possent Christum ad se non venisse, propterea non recepisse, si eo tempore fuisse si veniisset, vt Theophylact. Qui fuerint missi, incertum est, tamen est probabilis Euthym. sententia Iacobum & Ioannem fuisse, quod ij soli dicantur ver. 54. indignati à Christo petuisse, vellenē ignem de cœlo in Samaritanos euocarent.

Et intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum.] Sunt qui existimēt non fuisse vrbem ipsam Samariam, vnde tota etiam prouincia Samaria dicta est, in quam missi discipuli ingressi dicuntur, sed pagum aliquem Samaritanorum, quia Græce Euangelista non *πόλιν*, sed *κάμην* vocat. Non mouet argumento, nam & ea nomina tæpe per catachresin mutari solē, & scimus vibem ipsam Samariam in recta fuisse via, vt constat ex Ioan. c. 4. 4. Et pagus facile eum recepisset: quis enim resistere illi a certe mellexit nostet interpres.

Cur à Samaritanis non receptus sit Christus.

53. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem.*] Alios Hebraismus, id est, quia indicabat se Ierosolymam ire, *ἦν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πορευόμενον*, quoniam facies eius erat iens, melius Latin⁹ interpres Hebraismus exprellit. Si hanc rationem Euangelista non reddidisset, quamobrem Christum Samaritani non recepissent, aliam fuisse repulsæ causam diceremus, quod nulli⁹ inter Iudæos & Samaritanos vsus esset, sed alij ab alijs tā quam à profanis hominibus abstinerent: ita prorsus vt mulier illa Samaritana mirata fuerit Christum hominem Iudæum etiam in maxima sitis potum à se petiuisse Ioan. 4. 9. cōtra verō Iudæi illi, quod ex Samaria venisset, exprobrabant. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Ioan. 8. 48. Cæterum Euangelista non ob eam causam declarat reiectum fuisse Christum, sed quod versus Ierosolymam iter intenderet: quæ ratio quo modo intelligēda sit, quæritur. Hier. q. 5. ad Algas. & Theoph. sic exponit, quasi propterea Christ⁹ à Samaritanis receptus nō fuerit, non quia illi noluerunt. sed quia ipse noluit: quasi sensus sit voluisse quidem, sed non potuisse recipere eum, ac retinere, quia Ierosolymā versus festinabat, à quo sensu nō longe abest Ambr. Quæ interpretatio ex verbis Euangelistę manifeste refellitur. Cur enim Iacobus, & Ioannes ignē in eos de cœlo de-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nocare voluerunt, nisi quia Dominum recipere nolebant? Aliquanto melius Beda, & Euthy. id tenũt. Hier. eodem loco, propterea recipere noluisse, quia videbãt ire Ierosolymam, vnde Iudæum esse colligerent, & quia non communicabãt Iudæi Samaritanis, recipere noluerunt. Magis allentior iis, qui id religionis causa factum putant. Contendebant Samaritani non in templo Ierosolymitano, sed in eo templo, quod Sanaballath Præfectus Darij in monte Garizim in Samaria ædificauerat, vt Manasse genero suo à Iudæis Ierosolyma pulso, & sacerdotio priuato gratificaretur, colendum esse Deũ, vt apparet Ioan. 4. 20. Historia est apud Ioseph. lib. 11. ant. c. 7. & 8. & lib. 12. c. 1. Viderunt igitur Samaritani Christũ, & qui eum sequebãtur, adoraturos ire Ierosolymam, ideo non receperunt, ne religionem illam, & motem Ierosolymis adorandi approbare viderentur. Quemadmodum si nũc hæretici hospites, qui aduentantes omnes & hæreticos, & Catholicos excipiũt, si quem Catholicum scirãt aut Romam, aut Compostellam ire religionis causa, excludant hospitio. Sæpe alias Christus illacriter habuerat, &, vt cete dibile est, à Samaritanis fuerat exceptus, quia aut non Ierosolymam versus; sed à Iudæa in Galilæam ibat aut certe nõ quasi adoraturus ibat. Atque hoc ipsum Euangelista significare voluit, cum dixit propterea receptum non fuisse nunc, quia facies eius erat cũ is in Ierusalem. Quæret aliquis, quomodo ex gnouerunt Samaritani adorandi causa Ierosolymam ire? Erit vero similè propinquum fuisse Pascha, quo tempore omnes vndiq; Iudæi Ierosolymam gregatim confluere solebant. Iraq; & ex temporis conditione, & ex multitudine hominum, simul & ipsi, & ex ipso fortasse vultu, ex quo omnes pios, & religiosos esse homines apparebat, intellexerunt adoraturos ire.

54 *Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus, & Ioannes.*] Omnes quidem id vidisse credendum est, sed tolum Iacobum, & Ioannem voluisse ignem de cælo deducere. Refertur tamen verbum *vidissent* ad solum Iacobum, & Ioannem, *Βλέψαντες δὲ οἱ μαθηταὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης*, *Videntes autem discipuli eius Iacobus, & Ioannes*, non quod alij non viderint, sed quod ex omnibus qui viderunt, illi soli videntes dixerint, *vis dicimus, vt ignis descendat de cælo?* Cur illi tantum dixerint, nullam satis probabilem coniectũ habere possumus. Ac ne quæstionem quidem quisquã præter Euthymius attingit. Is vero suspicatur, propterea eos duos hoc dixisse, quod illi soli fuissent missi. Nõ caret probabilitate. Fortasse quasi Christi cognati vlcisci volebant eius iniurias. Potuerunt & suapte ingenio facere, vt sunt alij aliis vel ad iustitiam, vel ad vindictam propensiores. Certe fecerunt cõuenienter nomini suo. Quid enim mirũ filios tonitrui fulgurare voluisse? vt inquit Ambro. An aliquid in eis fuerit culpæ, nec nostrum est facile indicare, nec illi sunt nisi certis cõnicti rationibus condẽnandi. Debetur hoc apostolicæ dignitati, vt omnia eorũ facta in meliorem interpretemur partem. Itaque impudẽtiam Caluini detestati Catholicus lector debet, qui eos stultæ fiducia elatos fuisse dicit. Hier. quidem q. 5. ad Algas. & Beda, & Titus Bostren. vindictam eos, non tamen suã, sed Christi optasse indicant, non vlla quidem culpa, sed sola Euangelici, & Christiani spiritus ignorantia: hæc enim de causa à Christo reprehenduntur. *Apostoli*, inquit Hiero. *in lege versati, in qua tantũ iustitiam nouerant, oculum pro oculo, dentem pro dente, vlcisci nituntur iniuriam, & imitari Eliã, ad cuius vocem duos Pentecontarches militum ignis absumpserat.* Nec mirũ profecto est, id Apostolos facere voluisse, cum tam multas vindictæ causas habere viderentur. Primum exemplum Eliæ. Deinde iustiorem, quam illecausam, ille enim propter exclusum à Iudæis A seruum, hi propter reiectum ignominiosè Dominum ignem in eos mittere volebant, vt Beda argum. ducit. Iniuitabat & locus; Samaritani enim illi fuerant, in quos & Elias ignem cælo deduxerat 4. Reg. 10. 11. 12. & duplici pœna digni videbantur, qui simplici non fuerant emendati; & si nõ aliud, certe modestia, qua vsi sunt, culpa liberare potuit, *vt animus?* Ambr. prorsus excusat.

55 *Et conuersus increpauit eos.*] Increpari possunt, qui vacant culpa, sicut à magistro discipulus, si quid ignoret, sine vlla sæpe culpa reprehenditur.

Nescitis cuius spiritus estis.] Videtur tacite spiritum euangelicũ, id est sanum, qui in mititate, & mansuetudine consistit, legali, id est Eliæ spiritui, quẽ illi immanem velle videbantur, opponere; quasi dicat, etiamsi id Eliæim lege facere licuerit, vobis tamen in Euangelio facere non licet. In hanc fere sententiam Hieronym. Quid ergo de Petro dicendum, qui & hac Christi iam audita increpatione, & Spiritu sancto visibiliter etiã accepto Ananiam, & Saphiram verbo interimit? Act. 2. 4. 5. Respondet Beda, discrimen illud inter legem, & Euangelium non adeo esse perpetuum, quin & in lege aliquando benignitate virendum fuerit, & in Euangelio vti aliquando liceat seueritate. Vius est in lege Eliæus benignitate etiã in hostes à Rege Syriæ missos, vt comprehenderetur, quos cum in vrbem Samariam, vbi hoc ipsum accidit, conclusisset, noluit occidi, sed iante passos dimitti. 4. Reg. 6. 22. Vius est in Euangelio seueritate Petrus Ananiã & Saphiram occidens Act. 5. 4. 5. Vius est Paulus tradẽs Corinthium illum in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret 1. Corint. 5. 5. Vsus est in Silymam Magum, illum execrans, quia vias Domini peruertere nõ desistebat Act. 13. 11. Ego nec in lege erat desperanda benignitas; nec in Euangelio est contemnenda seueritas. Habet & Euãgelium gladium suum, etsi rato distringit. Et quod Christus ait, *Nescitis cuius spiritus estis*, non mihi videtur proprie de toto Euãgelio, sed de solo Christo dictum esse, qui ex illi poterat, & hoc nunc maxime digni erãt, vt ab eo punirentur, non venerat tamen, vt tũm dicit, *animas perdere, sed saluare.* Nec volebat armis obtrudere, sed mansuetudine, doctrina, miraculis Euangelium insinuare. Cæterũ cum opus est, & ferro de terra, & igne de cælo tuenda est, & conseruanda religio, occidendi inuadentes in Ecclesiam Turcæ: comburendi tanquam proditores, & transfugæ discedentes hæretici. Nec vlla belli iustior esse potest causa, quã vt religionis possessio defendatur. Nulla res ant tam iniusta armis propagari, aut eam iustis defendi potest.

56 *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.*] Loquitur de ipso tertia persona, vt sæpe solet. Cur autem se filiũ hominis appellet, diximus apud Matth. 8. 20. Iudit autem ambiguitate vocabuli. Cũ enim anima & pro toto homine, & pro ea re, ea hominis parte tumi soleat, discipuli non animas, sed corpora Samaritanorum petere voluissent: ipse de anima sola respõdet, declarans se propter salutem animarum maxime venisse, sed quia ad salutem earum non conueniebat corpora perdere, nolle id facere. *Et vos ergo* (inquit Beda) *cuius spiritus ignari estis, eius & alia estimi.*

57 *Factum est autem ambulantibus eis in via.*] An hæc, & quæ proxime sequitur historia eius, qui iussus sequi Christum, tempus petiuit, vt patrem suum prius sepeliret, eadem sit atque illa, quæ apud Matt. c. 8. 19. narratur, & quo tempore acciderit, illic docuimus.

61 *Et ait alter, Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, qui domi sunt.*] Hoc solos narrat Lucas, quod verum eodem tempore, quo duo superiora vocationis exempla, quæ etiam à Matthæo commemorantur, factum fuerit, compertum non habemus.

Sed

Sed est vero similein illa eadem Ierosolymam versus A ad illud animum adiecit, ad alia negotia, curam & cogitationem distulit. quæ à recta eum via deducant. Quid hic regnum Dei intelligi debeat, quæri potest. Licet eadem fere sententia & cælum ipsum, & Ecclesiam, & discipuli Christi illicium intelligere. Nã qui tetro respicit, nequead regnum cælorum, quo tendit, facile peruenit: neque Ecclesiam quasi Dei agrum bene arat, & colit: nec bonus est discipulus Christi, qui vtralia curet negotia, ab eius latere discedit. Sed hoc loco Christus de iis quidem rei nõ erant, vt ipsius discipuli essent, propterie agere videnti. Nã ille qui dixerat, *Sequar te Domine, sed permitte mihi prius renuntiare his, qua domi sunt*, etus procul dubio discipulus fieri volebat. Itaque regnum Dei actiue intelligendum est, quasi dicat, *nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei* prædicando Euangelij prædicatorem militi huic simile esse nec esse eit, libertum, expeditum, nullis alijs affixum curis. *Nemo*, inquit ille optimus Euangelij prædicandi magister, *implicat se negotijs secularibus* 2. Tim. 2. 4. & 13. *qui in stadium currunt, ab omnibus se abstinent* 1. Cor. 9. 24. 25. Ipse de se dicit ad Philip 3. 13. 14. *Qua quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt prætra extendens, meipsum ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei, in Christo Iesu.* Quibus verbis breuiter declarauit, quid esset manum ad aratrum mittere, à Deo vocatũ esse, & retro respicere, ad priores sæculi huius curas animum cõuertere. Mittere ergo manũ ad aratrum, est Dei militiæ, vt vocat D. Paulus, nomen dare, & in stadio currere, quomodo curret retro respiciens? Hæc expositio magis literalis videtur, quam illa Greg. hom. in Ezec. 3. & Bedæ in commen. Manum emittebat in aratũ mittere, est quasi quodam compunctionis instrumẽto ligno, & ferro Dominicæ passionis duntaxat sui cordis atterere, atq; ad præferendos operũ bonorum fructus aptiore. Quam si quis excolere incipiens cum vxore Lot ad ea, quæ reliquerat vitia respicere delectatur, futuri iam regni minuere priuatur. Retro vero respicere, est propitie sequi contraria, aut adeo certe diuersa, vt simul cum Euangelij prædicatione aut cum propria salute, si regnum Dei pro Ecclesia, aut pro ipso cælo accipiamus, agi non possint. Citat Bern. epist. 49. ex Pastorali Gregorij accommodatam huic loco sententiã, quam apud Greg. non inuenio. Alia videre lector poterit apud Basil. in Constit. monast. c. 21.

Regnum Dei quid hic significet.

In Pastoralem Gregorij.

Luc. 9. 62.

CAPVT X.

1 POST hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. 2. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. 3. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 4 Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. 5. In quamcunque domum intrauerit is primum dicite: pax huic domui. 6. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. 7. In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus enim est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. 8. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: 9. & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. 10. In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: 11. Etiam pulueremin, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, excutimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. 12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati. 13. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœnitentiam egissent. 14. Verumtamen Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis. 15. Et tu Capharnaum nunquid usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris. 16. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. 17. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. 19. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere,

Matt. 9. d. Matt. 10. a. 37. 38. 39. Marc 6. a. 8. 4. Reg. 4. 6. 29. Matt. 10. d. 10. Deut. 24. 14. 1. Tim. 5. 4. 18. Act 13. 51. Matt. 11. c. 26. Matt 10. d. 40. Ioan. 13. c. 20. 21. 22.

quia

quia spiritus vobis subijciuntur, gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. 21. In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. 23. Et conversus ad discipulos suos dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. 25. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. 28. Dixit q; illi: Recte respondisti, hoc fac, & vives. 29. Ille autem volens iustificare semetipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? 30. Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. 31. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterierunt. 32. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & vt videret eum, pertransijt. 33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. 34. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? 37. At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. 38. Factum est autem, dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. 39. & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. 41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. 42. Porro vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Matt. 11.d 21.

Matt 13.b 16.

Matt. 22. d 35. Mar. 12.c 28. Deut. 6.a 5.

INCAPVT X.

1. POST hæc autem.] Postquam à Galilæa in Iudæam C venisset Christus, vt dixerat cap. 9. 51. & cætera accidissent, quæ posteriore eius capitis parte narrauit Euangelista. Vnum autem hæc septuaginta discipulorum legatio in ipsis Iudæa facta fuerit, an postquam Christus inde in Galilæam reuertisset, incertũ. Est tamen vero similius in Iudæa factam fuisse. Nam in tota Galilæa & ipse prædicauerat, & ad prædicandum duodecim Apostolos ante iam miserat c. 9. 2. & Matt. 10. 5. & Mar. 6. 11. in Iudæa vero nec ipse, nec Apostoli, nisi forte post baptismum valde breui tempore prædicauerat. Et est valde credibile cum in Iudæam venisset, vidisse quæ magnam populi multitudinem rudem adhuc Euangelij, & quasi nondum pro- D fessum campum; aut, vt ipse ait, segetes iam albas ad messem; aratores vero, messores q; deesse; alia vero ex parte passionis suæ tempus appropinquare, & ex populi male instituti necessitate, & ex breuitate temporis occasionem sumptisse nouos deligendi, mittendique concionatores, vt iudicat Augustin.

Ioan. 4. 35. Matt. 9. Luc. 10. 35.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Magna de hoc discipulorum numero quæstio est, quia non solum Græci plerique codices, & Syriaci septuaginta solum legunt, sed etiam auctores veteres, maximeque Græci cum eos numerant, aut mentionem de illis quoquo modo faciunt, non nisi septuaginta solent ponere, vt Iren. lib. 2. c. 57. & lib. 3. c. 13. Clemens lib. 4. E dispoñit. vt citat Euseb. lib. 1. hist. Eccles. c. 14. Ambros. hoc loco, & ser. 24. Hieron. Fabiolam de 42. mansionibus Damas. epistola 4. Concil. Neocæs. cap. 13. apud eundem Damas. Dototh. in synopsi. Sunt qui id quoque ratione cõfirment. Numerum hunc septuaginta, sicut & duodecim, Iudæis in honore, & veneratione fuisse: hunc quidem propter duodecim Patriarchas; illum vero propter septuaginta animas, quæ cum Iacob ingressæ sunt in Ægyptum, vnde totus deinde Iudæorũ populus propagatus est Gene. 46. 27. Mosem etiam non septuaginta duos, sed septuaginta seniores quam tantum consilio Iethro soceri sui elegisse, qui iudices instituerit se eligi Exod. 18. 21. & 24. 1. Deum septuaginta seniores viros parari sibi iussisse Num. 11. 16. In Elim, vbi populus ex Ægypto fugiês castra metatus est, duodecim fuisse fontes, quibus duodecim Apostoli; septuaginta vero palmas, quib. septuaginta illi discipuli figurarentur Exod. 15. 27. Sed non dubito quocunque tandem modo hoc loco legendum sit septuaginta duos, quos Christus hic designasse dicitur; fuisse discipulos. Fieri enim potest, vt postea docebimus, vt cum septuaginta duo fuerint, septuaginta tantum ab Euangelista nominentur. Itaque si probamus legendum esse septuaginta duos, septuaginta duos fuisse probarum erit: si quis vero probauerit legendum esse septuaginta, non continuo probarit non fuisse plures. Præter auctores ergo, quos paulo post adducemus, ratio eadem, qua duodecim elegit Apostolos; fuit, vt credamus septuaginta duos discipulos elegisse. Dubium non est, vt apud Matt. c. 10. 4. docuimus, quin propterea duodecim Apostolos elegerit, quia duodecim erant tribus, vt vnaquæque tribus suum Apostolum haberet: credibile ergo eo numero discipulos elegisse, vt æqualiter inter duodecim tribus diuidi posset: numerus vero septuaginta æqualiter inter duodecim diuidi non potest; septuaginta vero duo si diuidantur, vnicuique tribui sex obuenient: septuaginta igitur duo electi sunt. Confirmatur hæc opinio iisdem exemplis quibus alij auctores contrariam probare solent. Nam si spectemus numerum eorum, qui re ipsa cum Iacob in Ægyptum ingressi sunt, non erunt septuaginta, sed sexaginta sex, vt eodem loco scriptura testatur. Si vero numeremus & ipsum Iacob, & Ioseph, qui iam in Ægypto erat, & duos eius filios, qui non in Ægyptum ingressi, sed in Ægypto nati sunt, erũt quidem septuaginta: sed si eodem iure duos filios Iudæ numeremus Her, & Onam, qui ante quam Ægyptum ingrederentur, mortui fuerant Gen. 46. 12. erũt septuaginta duo. Mosem vero septuaginta duos seniores legisse, præterquam

Discipuli Christi quare missi fuerint.

Cur hoc numero discipuli electi sint à Christo.

quam quod boni auctores seruiunt, ex sacris etiam literis, & ex laudatum moribus colligi potest. Dederat Moyses duodecim tribubus optionẽ, vt ipse ex omni populo viros prudentes, & incorruptos eligerent, qui iudices essent: quis credat homines ambitiosos, quales Iudæi erant, non æqualem ex singulis tribubus numerum elegisse, vt & honos ille æqualiter omnibus partiparetur, & indicij minus suspectum esset, cum ex singulis tribubus æqualis iudicum numerus fuisset electus? Quod si æqualis ex singulis tribubus electus est numerus, non potuerunt eligi nisi sex. Si enim plures eligi fuissẽt, vt minimũ octoginta quatuor, quod nemo concedit, si pauciores, nõ fuissent, nisi sexaginta, quod minus concedet quispiam; necesse ergo est senos ex singulis tribubus iudices electos fuisse. Cur- B gitur & in scriptura, & à Philone, & à Iosepho, & ab omnibus aliis auctoribus septuaginta electi dicuntur? Cuius, qui Ptolomæi Philadelphi missa sacras literas ex Hebræo in Græcum sermonem conuertere, septuaginta interpretes ab omnibus appellãtur, cum omnes prorsus auctores scribant fuisse septuaginta duos: nisi quia Augustini regula vera est, solere etiam in literis sacris certum numerum exprimi, etiamsi aliquid illi aut supersit, aut desit lib. 2. qq. in Exod. qu. 47. sicut filij Israël qui dringentos in Ægypto annos fuisse dicuntur, cum aliquanto plures fuerint, vt patet ex cap. 12. Exod. v. 40. Eadem regula & illos senatores, quos Deos per Moysem eligi iussit, & illas palmas, cuæ circum duodecim erant fontes, septuaginta C duas fuisse credo, quamuis septuaginta tantum à pręcipuo earum numero nominentur, eadem q; ratione quamuis Lucas septuaginta discipulos electos fuisse dicerat, septuaginta duos electos fuisse crederem. Adde quod & Latini omnes, & Græci multi codices septuaginta duos legunt, & maior pars veterum auctorum eundem numerum ponunt. Clemens lib. 2. Const. c. 30. Origin. in dialogo de recta in vnum Deum fide. Tatianus in harmon. Euang. Anacletus epistol. 3. Epiphan. hær. 20. Augustin. lib. 1. de cons. Euang. c. 14. & term. 42. de sanctis, & Gregor. lib. 35. Moral. cap. 19. Iudas in com. Quod si omnes auctores septuaginta tantum posuissent, non plus inde profecto probaretur, quam si ipse Euangelista septuaginta fuisse dixisset; atqui iam probauimus, etiamsi Euangelista dixisset septuaginta, se- D ptuaginta duos fuisse credi debuisse. Necinde magis sequeretur non nisi septuaginta fuisse discipulos, quia non plures ab auctoribus nominantur, quam septuaginta tantum interpretes fuisse, quia omnes auctores septuaginta eos, non septuaginta duos vocare solent. Solus Dorotheus monere potest, qui a non solum septuaginta vna voce vocat, sed etiam numerat, & singulorum nomina recenset; ne vero non tra multum mouear, apud quem eius scriptoris nunquam admodum grauis auctoritas fuit. Græco historiam scribente ingenio. Acvt non longe suspectæ historiæ argumenta peramus, vnde ille inter toranti quiores auctores E polus fabulas discipulorũ nomina didicit? Qui potuit nomina fingere, aut ficta ab alio fenire credere potuit rumusculus? Alia reliqua est quæstio cur hoc numero potius, quam alio eos Christus elegerit. Eius numeri rationem vnam supra indicauimus, quod Iudæis sanctus quodammodo is esset, & multis in signis exemplis, septuaginta dicum hominũ, qui ex Iacob, & eius filijs prognati fuerũ; septuaginta dũm iudicum, in quos spiritus Moysis effusus est; septuaginta dearum palmarum, quæ circum fontes duodecim adnatæ exãi; septuaginta dũm interpretum, qui scripturã sacram in Græcam conuerterant linguam. Alias duas affert Beda, alterum, quod totidem mundi plagæ essent, in quas esset dimittendum Euangelium. Nã in septua- A ginta duas linguas totidem gẽtes illos, qui Babylonicam turrim exstruebant fuisse diuisos, constans veterum auctorum opinio est. Gen. 11. 8. quia totidẽ familias turrim ædificasse ex prædẽti capite colligitur. Altera magis etiam mystica allegoricam, quam sumpsit ex Aug. lib. 2. de cons. Euang. c. 14. Duodecim Apostolos duodecim anni mensibus; discipulos viginti quatuor diei horis respondere, quæ aut propter Trinitatis mysterium, aut propter tres dominici sepulcri dies per tria multiplicatæ efficiũt. septuaginta duas horas, quot discipuli erant. Manifestum ex hoc loco est, idq; veteres non fugit auctores, voluisse Christum in Ecclesia sua aliquod personarum esse discrimen, & non solum Ecclesiasticos ministros hominibus laicis, sed inter ministros etiam ipsos alios alijs esse superiores. Nec enim totidẽ, nec eodẽ tempore, neq; numero, neq; gradu eodẽ Apostolos, & discipulos elegit. Indicat Apostolorum pauciras eos discipulis maiores esse. Sed qui nunc in Ecclesia Apostolorum, qui discipulorum locũ teneant, de eo inter antiquos auctores nõ satis cõstat. Communis opinio est Episcopos Apostolis præsbyteros septuaginta duobus discipulis succedisse. Anaclet. epist. 2. & Hier. ad Marcel. aduersus Montanũ, & Beda in comm. in c. Luc. 15. Alij Episcopos Christo, presbyteros Apostolis, diaconos septuaginta duobus discipulis similes faciunt, vt Ignat. in epist. ad Smirnen. Fuerant etiam, qui dicerẽt Episcopos Dei patris, presbyteros Christi, diaconos Apostolorum personã gerere. Clemens li. 2. Const. c. 30. & Ignat. in epi. ad Trallian. & in epist. ad Magnet. Prima opinio verior.

Numerus tredecim in scripturis exponitur fuisse aliquid supersit, aut desit.

Et misit illos binos ante faciem suam. Heb. ante se, vt c. 1. 76. & 7. 27. & Mar. 1. 2. Q. sobrẽ binos miserit, ratio est nõ obscura, *Va soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.* Eccle. 4. 10. Volnit discipulos suos alios alijs in rebus aduersis, aut necessariis adiumento, & consolationi esse. *Frater, inquit, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Prou. 18. 19. Quam rationẽ Orig. & Theop. afferunt. Gre. verò li. 35. Mor. c. 19. attigit magis, vt mihi videtur, propriis, & literalem, quam illam, quam D. Aug. lib. 2. de cons. Euan. c. 14. & Greg. eodem loco, & Beda reddunt, duo caritatis esse præcepta, alterũ, quod in Deo, alterum, quod in proximo diligendo versetur, hoc enim, vt apparet, allegoricum est: voluit etiam Christus discipulos suos perpetuos habere testimonium suarum testes, ne quis male eorum solutionem interpretaretur, quasi ideo soli essent, vt libertate peccarent. Adnotauit Orig. hos semper veritatum fuisse. Nã & Moysi, vt ex Ægypto populum educeret datum Aaron è locium Exod. 4. 14. 15 & 7. 1. Iosue, & Caleb eundẽ populum murmurãtẽ cõpescuisse, & in terrã Chanaan introduxisse Iosue 14. 6. Etiam Apostolos binos à Matt. numeratos c. 10. 2. 3. 4. binos etiã ad prædicandum misisse Christum Mar. 6. 7. Ad soluendum asinum, quo vehebatur, duos quoq; discipulos misit, infra c. 19. 29. & Matt. 21. 1. Item q; ad parãdã vltimam cœnã allos duos Petrum, & Ioannẽ infra c. 22. 8. Sed & Ioannes Baptista, cum in vinculis esset, duos ex discipulis suis ad Christum legatos misit Matth. 11. 2. Optima de eorum societas Hispanico etiam prouerbio celebratur, hęc; necessario solario, & auxilio carẽs, nec tumulto & dissensionibus abundãs. *Ante faciẽ autẽ suam misit in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus,* haud dubie vt inculcum, & rudẽ agrum sibi proscindentem, & vt in statum iam campum Euangelij semen nacturum, facerent q; nunc discipuli, quod ante Ioannes fecerat, parauerunt viã Domini ante factẽ eius. & omnes intelligerẽt pro vno Iosnne de medio sublato septuaginta duos ipsi Iesũ natos esse. Hoc est Euãgelij propriũ ingenium, sanguine cresciturum; à Tertu. in Apologe. sub finẽ & Leone Mag. ser. 1. in Nat. SS Petri,

Discipuli cur missi fuerint binos.

& Pau-

Christiana rum, omnes est sanguis.

& Pauli dictum est Christianorum sanguinem semen esse, quo plures tyrannis occidunt, plures nasci? Reliqua vide ad vers. 17. apud Matt. & Mar. explicatissimè, consule locos in margine signatos.

17. *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio.*] Narrat Lucas quis fructus fuerit missionis discipulorum, bene illis legationem succesisse adeo prosus, vt gloriantes quodammodo redierint. Scribit etiã Marcus c. 6. 30. Apostolos cum ad prædicandum missi fuissent, rediisse ad Christum, illiq; narrasse, quidquid sibi in ea legatione accidisset, sed Lucas distinctius. Quod discipuli ad Christum redierint, & ratione illi reddiderint legationis suæ, ostium ipsum fuit necessarium. Reliquerunt nimirũ concionatoribus exemplum, vt si quid concionando boni egerint, ad Christum redeant, id est, illi acceptũ referant, vt apud Marcũ ex Hiero. & Theophy. obseruauimus. Videtur Cyprian. li. de ieiunio, & tentat. Christi. Gregor. l. 23. Mor. c. 7. & Cyrill. apud D. Tho. & Beda, & Elias Cretẽsis in eumm. in orat. 4 de Theol. Gre. Naz. aliquid in his discipulis culpæ, aut minus certe perfectæ virtutis notare. *Quia infirma adhuc fide*, inquit Beda, *gaudebant in virtutibus, vide quid audiant.* Euthẽjus Theophy. sequor in meliorem partem gaudium verbiq; discipulorum interpretantem: eos non vlla elatos arrogãtia hoc dixisse, sed gloriã Christo acceptam tulisse, cum dicunt,

Dolorem, & ingemiscentes pondere peccati.

In nomine tuo, quasi sola tamẽ sch cipræ dicationis, & miracolorum successus. Quod non modo malum & est, sed etiam est aliquãdo Christianis doctoribus necessarium, nec enim triste est eloquẽtia. Affert sui cellus Leutam lætitia animum addit, labotem minuit. Hoc non intelligit, qui non fecit. Cur ergo Christus sectũ lætitiam reprehendit, ver. 20. *verumtamen in hoc nolite gaudere?* Non reprehendit, sed docet, ac perficit; nec prohibet propter subiecta sibi dæmonia gaudere; sed monet, vt propter scripta in cœlo ipsorũ nomina magis gaudeant. Vt cum timuerit dicentẽ mf. c. 11. 27. *Beatus venter qui te portauit*, respondit vers. 28. *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, nõ negat vẽtrem, qui ita portauit esse beatũ; sed docet beatitudinem magis in fideli mente, quam in gigenete ventre consistere.

Dominè etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.] Videntur hoc ita dicere, quasi ante non credidissent fore, vt dæmonia sibi subiicerentur; narrant enim tanquam rem nouam, & quæ sibi præter opinionem acciderit admirabundi. Sunt, qui dicant Christum illis, cum ad prædicandum mitteret, non dedisse potestatem eiiciendi dæmonia, sed morbos curandi, aliaque miracula faciendi, tentantibus tamen postea, cum res postulabat, dæmones pellere. Christi illis virtutem affuisse, tem q; successisse pro voto: id esse quod nunc mirantes dicant, *etiam dæmonia subiiciuntur nobis*, quasi dicant, non solum alia miracula facere potuimus, quorum nobis faciendorum dederas potestatem, sed dæmones etiam eiecimus, quorum potestatem non dederas; plus fecimus, quam sperabamus, plus quam iusserat, quamquã concesserat. Non possum adduci, vt hoc credam. Nec enim magis constat dedisse illis Christum potestatem alia faciendi miracula, quam dæmones eiiciendi: neutrum enim narrat Euangelista, quod intelligendum nobis reliquerit, eadem illos misisse potestate, qua paulo ante Apostolos misisse dixerat cap. 9. 1. Apostolis autem potestatem in primis dederat dæmones eiiciendi, & eo loco, & Matth. 10. 1 & Mar. 3. 15. & 6. 7. eandem igitur potestatem discipulis dederat. Nec vero credibile est tam male instructos missile, vt eam illis non dederit potestatem, quæ ipsis in primis erat necessaria. Nihil enim magis homines commouebat, quàm quod viderent non solum à Christo, sed etiam eius nomine ab aliis eiici dæmonia. Gaudẽtes quasi mirantes dicunt, *etiam dæmonia subiiciuntur nobis*: quam vim habet particula illa, *etiam*? Bifariam responderi posse puto. Aut voluisse discipulos vno verbo omnia, quæ fecerant, explicare, & dicentes quod omnium erat difficillimum indicare cætera se etiam fecisse, quasi dicant, non solum cætera fecimus, quæ facilliora erant; sed etiam dæmones expulimus. Aut tacite intelligendum non solum homines, sed dæmones etiam ipsos illis paruisse.

18. *Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.*] Non facile dictu est, quid hæc verba significent, & quorsum à Christo dicta sint. Maior pars auctorum de primo diabuli è cœlo casu interpretantur, quem se Christus tanquam Deum vidisse dicat. Cyprianus lib. de ieiunio, & tentationibus Christi, Ambrosius in lib. de fuga sæculi c. 7. Chrysostomus hom. 10. de pœnitentia, Hieronymus l. b. 1. aduersus Iouinian. Gregor. lib. 9. epist. 38. & lib. 23. in Iob c. 7. Beda, Theophylactus Bernardus serm. 5. de dedicat. Ecclesiæ & serm. 2. ad fratres, & Euthym. Quorsum ergo Christus de casu diaboli nunc agit? Respondent Cyprianus, Hieronymus, Gregorius, & Beda: quia lætari videbantur discipuli lætitia, exemplum illis Satanæ propositisse, ne propterea gloriarentur, ne forte caderent, sicut olim Satanas ceciderat. Alij referunt ad incarnationem Christi quasi dicat, nihil noui mihi narratis subiecta vobis fuisse dæmonia, ego enim sciebam Satanam eorum principem à me victum, & de cœlo deiectum. *Confidite*, inquit, *ego vici mundum*, & *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam*, & *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras*. Sic Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Theolog. & Basil. in homil. quod Deus non sit auctor malorum: & Cyrillus apud D. Thom. & Elias Cretens. in comment. in Gregor. Nazianz. quam interpretationem etiam Euthymius & Theophylactus probant. Itaque cœlum aut pro cœlo, in quo, antequam Christus veniret, diabolus regnabat, vt Euthymius, & Elias: aut pro potestate, & gloria quam habebat, vt Theophylactus, & Cyrillus intelligunt, accipitur. Hæc vltima sententia mihi placet, nam vt superius dixi, non libenter Christi discipulos accuso, quod priuatis sententiæ auctores facere videntur. Tantum phrasis probanda est. Solet diabolus, cum eius potestas impedirur, dici de cœlo dejici, de cœlo cadere, ligari, foras ejici. Ioan. 12. 31. Apocal. 12. 9. & 20. 2. *& apprehendit*, inquit, *draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum.* Quis ille angelus erat, qui serpentẽ ligasse dicitur, nisi Christus? Quod ergo dicit hoc loco, *Videbam* Satanam contemplabar, non solum cognitionem, sed multo etiam magis actionem significat, indicat enim se auctore, victoreque diabolum cecidisse. Tanquam si dux belli suas narrans victorias diceret, videbam cumulatim hostes ante me cadere. Quod autem dicit *sicut fulgur*, alij similitudinem in splendore ponunt, quod, cum ante diabolus sicut fulgur splendidus esset, vnde Lucifer appellatus est, ita è luce in tenebras cecidisset, vt Ambrosius, Chrysostomus, Titus Bostr. & Theophylactus. Ita que participium *cadentem* non referunt ad fulgur, sed ad Satanam, nõ enim esse fensum, videbam Satanam cadẽtem sicut fulgur, id est sicut fulgur cadit; sed *videbam Satanam sicut fulgur* à qui sicut fulgur prius erat, *cadentem*. Alij fere omnes auctores in casu ipso similitudinem esse putant, vt sit sensus, videbam Satanam magno impetu, ac vi cadentem, sicut cadere solet fulgur. Hoc probabilius, quia magis ad rem pertinebat, vt de celeritate casus, quam vt de pristino splendore eius agerent; cum vt paulo ante probauimus, non de primo, sed de secundo eius actu agatur casu, quo per Christũ in abyssum præcipitatus dicitur, quod ab eo illius potentia coercita sit.

19. *Ecce dedi vobis potestatem.*] G. *ibi*. *Aequa scio vos ejicere.* Ecce dedi vobis potestatem. Quasi tunc daret, ante non dedisset. Recte Euthymius admonuit non significari hoc verbo ante illius potestatem non dedisse, sed prius datam tunc confirmari. Etsi illud, quod præterea dicit non probo, prius non missi ad tempus dum ea fungerentur legatione, eam illis potestatem fuisse concessam, nunc vero eandem ta perpetuum protogari. Quorsum ergo iam datam confirmat? nec enim necesse erat, si non ad tempus, sed in perpetuum concessa fuerat. Vt aptius caderet, quod dicturus erat. *Verumtamen in hoc nolite gaudere*, quasi diceret, nolo vobis datam tenuoc are potestatem; quin etiam atque etiam confirmo: verumtamen intelligite aliud me vobis magis contulisse beneficium, quo vobis potius gaudendum sit, quod nomina vestra scripserim in cœlo, Irenæus lib. 5. cap. 14. Cyprianus in libro ad Nouat. Rufinus in explic. Symboli. Basilius Psalm. 28. Nicera in 2. orat. de Pasch. Greg. Nazianz. Procop. in cap. 3. in 49. Chrysostomus hom. 17. in Gen. Beda, Theophylactus, & Euthym. *serpentes, & scorpiones* dæmones interpretantur, quasi quod sequitur, horum verborũ explicatio sit, *& super omnem virtutem inimici.* Probabilis interpretatio, sed mihi literalis videtur esse alia, quam idem affert Beda, vt veros serpẽtes, & scorpiones intelligamus. Volunt enim Christus significare se discipulis dedisse potestatem omnia periculaimperandi, non solum quæ ab hominibus, verum etiam quæ à bestiis, & dæmonibus solent accidere. Ex videtur hic locus ex illo Marci 16 17. 18. intelligi debere, *in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Exemplo est Diuus Paulus, Act. 28. 3. 5. qui morsus à vipera nihil accepit nocumenti.

20. *Verumtamen in hoc nolite gaudere.*] Non vetat discipulos, vt supra diximus, gaudere, quod potestatem in dæmones habeant. Donum enim erat Dei, & omni Dei dono gaudere licet, modo & donum ipsum, & gaudium in auctorem suum referamus: sed solet ita scriptura loqui, vt quod comparatione alterius minus affirmatur, absolute negetur. *Misericordiam*, inquit Osee 6. 6. Matth. 9. 13. *volo, non sacrificium*, volebat vtique sacrificium, qui tot instituerat sacrificiorum genera, sed quia minus, quam misericordiam volebat, velle se negat. Eodem prorsus modo negat Christus discipulis gaudendum esse, quod dæmones illis subiicerentur: non quod gaudendum non esset, sed quod minus gaudendum, quam quod ipsorum nomina in cœlo scripta essent. Cur autem minus gaudendum illis esset, quod dæmones pellerent, facilis ratio, quam & Beda reddidit. Possunt id & multi, inquit, qui homines facere. *Multi (inquit) dicent mihi in illa die Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis, quia noui vos.* Quæ quam exemplum illius, quod affert Beda filiorum Sceuæ Act. 19. 13. aptum non est. Illi enim temerarii quidem dæmones eiecere, sed male successit. Quod autem ipsorum in cœlo nomina scripta essent, merito eos gaudere oportebat: quia non nisi informatum in cœlo scripti sunt nomina. Nomina in cœlo scripta esse, vt scripti esse in libro vitæ, vt alibi vberius ostensum est, solet dicere Exodi 32. 32. Psalm 68. 29. Philipp. 4. 3. Apocalyp. 3. 5. & 17. 8. & 20. 15. & 21. 27. & 22. 19. Docent Theologi duabus modis in libro vitæ homines scribi, aut secundum æternam Dei prædestinationem, quæ falli, aut mutari non potest, aut secundum præsentem cuiusque iustitiam, quæ mutari potest illius semel scripcos, nonquam deleri: hos deleri, scripti que, prout nunc ex iusta iniusti, nunc rursus ex iniusto iusti fiunt. Id ex Exod. 32. 32. & ex Psal. 68. 29. & ex Apocalyp. 3. 5. manifestum est. De vera huius scriptione agatur non nostri, sed diuini iudicij est. Qui de vera hac intelligentes prædestinatione, ex hoc loco collegerunt sanctiores, aut melioris certe conditionis discipulorum, quam Apostolorum fuisse collegiũa, quod discipuli quidem omnes, Apostoli non omnes prædestinati fuerint: discipuli potius quàm Apostoli esse meerebantur. Scimus ex Apostolis damnatum fuisse Iudam, & in locum suum abijsse. An ex discipulis damnatus aliquis fuerit nescimus, & non solum alterutrum affirmare, sed etiam scire velle est temerarium: qui temerarie iudicant non absunt, qui nullis antiquis auctoribus, nulla traditione docti horum discipulorum nomina recenserint non tenetur inpugnare, ipsa enim, quæ inter ipsos apparet, in recensendis nominibus distinctate refelluntur.

In libro vitæ scribi.

Ioan. 6. 71.

21. *In ipsa hora exultauit Iesus spiritu.*] Exultauit animo, lætabundus, gratulabundus, volebat enim Patri gratias agere, quod eam potestatem discipulis suis hominibus simplicissimis is tradidisset, vt eã omnes illis subiicerentur, quam Sapientibus, atque prudentibus non dedisset. Eò enim refero non ad id quod proxime præcesserat, *quia nomina vestra scripta sunt in cœlo.* Itaque Matthæus hanc historiam cum ea, quæ vers. 15. narrata est, coniungens, præterea illis ita quæ à discipulis Christo, & à Christo discipulis dicta sunt, seriem non seruans historiæ. Porro hunc locum, & quæ sequuntur vsque ad versum 25. apud illum cap. 11. 25 declarauimus.

25. *Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum.*] Solus hic historiam Lucas narrat. Nam illum de quo Matthæus cap. 22. 35. & Marcus cap. 12. 28. scribunt, alium fuisse doctorem, illic docuimus. Qua occasione Legisperitus ille Christum interrogauerit, incertum. Necenim hoc eodem tempore, aut loco, quo superiora accidisse credendum est, cum nec id Euangelista indicet, nec ipse res inter se cohæreant; etsi Beda cum illis verbis iungit, *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo*, quasi iumpta inde occasione Legisperitus suas ei. le in cœlo etiam scribi velle: vero similem synagoga, aut in aliquo circulo, aliove publico loco contiguũ. Quandocunque, & vbicunque tandem acciderit, apparet Euangelistam hoc ideo commemorasse, vt doceret, qua occasione Christus parabolam illam hominis ab Ierusalem in Iericho descendentis propositisset, quam, cum vtilem, & in vsu tijs plenam doctrinam contineret, præterniteendam non iudicauit. Notauit non discendi, sed tentandi animo Christum interrogasse, vt tacite causam indicaret, quamobrem Christus Legisperito, non simpliciter, rectisque respondetit, sed vicissim eum interrogauerit, *in Lege quid scriptum est? quomodo legis?* Non enim simpliciter responso dignus erat, qui non simpliciter interrogabat.

Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?] Fingit se superbia inflatus Legisperitus, qui se nihil nescire existimabat, talutis viam ignorare, & ran quam Christi discipulus esse vellet, vel ut vnus de imperita multitudine rogat. Eo pertinet, quod magistrum appellat.

16. *In lege quid scriptum est? quomodo legis?*] Quam prudenter Legisperitum ignorantiam simulantem, & callide explorare volentem doctrinam Christi, ad Legem mittit. Solebat id facere cum tentabatur, vt

vicaret responsionis inaniam. Cum enim ad legem A esse dicemus. Itaque Beda, qui hanc videtur lectu-
minime, non tam ipse eos, qui tentabant, quos dice- ram secutus, ait se nihil ad sensum afferre, hoc loco
bat, quia tanto opere gloriabantur, condemnasse videbatur. parabola concinnitatem nobis proximum esse, qui nostra
Ostendit Christus salutis viam mandatorum Dei ob- indiget ope. Et quidem si spectemus, qui occasionem
servationem esse, vt ait Beda, *cum Legis peritus rogasset,* quæstionis nobis fecerit, id erat Iudæum esse videba-
per quid possibile facta esset Regnum Dei intrare? Calu- tur. Agebatur de præcepto legis, *Diliges proximum tuum*
mnias Legis peritum magis incredulum non ex animo, sed *sicut teipsum*, id est de proximo nostro quo modo gen-
simulasse. & ex Legisperiti opinione Christum hoc tibus nobis proximum esse. Proponit Christus Iudæum,
dixisse ait, legis eum peritum non vnde, sed quibus & Samaritanum Iudæo, & Samaritano parabolam
operibus quæreda salus esset, interrogatum ad Le- posuit. Vnus relinquitur scrupulus, quod non videa-
gem missile, quæ opera diceret, & in facere missile, tur Christus ad Legisperiti quæstionem apte, accom-
quod ipso possibile facta esset. Bonus Cyrillus interpretatur modate que respondere. Requirebat enim ille, quis
Christus dixit de operibus loquens, *Hoc fac, & vives*, sibi proximus esset, id est cui ipse non quis sibi bene
vers. 28. illa dicit, *Hoc ne facere potes, nec in facetia,* facere deberet. Christus respondet, quis proximus B
propter eas vives. sit, id est quis ipsi, non cui ipse bene deberet facere.
Videtur Beda latina re- vocabula.

B *27. Diliges Dominum Deum tuum.*] Hæc ex 22 Matth. 37. 38. explanantur. Nam quod Lucas paulo plurium sibi verba facile respondent omnia Matthæi eum non singula verba, sed verborum, sententiæque summam recitasse Lucam ait quod verbum explicationis causa addidisse.

29. Ille autem volens iustificare se.] Ostendere iustificare in ea fabula re, de qua agebatur: id est non tentandi, sed discendi causa id interrogasse, sinistre ignorantiam, quæ plus habere videretur probabilitatis. Probabilium vero vide 1 Corinth. 7. Legisperitum ignorare, quis proximus legis præceptum intelligi deberet, quam quod ad eam rem quærendam virum accessum egerit, dum videlicet quod nemanem Iudæum haberi ignorabat. C Nam quis proximus in lege vocaretur, apparet iuristperitos legis doctores fuisse controversum, alios fortasse solos Iudæos, vt solos filios, alios solos amicos proximos esse inter; rectum bus vt colligitur ex Matth. cap. 5. 20. Fugit tamen nunc iuniperitus ignorantem vulgarem, & sibi, ad ipsos notam defendendi, aut tentandi animo interrogasse, sed quæ silonem discipulum, & conversum Iudæum

potuerant, exhibuisse, & quia ista erant, quæ maxime desiderati poterant ab homine vulnerato, ea in parabola posita sunt. Cæteras partes suam aliquam, ac propriam significationem habere credo. Nã quod dicitur homo ille ex Ierusalem potius, quam alio ex loco descendisse, eò vt supra diximus pertinet, vt eum Iudæum, & quidem Ierosolymitanum cluem fuisse intelligamus, cui propterea Sacerdos, & Leuita plus, Samaritan' minus caritatis exhibere debuisset. Quod autem in Iericho potius, quam in alium defcendisse locum, quod ea via celeberrima esset, atque notissima, quemadmodum si Romæ cum esses, & similem parabolam proponere velles, diceres Roma quempiam Neapolim profectum fuisse, & quod ea via latrocinij esset infamis vt Hieron. in comment. in cap. Matth. 20. tradit. Quod vero dicitur spoliatus primum, deinde vulneratus, ac semiviuus relictus, nihil aliud significat, quam eum relictum fuisse in statu maxime miserabili, & spoliatum non solum pecunia, qua sibi subuenire posset, sed omnibus etiã vestimentis: ita vt nihil illi reliquum esset, quod posset vendere. Præterea adeo vulneratum, vt semiuiuus esset, hoc miserabiliorem, quam si omnino fuisset mortuus, quo magis misericordiam sentiebat suam.

38. *Factum est autem, dum irent.*] Dum pergerent Ierosolymam versus, quemadmodum dixerat superiore c. vers. 51. De eadem enim profectione agit, & ad eum respicit locum. Vnde probabilis coniectura ducitur, ea omnia, quæ ab eo loco viq; ad hunc Euangelistã narratum, in ea accidisse profectione, antequam Christus Ierosolymam peruenisset.

Intrauit in quoddam castellum.] G. εἰς κώμην, in pagum quendam. In castellum Marthæ, & Mariæ sororum Lazari, vt Ioannes ait c. 11. 1. quam ex eodem loco Bethaniam fuisse constat prope Ierosolymam sitam, vt apud Matth. cum c. 26. 6. docuimus. Castellum autem Marthæ & Mariæ dicebatur, non quod earum esset, sed quod ibi habitarent. Sed de ea re apud Ioannem c. 11. 1. disputabimus. Cum proposuisset Euangelista narrare, quid quid Christus hac sua profectione fecisset, noluit prætermittere, quod fecerat in domo Marthæ, quomodo Mariæ studium in audiendis, percipiendaq; ipsius doctrina Marthæ solicitudinem in rebus corpori necessariis præparandis antepositam. Erat enim vtile ad informandos mores exemplum.

Et mulier quædam Martha nomine.] Loquitur Euangelista de Martha tanquam de muliere adhuc ignota, non quod nota non esset, cum Ioannes cap. 11. ex sororibus Martha, & Maria descripserit minus notum Lazarum: *Erat*, inquit, *quidam languens Lazarus à Bethania de castello Mariæ, & Martha sororum eius*: sed quia ipse hactenus de Martha mentionem non fecerat, tanquam de muliere lectori adhuc ignota dicit, *Et mulier quædam Martha nomine*. Apparet Marthã maiorem fuisse natu Maria sorore sua, quandoquidem domus Marthæ potius, quàm Mariæ dicebatur, & Martha Christum potius, quam Maria distitare excepisse, vt notauit Bern. serm. 3. de Assumpt. B. Virg. Maior etiam illa solicitudo hospiti necessaria parandi inde fortasse nascebatur, quòd ipsius propria esset hospes, & eius magis interesse videretur, vt nihil hospiti deesset.

Et huic erat soror nomine Maria.] Eodẽ modo de Maria tanquam ignota loquitur, eademque ratione, & Marthæ sororem esse dixit tanquam maioris minorẽ. Ioannes ea. 11. alia ratione vtrumque contrario facit modo. Nam & de ambabus sororibus tanquam de notissimis mulieribus loquitur, exillisque Lazarum earum fratrem designat; & Mariam Marthæ præponit. Habuit nimirũ rationem aliam, quod eum iis gerret, qui de mulieribus illis, quæ Christum sequebantur, sæpe audiuissent, de quarum numero hæ duæ sorores erant, quamobrem notiores erant, quem frater ipsarum Lazarus, Mariam vero ideo Marthæ præposuit, quo illa lotis tum ante lacrymis, capillistersis, & vnctis vnguento Domini pedibus esset notior, vt ipse Ioannes subiecit. vers. 2. *Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit pedes eius capillis suis.*

Quæ etiam sedens secus pedes Domini.] Quam vim habeat dictio illa etiã, non satis apparet. Quidam sic interpretantur, quæ etiam sedens sicut aliæ mulieres. At non nisi duarum mulierum Marthæ, & Mariæ mentio fit, nec est vero simile domi fuisse plures, nisi fortasse ancillas, quas non est credendum sedisse, sed ministrasse. Alij etiam sed. ille, id est non solum stando, & quasi aliud agendo, sed etiam sedendo ac otio attentam, contemplabundam que docentem audisse Christum. Non displicet, sed magis accommodare ad id, de quo agitur, exponi posse arbitror; vt significetur illam non solum non fuisse solicitam in parandis, ministrandisque rebus necessariis sicut erat Martha, sed etiam omnis quidam modo alienus oblitus mentis ad pedes Domini sedisse, vt eius verbum commodius audiret. Aut etiam sedisse sicut sedebat Christus, hoc excepto, quod ad eius sedentis sedebat pedes, & mulieris, & discipulæ alienum more. Doarum hic personarum officium obseruandum lectori est. Christi quidem Marthæ. Christus hospes excipitur, simul vt est ingressus domum, docet, & de rebus diuinis loquitur, & prius hospites suos spiritualiter pascit, quàm corporaliter: ab illis ipse pascatur. Maria omnibus omissis etiam quæ ad ipsius Christi honorem pertinere videbantur, ad pedes eius sedet, docentem q; audit, magis sese audiendo, quàm ministrando honorare putat Christum. Conciuatores Christum, auditores Mariam imitari debent.

Exemplum contemplatiuæ, & quid ipsa bona contemplandum.

40. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.*] G. περὶ πολλὴν διακονίαν, distrahebatur, turbabatur, tota negotia erat, & occupata in ministrando. *περὶ* hic *de circa*, multum ministerium appellat, nõ opipariam opinor, conuiuium, sed solicitudinem mulieris quærentis, quibus rebus Christo gratificari posset, & suã erga illum caritatem declarare. Vtrumque profecto dubio ex carnatæ prosiciscebatur, & quod iactabatur, id est tanto excepto hospite solicita erat, qua ratione illi satisfaceret, & quod multo vtebatur ministerio.

Quæ stetit, & ait.] Adstitit coram Christo, quasi coram iudice querelam suam, & sororis accusationem propositura. Nam rogit sororem cur te non adiuuet. Sed Christum ipsum quasi subaudire fas aliquitur, *Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare?* Siue quia non eam mirabatur sororem suam verbis Domini delectam omnium aliarum rerum oblitam ad pedes eius fixam hærere, quam Dominum ipsum rem, vt illi quidem videbatur, indignam pati, vt Maria sorore sua maiore, & diuinius, natura ministrante otiosa quodammodo, & sine cura sederet; siue quia scirebat nihil sic, etiamsi sororì id diceret, effecturum. Nec enim ab ore Domini auelli posse, nisi Dominus ipse iuberet, cuius sermonibus oblectata retinebatur. Non debemus ex nostris moribus de sanctis iudicare; sed si inspectemus Matthæi verba, personam vero eius non curemus, videtur humanum quiddam in illis apparere, primum quod Christum hortaretur, quod vt concederet suæ adiutricis, aut potius artis potius, quæ accusantis animo dictum esse, tamen speciem erat habiturum accusationis, atque querelæ. Deinde quod suam ostentare diligentiam, solicitudinem vero debitam, & meritam notare videbatur. Non est mirandum, quod sorori

soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Denique si non Marthæ, muliebri tamen ingenio consentaneum est ex aliqua inuidentiæ specie hanc accusationem esse profectam. Non tam ægre fortasse ferebat se solam ministrantem relinqui, quod illi duci poterat laudi, quam sororem suam solam colloquio Domini frui, & apud illum gratiosiorem videri. Si hoc illa animo non fecit, nos quidem certe facere solemus. Si quem videmus rerum diuinarum contemplationi deditum, tumultuosis huius sæculi negotia non curare, otiosum hominem appellamus. *Ex illorum persona loquitur*, ait Beda, *qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solum quod didicêre fraterna dilectionis opus Deo placitum dicũt, adeoq; cunctos, qui Christo deuoti esse velint, huic mancipatos autumant.* Olet hoc, quamuis aliquando à Catholicis fiat, hæreticorum ingenium, qui nihil ferunt iniquius, quàm monachorum vitam, vt ipsi vocant, otiosam. Discernant quos acculant: qui enim otiosi sunt, monachi non sunt. Si veri monachi sunt, aut actiuam sequuntur vitam, & tam occupati sunt, quam Martha: aut contemplatiuam, & tam occupati sunt, quàm Maria, pro qua Dominus sorore acculante respondit; aut vtramque, & plusquam Martha, plusquam Maria, tantum quantum vtraque simul occupati sunt. *Cum ergo Maria*, inquit Augustinus sermo. 27. de verbis Domini, *suauiter audiret verbum dulcissimum, & corde intentissimo pasceretur, interpellato Domino à sorore sua; quomodo putamus eam timuisse, ne diceret ei Dominus, surge, & adiuua sororem tuam? mira etiam in suauitate tenebatur, quæ profecto maior est mentis, quàm ventris. Excusata est, sedit securior. Quomodo autem excusata sit, attendamus. Pascamur & nos.* Cassian. collat. 1. cap. 8. legit, *Domine, num tibi placet, quod soror reliquit me solam ministrare.*

Exemplum contemplatiuæ addita cura defenditur.

Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima.] Quod bis repetit nomen Marthæ, epitasim, & emphasim habet: quod ait, *solicita es, & turbaris erga plurima*, duobus verbis expressit, quod paulo ante Euangelista expresserat vno, *Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Non ergo Dominus opus reprehendit*, inquit Augustinus sermon. 27. de verbis Domini, *sed munus distinxit. Maria optimam partem elegit; non tu malam, sed illa meliorem.* Et rursus, *Quid enim? putamus nos reprehensum esse ministerium Martha, quam cura hospitalitatu occupaverat, quæ ipsum Dominum hospitio receperat? quomodo recte reprehendebat, qua tãto hospite latabatur? Hoc si verum est, dimittant homines, quod ministrant egentibus, eligant sibi partem meliorem, quæ non auferetur ab eis: vacent verbo, inhient doctrinæ dulcedini.* & libro 2. qq. Euang. cap. 20. *Mariam*, inquit, *dicit optimam partem elegisse, quæ non auferetur ab ea: & ideo intelligitur optima, quia & per hanc ad illam tenditur, & non auferetur: illa vero ministerij quamuis sit bona, tamen auferetur.* Ad eundem modum Ambrof. *Nec Martha*, inquit, *in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerit, ante fertur.* Idem Gregorius lib. 6. Moral. cap. 28. & hom. 14. in Ezechiel. Beda, & Theophylactus adnotarunt. Hæreticorum vero interpretes, qui nullam comparationem fieri putant, ex verbis sequentibus refelluntur.

42. *Porro vnum est necessarium.*] Cassianus collat. 1. c. 8. & collat. 23. capit. 3. legit, *Porro paucis est, aut etiam vno.* Quod scitum vnum, quod Christus necessarium esse dicit, non satis constat. Quidam vnum ac simplicem cibum interpretantur, quasi reprehendatur Martha, quod multis prandij ferculis occupata esset, cum non nisi vno, eoque patabili esset opus. Sic Basil. in monasticis constit. cap. 2. & Cyrillus à D. Thoma citatus, & Theophylactus in commentariis ad hunc locum interpretantur. D. autem Augustinus ser. 27. de verbis Domini secundum Lucam, vnum opus est, id est vnitate, quæ in Domino est; ille solus nobis necessarius, ille satis est, cætera, quæ multa sunt, non sunt necessaria. Alij vnum, quod nimirum elegit Maria, verbum Dei audire, & saluti operam dare, Beda, & Euthymius. Hunc verum arbitror esse sensum. Opponit enim Christus studium Mariæ studio Marthæ; Maria hoc vnum curabat, vt Christum audiret, & ab eo salutem suam quæreret, Martha vt Christo in rebus externis omnibus, quibus poterat, ministraret. Illud vnum necessarium esse dicit, hæc multa non necessaria, non quod hæc non sint aliquando necessaria: nam & corporis moderata habenda cura est: sed quod illud per se, hæc non nisi quatenus ad illud referuntur, curari debeant: & illud sine his satis sit, hæc sine illo non sint. *Quid enim prodest hominì, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur; aut quam dabit homo commutationẽ pro anima sua? Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* hoc est, *Porro vnum est necessarium*, quærere regnum Dei. Quid ergo? an Martha regnum Dei, id est illud vnum, quod Christus necessarium esse dicebat, non etiam quærebat illi ministrando? Quærebat sane, sed per multa, per externarum rerum ambages, atque circuitus. Maria in illud vnum, quod erat necessarium, fixa erat; illud quærebat recta via, ad illud propius accedebat: sedebat enim secus pedes Domini, & eius verbum audiebat: hoc vnum agebat, quia sciebat hoc vnum esse necessarium. Securior erat secus summum bonum sedens, & quodam modo, ne amitteret, obseruans ac tenens: propterea ne ad ministrandum quidẽ illi discedebat, ne forte amitteret, quod tenebat, *Inueni*, inquit, *quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam*, Cantic. 3. 4. Martha vero, quæ per rerum temporalium ambages ad illud ipsum vnum, ac summum bonum peruenire cupiebat, periculo se exponebat errandi. Vna via etrari non poterat, multis poterat. Et solet temporalium rerum solicitudo suffundere verbum. Propterea dicit:

Quædam sit illud vnum necessarium.

Maria optimam partem elegit.] G. τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, bonam partem elegit. Sic vertunt, qui nullam hic fieri volunt comparationem. Sed, vt diximus supra ex eo, quod Mariam Christus laudat, Martham quodammodo reprehendit, quod solicita sit, & erga plurima turbetur, apparet comparationem fieri: ita & Augustinus sermo. illo 27. de verbis Domini vertit, *meliorem partem elegit.* Cassian. collat. 1. cap. 8. *melioremi partem*, & collat. 23. ca. 3. *optimam partem*, & Philastrius in hæresi veteris testamenti multa improbante *maiorem sortem*, & idem Augustinus libr. 1. de Trinit. cap. 10. & Gregor. lib. 6. in Iob cap. 28 & lib. 5. in 1. li. Reg. c. 14. & Ambrof. qui serm. 11. in Psal. 118. *bonam partem* vertit, eodem tamen loco, & in commentariis in Lucam per comparationem exponit. Illic dicit, *Ita verbum cognoscere, maius opus esse, quàm ministrare diuinæ auctoritate sententia definitur*: hic quod supra recitauimus, *Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliorem partem elegerit, ante fertur.* Ac mihi quidem non videtur noster interpres melius comparationem, quæ in verbis latebat, quàm per superlatiuum exprimere potuisse. Nam non inter Mariam tantum, & Marthan, sed etiam inter id quod Maria, & id quod Martha elegerat, quæque alius quiuis eligere potuisset, comparatio fiebat. Quæ cum essent multa, debuit comparatio per superlatiuum, quem vocant, gradum fieri. Quam vocet optimam partem, quam Mariam dicit elegisse, paulo supra docuimus. Nempe elegerat ad pedes sedere Christi, eius verbum audire, eius doctrina pasci, &, vt vno dicam verbo, suam salutem quærere, cætera negligere.

Quænam sit illa pars optima quam elegit Maria.

Ea optima pars erat. Sumpta mihi videtur esse metaphora ab hæredibus, quorum maior natu apud Romanos quidem, & apud multas deinde gentes hæreditatem in partes, quam maxime poterat æquales dividebat, minor vero eligebat, quam volebat primus, auctor Seneca libr. 6. declam. 3. Nam nomen *sortis* & partis, quo visus Euangelista Græce est, in sacris litteris hæreditatis proprie partem significat. *Pars mea Deus in æternum*, Psalm. 72. 26 & *hæc est pars hominum impij*, Iob 20 29. & alia sexcenta, quæ lectori passim occurrent, quæque ex Hebraica phrasi ad verbum expressa sunt. חלק quod proprie de hæreditate dici solet. Consuebat hoc in Matthæo, & Matthæ. Nam & sorores erant, & Christum quasi hæreditatem suam dividebant: altera eum in ipso, altera extra ipsum quærebat. Martha maior natu, quod ad modo fecerat partes: & Maria nata minor, cuius erat eligere, optimam eligit partem, quia Christum in ipso, non extra ipsum eligit.

Quæ non auferetur ab ea.] Ridiculus mihi & inepta interpretatio videtur, quæ Calvino valde acuta visa est. Sic enim exponit, quasi Christus respondeat ad id, quod Martha rogaverat, ver. 40. *Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet*, Iensitque sit, nolo dicere, vt te adiuuet: optimam enim partem elegit, à qua eam nō decet removeri, vt corporali vacet ministerio *non auferetur ab ea*, id est non patiar, vt auferatur, non patior vt à me discedat, vt adiuuet te nimis in ministrādo solicitam, & occupatam. Hoc enim etsi est verum, est parum. Longius vtique tendebat Christus, volebatque ex effectu, & fine docere, quid inter Mariæ, & Matthæ interesset partem, quod illa nimium æterna, hæc temporalis esset. Illa thesaurizabat sibi *thesaurum in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur*: hæc thesaurizabat *in terra vbi ærugo, & tinea demolitur, & fures effodiunt, & furantur.* Matth. 6.19. 20 Quod enim illic de thesauro dicitur, de omnibus temporalibus etiam rebus intelligēdum est. Non ergo significat Christus fore, vt propterea, quod elegerat Maria, ab ea non auferetur, quod gratia illi auferenda nō esset, quasi eam his verbis in gratia confirmet, vt cum D. Paulo dixit 2. Corinth. 12. 9. *sufficit tibi gratia mea.* Nam etsi id fortassis verum est, tamen nō id Christus agebat, vt doceret quid illi gratiæ collatum esset, sed quid ipsa elegisset: quanquā eligere non potuit sine gratia. Etenim si gratiam spectes, etiam Martha gratiam habebat, quæ ab ea, vt credendum est, auferenda nō erat. Docet ergo quid inter cōtemplationem Mariæ, & Marthæ occupationem intersit: quæ nata tra, quod illa æterna, hæc temporalis sit. Ad hūc modum optimus quisque auctor exponit. Augustinus serm. 17. de verbis Domini. *Attendamus igitur occupationes nostras circa multa, necessarium est ministerium corporale reficiendi. Quare hoc? quia esurimus; misericordia miseris necessaria est. Frange panem esurienti, quia inuenisti esurientē. Tolle famem, ne fiat fames panem? Tolle peregrinationem, cui exhibes hospitalitatem? Tu nudum eum, cui præparas vestem? Non sit egritudo, quam visitas? Non sit captiuus, quem redimis? Non sit rixa, quem componis? Nō sit mœror, quem septimo illo seculo futuro non erimus ipsa mala, ergo nos ista ministeria. Ergo Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod sero permanebit, ideo non auferetur ab ea. Circa vnum se voluit occupari, iam tenebat, Mihi autē adhærere Deo bonum est.* Et rursum de Martha loquens, *Circa multa es occupata, porro vnum est necessarium. Iam hoc sibi Maria elegit. Transit amor multitudinis, & remanet caritas vnitatis.* Ergo quod elegit, *non auferetur ab ea: te autem quod elegisti, vtique hoc sequitur. vtique subtrahitur, ait, quod elegisti, auferetur. Sed bonum non auferetur, vt quod meius est, detur. Auferetur enim à te labor, vt requies detur. Tu nangas, illa in porta est. Iuxta eadem ferme tractat Hieron. in c. Ierem. 3 Gregor. lib 6. Moral. cap. 28. & homil 14. in Ezechiel. Beda, & Theophylact. in commentariis.* Ridet Calvinus monachos, quod duo ex hoc loco vitæ genera esse collegerint, alteram contemplatiuam, quæ Mariæ, alteram actiuā, quæ Marthæ respondeat. Quid ergo? neget antiquos illos Patres monachos fuisse, qui veri monachi fuerunt, cum omnes nunc monachos appellat? Hoc enim, quod ipse solis monachis tribuit, nemo eorum non dicit. Dicit Basil. in monast. const. cap. 2. dicit Augustin. sermone illo 17. de verb. Domini, dicit Hieronymus in commentariis. cap. 5. Ierem. dicit Cassian. collat. 1. cap. 8. dicit Gregorius. Illis duobus locis quos modo citauimus, dicit Beda, & quis non? Non quod proprie collegerint ex hoc loco, cuius nec ignorabant, nec tacuerunt alium esse sensum: sed quod eas duas mulieres tanquam exempla duo, alterum contemplatiuæ, alterum actiuæ vitæ proposuerint, quibus nullum profecto potuit accommodatius excogitari.

Vera huius loci expositio.

Calvini interpretatio reprehenditur.

Psal. 72. 28.

Calvini petulantia castigatur.

CAPVT XI.

1. *FACTVM est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. 2. Et ait illis: Cū oratis, dicite: Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. 3. Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. 4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, 6. quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum. 7. & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. 8. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. 9. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. 10. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. 11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? 12. Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? 13. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? 14. Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum ejecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. 15. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. 16. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. 17. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit*

Matt. 6. 9.

Matt. 7. 7. & c. 21. 22. Marc. 11. 24. Ioan. 14. b. 15. Luc. 11. 9. 10. 11. b. 9. Matt. 7. d. 12. & 12. b. 2.

Matt. 9. 32. 33.

dixit eis: omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. 18. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia. 19. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filij vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. 20 Porro si in digito Dei ejicio dæmonia: profectō peruenit in vos regnum Dei. 21. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. 22. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. 23. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. 24. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. 25. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. 26. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora a prioribus. 27. Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. 28. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 29. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. 30. Nam sicut fuit Ionas signum Ninuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. 31. Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. 32. Viri Ninuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. & ecce plus quam Ionas hic. 33. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediantur, lumen videant. 34. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. 35. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. 36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum & sicut lucerna fulgore illuminabit te. 37. Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit. 38. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. 39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. 40. Stulti nonne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod dentus est, fecit? 41. Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. 42. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. 43. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. 44. Væ vobis, quia estis vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. 45. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. 46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro nec tangitis sarcinas. 47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. 48. Profectō testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. 49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur: 50. vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi à generatione ista, 51. a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare, & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. 52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. 53. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, 54. insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

Matth. 12. c. 39 Ioan. 2. a. 2. 3. Reg. 10. a. 1. 2. Par. 9. a. 1 Ioan. 3. b 5. Mar. 4. b 19 Mat. 4. c. 12. Mat. 6. c. 22

Matth. 28. c. 25.

Inf. 20. 45 Mar. 12. d. 38.

Mat. 23. a. 9

Matth. 23. a. 4.

Gen. 4. b 8. 2. Par. 24. f. 22.

IN CAPVT XI.

1. *ET factum est, cum esset in quodam loco orans.*] Matthæus cap. 6. 9. cum nondum oraret, ait statim orationē finita, nec ab Apostolis rogatum sed concionantem, dum Scribarum, & Phariſæorum simulatam in orando religionem reprehenderet; discipulos suos his verbis orare dici, docuisse. Qua ratione ista conueniant, illic disseruimus.

Sicut docuit & Ioannes discipulos suos.] Ex hoc vno loco constat Ioannem certam aliquam, & ante non vsitatam orandi formam discipulis suis tradidisse; quam autem, id non constat. Vtinam haberemus. Nam etsi melior, quam ea, quæ nobis à Christo tradita est, esse non poterat: tamen ex ea cognosceremus, quid in orando apud Iudæos ratione innouasset. Nec mirandum illum certam orandi formam discipulis suis præscribere voluisse: pars enim est, & quidem ex primis vna religionis orare. Nec vlla fuit vnquam religio, quæ non certam supplicandi Deo rationem haberet. Itaq; quisquis vnquam religionem mutauit, & orandi rationem mutauit. Quare Ioannes, qui homines à vetere legis Mosaicæ religione auellere, & ad Christum traducere conabatur, hoc in primis curare debuit, vt præscriberet discipulis modum orandi. Idemque vt Christus faceret, qui nouam instituebat religionem, Apostoli rogabant, æmulatione fortassis aliqua, vt Theophylactus existimat. Imitati hoc sunt hæretici Ioannis, & Christi exemplis abutentes. Nulla enim vnquam hæresis fuit, quæ non continuo suas effingeret preces. Id de Arianis passim scribit Athanasius, de Valentinianis Irenæus, de Marcionistis Tertullianus, de Manichæis & Donatistis Augustin. de omnibus simul hæreticis Epiphanius. Nec longe nobis exempla petenda sunt. Quot nostro tempore Lutherani, quot Calvinistæ peccandi formulas, neq; cum nostris, nec inter se ipsos conuenientes edidêre? Per libellos istos precarios specie religionis ornatos eorum se primum hæresis intinuant. Euthymius, qui

Hæresis sub specie sanctæ religionis effingunt preces.

bis Christum hanc eandem orandi formam tradidisse A & bonus est. Quemadmodum in simili argumentatione vers. 13. concludit: *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Eodem spectat parabola illa viduæ iniquum iudicem interpellantis, quæ ponitur infra c. 18. 2. Quod ergo dicit, *Quis vestrum?* tralorem habet emphasim, quam si simpliciter dixisset, quis habet amicum? Argumentatur enim ex illis ipsi quibuscum loquebatur, & ex le ipsis coniecturam facientes confiteri cogit nihil Deum continenter, & cõstanter orantibus negaturum. Hoc est, quod ait Ecclesiasticus c. 18. 22. *Non impediaris orare semper, & ne retrarius vsq; ad mortem iustificari.* Et D. Paulus Ephes. 6. 18. *Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis,* & ad Colos. 4. 2. *orationi insistite, vigilantes in ea cum gratiarum actione,* 1. Thes. 5. 17. *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.* Hæc sola sunt arma, quibus inuictus expugnatur Deus. Vinci se à nobis patitur, cum rogatur.

Et ibit ad illum media nocte.] Incommodissimo tempore cum minime credibile erat eum de lecto surrecturum, vt petenti mutuo panes daret. Nam & hoc ipsum est argumentum à minori ad maius. Si media nocte dabit propter amici rogantis obstinatam perseuerantiam, multo magis quicunq; alio tempore dabit. Indicat etiam nos, cum dicit *media nocte*, nullum tempus etiam noctis medium, quod maxime est reficiendis somno corporibus necessarium, orationi incommodum ducere debere. Recte in hunc locum scribit Ambrosius, *Quis autem amicus nobis, quam qui pro nobis corpus suum tradidit? Petat ab hoc media nocte panes Dauid, petit, & accipit. Petijt enim quando dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi: ideo meruit hos panes, quos apposuit nobis edendos. Petijt cum dicit, Laudabo per singulas noctes lectum meum: nec enim timuit ne exciteret dormientem, quem sciebat semper excubare vigilantem. Et ideo scripturam memores, vestibus ac diebus orationi insistamus, peccatorum nostrorum veniam postulemus. Nã ille iam sanctus, & qui regnat nec necessitatibus occupatus sceptris in die laudem Domino dicebat, matutinis & vespertinis sacrificijs semper intentus: quid nũ facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis, ac mentis fragilitate delinquimus.*

Amice, accommoda mihi tres panes.] G. χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, mutuo da mihi tres panes. Tres, vt opinor dixit, quia vno ipsi qui petebat, altero amico opus erat, & tertium oportebat esse communem, si forte vnus vni non esset satis. Proposuit enim similitudinem sumptam de medio, & ex tribus iis, quæ fieri solent. Solent autem singulis conuiuis singuli panes apponi, deinde communis aliquis panis reseruari, qui sit, si cui panis defuerit, supplementum. Hic litteralis est sensus, allegoricus & mysticum, quia nostri nõ est instituti, prætermittimus. Si quis tamen desiderat. Origen. siue Cyrillum Alexand. legat. lib. 3. in Leuit. legat Augustin. ser. 29. de verb. Domini secundum Lucam: legat Bedam, Theophylact. & Euthym. in commentariis. Tractat & Tertullianus subtiliter hunc locum libr. aduer. Marcionem 4. hinc etiam illius deliria coarguens. *Cum dicit, Amice, supplicem representat.*

6. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum.] Duas affert causas, cur tam importuno tempore ad amicum veniat, & cur sibi, quos petit panes, dare debeat: quod amicus ad se de via fessus, famelicusque diuertisset, quod plus ad mouendum habet pondetis, quam si sibi petiuisset, iustior enim videtur causa pro alio, quam pro se petendi: & dum amico ab amico, non sibi ipsi petit, indicat se idem pro illo, à quo petit, in simili causa fa-

cturum esse, itaque perinde quodammodo esse, ac si illi ipsi à quo petebat, peteret, & quod nihil pernius haberet, quod in eo tum illi posset, ac ne panem quidem. Fuit etiam ad imperrendi facilitatem, quod non delicatas carnes, non pretiosa vina, sed panes petit, vnde magis intelligi potest eos inopes, & eo menus negari ab amico, quod petebatur, quo esset vilius. Et hic si quis obiectum quartum fas fuit, cos quos modo citauimus, audiat legat.

7. Noli me molestum esse.] Nõ erat vero simile ita amicum amico respondurum, sed pertinebat ad argumentum, quo vti volebat Christus, vt ita responderet, vt apparet ex, quantum importuna, & vrgens perseuerantia valeat. Ideo per hypothesim dicit, intelligitur enim, fuisse respondeat, hi est, quamuis ille ita respondeat tamen aliter non propterea terminatur, neq; discedat, sed instet, instet, vrgeat, tandem exoratquebit. Si enim ita rem petenti defuisset, nõ apparuisset, quam vim perseuerantia haberet, quæ potissimum in re totum argumenti momentum erat.

Iam ostium clausum est.] Iexcusat omnia, quæ pro tempore videbatur esse posse probabilia, quod tanta esset clausis, quæ ostium, & fortasse periculosum esset, intempesta nocte aperire: quod ipse iam esset in lecto, & surgere sine molestia non posset, quod pueri etiam secum essent, ita vt nemo esset domi, qui dare posset, nisi magno incommodo de lecto surgeret. Denique recte Euthym. dicit, & ea quæ alter amicus panes petens dicit, & alter negans respondet, eo pertinere omnia, vt appareat & petitionem fuisse maxime necessariam, & repulsionem fuisse iustissimam. Panes hic non famulos, sed filorum interpretor, quemadmodum Tertul. lib. 4. contra Marc. & Theophyl. cum quia non *ἄρτους*, sed *παιδία* dicit tant. quæ verbo filij portius, quam famuli vocari solent, & quis in eodem lecto, aut certe in eodem cubili erant, vtrumque enim *κοίτη* significare potest.

8. Et si perseuerauerit pulsans.] Hæc verba in Græcis codicibus non leguntur, legunt tamen Amb. & Beda, & videtur esse ad explendam sententiam necessaria.

Dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter impudentiam tamen exurgens, & dabit illi quotquot habet necessarij. Hæc non videntur in Deum conuenire, neq; propterea dicta esse, vt ad illum accommodentur: sed vt magis intelligatur, quantum perseuerantia valeat, cuius importunitate quando, quæ amicitia impetrare non potest. Necenim Deus importunus, & vt se faltidio liberet importunas audiendi preces, petita concedit: sed tales etiam hic argumentandi à minore ad maius. Si ille non propter amicitiam, sed propter importunitatem tolã petentis fecit, quanto magis ipse Deus facturus est, qui non amicus modo, sed eiũ pater nobis est? vt concludat vers. 13. *Si ergo vos pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Quamquam & hæc ad Deum possumus aliquatenus accommodare, vt significetur, etiam Deum non solũ amicis, verum inimicis eciam satisfacturum, id est peccatoribus non propter amicitiam, & gratiam à qua illi alieni sunt, sed propter importunitatem precum perseuerantiam tandem concessurum, si petant, & rogent recte noster interpres importunitatem vertit, quamuis nomen propriæ impudentiam significet. Proprius enim Latine dicitur qui verecundia, honestis, & minime importunis, & inofensis est moribus. Vult Deus impudentes quodammodo, & importunos in petendo nos esse.

9. Et ego dico vobis.] Qui paulo ante dixit fore, vt amicus ille importunis precibus surgere, & amico, quæ petebat, dare, hoc etiam dicit tute, vt petentibus v. 9. & Deum perseuerantes ea omnibus detur. Hæc est superioris accommodatio parabolæ, & argumenti, quod ita ex lanbat, explicata est hactenus. Sed omnia quæ sequuntur vsque ad vers. 17. apud Matth. c. 7. 7. & ca. 9. 32. & ca. 12. 22. à nobis tractata sunt.

27. Factum est autem, cum hæc diceret.] Hæc historia à solo scribitur Luca, vnus enim est ex quibus eius in scribendis rebus à Christo gestis diligentia commendatur, quamuis ab Ireneo lib. 3. c. 14 præteritus. *Factum est*, inquit, *cum hæc diceret*: Non dubito quin voluerit Euangelista materiam his verbis, & occasionem futuræ historiæ declarare. Cum enim disturus esset mulierem quandam de media turba fuisse vocem elatam sse, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti*, voluit prius exponere, quare commota fuisset, vt ita clamaret Christum laudaret. Et audiuerat Christum mirabilia docentem, Pharisæos penitus reuincentem, multo vero mirabiliora facientem viderat, eiicientem dæmonium vers. 14. muto sermonis facultatem dantem, erupit igitur in hanc vocem, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Et cætera turba quæ miraculum idẽ conspexerat, admirata fuisse dicitur, vers. 14. sed sola hæc mulier continere se non potuit, quin admirationem suam clamore, laudibusq; declararet: idcirco quod illa solum dixerit, ab Euangelista narratur.

Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit.] Emphasim singula habet verba, & quod dicit, *Extollens vocem*, magnam enim declarat affectũ, magnamq; fidem in clamorem eum penitem. Ex intimis autem lenibus locquebatur, quæ quanta potuit maxime concentione clamabat. Alter enim, vt obseruauit Euthym. in eius nimium Christi sermo defenderat, & quod dicit, *quædam mulier*, quia verbis nõ solum mulierem, quipium per se mirum erat: sed etiam ignotam, atq; obscuram fuisse indicat, propterea non appellat nomine, sed vocat quandam, quemadmodum vocare solemus homines ignobiles. Eodem pertinet, quod addit, *de turba.* Quod etsi propriè significat de media turba clamasse, non derurba, id est ex media fuisse plebe, tamen indicat fuisse plebeiam, & in medis fuisse turba. Omnia ad commendandam mulieris nidem pertinent, quod visa, qui sibi sapientes esse videbantur, non credentibus, ipsa & mulier lexa animus doctrinæ, mysteriisque capaci, & media de plebe credidarit, & ita crediderit, vt cum continere ecompentu fidei impetum non potuerit, quasi illata nomine clamauerit. Animaduertit hoc & admonuit Theophyl. & Beda. *Magna inquit Beda, demonstrans, & fidei hoc mulier vtitur, quæ Scribæ, & Pharisæi Dominum tentantium simul & blasphemias, contra incarnationis prædicationisque suæ mysteria fecerat argumenta, contra hæc tam fortiter confodias, & tam sublimium prædicatorum, & futurorum confundas hæreticorum perfidiam.*

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.] Syre quidem est, qua pace pro tanto pontifice. Voluit enim matrem Christi beatam dicere: sed mauit & eius per ventrem, & vbera describere, & maiore orationis gratia, atq; efficacitate duas eas nominat partes, quæ generando, alendoque Christo maxime seruierunt, ventrẽ qui concepit, gestauit, ac edidit, & vbera quæ lacte eum aluerunt, & ad mulierem consuetudinẽ laudentisque personam magis accommodare. Solet mulieres eas potissimum duas partes & in laudem, & in vituum notionate, infra c. 23. 29. *Ecce venient dies, in quibus dicent, Beate sterilis, & ventres qui non genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt.* Beatæ igitur hæc mulier Christi matrem appellauit, se beatam non per se ipsam, sed per Christum genuisset, alisque. Hanc etiam vim habent illi tortionis ex duabus partib. factæ: descriptio quasi nem ob aliam causam, quam propter ventrem, & vbera, id est, quod Christum genuisset, beatam dixerit. Non ergo manis aliquid de Christi matre hanc mulierem cognouisse, cuius plenius legit vt: sed illud eum, omnem

Perseuerandum esse in oratione duæ simile. tudine de natur.

Beatus venter dicta fit Christi mater.

nem eum hoc loci tantum ad venirem, vbi aque nemo illi, quasi tam felix eam sancta esset, si vir, natura vtique offer. nisi peperisset Christum. Quod hoc sensu dictum esse, vt meliganus non huius loci tantum illi cultui futurum gratiæ, nisi Christi deinam matrem se fuisse voluisset. Probatur hoc loco Tertul. in lib. de carne Christi. & libro contra Marcionem Christum verum habuisse corpus, quod Marcionitæ negabant, quando venter ipsum portarit, vbi aque lactauerunt. Probat Ireda contra Apollinaristas, vterum, qui Christum per Mariam tanquam per canalem transiisse dicebant, carnemque non ex illa sed de cœlo traxisse, eam vere Christi fuisse matrem, siquidem beatus vocatur eius venter, quod Christum portasset, beata vbera, quæ Christi lactauissent. Idem & Theophylactus argumentatur.

Marcionitæ & Apollinaristæ refelluntur.

Calvinus ex Harmonia evangelistarum.

Erasmus annotat. in Luc.

Quæst.

22. *Quinimo eo beatiores audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*] Refellenda in primis est in expositorio Calvini, qui putat hæc pharisæi negare quod dictum fuerat, & affirmare quod dictum non fuerat. Quasi neget Christus matrem suam beatam fuisse, beatos vero eos esse dicat, qui verbum Dei audiunt, atque custodiant. Quod ille hæreticus in sanctissimam virginem facit odio, & quia qui à Grammatica ve beretur, quod linguæ proprietatem ignoret. Poterat ex vno ex præceptoribus suis discere contrarium, qui in hunc locum Lombardus admonerat, *non ergo*, nec affirmate, neque negue quod dictum sit. Atqui ille ipse, si melius prius intuitum perpendillet acutus, intellexisset affirmare potius quod dictum sit. Perinde enim est ac si dicas, imo potius: quia tam dicit potius, vtrumq; & quod dictum est, & quod dicendum, affirmat, sed dicto dicendum præponit, vt si aliquo dicente, Bonum est argentum, respondeas, imo potius aurum, non negas, sed affirmas argentum esse bonum, cæterum aurum melius esse dicis. Quin, etiamsi Christus diserti disfisset verbis, non est beatus venter, qui me portauit, & vbera quæ suxi: sed beati sunt qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud, nō posset colligere Calvinus Christum, quod malint diretur negauisse. Quemadmodū ex eo quod dicit *Misericordiam volo, non sacrificium.* Mat. 9. 13. colligi non potest Deum sacrificium nolle: sed minus quam misericordiam velle. Et ex eo quod dicit Matt. 10. 20. *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, non sequitur non fuisse Apostolos qui loquerentur, sed Spiritum potius sanctum fuisse, qui in ipsis loquebatur. Sæpe enim docuimus eiusmodi locutionibus id quod absolute negari videtur, non absolute, sed alterius comparatione negari. Atq; ad eandem modum intelligendum foret, si Christus diceret, non venter qui me portauit, sed qui audiret verbū Dei, & custodit illud, beatus est. non enim ventrem qui se portauerat, beatū negaret: sed minus beatum, quam qui verbum Dei audiret, custo diretq; esse significasset. Quanto magis, cum non dixerit, beatus non est venter, sed *quinimo*, imo potius, *beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud?* Quibus, vt diximus, verbis tantum abest, vt neget vterum qui se portarat, beatum esse, vt potius affirmet, vt Beda, & Theophil. in comment. & Chrysost. apud D. Thom. obseruarunt. At cur illud ipso modo Christus respondet? Cur cum quidā illi concionanti nū tasset, *ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te*, respondit? *Quæ est mater mea, & fratres mei? & extendens manum in discipulos suos dixit, ecce mater mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ille meus frater, & soror, & mater est* Matth. 12. 47. 48. 49. 50. An negauit Mariam matrem suam esse? Minime vero: sed quia in prædicando Dei verbo erat occupatus, arripuit ex iis, quæ ille nuntiauerat, occasionem ministerium suum, & finem prædicationis, verbisque Dei commendandi. Tu mihi minime matrem, & fratres meos adhibe, quasi virginem gerat, vt re vera est, matrem ad fratrem meum esse: ego vero nō illa demum locis ea voluntate eo, quam ego prædico, partis, vel fuisset, melioris esse conditionis, quam fratres eius fuerunt, si eo, quam fuit fide carne, contenta esset. Eodem modo hic ex iis, quæ mulier illa verbo dixerat, beatum esse ventrem, qui portasset Christum, & vbera, quæ suxisset, occasionem accepit verbi Dei, quod ipse dicebat commendandi, quod beatiores homines, quam venter, & vbera posset facere. Nam & ipsam matrem suam beatiorem esse, quod verbum Dei audisset, custodisset que, quam quod se corporaliter genuisset. Magis enim beata fuit quod mente, vt Aug. & alii Patres loquuntur, quam quod corpore Christum concepisset. Sicut Elisabeth illi dixit, *beata quæ credidisti*, c. 1. 45. Beatiores ergo *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, quia mater ipsa Christi hinc, quam inde beatior: & quia illa ipsa beata non fuisset, et amsi corpore Christum genuisset: nisi verbum Dei audisset, & custodisset illud, vt Chrysostom. apud D. Thom. docet. Prudenter adiecit, *& custodiunt illud*, quia audire, & non custodire, maiorem potius condemnationem, quam gloriam affert. *Melius enim erat illi non cognoscere viam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum vertere ab eo, quod illi traditum est, sancto mandato.* Contingit enim ita illos vere prædicare, *Cæteri vero ad suum commentum, & figmentum vanæ doctrinæ*, 2. Petri 2. 21. 22. *Non*, inquit, *miror vos legem sic sine apud Deum, sed fabulæ legis iustificationem.* Rom. 2. 13. &c. *Iustificabuntur factores legis, & non auditores tantum.* Iohannes vt *mater sit, qua si quis auditor est verbi, & non factor, hoc exemplum vno contemplatus vultum nativitatis sue in speculo, considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit* Iacob. 1. 22. 23. 24. *Omnis*, inquit Christus, *qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Matth. 7. 24. 25. 26. 27. Accusat Caluinus nos, quod verba huius mulieris solemnis in Ecclesia sine Christi correctione recitemus. Malignus simul, & illudus caluminator est, inuitamque non nobis modo, sed sanctæ etiam illi mulieri facit, quæ plena fide exclamauerat, *beatus venter qui te portauit.* Maligum est, qui odio hoc dicit Ecclesiæ, fidelius, quia nec muberis verba, nec consuetudinem nostram intelligit, nisi triam nobis, & illi facit, qui a cillius dictum, & consuetudinem nostrum non intelligens in deteriorem partem interpretetur. Parat enim mulierem illam Christi matrem propter solam eius generationem remota fide, remota caritate, quæ semper Christum animo gestabat, beatam prædicasse, quod paulo supra refutauimus. Parat nos, cum dicimus *Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium*, viscera tantum virginis, & corporalem eius generationem laudare. Errat, beatiorem virginem animo, quam corpore, spirituali, quam corporali Christi conceptione credimus, ac prædicamus. Cur igitur correctionem Christi non addimus? quia non id agimus, vt alios omnes, qui verbum Dei audiunt, atque custodiunt, sed vt solam matrem Christi laudemus, & eam ipsam non quocumque titulo, sed illo solo, quod mater sit Christi, huius mulieris imitatione laudemus. Cæteros felicitatis eius titulos cum ad dimus quidē tunc, sed non excludimus. Alius addere solemus, & quidem cum angelos, atque magnificos, vt ille ipse serpens, qui se nunc B. Virginis honorem valde tueri simulat, alia: cum autem dicat *de tuæ curiositatis vi*, vt quando lucerna illuminauerit, tempus profecto illud subiunctæ modi sententiam corrumpit, & insolentem reddit. Si quis illi auctores in Latinis, ea ego licentia in Græcis corrigendis vti vellem, ita mea quidem sententia corrigerem, vt nihil in sensu insolens, nihil durum remanereret: vnam tantum litteram tollerem, vt vbi legitur *eius* corpus, dicerem *suum* occultum, & sententia esset congrua, si ergo oculus tuus lucidus fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum (scilicet corpus) & tuæ lucerna fulgoris illuminabit te, sub. oculus tuus. Nollem enim interpretem non legisse Græce, καλὸς, sed, καλῶς, ex eius versione mihi bellum est, & ita sententia ipsa potius at, quæ multo perfecta mihi videtur Latina, quam Græcæ lectionis est. Si posset huius correctionis meæ auctorem aliquem bonum inuenire, nihil dubitarem affirmare ita esse legendum: quamuis aliter nullet legisset interpres, non satis emendatum nactus codicem. Sed, vt æque tutior, in corrigenda facrarum litterarum lectione non quæro laudem ingenii, *qui sine* tollendo, *quando*, vt Græce apud Platonem præclario nomine. Ergo quia nobis lectionem cogere vt eam probet correctionem, aliam falsa Latina Græcaque lectione, quam nunc habemus, interpretationem adhibebo. Primo loco dicitur. *Extorum corpus eum lucidum fuerit*: posteriore vero non dicitur, erit lucidum totum corpus, sed, *erit lucidum totum*, quod quia ad corpus omnes interpretes referunt, tautologiam vitare non possunt. Ego non refero ad corpus, sed ad totum absolute, ad omnia, quæ homo habet. Quemadmodum si per negationem diximus, si totum corpus tuum lucidum fuerit, nihil erit quod non sit lucidum. Nam in toto corpore omnia comprehenduntur. Qd hoc modo melius intelligetur, oculum, vt ait Augustin. lib. 2. qq. Euang. c. 15. intentionem hominis vocat, totum vero corpus, vt ego quidē arbitror, omnes simul hominis facultates, quæ tanquā membra dicuntur: & corpus vnum efficiunt, tota autem absolute omnes actiones humanæ, quæ ex facultatibus quibuscunq; oriuntur. Ergo argumentatur ad hunc modum: si oculus tuus lucidus fuerit, id est si iuste, & recte facit recta, totum corpus tuum, id est omnes alias tuas facultates lucidas, & rectæ erunt: si autem totum corpus tuum, id est omnes tuæ facultates, fuerit lucidum, totum omnino, id est quidquid inde profluit, lucidum, & rectum erit, quia sub. oculus tuus, sicut lucerna fulgens te totum illuminabit. Et n. accipio pro. Quia, per Hebraismum, vt sæpe alias. Sic opinor planus est sensus.

Nisi sic hæc verba corrigantur, Erasmus.

Latina ali quo modo emendata.

Alia Calvini calumnia refellitur.

Quæst.

37. *Et cum loqueretur.* Augustinus lib. 2. de consen. Euangel. cap. 39. & 71. & Beda in comment. huius loci rectissime Lucam hic ordinem historiæ non seruare, sed res diuerso gestas tempore coniungere. Nam tutet ea quæ ante narrauit, & hoc quod nunc narrare incipit, ea accidisse omnia, quæ Matth. à capite 12. vsque ad 23. scribit: ideo non dixisse Lucam cum hæc loqueretur, sed *cum loqueretur*, quasi sensus sit, cum non quidem tunc, sed aliquando loqueretur, *rogauit illum quidam Pharisæus, vt prandeat apud se.* Libenter hic sequor Euthymium, qui hæc, quæ sequuntur eodem loco, eodemque tempore accidisse putat, quo superiora. Nam quod Augustin. & Beda notant, non dixisse Lucam, cum hæc loqueretur, sed, *cum loqueretur*, non magni mihi videtur esse momenti. Quid enim intelligi volunt tunc locutum fuisse Christum, nisi quæ paulo ante commemorauerat, cum eum Pharisæus inuitasset? Quod si non intellexisset superiora locutum fuisse, quorsum dixisset, *cum loqueretur?* quid enim ad rem attinebat dicere à Pharisæo inuitatum fuisse, *cum loqueretur*, aut cum fleret, si tem-

si tempus signare voluit? Voluit ergo tempus præcul-
dubio designare, quod, vt dictum erat, accidisset,
non deseripsit, si non intelligeret, eam loquutura ea, quæ
dicta sunt. Quin inde fatno, vt hanc opinionem pro-
bem, argumentum, vnde Augustinus & Beda ad pro-
bandam contrariam argumentantur. Quod Lucas nō
dicat, eum hæc loquutum: sed absolute eum loquentem.
Nisi enim Euangelista putasset facile lectorem expe-
cedentibus intellecturum, quænam essent ea, quæ ex
locutum fuisse dicerent, vtique declarasset dicens, cum
aliquando ad turbas loqueretur, aut aliquid simile.
Cum ergo non declarauerit, volunt non ea, quæ paullo
ante dixerat, intelligere locutum fuisse. Appetet autē
ideo hoc Euangelistam dixisse, vt doceret, qua occa-
sione & inuitatus fuisset a Pharisæo, & apud eum Pha-
risæorum superstitionem redarguerit. Cum Christum
dæmonis ejicientem, turbamque docentem, Pharisæos
redarguentem audiuisset, ipse licet Phariseus etiam
esset, tamen volens fortassis ostendere se non tam a-
liorum ab eo esse alienum. inuitauit.

38. Et ingressus recubuit.] Cur soleret Christus ad con-
uiuia inuitatus ire, sæpe diximus. Quare barbi quis
animus, & eicis aliquando capiebat. Nam accubitus
aliquando, quod cum publicanis & peccatorib. man-
ducaret & biberet, hac ratione se defendit, *non indi-
gent, qui sani sunt, medico: sed qui male habent, non sani re-
gent, qui sani sunt, medico: sed qui male habent, non sani re-
dire ipsos, sed peccatores ad pœnitentiam*, supra ca. 5. 31. 32.
Quod ait Euangelista, *& ingressus recubuit*, pertinde est,
ac si diceret, statim vt ingressus est, ne foris quidem
manibus recubuit, propterea enim dicit Pharisæum
miratum fuisse.

Pharisæus autem cepit intra se reputans dicere.] G. ἐν ἑαυτῷ
λέγειν, *intra se dicere*. Pharisæus autē cum vidisset,
miratus est. Cum vidisset scilicet eum statim accum-
bere, nec lauisse prius manus: magna enim religione
Iudæi omnes, imprimisque Pharisæi solebant & ante
prandium, & in ipso prandio lauare, vt constat Matt.
7. 4. & Ioan. 2. 6.

Quare non baptizatus esset ante prandium.] G. ὅτι οὐ πρῶτον
ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου, quia locus non fuerat ante
prandium. Noster interpres ipsum Græcum baptizan-
di verbum retinuit. Quod fecit aliquando cum decē
remonialibus illis Iudæorum lotionibus loquitur, vt
Mar. 7. 4. Cum autē de Ioannis, & Christi baptismo,
perpetuo. Credo non sine causa. Vocabant ita Iudæi
Græce loquentes, nullus Euangelistarum Iudæorum vi-
tatam mutare vocem. Eodemque consilio noster in-
terpres ne Latine quidem mutare voluit. Ac fortasse
ideo Ioannes, Christum baptizatum ita vocatus est, quia
religionis cæremonias quasdam erant, & cæremoniales
illæ Iudæorum lotiones baptismi vocabantur. Credi
potest Christum ex industria hoc fecisse, vt materiam
reprehensionis admiratumitus Pharisæo præberet, ex
eius vero admiratione occasionem arriperet docendi,
quam vana, & superstitiosa Pharisæorum opinio, &
confutando esset, qui animi neglecta mundicie in la-
uandis, mundandisque, corporibus omnem religionem
& sanctitatem ponerent.

39. Et ait Dominus ad illum.] Videns tanquam Deus
intimas eius cogitationes, nec enim locutus fuisse di-
cunt, Augustinus serm. 3. de verbis Domini secundum
Lucam.

Nunc vos Pharisæi?] Vim hoc loco huius particulæ
nunc nemo, quod sciam, satis declarauit. Nam nec qui
contemptum dicunt præ se ferre: nec qui idem signi-
ficare ac si diceret, non solum alios, sed etiam nunc
cum minime conueniat, mihi satis interpretationem
probant. Credo ego vim habere adnexæ istiusce dictio-
nis, tanquam si diceret, si quemadmodum quæ foris,
ita etiam quæ intus sunt mundaretis, reprehendenda
non esset consuetudo vestra: nunc vero, cum id quod
foris est diligenter mundetis, quod autem est intus ra-
pina, & dolo plenum sit, iniqui & hypocritæ estis. To-
tam sententiam vsque ad vers. 41. apud Matthæum ex-
posuimus.

41. Verumtamen quod superest date eleemosynam.] Quod
vertit noster interpres, *quod superest*, Latini interpretes
tribus modis exponunt. Alii, *quod superest*, facta expi-
nationem de quibus locutus fuerat restitutione, vt Lyra-
nus. Alii, *quod superest*, victui vestro, atque vestitui, vt
Beda, Strabus, Hugo, eiusdemque in eandem sententiam
Gorgor. a Gratiano 32. q. 1. c. Quia. Alii, *quod re-
liquum*, id est, quod vnicum vobis remedium reliquum
est, est vt detis eleemosynam. Sic idem etiam Beda, &
Bonauent. in comment. Græce est τὰ ἐνόντα pro, τὰ
ἐνόντα pro facultatibus vestris, pro vt quisq; potest,
vt Græci auctores Theophyl. & Euthym. interpretan-
tur. Hic versus est sensus.

Et ecce omnia munda sunt vobis.] Vulgatus hic quæstio
est, quomodo eleemosynam Christus vnicum ad ob-
tinendam peccatorum remissionem remedium faci-
at? Quid enim? an si eleemosynam dedissent in ipsum
vero, qui vnicus salutis auctor erat, non credidissent,
mundi, id est iusti fuissent? Quis hoc dicat? Tractauit
captosse hunc locum Augustinus. lib. 1. de verbis Domini
secundum Lucam, serm. 30. & in Enchirid. cap. 75. &
quidem in Enchiridio quorundam hunc errorem
tatam fuisse docet, *Qui scelerat simus*, vt ille ait,
*viuant, nequeunt talem vitam, morosque corrigere, &
inter ipsa facinora, & flagitia sua, eleemosynas frequentare
non cessant: frustra sibi in eo blandiuntur, quantam Do-
minus dixit, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt
vobis.* Recentiores quidam interpretes difficultatem
non soluentes, sed declinantes, quod Græce est δότε,
non imperandi, vt vertit noster interpres, sed indi-
candi modum esse putant, quod superest datis eleē-
mosynas, & ecce omnia munda sunt vobis: quasi di-
cat, cum satis pleni rapina, & dolo, tamen ex rebus
male partis aliquam ad restaurationem eleemosynam
damus, iam vos putatis esse mundos, omnia que tur-
ra vobis remitti. Videtur facilis interpretatio. Sed hæc
ipsa facilitas suspecta mihi est, nec enim tam facile
Christus loqui voluit, qui aliquid maius vobis signi-
ficare. Ac primum contra mentem eius hoc est, &
contra veritatem: si enim illi solis fe eleemosynis
mundos putas fieri, non latuissent, quæ desuris erant
calcis, non fuissent vti aliis tam varus, freq; tenbusq;
que lotionibus. Non ergo Christus dicere potuit,
quod verum non erat. Quin illi non in solis eleemo-
synis, aliisque misericordiæ operibus, quæ minime
exercebant, sed in solis potius externis lotionibus o-
nem iustitiam, mundiciemque collocabant, atque
hoc est, quod in illis Christus reprehendit. Non ergo
reprehendit, quod eleemosynas faciant, sed quod
non faciant, &, vt faciant, hortatur, si vere mundi es-
se velint. Et vero quis non videt Christum dare con-
silium, & tanquam medicum remedium præscribe-
re? Quis non videt idem hoc esse, atque id quod di-
cit infra cap. 16. 9. & in simili prorsus causa, *Facite vobis
amicos de mammona iniquitatis.* Et quod Daniel Nabu-
chodonosori consulebat cap. 4. 24. *peccata tua eleemo-
synis redime.* Augustin. duobus illis locis, quos modo
citauimus, & eum secuti Beda, & Strabus in com-
ment. sic exponunt, vt eleemosyna pro omni specie
misericordiæ, & caritatis accipiatur, cuius prima pars
est, vt nostri misereamur, nobisque ipsis eleemosy-
nam demus. *Misereꝛe*, inquit, *animæ tuæ placens Deo:*
damus autem nobis eleemosynam, id est nostri mise-
remur, cum credimus, cum quæ cætera facimus, quæ
nobis a Deo præcipiuntur. Hæc igitur eleemosyna,
quæ

quatorum Christiani hominis continetur effigium,
omnia mundari. Simplicius credo locutum fuisse
Christum. Apparet enim cum eleemosynam, quæ
nostra damus rapinæ, qua aliena rapimus, oppositam
Similites fere Theophyl. sed aliquantus, vt mihi vide-
tur, ueclius qui eleemosynam dat, eum caritatem ha-
bere, eleemosynam enim caritatis actum esse, qui
autem caritatem habet, ei omnia munda esse, id est,
omnia remissa peccata, quia *caritas*, inquit Petrus 1.
epist. 4. 8. *operit multitudinem peccatorum.* Basilius in re-
gul. breuior. inter. 271 accommodate ad id, quod pre-
cesserat, intelligendum hoc esse putat. Dixerat Chri-
stus Pharisæos mundare, quæ deforis essent calicis,
intus autem plenos esse rapina, & dolo: dicit nunc,
si velint omnia, quæ rapuerant, sibi mundari, dent
eleemosynam. per eleemosynam alienæ restituuntur,
acita fore, vt a furto liberi, mundique sint. Accom-
modata hæc videtur interpretatio: sed quædam ta-
men illi videntur repugnare. Primum falsum est eum,
qui furtum fecit, satisfacere datis eleemosynis: opor-
ter enim suum cuique reddat, si dominum inueniat,
vt peccatum remittatur, quemadmodum præcipie-
bat lex Exod. 22. 1. & vt Zacheus ille fe facere dicebat
infra cap. 19. 8. *& si quid aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum.* Deinde quod nimis humilis sensus, & Chri-
sto indignus videatur, fore vt, si quæ rapuerant, red-
derent, nihil deberent, hoc enim ille esse putat, *& ecce
omnia munda sunt vobis.* Quis enim de hoc poterat du-
bitare? Si illud vniuersale nomen *omnia* restringen-
dum est, malim cum Euthymio restringere ad cor-
pus, & animam, ad id quod foris, & id quod intus
est, de hoc enim agebatur. Reprehendebat Phari-
sæos, quod corpus mundarent, animam mundare ne-
gligerent: docet fore, vt si eleemosynam dederint,
omnis illa, id est, & anima, & corpus, & interna, &
externa mundentur. Nec dubito, quin hic sensus ve-
rus sit, sed adhuc quæstio reliqua est, quomodo elee-
mosyna animam mundet, quod facere profecto non
potest, nisi omnia peccata remittat: recte Beda, &
Bonauent. hoc loco dicunt eleemosynam peccata re-
mittere, quia ad remissionem peccatorum dispont.
Non possunt hoc nouæ hæretici ferre: sed videant,
verum concedere malint, an vere, proprieque remit-
tere, aut minus proprie pœnam vere remittendo,
ad remissionem vero culpæ hominem disponendo.
Nam cum scriptura absolute, & sine vlla adiectione
dicat peccata remitteri, alterutrum concedant ne-
cesse est. *Peccata*, inquit, *tua eleemosynis redime.* Dan. 4.
24. *Eleemosyna a cunctis delictis liberat.* Eccles. 3. 15.
&. *Eleemosyna ab omni peccato liberat.* Tob. 4. 11. &. *Elee-
mosyna a morte liberat.* Tob. 12. 9. &c. *Ignem extinguit
extincta aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Eccles. 3. 31.
&. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum de-
fecerint, recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc. 16. 9.
Quod autem hoc modo, quo Theologi docent, dis-
ponendo, & ad mouendam diuinam misericordiam
viam præmuniendo, peccata remittat, eadem scri-
ptura haud obscure indicat. Hoc enim est, *Orationes
tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspe-
ctu Dei.* Actor. 10. 4. &. *Conclude eleemosynam in sinu pau-
peris, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Hæc omnia ve-

Eccl. 29. 12.

Eleemosyna quomodo peccata remittat.

Quomodo eleemosyna mundet animam.

ra sunt, & ad intelligendum hunc locum accommo-
datissed mihi alius nec minus fortassis aptus, & multo
faciliot sensus occurrit, *date eleemosynam, & ecce omnia
munda sunt vobis*, id est eleemosyna vobis erit instar o-
mnium vestrarum lotionum: mundiores vos eleemo-
syna faciet, quam omnes istæ lotiones vestræ, quas
tam frequenter adhibetis. Æstimet lector. Quæ se-
quuntur vsque ad vers. 52. apud Matthæum ca. 23. ex-
plicauimus.

52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ.] Quid sit clauis scientiæ tollere.

Clauem scientiæ tollere hoc loco est, scientiam salutis
ita sibi vsurpare, vt doceant neminem, nisi visum se
monstrantibus, istum esse posse. Neminem nisi per
portam, quam ipsi indicando aperuerint: per præce-
pta, quæ tradiderint, in cœlum ingredi posse. Sumpta
metaphora ab domino duumo qui cum vult neminem
in domum ingredi, neminem egredi, nisi aperiente
se, portam claudit, clane obserat, ipsumque clauem
tollit, & solus seruat. Hoc ipsum in cœlo sibi Iuuspe-
titi vsurpauerant. Et nec ipsi intrabant, quia Dei man-
data, quibus intrandum erat, non obseruabant: nec
alios intrare permittebant, quia dum secundis Dei
mandatis, quam veram putabant, vt erat, esse ianuam,
intrare nitebantur, innumeris illos humanis præ-
ceptis onerabant, quibus eos ab ingressu retardabant. Ambi-
guum. 2. vertit, *quia abstulistis clauem scientiæ*, eodem
sensu, sed minus ambiguo. Nam *tulistis* ambiguum est,
potest enim esse 2 *sing.*, & significabit eos habere, aut
gestare clauem scientiæ. etiam si alii eam gestent: & a
tollo, vt est G. ἄρατε, & significat, quod modo dixi-
mus, eos clauem scientiæ sibi solis vsurpasse. ita vt ne-
mo nisi ipsis aperientibus cœlum ingredi posset. Am-
brosi. eo loco quem ante citauimus, & Augustinus
lib. 1. qq. Euang. 3. & li. 2. contra aduer. Leg. & Proph.
c. 5. Cyrillus apud D. Thomam, Beda, & Theophyl.
in commentar. clauem scientiæ notitiam, interpre-
rationemque scripturarum esse dicunt, quam cum illi
sibi vsurparent, tamen nec ad Christum veniebant,
hoc est in Ecclesiam intrabant, quia scripturam, quæ
de illo loquebatur, non intelligebant: & alios ne ve-
nirent, retardabant, quia perperam eis scripturam in-
terpretabantur, ita Christum tegentes atq; obscuran-
tes, vt inuenire non possent. Vide quæ diximus Matt.
23. 13. vbi aliis verbis eadem sententia recitatur. *Væ au-
tem vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia claditis regnum
cælorum ante homines, ipsi enim non intratis, & introeuntes
non sinitis intrare.*

53. Grauiter insistere.] G. δεινῶς ἐνέχειν, vix si conti-
nere, grauiter ferre, ita vt dissimulare non possent. Eu-
thym. an quædam exemplaria legere ἐνέχεσθαι, argue-
re, sensu simili.

Et vt eius opprimere de multis.] G. ἀποστοματίζειν, ab ore
eius pendere, obseruantes eoquid illi excideret, quod
in calumniam possent rapere. Aut multis, varisque
interrogationibus aliquid elicere minus considerate
dictum, quod accusarent, vt Theophylactus, & Eu-
thymius exponunt. & verba sequentia ver. 54. confir-
mant, *insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de
ore eius, vt accusarent eum.* Noster interpres
videtur legisse ἐπισχεῖν, vt obstrue-
re, vt ad Tit. 1. 11.

CAPVT XII.

MVLTIS autem turbis circumstantibus, ita vt se invicem conculcarent, cœpit dicere ad discipu-
los suos: Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. 2. Nihil autem opertum est,
quod non revelabitur: neque absconditum, quod non sciatur. 3. Quamobrem quæ in tenebris dixistis,
in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. 4. Dico
autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid
facere.

Matth. 16. 6.
Mar. 8. 15.
Matth. 10. c. 26. Mar. 4. 22.

fatiant. 5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, vt dico vobis, hunc timete. 6 Nonne quinque passeres venundantur dipondio, & vnus ex illis non est in oblivione coram Deo? 7 Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos. 8 Dico autem vobis: Omnis, quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. 9 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 10 Et omnis, qui dixit verbum in Filium hominis, remittetur ei: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. 11 Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse quomodo aut quid respondeatis, aut quid dicatis. 12 Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. 13 Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. 14 At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? 15 Dixitque ad illos: Videte, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.

16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus agri attulit. 17 Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? 18 Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, 19 & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. 20 Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cuius erunt? 21 Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. 22 Dixit autem ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. 23 Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum. 24 Considerate corues, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? 25 Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum vnum? 26 Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? 27 Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestitus fuit sicut vnum ex istis. 28 Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? 29 Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli: 30 hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. 31 Verumtamen quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. 32 Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. 33 Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit. 34 Vbi enim thesaurus vester fuerit, illic & cor vestrum erit. 35 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. 36 Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. 37 Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. 38 Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. 39 Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. 40 Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis venit. 41 Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? 42 Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? 43 Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem. 44 Vere dico vobis, quoniam super omnia, quæ possidet, constituet illum. 45 Quod si dixerit ipse seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cæperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: 46 veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. 47 Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: 48 qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerint multum, plus petent ab eo. 49 Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? 50 Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor usque dum perficiatur? 51 Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem. 52 Erunt enim ex hoc qui in domo vna diuidentur in tres, & duo in tres. 53 diuidentur pater in filium, & filius in patrem, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. 54 Dicebat autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit. 55 & cum austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit. 56 Hypocritæ faciem cæli, & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? 57 Quid autem & a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? 58 Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te executori, & executor mittat te in carcerem. 59 Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum æs reddas.

IN CAPVT XII.

MVLTIS autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent: Matthæus cap. 16. 5. dicit accessisse eum discipulis suis ex aduersa fluminis, loquebaturque ante in de Magdalæ, vt constitit ex tione eadem. 15. Vnde colligitur hoc, quod hic scribit Lucas, in Galilæa contigisse, cum cætera, quæ superiore capite narrauit, credibile sit in Iudæa accidisse. Sed quia materia similis erat cum de Phariseorum doctrina vtroque loco ageretur, Euangelistæ res diuerso loco, ac tempore gestas vno loco posuit. Solent Euangelistæ id sæpe facere, vt apud Matthæum adnotauimus. Quod Lucas ait, hoc Christum

Christum dixisse cum tanta circum ipsum conflixisset turba, vt alij alijs comprimerentur, significare videntur voluisse, ideo hoc discipulis circumstante turba dixisse, vt ea turba ipsam eam quam alibi docuerat, eamq. ab itinere, & opinione auellere Phariseorum, ne in similem ab eis errorem inducerentur. Erat enim, vt scribit Iosephus, populi de Pharisæis magna quædam, & admirabilis existimatio. Cætera quæ sequuntur vsque ad vers. 15. & Matthæus in locis ad margines notatis similia latius, & nos iisdem locis copiosè tractauimus.

13. Ait autem ei quidam de turba Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.] Hinc Lucas vsus de illa ipsa turba fuisse indicat, qua circumstante dixerat locutum Christum de vitanda Pharisæorum hypocrisi v. 1. itaq; eodem loco, eodem tempore hoc accidisse, quamuis aliqua ex iis, quæ paulo ante narrauit, non accidérint eodé tempore, cum à Matthæo diuerso loco commemorentur. Qua ratione ille, quisquis erat, adductus fuerit, vt Christum de diuidenda interpellaret hereditate, Lucas non dicit: sed est vero simile eum id fecisse, quia existimaret Christum esse Messiam, cuius opinione, & existimatione Reges iudicem fore, qui causas præsertim pecuniarias, & pupillorum esset determinaturus sicut Dauid præfuisse videbatur. *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.* Ps. 71. 1. 2. Vulgatæ malum, vt ab ipsis rabbis magistris reportatis petantur, spiritualia non recipiantur. Ad formandam in suam voluntatem testamenti, deliciendo da fauore beneficii, ad omnia ambitiosa pene officia ad vitos religiosos magna pars hominum curuti, vt eorum in rebus alienis, atq; profanis abutantur gratia, ad consulendum conscientiæ suæ, ad spiritualia cultu quia tarda modum veniunt. Atqui *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, Melioraneglegunt, peiora amplectuntur. Et vt de illo ipso homine ferm. 196. Augustinus ait, *Petebat diuidendam hereditatem, petebat a non erat dimittendus, in cuius Dominum offerebat rectam.* Recte igitur Amb. *Non ego quid petas, sed ea quæ possidet, intueor diuidi, nec mihi hoc interesse animo potes mentibus obtrectandum.*

14. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?] Quod ait Augustinus, Lyranus ex Aug. mutuati propterea illum à Christo hominem appellatum, quod humana peritiam, ac terrena, minus conuenientem arbitror. Hominem fortasse vocauit, quia ignoti erat nominis, qua eadem ratione Lucas eum quendam de turba appellauit, quem admodum solemus ignotos vocare homines. Tamen est vitio, & accommodatum ad mores. Nam vere homines id est carnales, atque terreni sunt, qui à Christo terrena petunt. *Sed audiamus* (inquit Augustinus) *& intueamur, & discernamus. Homo ait, Homo. Quæ enim propinquior bestiæ homo, quæ diuidi non habet? Quæ plus illum habentem facere aliquid plus quam est homo. Quid plus illum habentem facere, nisi vellet auaritiam vellere? Quod plus illum valebat facere? Deus vt in Ego dixi, Dij estis vos, & filij excelsi omnes. Ecce quid nos promittat facere, inter Deos nominare, qui auaritiam non habet. Eadem substituere, sed magis ad inopes, quam ad litteram sonum accommodata.* Eadem Augustinus, & Beda ludens in nomine diuitis. Merito, inquit Beda, te futurum hic scierat, qui magistro Mercedis, & pacis gaudia commendanti, terrenæ diuisionis vult ingerere molestiam. Nam illa ipsa diuisio spectabat ad pacem. Sed idcirco Christus ita respondit, vt ostenderet se maiora tractare, eaque ratione illum ipsum, qui hoc à le petebat, à temporalium cura ad æternarum amorem studiumq; traducere, eodem plane consilio, quo ille alter, qui patrem suum prius volebat sepelire, respondit, *Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.* cap. 9. 60. & Matth. 8. 22. & illi qui volebant prius renuntiare his, qui domi erant, *nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei.* c. 9. 62. Rect. inquit Amb. *terrena declinat, qui properat terrena despicere: nec idem esse dignatur litium, & arbitri facultatum, vtrarum habenti, maior vtrumque indicum, arbitrium quæ mentis erit.* Eadem rationes duas Euthymius, & Theophylactus indicant.

15. Dixitque ad illos.] Sumpta occasione ex eius hominis petitione, qua auaritiæ speciem præ se ferre videbatur, vt Beda, & Euthymius adnotauerunt. Captabat Christus omnem occasionem, vt homines à terrenis rebus auelleret, ad cœlestesque transferret: idcirco & hanc oblatam arripuit, vt admirabilis auaritiam inter omnia vitia maxime homines ad terrena depromentem concione haberet, qua & verbis, & exemplo hominis illius diuitis docuit terrenarum rerum cupiditatem esse fugiendam. *Quamuis auaritia* (inquit Ambrosius) *sit ita plurimis inserta vt vitium etiam boni abiiciendo & præcipiendo sæpe vitetur, & exercendo.* Quod ait Euangelista Christum dixisse ad illos. Theophylactus ad solos duos fratres refert, quasi eos tantum de cæde simul voluerit, & castigare, quod cum inter se de diuidenda hæreditate contenderentes, credibile fuerit alterum alteri iniuriam facere conatum fuisse. Id tamen verba præ se ferre: sed vero simulum est ad omnes, qui aderant, esse referendum. Cæterq; quod duobus illo dicebat, non solum omnibus, qui tunc aderant, sed nobis etiam, omnibusq; qui hæc aut lecturi erant, aut audituri, dicebat. Sicut ipse alio exponebat loco, *Quæ vobis dico, omnibus dico.*

Auaritia sæpe vitium boni alicuius specie.

Videte, & cauete.] Videte vt caueatis, aut attendite animum ad fugiendam omnem auaritiam. Græce non est *ab omni auaritia*: sed ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, *ab auaritia.* Credibile est nostrum interpretem legisse ἀπὸ πάντος πλεονεξίας, *ab omni auaritia*, quemadmodum Augustinus, ser. 196. & Beda hoc loco legunt. Et sententia est plenior, & efficacior. Quod autem quidam quærunt, cur dixerit *ab omni*, quasi multæ sint species auaritiæ, dilucidentur propriæ significat plus habendi quam oportet, itaq; vertit Augustinus, & voluit Christus nos omnem immoderatam habendi cupiditatem fugere. *Matth. 5. 37.* *Augustinus vulgatam versionem tuetur.*

Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.] Cuiquam legendum, non cuiusquam, vt in nonnullis est exemplaribus. Differt sane verba quam sensus. Sensum enim hunc esse manifestum est, & omnes consentiunt auctores, vitam hominis in opum abundantia minime cõsistere, nec enim quisquam dicitur eo diutius viuere, vt sequenti parabola declaratur. Ad hæc sensum accommodans auctor verbi, quæ Græce sic se habent ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Ad verbum, quia nõ in abundare cuiquam vita ipsius est ex facultatibus suis: Iesus quidem est error: Sed tamen ertant quidam, qui putant illud, *Iuri cuiquam* cum infinitivo ἐν τῷ περισσεύειν abundare, non posse construi, quod non *iuri* cuiquam, sed *iuri* quenquam dicendum fuisset, si cum illo ingeretur. Nempe non animadverterunt non regi casum illum, vt Grammatici dicũt, à parte anteriore, sed à posteriore. Dicimus enim Græce, sicut & Latine περισσεύει μοι abundat mihi. Sensus ergo est. Non in abũdare cuiquam, aut *non in abundare cuiquam*, vt noster interpres reddidit, id est non eo, quod alicui opes abundẽt, *vita eius* consistit, *ex iis quæ possidet*, aut ex facultatibus eius, id est, non propterea ex eius opibus eius vita produci tur. Simile est, quod ecclesiastes D. Paulus 1. Cor. 8. 8. *Esca nos non commendat Deo: nec enim, si manducauerimus, abundabimus, nec deficiemus, si non manducauerimus.*

abunde immunes, si non mandes eorum, desiderio. Apud admodum arguméntum ad persuadendum sublata auaritia hominibus vtilitate, quam in accumulandis diuitiis potissimum quærunt, vt vitam quietam agant. Quorum Christus studiũ insane, & inutum esse docet, ostendens vitam hominis non posse diuitiis fieri lẽgiorem. Quo illi ad se trahendam auaritiam argumento maxime mouentur, eodem à Christo maxime refelluntur.

Diuitiis hæc vita longior fit vt negant.

16. Dixit autem & similitudinem ad illos.] G. πρὸς αὐτούς, parabolam. Ita q; quæ statim narratur non est historia, sed parabola ad confirmandum, quod paulo ante dixerat, à Christo exercitara, atq; proposita, sed ita exorsa, vt sumpta ex ea re esset, q; fieri solent aut congruerent certe iis, quæ vero simile erat fieri solere.

Ille non cuiusdam diuitis vberes fructus egre attulit.] G ἀγρὸς. regio. latifundium. Propositi parabolam non ab diuite mercatore, sed in diuite agricola, qui multos, magnosque haberet agros, quod hoc fit diuitiarum ornatissimum genus, vt ostenderet, ne in eo quidem genere, quod omnium stabilissimum sit, stabilitatem vllam esse. Volebat etiam probare diuitias suam non protogari, ideo que parabolam in eo diuite proposuit, qui multos haberet agros, ex quibus magnum fructuum numerum collegisset, quo maxime videbatur vita alij protogarique posse, vt cum cognouerimus nec illum quidem tanta illa sua fructuum vi, vt sua amplius nocte producere potuisse, facile intelligamus, q̃ concludendum erat, nullum genus esse diuitiarum, quo protogari vita possit. Argumentatur ergo tacite a maiore ad minus, quasi illo tempore principio. Si quod magis videretur inesse, non inesse, nec id quod minus videretur inesse, inesse. Describit hominem diuitem, sed minime pium: qua impiũ & iniqui hominis nihil pensi haberetes, vnde lucrum venatur. modo venisset, dicitores esse solent. De iis enim dictum est, *Peccatoris autem iustorum plena custoditur ex eo in illud: vnus eorum satiatus abundantia in egressibus suis, horum eorum afflictus abundantia in egressibus suis, horum eorum transiuit, neq; transiuit, labor in placebo eorum.* Pl. 143. 13. 14. Accedit ad eorum auaritiam & alia dite fendi causa, q̃ illos Deus tanquam filios non castigat, non corrigit ablatione bonorum, quin fieri plerumque vt omnia illis ad voluntatem effluant, vt illis ipsis, quæ male appetunt, bonis iustocutur, *quia in labore, inquit, hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur* Pl. 72. 5. *Quare, inquit alter, impij viuunt, roborati sunt, confortati q̃ diuitijs? Semen eorum permanet cum eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secura sunt, & pacata, & non est virga Dei super eos. Bos eorum concepit, & non abortiuit, vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Egredientur quasi greges paruulos suos, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum, & citharam, gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in punto ad inferna descendunt.* Iob. 21. 7. 8. 9. & Ier. 12. 1. 2. *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prævaricantur, & inquit agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, profecerunt, & faciunt fructum, propè es tu ori eorum & longe à renibus eorum.* Quid ergo est quod per istam Deus bonis res omnes prosperas, malis ad uersas potestur? *Si voluerint, & audierint me, bona terræ comedent: quod si noluerint, & me ad iracundiam provocaverint, gladio deuorabit eos.* Isa. 1. 19. 20. & Moyses Deut. 28. affirmat fore, vt si præcepta Domini seruauerint, omnia Iudæis prospere, & feliciter eueniant: si minus, fame, peste, gladio, captiuitate, & omni genere calamitatis affligantur? Facilis solutio. hæc populo, & filiis Dei dicebantur, quos quia amat castigat: Heb. 12. 6. & Apoc. 3. 19. Anait. 9. 39 hunc hominem qui in parabolam positus est Iudam, & quisquis, vt ille, auarus est, esse dicit: sed eo ipso quod est parabola, nullus certus homo significatur.

Populum suum castigat Deus.

17. Quid faciam, quia non habebo, quo congregem fructus meos?] Hæc non dubito, quin ideo dicat Christus, vt tam magnas nobis diuitias describeret, vt eius etiam, qui eas quæreret, expectationem superaret. Sed timul indicat quantam solicitudinem ipsæ secum diuitiæ afferre soleant, & diuitem nobis pingit vanitas animo cogitationes agitantem. Quemadmodũ & Iacob. c. 4. 13. 14. *Ecce nunc qui dicis: hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Tunc maxime anxius, atque solicitus diues est, cũ maxime bonis abundat, vt Chrysost. in Psal. 142 & Basil. hom. in hæc verba, & Gregor. lib. 15. Moral. c. 2. obseruant ex hoc loco. Cæterum in istis tam variis cogitationibus diuitis nullum Deus habet locum, *intra se*, inquit, dicebat, non cum Deo, imo ne cum hominibus quidem, per quos sæpe loquitur Deus, consilia sua communicabat. *Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore* Psa. 9. 27. Hoc etiam est quod Iacobus in diuitibus illis, de quibus loquebatur, requirebat. *Fremite, inquit, vt diximus, si Deum habuerint, & in vicissitudine, facient vobis aut illud.* Iacob. 4. 15.

18. Et dixit: hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam] Hæc cogitationis, quod non cauta, sed auaritia suggessit. Caritas vtiq; posthabebat, vt quando tantum habebat fructuum, vtile locum quidem vbi poneret, inueniret, quod imperabat, fallere egenos daret. Satis ampla, vt Basilius ait, horrea pauperum ventres esse poterant. At auritia postulauit, petiuitque, vt vel magnis etiam sumptibus vetera horrea demoliretur, & maiora rursus ædificaret, vbi fructus reconderet, potius quam aut daret, aut venderet, donec maiore vendi possent pretio. Expressit auaritia imaginem non solum in parandis, sed etiam in condendis eò erumpendisq; opibus diligentis mutuaque quadrata rotundis. Auaritiæ etiam est spe lucri maioris esse in faciendis sumptibus liberaliorem.

Auaritia hoc etiam vitium est, vt sua semper vetera oderit.

Auaritiæ est spe maioris lucri liberalitatem differre.

Hebraeis idiomate tertia plurium actiui pro impersonali.

Et illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.] Basilius in hom. in hæc verba Bed. & Theoph. in comment. & Cyrillus apud D. Thom. expendunt verba illa, *quæ nata sunt mihi, & bona mea*, quasi ex iis verbis colligentes diuitem illum sibi, non Deo acceptum tul sse, quod ager tam vberes tulisset fructus, q̃ nimirum bonis ꝓpriis appellaret sua, quæ pauperum ettam erant, quibus vt distribuerer, Deus ipsi aquam dispensatori, non tanquam domino tradidisset, vt inquit Euthym. Quin in eo etiam Chrysost. sit, quod quæ vere bona no. erant, bona vocaret.

19. Et dicam animæ meæ.] Vitæ meæ aut mihimet ipsi, agebatur enim de anima, id est de vita opibus proroganda. quod est argumentum parabolæ intelligendum est, & fecit ita.

Habes multa bona posita in annos plurimos.] Quasi dicat, securæ esse potes: habes, quo per annos plurimos alaris, nihil tibi deesse poterit. Propterea paulo post à Deo vocatur stultus quia multos sibi annos vitæ promittebat. Hoc est, q̃ reprehendit Iac. 4. 14 *Qui ignoratis, quod erit in crastino.* Similis infans, & secum diuitis defectio est, Eccles. 11. 19. 20 *Inuertere requiem in mihi, & nunc mandicabo de bonis meis solum: & nescit quod tempus pretereat, & vos apponam illi & relinquet omnia alijs, & morietur.* Tractant hunc locum moraliter, & eleganter Cypr. in lib. de oratione dominica, & in lib. de opere, & eleemosynis, & Augustinus hom. 48.

Securitas, qua sibi stultus tantum vt promittit.

20. Dixit autem ille Deus.] Incertum quomodo dixerit. Quidam per solam internam inspirationem dixisse intelligunt, vt Euthym. & alii recentiores. Alii ne hoc quidem modo illi dixisse, id est, significasse Deum,

Deum, sed ipsum Deum apud se quasi cum diuite loquentem dixisse, cum eius stultam securitatem considerasset, *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Probabilius hoc est, quam illud. Sed ego vere Deum dixisse illi, arbitror Christum significare voluisse, siue id per se, vt August. lib. 2. de ser. Domini in monte videtur existimare, siue per angelum, siue per Propheram aliquem fecerit. Alioqui enim perit tota vis, & gratia verborum, atque sententiæ, quæ in eo maxime cernitur, quod illi adeo in multos annos secuto, & dicenti animæ suæ, *requiesce, comede, bibe, & epulare* nuntiatum fuerit illa ipsa nocte illi esse moriendum, omnesq; eius cogitationes euersas penitus fuisse. Itaq; Bedæ opinionem non probo, qui existimat, non aliter quam ipso facto illi dictum fuisse, ipsum illi mortem veniendo nuntiasse, tempus esse moriendi.

Stulte.] Stultum merito vocat, qui oblitus Dei longam sibi vitam, & magnis plenam deliciis pollicebatur. Stultus enim, id est, ἄφρων insipiens proprie vocatur, qui non bene futura prouider.

Hac nocte.] Prætermitto Gregorii, & Bedæ, & Ambr. lib. de Nabuthe. c. 8. quia allegorica est, interpretationem, *hac nocte*, id est in istis mentis tuæ tenebris. Tantum quæro, cur dixerit *hac nocte*, potius, quam hodie, vt plerumq; dicere solemus. Credo vt breuius significaret tempus. missus enim ad illum est angelus nocte, vt per somnium nuntiaret mortem, quemadmodum mitti solent, & indicauit illi, ne sequentis quidem diei lucem illum esse visurum: aut propterea dixit, *hac nocte*, quia diues ille, vt fieri affolet, nocte secum suas illas vanas voluebat cogitationes, *destruam horrea mea*, & in illis occupatum, atque defixum mortis nuntius oppressit, nuntiauitque illa ipsa nocte moriturum.

Animam tuam repetunt à te.] Quod tertia ꝓsona plurali vtitur Euangelista, occasio inter pretibus fuit dubitandi, qui essent animã diuitis repetituri. Theophy. angelos intelligit repetituros fuisse. Ego quæstionem arbitror esse facilem. Hebræorum enim idiomate id dictum puto, qui tertia persona plurali vtuntur pro tertia singulari verbi impersonalis. Petunt pro petitur, faciunt pro fit, quod & in quibusdã verbis Latine fit: dicunt pro dicitur, perhibent, pro perhibetur, ferunt pro fertur. Perinde ergo est *animam tuam repetunt à te*, ac si diceret, anima tua repetitur à te, aut, si dici posset, repetitur à te animam tuam. Cypri. in lib. de orat. domin. & lib. de opere & eleemosynis, *anima tua expostulatur à te.* Tertullianus vero lib. 4. contra Marcion. *animam tuam exposcunt.* Theophylacti obseruatio nescio quam firma sit. propterea dictum esse *repetunt*, vt significetur ab eo innito animam esse tollendam, à malis enim animam repeti, quia inuiti moriuntur, à bonis non repeti, sed tesumi, quia morientur libentes. Enimuero nec ea vis verbi est, nec semper boni libenter moriuntur. Quod si id significare voluisset, dixisset potius, animam tuam tollent, aut eripient à te, hæc enim verba vim quandam præ se ferunt, repetere vero potius liberam eius à quo repetitur significat voluntatem. Repetimus enim debitum, quod libere, ac libenter creditor soluit. Sed tollit prædo viatori, eripit inuito pecuniam: & tamen sanctus erat qui dicebat, *tolle animam meam.* 3. Reg 19. 4. quidem certe significatur animam illi à Deo datam fuisse, à quo esset repetenda non à parentibus, sicut corpus, acceptã, itemque immortalem esse, repetitur enim, quod manet. At cur præsenti vtitur tempore *auferunt, repetunt*, potius quam futuro, quod magis conuenire videbatur, cum res diuc, de qua agebatur, futura esset? Credo voluit indicare, qui cum diuite, quisquis erat, loquebatur adeo propinquam illi esse mortem, vt præsens iam esse videretur.

Qua autem parasti, cuius erunt?] Quin illi potius dicebar, & ad æternum ignem condemnabere, quod multo vtiq; maius erat malum, quam quod eius, quæ parauerat, bona perirent, magisq; de ea re, quam de bonis suis eum oportebat esse solicium. Sane quidem, si on fuisset stultus. Cæterum loquitur accommodate ad eius, quocum loquitur, opinionem, atque solicitudinem, nunquam fuerat ille solicitus, quid sibi post mortem futurum esset, sed qua ratione multas animæ suæ opes accumularet, sic enim apud se dicebat, *Anima habes multa bona posita in annos plurimos*, ac ne de hæredibus quidem cogitabat, quos intelligendũ est eum non habuisse. Quia ergo soli animæ suæ tot bona præparauerat, & animã ea ipsa nocte ab eo erat repetenda, dicitur, *Qua parasti, cuius erunt?* Non quod hoc esset per se maximum malũ, sed vt & vana eius opinio, & stulta securitas refutaretur, & quia eius opinione maximum erat. Nihil enim æquè auarus dolet, atque bonorum suorum iacturam, quia summum in illis bonum ponit.

Sibi ipsum vitare quis dicatur.

21. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.] Sic accidit omnibus, qui sibi congerendis student opibus, vt cum minime putant, moriantur, &, quæ sibi parauerant, aliis fruenda relinquant, Beda. *Stultus est, & in nocte rapiendus* G. ὅτω ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, sic qui sibi ipsi thesaurizat, sub. erit, morietur, cum minime cogitat. Sibi thesaurizare vocat propter se solum nullo Dei respectu parare diuitias. sicut fecerat diues ille, cuius parabolam posuit, qui animæ suæ id est, sibi soli bona multa in annos plurimos posita habere videbatur. In Deum vero esse diuitem multi interpretantur propter Deum parate opes, vt non sibi soli recondat, sed cum pauperibus etiam partiatur, vt Ambros. Beda. Alii, ita diuitias possi dere, vt in illis spem suam non ponat, vt diues ille faciebat, sed in solo Deo, vt Theophyl. vt idem sit, *in Deum*, & in Deo, aut secundũ Deum. Alii, diuitem esse virtutibus, vt Euthym. Secunda interpretatio mihi magis placet, quia magis est ad parabolam accommodata. Eodem sensu videtur D. Paulus diuites huius sæculi, & diuites Dei distinguere, & illos vocare, qui in solis diuitiis suis: hos, qui in Deo confidunt, & vno loco videtur has omnes interpretationes tres, quas supra recitauimus esse complexus. 1. Tim. 6. 17. 18. 19. *Diuitibus, inquit, huius sæculi præcipe, nõ sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo viuo, qui præstat omnia nobis abunde ad fruendũ) bene agere, diuitijs fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam.* Hoc etiam est, qd dicit Dauid, *diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*, id est in illis confidere Ps. 61. 11. Quæ sequuntur vsque ad v. 32. apud Matthæum explicata sunt.

Sibi ipsum vt diuitem esse diuitiis quid sit.

Cor apponere diuitiis quid sit.

32. Nolite timere pusillus grex.] Apte hoc ad superiora Christus adiecit: cum enim nimiam solicitudinem terrenarum rerum reprehendisset, docuisset que omnem curam, & spem in Deum coniiciendam, qui non solum homines, sed bestias etiam omnes alat: addit argumentum à maiore ad minus, quo persuadeat auditoribus metum omnem, & solicitudinem abiiciendam istarum rerum. Deus decreuit dare vobis regnum suum, quod est maximum, quomodo ergo patietur quicquam vobis deesse ad viram necessarium, quod est minimum? Pusillum vero appellat gregem aut Apostolorum solum cœtum, vt quidam interpretantur, aut omnium discipulorum, vt Theophyl. existimat, aut omnium electorum, vt ait Beda: aut omnium simul fidelium, vt Euthymius: quod mihi ideo magis placet, quia hæc ad eosdem, ad quos superiora, dicta videntur: superiora autem ad omnes auditores, & eorum persona ad omnes omnino, qui credebant,

Pusillum grex omnium fidelium.

dicta fuerant. Quod quidam dicunt indicasse Christum se esse pastorem, cum discipulos suos gregem appellauit, non admitto. Nam etsi fuit ille quidem pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis: tamen hoc loco eos non suum, sed patris gregem videtur appellare. Propterea enim dicit illis timendum non esse, quia bonum dominum, eundemque pastorem cæleste habent patrem, qui non solum ne essa-
Ioan. 10. 11. 14
1. Ioa. 3. 16.
rium illis cibum, sed regnum quoque cœlorum decreuit dare, qui non solum ipsos, qui oues eius sunt, sed omnes etiam bestias, ipsi in agris illis nutriti, ac vestiti.
Sup. v. 14. 27.
Non inuento qui hoc loco quæsat quod ad tem maxime pertinebat, cur bi. Christus discipulos suos gregem, & pusillum gregem appellauerit: ipralterim cum
Cur discipulos pusillum gregē Christus appellet.
B timent. Quæ partes non satis inter se apte hærere videantur. Quid enim regno cum grege? Puto, quia exemplo bestiarum vius fuerat, v. 24. vbi species vna bestiarum omnes intelligerat, discipulos etiã suos gregem appellasse: quan diceret, cum Deus tam multos, & tam magnos diuersarum bestiarum greges alat, nobis timere vos, qui grex estis hominum, atque filiorum, & pusillus. Nam & gregem hominum, filiorumq; quam pecudum maiore vtique Deus cura pascet, & facilius per se est pusillum gregem pascere, quam magnum. Nescio etiam, an ad pastorum consuetudinem aliudat, qui, cum paucos aliquot arietes pinguiores velint reddere, ab aliis segregant, & pardo ex illis grege facto, & fertilioribus in locis, & maiore cura pascunt. Idem ergo filius suos factuum Deum. *Dominus*, inquit, *regit me*, (Heb. pascit) *& nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me*, Psal. 22. 1. & *Qui regens Israel* (Heb. pascens) *intende, qui deducis velut ouem Ioseph*. Psal. 79. 2. &, *De post fœtantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam*. Psal. 77. 71. Denique cum omnes alat homines, cum Solem suum super bonos, & malos oriri faciat, tamen propriè promittit timentibus se nihil defuturum. Psal. 33. 11.

Quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.] Græcè ἐυδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν placuit patri vestro. De vi, & proprietate verbi εὐδοκεῖν aliàs sæpe diximus, gratiam significare. Itaque quod ab omnibus hoc loco est obseruatum, verum est, significare hîc regnum cœlorum gratuita Dei voluntare, benignitate eos esse nobis præ-
Regnũ cœlorum non fit gratis à Dei voluntate prædestinatũ, sed non sine meritis datur.
D destinatum. Sed in eo hæretici erraut, quod exiliment, propterea quod sine nostris meritis prædestinatum nobis est, & sine nostris meritis dari. Non magis id profecto consequitur, quam si quis præmium illud, quod in stadio currentibus datur, sine meritis dari dicat: quis non curretibus meritis, sed principis liberalitate factum est, vt illis proponeretur. Nam etsi nondum merentibus proponitur, non nisi merentibus, ac vincentibus datur. Singula verba blanda sunt, & plena fauoris, & quod dicit, *complacuit*, quo Dei erga illos beneuolentia, & liberalitas declaratur: & quod dicit
E *patri vestro*, Deum ipsorum patrem appellans, qui filio rum suorum obliuisci non potest. Isai. 49. 15. & quod ait *dare vobis*, tanquam filiis suis hæreditatem: & quod ait *regnum*, cæleste scilicet, non terrenum, æternum, non temporale.

33. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam.] Docet qua ratione ad regnum illud, quod Pater illis decreuit dare, venire possint, non solicite, & auare diuitias quærendo: sed diuitias potius, si quas habent, pauperibus dando. Nam etsi gratis regnum cœlorum proponitur est, emitur tamen, sed tam vili emitur, vt gratis etiam dari videatur, emuntur temporalibus æterna, *qua*, vt ait Hieron. in c. 19. Matth. *dignitate, & meritis sui in se habent, quem admodum si centenarius numerus parum numero compareat*. Hoc enim est: centuplum

lib. 18. Moral. c. 7. Beda, alijque fere omnes exponunt, A potest ea interpretatio conciionibus fieri.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris.] Græce *In manibus vestris* non legitur, ac multi etiam Latini non legunt auctores Cyp. lib. 2. ad Quir. c. 18. & lib. de simpli. præl. Hilar. in Psal. 118. Iulius Firmicus hunc locum citans libr. de errore profan. relig. c. 20. Augu. ser. 39. de verb. Domini, & lib. de contin. c. 7. Auctor operis imperf. hom. 15. Amb. ser. 14. in Psal. 18. & in commen. & Bernard. ser. 3. in vigilia natiui. legit tamen Greg. hom. 13. in Euangel. & Chrysolog. ser. 22. & Beda in comment. Ceterum ad sententiam non magni refert vtro modo legas, quã quam nostra lectio sensum magis exprimit. Cum enim significare voluerit, oportere nos omnino esse paratos, non dubito, quin B præparatio ista magis exprimatur si legamus, *& lucerna ardentes in manibus vestris*, quam si simpliciter, *& lucernæ ardentes*. Itaque illo potius modo legendum esse credo, quo Latina, quam quo Græca legunt exẽplaria. Solent serui, cum eorum dominus noctu venit, ardentes in manibus tenentes fores ante ipsum præcedere. Hoc iubet nos Christus facere, nec aliud faces ardentes significant, quam nos debere adeo parata habere omnia ad exspiendum, cum ad iudicium venerit, Christum, vt nihil tunc nobis, vel minimum præparandum superfit. Quid enim facilius, quam pulsante fores domino fuccurrere, qui sæpe accendere, atqui hoc ipsum vult Dominus, antequam ipse veniat fuccurrere: fore enim vt neminem expecter, dũ C facem suam accendat: indecorum enim id esset, & domini personæ minime conueniret. Quæ pertinet illa altera parabola decem virginum, quarum quinque, quæ fatuæ erant, dum extinctas volunt lampadas accendere, excluſæ sunt nuptiis. Nec alia de causa iussit Christus, vt ardentes faces in manibus nostris essent, quam quia ita boni serui facere solebant: nec est inquirendum subtilius, quid in nobis faces significẽt, ne plus quærentes, quam oporteat, aliquid quod minime oporteat, inueniamus. Itaque quod Auguſt. ser. 39. de verbis Domini. & lib. de continent. cap. 7. & Greg lib. 18. Moral. c. 7. & hom. 13. in Euangel & Ambrof. in comment. & sermone 14. in Psal. 118. & Beda dicunt lucernas bonorum operum exemplum significare: quod que idem Auguſt. libr. 22. q. 4 Euang. c. 25. D phy La liis etiam modis nuptias interpretatur.

Et vos similes hominibus expectantibus dominũ suum quando reuertatur à nuptijs.] Similes serui illis, de quibus superiore versu dictum est. Videtur abundare coniunctio, & quid enim est, *similes esse hominibus expectantibus dominum suum*, nisi præcinctos habere lumbos, & ardentes lucernas tenere manibus? Sed perinde est, ac si dicat, & vos ipsi ita omnino comparati, vt serui esse solent, qui dominum suum noctu expectant, vt à nuptijs reuertatur, id est vigiles, attentos, spectantes, num veniat: auscultantes, num pulset. D xit, *quando reuertatur à nuptijs*, quia noctu solebant nuptiæ celebrari, quod ex parabola virginum manifestum est Matth. 25. 1. 2. & ex nuptijs illis, quas rex filio suo fecit, q ũæ &, noctu celebratæ sunt, cum ille qui nuptialem vestem non habebat, in tenebras exteriores ejectus sit Matth. 22. 13. Et nuptiæ agni in Apocalyp. c. 19. 7. 9. noctu fiunt, quia ad cœnã hominesinuitantur. Idem nunc fere vbique mos est. Ergo solebant, qui ad cœnam nuptialem inuitati erant, ad

Quomodo parati esse debemus ad aduentum Domini.

Pauperes facculi sunt qui non seruant.

Quæ sint ipsa nuptiæ.

Orientales gentes, quemadmodum seruos suos tractent, videre est apud Xenophontem.

Apoc. 3. 20.

1. Thess. 4. 16.

Matt. 25. 8.

Noctu celebrari nuptias.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.] Hoc quidem fieri nō solet quemadmodum cætera, quæ supra narrauit, vt dominus ad nuptias eat, vt intempestiua redeat nocte, vt fores pulset, vt fermi accipiat, si sint, & patati ad illum excipiendum: sed illa ideo Christus dicit, quia fieri solebant, & debet parabola simi ex rebus vsitatis: hoc eo ipso dicit, quod vsitatum non est, quia voluit significare dominum illum tantam diligentibus, vigilantibus, atq; paratis seruis gratiam habituturum, vt faciat illis, quod nemo dominorum seruis suis solet facere, vt ipsis discumbentibus seruiat. Habet etiam res non vsitata probabile decorum, vt dominus à nuptiis bene cenatus rediens, & seruos suos vigilantes, solicitos, & incœnatos inueniens cœnare iubeat, illisque ipse ministret, vt nuptialis gaudij participes faciat. Quod dicit *transiens ministrabit*, sumptum est ex consuetudine ministrantium, qui obire mensam, & singulos conuiuas soleut, vt videant, quid desit cuiquam. Quæ cum ita sint, ad Christum accommodandum, non est nimis ingeniose quærendum. Nihil enim aliud significatur, quàm illum nobiscum gloriam, quam habiturus est, communicaturū, quemadmodum ille, qui à nuptiis rediisse dicitur, honorem suum cum seruis suis participaturus, faciens illos quodammodo dominos, dū ipso ministrante, tanquam domini recumbunt, & cœnant. Hic ergo verus est sensus: fore vt Christus nos in cœlo, si vigilantes, & omnibus bonis operibus paratos inuenerit, dominos faciat, quia tanquam domini, cōedemus & bibemus super mensam in regno eius: infra cap. 22. 30. Non quod ipse nobis ministraturus sit, in eo enim non est parabola ad rem, de qua agitur, accommodanda. Quod enim ille, qui à nuptijs redijt, seruis suis recumbentibus ministrauit, tantum, vt ut maximus, significat illum seruis suis inusitatum honorem tribuisse. Eo sensu ad Christum applicandum est, quod nobis in cœlo musitatum, & incredibilem honorē gloriamq; sit exhibiturus, & pares nos sibi quodammodo facturus; quia ad mensam suam in regno suo ledere faciet, Lucæ 22. 30. Itaq; e interpretationes illæ Bedæ vatic literales non sunt, quamuis non alienæ. Ponam hic eius verba, vt, qui volet, sequi possit. *Præcingit, inquit, se, id est retributionem præparat: sic eos discumbere. id est in æterna quiete reficere. Discūbere quippe nostrum in regno quiescere est. Vnde & rursum Dominus dicit. Venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Transiens autem Dominus ministrat, quia laus sua illustratione nos satiat. Transit verò dictum est, de iudicio ad regnum redit, vel certe Dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma in diuinitatis suæ contemplatione nos eleuat. Et transire eius est, in statu suæ glorificationem nos ducere, cum eum, quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate post iudicium videmus.*

38. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit; beati sunt serui illi.*] De nostris vigilijs diximus super cap. 2. 8. & Matth. 14. 25. hic tantum notandum non sic esse verba copulanda, vt sensus sit, quacunque vigilia noctis venerit, & sic eos inuenerit, beati erunt: sed vt hunc potius sensum efficiant, beati erunt illi, quos Dominus, quacumque hora noctis venerit, sic, id est vigilantes, & paratos inuenerit. Inepta est hæretici interpretis quæstio, cur cum scriptura nos filios lucis appellet, Ephes. 5. 8. & 1. Thessal. 5. 5. & Christus ipse verbo suo nobis præluceat, nec æternis tamen vita nostra vigilijs comparetur? Qui enim hoc quærit, non intelligit, non propter obscuritatem vitam nostram comparari nocti, imo nec omnino illi comparari, sed diei simul, & nocti similem dici, quia die & nocte tota constat. Vigilias autem noctis non pro vitæ nostræ obscuritate, sed pro incommodissimo, & minime opinato tempore poni. Secunda enim, vel tertia vigilia venturus Dominus dicitur, quia veniet securis nobis, ac minime cogitantibus, quo tempore dormire omnes solēt. Quis enim tam intempestā nocte eum venturum putauisset? Nec illo ipso tempore venturum significat, si enim homines scirent noctu venturum, vigilarent noctes, dies vero dormirent. Atqui nunquam vult dormire nos, sed semper dies, nocte sque vigilare, quia nescimus, quo tempore, die ac nocte, & si nocte, qua hora, prima, secunda, tertia, an quarta vigilia venturus sit. Hic sensus colligitur ex sequentibus, maximeque ex versu 40. quæ omnia vsque ad vers. 47. apud Matth. c. 24. explicata sunt.

48. *Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.*] Hoc solus narrat Lucas, paucaque versui 40. respondere. Interrogauerat illic Petrus Christum, *Domine ad nos dicis parabolam, an ad omnes?* Respondetat Christus, ad omnes. Omnes enim, quos Dominus vigilantes inuenisset, præmio; omnes quos dormientes, & imparatos, supplicio afficiendos esse, siue Apostoli, siue alij essent. Docet tamen nunc, quid inter eos discrimis futurum sit. Quod Apostoli, & quicunque alij voluntatem Domini cognitam habuerint, si secundum eam non fecerint, grauius puniendi sint, quam qui non cognoscentes dominī voluntatem, peccauerunt. Dubitari vero potest, quam vocet domini voluntatem: si enim eam voluntatem appellat, qua voluit hoc vel illo tempore, hac vel illa hora venire. *qui cognouit sensum Domini, aut quo consilio rem fait, &, de die illa, & hora animo fecit, nec Angelis cœlorum, neque filius, nisi solus pater.* Et id ipsum agebat Christus hoc loco, vt doceret neminem eam domini voluntatem, atque consilium scire posse, ideoq; ae omnes debere omni tempore singulisque horis esse paratos. Si voluntatem vocat eam, quam nobis per datam legem declarauit, quo iure, qui contra eam ignorans fecit, vapulabit? pauci quidem, sed vapulabit. Nonne iusta ignotantia peccantem excusat? Responsum quorumdam nimis subtile mihi videtur, Christum non dicere vapulaturum, quia non fecit domini, quam ignorabat, voluntatem; sed quia *fecit digna plagis.* Nam quamuis id non dicatur, necessario tamen intelligendum est, & quia eodem modo de vno, atque de altero loquitur: & quia nemo digna plagis facit, nisi quia facit contra dominī voluntatem. Ergo voluntatem domini vocat eam ipsam, de qua loquebatur, qua dominus decreuit aliquando ad iudicium venire: quam voluntatem Apostoli, & alij, quos de suo ipse aduentu monuerat, sciebant, sciuntque Christiani omnes: alij autem & nunc ignorant, & tunc ignorabant. Inter quos hoc erit discrimen, quod illi, quia sciunt venire decreuisse, hoc est, sciunt voluntatem domini, & non se paraturnt, sed lese somno tradiderunt, vapulabunt multis propter ea nimirum peccata, quibus impediti, & quasi indormientes reperiuntur: hi vero propter eadem peccata (sic enim intelligendum, vt sententia vera sit) vapulabunt paucis. Quia eadem peccata m illis hoc grauiora sunt, quod cum domini contemptu sint quodammodo coniuncta: quippe eius scientes voluntatem, quod venire decreuisset, aut illis sese implicuerunt, aut cum ante implicuissent, non se per pœnitentiam ab illis liberarunt, & ad excipiendum Christum præparauerunt: in his veto leuiora, quia quamuis contra domini legem, & voluntatem sint: tamen si cognouissent Christum ad iudicium aliquando fuisse venturum, aut ea non fecissent, aut iam facta diluissent per pœnitentiam. His

Hic opinor verus est sensus. Ergo quod de illis dicit, *seruum qui cognouit voluntatem domini, & non se præparauit, & nō fecit secundum voluntatem eius*, intelligendum est, qui præterquam quod fecit contra domini voluntatem præceptis declaratam, ideoque peccauit, non fecit secundum eam domini voluntatem, qua sciebat eum venire ad iudicādum decreuisse. Et cum de altero dicit, *qui autem non cognouit, & fecit digna plagis*, intelligendum hoc modo est, *& fecit digna plagis*, faciendo non contra illam eandem, de qua paulo ante dixerat. *& non fecit secundum voluntatem eius*: sed contra aliam domini voluntatem, qua peccata sciebat prohibuisse. Ideo secundo loco non dixit, *non fecit contra dominī voluntatem*, sicut ante dixerat, *& non fecit secundum voluntatem eius*; ne de eadem voluntate loqui videretur, sed dixit, *quia fecit digna plagis*, ne quis posset ubitare, si ergo non fecit contra domini voluntatem, qua illum ignorabat venire velle, quare vapulabit? occurrit, quia faciendo contra aliam eiusdem voluntatem, digna plagis admisit. Futurum in altera vita supplicium ideo plagarum nomine declarat, quia in seruorum parabola vetsabatur: quorum pœna solent esse verbera, plura pauciorue pro magnitudine peccati. Propterea de altero dixit, *vapulabit multis* (plagis), de altero, *vapulabit paucis*. Similis sententia est Isa. 4. 17. Orig. lib. 2. comment. in epistol. ad Roman. per eum qui cognouit voluntatem domini iudicium, per eum qui non cognouit, Gentilem intelligens: minis restricta sententia.

49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?*] Quomodo hæc verba ad superiora cohærent, quærendum non abhorret, disiuncta enim ab illis sunt, & alio fortasse tempore à Christo, alio loco dicta, quamuis ab Euangelista ideo in hunc locum coniecta, quia, quod sequitur de futuris propter Euangelium persecutionibus, præmittere nolebat, quarum ideo Christus discipulos præmonuerat, ne ad eas impetati essent; quo consilio & admonitus monuerat sui, iisseratque paratos esse, lumbis præcinctos, lucernasque ardentes manibus tenentes. Qui à eodem gitur consilio vtrumq; à Christo dictum fuerat, eodem versationes, & quo æquiore eas animo ferrent, dixit à seipso mittendas esse, id est, propter se, siquæ permissa; nec aliud est, quod hoc loco dicit, *Ignem veni mittere in terram*, quam quod alijs verbis repetit vers. 51. *Putatis, quia pacem veni dare in terram, non, dico vobis, sed separationem*: & Matt. c. 10. 34. *Non veni pacem mittere, sed gladium*. Hoc est, quod statim sequitur, *Baptismo habeo baptizari*, nec enim dubium est, quin passionem suam baptismum appellauerit, & exemplo suo discipulos ad patientiam, tolerantiamque confirmet, quasi dicat, discite meo exemplo pati: nam & ego passurus sum; eandem ergo persecutionem, eandem afflictionem, eandem passionem, & ignem, & baptismum, & separationem, &, sicut Matthæus, gladium appellat. Quo autem sensu dicat ideo se venisse, vt eum ignem in terram mitteret, apud Matthæum declarauimus. Quod autem ait, *& quid volo, nisi vt accendatur?* perinde est, ac si diceret, quid aliud volo, quam vt accendatur, cum propterea venerim, vt accenderetur? Eodem modo interpretanda est altera lectio, *& quid superius à nobis dictum est, quam volo, vt accendatur?* id est valde volo, vehementer opto. Verum enim est, quod Euthym. Psalm. 72. & 83. animaduertit &c. vt, aut quàm, incrementum, vehementiamque declarare. *Quam ardens gestat, inquit, pœna, & ardua via est, quæ ducit ad vitam?* Matth. 7. 14. &, *Quam difficile, qui pecuniæ habent, regnum Dei introibunt?* Marc. 10. 23. *Quam spreuit pudorem ego gessi? animum pacis?* Rom. 10. 15. *Dominus Dominus noster quam admirab.*

Parabola ex rebus vsitatis sumpta.

Christum in cœlis seruos suos dominos facturi.

Quam Domini voluntatem vocet.

Rom. 14. Matt. 16. 24. Mar. 13. 34.

Vapulare quid sit verum seu merum vocabulum.

Pulcra distinctio.

Calvini impudentia.

Vita nostra cum diuina nulla comparatione.

Particula &c. vt sæpe quàm incrementum declarans.

admirabile est nomen tuum? Psal 8.2.10. Passim occurrunt exempla Psal.22.5 & Psal 30.20 & 71.1.& 85.2. Verba Iesu non solum parientis sorsitur, sed accersientis etiam, atque pronocantis ignem, & gladium, quibus contium perfectionum genera designantur, & vt idem faciant, discipulos hortantis: quasi dicat, quorsum in hunc mundum veni, nisi vt & ego paterer, & omnes similiter, qui me sequuturi essent, paterentur? 2.ad Tim. 3.12. Omnes enim qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur, quid ergo cessamus facere id, cuius causa de coelo in terram descendi? veniat mors, veniat ignis, veniat gladius, non timemus, non fugimus: sed obtamus illi manus, sed prouocamus. Simile quiddam Ignatius optimus Christi discipulus magistrum suum imitatus dicebat: Frumentum meum tritor, quia mihi sunt preparata, quae mihi sunt preparata, quae & ego nihilo velociter ad interitum, & ad impellitur & alius ad seruendum me, vt ipse in epistola ad Romanos scribit, & Hieronymus in eius vita refert.

Baptismo habet se Christus, qui baptizatur. Baptismum habet se Christus, qui baptizat.

10. Baptismo autem habeo baptizari, [G βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι,] baptismum autem habeo baptizari, id est baptismum habeo, quo baptizandus sum: Mortem, & passionem suam baptismum appellat: dubium non est, & omnes interpretes continentur, Tertullianus libro de baptismo, Cyprianus epistol. ad Iubaianum, Philastrius de Novatianis, vt Mat. 20.38. Potestis bibere calicem, quem ego bibo? & baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Similis illius est apud D. Paulum 1. Corinth. 15. 29. Quid facient, qui baptizantur pro mortuis? id est, qui pro resurrectione mortuorum defendenda mouuntur. Vnde nata sit phrasis, non est difficilis coniectura. Solet aqua passionem, afflictionemque significare, Threnorum, inquit, per ignem, & aquam, & eduxit nos in refrigerium. Psal. 65.12 & Salomon de Deo, quem animaduerterat aquae vsque ad animam meam, & transierunt aquae vsque ad animam meam, & transierunt aquae vsque ad animam meam, & transierunt

placuisse, nec animaduertisse eos id non in Galilæa, sed in ipsa Ierosolymitana urbe accidisse, vbi & templum erat, vt Iosephus narrat, Itaque non potuisse Galilæos esse, qui interfecti fuerint. Nam recentioribus quibusdam auctoribus, qui sine testimonio & sine ratione dicunt hoc Ierosolymæ accidisse, non vereor ne fides habeatur. Præterquam quod non sacrificantes in templo, sed in foro ante tribunal suum offerentes, tumultuante qui interfecisse Iosephus dicit. Ista incerta probabilissimum mihi videtur hoc factū esse, tum, cum Pilatus vicum illum Thalhaban militibus occupauit, vt Samaritanos opprimeret, vt paulo supra ex Iosepho recitauimus. Ceterum historiam illam clarius Hegesippus narrat libro de excidio Ierosolymit. cuius hæc verba sunt: *Quod igitur indignum imperitante Tiberio acciderit, non putamus præterundum, vt ex eo deformitas eorū, qui tum imperarunt, sicut enim bonis prima ipsa vita prohibita quadam præscriptio, & tanquam sui vitiendi forma est, ita improbis exitus columen hoc flagitiorum est. Ab eo missus Pilatus est in Iudæam vir improbus, atque in exitiosa pernicie mendacium, ciuitatemque Samaritanos, vt mentiar, tam nomen Gallis, peperere: erat enim vbi factatur, ad quod vultus eorum mobilitas inquietaret. Ex his omnibus populum promouit equitatu, peditibus, exercitu plurimo, aduersus quos cum, quod a Romanis discederet, & conciliabulum præoccuparet primus est.* Et eo quod Hegesippus narrat, finxisse Pilatum se Samaritanorum negotia velle cognoscere, præfectum eum esse sacrificantes oppressisse, quod Iosephus silentio prætermittit. Vnum illud hinc tenendum videtur obiitare, quod illi, de quibus Iosephus & Hegesippus scribunt, Samaritani fuerint; isti, de quibus Lucas loquitur, Galilæi. Samaritani autem Galilæi non erant, quin potius hostes Galilæorum, & ibidem, sicut & Iudæis de religione maxime dissentientes. Nam Galilæi in templo Ierosolymitano adorabant, atque sacrificia fora eli ferebant: Samaritani id nefas ducebant, cum in monte Garizim, vt idem auctor est Iosephus, templū habentes, vbi, vt mulier illa Samaritana Christo dixit Ioan. 4. 20 adorare dicebāt oportere. Itaque Christum, quis facile eum erat cum in *Ierusalem* adorationis causa, recipere noluerunt supra c. 9. 52. & Iosephus l. 6. 3. antiq. c. 2. Samaritam mediam inter Iudæam & Galilæā esse dicit. Quod & ex Euangelistis quoq; ipsis facile colligitur. Scribit enim Ioannes c. 4. 4. Christum ex Iudæa in Galilæam euntē per Samariam trāsire oportuisse. Quā nemo quæstionem attigit, nemo reſpondet, mihiq; nondum ſtituit, vtcūque potero, ſolutendas eſt. Duas ob cauſas mihi videtur ille, qui hoc Chriſto nuntiabat, Galilæos vocaſſe eos, qui non Galilæi, ſed Samaritani erant. Eā quia vtraque gens odio Iudæis erat, itaque Chriſtum ipſum pro eodem ducebant aut Galilæum, aut Samaritanū appellare: quia quod ad odium attinet, periode illis erat Matthæi 26. 69. Mar. 14. 70. Luc. 22. 56 Ioan. 7. 52. & Ioan. 8. 48 Ac fortaſſe voluit interrogando Chriſtū ipſum perſtringere, qui ab omnibus Galilæis eſſe putabatur, quaſi infimis ipſius gentem, atq; adeo ipſum eſſe peccatorem, cum Deus permiſiſſet eorū ſanguinem vnà cum ſacrificiis permiſceri. Et quia Samaria Galilææ maior, nobilioriq; prouinciæ vicina erat, & ſolemnis non ſolum vicinas vrbes, verum integras etiā protincias vicinarū prouinciarum, præſertim nobilium nomine vocare. Sicut Cantabros non ſolum, qui vere Cantabri ſunt, ſed omnes etiam circum gentes appellamus: & Flandros non illos tantum, qui vere ſunt Flandri, ſed etiam Hannones, & Brabantros, & omnes, qui ſub illo ſunt cælo. Potuerūt etiā Galilæi appellari, quamuis Galilæi non eſſent, quia Iudam illum Galilæum ſequebantur. Hos autem de quibus Lucas loquitur, Samaritanos fuiſſe, quamuis Galilæi appellētur, ex hoc ipſo loco intelligi poteſt. Dicuntur enim in ipſis trucidati ſacrificiis, atq; Galilæi non alibi, quam in templo Ierosolymitano, vt diximus, ſacrificabant: & manifeſtum eſt hoc Ierosolymæ non accidiſſe, & quia tanquam aliud factum narratur: & quia hiſtoria Ioſephi, & Hegeſippi in monte Garizim, vbi Samaria eſt, teſtatur accidiſſe. Accedit, quod, ſi vere fuiſſent Galilæi, Pilatus eos trucidare non potuiſſet, cum non Galilææ; ſed Iudææ præeſſet, nec vllatu in Galilæos haberet poteſtatem. Itaque Chriſtum ipſum coram ſe tanquam reum accuſatum, vt Galilæum eſſe audiuit, ad Herodem miſit, qui tetrarcha erat Galilææ Luc. 23. 6. Samaritani vero, quamuis Samaritani Galilæi aliquando vocarentur, tamen quia Galilæi vere non erant, ſub Pilati erant iuriſdictione, vt ex iſdem auctoribus Iſepho, & Hegeſippo colligitur. Ita potuit Samaritanos Pilatus occidere.

Samaritani non fuit Pilati ditionis, ſed Herodis.

Galilæi à Samaritanis religione multum dissentiebant.

Cur Galilæi appellati ſint ab, qui Samaritani erāt.

2. *Et reſpondens Ieſus, dixit illis.*] Quocunque tandem animo illi Chriſtum interrogauerint, ita Chriſtus reſpondit, vt eos, qui interrogauerant, meliores redderet, & ex aliorum calamitate pœnitentiæ illis tredictum faceret, diuersa non omnino ipſos, quam eos, qui inter victimas fuerant trucidati peccatores eſſe, hoc propterea quod à Deo nunc ſimili ſupplicio non efficiantur, æterna ſupplicia, niſi pœnitentiam egerint, ſignificat. Beda. *Quibus, inquit, non ipſa mors, nunc & horum quoque in peccatis mori, beatorum. Martyrii gloria eſt, clarum, ſed vita improba, quæ quia in ſecundum mortem mutetur non eſt.* Verum ad carnificinam vinentium, vt poſſit *Bed. 19. 24* *ſeuire flagellum ſalutem ſapientiæ ſuæ, vt certe ad exemplū eorum nolentium, ideoq; pœnitentiæ mortuorum, vtilis ſunt mortes multi.*

3. Non dico vobis, ſed niſi pœnitentiā habuerit is, omnes ſimiliter peribitis.] Gr. *οὐχὶ μετανοῆτε*, niſi pœnitear vos, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Multi auctores inter eos, quibuſcum Chriſtus loquebatur, & illos, quos ſi ſanguis eſſi ipſis ſacrificiis fuerat mixtus, in eodem mortis genere pari ſe coparat: hinc fieri, quaſi ſignificet Chriſtus fore, vt ni fi egerint pœnitentiā, etiam ipſi eo ſanguis cum eorundem ſacrificiis misceatur, cum à Vespaliano Ierosolyma capietur, quam in azymorum feſto ca pram fuiſſe Iosephus ſcribit. Ita Euthym. in comment. & Cyrillus apud D. Thom. Hugo. Lyranus, & alij. Sed eodem modo, quo dicit nunc, *Omnes ſimiliter peribitis*, dicit paulo poſt v. 5. de illis agens, quos turris Siloë obruerat. At qui nolunt profecto illic ſignificare futurum, vt, niſi agerent pœnitentiam, omnes caſu turris opprimerentur; ſicut illi decem, & octo oppreſſi fuerant. Præter quā quod hoc erat ſibi ipſi Chriſtum repugnare: volebat enim docere illos, quorū ſanguis cum ſacrificiis mixtus fuerat, non propterea ſua peccata id paſſos fuiſſe. Niſi propter ſua peccata paſſi fuiſſent, multi alij eadē fuiſſent paſſi, qui non minus peccatores, quam illi erant. Quo ergo modo inde colligeret eos, quibuſcum loquebatur, paſſuros eadē, quia meliores alijs non erant, cum non omnes, qui eque erant peccatores, eadē paſſi fuerint? Melius ſi quem natura bonus ſæpe interpres comparationem quidem inter hos, & illa fieri, ſed non in eodem pœnæ genere. q. d. Omnes ſimiliter peribitis, ſicut illi periērunt, non morte corporis, ſed animæ: & non temporali, ſed æterno ſupplicio. Probabile hoc eſt, ſed probabilius etiam eſſe ai bitror. vt non hi cum illis, quæ à Pilato trucidati ſunt, ſed inter ſe ipſi cōparentur, quaſi dicat, *omnes ſimiliter*, id eſt ſimul, nemine excepto: ſicut vos, ſic alius, ſicut pauper, ita diuites *peribitis*. Obijcies aliquis abſurdum videri pœnam variari, & cum de temporali ageretur, qua illi à Pilato occiſi fuerant, eodem prorſus loco, eodemq; contextu verborum ad ſempiternam pœnam ſubito tranſire.

Quibus non ruinam ſimilitudo cernitur.

Peccatores ſimiliter perituros.

Peccatores propria.

tranſire. At tantum abeſt, vt id abſurdum ſit, vt in eo tota vis, tota gratia conſiſtat orationis. Hoc enim agebat Chriſtus, vt ex temporali ſupplicio, quo affecti illi fuerant, auditores ſuos æterni admoneret, tanquā diceret, Pilatus quidem corpus occidit, animas autem occidere non potuit; *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in Gehennam.* Nec eos miſeros putatote, qui corporalem illam mortem, quam vos mihi narratis, ſubierunt; eos miſeros exiſtimate, qui mortem animæ ſubituri ſunt; quam vos profecto ſubibitis omnes, niſi pœnitentiam egeritis. Nemo mihi hoc loco vim harum duarum vocum, *Omnes, & ſimiliter* videtur obſeruaſſe. Mihi vero per antitheſim videtur Chriſt' has duas particulas de induſtria vſurpaſſe, vt opponeret eos, quibuſcum agebat, illis, qui à Pilato fuerant occiſi, quoſq; ipſi miſeretimos putabant fuiſſe; vt doceret maiora ipſos, & certiora paſſuros eſſe, niſi agerent pœnitentiam; maiora, quia illi temporalia, ipſi æterna; certiora, quia illi non omnes, qui in eadem erant culpa, pariter perierunt; ipſi vero pariter nemine excepto peribunt. Hoc eſt *omnes ſimiliter peribitis.*

4. Sicut illi decem & octo.] Neque hoc quando, aut quomodo acciderit ſcimus, nec enim quiquam, aut ſacer, aut profanus auctor præter Lucam narrat. Is nobis teſtis eſt omniū. Turrim hanc Siloe, nonnulli auctores in ea vrbe tribus Ephraim fuiſſe dicunt, vbi olim arca teſtamenti fuerat Iudic 21. 2 & 21. 9. & 1 Reg. 7. 12. & Iud. 21. 19. ſed ex hoc ipſo loco perſpicuum eſt eā fuiſſe in Ieruſalem, & quidem intra muros, cum dicat Chriſtus, *Putatis, quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ieruſalem?* indicans etiam eos, qui caſu turris obruti fuerant in Ieruſalem habitaſſe, & intra ipſum vrbem oppreſſos fuiſſe, vbi alij cuncteq; peccatores eadē via præterēuntes opprimi eadē ruina potuerunt. Melius igitur ſentiunt, qui dicūt Siloe nomen fuiſſe fontis, piſcinæ, aut torrentis intra Ieroſolymitanam vrbem præter radices montis Sion fluentis, vt indicat Iſa. c. 8. 6. & Ioan. c. 9. 7. Erat ergo turris iuxta fontem, aut piſcinam, ſiue torrentem, ideo que turris Siloe vocabatur.

Turris Siloe vbi fuerit.

Putatis, quia & ipſi debitores fuerint.] Peccatores, phraſi Chaldaica, qua peccatores חייבים debitores vocāt. Eodem modo hæc ſententia, quo ſuperior intelligenda, eodē enim pertinet, vt doceat Chriſtus non debere eos ſecuros eſſe, propterea quod eo caſu nō perierint, quaſi ideo non fuerint peccatores. Perituros enimuero potius, niſi egerint pœnitentiā. Illi vnius tantum caſus mentionem fecerāt, qui Galilæis quaſi hominibus peccatoribus contigiſſet, Chriſtus aliud etiā illis non iam remotum, ſed domeſticū proponit exemplum. Quo non Galilæi, qui peccatores, ſed Ieroſolymitani ciues, qui ſancti habebantur, quales ſe illi ipſi, cum quibus loquebatur, eſſe putabant, occiſi fuerant: & occiſi quidem nō ab hominibus, ſicut illi à Pilato, quorum mors magis Pilati crudelitati, quam diuinæ vltioni tribui poterat; ſed ab ipſo quodammodo Deo ſubito, & inopinato turris caſu, vt non niſi diuina id prouidētia peccata vindicante factum videri poſſet. Et tamen illi ipſi non magis, quam cæteri Ieroſolymitani ciues peccatores erant.

Chaldaica phraſis peccatores denotat.

5. Non dico vobis.] Vide v. 3.

6. Dicebat autem hanc ſimilitudinem.] Gr. *τοῦτο τὸν τὸν παραβολὴν*, hanc parabola vero facilis eſt, nec longa indiget explicatione. Illud merito quæri poteſt, vnde pendet pars magna ſententiæ, quorſum eam Chriſtus hoc loco propoſuerit; nec enim videtur ſatis cum antecedentibus cohærere. Sed ſi parabolæ fidem conſideremus, hæret aptiſſimæ. Dixerat, niſi agerent ſedulo pœnitentiam, eos omnes perituros. Docet hac parabola, quomodo perituri ſint, nimirum, vt ficus, quæ fructum, quantumuis expectata, quamuis diligenter culta, non ferat, radicem exſcinditur. Tribus ergo in rebus ſimilitudo cernitur. Primum quod ſicut ficus illa fructum non fetebat; ita ipſi bona opera non faciebāt, quæ fructus vocātur digni pœnitentiæ ſupra c. 3. & Mat. 8. 8. Deinde quod quemadmodum dominus illi vineæ plures patienter annos expectauit, dum ficus magis ac magis culta, & adhibito ſtercore adiuta fructum ferret; ita Deus illos patienter expectat, donec emendētur, donec agant pœnitentiam. *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* 2. Pet. 3. 9. & *expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Iſai. 5. 2. 4. Poſtremo quemadmodum dominus illi vineæ, poſt quam expectaſſet din, nec ficus fructum ferret, ſuccidi tandem eam iuſſit, & in ignem mitti. (id enim licet non excipiatur, factum eſſe intelligendum eſt.) ſic Deus illos poſt diuturnam patientiam, atque expectationem, ſi pœnitentiæ fructus non fecerint, damnaturus ſit, & in ſempiternum ignem miſſurus. Hæ ſunt propriæ, & nec eſſariæ parabolæ partes, in quibus ſententia tota conſiſtit. Cætera vt opinor, ornamenta ſunt, & non neceſſario ad ſententiam accommodanda. Quale eſt illud quod in ficu potius, quam in alia arbore parabolam Chriſtus propoſuerit. Quod non *Ficus arbor in Iudea frequens in vinea.* fortaſſe fecit cauſa, quū quod in calidis regionibus qualis Iudæa erat, vbi ficus facile prouenīunt, nul la arbor frequentior ſit in vineis, vt in Italia, & in Hiſpania viteriore videre licet; ſient in frigidis, vt Gallia, nuces, in vineis plantari ſolent. Erſi non repudio, q. Ambr. in comment. Theophilus Alexan. l. 3 alleg. Beda, Theophyl. & Euthym. tradiderunt, per ficū ſynagogam Iudæorum ſignificatam, quod quemadmodum ficus fulcit tantū abundat, ita ſynagoga ſola externa ceremoniarum ſpecie abūdaret. Quod præterquam quod aptè ad populares conciones dictum eſt, eo etiam eſt probabilius eo ſpectaſſe Chriſtum, quod videmus alibi arefa cta ficu ſignificaſſe fore, vt ſynagoga etiam areſceret Mat. 21. 13 & Mat. 21. 19 Magis tamē aſſentior Aug. qui ſer. 31. de verbis domini per ficum omnes homines ſignificari putat. Nā ſynagoga vinea potius, quam ficus erat. *Ego te plantauī vineā electā;* & *vineam de Ægypto tranſtuli.* Pſalm. 79. 9. 15. Iſa. 5. 2. 3. 4. *Vinea eſt* 5. 7. Ierem 2. 21. vineam Eccleſiam eſſe, dominū vero *Eccleſia, de minus ve-* Deum manifeſtum eſt. Colonus quis ſit, quæritur; *rae Gram.* Theophyl. & Euthym. Chriſtum eſſe putant. At ille potius ipſe Dominus erat, qui veniebat, vt fructū in ficu requireret, vt ait Ambroſ. Alij Apoſtolos, vt Chryſoſt. aut quiſquis auctor eſt. ho. 12. in Marcum, & Beda in Comment. At de rē iam præterita loquebatur, ante quam Apoſtoli vineam colere cœpiſſent. Eadem ratione non conuenit, quod Ambr. ait colonum ſingulariter fuiſſe Petrū, ſuper quem Eccleſia fundata eſt, quod neque cum eo, quod paulo ante dixerat, bene cohæret, arborem fuiſſe ſynagogam. nō enim ſynagogæ, ſed Eccleſiæ Euangelicæ Petrus fundamentū fuit. Placet mihi quod ait Aug. ſer. 31. de verb. Domini ſecundū Lucam, omnes ſanctos colonos eſſe, qui Dominum pro peccatoribus rogent. Sed probabilius eſt *Colonī non ſunt omnes qui Eccleſiæ curam gerunt.* ſignificari omnes, qui vineæ Dominī Sabaoth, ſiue olim ſynagogæ, ſiue nūc Eccleſiæ curam gerunt. Horū enim officium eſt, ſicū colere, circa illā fodere, & itercus adhibere, id eſt, omnem dare operam, vt fructū ſe rat. Horum eſt Dominū rogare, vt alterum etiam annum patiēter expectet. Id faciebat Moyſes, cum dicebat, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Exod. 32. 32. Amat ſuum quiſque

opus; & ægrius colonus ferat arborem non suam exscindi, quam dominus ipse cuius est; quia circa illam laborauit, & non vult, si fieri potest, operam suam perdere. Quo exemplo discere nos debent, qui Ecclesiæ eam habent, non debere se ad iustitiæ seueritatem, sed ad benignitatem, atq; patientiam Dominum prouocare. Gaudet Christus se à suis ministris clementia quodam modo superari.

7. Ecce anni tres sunt.] Quod tres annos dixerit, nihil fortasse aliud causæ fuit, quia quod soleat ficus primo anno, quo plantata est, sæpe fructū ferre, si nō primo, saltem secūdo, si non secundo, vt rarissime tertio; si tertio non ferat, nunquā fatura videatur. Significatur ergo dominum illum vineæ tam diu expectauisse, vt sicus illa fructū ferret, quamdiu in arbore ei generis expectandū videbatur. Si enim nux aut oliua fuisset, plures quā tres annos expectare oportebat. Indicatur igitur Dei vniuersique arboris naturā, id est cuiusq; hominis ingenium, ac mores cognitos habere, rectēq; scire quamdiu vnusquisq; expectādus sit, fructum vt ferat. Sūt qui non nisi in senectute tapiant, reliquo ætatis tempore insani esse videantur, similes palmis, quæ dum nouellæ sunt, nihil nisi spinas ferunt; cū senescere incipiunt, dulcissimos proferunt fructus; sunt qui in pueritia fœnes, in senectute pueri fiant, similes ficui, quæ quos fructus primis annis non fert, nunquā fert. Ideo Deus alios maiore, alios minore expectat tēpore. Hoc arbitror esse litterale. Illa allegorica, q̄ à multis afferuntur. Tres annos tres esse leges, naturæ sub Abraham, scriptam sub Moyse, Euangelicā sub Christo, vt interpretantur Ambr. hoc loco, & Greg. hom. 32. in Euangelia, & Theoph. Aut quia quatuor erant anni quo expectare adhuc rogatur dominus: nec enim quartus erit lex. Aut tres Iudæorū gubernationes sub Iudicibus, sub Regib. sub Pontificibus, vt ait Euthymius. Aut tres hominū ætates, puerilem, virilē, & senectutem, vt Theoph. & Athan. q 70. longius etiam videtur abesse, quod Augu. dicit ter senos annos esse decem & octo, post quos mulier illa, de qua statim agitur, ver. 11. curata fuerat. Qui ā tantem sit dominum venire, vt in sicu fructum quærat, doctrinali in commento. in c. 3 Ier. *Clementia, inquit, Dei ad pœnitentiæ occasiones quærit. Ideo hoc est nos clementer, aut sollicitet vtgetia sapientia sed ad bonum cum mansuetudine ea prædicit assiduis operibus exercitatos ad pœnitentiam; id quod facit Nouissimo tempore. Israeli item cum deliquisset, neutiquā vt caderet extremum interfecit pernicium. sed famulis suis excitato ad supplicandum pro populi peccatis pœnas præmunitabat dicens. Nunc dimittite, & delebo populum meum. Simile quiddam in Euangelio edisserit à Seruatore parabola.* Itaq; putat Basilius nihil aliud esse, venire dominum ad quæ. eandū fructum in ficu, quam eam admonere, vt fructum ferat, illique commari fore, vt si fructū non ferat, excidatur. Cæterū illud non bene conuenit, quod ante quā domin' colono diceret, vt ficum excinderet, tertis iam annis venerat, vt in ea fructū quæreret, nec inuenerat. Imo propterea illi excidiū comminatus est, quia cum per tertium ad illam venisset annos, vt fructū quæreret, non inuenisset; non ergo venire est monere, aut comminari. Ter enim dominus venit, & semel tantum comminatus est. Venire igitur est Deum oculos ad vnumquemq; conuertere, vt videat, eoquem fructum habeat, & colligat; nec enim mouetur loco.

Succide ergo illam.] Loquitur accommodate ad parabolam in qua versatur; non ad rem per parabolam significatā. Nec enim Deus per ministros suos, sed per se ipsum homines damnat, quod est ficum succidere. Nisi dicamus erā hoc sensu per ministros damnare, quia, quæ illi ligant super terram, sunt ligata & in cœlo, quod etiā verum est, tamen non videtur eo Christus spectare voluisse, cum non de ea condemnatione, quæ in hac vita; sed de illa vltima, quæ in altera vita fit, agere videatur. Ad parabolam autem accommodate loquitur, quia nō solent domini vineārū ipsā p se, sed per suos colonos inutiles arbores excidere.

Vt quid etiam & terram occupat?] Gr. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; quorsum etiam terram infructiferam reddit. Solent arbores præsertim magnæ, & succulentæ, qualis est ficus, omnem circa terræ humorem extrgere, & quicquid prope est soli aliorum seminum sterile facere. Hoc est καταργεῖν. Itaque ea ficus non solum fructum non fetebat, sed etiam efficiebat, ne alia semina fructum ferrent, maxime vites, quæ circum erāt, quibus non solum necessarium subtrahebat succum, sed vmbra etiam ipsa nocebat, quæ omnibus fere rebus noxia esse creditur. Hanc vim habet particula illa, &, quasi dicat, quorsum eam relinquamus, cū non modo fructum nullum ferat, sed etiam, quod peius est, terram exugat, & exhauriat, impediatque, quo minus vites, & aliæ plantæ ferre fructum suum possint. Terram enim Ecclesia occupant, qui non solum fructum ipsi Ecclesiæ bonorum operum non ferunt, verum alios eriā, quo minus ferant, suo impediunt exemplo *in mimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*, Phil. 3. 18. 19. *Male beluæ, ventres pigri*, Tit. 1. 12.

8. Domine dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.] Eximit affectum, & diligentiam boni colonī, nō libenter plantas excidit, non libenter perdit. & quod fructū ficui non tulerit, culpam in se portat, quam in illam conferit, quod fortasse ante non bene coluerit; pollicetur se in posterū culturam diligentiorē. Verum denique saltem annum à domino impetrat, quo fossa circa terra, conjectos stercore aptet, vtrum ipsius arboris vitio, an colonī negligentia factum fuerit, vt fructum ante non tulerit. Idem facere boni Ecclesiæ pastores debent. Quod dicit *fodiam circa illam*, & *mittam stercora*, nihil aliud significare arbitror, quam vsque dum ei curam illi culturam adhibeam, ita vt nihil iam reliquum sit, quod illi facere possimus; tum facta iam, eam vere dicere posse nos, *quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci*, Isai. 5. 4. Itaque non est subtiliter inquirendum, quid fossa, quid illi circa signifient. Nihil enim aliud dicere colonus voluit, quam se omnia remedia adhibiturū, quo eiusmodi arbores incarnescant. Id duplex est, alterum, vt hyeme ad radicem arboris fossa fiat, in quam aqua colligatur, quo plus humoris radices trahant; contra vero in æstate terra ad radices aggeretur, ne eas Solis ardor exiccet. Alterum, vt per hyemem stercus ad radices circumponatur, quod & pinguedinem, & calorem addat. Iunat hoc maxime ficus arbores natura sua frigidissimas. Si quis tamen subtiliorem interpretationem Bedæ sequi volet, nihil prohibet. *Vsque dum fodiam*, inquit, *circa illam, id est radicem infructuosæ mentis ligone bonæ acutæ humilitas & præsentium videlicet præteritarum, & horrorem perpetuæ damnationis incutiens. Omnis quippe fossa in imo est. Et mox trium interpatio, dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Et mittam stercora, id est malorum, quæ fecit abominationem ad animum reducam, & compunctionis gratiam quasi de putredine stercoris exfoscam.* Ad eundem modum Theoph. exponit.

9. Siquidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam.] In priore membro apodosis est, abrupta oratio, imperfecta; sententia. *Si quidem fecerit fructū*, intelligendū est, bene erit, aut non opus erit eam succidere, vt Euthymius admonuit; *sin autem*, intelligendum etiam est, fructum non fecerit, *in futurum succides eam*, quasi dicat, ad succidendum eam satis est temporis.

Sunt

Sunt qui mysterium esse putent, quod in priore parte colonus non dicat, quid faciendum sit, si fructum fecerit, quasi iudicium domino relinquere voluerit, an sit illi mutanda sententia, vt ait Chrysostomus, aut quisquis ille est auctor hom. 8. in Marcum.

10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.] Id est solebat docere in synagoga eorum singulis diebus sabbati. Hanc vim habent illa duo verba, *erat docens, & sabbatis*. Cur in synagoga, & cur sabbatis apud Marcū exposuimus cap. 1. 21. Eorum autem obseruationem, qui putant nomen sabbati, cum pluralis ponitur numero, totam hebdomadā significare, apud Matthæū cap. 28. 1. refutauimus. Quod porro hoc loco distributionem pluralis numeri significat Hebræorum idiomate, quidicunt, בבקר בבקר matutinis. id est singulis diebus mane. Quemadmodum intelligendum illud est, *in matutinis meditabor in te*, Psal. 62. 7. Vtrumque hoc loco Euangelista consulte expressit. Synagogam quidem, vt indicaret sequens miraculum coram omni populo in synagogam congregato factum fuisse, sabbatū vero vt causam significaret, cur Archisynagogus murmuraturus erat ver. 14.

11. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo.] Gr. καὶ ἰδοὺ γυνή, & ecce mulier erat, id est aderat, aut aduenit, venit, ad Christum, vt curaretur adducta est. Cum spiritum infirmitatis habuisse dicat, indicat morbum illum non ex solis naturalibus causis natum fuisse, sed à dæmone inductū, vt tacite causam significaret, cur medici eū curare non potuissent. Quod, vt Theophylactus admonuit, postea ver. 16. Christus confirmat. *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit, Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbati?* Intelligimus ex hoc loco corporis etiam morbos sæpe à dæmonib. immitti, quibus in affligendis hominibus, ministris vtitur Deus. illustre exemplum est Iob, & pro omnib. integro in sacris literis libro celebratum: idem nonnullis locis in dicat Dauid, *Immissiones*, inquit, *per angelos malos*, Psa. 77. 49. Nam & tēpestates aeris, & morbos corporis, & omnia, quæ hominib. à Deo immittuntur, calamitatum genera comprehendit: & *a sagitta volante in die ab incursu, & dæmonio meridiano*, Psal. 90. 6. vbi genus ēt pestilentis morbi significatur, qui à dæmonibus æstu Solis inducitur. Simile est, & apud Euangelistas nōnullos homines non à natura, sed à dæmonib. surdos ac mutos factos legimus. Mat. 9. 25. In numero decem & octo annorum August. serm. 31. de verbis Domini secundum Lucam, & lib. 4. de Trinit. c. 4. aliquid mysterii esse putat. Idemque putat Ambrof. in comm. & Theophilus Antioch. lib. 3. allegor. & Beda, & Theophyl. decem enim esse legis præcepta, & octo beatitudines Euangelii. Existimant etiam Ambrof. & Cyrill. apud D. Thomam, & Beda in comment. ideo diuinitus accidisse, vt post parabolam sterilis ficus, mulier infirma, & incurua corpore curaretur, vt ex ipsa Christus declararet, quid ficus illa significasset.

12. Quam cum videret Iesus vocauit eam ad se.] Duplicis fuit beneficii, atque liberalitatis, quod non solum sanauit, sed etiam inuitauit ad sanitatem. Vix quemquam solebat Christus non rogatus curare: hanc mulierem non solū non rogatus sanat, sed ipse eam quodammodo, vt sanari velit, rogat. Quod non sine summa ratione factum fuisse credendum est, sciebat quid ob curatam in sabbato mulierē Archisynagogus murmuraturus esset, volebatq; ex eius murmuratione occasionem sumere Pharisæorum superstitionem in seruando sabbato reprehendendi. Idem eum eodem consilio cum eo, qui manum aridam habebat, in alia synagoga fecisse legimus Matt. 12. 10. Marc. 3. 1. Luc. 6. 6. Quod in hac muliere fecit, id quotidie in nobis facit nos degentibus peccatis, & adeo inclinatos in terram, vt in cœlum suspicere non valeamus, id est, adeo deditos terrenis rebus, vt cœlestiū non recordemur, Christus ad se vocat, & ad sanitatem, ac pœnitentiam inuitat. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Matt. 11. 28.

Mulier dimissa es ab infirmitate tua.] Dimitteris, liberaris, curatis. Tunc enim dimittebat, tunc eam curabat, cum hæc verba dicebat: & his ipsis verbis curabat, sicut dixit mulieri illi peccatrici c. 7. 48. *Remissa sunt*, id est *nunc remittuntur tibi peccata*. Simul enim & hæc dixisse Christum, & manus illi imposuisse credendum est, quamuis Euangelista, quia vtrumque simul dicere non poterat, hoc prius illud posteri' dixerit. Recte Dyr. & Euthy. adnotarunt tanquam hominem manus imposuisse, tanquam Deum verbis imperasse, vt curaretur. Cur autem nonnullos manuum impositione curauerit apud Matthæum ca. 9. 5. & *Surge, tolle lectum tuum*, Marc. ca. 7. 33. ex eodem Cyrillo docuimus: voluit declarare suam carnem esse viuificam, quia communicatam sibi habebat diuinitatem. Obiecit ergo Diabolo suā carnem. Exiit Diabolus à muliere, nō potuit ferre manū Christi, qua creatus, qua in infernum deturbatus fuerat. Debent hoc ipsum populi doctores imitari, vt non verbis tātum, sed etiam manibus, id est exemplo homines curent.

13. Et confestim erecta est, & glorificabat Deum.] Duo studiose expressit Euangelista. Alterum quod confestim, id est, simul atque Christus eam tetigit, erecta fuerit, id est, omnino sanata, cum totus eius morbus fuerit, q̄ fese erigere non posset: vt significaret ipsum tactum manus Christi causam fuisse curationis. Alterum quod curata Deum glorificauerit, id est, nō fuerit ingrata Eo etiam hoc pertinet, vt doceat vere, p̄fecto que sanatam fuisse, quandoquidem propter restituta sibi sanitatem publice in ipsa synagoga Deo gratias egerit, vt appareat non obscurum, sed illustre, & multis videndū id. confirmatum fuisse miraculum.

14. Respondens autem archisynagogus.] Exorsus loqui, vt ex Hebræorum idiomate multis iam locis declarauimus. Non enim ad ea quę Christus dixerat, respondebat, sed cū turba loquebatur, Archisynagogus autem erat, qui synagogæ præerat, vt Mar. 5. 22. 35. 36. 38. & Actor. 18. 8.

Indignans quia sabbato curasset Iesus.] Aut vere indignans ant simulatus se indigne ferre, q̄ Christus suo, Pharisæorumq; iudicio violasset sabbatum, vt se diligentem legis obseruatorem esse ostenderet. Omnis enim Pharisæorum sanctitas in opinione erat: non tām esse, quam videri volebant sancti. Non est autem Archisynagogus Christum reprehendere, timens opinor, ne ab ipso vicissim aspere' reprehenderetur. Ignorare enim non poterat, quomodo alios aliquando Pharisæos coarguisset. sed sese ad turbam quasi subiectam sibi conuertit, & quasi suo fungens officio eam docet. vti non sabbato, sed aliis dieb. ad quærendam curationem veniant. Se quidem non ægre ferre, q̄ Iesus à Christo sanitatem quærant, non inuidere illis collatum ab eo beneficium, sed tantum pro ratione officii sui curam habere religionis, vt obseruetur sabbatum. Expressa est imago inuidiæ specie religionis simulatæ.

15. Respondens autem ad illum Dominus dixit. Archisynagogus non erat locutus cum Christo, sed cum populo tamen quia ita cum populo locutus fuerat, vt oblique factum Christi, quod sabbato curasset, reprehenderet: Christus eius simulatam malitiam detegēs illi respondit atque ita respondit, vt & Archisynagogus, & omnes alii eius aduersarii erubescerent ver. 17. populus vero ab eo defensus lætaretur.

Hypocrite.] Propterea vocat hypocritas, quod cum id inuidia facerent, religionis studio se facere simulabant. Aliter Beda, *Merito, inquit, hypocritarum, id est, simulatorum nomine notat, quos, cum magistri plebium videri appeterent, hominis fanatici pecoris cura posse penitere non puderet.*

Vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum.] Apertissima responsio, in qua singula verba emphasim habent. Primum quod dicit, *vnusquisque vestrum*, proprio ipsorum exemplo redarguit; & exemplo quidem non singulari vnius, aut alterius, eorum; sed communi omnium. *Vnusquisque*, inquit, *vestrum.* Deinde quod dicit, *bouem, aut asinum suum*, duobus inertissimis animalibus filiam Abrahæ opponens. Bouem, & asinum potissimum nominauit, & quia duo sunt animalia maxime domestica, quæq; ad præsæpe ligari solent, & quia minimæ indigent curæ. Minus enim mirum fuisset eorum soluere, & aquatum ducere, quam asinum, & bouem, quia equus nobilius est animal, maiore exequitur curam. Voluit ergo significare magis eos ea animalia curare, quibus minima cura opus est, quam homines, propter quos non solū bos & asinus, sed omnia omnino animalia facta sunt. *Omnia*, inquit, *subiecisti sub pedibus eius oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi.* contra omnino, quam Deus faceret, de quo ait D. Paulus, *Num quid de bobus cura est Deo? an propter nos vtique hoc dicit?* Ambrof. & Beda quæ bouem, & asinum nominauerit, alia ratione affirmant. vt tacite bouem, & asinum omnium animalium stupidissima opponeret Pharisæis, sapientioraque illis esse significaret, quasi prophetice eis illis sententiam obiiceret. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsæpe domini sui: Israel autem non cognouit, & populus meus non intellexit.* Isai. 1. 3. Præterea quod ait, *soluit à præsæpio, & ducit ad aquare*, quod multo maioris operæ atq; laboris est, quam imponere manibus dicere, *Dimissa es ab infirmitate tua*, quod solum fecerat Christus. Ad hæc quod sequitur, *Hanc autem filiam Abrahæ.* Non enim mulierem nomine generis appellauit, sed vocauit filiam Abrahæ, quo magis antithesis eluceret; cum enim mulieris cuiusq; maior vtiq; quam bouis, & asini habenda cura erat, tum multo maior eius, quæ filia esset Abrahæ, id est, quæ, cum ad populum Dei pertineret, sub diaboli tyrannide velut captiua teneretur. Deniq; quod addit, *Quam alligauit Satanas ecce decē & octo annis.* Si enim nō à Satana, sed à causis naturalib. ligata fuisset, videri poterat non esse die sabbati soluenda; cū nūc à Satana, id est, à cōmuni hoste generis humani ligata esset, quocunq; tempore ab eius manib. erat eripienda, maximeq; die sabbati, quod idcirco in illis erat, vt homines à Satana liberarentur. Vim etiam habet, quod tempus, quo ligata fuerat, expressit, *ecce iam decem & octo annis*: nam & hoc tempus tē porī illi opponit, quo bos & asinus ligatus esse soler, dimidio minimum die, quo tempore soluitur, & aquatum ducit; quasi dicat, vos bouem & asinum, cum per medium tantum diem sine potu ligatus fuit, sabbato soluitis, & aquatū ducitis, & hanc filiam Abrahæ, quæ non per medium diē, sed per annos iam decē & octo ligata fuit, soluī non vultis? Refutauit Irenæus ex hoc loco Valentini fanorum ogdoades lib. 2. ca. 40. libro vero 4. cap. 19. docet Christum die sabbati curando secundum legem fecisse. Quod se quuntur vsq; ad v. 31. Matth. c. 7. 15. & 25. explicauimus.

Vsus loci contra hæreticos.

31. *In ipsa hora.*] Lucas quod sequitur eodem die factum dicit, quod superiora; sed incertum ad quę tempora referatur, omnia enim, quæ supra narrauit, eodem die accidisse necesse non est; & est fortasse, probabilius diuerso accidisse tēpore, cum ea Matthæus diuersis scribat locis. Reincerta æquum est ad proxima intendere, quæ à v. 24. & deinceps dicta sunt. Magnum huius rei argumentum est, quod & paulo post probauimus, hoc in Galilæa cōgerit, illa vero omnia, quæ aversus 13. Lucas commemorauit, in Galilæa etiam contigisse ex Matthæo c. 5. & 7. & 8. manifestum est. Nam initio capitis 5. dixit Christum vt multitudinem fugeret, in montem secessisse, ibiq; concionem habuisse illam, quam toto capite 5. 6. & 7. enarrauit, quam in monte Galilææ habitam fuisse nemo dubitat. Et principio 8. c. scribit de monte descendisse. Eodem ergo die, vel quo superiora dixit, vel quo descēdit, quod idē est, hoc quod nunc scribit, indicat accidisse. Contigisse autem hoc in Galilæa ex eo satis apparet, quod Pharisæi metum Christo Herodis iniiciūt. qui non nisi in Galilæa dominabat. Nam quod quidam arguentantur vero simile non esse Pharisæos persuasuros fuisse Christo, vt à Galilæa in Iudæā demigaret, videntur ira loqui quasi existiment non nisi in Iudæa Pharisæos fuisse; cum dubium non sit, vbicunque Iudæi erant, fuisse Pharisæos, omnis enim ea secta tunc occupabat. Idque diserte dicit Lucas eodem ca. 5. 17. *Et erant, inquit, Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem.* Nullam ergo castellum erat, vbi non essent Pharisæi. D. quidem August. lib. 6. contra Iulian. c. 8. in Ierusalem hoc putat esse factum; sed libro 1. de cons. Euangel. capit. 75. videtur sentire accidisse in Galilæa.

Pharisæi venerant ubique.

Psal. 2. 8.

1. Cor. 9. 9.

Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.] Quo animo hoc Pharisæi dixerint, Euangelista nō indicat; sed omnes auctores putant, non vt eum saluti cōsuleret, sed vt id se potius cū ablegarent, id illi dixisse. Cyrillus apud D. Thomā, Theoph. & Euth. in commen. Quod vt facile credamus, ingenium ipsum moresq; Pharisæorum persuadent. Nemo enim ignorat, quā iniquo, & infenso in Christum animo fuerint, eo peiores, quod bene audierit æ causa, vt Theophylact. ait, & quasi salutis eius curam haberēt, se dicere fingebāt; rectēq; id quidam probant, ex eo quod idem Lucas dicit c. 13. 8. Herodem longo tempore cupiuisse Christum audire, & miraculum eius aliquod videre; & ex eo, quod cum ad se Pilatus vinctū misisset, impunem remisit. Itaq; probabile nō est, quod alii dicunt, Phariſæos submissos ab Herode fuisse, vt id Christo denuntiarent, ideoq; à Christo ad Herodem remissos, vt suum illi responsum redderent. Credibile etiā est fallum eos tumorem dissipasse Herodem insidiari Christo; nec enim apud Euangelistas legimus Christum vnquam ab Herode quæsitum ad mortem. Triplex ergo malitia in illis erat, & quod mendatiū conflabant, & quod Christum, vt inde discederet, volebant detestere, & quod fingebant se illi velle consulere. Speciem mendacio præbebat, quod idem Herodes Ioannem Christi amicum, atque præconem occidisset. Fingebant se timere, ne ab eodē Herode Christus occideretur, quod maxime cupiebant. Quod ipsum indicium est eos ea mendacia illud composuisse. Si enim verum esse, quod dicebant, credidissent, Herodem insidias Christo parare, non monuissent, vt inde discederet, sed vt ibi potiū maneret, vt occideretur. Magis enim moti eum, quam discedere cupiebant; ac idcirco discedere volebant eum, quia nō petebant forte, vt posset occidi. Mittere in exilium conantur, quem occidere nō possunt. Expressum est in Pharisæis hæreticorum ingenium. Cum ad aliquam docendi causa venimus vbi eum, ipsi hæretici se Catholicos, & nobis amicos affirmantes consilium dant, vt inde discedamus, in magna nos hæreticorum nobis insidiantium periculo versari.

Pharisæis similes hæretici.

32. *Et*

32. *Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi.*] Admirabilis interpretatio Cyrilli, quam D. Thomas refert, nec enim eum nunc Cyrilli librum habemus, & Theoph. & Euthym. in comment. huius loci, Christum non Herodem, sed illum, qui hoc dixerat vulpem appellasse. Nec enim dubium est, quin Herodem Christus intelligi voluerit, vt Amb. ser. 2. & 11. in Psa. 118. exponit. Vulpem autem Herodē appellat, vt Beda ait, *propter fraudes eius: as dolat, quod plenum fraudis sit animal, & in fouea semper latet: desiderans, odore etiam tetro putens; & nunquam recto itinere ibat, sed tortuosis anfractibus curreret. Quæ cuncta hæreticis, quorum Herodes typum tenet, congruunt, qui Christum occidere, id est humiliare in fides Christianæ credentibus tripere moliuntur.* Mirum cur Christus de Herode absente ita responderit, vt vulpē sine vllo, vt videtur, commodo, magno vero fortasse periculo, vocauerit. Poterat enim ea vox ad Herodem delata homi em irrita e, vt quod ante fortasse non cogitauerat, Christū interficere conaretur. Voluit opinor, Christus ostendere Pharisæis terrore sibi Herodis obiicientibus, se ab eo minime timere, nec propterea illū minus se libere locuturū esse; quod ita tum re ipsa docet, vulpem appellans eum, quem sibi illi ad terrorē tanquam leonem obiiciebant. Ad eandem libertatē, & intrepidam animi magnitudinem pertinet, quod non alios, sed illos ipsos, qui se deterrere conabantur Herodi renuntiare iubet, & quod ait, *Ite, dicite*, emphatica enim verba sunt.

Herodes hæreticorum typus.

Ecce ejicio dæmonia & sanitates perficio hodie, & cras & tertia die consummor.] D. Aug. lib. 2. de consensu Euangelist. c. 95. & 76. & lib. 6. contra Iulian. c. 8. & Beda in comment. huius loci mystice hæc omnia intelligēda esse putant, quasi Christus nō de iis, quos à dæmonibus liberabat, & ab aliis morbis liberabat, sed de corpore suo mystico locutus sit, *quod*, ait D. Paulus, *est Ecclesia*, in qua primo die dæmonia eiecit, cum ante baptismū homines, per fidem à superstitionibus dæmonum liberat. Secunda die virtutes multas perficit, cū homines post baptismum, secundum præcepta sua facit, vt viuant. Tertia consummabatur, quia in resurrectione ad angelicam perfectionē eius Ecclesia perueniet. Veram interpretationem huius loci Theoph. Euthym. & Cyrillus, quem D. Thomas citat, tradiderunt, Christū per hodie, & cras nō certos dies, sed breue significasse tempus; tertiū vero vocasse diem quidquid post breue illud tempus secuturum erat: vt apud Osee c. 6. 3. *Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos.* id est breue post tempus. Qu unquam melius fortassis hoc loco conueniret, vt per hodie, & cras multos post dies, longumq; tempus intelligeremus, quem sensum idem Theophylactus videtur attigisse. Quemadmodum cum Latine dicimus etiam, atq; etiam, non intelligimus raro, sed sæpe, frequenterq;, &, vt ait Theophy. Græci vulgo solent dicere, τὴν αὔριον ἢ μεθαύριον, die Dominica, & sequenti proficiscor, id est post certum tempus. Hodie enim tempus præsens, cras futurum declarat, cui si terminus nō assignetur, non solum longum, sed etiam infinitum significatur. Hoc, inquam, melius videtur in hunc locum conuenire, vbi non id agebat Christus, vt Pharisæos consolaretur, quod profecto feciſſet, si illis significasset breui se post tempore moriturū. Quid enim erat quod illi magis optarent? sed volebat potius augere materiam inuidiæ, atque doloris. Illi dolebant quod dæmones eiiceret, & alia multa miracula faceret; ille respondet, quo magis doleant, se longo adhuc tempore idem facturum, id est non quoad Herodes, sed quoad ipse voluerit. Propterea n. vt recte Theophyla ct. obseruauit, ita respondit, vt nihil aliud diceret, quam se miracula facturum; quod non videt ad rem, de qua agebatur, pertinere, nisi cōsideremus voluisse Christum dolorem illis augere. Respōdet ergo non tam Herodi, cuius metū ipsi obiicere conabantur, quem fictum esse sciebat; quam illis ipsis, quos sciebat miracula sibi inuidere, mortemque etiam optare. Atque hoc sensu verum est, quod ex Cyrillo, Theophyl. & Euthy. supra citauimus, Christum non Herodem, sed Pharisæos ipsos, qui Herodem sibi minabantur, vulpem appellasse. Nō quod hæc verba de Herode nō dixerit, sed quod in persona Herodis, quā illis sibi induebant, vt ipsum deterrerēt, eos notauerit, atque eluserit. Quod autem dicit se tertia die consummatum iri, non dubium quin mortem suam declaret post breue futuram tempus. Soler Christi mors consummatio appellari, quod in morte Christus omnia consummauerit, omnibusq; officii sui partibus perfunctus fuerit. Heb. 2. 10. & 5. 9. aut, vt alii putant, quod per mortē ad consummationem, id est, perfectam gloriam transierit, quod proprie significat verbum τελειοῦς, quo sæpe de Christo loquens vtitur D. Paulus. Ergo indicat Christus his verbis sibi constitutam esse morienti tempus, quod nec ab Herode, nec ab alio quopiam breuiari possit; se quantum ipse decreuerit, non quantum Herodes, aut Pharisæi volent, victurum esse. Tempora autem præsentia pro futuris accipienda sunt.

Hodie, & cras, id est breue tempus.

Triplex malitia in Pharisæis.

33. *Verumtamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare.*] Idem Aug. & Beda in iis locis, quos superiore versu notauimus, existimant, *ambulare*, hoc loco idem esse, quod ire in Ierusalē, quia statim sequitur, quasi causa redditur cur ambulare, id est, in Ierusalē ire debeat. *Quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.* Et de neque modo Theophylactus videtur intellexisse. Melius, vt arbitror, Euthy. idem esse, quod operari, vt *ambulate, dum lucem habetis*, id est opetamini Ioan. 12. 35. & *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris* Ioan. 8. 12. & *secundum carnem ambulare* Rom. 8. 4. & alia sexcenta, quæ ex Hebraeorum lingua in Græcam, Latinamq; manauerūt. Quod enim paulo ante dixerat, *dæmonia eicio, & virtutes perficio*, alia nunc dicit phrasi *ambulare.* Quo autem modo dicat se tertia etiā ambulaturum die, id est miracula facturum, officioq; functurum suo, cum paulo supra tertia se die morituru significasset, nō difficilis est quæstio. Significauerat se tertia die, id est in fine tertiæ diei, in fine eius tēporis, quod per tres dies designabatur, morituū. Significat nunc tertio etiam die ambulaturum, id est, per illud tempus, quod per tres intelligitur dies, operaturum. Quæ non modo contraria nō sunt, sed sunt pene idē. maior est quæstio, & ab interpretibus minus animaduersa, quid faciat illa particula. *Verumtamen:* Si tensus superiorum verborū est, quem Theophylactus, & Euthymius esse putāt, vt significet Christus se breue post tempus moriturum, recte sequitur, *Verumtamē oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare*, tanquam dicat, quamuis breui tempore victurus sim, & miracula facturus; tamen illud ipsum tempus nec Herodes, nec ali quisquā breuius mihi potest efficere, quin toto illo ambulem; aut, nemo me illo ipso tempore, quod mihi constitutum est, prohibere poterit, quo minus ambulem, id est officio fungar. Sin alter sensus, quem illic magis approbauimus, verus est, vt non breue, sed longum potius, tempus significetur, minus videbitur particula, *Verumtamen*, conuenire; sed tamē conuenit. Refertur enim nō ad omnia præcedentia, sed ad illud tantum vltimum, *& tertia die consummor*, quasi dicat, quamuis tertia die, id est post tertiam diem moriturus sum, tamen interim nemo me impedire poterit, quo minus hoc intermedio tēpore miracula faciā. Quod autem dicit, *Oportet*, non significat necessitatē, vt Cyrill. ait,

Ambulare idem valet, quod operari.

Chrys. 24.

illi ait, sed potius voluntatem. Ostendit enim se pro suo arbitrio, quãdo voluerit, moriturum. Aut, vt ego quidem sentio, necessitatem quidem significat, non quidem moriendi, sed non ante tempus illud á Patre constitutum moriendi. Nõ enim id Christus agebat, vt doceret se moriturum esse, sed vt non ante decretum sibi tempus moriturum. Suam igitur libertatem; Herodis vero necessitatem declarat. Libertatem quidem suam, quod ipse sibi ad moriendum pro suo arbitrio tempus constituisset. Herodis vero necessitatem quod in eius non esset potestate tempus illud anticipare. Huic símilis est illa sententia Ioan. 9. 4. *Me oportet operari, donec dies est.*

Quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.] Gr. ὅτι ἐνδέχεται, hoc vertamus, non contingit, siue impossibile est, nihil ad sententiam refert. Nec enim sensus est, aut nunquam omnino contingere, aut fieri nullo modo posse vt extra Ierusalem Propheta pereat. Sed vocat Christus impossibile, aut non contingens, non quod contingere omnino non possit, sed quod raro fiat, adque per hyperbolem, vt eius ciuitatis ingratum erga Prophetas animum notet, quæ vsq; adeo eorum esset cædibus sitiata, vt id sibi gloriæ duceret, agreq; eius ciues ferre viderentur, si quis Propheta ab alio, quam ab ipsis occideretur. Nam Ieremiam quidem in Ægypto, Ezechielem in Chaldæa occisos esse, tradit Epiphanius in eorum vitis, & Dorotheus in synopsi, & quo tẽpore Iezabel in Samaria regnabat, graues ea prophetarum occisos legimus 3. Regum 19. 10. Actor. 7. Stephanus quidẽ Græce loquens, cui verbum ἐνδέχεται familiare est, semper ponit pro eo, quod fieri non potest. Eodemque sensu Tertullianus Latine ex Luca reddens solet dicere, *non capit*. Qui Prophetam hoc loco solum Christum intelligunt, vim mihi sententiæ nimis astrictando videntur enervare. Non enim tantum ob suam, sed etiam ob omnium Prophetarum cædem accusat Christus Ierosolymitanos ciues. Nec futurã tantum cædem suam, sed etiam præteritam omnium Prophetarum illis exprobrat. Quin ex frequentibus Prophetarum cædibus ibi petitis argumentatur fieri non posse, vt ipse, cum Propheta, ateq; adeo Prophetarum dominus sit, alibi quam Ierosolymis occidat. Hic sensus ex sequentibus confirmatur, *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas.* Nec ibi de se loquitur solo; sed illi omnium Prophetarũ cædem tribuit, quia ipsa maximam eorum partem occiderat, seque Prophetarum carnificinam exercere profitebatur. Quẽadmodum cum illis dicit, *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est á sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zacharie* Matt. 23. 25. & supra c. 11. 50. 51. Monet Theophyl. non imponi Ierosolymitanis ciuibus peccandi necessitatem; sed significari ideo fieri non posse, quia illi nolunt. Id dubium non est hanc esse verborum sententiam; at quomodo superioribus hæreat? Augu. & Beda, quæ, existimant superiorib. illud verbis, *ambulare* idem esse quod ire Ierosolymam, facile verba coniungunt; causam enim reddi putant, cur dixerit Christus se Ierosolymam iturum esse, quia fieri non potest, vt Propheta alibi moriatur. Nobis vero, qui eã supra opinionem tetigimus, soluendus adhuc nodus relinquitur. Puto hæc verba ad id, quod proxime præcessit, esse referenda, sed sensu penitus alio. Dixerat se moriturum, sed non statim, vt illi minabantur; quia adhuc oportebat se hodie, & cras, & sequenti, id est vsq; ad destinatum tempus facere miracula, & explere patres omnes officii sui. Idem hit verbis confirmat, non posse se statim occidi; cum in Galilæa esset, & fieri non posset, vt extra Ierosolymam Propheta occideretur. Quæ reliqua sunt vsque ad finem capitis, apud Matthæum á nobis tractata sunt.

Ierusalem maximam partem Prophetarum occidere.

Propheta extra Ierusalem perire.

Verbum ἐνδέχεται. fieri non potest.

CAPVT XIV.

1. *ET factum est cum iniret sabbato in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.* 2. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* 3. *Et respondens Iesus dixit ad Legispertos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare?* 4. *At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit.* 5. *Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati?* 6. *Et non poterant ad hæc respondere illi.* 7. *Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos.* 8. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo,* 9. *& veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.* 10. *Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:* 11. *quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* 12. *Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte & ipsi reuocent, & fiat tibi retributio.* 13. *Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles claudos, & cæcos:* 14. *& beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* 15. *Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.* 16. *At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* 17. *Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.* 18. *Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum.* 19. *Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.* 20. *Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire.* 21. *Et reuertens seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus pater familias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* 22. *Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est.* 23. *Et ait dominus seruo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* 24. *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* 25. *Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos:* 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* 27. *Et qui non baiulat crucem*

Prou. 16. a. 7. Mat. 23. b. 12. Iaf. 18. c. 2. Ezech. 4. b. 7. Vrsin. b. 3. Matt. 22. a. 2. Apoc. 19. b. 9.

Matt. 10. d. 37. Mat. 10. d. 38. & 16. d. 24.

crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. 28. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum,* 29. *ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei,* 30. *dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare?* 31. *Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?* 32. *alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt.* 33. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* 34. *Bonum est sal. Si autem sal euanuerit, in quo condietur?* 35. *Neq; in terram, neq; in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Mat. 8. 8. 14.

Matth 5. 13. Mar. 9. 49

IN CAPVT XIV.

1. *ET factum est, cum iniret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum.*] Hic locus, vt Lienæus li. 3. cap. 14. admonuit, propius est Lucæ. Non signauit tempus, quo hæc acciderint, quod tamen solet omnium Euangelistarum diligentissimè facere. Eo ipso, quod id hoc loco non fecit, intelligere debemus, cũ nihil repugnare videamus, hæc eo dem loco, ac tempore accidisse. Potuit quidem res diuerso gestas tempore propter argumenti similitudinem narrando cõiungere, q & ipsum aliquando, & Matthæũ atq; Marcum sæpe facere solere frequenter admonuimus. Nã e. superiore v. 14 simile narrauerat exemplum multitudis sabbato curatæ, sed id eo fecisse credere debemus, cum apparet aliunde diuersis tẽporibus factas; quod cum hic non appareat, non est temere credendum. Sententia facilis, cum inuitarus fuisset Christus á principe quodam Pharisæorum, non recusauit. Nam inuitatum cum fuisse verosimile est, non enim ad Phatisæos homines sibi tam iniquos non inuitatus adisset. Satis magnæ fuit humanitatis inuitarum ad inimicum ire. Quod cur fecerit sæpe aliis locis similib. expositimus. Venerat *quærere, & saluum facere quod perierat.* Præter eam alia hoc loco ratio impulisse videtur Christum. Sciebat, vt Deum nihil latere poterat, quinn eo conuiuio futura essent, quamq; faciendi miracula in Phatisæorum oculis, ac die sabbati occasionem esset habiturus. Noluit idoneam negligere occasionem verbis, factisq; docendi eos, & ipsorum in sabbati obseruatione superstitionem coarguendi. Quo animo princeps Phatisæorum inuitauerit, nulla coniectura suspicari possumus. Euthym. non omnino quidem malo, sed tamen gloriæ cupido id eum fecisse putat, vt ostenderet se nõ ex illis esse, qui Christum inuidere viderentur. Alij ad hoc ipsum inuitasse Christum existimant, vt insidias illi domi fixæ ponerent, & hamum quodammodo, quo illum caperent, in ipsis, quas illi dabat, escis conderet, experiens num libbato curaret, aut aliquid aliud faceret, dicereve, vnde accusationis contra eum materia sumi posset. Facit probabilem suspitionem, quod dixit Euangelista, *& ipsi obseruabant eum*, quasi ipsa nimis diligenti obseruatione declarauerint, quo Christum animo vocassent. Opinio est Phatisæorum moribus non indigna. Quod eum qui Christum inuitauit, Euangelista princip em Phatisæorum vocat, intelligendũ est non solum eum e os inter se sacerdotes, sed singulas etiam sacerdotum familias, singulas synagogas, singulas sectas, ac singulas pene artes suum quendam principẽ habuisse, qui omnibus dignitate, auctoritateq; anteceller et. Nam & Zacheus ille *princeps publicanorum* appellatur c. 19. 2. & principes *synagogæ*, supra leguimus, c. 8. 41. & alibi principem Iudæorum, Ioan. 3. 1.

Et ipsi.] Phatisæi, qui simul erant inuitati, vt vero simile est, & vt tradit Euthymius: Legispersiti, & Phatisæi, vt exponitur v. 3. Obseruabant autem eum, non vt venerarentur; quod verbum etiã obseruandi signi ficat, sed vt accusarent, vt Christus declarauit. Græce nulla est ambiguitas, ἐνῆν γὰρ ἐκεῖνον παρατηροῦντας αὐτοὺς.

Princeps Pharisæũ qui dicatur.

2. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*] Sunt qui suspicentur á Phatisæis submissum fuisse, vt Christum ad curandum hominem prouocarent, materiãque inde experent accusationis. Sed id Euangelista non tacuisset, qui non tacuit Phatisæos intentos fuisse, vt Christum obseruarent. Hydropisis quis morbus sit, nemo opinor, nescit, & Beda multis verbis declarat. Si quis autem eius allegoriam requirat, Aug. hoc loco legat, & Aug. libr. 2. qq Euang. c. 29. Ac ne poetæ quidem id tacuere.

3. *Et respondens Iesus.*] Loqui exorsus. Sæpe ita in hunc Hebraismum explicauimus. Quinquam Beda hoc verbum ad illud refert, quod paulo ante dictum est, *Obseruabant eum*, quasi eorum obseruationi, & cogitationibus dicatur respondisse. Videbat Christus intimas Phatisæorum cogitationes, sciebatque se abillis obseruari, num sabbato curaret, sed non audere eos palam id præ se ferre. Elicit igitur ipsos ad disputationem, & interrogare non audentes interrogat, num liceat sabbato curare.

Luc. 19. 10. Mat. 18. 11.

4. *Ipsi vero tacuerunt.*] Quid enim respondere poterant? *Nec enim lex*, vt ait Euthym. *id fieri prohibebat, & carere eo piè iudicabat fieri.* Et licere respondisse, cõtra se locuti fuissent; cui non licebat, Christum obseruabant? si non licere, timebant, vt exponit Beda futurum erat, ne ipsis Christus obiceret, cur non bouem, aut asinum, qui die sabbati in puteum cecidisset, extraherent? Sic hæreticos coarguere solemus. Nam quæ in nobis reprehenduntur, ipsi faciunt.

Quo animo Christum princeps Phatisæorum inuitarit

Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit.] Pro eo natum, deinde factũ defendit, exemplo nos docens, non esse bona opera propter malignorum hominũ calumniam, aut scandalum relinquenda. Cur *expr hensum*, id est, actu sanauerit, cum solo verbo, vt in puerum illum seruum Centurionis apud Matth. c. 8. 13. sanare potuisset, sæpe diximus. Volunt ostendere, se non solum vt Deum, sed etiam vt hominem vim habere curandi, & humanitatem suam instituméque esse diuinitatis. Dimisit autem, vel vt eius ingeniosus restitutæ testimonium esset sanitatis: vel quia noluit eum interesse, cum Phatisæos coargueret, vt eo ablente liberius agere eius caulam, cum nulla adulationis suspicio sibi esse posset.

Cur *apprehensum*, id est, actu sanauerit.

5. *Et respondens.*] Pergens loqui cum illis, nihil n, illi dixerant, vide v. 5. Cõuincit eos ipsorũ factis, & sumpto simul a maiore ad minus, & a minore ad maius argumento. Nã bos & asinus multo minoris q homo erat; & illi in sabbato bouẽ & asinũ liberabãt, tum puteũ cecidissent: cur ergo ipse hominẽ nõ liberaret? Et bouẽ, & asinũ de puteo extrahere multo maioris operis erat, quã curare hominẽ, eo præsertim modo, quo curabat Christus, aut solo verbo, aut solo tactu, nullo opere, nullo labore; quę sola in sabbato phibebãtur. Ad extrahendum autẽ bouem, aut asinũ multo sæpe

labore *bouis* erat, *ptéa*; puteum pro fossa vt opinor, posuit. Nam in Iudæam boues, & alia animalia minime habilia sæpe, in puteum ruto cadunt: & credendū est, Christū ex re vitata argumentum sumpsisse. Aut certe pro cisterna, quarum in Palestina frequens erat vsus, lex q; exabat Exod. 21. 33. *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, incideritq; bos, aut asinus in eam: reddet dominus cisternæ pretium iumentorū.* Cur autem eo potius, quam alio vsus fuerit exemplo, nulla fortasse alia causa fuit, quam quod ea duo animalia maxime omnibus communia, & maxime domestica essent, eorumq; haberetur maior cura. Sicut ex superiore, v. 15. in simili causa, fuisse etiam exemplo vsus est. Quanquam Augustinus lib. 2. qq. Euangel. c. 19. & Beda hoc loco aliam indicant fuisse causam, q; bos aut asinus, qui in puteum cecidisset, & homo qui hydrope laboraret, similes essent. Vterque enim simili modo laborabat humore. Obscure aut ideo Beda Christum hoc exemplo, Pharisæorum auaritiam notare voluisse: quod cum ipsi auaritiæ causa plus iusto sabbato laboris susciperent, se reprehenderent, qui camalis causa sine vllo labore suo sabbato curaret.

Pharisæorū auaritiam notat Christus.

7. Dicebat autem & ad inuitatos similitudinem.] Non est proprie parabola, quæ proponitur, sed aut parabolæ vocanit, quia exemplo conuiuij, & moderationis in eo seruandæ, docet vbique seruandam humilitatem; aut vt ego suspicor, aliquam veram parabolā Christus C propoſuit, quam Euangelista præmiserit, deinde parabolam ad vtilitatē auditorum accommodam dixit, quæ hic ponuntur; quam accommodationem Euangelista parabolam appellauerit, aut certe hæc ipsa, quæ non parabolæ, sed præcepti forma narrat Euangelista, ad modum parabolæ Christus dixit, fuisse quēpiam, qui magnum fecisset conuiuium; aliquem ex inuitatis primum locum, quo indignus erat, occupasse; alium, qui meliore dignus erat, occupasse vltimū; qui eos inuitauerat, illum in inferiorem locum deiecisse; hunc in superiorem transtulisse: illis esse facié dū. Parabola vtilis est, sed facilis. Declarat reipsa Christus, quamobrem ad conuiuium venisset, non vt pasceretur, sed vt doctrina potius sua pasceret ipse conuiuas. Vide quæ sequuntur vsq; ad v. 28. apud Matth. in locis ad marginem adnotatis, illic enim omnia tractauimus.

Cur ad conuiuium venerit Christus.

28. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare.] Quomodo duæ sequentes parabolæ, iis quæ supra dicta sunt, adhæreant, non facile dictu est. Hucusq; vtique spectare arbitror, vt cum Christus dixisset ei, qui se sequi vellet, tollēdam esse crucem, docetur nunc id non esse faciendum sequi se, nec temere suscipiendū sed etiam atque etiam considerandam ei, qui eam velit suscipere professionem. Quemadmodum qui turrim vult ædificare, non aggreditur temere, sed etiam atq; etiam considerat, num possit necessariis sumptibus sufficere, & qui cupit bellum aduersus alium gerere, non temere mouet, sed diligenter prius apud se reputat, num satis habeat virium ad resistendum. Cæterū E quod dixerat v. 26. & 27. duobus modis quidam intelligi posse dicunt, aut ita vt Christus de omnibus omnino, qui se sequi, & Christiani esse velint, loquatur, aut ita vt de iis solis agat, qui discipuli, aut Apostoli sui esse. Si posteriorem sequamur sensum, faciliorem esse parabolarum applicationem. Christianum enim esse, rem esse facilem, nec, vt Christiani simus, diu nobis esse deliberandum, omnes satis adiuuante diuina gratia habere vitium, vt Christianam seruemus legē, *iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*, ait ipse Christus Matth. 11. 30 esse autem discipulum Christi, id est, non tantum præcepta, sed etiam consilia seruare, rem esse difficilem, & arduam, quam omnes pertū

cetera non possint; æstimandas igitur, atq; metiendas suas cuique vires esse, antequā id oneris tollat, ne temere suscepto succumbat. Superiorem, difficilius esse parabolas accommodare. Quomodo n. inhibebit Christus, vt antequā Christiani efficiamur, diu deliberemus, & niſi nos satis virium habere senserimus, fidem non suscipiamus? Primū n. quis, vt Christianus sit, ad iuuante diuina gratia non satis habet virium? Deinde quomodo nos Christus dehortaretur, ne Christiani efficeremur? Deniq; quomodo cū aduersario, id est, cum Diabolo, cum quo suscepta lege Christi bellum gerere parabamus, pax nobis faciēda esset, si nos illi videamus pares viribus esse non posse? An concedendū illi aliquid erit? Credo tamen illum priorē verum esse sensum. Sed quomodo omnes Christiani patrē, & matrem, & vxorem, & quidquid denique earum habent, relinquere debeant, & Christi crucem tollere apud Matt. c. 10. 38. & 16. 24. docuimus. Cæterum in hoc tantum hæc duas parabolas fuisse propositas, vt doceret Christus omnem à nobis diligentiā adhibendā esse, nihil non agendum, vt & Christū sequamur, & in suscepta professione Christiana perseueremus, & omnes eius partes impleamus. Turpe esse & damnosum, aut ab incepto desistere, aut vere non esse, quod vocamur. *Melius erat illis*, inquit Petr. 2. epist. cap. 2. 21. *non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionē retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Hoc ergo duabus parabolis hoc loco à Christo significatur, quod apertius & diuersus dixit D. Paulus 1. Cor. 9. 24. 26. *Nescitis quod ij qui in stadio currunt, ab omnibus se abstinent.* Hanc esse sensum vtriusq; parabolæ, ex earum conclusione, quæ ponitur vers. 33. perspicitur: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Itaq; cæ era, quæ in parabolis illis dicuntur, niſi errare velimus, accommodare ad rem significatam non debemus, vt quid sit turrim ædificare. Nihil enim aliud significat, quam temerarius atq; difficilem suscipere, quale est Christi esse discipulum, quæ non est segnis cura, sed omni studio, diligentiaq; suscipienda, ne ab omnibus rideamur, si, q suscepimus, perficere nequeamus: idemq; significat suscipere bellum. Ideoque in turri, & bello potius, quam in aliis rebus parabolas Christus posuit, quod res sint duæ maxime difficiles, & sumptuosæ palatia, turresque ædificare, & bellū gerere, quæ maximo, ac diligentissimo indigeant apparatu. Quod autem dicit v. 28. *sedens computat sumptus*, nihil aliud significat, quā ex otio, & prudenti consilio omnem apparatū adhibendum. Cogitamus enim sedio, quæ sedentes cogitamus. Sicut *Maria sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Luc. 10. 39. Et cogitare, *si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se.* v. 31. Et videre, vtrum parem diligentiam, & apparatum afferat rei suscipiendæ, vtrū faciat, quidquid facere is debet, qui Christū sequi velit. Mittere vero legationem, & rogare *ea quæ pacis sunt*, id est, quæ ad pacem pertinent, tractare, non est à diabolo hoste capitali nostro pacē petere, quo cum perpetuum nobis bellum gerendū est: nec pacem vnquam licet pangere. Præstat enim bello vinci, quam cum eo pacem habere. Nam & in pace vincimur, hoc etiam pertus, ac turpius, quod in bello quidem, vt milites decet, repugnātes, atque resistentes in pace volentes sine vulnere, sine sanguine superamur. Cæterum rogare, *quæ pacis sunt*, est rem adduam non suscipere niſi paratum. Neque docet Christus debere nos à sequendo se desistere, omnes enim vult sequi se, & vt ait D. Paulus *saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: sed debere sequi bene parātos, ac cinctos lumbis nostris, & lucernas ardentes manibus tenentes, vt supra dixit in re consimili. Neque quæ ē

Quid sit turrim ædificare. Quid sit rem adduam non suscipere nisi paratum.

Quid sit ea quæ pacis sunt.

1. Tim. 2. 4.

Luc. 12. 35.

dum curiosè est, quis ille rex sit, aduersus quem suscipiendum nobis est bellum: quia, vt diximus, bellum aduersus alium regem, id est aduersus hominem potentem suscipere, nihil aliud est quām aggredi rem arduam, atq; difficilem. Quod si quis contendat, oportere personam aliquam certam per regem missū intelligi, non existimo diabolum, vt magna pars auctorum putat, sed Christum potius ipsum intelligendum: ille n. est, cuius causa tantus requiritur apparatus: ille eū A quo bellum suscipiendum, & res difficiles aggrediendæ, crux sua cuiq; tollenda est. Bellum n. aduersus alium regem suscipere non significat, vt diximus, inimicitias, quæ nullo modo cum Christo gerēdæ sunt: sed significat potius ei⁹ amicitię causa aggredi res ardeas, quale est cuicē eius ferte. Hæc vt opinor, verus & literalis vtriusq; parabolæ sensus est. Qui aliud desiderabit sensus, apud multos inuenier, legat m. D. Aug. lib. 2. qq. Euang. c. 31. & Theoph. & Bedam in comm.

CAPVT XV.

1. *ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illum. 2. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cū illis. 3. Et ait ad illos parabolam istam dicens: 4. Quis ex vobis homo, qui habet cētum oues: & si perdiderit* Matt 18. 12. *vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? 5. Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: 6. & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat? 7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. 8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? 9. Et cum inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram? 10. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. 11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: 12. & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. 13. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. 14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere: 15. & abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. 16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. 17. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! 18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum & coram te: 19. Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. 20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. 21. Dixit ei filius: Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. 22. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: 23. & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur: 24. quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. 25. Erat autem filius eius senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: 26. & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. 27. At ille dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit. 28. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. 29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterij, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: 30. sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. 31. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: 32. epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.*

IN CAPVT XV.

1. ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores.] Solebant appropinquare, solebant verba cum illo, eumque imitare, non enim voluit Euangelista factum vnum singulare, sed consuetudinem significare, quam eandem in Christo Pharisæi reprehenderunt. Parabolam sequentem vsque ad ver. 8. explicaturus apud Matth. c. 18. 12.

8. *Aut quæ mulier habens drachmas decem.*] Eodē hæc parabola pertinet, quo superior: merito Christū pius diligentiæ, & studij solitum ponere in conuertendis peccatoribus, quam in iis, qui aut minus peccatores erant, aut minus sibi esse videbantur. Lege explicationem superioris parabolæ apud Matthæum, & hanc ad eundem modum interpretare; idem n. vtrusque, vt diximus, est sensus. Nec magis quærendum hic est, quæ sint decem illæ drachmæ, quam illic quærendū diximus, quæ fuerint centū illæ oues. Drachma vero quid sit, docuimus apud Matthæum cap. 17. 24. Cur B in muliere habente decem drachmas, id est, Regales Hispanicos decem parabolam posuerit, non est difficile coniicere. Oportebat in re nota, & vsitata proponere: & nihil vsitatius, quam vt mulier, quæ decē haberet drachmas, vnam perdidisset, lucernam accenderet, domū euerreret, inuenta drachma cum vicinis gratularetur. Cur illic centum oues, hic decem drachmas dixerit numero vatiato, in promptu ratio est. Solet plerunque pastor vnus centum plus minus oues custodire. Solet mulier vna pauper, quæ labore suo victum quærit, decem habere drachmas plus minusve. Hic totus pauperis mulieris census est. Nec aliud in his numeris mysterium subesse arbitror. Non prohibeo tamen lectorem ad vsum præsertim concionandi populatem mysteria, & allegoricos excogitare sensus, quin & auctores, vnde hauire possit, indicabo. Legat Augustinum lib. 2. qq. Euangel. cap. 33. Gregor. homil. in Euangel. 34. Bedam, Theophylact, & Eu-

& Euthy hoc loco. Gregor. Naz orat. 1. de Pasch. & Nicetam eodem loco. Greg. Nyss. & Cyrill. in Catena D. Thom. Veruntamen prudenter, & ita allegorias conscendunt, vt à sensu literali non discedat. Quod me non piget sæpe monere.

11. *Homo quidam habebat duos filios.*] Conclusionem duarum præcedentium parabolarum alteram Christus parabola confirmat. Conclusio fuerat maius in cœlo gaudium esse propter vnum peccatorem, qui egerit pœnitentiã, quam propter nonaginta nouem iustos, qui pœnitentia non indigerent. Hoc confirmat exemplo patris summa lætitia, & gratulatione perditum filium recipientis. Hic finis parabolæ est, cui quasi appendix pars altera contingitur filij maioris ob receptum à patre tanta lætitiæ significatione fratrem indignantis, & obmurmurantis. Cuius personam Pharisæi reprehenduntur, quod murmurassent, propterea quòd Christus publicanos, & peccatores in consortiũ suũ recipiebat, quod, vt ait Beda, proprijs huius parabolæ est superiorib. additum. Tres potissimum in parabola personæ sunt, in quib. eius sententia tota versatur, pater, & filij duo. Nam cæteræ, de quibus mentio erat in ea fit, vt herus ille, cui vnus ex fratre in regione longinqua seruiuit, & serui illi, quibus pater dicit v. 22. *Citò proferte stolã primam, & induite illum*, & subicines, & si quæ aliæ introducuntur, ad tres illas primas reuocantur, & velut partes quædam illarum sunt, itaque propriam fortasse significationem nõ habent. Singulæ tamen cum omnibus circumstantijs, quæ illis suæ significationis, siue ornatus causã tribuũtur, explicãdæ sunt; diligenterq; discernendum, quod sæpe monuimus in omnib. parabolis in primis fieri oportere, quid ad aliquid significandum, quid ad ornandã, explendamq; parabolam dictum fuerit. Hominem illum, qui duos habebat filios, dubium non est, idq; omnes concedunt, Deum significare. Id enim agebat Christus, vt doceret Deum libenter ad se per pœnitentiam redeuntes recipere peccatores. Sed placet sanè mihi, quod Ambros. videtur indicare Christum ipsum eum esse hominem: ipse quippe erat, qui peccatores non reuerterẽtes, sicut perditas pastor oues quærebat: reuertentes vero lætus excipiebat, & ad defendendum factũ suum tres has ce parabolas posuit. Ipse igitur est, qui per hominem illum significatur; vnde etiam sequitur illum esse Deũ cum proculdubio homo ille Deus sit, quem salute hominum lætari docet. cum dicit: *Homo quidam*, videtur in voce *Homo*, tacitã quandam inter Deũ, & homines antitheſim insinuare, quasi dicat, si homo quidam, qui crudelis, & iniuriarum memor esse solet, hoc fecit, quid Deũ natura sua benignum, ac misericordem facturum putatis? quanta lætitia redeuntes ad se per pœnitentiã peccatores amplexurum? vt supra c. 11 13. & Matt. 7. 11. *Si ergo vos, cum sitis mali, nostra bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Duobus filiis pleriq; putant duos populos Iudaicum, & Gentilem significari; Iudaicum maiorẽ, Gentilem minorem natu esse, quia ille iam inde ab origine sua Deum coluit, eiusq; filius fuit, necab eius domo, i. Ecclesia recessit: hic posteà genitus, quia posterior Deum nouit, atq; in illum credidit, accepta à patre parte substantiæ suæ, quæ se contingebat, i. sola natura, sola liberi arbitrij facultate, sine lege, sine gratia, sine vllis supra naturam donis abiit in regionem longinquam, id est, longe à Deo discessit, & homini cuidam, id est, diabolo principi huius mundi, Aristoteli, Platoni, alijsq; Philosophis adhæsit, qui vt ex illius filiquis, i. humanis actibus alebant, plus sonitus, atque vanitatis, quam alimenti, & soliditatis habentibus. Ad hunc ferme modũ Hieron. in epist. de hac ipsa parabola ad Damasum scripta, Aug. li. 2. qq. euang. c. 33. Beda in comment. Bernardus in sect. de diuersis affectionibus animæ. Dedit opinioni probabilitatis speciem, quod Iudæi venientibus ad Ecclesiam Gentilibus, benignè; acceptis murmurauerint. Iussisset magis opinioneu, si quod Tertullianus in libro de pudicitia tradidit, verum esset, publicanos illos, & peccatores, quos ad suam consuetudinem Christus admittebat, fuisse Gentiles. Illos enim occasione tota parabola posita est. Sed id Hieron. y in epist. ad Damas. merito reprehẽdit, multisq; refellit argumentis. Hæc contra Hieronym. & aliorum auctorum interpretationẽ, qui duobus filijs duos populos dixerunt significari, Tertullianus eodem libro recte meo quidẽ iudicio refutauit. *Quomodo*, inquit, *Iudaicus populus Deo dicere potuit, ecce quot annis tibi seruio, & præceptum tuum nunquam præterij?* Quinquam hoc solutione non eget; potuisse quidem dicere, sed non verè; sicut verè iustus non erat, sed iustum se putabat. Magis me mouet quod Gentilis populus ante quam Christianus fieret, filius Dei non fuerit; nec ab eo discedere potuerit, cũ quo non fuerat; & quod dubium nõ sit inter eos, qui per filium natu minorem significãtur, publicanos illos, & peccatores fuisse, quos Christus ad familiaritatẽ suã recipiebat, inter eos vero qui per natu maiorem intelliguntur, fuisse Pharisæos, qui ob admissos à Christo publicanos murmurauerant. Horũ n. vtrorumq; causa has ates Christus parabolas potuit, vtrique autem Iudæi erant. Alij maiore filio angelos, minores hominẽs dixerunt significari, vt auctor ille refert, cuius de hac parabola inter opera Hieron. liber extat, q ne refutatione quidem dignum est. Sicut nec illud, q auctor alius in certus libri de tempore barbarico, qui Augustino falsò tribuitur, affert c. 7. duobus filijs duos illos latrones, qui cũ Christo crucifixi fuerunt, significari. Non ergo dubito per maiorem natu filium omnes iustos, per minorẽ omnes peccatores intelligi, siue Iudæi ante passum Christũ: siue posteà Christiani sint. Nam qui in Ecclesia Dei sunt, filij Dei sunt, Gentiles nec filij, nec domestici sunt Dei: sed illius potius longinquæ regionis habitatores, quo minor puenit filius non Iudaicis, aut Christianis, sed gẽtilibus, i. sæcularibus viuens morib. Hęc multorũ etiã auctorũ sententia est. Tertul. lib. de pudicit. Cyprian. in lib. de vnctione, Theophyl. Euthy. & illius quisquis fuit, cuius extat inter opera Hieron. de hac te liber. At quomodo minor ille, qui à Deo peccãdo discessit, filius Dei dici potest? *quicunq; n spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei*, nec n. nos filios Dei sola fides facit. Quare ego vicissim ab his, qui filium minorem natu Gentilem populum esse dicunt, quomodo Gentiles filij Dei dici possint, qui ne fidem quidem habent: Igitur filij Dei dicuntur non solum initi, quos propria quadam ratione scriptura filios solet appellare: sed etiam peccatores, qui fidem habent, quia fides etiã nos suo quodã modo filios Dei facit; sed filios mortuos, filios perditos, sicut fides ipsa sine charitate vera quidẽ fides, sed mortua tamen est. Quod si quis argutius contendat non esse absolute filios appellandos, qui viui non sunt, non repugnabimus hoc mihi concedat, ea de ratione qui fidem habent, sed peccatores sunt, filios Dei dici posse, qua mortui filij cuiuspiam filij adhuc eius appellantur. Alia difficiliora est quæstio, & parabolam de qua agimus magis continent, quomodo iusti maiores peccatores minore filio significari potuerint, cum omnes tunc essent iniusti? Nam illi ipsi Pharisæi, quos certum est per maiorem filium murmurantem aduersus benignitatem patris significatos, iusti profecto non erant, sed peccatores. Facilis tamẽ solutio est, Christũ non exeritate, sed ex opinione eorũ, quibus

quibuscum agebat, locutum fuisse. Pharisæi autem, quibuscum loquebatur, etsi iniustissimi, maximeque peccatores erant, iustos se tamen esse profitebantur. Quemadmodum enim dicit, non opus esse *valentibus medico sed male habentibus*, non significari aliquos esse sanos; sed aliquos esse, qui se sanos esse existimarent, ita quæ ipsorum sententia opus illis non esse medico, sed ijs vtiq; opus esse, quos illi ægrotos, id est peccatores arbitrabantur, quare mirati eos non debere, si & illi cum medico, & cum illis medicus versaretur. Cur ergo iustos per maiorem, peccatores per minorem filiũ significauit, cum iusti iniustis maiores natu non sint? quin, si antiquitatẽ originis spectes, peccatores haud dubiè maiores natu erant; antiquiores n. iustis sunt, quia prius omnes peccatores fuere, quã iusti. Dici potest, nec res certe abhorret à ratione per maiorem filium iustos significatos, quia prius omnes filij Dei iusti, quã peccatores sunt. Nã etsi peccatores omnes homines fuit ante quam iust; quia omnes *filij iræ* nascuntur, tamen tempus illud, q regenerationem præcedit, non computatur, quia nondum homines spiritualiter nati sunt; nondum filij Dei esse cœperunt. Ab ipsa igitur regeneratione antiquitatis initiũ sumendum est. per quam omnes qui regenerantur, iusti fiunt, ex quibus posteà aliqui rursus peccatores; itaq; iusti peccatoribus antiquiores sunt. Simplicius tamen interpretor non aliter ob causam per maiorem filium iustos, per minorem peccatores fuisse significatos, nisi quia moribus hominum, vnde parabola sumebatur, cõgruebat. Solent iuniores minus esse prudentes; solent illis parentes magis indulgere, & facilius quiduis concedere potentib. Ideo ille, qui imprudenter à patre discessit, cuius n. minus facile parer parte hæreditatis, quã petebat, concessit, minor fuisse dicitur. Pertinebat etiã ad augendam inuidiæ, & murmurationis materiã, ne proinde ad prædendam narrationi probabilitatẽ. Vero enim simillimus erat filium maiorem murmuraturum, quod pater minori filio, quem magis obediẽtem, atq; subiectum esse oportebat, hæreditatem dedisset, vt quo vellet, abiret; quodq; posteà dissipata luxuriosè viuendo eum meretricib. omnia bona, quæ accepisset, tam liberaliter, atq; festiuè excepisset cum; quam si cõtra accidisse diceretur, maiorem natu filium matutinum arare, & rerum vtiq; prudentem peritiam, accerasmq; patre hæreditatem obligurisse. Habitat igitur est in hac re, quemadmodum in omnibus parabolis fieri debet, ac solet, ratio decori, & probabilitatis.

12. *Da mihi partem substantiæ, quæ me contingit.*] Partem facultatum meãrum, quæ mihi iure hæreditatis obtingere est. Substantiam Græce vocauit *οὐσίαν*, ad verbum essentiam, quæ mimi Marium Victorinum Afrum libro 1. ad ephesiãos hunc locum producit, vt probaret nomen *οὐσίας* essentiæ, aut substãtiæ, vnde Christus *ὁμοούσιος*, id est, consubstantialis Patri dictus est, in sacris literis reperiri, quod negare solebant Ariani.

Et dimisit illi substantiam.] Non dixit propriè nisi iuniori, nam maior nec partem suam petierat, nec eã dicitur accepisse, & idipsum sensus parabolæ requirit, vt maior, qui iustos significat, partem hæreditatis suæ à bonis paternis non reparauerit. Primaeu in iunioris culpa fuit, quod hæreditatem à patre petierit, secunda quod concessam acceperit, & à paternis bonis seiunxerit. Quod si idem fecisset maior, in eadẽ profectò fuisset culpa; nec iusti personam re ferre posset. Dicitur ergo illis dimisisse, quia, cum suam alteri fratri partem daturus esset, duas necessario partes æquales fecit; quemadmodum si maior etiã filius suã esset partẽ accepturus. Videbitur alicui parũ hoc verisimiliter à Christo narrari. Nec enim solent patres, dum adhuc viuũt, sua filiis bona dividere, præsertim adolescentulis, & inexpertis. Nec vlla, vt opinor, erat lex, qua id pater facere cogeretur. Respõdeo id Christum præter consuetudinem adiecisse, quia parabolæ sensus exigebat. Nam etsi pater nulla vel lege, vel cõsuetudine hæreditatem suam filiis dividere cogebatur, non vetabatur tamen. Fecit ergo, non quòd oportebat, sed quod licebat facere. Parabola vero ipsa id postulabat, quæ non potuisset pater ille Dei personam exprimere, nisi fecisset. Libere nobiscũ Deus agit, & ad nostram volũtatem accõmodare, discedentes à se non prohibet: redeũtes amplectitur. Et nõ potuisset filius minor bona sua dissipare, quod ad sensum parabolæ inprimis erat necessariũ, nisi ea illi pater indulgentia quadam insolita concessisset.

13. *Et non post multos dies congregatis omnibus.*] Collectis omnibus suis bonis; quę tibi hæreditate obuenerant, & in pecuniam redactis, sumptaq; omni secum pecunia profectus est peregrè in regionem longinquã. Regionem longinquam nihil hic aliud significat, quàm longè à beatitudine arbitror, quam adolescens cum illũ valde fuisse perditũ, nec n. in aliquo proximo loco inter cognatos, inter amicos, aut certè notos constituisset; & ad certũ aliquod genus vitæ applicasse animum; sed more perditorum iuuenũ longè à paterna domo discessisse. Hoc enim agebat Christus, vt immensem describeret maximæ peritiã. Si præter hanc aliquam habet regio longinqua significationem illam habet, quam Ambr. Augustinus, lib. 12. qq. Euang. c. 33. & Hier. in epist. ad Damas. Beda, Theophylactus, & Euthym. afferunt; *Regio longinqua*, inquit Aug. *oblituio Dei est*. Et Ambros. in comm. *Quid est longinquius vbi quam à se recedatur; nec regionibus, sed moribus separatur filius dissentiens esse, non terris? & quasi interfuso luxuriæ sæculario ajtu diuortia habere facilorum? Eiectus qui se à Christo separat, exul est patria, cuius est mundus in regione longinqua*, vt ait Augustinus *illi erant, qui seiebãt in tenebris, & vmbra mortis, cum lux orta est illis*. Isa. 9. 2. Et illi, vt Theophylactus ait, de quibus dictum est: *Qui elongant se à te, peribunt*. Psal. 72. 27. *longè est enim Dominus à impijs, & orationem iustorum exaudiet*. Prou. 15. 29. Qui maiorem fratrem angelos, minorem homines intelligunt, paternam domum cœlum, vbi angeli non discesserunt, longinquam regionem longinquam hũc inferiorem mundũ interpretantur. Sed hoc Origenis deliramentis nostris erroribus videtur sapere. Qui autem per fratrẽ minorem Gentilem populum intelligẽdum putant, solent pleruntq; longinquam regionem idololatriam appellare. Ambr. lib. 1. de pœnit. c. 3. pater nam domũ Ecclesiam, longinquam regionem, quia quidã ex ea Ecclesiam est, & ille dicit. *Bene, inquit, dicitur, quia longè à profectus est, qui erat à sacris alterius se separans. Hoc est enim ab illa Ierusalem, quæ in cœlo est, gratia quadam & dignitate separari dominico, vnde & Apostolus ait: Ergo iam non estis aduenæ atque peregrini, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* Ego quod certũ esse arbitror, primo loco posui; quod probabile, secundo.

Et ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè.] Gr. *διεσκόρπισεν* intemperanter. Neq; hic quærendum est pater, quæ ita illa substantia, quam ille adolescens intemperanter viuendo dissipauit. Est n. descriptio, vt sæpe diximus, maximè perditi, & nepotis adolescentis, qui nihil aliud, quam hominem significat, maximè peccatorẽ. Solent pleriq; substantiam, quam dissipauit liberum arbitrium, cæteraq; naturales facultates interpretari. Sic Aug. Beda, & Euthy. & Bern. in sermo. de diuersis affect. animæ. Quod etsi sano ab illa sensu dictũ est, nolim equidem dicere, ne quis existimet peccatũ perire liberũ arbitriũ; quod nouit dicunt hæretici, & D. Aug. auctore se gloriantur eius habere sententiã,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tentiæ Et vero, si velimus, quemadmodum hîc auctores faciunt, singula subtiliter scrutari verba, reperiemus liberum à bitrium, nec partem illam substantiæ, quæ minorem fratrem contingebat, significari: nec luxuriosè viuendo dissipari potuisse. Nam antequam iuuenis ille à patre discederet, antequam suam ab illo hæreditatem peteret, liberum vtique habebat arbitrium. Maturam enim habebat suam, à qui dem acceptam, sed tamen habebat, & hæreditatem, quæ præter, aut supra naturam erat, petebat: & idipsum, q petebat, libero profecto petebat arbitrio, poterat enim non petere, quemadmodum natu maior frater, non petiit, melius fcilicet suo vsus arbitrio. Non ergo liberum arbitrium petebat, quod iam habebat: non ergo hæreditas illa, quam petiit, quàm accepit, quam dissipauit, liberu significabat arbitriu. Non perdidisse autem illud post luxuriosè viuendo, vel ex hoc ipso loco perspicuum est. Quo enim modo post substantiam omnem suam dissipatam, post gnauem toleratam famem deliberasset? *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum.* Non n. hoc aut dicere, aut deliberare, aut facere sine libero potuit arbitrio. Non ergo perdiderat, sed habebat. Alij per eam substantiæ partem, quam accepit, quamq; dissipauit, imaginem, ac similitudinē Dei signari putant. Ambr. in commen. *Ille, inquit, rotenda luxuriose consumpsit omnia naturæ ornamenta. Vide tu qui accepisti imaginem Dei, qui habes similitudinem eam, noli eam irrationabili facilitate consumere.* Et Aug. ser. 14. de verbis Domini secūdum Lucam. *Quisquis enim vult esse ita similis Deo, vt fortitudinem suam ad illum custodiat, nec recedat ab eo, ei cohærendo, vt custodiat similitudinem, & imaginem ad quam factus est.* Quod ti imaginem Dei non naturam ipsam, sed morum conformationem appellant, quemadmodum multi veteres auctores, & D. etiam Paulus appellare solet 1. Cor. 15. 49. & 2. Cor. 3. 18. ad Coloss. 3. 10. multo melius hæc, quàm alterius interpretatio conueniet, q & Marius Victorinus lib. 2. cont. Arian. & Theophyl. secutus est. Bonos n. mores, in quibus imago illa diuina cernebatur, perdidit luxuriose viuendo. Sed quomodo eos à patre petiit? quomodo accepit? cū ante habuisset, & petendo, accipiendoq; hæreditatem potius perdiderit, quàm comparauerit? Illa n. ipsa fuit culpa, qua bonos mores acquirere vtiq; non potuit, sed amittere. Idem Ambros. lib. 2. de pœnit. c. 5 substantiam hanc, quam iste adolescēs dissipauit, fidem esse putat, quàm à domo patris, id ab Ecclesia Dei discedendo, & luxuriose inter hæreticos, aut Gentiles viuendo perdiderit. Sed iā probauimus nec hunc adolescentē omnes peccatores designari: at non omnes fidem perdunt. Certum tamen est, q primo loco dixit, nihil aliud hîc, quàm perditissimū adolescentem, & per eum peditissimum peccatorem designari.

14. *Facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.*] Variæ etiā huius famis interpretationes sunt. Augustlib. 2. qq. Euang. c. 33. *Fames, inquit, in illa regione est indigentia verbi veritatis*, quod iisdem verbis in comm. dicunt Beda & Theophyl. Ambrosius vero sacramentorum priuationem interpretatur lib. 2. de pœniten. c. 3. *Nec mirum, inquit, si fuit perfidia, qui diuino alimento egebat.* Alij vacuitatem virtutum, quas luxuriosè viuendo perdiderat; vt Euthymius. Ego tantum extremum eius adolescentis miseriam declarari puto, causamq; tacite teddi, cur scruite, & porcos pascere coactus sit, quia præter quam, quod omnia illa bona sua dissipauerat, magna etiam in ea regione fames erat, ita vt ne diuites quidem facile possent viuere, ne dum miser ille adolescens pauper, nudus, longè à patre, longeà patria, longe ab amicis, in aliena regione ignotus, & peregrinus. Nihil ergo aliud Christus hoc dicens facere voluit, quā sequentē narrationē probabiliorem reddere. Probabilius n. erat eum & consumptis facultatibus suis, & fame non solum ipsum, sed totam ipsam regionem vexante dominum, cui seruiret, quæ inisisse, & vsque ad pascendos porcos se demisisse, quam si fames in regione non fuisset.

15. *Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius.*] Quod dicit, *abiit* Hebraismus est, quemadmodū si diceretur, decreuit hetum quærere. Sicut Hispani dicunt, *Tema, y pone se con vn amo*, aut, *Viene y hazese vesino esso.* Nam vt illud *Tome*, & illud *viene* nihil fere ibi significat, sed tantum est idioma, & ornamentum linguæ, & illud הלך *abiit* Hebraice, Theophylactus exposuit abiisse, id est in peccato profecisse. Quod si in sensu literali fundamentum habuisset, apte admodum dictum videretur, sed nec cum sensu literali conuenit, & adhærere ciui regionis illius virtutis potius, & industriæ, quam peccati fuit: certe non tam peccati fuit, quam extremæ miseriæ, ad quam eo illum adolescentē peccata perduxerant. De ciue illo solicite quæri nolim quis sit, quemue significet. Hæc enim omnia ad complendam, vt in similibus parabolis sæpe monui, narrationem, & ad exprimendam eius adolescentis miserabilem conditionem dicta sunt. & quia fieri solet, vt eiusmodi homines in extrema fame herum aliquē à quo vel micis, vt canes, alantur, sibi quærant, & erat vero simile idem illum fecisse adolescentem. Alioqui tamen interpretationes, si quis magis amat, supra in tio parabolæ posuimus. Præter eas alias apud alios obscuriores auctores lector inueniet. Quod dicit, *ad hæsit*, id est *ei se conglutinauit* emphaticum esse puto, exprimit enim diligentiam, industriam, autem, qua se solent eiusmodi miserabiles homines in domos diuitum insinuare, quidnis vt faciant, tantū vt fame non pereāt.

Et misit illum in villam suam.] Hæc etiam verba emphatica sunt, significant enim ciuem illum nescisse quodammodo quid de perdito illo adolescente ageret, qui se fame impulsum domum suam insinuabat: itaque misisse in villam, id est ad vilissimum abiecisse ministerium, vt pasceret porcos. Quibus duabus teb. tantum, vt plerisq; etiam superioribus, declaratur extrema eius adolescentis miseria, qui à patre suo inconsultus discessisset. Hæc tamen omnia plerisq; oēs interpretes propriā etiam habere putant significationem Villam alij hunc esse mundum vt Amb. *Ille in villam mittit, inquit, Beda, ad substantiæ mundi alios potentes subiugari. De qua re alia parabola quidam spirituales copulat, ad quas inuitabatur, sostidium dicit. Villam ens, & necessario habens exire, & videre eam.* Augustinus vero, eo loco, quē sæpe citauimus. qq. Euang. villam esse dicit *medium potestatis diabolo.* Hieronymus autem in epistola ad Damas. nihil aliud esse in villam mittere, quam posse illum in eius cespites seruum que facere sum. Porcos plerique dæmones, vt Ambrosius, & Augustinus; alij carnales cupiditates, vt Beda, & auctor ille libri de tepore barbarico; alij sensus intelligunt, vt Bernar. in illo sermo de diuersis affectionibus animæ. Mihi solum miserabilis significatur status illius adolescentis, & p eū miserabilior eorum conditio, qui sese Diabolo in seruitutē tradiderūt. Maior enim est veritas, quā figura.

16. *Et cupiebat implere ventrē suum de siliquis, quas porci manducabant.*] Quam apte miserabilem & famelicum hominē depingit. Non dicit, cupiebat edere, nec, cupiebat saturari, quia etiam qui famelici non sunt, edere, ac saturari cupiunt, sed dicit, *cupiebat implere ventrē.* Solent enim, qui admodum famelici sunt, vpere vacuū omnino ventre vel re qualibet implere: nec vllū ciborum habere discrimen, modo rabidā famē sedēt. Quæ sint, quæ hoc loco siliquæ vocantur, pauci mihi interpretes videntur intellexisse, plerique enim aut fabis, aut pisa, aut alia id genus legumina esse putāt ex iis, quæ vag. nam habent, quod & Ambros. vulgariter rote secutus est. At quis non videt non solere porcos eiusmodi alia leguminibus, præsertim magnæ famis tempore, cum in magna etiam annona delicati homines illis in cibum vtantur non alantur, inquiunt, grana, sed vaginis, hoc est siliquis excussis granis. Ne id quidem fieri solet, & si soleret, tamen quis homo illis vescitur? Semper ego existimauit eas hic siliquas appellari, quas Hispani Arabico vocabulo *Algarouas* vocant. Nam & Latinè siliquæ, & Græcè κεράτια, dicuntur, quo hic verbo Euang. illa vitas est, & porcis in calidioribus regionibus, vbi magna earū est copia, dari solent; sicut alibi glandes: etiā homines, præsertim pauperes, & pueri vesci solent, dulcis enim sapotis sunt, & vagina ipsa, teste Plinio, editur, grana reiciuntur. Magna in Italia & Hispania multo maiorin Africa copia est, & in plateis passim venales sunt. In arbore nascuntur vt glandes, non tantæ tamen proceritatis, & latioribus, ac molliorib⁹ foliis, quæ & ipsa Græcè κεράτια, Latinè siliqua vocatur, vt Columella, Plinius, & Victor Vticensis in Africana historia auctores sunt. Mirum autem videri potest, non potuisse adolescentem illum siliquis satiari, nec illi quenquā dedisse, cum porcis proucreatur. Expedita quorundam videtur esse responsio, tūc porcos non edisse siliquas, nam si edisset, & adolescentem illum edere ad saturitatem potuisse; sed solitos in illa regione edere, sensumq; esse, cupuisse illum miserum iuuenem ventre in de siliquis implere, quibus vel porci vesci, saturariq; solerent. Facilis inquam, sed non satis, vt mihi videtur, plena sententia. Nec enim dicit Christus cupuisse ventrē implere de siliquis, quibus porci vescuntur, aut quibus vesci soleb ant, quod si dixisset, non actum, sed consuetudinē significasset. Sed dixit, *de siliquis quas porci manducabant.* Quod verbum actum videtur, non consuetudinem significare. Accidit, q satis apparet, vt mihi. Christum eius adolescentis miseriam quàm maximè exaggerare, miseria autem hæc erat maxima, vt cum videret porcos siliquas edere, ne illis quidem ipse saturari posset; quemadmodū ca. 16. 21. dicitur cupiuisse Lazarus de micis, quæ de mensa diuitis cadebant, saturari, neminemq; illi dedisse. Solent assernati vt glandes, & porcis certis dan horis, itaq; non potterat miser adolescens aliunde habere, q ex ipso loco, vbi iis porci vescebantur, si quas poterat porcis ipsis suffurari, quib. antequam saturatus esset, à porcis consumptæ erant. Putant omnes fere auctores illi, quos supetiore versu nominauimus, Augustin. Ambros. Hieron. Beda, seculares, & inanes scientias per siliquas significari. *Siliquæ*, inquit Aug. *sunt doctrinæ seculares steriles, inanitate rationum, de quibus laudes idolorum, fabularum, ad Deum gentium vanis sermonibus aptæ, carminibus peterepant, quibus dæmones delectantur.* Alij voluptates, vt Euthym. Alij peccata ipsa, quibus peccator, quo magis peccat, magis exsaniat cupit, vt Theophylactus. Ego eandem viam, quam initio ingressus sum, insistens nihil aliud, quam miserabilem illius adolescentis conditionem, & per eam miserabiliorem prodigalissimi peccatoris statum significari arbitror, qui ad vltimam morum ptauitatem veneris: adeo omnibus Dei beneficiis, omni gratia, i. omni spirituali primæ cibo, vt ne siliquis quidem, i. naturalibus donis, quib. Philosophi, & cæteri porcis similes homines abundant, satiari possit; ita nimirum peccatis exæcatus, vt ne id quidem videat, quod omnibus hominibus naturæ lumen ostendit.

17. *In se autem reuersus.* Iutellectum dante vexatione. Quod de illo quidem adolescente, ex quo parabola sumpta est, dictum est vero similiter, & ad consuetudinem apte. Credibile enim erat iuuenem, qui tot in domo patris sui bonis abundasset, cum videret se in regione longinqua apud alienos in abiectissima seruitute perire fame, ad se fuisse reditum, atq; dictarum apud se ea, quæ Christus dixisse narrat. Quod si parabolam ad peccatorem, propter quem proposita fuit, accommodemus, significat vexationem illi in telle ctum dare. *Cum occiderit inquit ait, querebat eum, & reuertebatur, & diluculo veniebant ad eum.* Psal 77 34. Illud etiam obseruandum, quod Aug. lib. 2. qq. Euāg. c. 33. & Beda animadnertunt, quid discriminis sit inter peccatorem, quia aliquando diuinam experrus est gratiam, & quam suauis sit Dominus, degustauit: quam bonum adhærere Deo sit: & inter eum, qui nihil expertus huiusmodi, sola peccata, solas voluptates, solam porcorum vitam nouit. Ille nimirum tanto facilius, quam hic ad mentem redibit; quanto facilius est, quæ aliquando nouimus, etiā postquā obliti sumus, recordari; quam quæ nunquam nouimus, discere. Magni refert bene in pueritia à parentibus institutum fuisse, sacramenta frequentasse, inter vitos vixisse religiosos. Hæret semper in palato mentis gustasille cœlestis; & quamuis longe à primo illo vitæ instituto, quasi à domo paterna, discesserimus, semper nobis memoriā suggerit vitæ præteritæ, quales fuerimus, quales simus, semper vt ad eam redeamus, inuitat. Si ille adolescens nunquā paternæ domus abūdantiam fuisset expertus, nunquam ad se reuersus dixisset: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo. Vnde hoc scire potuit*, inquit Aug. li. 2. qq. 033. & Beda, *in quo erat tanta oblatio Dei, sicut in omnibus idololatra fuit, nisi quia illa recogitatio eam resipiscentia est?* Colligimus ex hoc loco verum esse, quod aduersus nouos hæreticos in Concilio Tridentino sess. 6. c. 6. & can. 8. Ecclesia definiuit, non malum, sed bonum, ac salutarem esse timorem illum, quem seruilem appellamus; quo aut metu pœnarum, aut aduersus conscientiæ reb⁹ ad Deum conuertimur. Laudatur enim ille adolescēs, & nobis in exemplum proponitur, quod fame compulsus ad mentem primum, deinde ad patrem redierit.

Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.] Oppunit se mercenarius patris sui; & famem suam eorum saturitati. Alij mercenarij patris mei sunt, ego hominis alieni, atque ignoti; illi pane abundant, ego fame pereo. Latinus interpres, *Quanti* dixit pro quot, dictione abusus Latina. *Mercenarij ergo patris*, ait Beda, *abundant panibus, quia qui future mercedis intuitu digna operari sat agunt, quot diuinis superne gratiis refocillantur alimoniis. At vero fame pereunt, qui extra patris ædes positi ventrem cupiunt implere de siliquis, id est, qui sine fine vtuentes vitam beatam vacuæ philosophiæ studiis inquirunt.* Qui fuerint mercenarij in domo patris eius adolescentis, obscurum non est; nempe qui filij non erant, sed mercede illi seruiebāt: qui autem in domo Dei mercenarij sint per illos significati, id anxie vestigari nolim. Nam illi, quos Beda describit, *qui futuræ mercedis intuitu digna operari sat agunt*, & illi, quos Ambr. in comm. *bonos mercenarios appellat, Patres, Iacobum, & Iosuam, quibus dicitur: Vinctepeli me, faciam vos fieri piscatores hominum*, no mercenarij, sed optimi profecto sunt filij, qui in hac ipsa parabola mercenarijs opponuntur. Et illud ij, quos idem describit Ambrosius ibidē, *qui non virtute, sed vitiorum fluxio præuocati bona sequuntur*, nec filij, nec mercenarij sunt, quia pambus, id est, donis cœlestibus non abundant. E go illi per mercenarios in domo Dei significantur, qui infimo sunt gradu, sicut in domo mercenarij sunt: itaque ijdem illi qui mercenarij sunt, in Ecclesia etiam sunt n-

Hebraismus. *Abiit & adhæsit.*

Psal. 77. 31. & 36. 28.

Isai. 5. 24.

Plin. l. 12. 21. & l. 13. c. 9. Solin. c. 30. Plin. l. 15. c. 7.

Quomodo intelligenda sit parabola de prodigo.

Quid sit in villam mittere.

Aug. qq. 24. 18.

Quid porci significent.

Isai. 22. 13.

Quæ sint siliquæ porcorum.

Matt. 4. 19. Marc. 1. 18. & Luc. 5. 10.

Timor seruilis saluus est.

Quinam in Ecclesia mercenarij.

lij, sed per metecenarios significaturr , quia in tribus A
sunt loco. In hoc enim conflixit mercenarij similitudo, & antithesis inter illum & filium, non quod ille mercede, hic gratis patri seruiat; sed quod ille abiectus, vilis, despectus; hic honoratus in paterna domo fuit; ille male, hic bene tractetur. Dicit ergo apud se resipiscens peccator, *quot mercenarij in domo patris mei abundant aut panibus*, i. quot homines conditione abiecti, quot paupetes, quot mulierculæ magna cœlestium bonorum, dum bene sanctèq; viuunt, fruuntur: ego qui filius sum, ego sacerdos, ego episcop⁹, ego doctus, quia à patre dilectus, quia me Diabolo in seruitutem dedi, hic fame pereo, quorum diuinæ gratiæ cibo ac incunditate priuatus sum. *Arctor vndique, quia obliti sum comedere panem meum.* Perij, quia à te Domine discessi. *Omnes enim, qui elongant se à te, perdent.* Hoc est, *Hic*, id est extra Ecclesiam, aut extra gratiam Dei. *In terra in, & vmbra mortis, in loco horroris, & vastæ solitudinis.* Et hoc est, *In domo patris mei*, id est, in Ecclesia, aut in gratia Dei, vbi *non est inopia tam multorum* rerum. Quæ duo inter se opponit luca.

Psal. 101. 5.

Psa. 72. 27.

Exod. 15. Deu. 32. Psal. 33. 10.

18. *Surgam, & ibo ad patrem meum.*] *Surgam.* Hebraismus est, quo veniunt Hebræi, cum alicuius operis exordium significant. Quia cum nihil agimus, sedere solemus cum aliquid agere aggredimur, surgere. *Surge Deus iudica terram.* Psal. 81. 8. *& surge, & operaberis rebus, & in necessitate tuo protege nos.* Deu. 12. 28. Non ut, significat aut Deum, aut idola ante fecisse, sed illud ante non iudicasse temerarium: hoc opem non tulisse. Quod vt facere incipiant, rogat. Dicunt Hebræi & in prima & in omnibus personis קוּם *Surgam*, & surge, & surgat. &c. quod alio verbo in solis secundis Latini dicunt, Age, Agite, Agedum, Agesis. Itaq; magis dictio exhortantis, quam verbum est. Quale illud quod v. 25. declaramus, *ibit, & adhæsit*, nisi quod illud exhortantis non est. Incitat igitur se penditus alioqui adolescens ad andẽdum, ad reuertendum ad patrẽ, ad resipiscendum & peccator, qui pœnitentiã significatur ad confitẽda peccata, agendam quæ pœnitentiã, *Surgam*, inquit Augustinus, libro 2. qq Euang. cap. 32. *quia iacebat; & ibo, quia longe aberat ad patrem meum, quia sub principe peccatorum erat. Cætera verba sunt panitentiam meditantis in confessione peccati, nondum tamen agentis.* Non enim iam dicit *patri*, *fili dixi rum*, *te ipse promuncio*, *cum venerit.* Et Hieronymus in epist. ad Damas. *Surgam*, inquit, *fabe ad patrem meum. Eulchre ait, surgens patre quippe absente non sletterat se coram iacere, nisi rem stare scit.* Ad Moysen dicitur: *Tu vero hic sta mecum*, & in centesimo trigesimo tertio Psalmo: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini.* Similia Theophyl. & Beda tradunt. Sed intelligat lector hæc esse metaphoras, litteralem vero sensum, & propriam, quem intimo posuimus.

Surge, Hisgere Agedum.

Peccatorẽ iacere stare iustum. 49. Deut. 5. 31. 20. 1.

Pater, peccaui in cælum, & coram te.] Beda: *Quam misericordem pium, nouerat patrem, qui nec offensus à filio, patris dedignatur audire vocabulum.* Quod dicit: *Peccaui in cælum*, variè auctores exponunt. Ambrosius: *Non vtiq; cælum: tantum exprimitur, sed peccatis animæ ea ipsa significatur dona spiritus immutata.* Aug. ait, vero eo loco quem modo notauimus: *Virtus hoc est peccare in cælum, quod est coram te, vt cælum appellauerit ipsum sublimitatẽ patris. Vnde est illud in Psalmo: si fama ô cælo egressio eius, cum ab ipso patre vult intelligi: an patrem, peccauit in cælum coram sancto animo, in quo ni est fedes Dei. Coram te autem, in ipso penetrali interiore conscientiæ?* Quam posteriorem Augustini interpretationem Beda, & alij plerique amplexi sunt, Hier. ad hunc modũ: *Peccaui at in cælum, qui templum Hierusalem cultusque delubri Lapides fuerat, & ligna venerabatur. Non fuerat dignus vocari filius D. i. qui seruus esse malucrat idolatræ, Theophyl. & Euthym. Peccaui in cælum*, quia cœlestibus terrena præposui. Ego Hebraismum esse arbitror. Solent Hebræi, dum religione quadam Deum proprio nomine vocare non audent nunc שמים cœli, nunc שם nomen, nunc צור petram, nisi alius eiusmodi nominib. appellare. Eum Hebraismũ Christum existimo, dum Hebræi adolescentis personam fingit, imitatum Deũ cœlũ appellantem. Rursum ꝙ dicit coram te, aliusest Hebraismus לפניך in conspectu tuo, i. contra te. Itaq; perinde est, atq; si adolescẽs dixisset, Pater peccaui contra Deum, & contra te: cõtra Deum, quia neglectus eius præcepta te deserui, & luxuriose viuendo omnem meam substantiam dissipaui: contra te, quia tibi non parui, quia sub tua potestate esse nolui, quia partem hæreditatis, quæ mihi erat obuentura, à te extorsi.

Pelagiani quæ abuertant hoc loco refutãtur.

19. *Iam non sum dignus vocari filius tuus.*] Quia, cum ante filius esset, me ab obedientia tua subduxi, meq; eum in capui, & filius quodãmodo esse desij. Non defierat vere esse filius, nec poterat: sed defierat, quantũ in ipso erat. Quæ non dicit, non sum filius tuus: sed, *non sum dignus vocari*, id est, habeat *filius tuus*, nõ sum dignus esse in domo tua eo loco, quo ante eram: satis mihi fuerit, si eo loco sim, quo sunt mercenarij, *fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Hic est sensus verborum. Quæ si ad peccatorem accommodemus, confitetur se dignum non esse, qui ad eam gratiam, eamq; dignitatem, qua prius apud Deum erat, admittatur, cũ sua eam culpa perdiderit; rogat tamen Deum, vt se vel in minimum gratiæ locum recipiat, vt Euthym. exponit: tantum in illius gratia, tantum sub eius sit potestate, nec iam diabolo, sed illi seruiat. Vide quæ diximus de mercenariis v. 17. & ad eundem modũ hæc intellige. Dat or mihi hoc loco videtur interpretatio Hieron. *Fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Fac me sicut vnũ de fudęis, qui te ob pretentum tantum rerũ promissa venerantur. Non n. qui vere pœnitens est, propter præsentũ tantũ rerum promissa, sed propter Deum ipsum seruire Deo vult. Nihilo magis Theophylacti expositionẽ probo, q per mercenarios Catechumenos intelligit. Etsi q attinet ad Ecclesiasticam disciplinam, scio eum fuisse morẽ veteris Ecclesiæ, vt pœnitentes nonnunq̃, prout præsentia emlpæ magnitudo postulare videbatur, in locũ Catechumenorũ referrentur, & quidẽ in vltimũ aliquando, vt ex antiquis Conciliorum canonibus discimus, & in scholis de pœnitentia adnotauimus. At quis peccator cũ pœnitentiam agit, desiderat apud Deũ Catechumeni loco esse, cui nondum baptizato, nodum vtiq; sunt remissa peccata, ac non potius in gratiam reponi, id n. agit, id optat, vt sibi peccata remittantur. Ille igitur, quem supra explicauimus, verus est sensus.

Pro Deo ex solemni, ad secutus

secundum Hebræos.

20. *Et surgens venit ad patrem suum.*] Vide quæ v. 18. dicta sunt. Non satis fuit dicere, q illic diuerter, *surgã, & ibo*, nisi reipsa surrexisset, illeq; illa n. deliberatio erat, hic est esse actus. *Et*, inquit Ambr. in eum *apud se dicit, sed nil actum dicere, nisi ad patrẽ venias.* Quod ipsũ Chrysost. apud D. Tho. ἐὰν μὴ ἐλθὼν πρὸς τὸν πατέρα καὶ εἴπω τὰ ῥήματα τῆς ἐξομολογήσεως. *Oportet me non solũ velle, quæ Deo grata sunt, vere & ea facere.* Exemplũ non solũ peccatoribus ac pœnitentibus; sed iustis etiã omnib⁹ vtile. Docemur n. simul nos, nobis Deus inspirat animo aliquid boni, ne pereamus pereamus, antequam ardor ille proinspiratus refrigescat. *Nã tardet*, inquit Sapiens *conuerti ad Dominũ, & ne differat de die in diem.* Eccle. 5. 8. Videntur indicare Beda abusos hoc loco olim Pelagianos, quasi peccator viribus suis possit surgere, ad patrẽq; redire. Quæ ex hoc ipso loco refellit, aut enim adolescens ille fic ac me *sicut vnum de mercenariis tuis*, declarans se non solũ in potiorem apud Deum gratiam, sed ne

Quid reliquæ partes significent.

A cet fontibus, quam ex nostro ingenio mysticos sensus hauriat. Augustinus igitur libro 2. qq. Euangel. c. 33. & Hieronymus in epistola ad Damas. Beda in cõment. & nonnulli alij brachia Dei, quæ in peccatoris collum amplexaturus iniicit, Christum interpretantur. Vnus pro omnibus loquatur Augustinus: *Quid est, inquit, super collum eius cadere, nisi inclinare se, & humiliare in amplexum eius brachium suum. & brachium Domini cui reuelatum est? Quod est vtique Dominus noster* IESVS *Christus. Et osculatus est illum, id est, consolari verbo gratiæ Dei ad ipsum indulgentiæ peccatorum. Hoc est posse longa itinera remanentem mereri a patre osculum charitatis.* Aliquanto aliter Ambrosius Christum non amplexantis Dei brachium, sed ipsum, qui nos amplexatur, Patrem esse dicit. *Cadit, inquit, in collum tuum Christus vt cruce tingo exuat seruitutis. & collo tuo iugum suaue suspendat.* Nam ne *tibi videtur cecidisse in collum leuitis, quam o erat leuanus in sinu tesu cernice recumbens reflexa? Et ideo verbum apud Deũ vidit, quæ erectus est ad superna. Cadit in collum, cum dicit, Venite ad me, qui laboratis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos.*

Ioan. 13. 23. Matt. 11. 28. 29.

21. *Dixitq; ei filius Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.*] Hæc verba v. 18. & 19 declaramus. Hic tantum videndum est, quantum habeat illa vulgaris obseruatio simplicitatis, adolescentem illum propterea nõ omnia dixisse patri, quæ dicere decreuerat (nec enim dixit, *fac me sicut vnum de mercenariis tuis*, sicut v. 19. proposuerat) quod, postquã peccator ad Deum rediit, sua tantum peccata confiteatur, de cætero cutam Deo relinquat, vt de se quidquid velit, agat. Aut, vt alij dicunt, quod, postquam Deus illum amplexus, & gratiam expertus est, filius esse velit, nec mercenarij contentus sit conditione. Obseruauit quidem hoc Augustinus, & Augustinum secutus Beda. *Cum, inquit Aug. panem non habeat, vt mercenarius esse cupiebat, quod posit osculum patris gestare sissimum id dignatur.* Sed valde mihi probabile videtur, adolescentem quidẽ dixisse omnia, quæ patri dicere proposuerat: sed Euangelistam non omnia ab eo dicta recitasse: tum opinor fore, vt ex iis, quæ recitauit, cætera etiam, quæ non recitauit, eum dixisse intelligeremus. Solet id scriptura facere, vt cum aliquid ante dictam repetit, aliquid quod ante dixerat, prætermittat. Quid si id adolescens coram patre non dixit, aliã potius, quàm quam Aug. & Beda reddunt, causã fuisse arbitror; probibitũ fuisse patris osculis, & cæteris amoris officiis plura dicere; aut dicere etiãsi posset, noluisse animi de tentem ex singulari patris benevolentia, id non esse necessarium. Solet hoc nobis frequenter accidere, vt cũ aliquo acturi plura dicere cõstituamus, quæ postea cum eo agentes, quia videmus necessaria non esse, non dicamus. Idemq; erga Deũ nobis accidit, vt maiora in nos Dei experti beneficia, minora petere destinamus. Quid n. rogaret patrẽ, vt ab eo tanquam mercenarius reciperetur, qui se iam tanquam filium receptum videbat?

Ea omnia dixisse non debuisse, quæ detexerunt.

B

C

D

E

22. *Dixit autem pater ad seruos suos, cito proferte stolam primam.*] Gr. εἶπεν δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ, stolam aut vestẽ illam primam, quasi certam quandam & eximiam vestem designet. Tanquam dicat, proferte vestem illam omnium, quæ domi sunt, pretiosissimam, quæ illo, aut illo loco recondita est. Erat autem ἡ στολὴ apud Græcos quidem omne genus vestis: apud Latinos talaris tantum: sed aut muliebris, aut sacerdotalis, nam virilis non stola, sed toga vocabatur, vt ex illis Ciceronis verbis manifestum est. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Hoc tamẽ loco non dubito, quin pro toga ponatur, quæ & ipsa Græce stola vocabatur. Hæc omnia, quæ hoc versu dicuntur, nihil mihi aliud significant, quam adolescentem

Cicero. Philip. Quid stola prima significet.

centem illum in filij locum à patre repositum fuisse, ideoq; seruos imperatum, vt illi afferrent, vt vestirent, calcearent eos, & annulo insuper adornarent. Vestirent autem non qualibet veste, sed stola, id est, tali τῆ τρωᾶ, quæ non seruorum, sed nobiliũ habitus erat, eaq; prætextissima. Toga quidem, quia filius erat; prætextissima vero omnium gratulationis causa, quia per ierat, & inuentus fuerat. Id etiam ad concludendum id, quod propositum erat, pertinebat: *magis esse gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*, ver. 7. 10. Annulus ornatum declarat hominis liberi, filij; hominis locupletis, qui in primum honorem iuuenis fuerit restitutus. Si ad Deum, peccatoremq; referantur, hoc vnum mihi videtur significare, quod probare Christus volebat, *maius esse gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*, neque habere Deum rationem vllam præteritorum peccatorum, tam peccator ad ipsum toto animo conuertitur, quo minus eũ in eundem, aut meliorem etiam, quam quo ante peccatum fuerat, statum restituat. Idem illi adolescenti, ante quam à patris domo discederet, nunquam fortasse stola illa prima data fuerat. Itaque disquirere qui fuerint, quibus Deus præcipit, vt stolam primã proferant; quidq; stola ipsa, quid calcei, quid annulus significent, diligentiæ, vt opinor, est ad litteram quidem sensum non necessariæ: tametsi quia graues in ea etiam re auctores laborauerunt, contemnenda non sunt, quæ nobis tradiderunt, sed ad vsum potius popularium concionum referenda. Aug. lib. 2. qq Euang. c. 33. & Beda seruos, *qui stolam proferre cum iussi fuerint, peccatorum suorum prædicaturos*. Euthymius autem lacenitores esse dicit. Stolam vero primam, idem Augustin. & Beda, tum quæ Hieronymus in epistola ad Damasum, & auctor ille quisquis est libri, qui de hac parabola inter Hieronymi opera circumfertur, & Euthymius in commen. aut immortalitatem, quam homo perdiderat in Adamo, aut gratiam, quam quisq; antequam peccaret, habebat, interpretantur. Quibus alia non satis conuenit cum festa litterali. Videtur enim, qui ita exponunt, ex re ipsa stolam illam non à dignitate, sed à tempore vocatam esse primam, quasi dixerit pater; proferte stolam illam, qua prius quàm à me discederet, vestiebatur. Atqui non ita est. Nam, vt diximus supra, non vocauit stolam primam, qua prius vsus fuerat; sed quæ omnium erat pretiosissima, quamque ante nunquam induerat. Hoc enim ipsum parabolæ conclusio postulabat, vt melius, quã antequam discederet, vestiretur, vt probaretur, quod probandum erat, *maius esse gaudium in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*. Quare & vitulum saginatum occidi pater iusserat, quem ante quam discederet, illi nunquam occiderat. Ambrosius non refert ad primum tempus, sed videtur tenentium nimium arctare. *Stola*, inquit, *amictus est sapientiæ, quo nuda corpora Apostoli tegunt, ne quod se vnusquisq; per comoedias, & ludos accommodat, vt corporeo inficiatur amictu sapientiæ spiritualis virtute consistens. De sapientia enim dictum est: Laudabit in vino stolam suam.* Nunc, inquam, videtur arcesse sententiam, dum & ad solos Apostolos, & ad solam sapientiam refert. Cum ipsa diuersitas rerum, stolæ, calcei, annulus, bitendat magnam diuersorum donorum Dei copiam significari, ad quam post pœnitentiam peccator admittitur. Tutissimum est, quod sæpe monco, non nimis præcise tractandas esse parabolas, frangi iæpe tractando; foleregue hoc accidere, quod prouerbio dici soler, vt, qui nimium emunxit, sanguinem eliciat. Ergo contenti simus per stolam primam meliorem quendam statum intelligere, quã in quo peccator etiam ante peccatum erat. Hoc enim vnum, vt sæpe diximus, probare volebat Christus, *maius gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*. Hoc ipsum maius gaudium, & maiorẽ quendam honorem, feliciorem que statum, quam præcedentem stola foletin sacris litteris declarare: *Exunt, inquit, tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & basis virtutis, & ter quàm illius in stolam gloriæ decor enim vitæ est in illa*, Eccles. 6. 30. 31. &, *in medio Ecclesiæ aperuit os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stolam gloriæ vestiet illum*, Eccles. 15. 5. & Apocal. 6. 11. *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum*. Neque de hoc ipso, quod modo diximus, vnus est subtiliter disputandũ, quomodo homo post peccatum in meliorem, quam in quo ante peccatũ erat, statum à Deo reponatur. Hoc enim tantum significatur magis Deum gaudere peccatoris cõuersione, quam aliorum salute: & hoc ipso ad maiorem honorem illum euehere, quod, cum in peccato esset, emeritur, & ad Deum reuerti. Nam si ad eandem, quam ante peccatum habebat, virtutem redit, quod necessario ad intelligendã parabolæ conclusionem ponendũ est, sub hoc ipsum maiore dignitate gloriã, quod surrexerit, cũ cecidisset. Sicut magis mirum honoramus, qui multis acceptis vulneribus vicit, quã qui integro semper corpore pugnauit. *Calceamenta in pedes*, inquit eodem loco D. Aug. *præparatio est euangelizandi ad non tangendam terrenam*. Ad eundem fere modum Hieronymus, Ambrosius, & Beda. *Hæc sunt calceamenta, de quibus Dominus ait: Et calciati sint pedes vestri in Hypacintho, & calceamenta in pedibus eius, nec vbi colubri insidiis plantas ingredientis inuadere. & super scorpiones, & serpentes securus ambulare, vt præparatur ad Euangelium pacis; tam non gradiens secundum carnem, sed secundum spiritum; & stolam ex prophetarum commentis: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona*. Annulum iidem auctores *pignus Spiritus Sancti* esse dicunt *propter gratiæ*, inquit Augustinus *participationem, quæ digito Dei bene significatur*. Aut fidem, vt Hieronymus etiam & Beda putant. *Signaculum* aut Hieron. *fidei dicendum Christi secundum illud, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto. Et ad principem Tyri, qui conditoris similitudinem miserat, Tu signaculum similitudinis, & corona decoris in deliciis paradisi fuisti eo. Isaias quoque de hoc signaculo loquitur. Tunc manifestis erunt, qui signantur. Hoc signaculum in manu datur, quando opera iustitiæ fieri opera significat, vt ibi: Factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ dicentis: Ad Zerubabel, ornatute, inquit, ornamentis, & impone tibi armillas circa manus tuas. Ratio est autem quia manus ad videndum, aliis locis formandi causa inspiciuntur. Per tres autem per medium lemniscum, & signa, vltima in frontibus vt erã gentium, & decorum in omnibus cuiquntatibus, quæ sunt in medio eorum. Quare vt nolles possint dicere: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Vitulum saginatum ipsum Christum omnes omnino auctores interpretantur. Pitulus, vt ait Euthymius, *vocatus est, quia tum quam domitus ingratis pondere peccati, saginatus autem tanquam virtutibus impinguatur, &c.* vt inquiunt Ambrosius & Beda. *quia caro tua spiritualis est optima virtute. Vitulus saginatus*, ait Hieronymus, *qui ad gustum fidei immolatur salus. in ipse salvator est, cuius quotidie carne pascimur, & sanguine potamur. Fidelis mecum lector vtetiligua propendine fatus ate in vsitum laudis eius tam mystica dicentes: Confitebitur tibi vere ibi bonum. & ego, opera mea reg.* Valuit verò tamen aut eorum in celeberrima parabola tũ solum, vt solent, vndicare, sed copiose etiã exponere sententiam, quia etsi litteralis, opinor, nõ est, tamen est vtilis, & potest in concionibus populatibus pro litterali tradi,

tradi. Non errabit meo quidem iudicio, qui intra eos, quã supra tradidimus, interpretationis terminos se continebit. Vt stola, calceamentis, annulo, vitulo saginato hoc vnum significetur, quod parabolæ conclusionem esse diximus, *maius gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*. Hoc simplex, sed certum est, cætera ingeniosis quidem, sed incerta.

24. *Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit.*] Ne seruis mirentur tantum propter vnum semiaudita adolescentem parari conuiuium, rationem reddit, & eum, quem nudum, squallidumq; videbãt, coram ipsis filium appellat suum. Mortuum fuisse dicit, non quidem vere, sed aut opinione sua, quia, cũ per multos annos longe abfuisset, nihilque de eo fuisset auditum, pro mortuo habebatur, sicut Ioseph quem pater à feris deuoratum esse credebat Genes. 37. 33. & 44. 28. aut quia perierat, quod perinde erat, ac si fuisset mortuus, vt secundum membrum prioris explicatio sit, *mortuus* inquit, *erat, & reuixit: perierat, & inuentus est*. Hoc est, *maius gaudium erat super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*, vt & Diuus Hieronymus admonuit.

25. *Erat autem filius eius senior in agro.*] Quid filius hic senior significet, initio parabolæ declarauimus. Hoc nunc obiterũ dum, quod eum, dum alter frater cum patre, & amicis epulabatur, in agro fuisse dicat, id est, laborasse, vt futuræ inuidiæ, & querimoniæ tacitè red deret causam. Quod reliquum est patabolæ, etsi multis amplificatur verbis, simul tamen ac breuiter explicandum est. Si Augustin. & aliorum veterũ interpretum sententiam sequeremur, qui filium hunc seniorem populum Iudaicum esse putauerunt, nõ difficile intelligeremos, quomodo minori fratri, id est, populo Gentilium inuidisset, quod ampliorem in eũ gratiam Deus effudisset. Cum autem diximus supra, per maiorem filium non Iudaicum populum, sed omnes homines iustos intelligi oportere, quæstio ex nostra sententia nobis nascitur, quomodo possint, qui iusti sunt, pœnitentibus peccatoribus inuidere? Hanc ego quæstionem quæstione altera facile soluo, quomodo operarij illi, qui hora prima in vineam Domini venerant, & pondus diei, & æstus portauerant, non solum illis, qui vndecima venerant hora inuiderunt, sed contra ipsum etiam patremfamilias, id est, contra Deum murmurarunt, quod eos sibi merede pares fecisset? Matt. 20. 11. Nam illi non solum iusti, verumetiam beati erant, cum in cœlo iam essent, mercedemq; reciperent. Respondeti non potest, nisi quod nos eo loco respondimus, eam partem proprie parabolæ non esse, nec esse ad rem significatam accõmodandam, sed esse accessionem quandam ad implendam narrationem adiectam, & quia ita fieri solet, vt eiusmodi homines murmurent, & quia ea ratione verisimiliot narratio reddebatur, & quia, etsi non quãtum videbatur, significabat iustos iam quasi beatos contra Deum murmurare, tamen significabat aliquid, nempe ita Deum, si illi murmurarent, respõdere posse, quemadmodum pater ille familias respõdit v. 14. & 15. *Tolle quod tuum est, & ans non licet mihi quod volo facere?* Eodem prorsus modo hoc loco, quod de indignatione, & querela minoris filij dicitur, aut tanquam pars parabolæ dictum non est, sed quod esset verisimile seniorem filium eo casu indignaturũ fuisse; aut certe non ita est ad rem per parabolam significatam accommodandum, vt significet iustos indignaturos, muitaturosque pœnitentibus; sed tanta Deũ ergà pœnitentes peccatores benignitate vsurum esse, vt ipsi etiam iusti materiam quodammodo murmurandi habere videantur, posse tamen ipsum, cur id faciat, rationem illis reddere, v. 31. & 32. *Filius semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Atq; in hanc sententiam Theophylact. & Euthymius exponunt, quem ego proprium, atque genuinum arbitror esse sensum. Alij per filium hunc maiorem non verè iustos, sed Scribas & Pharisæos, qui se iustos esse putabant, significari dicũt, qui contra Dominum murmurabant, quod publicanos, & peccatores ad cõsuetudinem suam foleret admittere. Eorum enim inuidia, & murmuratio occasionẽ parabolæ præbuerat. In qua sententia & Hieronym. videtur esse. Quæ etsi est sane probabilis, illa tamen quam ante posuimus, multo est probabilior. Nã quo argumento Hieronymus probat Iudaicum populũ per maiorem filium significari non posse, quod vere dicere non potuerit, *nunquam mandatum tuum præteriui*: probari etiam potest nec Scribas, & Pharisæos significari; quia non magis profecto illi, quam totus populus, id dicere potuerunt.

Quid annulus denotet.

Parabolæ non sunt vltra præcise tractandæ.

Calceamenta in pedes quid significent.

Non verisimile est per filium senio rem Scribas & Pharisæos.

An possint iustæ pœnitentium inuidere his dissimulari.

Annulus quid significet.

CAPVT XVI.

1. DICEBAT autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. 2. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. 3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. 4. Scio quid faciam, vt, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. 5. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? 6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. 7. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. 8. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. 9. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 10. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. 11. Si ergo in iniqua mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? 12. Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? 13. Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnũ odiet, & alterũ diliget, aut vni adhærebit, & alterũ contemnet: non potestis Deo seruire, & mammonæ. 14. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. 15. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altũ est, abominatio est ante Deum. 16. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. 17. Facilius est autem cælum & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. 18. Om-

Matth. 6. 24. Matt. 21. 6. 32. Mar. 12. 34. Mar. 10. 11.

1 Cor 7.10. *nis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. 19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendide. 20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, 21. cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. 22. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. 23. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, videt Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius: 24. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. 26. & in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc transmeare. 27. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. 30. At ille dixit: Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.*

IN CAPVT XVI.

1. *Dissipasset apud illum bona ipsius.*] Tempus quo hanc parabolam Christus proposuerit, Euangelista non notat, sed eo ipso, quod non notat, & nihil repugnat, intelligese debemus eodem tempore, quo superiores tres, eodēq; loco proposuisse. Confirmat hāc sententiā, q particula *autem*, ita videtur sequēti præcedentib. copulare, vt eiusdem facta esse indicet. Tribus igitur parabolis superioribus Christus docuit, quā diligentia in conuertendis peccatoribus benignitate erga omnes vteretur. In hac tum parte ex Dei benignitate occasionē docet, qua vicissim peccatores diligentius, quā industrius, vt in Dei gratiā redeant, vti debeant. Propterea superiores tres parabolas ad Scribas & Phariseos, quibus earum occasionem dederant, proprie dixit, hanc autem discipulis, id est, omnibus auditoribus suis communiter dicit. Hoc est, q ait: *Dicebat autem & ad discipulos suos*, id est, quæ iam modo dum ante ad Scribas & Phariseos dixerat, vt Hieron. q. 6. ad Algasiam animaduerit. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, &c.* quod Græcum vocabulum est, non tam villicum, quàm rationalem dispensatorem significat, quem & Latine œconomum appellamus. Quod idem Hieronymus in eadem epistola mendans versionem monuit. Quæ res argumento est, nomen ab eo testamentum conuersum non esse, sed veterem tantum eius versionem nonnullis locis emendatam. Idem de cæteris cognatis verbis, quæ in hac parabola ponuntur, intelligendum est. Nam *dissipasset*, quam nostri interpres *villicatum* vertit, totius domus dispensationem & *iustitiam*, quod reddit *villicare*, domui propriæ gubernare significat. Nostri interpretes in hoc loco verbi sensū Pomponio sequti sunt placuit, quæ Hieronymus, cum in cæteris eam verbi, versionem reprehenderit, declarat, quam mutare debuit. Cætera parabolæ verba pro sententia summaque tota simul parabola explicanda est. Quo tendat initio diximus, quod in omni parabolarum genere intuendū. Tria in ea proponi, & introduci personarum genera. Hominem diuitem, villicum, & debitores. Totidem rerum dispensatio male à villico nostrum debitis à villico cæteris debitoribus diminutis ex parte remissis, diligentia atque industria villici à domino laudata. Quibus omnibus accedit parabolæ conclusio ver. 9. *Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defecerit, recipiant vos in æterna tabernacula.* Hominem diuitem esse Deum apud omnes conuenit, & docet ipsa res. Villicum esse hominem certum constat. Nam quod Gaudentius in libro ad Germinium, quo hanc parabolam edisserit, Diabolum esse dicit, nimis alienum esse videtur, sed an omnem hominem significet, non constat. Nam sin proprietate hæreamus verbi, solos videbitur Apostolos, & cæteros Ecclesiæ administratores designare, qui domus Dei curam, & dispensationem habeat, quod propriè est, *οἰκονόμους* vel œconomum esse. Quo sensu Theophilus Antiochenus septimus post principem Apostolorum Petrum eius rebus præpositus, vt Hieronymus ref. nūc vero lib. 3. allegoricum, id testimonium legimus, & Hieronymus ipse indicatur interpretari. Tertullianus vero in lib. de fuga in persecutione villicum populum Iudaicum, debitores Gentiles esse putat. Alij omnes hominem dimitere, vt Ambrosius in comm. Chỹ sostomus apud D. Thom. Augustinus libro 2. qq Euang q. 14. Beda, Theophylact. Euthym. Multa hanc interpretationem humanam, primum quod de solis bonis temporalibus agi videatur, sine parabolæ perfectas, tum res, sine conclusionem consideremus. Facite, inquit, *vobis amicos de mammona iniquitatis*, quasi cum solis diuitibus, & quidem non cum omnibus, sed cū eo modo, qui male parras habent diuitias, loqui videatur. Itaque omnes illi, quos ante citati auctores ex hoc loco collegerunt, homines diuites non esse diuitiarum suarum dominos, sed dispensatores, quod villici appellentur. Omnia esse Dei, quæ illis in pauperes dispensanda tradiderit. *Si fuisti iniq*, inquit, *non dicatur tibi, meum enim est orbis terræ, & plenitudo eius*, Psal. 49. 12. *Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum*, Aggei 2. 9. Vera mihi hæc opinio videtur, nam proprie quidem de diuitibus agit, sed ad omnes etiam peccatores parabolam spectare arbitror. Nam etsi de solis diuitibus concludere videtur: *Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, tamen longius prospexit, & in una specie totum peccatorū genus intelligi voluit, docereque debere omnes, qui peccatis quam debitis tenentur obstricti, omni diligentia, omni ante vti, vt ab illis liberentur. Hinc intelligitur, quid nomine villicationis intelligendum, non solum Ecclesiastici ordinis administratio, vt primæ auctores sententiæ voluere, nec sola temporalium dispensatio bonorum, vt recentiores, sed vniuersæ Christiani hominis officium. Nec inquirēdum, quomodo ab eo officio infidelis villicus removeatur. Nā qui infideliter Christiani fungitur officio non continuo desinit esse Christianus. Nec enim id ad rem parabolæ subiectam accōmodandum est. Quod in hac præpositæ parabola faciendum non esse etiam August. Beda, & Theoph. quibus aliis parabolis omnium rerū similitudines inquirere, monuerūt. Ergo quod homo dives villico suo dicit ver. 2. *Iam non poteris villicare*, aut nihil significat, tantum que dictum est, quia credibile erat hominem diuitem in simili causa id fuisse dicturum; aut idem est, *Non poteris villicare*, ac si diceret, punieris, male administrati officii pœnas dabis; sed dixit, *Non potes villicare*, quia ea imprimis pœna infideles bonorū domini administratores puniri solent, & quia non poterat homo dives, nec solet aliter punire; nec enim villicus magnum est, vt vapulare, vt occidi possit; sed liberum caput, quod non potest à domino suo nisi officii, & honoris, quē ab eo acceperat, priuatione puniri. Hoc modo ad peccatorem applicari potest, qui propter male administratum officium, id est, propter Legem Dei male seruatam, non semper ab officio remouetur, non semper excluditur ab Ecclesia, non semper Ecclesiastica priuatur dignitate, nō semp diuitiis, quas infideliter administrauit, exuitur: sed semper tamen punitur. Accusatur ergo villicus, id est, Christianus à dæmonibus coram Deo male seruatæ legis, non, vt ait Euthy. in iudicio; tunc enim nullum reliquū esset tempus, nullus locus industriæ faciendiq; nobis *amicos de mammona iniquitatis* sed in hac vita, vt Ioannes docet in Apoc. c. 12. 10. *Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.* Significatur q; sententia, quę cōtra nos simul atq; peccauimus, accusante diabolo à Deo iudice pronuntiatur, *Iam non poteris villicare*, iam in seruorum meorū numero non eris, iam gratiæ meę non numeris pane. Quid autē villicus intra se dicit, *Quid faciam*; conditione nobis hominis à Deo deserti repræsentat. Quid enim faciat qui à Domino derelinquitur? *Levavi*, inquit, *oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*, Psa. 120. 1. 2. *Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum, & terram. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius*, Isai. 5. 30. Prima hæc est peccatoris deliberatio salutem quæreris similis illi. *In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarii in domi patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum*, c. 15. 17.

5. *Conuocatis itaq; singulis debitoribus.*] Difficile dictu est, qui illi sint debitores Dei, quibus peccator parē debiti remittit, vt ex *defecerit*, id est, cum à domino suo ejectus, cū condēnatus fuerit, *recipiāt in æterna tabernacula.* Nā si parabolæ conclusionē consideremus, debitores isti pauperes esse videbūtur. *Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, quos enim amicos nos facere iubet nisi pauperes? Atque ita quidem Amb. Hier. & Theoph. intelligunt. Sed obstat, quod pauperes non debitores, id est, peccatores, sed amici patrias Dei esse videātur, propterea enim nos in æternā tabernacula recipiant, non sua vtio; sicut illi, qui, villici ejiciuntur, sed Dei. Deinde quis est, qui centum cados olei, quis q centū coros tritici debeat? aut quomodo potest hoc ad pauperes accommodari? Theophilus Antioch. lib. 3 allegō. & apud Hier. q. 6. ad Algas. in comme. hos duos debitores duos populos esse dicit, Gentilē qui centū cados olei; Iudaicū vero, qui centum coros tritici debebat. Propterea Gentili quinquaginta cados relictos ex centum, q. Iubilæi, & pœnitentiæ numerus esset, qua maxime Gentiles indigebāt. Iudaico vero ex centum coris tritici octoginta relictis esse, quod eo numero Domini resurrectio significaretur, quam admonebatur vt crederet. Hoc fortasse suum eorum videri potest, quæ Aug. & Bed. monuerunt ad rem parabolæ subiectā aptanda non esse, & quæ illi non aptant. Sed mihi vel in primis id videtur ad parabolā pertinere, cum in ipsa conclusione ponitur. *Facite*, inquit, *vobis amicos de mammona iniquitatis.* Cū enim amicos nobis de mammona iniquitatis facere iubeamur, nō debuimus, quin debitores illi, quos si vt villicus amicos fecit, amicos significent; quos nos de mammona iniquitatis facere iubemur. Itaq; non

A caret opetæpretio quærere, quinam illi sint. Sed illud fortasse nonnullos fallit, quod omnibus in rebus hos illis similes esse putāt oportere. Quare dum perfectā quærunt similitudinem, nullam inuenīt. Sine igitur solos pauperes, vt primi illi auctores per debitores, sine quo sūis alios, quos nobis possimus meritis obligare, intelligamus, non in eo similes eos esse oporter, quod eidem domino, cui nos, debitores sint; sed in eo quod homines sint oportuni, vt de ipsis possimus bene mereri, eosque amicos nobis reddere. Eiusmodi villico debitores fuerūt; nullum enim genus hominū fingi potuit, de quo ille facilius bene mereri posset, quam eiusdem domini debitores, quib. nihil fieri poterat gratius, quā vt aut toto, aut parte debiti releuarētur, & in quibus illo sine vllo sio sumptu sola industria, & auctoritate sua poterat debita minuere: nobis veto pauperes sunt. In quos enim melius possumus misericordiam, quam in maxime miserabiles homines exercere? Cæterum & in parabola, & in re per parabolam significata species pro genere posita est. Nam & per duos illos debitores, omnes alii homines similes intelliguntur, quos sibi poterat villicus bene merendo demereri: & per pauperes, quos iubebat nobis de mammona iniquitatis amicos facere, omnes homines quantumuis diuites, quos possimus vllo caritatis officio demereri. Cur autem duos tantum nominauerit debitores, & cur alter oleum, alter frumentum dicatur debuisse, cur vterque mensuras centum, cur alteri quinquaginta, alteri viginti tantum mensuræ remissæ sint, id ego non arbitror vllum habere mysterium, operamque mihi perdere videntur, qui eam in subtiliore earum rerum perquisitione ponunt, vt prudenter Euthymius admonuit. Duos mihi debitores videtur Christus nominasse, quæ sibare volebat diuersos nobis amicos parādos esse, & non poterat amicorū multitudo minus, quam duobus significari. Adde quod quamuis breuitatis causā duos tantum nominauerit, tamen idem villicus cum aliis, quos tacet, fecisse indicat. Itaq; nihil aliud habet numerus ille mysterii. Quod autem alterum oleum, alterum triticum debuisse dicit, non alia causa factum arbitror, quam quod de villico agebatur, qui villas, & agros domini locaret agricolis, foleāt agricolæ oleum maxime in quibus regionibus prouenit, vt in Palæstina, & triticum debere. Potuit & in vino exemplum proponere, fecissetq; si plures duobus nominare voluisset, vt Psa. 4. 8. *A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt.* Quod vero centum vtrumque mensuras dicit debuisse, ideo numerus illum expressit, quia maxime notus, & vsitatus est, narrationemq; redderet maxime probabilem. In maiore numero minus fuisset fidei, in minore minus gratiæ. At cur eundem in vtroq; debitore numerum posuit: vt magis appareret, quantum cuiq; eorum ex eadē summa remissum fuisset, quantum accepisset quisq; beneficii, quod in diuersis debitis summa minus vtique apparuisset. Alteri quinquaginta, id est, dimidiam, alteri veto viginti, id est, quintam debiti partem remissam fuisse aut, vt doceret, non eodem merito omnes sibi obligasse, eademq; ratione debere nos non vno, sed diuersis modis homines promereri. Quid cui, quid cuius esset, haud scio an quisquam ignorare possit, tot iam de mensuris scripsus libris. Breuiter dicam. ר׳ cadus Hebræis vas ad omnia liquida portanda habile dicebatur. Iud. 7. 16. & 1. Reg. 17. 12. 2. 4. 16. & 18. 34. Eadem mensura erat, vt ex Thalmudicis traditionibus discimus, eodem plane modo quo amphora Græcis & vas portabile & mensura dicebatur. Corū Hebræis מדה mensura liquidorum fuisse constat. 3. Regum 4. 22. & 5. 11. fuisse autem eandem mensuram atq; חמר

Quid sit quod centum in debitore illo, quinquaginta vero in altero dicatur.

Quid nimirum villicus ille fecerit, & quid sit.

Cadus & cadus quæ mensura.

Chomer Rebbini tradunt R. David Kimhi. 2. Paral. 27. 4 Isa. 5. 10. Continebat autem Corus, aut Chomer fatra trigintà, quos nostri interpres modios solet vertere Leuit. 27. 16. & Isai. 5. 10. Itaq; Corus habebat decem Ephi. Habebat enim Ephi latra tri, vt apud Mat. c. 13. 33. declaratnimus. Legit qui volet plura apud Iosephum lib. 8. antiq. c. 2. & lib. 15. cap. 12. & apud Iosephum alterum Ben Gorion. libr. 1. Quod ait villicus vers. 6. & 7. *Accipe cautionem tuam, & accipe litteras tuas*, idem est, nam litteras ipsas pro cautionem appellauit interpres varietate, vt aliquando adsolet delectatus, cum idem Græce vocabulum esset γράμμα, scripti. Vocauit autem litteras instrumentum, quo ante se debitor domino ad soluendos centum cados olei, aut centum coros tritici obligauerat, quod apud se tanquam œconomus & dominum facultatum domini sui admutuitarator villicus habebat, quodque prolatum debitori dedit, iussit q; vt deleto maiore numero minorem scriberet. Quid autē licit *Cito*, hominis mihi fraudulenti. & male agentis est? videtur, timentis. ne in scelere deprehendatur, ne quis, dum adulteruntur litteræ, supereniat.

8. *Et laudauit dominus villicum iniquitatis.*] Qui hæc verba Euangelistæ, non Christi esse dicunt, Christum ipsum Dominum de more appellantis, dicentisque villicū nonà domino quidem suo, sed à Christo Domino laudatum, sensum parabolæ mihi videntur enemare. Hoc enim ipsum cuneludere Christus volebat, quasi à minori ad maius argumentando. Si tale villicus ab illo ipso domino suo, cui fecerat minitam, laudatus est, quod rem suam ingeniose, prudenterq; egisset, vt se debitis liberaret, fore vt multo magis laudentur à Deo ij, qui nó eius iniuria, sed potius voluntate pauperes sibi amicos facerent, vt Euthymius interpretatur. Nec quisquam opinor bonus auctor aliter intellexit. At quomodo dominus villicum à quo fraudatus fuerat, laudare potuit? Non laudauit factū, sed prudentiam, & industriam, qua vt pœnam effugeret, vsus fuerat, *quia prudenter*, inquit, *fecisset*, villicū autem iniquitatis? Hebraico vocat idiomate, deest iniquum, data fortasse opera, qui dicturus erat postea. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*

Quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.] Filios huius sæculi, qui huic mundo; filios autem lucis, qui Deo seruiunt, appellari dubium non est; ratioque non obscura; qui secundum hoc sæculū vicit, in tenebris qui secundum Deum, in luce ambulat. Plena scriptura est exemplorum Isai. 9. 2. Matth. 4. 16. *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Lucæ 1. 79. *Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent.* Ioann. 1. 5. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*, & Ioan. 8. 12. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris*, & c. 12. 35. *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Actō. 26. 18. *Aperire oculos eorum, vt conuertantur de tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum.* 2. Cor. 6. 14. *Quæ societas lucis ad tenebras?* Ephes. 5. 8. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Sexcenta sunt alia. Itaq; si antithesim inter filios huius sæculi, & filios lucis consideremus, intelligemus sæculum hoc loco tenebras appellari. Quare D. Paulus Diabolum, quem Christus principem mundi huius vocare solet Ioann. 12. 31. & 14. 30. principem tenebrarum vocat, quasi mūdus, & tenebræ idem sint. Ephes. 6. 12. Filios autem sæculi, & filios lucis per Hebraismum dixit; illos quidem qui sæculo; hos vero qui luci, id est, Deo adeo moribus similes sunt, vt illi ex sæculo, hi ex Deo nati esse videantur. Solent enim Hebræi quod alicui rei simile est, filium eius appellare, quia filii parentibus plerumque sunt similes. Ioann. 12. 36. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis* Ephes. 5. 8. *Vt filii lucis ambulate.* 1. Thes. 5. 5. *Omnes vos filii lucis estis.* Quod sequitur, *in generationes suas*, alius est Hebraismus בדוריהם quod Latine in generatione suo dicunt. Hoc est prudentiores sunt profani homines in malum, quam isti, & sancti in bonum. Est enim ad malum procline humanum ingenium, ideoq; magis in malo proficit, quam in bono. Adiecta hæc verba sunt quasi correctionis, & restrictionis loco. Nam ne quis existimare posset villici illius prudentiā absolutè à domino laudatam, aut filios huius sæculi filiis lucis absolute præfatos esse; addidit, nō quidē vere, ac re ipsa, sed in malum prudentiores esse. Hoc est vt opinor εἰς τὸν ἴδιον αὐτῶν τὸν αἰῶνα in generatione sua. D. Basilius in Ps. 48 generationem suam præsentem vitam interpretatur. & Cyprianus in epist. ad Iubaianū & Origē. apud D. Thom. nemo interpretum quarit, cuius hæc sint verba, hominis ne illius diuitis, an Christi, an Euangelistæ, quod tamen ad intelligendā huius loci sententiam maxime pertinet. Mihi Christi videtur esse opinionem hominis illius diuitis, qui vilicum iniquitatis laudauerat, approbantis: quasi diceret, & merito quidem illius prudentiam laudauit: nam & ad prudentiam qui dem attinet, filii huius sæculi filiis lucis plurimum præstant. Eodem plane modo, quo serpens omnium animalium quæ in paradiso fuerunt, fuisse dicitur sapientissimus Gen. 3. 1. In hanc enim sententiam D. Aug. lib 2. de Gen. ad litteram. c. 2. & Basilius in Psal. & Orig. ho. 8. in Isaiam hunc locum inducunt. At Origen. quidem recte ad hæreticos refert, qui in conflandis, fuendisq; erroribus suis mire ingeniosi, mire prudentes sunt. Hoc enim uero est, quod minime est in hac parabola ad rem significatā accommodandum. Nec enim Christus docere voluit, peccatores, qui filii huius sæculi sunt, prudentiores, diligentioresq; filiis lucis esse in quærenda salute, sed esse debere: monendumq; illis omnem lapidem esse, vt se pœnitis liberent. Nec fraudandum esse Deum, aut furta faciendā, vt habeant, vnde pauperes sibi amicos faciant; sicut villicus ille fecit; sed in hoc solum parabola proponitur, vt intelligamus homini peccatori, & quia Deo condemnan periclitatur, omnem diligentiam, omnem prudentiam, omnem artem licitam tantum adhibendum esse vt peccato exeat, & condemnationem fugiat. Argumentum enim est à minore ad maius, & non à similitudine, sed à proportione sumptum. Si villicus ille mali auribus, vt minimam, & temporalem pœnā fugeret, vtis est, quanto magis peccator, vt maximam, & æternam pœnam fugiat, omnibus bonis artibus vti debet? Et si ille à domino suo, quē defraudauerat, laudatus est, quanto magis peccator, qui non Dominum fraudando, sed illum potius in suis ædendis pauperibus, prudens ac diligens fuerit, ab eo laudabitur? Id omnes auctores adnotauerunt; melius q; ex parabolæ conclusione intelligetur.

9. *Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*] Imitaminī illum, qui ex alieno liberalis fuit; itaque amicos sibi paranit. Mammon, aut mammona Chaldaica vox diuitias significat. Quo etiam significatu vocem fuisse Punicam auctor est Augu. lib. 2. de sermone Domini in monte. c. 22. & ser. 35. de verbis Domini secundum Lucam. Itaq; mammona iniquitatis Christus vocat inique partas diuitias; quas non iubet quidem vt inique & per fraudem, vt ille fecit, acquiramus; sed vt ex inique acquisitis amicos nobis ex pauperibus conciliemus, qui nos, cum defecerimus, in æterna recipiāt tabernacula. Nec vult nos ex solis male partis, sed etiam ex iustis legitimisque diuitiis id facere; quid enim si quis ingentes habeat opes, aut bonis artibus, honestisque laboribus à se partas, aut sibi à parentibus hæreditate relictas; qualis ille fortasse dives erat, de quo altera paulo infra parabola proponitur, qui purpura induebatur & byssō; an non debebit ex illis amicos sibi facere? Quis dubitet? Sed dixit Christus quod dubium erat; tacuit quod dubiū non erat; & quodammodo à minore ad maius argumentatus est; si ex rebus alienis exemplo villici amicos nobis facere debemus, quanto magis ex nostris? Ponebat etiam tanquam certum diuitias eorum, quibuscum loquebatur, iniquè paratas fuisse propterea de sola māmona iniquitatis mentionē facit, & vt ex illo amicos sibi concilient, admonet. Ergo quod dicit *de mammona iniquitatis*, perinde est ac si dixisset, etiam *de mammona iniqui tatis*, id est, non solum ex iniste, sed etiam ex iniuste partis diuitiis. Eadē mihi videtur esse sententia cum illa. c. 11. 41. *Verumtamen quod superest date eleemosynā. & ecce omnia munda sunt vobis.* Nam & illic de rebus per dolū, & rapinam acquisitis loquebatur, quibus Pharisæos plenos esse dixerat, & iisdem diuitiis, quibus sibi damnationem adsciuerant, salutem quærendā esse docebat. Non quod iustis diuitiis quærenda non sit; sed quod iustis eis tam quærenda. Sic Theophylactum, Augu. ser. 35. de verbis Domini, & Irenæum. lib. 4. c. 49. secutus *mammonā iniquitatis*, interpretor N. si qui malit ex 9. 11. interpretari, quod fugax, & fallax est. Hoc enim sensu illic iniquum appellat mammona. Aliam idem eodem loco D. Aug. & Beda in commentariis interpretationem afferunt, vt omnes diuitiæ, quamuis iustis rationib. acquisitæ, diuitiæ, aut *mammona iniquitatis*, appelleantur, quia sola eas iniquitas, id est homines iniqui diuitias esse putant: iustus enim non iustas terrenas, sed illas cœlestes, atq; spirituales diuitias appellare. Aliam Euthymius, & idē Aug in comm in Psa. 48. omnes diuitias mammonam iniquitatis esse, *quia aut iniquitate*, vt ait Aug. *acquisite sunt, aut quia ea ipsa iniquitas est; quod tu habes, alter non habet. tu abundas, & alter eget.* Aliam Hieronym. q. 1. ad Hedibiam, *Omnes*, inquit, *diuites de iniquitate descendunt, & nisi alter perdiderit, alter non potest inuenire. Videtur illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima. Dimes, aut iniquus aut iniqui heres.* Aliam Tertullia. lib. 4. contra Marc. & Ambrosius, quod diuitiæ iniquum hominem faciant. Sed hæc omnia minus propriè dicta videntur, etsi non quidem sensu vera sunt.

Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.] Quid sit, *cum defecerint*, & qui sint amici illi, & quomodo sint nos, *in æterna tabernacula*, recepturi, trex sunt propriæ huius loci quæstiones. Deficere ergo quidam interpretati sunt mori. vt Theophylactus, & Euthy. Sed isto modo omnes & boni, & mali, & iusti & iniusti deficient, quia omnes sunt omnino mortituri. Cum satis appareat ex villici comparatione non omnes, sed qui villicationis officio male functi fuerint, esse defectuos. Alii putant esse condemnatiōn diuino iudicio. Sed quomodo eos, qui condemnati in illo iudicio fuerint amici liberabunt? Cum virgines illas, quæ oleum in vasis suis non habebant, aliæ virgines vtiq; amicæ non liberauerint? Ergo, vt supra indicauī, deficere est aliis bonis operibus destitui, & à Deo, sed in hac tantum vita, condemnari, remouerique à villicatione, vt ille dixit, id est penitari diuina gratia, excludi à diuino consortio, fugari à Deo, vt apud Irenæum ver tur libr. 4. capit. 49. Quod cum nobis accidit, optimum remedium est eleemosina, vt in gratiam cum Deo redeamus. Eodem enim modo, vt ante dixi, hæc sententia intelligenda est, quo illa superior. c. 11. 41. *Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Pauperes esse amicos, qui nos in æterna tabernacula recepturi sint, ex iis quæ supernas dicta sunt, manifestum est, & omnes auctores inter se consentiunt. Ambrosium vnum excipio, cuius est singularis sententia, sanctos esse angelos, meritoque ab omnibus repudiata. Nec enim angelis, sed pauperibus de mammona iniquitatis eleemosynam damus. Tertullian. in libro de fuga in persecutione Gentiles intelligere videtur, à quib. essent iudæi in tabernacula recipiendi, sed non satis affirmat. An autem omnes omnino pauperes, quibus eleemosynam dedimus, sint nos in æterna tabernacula recepturi, nō immerito queri potest. Quid enim si pauperes illi, quibus eleemosynam dedimus, ipsi damnentur? Quomodo nos in æterna tabernacula recipient? nisi nos in infernum, quod absurdum est, propter datas ipsis eleemosynas, dicamus recepturos. Propter hanc opinor rationem D. Augustin. de verbo Domini. 31. solos videtur sanctos intellige. Qui ergo nos recipiet, enim illi, quibus eleemosynam dedimus damnati fuerint? Non sunt tam subtiliter ista quærenda: sed quia quæ plerumque mortimus, dissoluamus. Loquitur Christus de his, qui diuitias habent, quasi omnes iniustis; loquitur de pauperibus quasi omnes iustis sint. Nō quod illi iusti omnes, hi omnes iusti sint, sed quod plerumq; illi iniusti, hi iusti esse soleant. Propterea dicit nos ab illis in æterna tabernacula recipiendos, quasi illi in illis futuri sint tabernaculis. Quod si aliquando non fuerint, recipient tamen nos, quia propter illos recipiuntur. Cœlum vocari tabernaculum ne dubium quidem est, non eo sensu quo D. Paulus Hebr. 9. 11. tabernaculum appellauit. Nam Paulus cœlum tabernaculum, id est, adytum, sacrarium, sanctum sanctorum, quale in templo olim erat, vocat; hic tabernaculum quasi domicilium appellarum est, vt res significata, parabolæ responderet, in qua dictum fuerat; *Petrarpant me in domos suas.* Quo autem modo nos pauperes in eas sint tabernacula recepturi, omnes quærunt. Nec enim penes ipsos potestas futura videtur admittendi nos in cœlum, vel inde excludendi, *Gratiam enim; & gloriam dabit Dominus.* Præsertim cum Christus ipse dicat, *Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.* Matt. 20. 23. Minime dubium quin propria ac debita in æterna tabernacula recipere Dei proprium sit. Itaque reliquum est, vt pauperes nos ideo in æterna tabernacula recipere dicantur, quia propter illis factas eleemosynas recipimur, vt non tam ipsi, quam merita erga eos nostra sint, quæ nos propitios recipiant, vt Chrysost. in comment. in Psal. 8. & homilia in epistolam ad Hebræos, & Gandentium in lib. ad Germanum & Basil. in sacerdotis, & Anastasium quæstionibus interpretantur; illud etiam obiectum propterea non dixisse Christum, vt recipiant vos in sua tabernacula, sicut villicus dixerat; vt *recipiant me in domos suas*; sed *in æterna*, vt indicaret, non ipsos propriè, sed bona opera nostra esse, quæ nos recipiant, aut vt ali volunt, quia suis à Deo precibus impetrant, vt *in æterna tabernacula*, recipiamur. Vtrumq; ego significari arbitror nos & propter nostra in eos merita, & propter ipsorum preces recipiendos. Cum enim dicit, *vt recipiant vos*, indicat procul dubio eos in isdem, vt ait Euthymius, tabernaculis esse, & aliquid pro nobis agere: saltem loqui, saltem orare. Nam recipere nos in cubiculū Regis dicitur, non ipse solum rex, cuius ea propriæ auctoritas est; sed quisquis nobis aut precibus, aut aliquo alio modo obtinet ingressum. Quare duo ex hoc loco & merita nostra, & sanctorum pro nobis suffragia adiuuant nouos hæreticos aperte colligunt. Quo autem modo nos sint eo recepturi vbi ipsi fortasse non erunt, supra docuimus. Tertullian. in libr. de fuga in persecutione interpretationem, quia

Non laudatum est factum villici sed industria.

Quid sit in generationes suas.

Cuius hæc sint verba

Aeque & sum parabola.

Quid sit, si deficerint.

Matt. 25. 11.

Quid sit amicos nos recipere.

Quid sit mammona iniquitatis.

Qui sint amici nos recepturi.

Filii sæculi, & filii lucis. Hebraismus. filii nomen similitudinem significat.

De suffragium suffragiis, & meritis operū.

quia & fi singularis, & difficilis est, eius ponam verba, F non vt sequatur, sed vt sciat lector. *Facite autem vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in tabernacula aeterna.* Quemadmodum ait, *Filius hominis venit quærere & saluum facere quod perierat.* Et, *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Et, *Non sani non egent medico, sed male habentes.* Et, *Qui sani sunt, non habent necessitatem penitentiæ.* Et, *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.* Et, *Qui se iustificant coram hominibus, abominatio sunt coram Deo.* Et, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Et, *Qui se exaltat, humiliabitur.* Et, *Publicani & meretrices præcedent vos in regnum cœlorum.* Et, *Vidua illa plus omnibus misit.* Et, *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.* Et, *Qui iniquus est in minimo, & in maiori iniquus est.* Et, *Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis credet vobis?* Et, *Non habetis, quia non postulatis.* Et, *Postulate, & dabitur vobis.* Et, *Quærite, & inuenietis.* Et, *Pulsate, & aperietur vobis.* Et, *Omnis qui petit, accipit.* Et, *Quis ex vobis petet panem filium suum, & dabit ei lapidem?* Et, *Si vos cum sitis mali, nostis bona data filiis vestris dare, quanto magis pater vester de cœlo dabit bona petentibus se?* Et, *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.* Et, *Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius.* Et, *Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Et, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Et, *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.* Et, *Qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Et, *Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non odit patrem suum & matrem, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non odit patrem suum & matrem, non potest meus esse discipulus.* Et, *Qui non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.*

10. *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.*] Tres sententiæ, quæ tribus hisce ponuntur verbibus, quorsum à Christo adhectæ fuerint, si nō inuenio q̄ ita explicet, res est tamē cum prima dicta necessaria, vt sensus intelligatur. Puto ego voluisse Christum parabolā hoc loco ad suos discipulos accommodare, docereq; quomodo essent à villicatione removendi si eorum ei fas sibi à Deo facultates rectè nō dispensaret. Removeri à villicatione spiritualis est non dari illis dona spiritualia, aut iam data tolli. Non dari autem, vel tolli meritoris, qui minora bona temporalia non satis fideliter administrassent. Huc omnia tendūt. Nūc sententia ipsæ excutiendæ sunt, videndumq; quomodo veræ sint. Prima sēctēria est. *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.* Si dixisset, qui in maximo fidelis est, & in minimo fidelis est: aut, qui in minimo infidelis est, & in magno infidelis erit, nulla haberet scrupulositatis difficultatem. Videretur enim argumentum esse à minori ad maius, id est ab eo, quod min⁹ videtur inesse, ad id quod magis. Cum autē dicat, *Qui fidelis est in minimo,* G *& in maiori fidelis est,* admirabilis, & præter communē sensum videtur esse sententia. Cum enim prouerbiū esse videatur, debeantq; prouerbia exitis rebus sumi, quæ aut semper, aut plerumq; fieri solent, hoc ex eo sumptū videtur, quod aut nunquā, aut raro fit. Quis enim fur nō potius furatur, si inuentar, magna, quam parua? Itaq; solet magnitudo ipsa rei probibilimos, & fidelissimos quosq; fures facere. Si quis pretiosissimū in aliena domo vnionem inueniat, quo vno possit fieri ex misero locupletissimus, si nemo videat, facilius vtique furabitur, quam si vas argenteum minimi pretii reperisset. Credo in eo prouerbio tantum spectatam fuisse hominum opinionem, qui, etsi est difficilius res magnas facere, quam paruas, tamen ex paruis de magnis solent facere coniecturam. Cum aliquem vidimus parua furta facere, coniicere solemus fore, vt etiam magna faciat, & è contrario, cum videmus parua furta non facere, quæ pro peccatis non habentur, non pomum, non obulum negligenter habitum rapere, indicium nobis est magnæ in rebus magnis fidei. Hoc est, *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.* Minima vocat bona temporalia, maiora spiritualia; argumentatur, si bona temporalia, quæ minora sunt, bene pauperibus impertiendo administrauerint, probabile esse fore, vt & spiritualia bene administrent, ideoq; illis eorum administratio comittatur, aut, quibus iam commissa est, non eripiatur. Loquitur de gratia Dei, cæterisq; diuinis donis tanquam de ingenti aliquo thesauro, cuius custodia, & administratio, cui datur, homini committitur; cui non datur, eripitur, tanquam indigno. In hunc sensum omnes veteres, nonnique interpretes exponunt; sed eos versu sequenti, vbi eadem, sed oī. scurior sententia est, nominabo.

11. *Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verū est, quis credet vobis?* Manifestum est verum iniquo opponi māmonę, cum iniquo æquum potius, & iustum opponi debere videretur. Cæterum iniquum vocauit falsum, quia homines deludit ac fallit. Cui rectè opponitur verum. Vocātur autem falsæ diuitiæ temporales, quia facile pereunt, spemq; eorū frustrantur, qui in ipsis confidebant. Verum autem mammona, id est veras diuitias spirituales, quia perpetuo manēt, nosq; in æterna illa inducunt tabernacula. Itaq; similis hæc sententia illi est Matt. 6. 19 20. *Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesaurum in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Ad hunc modū omnes, quos legerim, veteres auctores exponunt, Iren. l. 2. c. 64. Cypr. in l. de opere, & eleemosynis, Theophilus Antioch. li. 3. allegor. Marcus ille Ascetа in disputatione cum eruditio seculari, Cassian. collat. 3. c. 10. Gaudentius in resposione ad Germinium, qua hanc parabolam edisserit, Beda, Theophy. Euthym. Simili. D. Paulus 1. ad Tim. 3. argumentatione vsus est; *Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?*

12. *Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis credet vobis?*] Hæc tertia sententia est, si verba tantum spectes, longe quam prima admirabilior. Quo enim modo sequitur non esse futurum in rebus suis fidelem, qui in alienis fidelis non fuerit? Quis sibi ipsi fidelis non est? Cæterum vt auctores illi, quos superiore versu nominauimus, & D. Augu. lib. 2. qq. Euang. c. 35. interpretantur, alienum vocat quod temporale, nostrum quod spirituale est, quia illas diuitias, cum morimur, hic relinquimus; has nobiscū in cœlū ferimus. *Alienū est, quod temporale: nostrum quod spirituale.* *Nec timuerit cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quia cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius,* Ps. 48. 17. 18. & *dimes cum dormierit nihil secum auferet, aperiat oculos suos, & nihil inueniet,* Iob. 27 19. Hæc ratione bene constat argumētatio: si in alienis, id est in rebus temporalibus fideles dispensatores non sumus, ne q; in nostris futuros esse: quia difficilius vtiq; est spirituālia, quam temporalia bona bene, prudenterq; dispensare. Quo ergo modo Deus spiritualium bonorum administrationem nobis credet, quod est nos villicos suos facere, aut factos à villicatione non remouere, si bona temporalia, quæ nobis commiserat, imprudenter, infideliterq; administrauimus?

13. *Nemo seruus potest duobus dominis seruire.*] Hæc sententia apud Matth. c. 6. 24. declarata est. Sed apparet Matthæū alieno, Lucam suo loco posuisse: cū enim Christum de mammona, id est de diuitiis agere cœpisset, credibile est eodem loco hanc de eodem mammona addidisse sententiam; *Nemo seruus potest duobus dominis seruire, & non potestis Deo seruire, & mammonæ.*

14. *Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum.*] Ideo dicit audisse Pharisæos tanquam rem miram, quia v. 1. dixerat, *Dicebat autem ad discipulos suos:* cū ergo omnia superiora discipulis suis dixisset Christus, non poterat scire lector audiuisse, nisi id Euangelista declarasset. Ergo cū Christus ad solos discipulos suos orationem conuerterat, adstabant tamē Pharisæi, & subauscultabant, quid illis diceret, eo fortassis auidi⁹, quo magis videbant eum ab ipsis auertere sermonē, & quasi fecerum aliquid dicturum ad suos se conuertere. Is sensus magis Græce, quam Latine expressus est. ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες, *Audiebant autem hæc omnia & Pharisæi,* id est non solum discipuli quibuscum loquebatur, sed etiam Pharisæi, quibuscum non loquebatur. Illi igitur, quia & Pharisæi homines iniquo aduersus Christum animo, & auari erant, Christū deridebant. Vbi mali verbi Dei auditoris exprimitur imago. Nihil est, quod magis auditoris fructum impediat, quam si aut offenso in concionatorem animo auditor sit, aut contrario iis quæ dicuntur affectu sit occupatus. Surdis canitur, cum aut auaris liberalitas, aut ambitiosis

Quomodo filius sit in maiore, qui in minimo.

Iniqui diuitiæ mammona falsum, quod homines decludat.

Impedit verbi Dei auditionem.

ambitiosis humilitas: aut impudicis castitas commendatur. Vtrumque in Pharisæis erat impedimentum. Atque hæc fortasse causa fuit, quamobrem ab illis ad solos discipulos suos orationem transtulit, quod videret eos idoneos animūres non futuros eorum, quæ dicturus erat: & nolebat ante porcos proicere margaritas. Et tamē conculcarent ut eas pedibus suis, & conuersi contra Christū ipsum dirumpebant eum, id est, detrahebant, & proscindebant omnibus, *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei,* & non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur.

15. *Et ait illis, Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra.*] Apta ad Pharisæos responsio: cum enim iusti videri vellent, ex eo quod, quæ erant spiritus Dei, percipere non poterant, aperte ipsorum hypocrisis apparebat. Quamlibet magnam speciem sanctitatis præ se ferrent, intus tamen corruptos eorum esse animos, qui vetburn Dei caperent, aut continere non possent, iustitiam coram hominibus, hoc est exteriorem opponit interiori cordis nequitiæ. Triplex enim hic antithesis latet, vna, qua iustitia nequitiæ: altera, qua externum interno: tertia, qua Deus hominibus opponitur. Nam cum dicit: *Deus autem nouit corda vestra,* minuario est, qua plus dicitur, quam significatur, nempe corda ipsorum iniquitatis plena esse. Ea figura vti solemus vulgo, cum indicare aliquid occultum, & tam magnum volumus, vt aut explicare nequeamus, aut timeamus ne fidem superet. Nouit Deus quantum ego ex obitu eius cui inimican patior esse, dolorem capetim, loqui tum ergo Christus tanquam homo, qui Pharisæorum animos ignoraret, nolleret aperte de illis indicare, sed Deo iudicium relinquere, *Deus,* inquit, *nouit corda vestra:* quod cum facit, plus indicat, quā si clarissimis diuisset verbis. Corda autem vestra omnis nequitiæ, & iniquitatis plenissima sunt: & loquitur moderatius fugitque eorum inuidiam. Iustificare hoc loco significat iustum se ostēdere, ac declarare qui nō sit. Quo loco abutī Lutherani, & Caluiniani hæretici solēt, vt probent iustificationem nostrā nihil esse aliud, quam iustitiæ Christi imputationem, qua iusti habeamur, ac declaremur. Cum vere iusti non simus. Nec vident cæci hunc ipsum locum, quem magno sibi præsidio esse putant, aduersari maxime. Nec enim hic iustificari est, aut Christi, aut alterius cuius iustam iustitiam ei, qui iustificatur imputari. Itaque si ex hoc loco iustificationis regula sumenda est, nunquam iustificari, erit imputatione iustitiæ haberi iustum. Deinde non animaduertunt homines in bonum trahi eo ipso, quod Christus dicit, *Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus,* indicare aliam esse iustificationem, qui non ipsi nos, sed nos Deus iustificat, & iustificet non coram hominibus, sed coram se: id est non sola opinione non sola imputatione reputationeue, sed vere, atque reipsa. Hoc enim Hebraica phrasis significat, *coram Deo,* præsertim cum alteri opponitur phrasi *coram hominibus.* Exigitur iustificatio, cum huic, de qua hic Christus agit, opponatur, & hæc sola conficiet opinione, non vtique opinione sola, hoc est imputatione iustitiæ, sed reipsa, & veritate constabit, efficiemurque per eam vere apud Deum iusti. Ergo quamuis mihi iustificandi verbum significet, vt Augustinus interpretatur, vere ex impio, aut iniusto iustum facere. quemadmodum vox ipsa sonat: tamen duo verba, quæ illi hoc loco copulantur, efficiunt, vt non veram, sed opinatam iustitiam significet, *Vos, & coram hominibus.* Quorum duorum verborum vim quisquis ad eum modum, quo paulo ante diximus, non intelligit, huius loci sententiam intelligere non potest. Quod si hæc argumenta hic non haberemus, tamen ex aliis locis perspicuum esset diuersam esse iustificationem nostram, nosque cum iustificamur, vere proprieque ex iniustis fieri iustos. Quid enim est quod ait D. Paulus 1. Cor. 6. 11. *Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri?* ante quidem fornicarii, idolis seruientes, adulteri, molles, masculorum concubitores, fures, auari, ebriosi, maledici, rapaces fuistis, (de his enim loquitur Paulus fuerat) modo non estis, quia iustificati, id est iusti facti estis? Quid est quod dicit Rom. 5. 1. *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum,* nisi cum iam non peccatores, sed iusti simus, pacato aduersus Deum, & tranquillo animo? Sed hæc quæstio copiosius à nobis, & loco magis proptio Rom. 4. 5. 6. disputabitur.

Iustificare quid sit hoc loco tenere Lutherani, & Caluini.

Quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.] *Altum,* dixit, quod admirabile est, & magno in pretio, quia solemus quæ magni facimus, quæque admiramur laudibus in cœlum ferre. Dubium vero, cuius rei ratio reddatur. Nonnulli non eorum, quæ dicta sunt, sed eorum, quæ intelliguntur, reddi putant. Intelligitur corda autem vestra plena sunt iniquitate, huius inquiunt, rei redditur causa, quia, *quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum.* Ego potius credo causam reddi diuertitatis diuini humanique iudicii, non quod aliquando, quod homines bonum iudicant, non etiam vere apud Deum bonum sit, sed quod frequenter contra accidat, vt, quod homines admirantur, id Deus omnino reprobet, atque condemnet. Hoc est, *Abominatio est apud Deum.* Significat enim id nomen non qualecunq; malum, *sed* tam magnum, tam abhorrendum, tam horrendum, vt ita rum visum, vel auditum non solum improbemus: sed horreamus etiam, ac detestemur. Itaque quem admodum cum dicit, *quod hominibus altum est,* significat summū hominum opinione bonū: ita cum dicit, *abominatio est apud Deum,* summum Dei iudicio significat malum. Sententia sæpe in diuinis litteris celebrata. *Non quod homo videt, oculi carnei ipsi sunt, aut sicut videt homo, & tu videris? Iacula.* Iob. 10. 4. *Nec iustitias veltras ego, neque elimationes tuas, quoniam abhorrens eas: nec in vera iustitia tua bonum ego video.* *Homo enim videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor,* 1. Reg. 16. 7. *Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrū, plenum est rapina, & iniquitate,* supra c. 11. 39. & Matth. 23. 25. Omnia quæ vsque ad vers. 19 sequuntur, ex postilla à nobis sunt apud Matthæum.

Abominatio est apud Deum.

19. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide.*] Prima huc quæstio est, illa vulgaris: num hæc historia, an parabola sit. Nonnulla. Theophylactus quidem non solum parabolā esse putat, sed adeo certus asseuerat, vt qui historiam esse dicunt *ἀσύνετοι,* insipientes appellet. Iustinus quoque q. 80 & Theophilus Antioch. lib. 4. allegor. & Eusebius in quæstionib. in Lucam, & Chrysost. quamor de Lazaro homilii, vbiq; parabolam vocant. Alius præterea nemo, quod sciam. Quin omnes alii auctores hi storiam esse dicunt. Iren. lib. 2. c. 62. Tertull. in lib. de anima c. de subsitantia animæ. Clemēs, vt videtur, l. b. 2. Pedag. Chrysost. etiam hom. 6. in 2. epist. ad Cor. & in hom. de beato Iob, & in hom. de eo quod scriptum est in Ps. 25. 11. *Redime me, & miserere mei.* Ambr. in comment. Euthym. hoc loco, quorum sententia his fere argumentis probabilis efficitur. Primum quod, vt admonuit Origen. in cap. Iob, & Chrysost. in hom. de Lazaro, & diuite in parabolis nomina personarum, quæ introducuntur, exprimi non soleant. Quo argumēto Origenes, alique auctores aduersus quorundam Iudæorum opinionem probauerunt librum Iob veram

Hic hic hi. nobilitas.

historiam,

h storiam, non parabolam esse ad institutionē mo-
rum fictam. Deinde quod nullam Christum parabo-
lam ex rebus quæ post hunc vitam fiunt, sumpsisse vi-
dramus, quod, cum omnis parabola ad docendum,
quod minus intelligimus, afferatur, ex iis
rebus sumi debeat, quæ nobis ante oculos ebernan-
tur, quales profectò illæ non sunt, quæ in altera ge-
tur vita: vide alia huius rei argumenta in fine huius
versus, & v. 20. Exemplum igitur hoc est rei vere ge-
stæ, quod solus Christus, qui vt Deus non solū quid-
quid in hac, sed etiam quid quid in altera vita ge rebatur,
re & sciebat, narrare potuit. Itaq; volnit olim dare
eius historiæ narrationē, & Deum esse, & penes se eius
esse fidē. Vera hæc omnia sunt, sed credo ego, nec so-
lam historiā, nec solam parabolam esse, sed mixtum
quiddam ex vtraq;, qualis apud poëtas Tragicomœ
dia esse dicitur, atq; hæc ipsa est iustini sententia. Nam
quod dives ille, & Lazar⁹ fuerit, quodq; ille in inferno
sepultus, hic ab angelis in sinum Abrahæ portatus
fuerit, historia est. Quod autē dives ille cum Abra-
ham locutus fuerit, eumq; tog ta uerit, vt Lazarū ad se
mitteret, qui gutta aquæ linguam suam refrigeraret,
parabola est historiæ adiuncta, quæ admodū eo loco
probaruti summus, nec enim, qui in inferno sunt, san-
ctos togare solēt. At quorsum siue parabolā, siue ex-
emplū, ipsoiuit, præsertim cum paulò ante non iam
de diuitis, sed de adulterio, & matrimonio disputas-
set. Quidā ad supetiose disputationem referunt v. 9.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cū defecerit,
recipiāt vos in æterna tabernacula, & non potestis Deo seruire,
& mammonæ. v. 13. vt Chryl. in hom. de diuite, & Laza-
ro, & bene aptecq; hæc historia cum illa parabola co-
hæret; estq; vero simile Christum post illam addidis-
se, vt quod parabola docuerat, confirmaret historia.
Sed non facile mihi persuaserim ea, quæ trib. proxi-
mis versibus dicta sunt, hoc loco à Christo pronūcia-
ta, sed eo potiꝰ, quo Matthæus recitauit. Cæterū Lu-
cas non habita ratione temporū, in vnum, vt sese scri-
benti offerebāt, locū contulisse. Docet ergo exēplo,
quod ante similitudine tantum quadam, & parabola
docuerat, multo toeliotem pauperum, quam diuitū
conditionē esse; neminiq; suas in altera vita diuitias
profuturas, nisi quatenus eas hic cum pauperibus
communicauerit. Ideo tam splendidū deiecubit diui-
tem, tam miserabilem pauperem, vt maiore persua-
dendi vim haberet exemplum, cum is, qui maxime di-
ues fuerat, coactus in altera vita sitire eo, qui maxi-
me fuerat pauper, vel guttam vnam aquę me dicare.
Induebatur, inquit, purpura, & byſſo, & epulabatur quoti-
die splendide. Eodem modo Salomon Prouerb. 31. 22.
diuitem, & gnauam matrem familias describit. *Stra-*
gulatam vestem fecit sibi; byſſum, & purpuram indumentum
eius. Purpuram propriam Regum fuisse vestitum, aut
virorum principum, quibus illi, vt eo vti posset, ma
gno beneficio concederentur, nemo nescit, & ex Da-
niel. c. 5. 7. 16. 29. & 1. Machab. 10. 20. & 11. 58. & 14. 43.
44. perspicuum est. Itaq, si tam facile coniecturis vel-
lem credere, quam credere nonnulli solent, Regem
potius aliquem, ac fortassis Herodem, aut certe Re-
gulum, quales multi tunc erant, fuisse dicerem, & ex
habitu probarem, quam quod Euthym. ex Hebræo-
rum traditionibus, aut potius fabulis dicit fuisse di-
uitem quendam sub id tempus, cui Nineuis nomen
esset. Minuūt fidem opinionis mali auctores Hebræi.
Non abs re quidam quærunt, quid causæ fuerit, cur
pauperē Christus nominauerit, diuitem non nomi-
nauerit: cum diuitum nota vulgo, & celebrata, pau-
perū ignobilia, & obscura nomina esse s. leāt. Chry-
sost hom. de diuite & Lazaro, & Greg. & Beda hanc
reddunt causam, *quod Deus humiles nouit, atq; approbat,*

& superbos ignorat. Vnde & quibusdam de miraculorum vir-
tute superbientibus, in fine dicturus est, nescio vos vnde sitis,
discedite à me omnes operarij iniquitatis. Et contra Moysi di-
citur, ipsum nomine cognouisse tuo. Ait ergo de diuite, Homo
quidam, aut de pauperē egenu nomine Lazarum. Ac si aperte
dicat, Pauperem humilem scio, super bum diuitem nescio: illi-
lum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium re-
probationis ignoro. Apte quidē ad mores, nescio an ad sen-
sum. Verius fortassedicta poterat prudentiæ, atq; mo-
derationis fuisse Christi, vt pauperem, quē laudabat
nominaret; diuitē, quem vituperabat, nō nom. nater;
ne & illi iniuriam facere, & sibi inuidiam conflare vi-
deretur. Itaq; ex hiscipso, vnde probati viderūt poſ-
se non historiam hanc, sed parabolam esse, quod non
nominet personam diuitis, maxime historiā esse con-
firmatur. Si enim parabola fuisset, & in parabolis per-
sonarum nomina licuisset exprimere; non minus vti-
q; diuitem, quam pauperem nominasset, nullam in
ficta narratione cuiquam factum iniuriam, nullam
inuidiam subitum. Cæterum quia veras, non fictas
personas intuebatur, habenda ratio fuit honoris
eius, qui damnatus dicebatur. Quisquis dives ille fu-
erit, Iudæam certe ex v. 24. & 3. fuisse constat.

20 *Erat autē quidam mendicus nomine Lazarus, qui iace-*
bat ad ianuam eius, vlceribus plenus.] Sicut summam diui-
tis in hac vita lætitiam descripserat, ita summā
miseriā pauperis describit. Quod eius nomen
exprimit, ideo facit, vt maiorem historiæ fidem con-
cilier. Constans omnium auctorum opinio est alium
hunc fuisse Lazarum, quam illum, qui Marthæ, &
Mariæ frater fuit, quemq; Christus mortuum excu-
scitauit, Ioan. 11. 1. 43. & 12. 1. 2. 9. 10. 17. Ea tamen fe. de
fixa sententia est, quæ duos facit Lazaros, & vtr que
cultum exhiber, ac dedicat templa; quod alterum est
argumentū ad probandum, quod supra dicebamus,
historiā hanc esse, non parabolam. Nec enim Eccle-
sia personæ, quæ nusquam fuisset, cultum exhiberet.
Non solum pauperē, sed, quod miserabilius est, men-
dicum fuisse dicit, & vlcerosum, & ad ianuam diuitis
iacuisse; quæ omnia emphasim singularem habent.
Nam quod mendicum, & vlcerosum fuisse ait, indi-
cat adeo fuisse miserabilem, vt vel crudelissimi cuius-
que animum ad commiserationem commouere pos-
set. Quod autem ad ianuam diuitis iacuisse, ostendit
diuitem eius miserabilem conditionem ignorare nō
potuisse, cum quotidie siue egrediens domo, siue do-
mum egrediens in illum incurre et; & eius nuditā-
tem, maciem, vlcera que conspicere cogeretur; nec
tamen motum ergā illum fuisse commiseratione; ex-
pituisse enim pauperem de mensa, quæ de eius mensa
cadebant, fatuan, ne minē que illi dedisse. Nam et-
si hæc vtrumq; verba, & *nemo illi dabat*, in multis Græcis,
& non in omnibus Latinis codicibus legantur, ta-
men siue legantur, siue non, manifestum est nemi-
nem illi dedisse, cum ad ianuam iacere et expectans, vt
sibi aliquid vel ex micis porrigeretur, vt Diuus Au-
gustinus hom. 7. argumentatur. Magni auctores my-
sterium in hoc Lazari nomine obseruarunt, & adiu-
tum à Deo interpretari sunt. Legat, qui volet, Chry-
sostomum homilia de diuite, & Lazaro, & Auguſti-
num Psa. 69. & Greg. lib. 23 Moral. cap. 18. sed iudici-
um adhibeat, caueatque ne nimis libere laudat in re
minime necessaria.

21. *Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa di-*
uitis.] Cupieris vel eiusdem esse apud diuitem con-
ditionis, cuius canes eius erant. *Nam & catelli, in-*
quit, mulier illa Chananæa, edunt de micis, quæ cadunt de
mensa dominorum suorum. Exprimit his verbis extre-
mam pauperiem, tamem, atque miseriam. Quem-
admodum cap. 15. 16. exprimam adolescentis illius fu-
rem

Sap. 6. 7. 22
Matt. 7. 22.
25 & 25. 12.
Exo. 33. 17.

Quorsum propositus sit hic Lazarus, siue parabola.

Lazarus bic diuersus ab illo Ioan.

Cur pauperem, non diuitem nominauerit Christus.

A versatentur, dum *acciperent, vt ait D. Paul. repromissio-*
nem, Deo nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis
consummarentur, vt idem Augustinus eo em loco ait,
& in epistola ad Dardan. 57. & in epistola ad Euodi-
um. 99. An corporeus locus fuerit, dubitare idem so-
let Augustinus; Gregorius vero Nyssenus in disputa-
tione de anima, & resurrectione non dubius, negat
fuisse corporeum. Sed vtrumq; ex hoc loco haud ob-
scure colligitur. Cum enim sinum Abrahæ inferno,
vbi dives ille cruciabatur, qui certe corporeus locus
erat. Christus opponat, dubium esse non potest, quin
sinus etiā Abrahæ corporeus locus fuerit, sed requie-
tis. Non enim opponuntur, nisi quæ sub genere eo-
dem contraria sunt.

Hebr. 11. 39. 40.

In Categoriis cap. de Oppositis.

Vbi fuerit, subtrusne, an supra terrā, affirmare nus-
quam ausus est Auguſt. homo in sustinendo iudicio
mirę prudentiæ. Nā quo minus sub terra esse diceret,
obstare putabat, quod Abrahā dixerit v. 26. *inter nos,*
& vos chaos magnum firmatū est, quasi si sub terra vterq;
locus fuisset, & ille vbi Abrahā, & ille vbi dives erat,
tantum inter eos chaos esse non potuisset. Hoc argu-
mentum post, cum ea explicabimus verba, dilaemus.
Ambrosius in oratione de obitu Valentiniani, & Be-
da in commentariis huius loci in cœlo videntur col-
locare; sed credo eos de nostro loqui tempore, quo
tempore eum in cœlum Abraham translatus sit, & ibi
sinum Abrahæ, vbi Abrahā ipse est, esse oportear, in
cœlo posuisse. Quod confirmare videtur Christus eū
dicit; *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent*
cum Abraham Isaac, & Iacob in regno cœlorum, Matth. 8.
11 Legi qui sinum Abrahæ illum ipsum paradisum, in
quo Adamus fuit ante peccatum, fuisse dicerent, in
eamq; sententiam propensus est Aug. Quod minime
omnium credibile est. Illum enim paradisum supra
terrā fuisse scriptura testatur; sinum vero Abrahæ su-
pra terram fuisse qui s credat? cum iam tum paradisus
ille non esset, quem Deus plantasse dicitur, inuentu-
ris eum, si esset, multis, siue casu, siue quæstum indu-
stria. Probabilissimum quod posteriorū Theologo-
rum obtinuit opinio, fuisse sub terra distinctū quid-
dam ab omnibus aliis pœnarum locis, qualis infern⁹
& Purgatorium erant, cum quietis locus esset, & sup-
pliciis opponatur. Eam sententiam Iulianus Tolera-
nus Episcopus & ipse sequitur lib. 2. Prognostic. c. 4.
& Auguſtini esse putat. An ab eo loco distinctus fue-
rit, in quo nunc infantes sine baptismo de vita dece-
dentes recipi creduntur, Theologi dubitant, nec est
quicquam de re dubia temere pronuntiandum. Si
quis ista requirit, magni Toſtati Paradoxa legat.

Vbi fuerit sinus Abrahæ.

Illud huius proprium est loci, vt doceamus, quam
obrem locus ille quietis, vbicunq; tandē fuerit, sinus
Abrahæ dictus sit. Nam ita vulgo vocatū fuisse, qua-
uis hoc vnum scripturæ testimonium sit, ex hoc tamē
vno satis est manifestū. Sic enim Christus locutus est,
tanquam de re vulgo eo nota nomine, & vsitata. Du-
plex quæstio cur sinus, & cur Abrahæ potius, quam
alterius dictus fuerit? Theophyl. sinibus marin, id
est apricis locis, in quos se nauigantes solent recipere
sinum Abrahæ dictū putant, quod in eum locū sancti
recipentur. Auguſt. vero ser. de tempore 110. quod
locus secretus esset. Credo ego à discumbentibus sum-
ptam fuisse metaphorā, quorum hic erat ordo, vt cui
proximus quisq; esset, in eius re cumberet sinū. Quē-
admodum Ioannes in cœna illa nouissima in sinum
Christi recubuisse dicitur Ioan. 13. 23 quia ergo. quod
in sinu est, coniunctissimū, & carissimū nobis est, &
qui amat, tunc maximam capit voluptatē, cū in sinū
eius, quem amat, recumbit, vt idē indicauit Ioannes.
qui cum dixisset; *Erat vnus ex discipulis eius recumbens in*
sinu Iesu, quasi explicandi causa addidit, *quem diligebat*

Cur locus ille quietis sinus dictus sit.

Sinus Abrahæ quid fuerit,

N Iesus;

Iesu: factum est vt sinus locus maximæ voluptatis, & perfectæ amatæ coniunctissimus vocaretur. Sic Filius in sinu Patris esse dicitur Ioann. 1.18. Ita quæ aliqua mihi suspicio est non totum illum locum, vbi cum Abrahamo iusti quiescebant: sed in eo loco illum situm, qui Abrahamo proximus erat, sinum Abrahæ vocatum esse: vt sensus maior sit, quam putatur vulgo, Lazarum non solum in locum requietis ab angelis portatū fuisse: sed in ipso sinu Abrahæ, id est, in loco illi proximo, quia & meritis proximus erat, collocatum. Quemadmodum eum apud Matthæum dicit: *Multi ab Oriente venient, & Occidente venient, & recumbent cum Abrahám, Isaac, & Iacob in regno cælorum*, non solū significat multos Gentiles, de quibus loquebatur, locum aliquem in regno cælorum, sed etiam primas sedes habituros: sessuros enim intra Abraham, Isaac, & Iacob, qui tanquam patres quasi primo loco sedentes introducuntur. Id enim agebat, vt multorum Gentilium gloriam maxime exaggeraret. Sicut id hoc loco agit, vt Lazari merita, & præmium: diuitis culpam, & supplicia exaggeret. Quemadmodum ergo, cum diuitem in inferno sepultum fuisse dicit, indicat, vt postea docebimus, eum in profundissimum inferni locum fuisse detrusum, maiora ibi, quam cæteros damnatos supplicia subiturum: sic, cum Lazarum in sinum Abrahæ dicit esse portatum, non solum significat in locum quietis, sed in locum Abrahæ proximū fuisse delatum, vbi maiore, quam pleriq; alii qui eo dē erant loco, voluptate frueretur. Simile in Apostolis exemplum est: quamuis enim omnes cum Christo in cœna recumberent, omnes eius consortio, præsentiaq; & cæsuisdem honore mensæ fruerentur, tamen maiore fruebatur Ioannes, qui in sinu Domini recumbebat. Hoc inquam, valde mihi probabile videtur, sed quia meum est inuentum, malo timidus in asserendo esse, quam temerarius.

Cap. 8. 11.

Vbi Abraha sinus dicitur.

Alterius quæstionis, quæ Abrahæ potius quam alterius cuiuspiam sinus dictus fuerit, præsertim Adami, qui & in terrestri illo paradiso, & in hoc, de quo nunc agimus, primus vtique fuit, aut certe secundus, diuersæ sunt sententiæ. Theophy. in cōment. & Chrysost. hom. 3. de Lazaro hanc afferunt causam, quod Abraham hospitalitatis virtute excellucrit *angelis* etiā, vt ait D. Paulus Hebr. 13. 2. *hospitio receptis*, Gen. 18 3. Lazarum ergo in sinum eius tanquam hospitem receptum dicit a quo enim nisi ab Abraham hospitio recipi potuisse, qui angelos etiam recipiebat? Melius sentiunt, qui causam esse putant, quod Abraham pater fuerit omnium credentium: itaq; omnes sanctos in sinum eius, tanquam filios in domum patris fuisse receptos. Adamum etiam ipsum, & Abelem, & quicunque Abrahamum ætate præcellerunt, quia illi ipsi nisi imitatione futuri Abrahami credidissent, eiusq; quodammodo similitudine fidei fuissent filii, salui non fuissent. Sic Augustinus lib. 4. de origine animæ ca. 15. & Cyrillus lib. 1. in Ioan. c. 52. Placet etiam quod Tostatus ait, habitam esse rationem promissionum, quæ Abrahamo potissimum factæ sunt, vt in semine eius omnes gentes benedicerentur, Gen. 12. 3. & 18. 18. & 22. 18. Quia enim omnibus in illo promissum est, omnibus ad eius similitudinem soluitur, & in eius, vt ita dicam, domo. Eadem prorsus ratione, qua illi qui ex Oriente, & Occidente veniunt, non cum Adamo, sed cum Abraham, Isaac, & Iacob recumbere dicuntur, Matth. 8. 11. quia tribus illis potissimum patriarchis promissiones factæ sunt.

Romani. 4. 17. 18.

22. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.] Haud dubium, quin Christus non casu, sed certo consilio aliter de diuite, quam de Lazaro loquatur. De Lazaro dixit, *Factus est vt moreretur*, id est, fame denique ad ianuam diuitis iacens mortuus est. De diuite autem non dicit: Factum est vt moreretur: quia non fame, sed nimia potius fortasse satietate mortuus est: sed dixit, *Mortuus est autem & diues*, quasi dicat cum diues esset, cui nihil ad sanitatem, vitamq; tuendam deesse videretur, tamen mortuus est, sicut & Lazarus. De Lazaro non dixerat fuisse sepultum, quia pauper cum esset, insepultus fortasse relictus est: aut quia aliud habebat, quod de illo diceret honorificentiut, ab angelis in sinum Abrahæ fuisse portatum. De diuite dicit fuisse sepultum, quia nihil post mortem præter sepulturam honorificum habuit: sed sepultum in inferno, id est, infimam in inferni parte, vbi grauiora supplicia sunt, fuisse demersum, vt Basilio apud D. Thomam, aut quisquis auctor fuit, interpretatur. Propterea non satis habuit dicere, Mortuus est & diues, & portatus est à damonibus in infernum: sicut de Lazaro dixerat: *Et portatus est ab angelis in sinum Abrahæ*, sed dixit, in inferno fuisse sepultū, id est tanquam inutile cadauer in ima inferni parte fuisse defossum. Itaque imam partem inferni, quæ per sepulturam significatur, sinus Abrahæ opponit. Sinus enim significat locum Abrahamo proximum, in quo plurimū erat voluptatis: ima inferni pars locum vltimum inferorum, vbi plurimum pœnæ. Potest & hic, & superiore versu, vbi de Lazaro ait, synecdoche videri, qua pars pro toto accipiatur. Nam nec corpus Lazari in sinum Abrahæ portatum, nec corpus diuitis in inferno sepultum est, & tamen ita loquitur, quasi in sinum Abrahæ totus delatus Lazarus, & in inferno totus diues sepultus sit. Sed mihi hæc non tam synecdoche, quam parabola videtur esse. Nam et si Lazarus, & diues ille vere fuerunt, eaque historia est: tamen quæ de illis tanquam de habentib. altero in sinu Abrahæ, altero in inferno corpora sua loquitur, parabola est ad exprimendum alterius præmium, alterius supplicium, historiæ superaddita. Etenim quamuis nec Lazarus in sinu Abrahæ, nec diues in inferno haberet corpus tamen quia vterq; post resurrectionem habiturus erat ita de illis per anticipationem loquitur, quasi iam haberent, vt integra & animæ, & corporis alterius præmia, alterius supplicia declararet. Quod ad intelligenda, quæ sequuntur, in primis est obseruandum est.

Cur Abraha sinus dicatur.

23. Et leuans autem oculos suos, cum esset in tormentis: videt Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius.] Mirum quantum negotii oculi isti diuitis, & lingua illa, & digitus Lazari, de quib. versus sequentis agitur, omnibus auctoribus fecerint. Vsq; eo prorsus, vt multos in errorem compulerint. Gregorium quidem Nyssenum, vt non solum membra ista corporis, sed locum etiam ipsum inferni, & sinum Abrahæ spiritualiter tantum intelligenda putaret: Tertullianum vero in libro de anima cap. 2. vt animam corpoream esse diceret: parumq; abfuit, quin idem argumentum in similem errorem compelleret Augustinum: multis enim locis ita eo vtitur, vt in eam sententiam moueri videatur: sed vt erat prudens, seipsum continuit, nequid temere definiret: multos & ex antiquis illis, & ex recentioribus, vt existimarent ignem inferni non esse corporeum. Cum enim eodem modo de membris diuitis, & Lazari atq; de flamma illa, qua diues vrebatur, agatur: si nec illi oculi, nec ille digitus, nec illa lingua vera atque corporea erant, non dubium nec flammam veram fuisse, atq; corpoream. Quod & D. Augustinum si non in errorem, in dubitationem tamen adduxit, & ita quidem adduxit, vt nec auderet ipse definire, & nos præiudicio quodam suo detereret, nequid certo definiremus. Sic enim libro 12. de Genes. ad litteram, cap. 5. scriptum reliquit.

Mi im

Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore penarum, & illam paupertatem in refrigerio requiescendi intelligendos esse non dubito. Sed quoniam de intelligenda sit illa flamma inferni, illi sinus Abrahæ, illa lingua diuitis, illa digitus pauperis, illa stilla refrigerii, nix fortasse admiscta guttæ cernitur, à contentiose autem certantibus non quæro inuenitur. Libro autem 21. de ciuitate c. 10. ignem quidem, quo post resurrectionē cruciandæ sunt corpora corporeum futurum dicit, illum autem incorporeum fuisse, quo illius diuitis anima cruciabatur. *Dicerem*, inquit, *sic arsurè sine vlo fine corpora spiritus sicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat cruciar in hac flamma, nisi tot oculi, quot leguntur, & Lazarū vidit, qualis lingua, cui humorem exiguum desiderauit infundi; qualis digitus Lazari. de quo id fieri posse dixit, vbi tamen erunt sine corporibus animæ. Si ergo incorporalis & illa flamma, qua excæsa sit, & illa guttula, quam poposcit; qualia etiam sunt visa dormientium, siue in ecstasi cernentium res incorporales, habentes tamen similitudinem corporum.* Posteriores Theologi animaduertentes pœnas illas inferni fere semper in sactis litteris ignē appellari, recte indicarunt metaphoram esse non posse, quæ tam perpetua esset, itaq; verum, atq; corporeum esse ignē. Nec sententiam probarunt Augustini qui aliam, quo ante resurrectionē, animæ, aliā, quo post resurrectionem corpora cruciantur, existimauit esse ignem. Nec enim dubium, quin idem quo animæ nocturæ, & quo angeli crucientur, ignis sit. Atqui ille, quo angeli nūc, & ille, quo corpora damnatorum post resurrectionē cruciandā sunt, idem est. *Ite*, inquit, *in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius.* Matt. 25. 41. Vulgaris opinio est, auctore maxime, vt opinor, grauem habens Augustinum locutum Christum de membris animarū Lazari, ac diuitis, quemadmodū de membris Dei scriptura loquitur, nō quod aut Deus, aut anima membra habeat, sed quia nos quasi habētem fingere solemur, aut quia per membra corporea & Dei, & animarum propriietates quædam declarantur; pro oculos vis cognoscendi, per manus, ac digitos vis agēdi, per linguam vis gustandi, & omnino sentiendi, atq; loquendi. Hugo vero Etherianus li. de regress animarum. 6 inferis c. 2. existimat animas, quamuis corporea non habēt membra, simulacra tamen habere quæd ī eorum corporum, quemadmodum speculum earum. e rū, quę illi obiiciūtur, ideoq; membra illis Christum tribuisse. Nonnulli Prophetarum more rem futurā, quasi iam præterita esset narrari putant, quo eius magis certitudo declaretur. Qua ergo post resurrectionem futurum est, vt animæ vna cum corporibus aut præmio, aut supplicio afficiantur, id dici quasi iā fiat. Nec abfurde dicūt, si explicare sententiam suam velerent. Alii accommodate ad nostram intelligentiam, non ad veritatem Christum locutum putant, futurū enim fuisse, vt nō intelligeremus, quomodo sine oculis videre, sine lingua loqui, sine corpore cruciari flamma diues ille potuisset. Si quod supra diximus, verum est, hanc partim historiā, partim parabolam esse, nihil hic est difficultatis. Quod enim oculos diues ille leuauerit, quod cū Abrahamo locutus fuerit, quod guttam aquæ, quę linguam suā refrigeraret, postulauerit, parabola erit sumpta non ex iis, quæ modo fiūt, sed ex iis, quæ post resurrectionem futura sunt, & ad nostri captum accommodata. Finxit ergo Christus membra quæ non erant, sicut parabolam ipsam super historia finxit. Qua ratione & altera maior, atq; ab auctoribus minus animaduersa explicatur quæstio, quomodo diues, vt concedamus linguā, oculosque habuisse, cum damnatus esset, rogarit Abrahamā, & eius imploraurit opem. Nec enim Sanctos damnati rogāt. Saue ita

Cur Christus de his rebus ita locutus sit, quasi essent futura, cum iam facta sint.

Antiqui in errorem inducti sunt.

Vera sententia.

est, sed ex parte non ad historiam, sed ad parabolam pertinet. Nec putandum est aut nunc eos, qui in inferno sunt abuis, qui sunt in cœlo aquam petere, aut post vltimam resurrectionem petrum os, quemadmodū Iulius Firmicus auctor cū primis grauis in libro de erroribus profanarū rel gionū videri existimare. Obiici contra hanc sententiam posse video, oportere parabolas, vt sepe documus, ex reb. accipi vsitatis, quare siue historia est, siue parabola, illud idem sequi, damnatos auxilium à Sanctis implorare. Nam si historia quidem est, iam factum id est: si parabola, solet fieri, cum ea re vsitata & nota sumi debeat. Reuocandum in mētē lectori est, quod à nobis alicubi dictū memini, aliquando partem aliquā parabolæ non sumi ex re quæ fieri soleat, sed quæ vero tantum similis videatur. Cū enim parabola ad docēdū adhibeatur, nihil refert siue ea re, quæ fieri solet, siue à re, q fieri potuisse videatur, hoc est vero similis sumatur; parem enim ad perdēdum habet vim. Non solet heri, vt dominus vineæ æqualem illis, qui vnam tātum horam, atq; illis, qui totū in eius vinea diem laborauerunt, mercedem soluat; sed erat vero simile, vt si æqualiter breuiore licet tempore laborassent, æqualē soloeret, & erat id ad sensum parabolæ imprimis necessarius, ideo dictū. Idem factum hoc loco non solent quidem damnari, nec fortasse possunt à Sacris opē quærere, sed erat vero simile, & nostris consentaneū affectibus, vt si quis in media cruciaretur flamma, aquā peteret, & à patre potissimum suo, si eum forte vel procul conspexisset, peteret. Nam nec illi damnari, qui per insultas virgines deiguantur, finito iam iudicio, & in cœlum cum Sāctis iam recepto Christo ad cœlum venient, ianuam pulsabunt, dicentq; *Domine, Domine aperi nobis*, sed erat vero simile id facturos esse, qui à cōuiuio nuptiali exclusi fuissent. Quod quidam, in quibus Chrysost. Cho. de Lazaro, verbum illud, *Cum esset in tormentis*, ita exponunt, quasi non vnum, sed diuersa tormentorum genera significentur, quibus miser ille diues cruciaret, probabile videtur. Quod autem dicit *longe*, idem est, atq; quod dicit postea v. 26. *& in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est*: itaq; illic explicabimus, tum loci distina, an ita tus immutabilis firmitas significatur. Hic tantum notandum apte id oppositū fuisse, vt misericordia diuitis illius exprimeretur, etiam ab iis, qui longissime abessent, opem petentis. Vtinam autem est, vt qui in aliquo grauissimo periculo versatur, huc, illuc, circumspiciat, & quem cunq; quamuis longe prospexerit, eius in clamet auxilium. Dictum igitur est, ad morale, & vsitatum etiam, remq; facilebat magis vero similem. & fidei tatem Abrahæ, diuitis vero illius exaggerandā miseriam exaggerabat. Abrahamum supremo, diuitem infimo fuisse loco, hoc enim est longe videlicet Soler quæri, num diuinitus beatos videant, & quod videant ex hoc loco probari. Sine videant, siue non, qua fuit Theologorum puto sequēdam esse sententiam, certe ex hoc loco probari non potest, si, vt diximus, parabola est.

24. Et ipse damnatus sit.] Non dixit, non clamauit vere, sed erat vero simile hominem eo loco, eo statu constitutum clamaturum, petiturumque. Memento enim esse parabolam. Dixit autem clamasse, quia dixerat à longe Abrahamū vidisse, & non potest eum tam longe posito loqui, nisi clamando, vt magis probabilis esset oratio. Aut vt ait Chrysost. hom. 2. de Lazaro, vt pœnæ magnitudinem declararet. *Magna*, inquit, *pœna magnam vocem reddebat.*

Pater Abrahæ miserere mei.] Multi quærunt, cur non ad Lazarum, sed ad Abrahamum orationem direxerit? Chrysost. hom. 3. de Lazaro, Euthymius, & Theophylactus existimant, ventum diuitem illum,

ne Lazarus inimicum, quas à se accepisset, adhoc me A
mor esset, aut credidisse Abrahamum ignotare, quam
iniquus in hac vita ipse fuisset in Lazarum, ideoque
facilius ad misericordiam flecti posse. Iam diximus
neque cum Abrahamo, neque cum Lazaro locutum
fuisse, sed dictum esse in modū parabolæ sermonem.
Cur ergo Christus potius cum Abraham, quam cum
Lazaro loquentem induxit- vt oratio esset probabi-
lior. Mihi in causis erat verisimilius, eū Abra-
hamo, quam cum Lazaro locutum fuisse. Primum
quod Abrahamus communis omnium patet esset, &
debuit à parte potius, quam ab alio quouis opem pe-
tere. Propterea in exordio ipso orationis suæ patrem
vocat, vt & sibi benevolum reddat, & vt petitæ com-
miserationis moneat. Deinde quod in eo loco Abra-
ham quadammodo luminis nubatus, & alus imperabat,
cum omnibus pateret esse, & finus eius alterius, sed qui
nomine vocaretur; itaq; quasi domi suæ paterfami-
lias erat, cuius nutui cum est cæteri omnes parere.

Luce 8 57 33.

Pater Abraham.] Cur patrem vocet, modo diximus. Abrahamum autem suo appellat nomine, vt ostendat
se & de facie, & de nomine eum cognoscere, alium-
que eius non alienum, non Gentilem esse, eoq; magis sibi
debere. Solent aliquando pauperes vt misericordiā eliciant, nomine proferentes cōpellare.
Singula igitur verba ad miserandam commiserationē
apta sunt. & quod patrem, & quod Abrahā vocat, & C
quod dicit *mitigare*, & quod addit, *modi*, quasi mitem
illi suam ante oculos ponens, & flammarum, quibus
excubatur, globos ostentans. Vox pauperis mendi-
cantis est. Sic enim proiectis panibus eius pauperes
clamare, sic ulcera, li quæ habeant, ostentare solent. Iraq;
volunt Christus dari, vt videntur opera diuitem illum
persona Lazari pauperis indicere; vt ostenderet vni-

Vices diuitis, & Lazari cōmutatæ.

uscuiusq; vices, alteram in alterius fuisse commutatas. La-
zarum in hac vita mendicabat; diues in altera mendi-
cat. Diues in hac læte abatur, Lazarus in altera lætatur.

Mitte Lazarum, vt intingat extremū digiti sui in aquā.]
Cur nō rogat, vt ipse veniat, vt sibi tanquam patri ope-
rem ferat? Quia orationis decorum, & posse abstrac-
tionem parabatur. Erat enim Abrahamus quasi princeps
eius loci, & nō solemnis viros rogare principes, vt hoc
vel illud faciant, sed vt per aliquē fieri id debeat. At cur
non rogat alium potius, quam Lazarum? Quia, cum
nemo minus ad opem ipsi ferendam admoueri debe-
ret, quam ei, ipse legendi, postulanti, omnino opem
ferre voluisse. Ita fere parabolæ explanabat, voletiat
enim docere Christus in mala fuisse vita diuitem, &
Lazari. Ut vt doceret, opus erat dicere diuitem in ui-
ta sua Lazari auxilio indiguisse, illudq; postulasse,
quemadmodū ipsi in hac erant vita, Lazarus auxilio
inuitis indigeret, illudq; ne, & posset, & erat, neutrum
vero obtinuisse. Lazarum eundē esse & nunc, & tunc,
quia fero postulauit. Quod ait, *vt intingat extremum digi-
tum sui in aquā*, tam monumus quæ nam non esse,
quomodo Lazari anima digitum habeat, cum para-
bola sit partim ex re vere gesta, partim ex verisimili-
bus, futurisq; compostra. Illud potius quærendum,
quod ad ennodandum sensum huius loci magis per-
tinet, quam ob rem hoc genus petat auxilii, cur non,
vt ie inde, vbi erat, omnino liberet cur non vt penas
releuet? Sciebat sese liberari omnino non posse,
ideoque ne non petit. At non minus sciebat guttam sibi
aquæ exhiberi non posse; verum quidem vtrumque
est, sed volebat timui Christus sibi adeē, cruciatus il-
los finiri non posse, & tamen diutius illum in eo fi-
xisse animū, vt ope indigueriē Lazari, & si fieri posset, vt
damnatus aliquid exhiberetur auxilii, auxilium eum
à Lazaro, cui auxilium ipse negauerat, petiturum
fuisse. Cui ergo petit aquam potū, quam aliud quid-

Cur eundē potius, quam alium quod Lazarum petit pro vita sua.

piam leuamenti? Quia erat verisimile hominem in
medijs positum flammis, si quid aliud, aquam petitu-
rum; contraria enim contrariis curantur. Simul et-
iam fortasse voluit Christus indicare, quanto magis
diues ille auxilio Lazari tunc indigeret, quam eius in
hac vita auxilio Lazarus indiguisset. Lazarus nunquā
à diuite aquam, sed panem petierat; diues nunc à La-
zaro vel aquam petit, & vel vnam quidem petit gut-
tulam, quantum est. emo digito hærere posset. Hanc
enim extremum digiti, hanc vim gutta aquæ, quam
diues petit, habet, vt docerat Christus diuitem, quia
Lazaro micas de mensa cadentes tem minimam pe-
tentibus esse noluerat, guttam aquæ tem multo mino-
rem à Lazaro petentem obtinere non potuisse. Cele-
brat Aug. ep. 127. vt empete, & Greg. lib. 18. Mor. c.
10. & Cæsarii ho. de hac re quædam sententia est, *pe-
tunt guttam qui negarunt micam.*

Vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.]
Cum tantus vereret, quare linguæ soli, aut illi potius
quam alii cuipiam membro refrigerationem petit?
soli quidem linguæ, quia ad sensum parabolæ pertine-
bat, vt quem admodum diximus, rem minimam postularet; Itaq; non toti corpori, sed vni, eiq;
minimæ parti refrigerationem petit, linguæ autem
potius, quam alii membro, & qua ipsa, *vt odium mem-
brum est*, & quia ea potissimum lentim. fieri, quæ
solet eos, qui cruciantur præsertim igni, maxime tor-
quere. Et vt antithesis diuitis & Lazari commentet,
hic cibum flomacho petierat, ille nunc potum petit,
quo vel linguam tantum humectet. Cyprianus in epistu-
la ad Cornelium sibi. 61. ep. 3. Augustinus libr. 2 qq.
Euang. c. 38. Gregor. 3. p. Pastoral. cap. 20. & Beda, &
Chrysostō. hom. 1. de Lazaro alicubi aliam reddunt
causam, quod linguæ procacitate peccasset. Vnde in-
telligimus, illam quæ vulgo circumfertur, opinionē,
non ex incerto tantum vulgo, sed è certis, magnisque
auctoribus natam esse. iis quem que membris maxi-
me tensurum esse supplicia, quibus maxime peccaue-
rit. Quid dicit, *quia cruciar in hac flamma*, rationem
reddit cur aquam petat; non ignorabat ignem illum
extingui aqua non posse, quia à Christo in extinguibi-
lis appellatur, nec fieri extingui posset, aquam tamē sibi
dari posse, sed exoriri ex hominis furandi ardorem,
intimo; patientis esse sitim. Colligit ex hoc loco Greg.
lib. 4. Dialog. c. 29. animas damnatorum non viden-
do solum ipsa, sed eum experiendo torqueri; quod
etsi est communi quorundam opinionem, est probabi-
lius, & magis à Theologis receptum. Notatur eodem
loco Gregorius, & Chrysost. alibi, diuitem illum non
dicit alienas rapuisse, sed non communisse cum pau-
peribus sua, idcoque putarum esse. quid ergo postu-
rat, qui sua non dederat, & aliena rapuerat?

Mattb. 5 45. 44 45. 48.

Anima dā. natorum non videri vantā igni, sed eum experiendo torqueri.

Matt. 20 14

25. *Et dixit ille: Abraham fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* [Gr. ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου καὶ, quia recepisti tu bona tua in
vita tua. Obseruant Cyril. & Theophyl. humanita-
rem Abrahamergā diuitem illum, qui, si filius fuisset e-
ius, cum illo fuisset, filium tamē appellantis. *Iuuat*, in-
quit Theophylactus, *illum qua vna ratione potuit, vt blā-
deatur alloquitur.* Magis placet, quod Euthymius ait,
non humanitatis causa, sed quia pater omnium iu-
dicetum erat, filium appellasse, nam & diuitem illum
fuisse Iudæum. Cæterum cum hoc colloquiū non hi-
storia, vt supra docuimus, sed parabola sit, non est ra-
tio quærenda, cur Abraham diuitem filium appella-
uerit, sed cur Christus ita Abrahamum appellantem
induxerit. Ratio est facilis, vouuerat diues patrem
Abrahamum, vt illum ad commiserationem com-
moueret; postulabat decorum, & probabilitas ora-
tionis, vt contra Abrahamus illum filium vocaret.

Zoan. 8 37.

Colle quid sibi vox hæc filii sibi, sed parabolæ.

Quod

Quod non tantum honorifice, sed etiam irrisorie po A
test dictum intelligi. Solemus enim eos, qui nos adu-
latorie partes vocant, contra irrisorie filios appellare.
Quod idem Chrysostomus, Beda, & Euthymius ob-
seruarunt, non dixisse ἀπέλαβες accepisti, sed ἀπέλαβες re
cepisti, quod recipere sit ea, quæ nobis debentur acci-
pere, esseq; hoc verbo significatum aliquam in eo di-
uite fuisse virtutem, cuius gratia tot in hac vita tem-
poralia bona accepisset; non satis firmum existimo.
Vim ergo non in eo verbo, sed in pronomine, *tua*,
quod est in Græcis exemplaribus, esse arbitror, quod
perinde est ac si dicat, ea, quæ tu sola bona esse puta-
bas, quibus solis inhiabas, iam in hac vita recepisti,
quid nunc aliena pertis bona, id est, quæ Lazarus bo-
na, tu eum iritidens mala putabas? vt homil. 1. de
Lazaro Chrysostomus, & Gregorius hom. 40. in Eu-
angelia interpretantur, quem sensum acute vidit Au-
gustinus lib. 2. qq. Euangelicarum, c. 38. *cum*, inquit, *ei
dicitur, Recepisti bona in vita tua, illud tangitur, quia fe-
licitatem dilexit seculi, nec aliam vitam præter istam, in qua
superbus tumebat amauit: Lazarum vero mala dicit recepisse,
quia intellexit huius vitæ mortalitatem, labores, dolores, & a-
rumnas pœnam esse peccati.* Ergo eodem modo diuiti di-
citur, *Recepisti bona tua in vita tua*, quod de illis, qui
humanæ laudis captatione omnia faciebant, dictum
est, *Recepernt mercedem suam*, Matth. 6. 2. 5. 16. qui non
aliam erat, qu um illam humanæ laudis. quam quæ-
rebant, mercedem habituri. Aliud hoc loco mihi vi-
detur dicti, & tanquam certum, & constitutum
poni, quod & Chrys. hom. 4. de Lazaro adnotauit, C
omnes homines & bona, & mala habitutos esse; qui
in hac vita bona habuerint, in altera mala; qui in hac
mala, in altera bona habituros: æquum hoc esse, &
natura quodammodo comparatum, vt æqualiter in-
ter homines bona, malaque diuidantur. Non quod
ita semper fiat, sed quod re communi hominum sen-
su æstimata ita fieri debere videatur. Quemadmodū
ille apud Platonem dicebat Socrates dolorem, & vo-
luptatem duas esse res ita natura connectas, vt ne-
cessario altera post alteram consequatur. Atque hanc
vim habet, *Recepisti bona tua in vita tua, & Lazarum simili-
ter mala*, id est, recepisti bona, quæ tibi non quidem
virtutis causa, sed naturali quodam iure vel in hac vi-
ta, vel in altera debebantur. Noli bis esse felix, *tolle
quod tuum est, & vale.*

Dolor, & voluptas se inuicem consequntur. Plato in Phædone.

Matt. 20 14

Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.] Id est, æ-
quum est, vt hic nunc lætetur, tu torquearis. Mutatæ
enim amborum vices sunt. Poterat Christus Abraha-
mum præcise respondentem inducere, non posse fie-
ri, quod petebat; sed voluit auditores ita docere, vt
intelligerent non modo fieri nō posse, vt bonorum,
& malorum conditio mutetur; sed iustum esse, vt ita
fiat. Itaq; non tam Abrahamus, quam ex persona A-
brahæ Christus ipse respondet.

26. *Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firma-
tum est.*] Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, & præter hæc omnia.
Præterquam quod, vt dixi, æquum est, vt Lazarus nūc
pro malis, bona; tu pro bonis, mala recipias; accedit E
quod tem à me petis, quam, vt maxime vellem, facere
non possum. Nam *inter nos, & vos chaos magnum firma-
tum est.* Gr. χάσμα, hiatus, atq; eodem fortasse modo
etiā Latine legendū est, sed errore pro chasma chaos
cœpū scribi. Quid autē hiatus ille esset, quæri solet.
Plerig; non loci internallum, sed conditionis immu-
tabilem firmitatem significari putant. Ira Ambr. hoc
loco, & Aug. lib. 2. qq. Euang. cap. 38. Chrysost. Beda,
Theophyl. & Euthym. in commentariis. Probabilis
opinio; nam si quidem de loci distantia ageretur, nul
lus tam procul locus est, ex quo non posset anima,
præsertim quæ spiritus est, ad locum, vbi diues erat,

Quid hiatus ille esset.

Ioan. 8. 37.

permeare. Quanquam mihi quidem loci etiam dissi-
tia videtur denignari. Nam etsi Abraham, aut Christ'
potius persona Abrahæ solam conditionis firmitatem
declarare voluit, tamen dubium non est, quin meta-
phora à loci distantia ducta sit, & magni hiatus nomi
ne non distantia solum magna, sed etiam impermea-
bilis significetur. Quemadmodum si ab vno loco in
alio vast' terræ hiatus esset, transiliri vtiq; non posset.
Itaq; liquido mihi ex hoc loco colligi videtur sinum
Abrahæ etiamsi sub terra, longe tamen remotum à
damnatorum loco fuisse. Quin valde suspicor sum-
mum hic cœlum designari, inter quod, & infimum
damnatorum locum, vbi diues erat, magnus vtique
erat hiatus, totum scilicet spatium aëris, quod quasi
hiatus quidam vacuum, & impermeabile videtur es-
se. Non quod Abraham in cœlo esset, sed quod ita lo-
qui fingatur, quasi esset in cœlo, quemadmodum su-
pra diximus ita Christū de Lazaro, & diuite locutū,
vt si corpora haberent; quia quamuis non haberent
tunc, erant post resurrectionem habituri. Quod dicit
chasma firmatum est, metaphora videtur esse ab arci-
bus sumpta, quæ lato, profundoq; circa fossio firmatæ
sunt. Itaq; hiatus firmatus impropriè, & per enallagē
dictū est pro, locus hiatu firmatus. Quod vero ait, *Vt
hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint*, quamuis ab-
soluta videatur, hypothetica locutio est. Nemo enim
vult à cœlo, aut à sinu Abrahæ in infernum descē-
dere, sed significat fore, vt etiamsi vellent, minime pos-
sent, etsi ne velle quidem possint.

27. 28. *Et ait, rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum
patris mei; habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne &
ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*] Primum hic
quærendum, num hæc pars historiæ, an parabolæ sit.
Qui auctores superiorem narrationem de diuite, &
Lazaro historiam esse putauerunt, & hanc partem fa-
ciunt historiæ. Nam eam opinionem, quam nos supra
probabiliorem indicauimus, nemo, quod sciam, præ-
ter Iustinum secutus est. Gregorius quidem certe ho-
mil. in Euangel. 40. historiam etiam hanc esse putat.
Cæterum non mihi videntur ita hæc esse connecta,
vt necessario sequatur, si illa superior historia est, &
hāc historiam esse oportere. Nam, vt ante docuimus,
potest vna pars narrationis eius historia esse, altera
parabola. Itaq; potuit diues ille vere esse, sed non ve-
te quinq; habere fratres, sed fingi habuisse, vt eorum
persona doceremur non esse nobis exspectandum, vt
mortui ad nos veniant, vt nos ad pœnitētiam adhor-
tentur, cum & Scripturas, & viuos doctores, quid *Hæc pars de*
quotidie faciunt, habeamus. Ac ego quidē ita sentio, *fratribus*
hoc, quod de quinque dicitur fratribus, non historiā, *parabola*
sed parabolam esse, & nisi fallor. Augustinū lib. 2. qq. *est.*
Euang. c. 38. & Chrysost. in homilia de diuite, auc-
tores habeo, qui hanc partem, vt paulo post dicturi sū-
mus, non tanquam rem vere gestam, sed tanquam pa-
rabolam exponunt. Potest tantem fictio parabolæ vel
in rebus simul atq; personis, vel in rebus tantum, non
in personis esse. Fieri enim potest, vt quamuis vere di-
ues ille fuerit, tamen nec fratres habuerit, nec ad eos
rogauit Lazarum mitti. Et potest fieri, vt fratres qui-
dem habuerit, cæterum non vere Abrahamum roga-
uerit, vt ad eos Lazarum mitteret. Hoc secundum
certum esse arbitror. Nam, vt diximus, totum istud
diuitis cum Abrahamo colloquium ad modum pa-
rabolæ fictum est. De primo dubitari potest, an vere
fratres habuerit. Id quidem incertum, sed probabi-
lius non habuisse, quemadmodum videntur Augu-
stinus, & Chrysosto. existimare præter cæteros illos
auctores, quos initio huius narrationis multos no-
minauimus, qui totam omnino rem fictam putaue-
runt. Nam numerum ille tam iustus fratrum quinq;

Incredulis est optare vt aliquis ab inferis eat.

& quod de fororibus nihil dicat, rem indicat esse compositam. Cur ergo id Christus finxit? vt rem admodum necessariam doceret, expectandum nō esse, vt aliquis ab inferis redeat, qui nobis vera esse confirmet, quæ de præmiis, & supplicijs alterius vitæ dicuntur: quod homines impij, & increduli optare solent, & quia probabilis oratio erat, fore vt, si dines ille fratres habuisset, monen. eos curaret ne & ipsi in eundem venirent locum. Cur ergo quinque? Chrysost. in homil. illa de diuite propter quinque corporis sensus, quorum causa peccauerat, Augustinus vero libro 2. qq. Euangel. cap. 38. propter quinque Moysis libros id factum putat. Si quinq; fuerint fratres, vel ad quinque sensus, vel ad quinque libros legis eum numerum accommodare nihil obstat: sed non ea de causa numerum positum arbitror. Itaque numerum quidem certum pro incerto positum esse arbitror; sed eum potius positum esse, quam alium, vt fratrum magna multitudo significaretur. Solet enim numerus ille, ficut septem, & decem multitudinem declarare. Isai. 19. 18. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua terræ Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum*, id est multæ. Voluit ergo dives eo ipso numero Abrahamo persuadere, vt Lazarum ad fratres suos mitteret. Facilius enim persuasisset, vt ad multos mitteret, quam ad paucos, maiorem enim rationem, maiorem curam multorum, quam paucorum habendam esse, maioris esse damni multos, quam paucos perire fatres. De animo, quo dives ille hoc ab Abrahamo petierit, disputari solet; nec enim solent damnati viuentium curam gerere, eorumque salutem procurare. Si, quam supra fecimus, sententia vera est, hanc partem non ad historiam, sed ad parabolam pertinere, nulla relinquitur quæstio. Nec quærendum, quo animo dives hoc petierit, qui vere non petit, sed quo animo Christus id eum petisse finxerit. Id paulo supra declarauimus; vt auditores doceret, non esse expectandum, vt à mortuis doceamur, cum Moysem, & Prophetas habeamus. Sed non debet ignorare lector, quid graues de ea re auctores dixerint. Chrysost. hom. 4. de Lazaro, Ambrosius, & Theophylactus bono animo id fecisse videntur interpretari, quasi vexatio illi intellectum dedisset, vellentque cauere fratribus, qui sibi non cauisset, cum tempus erat. & vere non dubium est, quin Christus tanquam bono animo eum rogantem inducat, quemadmodum paulo ante prosē ipso bono vtique animo rogauerat. Quare, quod Gregorius, & Beda dicunt, vulgoque receptum est, non suorum fratrum, sed sui id fecisse causa, ne si fratres damnarentur, cruciatus sibi maiores accrescerent ex eorum pœnis, quos suo ipse exemplo in eum locum deduxisset: aut quod aliquod sibi leuamentum doloris futurum esset, si quamuis ipse damnatus esset, fratres tamen ipsius salui essent, vt alii volunt; non ita potius, quam alium quempiam mitti roget. Eadem opinor ratione, qua ad seipsum non alium, quam Lazarum mitti rogauerat, aut eum potius Christus rogasse finxerat, vt ostenderet diuitem, cuius in hac vita auxilio indiguerat Lazarus, in altera vita Lazari auxilio egusse. Addit tamen Chrysostom. hom. 4. de Lazaro, & Theophylactus, ideo rogasse, vt Lazarus mitteretur; quia notus fratribus fuerat, vt in eo perspicerent, quanto melioris in altera vita conditionis pauper, quam dives esset, maioremque homini noto haberent fidem. Hoc est, quod ait, *vt testetur illis*, id est, vt tanquam oculatus eorum, quæ hic gerantur testis eos doceat, vt caueant, ne forte *& ipsi veniant in hunc locum tormentorum*. Huius loci occasione disputare quidam solent, num animæ mortuorum aliquid do viuentibus appareant. Ac Chrysostomus quidem in homilia vltima de Lazaro, aliisque nonnullis locis, Tertullianus in libro de anima, & Athanas. aut quisquis auctor est. qq. ad Antiochum. q. 11. & 13. & Isidorus lib. 8. Etymol. cap. 9. & Theophylactus in S. Matthæi prorsus negant vsquam id fieri, & cur fieri non conueniat, multas rationes afferunt. Primum id vnius vtile non esse, qui, si viuis non credunt, ne mortuis quidem credunt, vt Abraham diuiti respondet. Deinde quod etiamsi oculis ipsis damnatorum supplicia homines cernerent, nihilo se magis à peccatis abstinerent, quotidie, inquit, Chrysost. fures & alios reos ad supplicia duci videmus, & iisdem se, propter quæ illi puniuntur, peccatis inuoluunt. Præterea quod si id fieret, progressu temporis in contemptum res veniret, & non magis mortui nos, quam viui commonerent, vt eodem loco Chrysostomus inquit. Deinde quod ea res multorum errorum causa esse posset, dum dæmon fingens se alicuius mortui animam esse, homines ludificaret, & quidquid vellet, illis persuaderet, vt Athanasius, & Chrysostomus, & Tertullianus argumentantur. Nam & cum sciamus, inquit Chrysostomus, mortuorum animas non redire: tamen sæpe dæmon per quietem, & somnium, qua vox ratione potest, animam defunctorum personam simit; quid factum fuisse si animas redire sciret? non existimo tamen ponendam Deo legem esse, quo minus cum velit, & quas velit animas ad viuos mittat, idq; aliquādo fieri ego mihi persuadeo, quod Augustinus libr. de cura pro mortuis gerēda c. 15. 16. ait non nisi imprudenter negari posse. Nam Moysis quidem, & Eliæ animæ in transfiguratione Domini non illi solum, sed tribus etiam discipulis apparuere, vt apud Matthæum c. 17. 4. probauimus, & quod tunc ad testandam gloriam, & passionem Christi factum est, credendum aliis etiam de causis fieri solere quæ multæ iustæ, & graues possunt occurrere. Idem q; colligi ex hoc loco videtur posse. Non enim respōdet Abraham non posse, aut non solere ad hanc vitam redire mortuos, quem admodum ante respondérat. *& in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est*, vt bi *qui volunt hinc transire ad vos, non possint*, sed respondet, *Habent Moysem & Prophetas*. Cæterum non quoties, qui apparet, is huius vel illius animam esse dicit, leuiter credendum est, sed etiam, atque etiam exploranda res; plerumq; enim dæmonem esse arbitror, qui se animam esse mentitur.

Cur Lazarum potius mitti roget.

Num animæ mortuorum viuentibus appareant.

Neuleuiter credendum his qui apparent.

29. *Et ait illi Abraham, Habent Moysem, & Prophetas, audiant illos.*] Per Moysem, & Prophetas non dubiū, quin totum verus testamēti intelligat, vt Matthæi. § 17. & 7. 12. & 11. 13. & hoc ipso c. 9. 16. & infra c. 24. 27. & Ioan. 1. 45. Vult ergo vnus scripturarū testimonio contentos esse, nec à mortuis quid in altera gerantur vita audire velle. *Nunquid, inquit, non populus à Deo suo requirit visionem? ero viuis à mortuis? Ad legē magis & ad testimonium.* Isa. 8. 19. 20. Abuntur tamē hæretici hoc loco, dum ex eo probare volunt, nihil, nisi quod sacris litteris consignatum sit, esse credendum. Nam ista quidē ratione ea quæ Apostoli posteà dixerunt, quæin veteri testamento non sunt, credenda non essent. Restringenda igitur sententia est ad id, de quo agitur. Agebatur de alterius vitæ statu, de quo satis viuos per Moysē, & Prophetas edoceri posse Abrahā respondet. Vnde eorum etiam opinio aperte refutatur, qui existimant in veteri testamēto nullā de vita æterna mentionem fieri; cum homines, vt de toto futuræ vitæ statu doceātur, ad legem, vt Prophetas mittantur ab Abrahamo, aut à Christo potius, qui Abrahami sumpta persona loquitur. Potestq; hęc ipsa sententia

Hæretici abutentes hoc loco refelluntur.

tentia in hæreticos ipsos qui hoc abuntur loco aptissime accommodari. Negant illi vllum purgatorium in altera vita esse; fingunteque se credituros, si quis id inde rediens affirmaret. Quibus respondeti potest, habetis Moysem & Prophetas; habetis scripturæ testimonia, si illi nō creditis. nec fi quis ex mortuis resurrexerit, credetis. Alium etiam lector scopulum vitare debet, nē Chrysostomum legens existimet debere sua quemq; lingua nullo adhibito præceptore scripturam legere. Nec n. iubet Christus fratres illos diuitis ipsos per se legere Prophetas. Quod si fecisiēt, tantum fortasse abfuisset, vt ex illis non bene intellectis discerent parata esse post hanc vitam bonis præmia, malis supplicia; vt periculum fuisset, ne illud apud Satomon em legentes, quod illi ipsi fratres fortasse putabant, eandem hominum interitū esse, atq; iumētorum, similiter nasci, similiter mori. Eccl. 3. 19. existimarent animas hominum esse mortales, qui error omnium fons errorum est. Mittit ergo ad scripturas fratres illos diuitis Christus, non vt per se, sed vt per eos, quorum id exat officium ut, legerent, atq; intelligerēt. Quemadmodum alio loco dicit: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque vobis dixerint, seruate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere.* Matth. 23. 2. Satis certum huius rei ætas nostra documentum dedit, quæ dum sua quisq; lingua, suo quisque iudicio scripturam lectitat, tot fere errores, quos homines de rebus ad salutem maxime necessarijs nati sunt. Experiuntur apud se hoc malum hæretici ipsi, qui seuentatem in nobis nimiā accusantes, istā suis licentiā concesserunt, apud quos nemo satis esse ingeniosus, qui nouam non fecit sectā.

Lazarus resuscitatus nō credentibus Pharisæi.

30. *At ille: Non Pater Abraham.*] Defecta oratio, intelligendum enim: Non satis est, quod Moysem, & Prophetas habeant. Aut, non credent Moysi, & Prophetis, Lazaro autē, aut alteri cuipiam à mortuis redeunti credent, vt colligitur ex sequenti Abrahæ responsione v. 31. *Si Moysem & Prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit, credetis.* Sequitur dives ex communi impiorum hominum opinione, qui cum propter scripturarum testimonia non credant, quæ de præmijs, atque supplicijs alterius vitæ narrantur, dicere solent facile credituros se, si quem videant inde redeuntem, qui ex se sic habere confirmet. Ac fortasse dives ille ex se ipso de suis fratrib. vt Chrysost. & Theophylact. existimant, eōie ecturam faciebat, quod ipse, dum in viuis ageret, eadem diceret. Abraham autem respondet, quod res est, eos, qui scripturis non credunt, nec mortuis, si resurgant, creditur os. Qua in, incredulitate, & elatione animi scripturas rident, aut ad libidinem quisq; suam interpretantur: ea, si quis illis mortuus excitaretur, aut phantasma esse dicerent, vt noui dicunt hæretici, aut illi certe non crederent. Experientia sub illud ipsum tempus hoc docuit. Excitauerat Christus Lazarum, quem credendum est multa de altera vita consentanea iis, quæ Christus docebat, commemorasse. Tantum abest, vt Scribæ, & Pharisæi, qui Christo non credebant, illi crediderint, vt occidere etiam voluerint, Ioan. 12. 10. vt Chrysost. & Euthym. obseruarunt. Docuit etiam in Christo, vt Gregorius, & Beda notant, qui cum paulo post occisus a Scribis, & Pharisæis, propter quos ista dicebat, resurrexisset, nihilo magis post resurrectionem, quā ante illi crediderunt.

CAPVT XVII.

1. *DIxit ad discipulos suos: Impossibile est, vt non veniant scandala: væ autem illi, per quem veniunt. 2. Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. 3. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. 4. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. 5. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. 6. Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori more: Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis. 7. Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe. 8. & non dicat ei: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes? 9. Numquid gratiam habet seruo illi quia fecit quæ ei imperauerat? 10. Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. 11. Et factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilæam. 12. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe: 13. & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. 14. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. 15. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, 16. & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens, & hic erat Samaritanus. 17. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? 18. Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. 19. & ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. 20. Interrogatus autem à Pharisæis: Quando venit regnum Dei? respondens eis dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione: 21. neq; dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. 22. Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideretis videre vnum dierum Filij hominis, & non videbitis. 23. Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. 24. nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo in ea, quæ sub cœlo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die sua. 25. Primū autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac. 26. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. 27. Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsq; in diem, qua intrauit Noe in arcā, & venit diluuiū, & perdidit omnes. 28. Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant, & bibebāt: emebant, & vendebant, plantabant & ædificabant. 29. qua die autē exiit Lot à Sodomis pluit ignem, & sulphur de cælo, & omnes perdidit: 30. secūdū hæc erit, qua die Filius hominis revelabitur. 31. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro. 32. Memores estote vxoris Lot. 33. Quicunq; quæsierit animā suā saluā facere, perdet illā: & quicūq; perdiderit illam, viuificabit eam. 34. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur. 35. duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. 36. Respondētes dicunt illi: Vbi Domine? 37. Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.*

Mat. 18. 6. Mar. 9. 41.

Mat. 18. 15. Luc. 17. 3.

Mar. 11. 22. b. 11.

Luc. 19. d. 12. 17.

Ezech. 15. b. 3. Marc. 17. d. 20.

Luc. 14. c.

Mat. 24. b 25.

Mat. 13. c. 2. Mar. 24. d. 37.

Gen. 7. b 5.

Gen. 19. c. 25.

Sap. 9. 22. b. Mar. 10. d. 39.

Mar. 8. d 35 Ioan. 12. d. 25.

Mat. 24. d. 40.

1. Thess. 4. d 17.

IN CAPVT XVII.

1. **Et ait ad discipulos suos.**] Valde multi laborant in interpretes, vt illa, quæ sequuntur cũ superiore capite cõnungant. Theophyl. hoc modo sũgit, egisse Christum superiore capite de Pharisæorum auaritia, qui Christum pauperiem diuitiis præferentem irridebant, & eius discipulos scandalizabãt, propterea nunc de pœnis eorum agere, qui alios offendunt. Alij capite præcedenti egisse contra auaros, qui proximos non iuuant, nunc de iis agere, qui proximos offendunt, qui maior quidam contra præceptum diligendi proximi gradus est. Superuacua mihi omnes ista videtur diligentia, satis enim per se perspicuum est multa in hunc locum Lucam sine vllo ordine, sine vlla connexione coniecisse. Cum ergo ea, quæ in hoc ipso capite dicit, inter se non hæreant, quærendum non est, quomodo totum caput cum toto superiore capite cohæreat. Videmus etiam hæc eadem, quæ initio huius capitis à Luca ponuntur, à Matthæo etiam c. 18. 7. posita fuisse, & cum ea quæ præcesserat narratione apte coniuncta. Cum enim Christus interrogatus à discipulis suis esset, aduocans puerum, & in medio constituens docere cœpit, qui illius pueri similis non efficeretur, eam salutem esse non posse tanti apud patrem suum paruos pueros esse, vt qui eos susciperet, seipsum suscipere censeretur, qui autem num aliquem, vel minimum ex illis offenderet, ei tutius futurum, vt suspensa ad collum mola asinaria in mare proiceretur, quam vt pœnas subiret, quas eam ob noxam subiturus esset. Addit tanquam epiphonema, quod hoc loco scribit Lucas: *Væ mundo à scandalis, necesse est enim, vt veniant scandala, væ autem homini illi, per quem scandalum venit.* Cum ergo apud Matthæũ hæc verba bene hæreant, hic non hæreant, cui dubium esse potest? illic suo, hic alieno loco esse. Itaque miror eos, qui Euangelistarum Concordias conscripserũt, hic posuisse. Cæterum quod attinet ad sensum, omnia apud Matthæum explicauimus.

7. **Quis autem vestrum habens seruum.**] Neq; hæc quæ sequuntur, vllam cum proximis quidem præcedentibus coniunctionem habere mihi apparet, vbi repondas fuit, si quis totam, quo ordine gesta est, Euangelicam historiam velit tenere, cum à tolo narrentur Lucas. Suspicio tamen mihi nonulla est, tunc hæc à Christo dicta fuisse, cum accersito puero, & in medio constituto de humilitate, vt paulo ante diximus, disputauit: cum illa enim disputatione qua de humilitate agebatur, bene conueniebat, vt Christus discipulos suos doceret adeo humiliter de se sentire, vt, cum secisset omnia, quæ præcepta ipsis essent, seruos se inutiles esse reputarent. Nam quod Augustinus libro 2. qu. Euangelica. capite 39. & Theophylactus, & Euthymius tradunt, cum de fede Christus egisset, quæ homines in superbiam efferre poterat, de monem continuo de humilitate subiecisse, coactum videtur.

Caluinis in Harmonia peruersa ex positis refutatur.

Habens seruum.] Hæreticorum interpres, quo magis errorem suum confirmaret, nihil ne spolle apud Deum promereri, adnotauit hoc loco seruum, nõ mercenarium, sed mancipium intelligendum, quod quãtum quantum sit, dominis sui sit; eiusmodi enim hominem, cum omnia, quæ facere potest, debeat, nihil posse facere, vltra quod debeat. Quam adnotationẽ nec vlla ille ratione probat, & nos possumus ex hoc ipso loco refutare. Cum enim dicit, dominum nullã seruo suo gratiam habiturum, quia nihil fecisset vltra quam debebat, indicat profecto de eo agi seruo, qui aliquid plusquam debebat, agere potuisse; quod si fecisset, gratiam illi dominus fuisset habiturus. Præterquam quod vulgari scripturarum more seruorum nomine non mancipia modo, sed etiam mercenarij intelliguntur.

Arantem, aut pascentem.] Græce pascendi verbum nullum habet accusatiuum, nec Cypr. legit libr. 3. ad Quirin. c. 51. aliqui Latini codices legunt. Pascentem boues, alij oues, sensu eodem. Quotsum hoc dixerit Christus, quod ad sensum parabolæ nihil pertinere videbatur, quærendum in primis est. Beda, qui hanc parabolam ad doctores Ecclesiæ restringit, propterea dixisse indicat *arantem, aut pascentem*, vt doceret, nõ oportere satis habere doctores, si populum doctrina pauerint, & Ecclesiæ gregem arauerint; debere etiam Domino ministrare, debere illi sacrificia, & preces offerre. Possemus non sine magna probabilitate dicere, quod *arantem, aut pascentem* Christus seruum induxerit, partem non esse parabolæ, sed complementum verisimile narrationis, quod soleant plerunque serui aut in agris arandis, aut in gregibus pascendis occupari. Sed credo tamen aliam id causa dictum esse. Volebat Christus commune hominum curare malum, qui simul et aliquid fecerunt boni, simul atque arauerunt, aut gregem pauerunt, sedere quodammodo cũ ipso Deo ad mensam volunt, quasi valde sibi Deum obligauerint, quasi nihil illis præterea faciendum superet. Propterea ergo seruum induxit, qui postquam ex agro, diuino quæ labore redisset, non permittitur ad mensam statim accumbere, sed iubetur prius dominum ministrare. Quare illud tantum meo quidem iudicio significatur, non debere nos prius à Deo gratiam id est, mercedem petere, quod est ad eius mensam recumbere, quam omnes officij nostri partes, id est, legem omnem expleuerimus; non debere qualibet præceptorum obseruatione esse contentos, sed omnia omnino ad perfectam obseruare, quæ præcepta sunt paratosque esse ad faciendum, si quid nobis præterea præceptum fuerit, si postquam toto die laborauerimus, ita vt satis fecisse nobis officio vestro videamur, dicatur nobis, *para, quod cœnem, & præcinge ver. 8. te, & ministra mihi, donec manducem & bibam.* Cæterum quid sit arare, aut pascere, id non arbitror sigillatim esse quærendum; nihil enim aliud atatione, pastione que significatur, quam vitatus seruorum labor, & quidquid nobis videtur esse faciendum, vt officio nostro abunde functi esse videamur, cum aliquid nobis adhuc faciendum superesset.

10. **Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.**] Concluso parabolæ, sed longe parabola ipsa dissimilior, præsertim hæreticis ad tuos errores sentũ depraua ntibus. Fix cõclusione n. quid parabola sibi vellet, & quo tenderet, intelligendũ erat: & ecce de cõclusione hæretici nobis litẽ mouendũ. Tria Caluinianti his verbis significari dicũt. Primũ nõ posse nos plus facere, quã in præceptũ est, nullũ opus, vt vocant Tridentini, supererogationis, quia qui aliquid facimus, aut facere possumus, multis nomin. debemus Deo, quemadmodũ serui ille nihil fecit, nec facere potuit, nisi quod debuit. Incredibilis cæcitas non videntium ex hoc loco id colligi non posse, cõtrarium vero posse. Nam vbi quæso aut dicit, aut indicat Christus nihil nos plus facere posse, quam debeamus? Quia seruus ille non fecit?

Caluinis pr. 33. de operibus supererogationis.

At si non fecit, facere profecto potuit. Nam si non potuisset, non vtique dixisset, dominum illi gratiam non habuisse, quia nihil fecisset, nisi quod facere debebat, indicant gratiam illi, si plus fecisset, habiturum, quod non indicasset, nisi plus facere potuisset. Itaque ex parabola non colligitur, quod hæretici volunt, contrarium vero colligitur. Minus etiam illud magis hoc colligitur ex conclusione. Non enim concludit Christus, nec vos non potest a facere, plusquam præceptum est vobis, quod concludendum erat, si, quod illi boni interpretes scripturarum volunt, dicere voluisset: sed concludit: *Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus*, quod cum dicit, indicat haud dubie posse nos plus facere aliquando, quam nobis præceptum sit, quod si faceremus, serui vtiles essemus. Obiciunt rationem nos, quanti quanti simus, Dei esse, sicut mancipium domini sui est, quidquid est, nihil ergo facere posse, quo Deo etiamsi nullum præceptum esset, non aliis nominibus debeamus, propterea seruum, vt supra diximus, non mercenarium, sed mancipium interpretantur. Et quidem veteres reperiuntur auctores, qui hoc idem, sed alio opinor sensu dicere videantur, Chrysost. hom 14. ad populum Antiochenum, & Ambro. in comm. ad hunc locum. *Sicut, inquit, tu non solum nõ dicis seruo tuo, Recumbe sed exigis ab eo aliud ministerium, & gratias ei non agis, ita nec in te arbitre Dominus vnum vllum esse operis, aut laboris, quia dum viuimus, debemus semper operari. Ergo agnoscat se esse seruum plurimis obsequijs deseruiens. Nec te præferas, quia filius Dei dicere, agnoscẽda gratia, sed non ignarus tanatura. Nec tea lter si bene seruisti, quod facere debuisti Obsequium Sal, obsequium erat Luna, seruiunt angeli.* Hæc vt intelligantur, adhibenda distinctio, quã & Euthymius animaduertit. Alia Deo debemus, quia ab eo nobis data, alia, quia præcepta. Nec enim tam seruire vult Deus agere nobiscum, vt quidquid illi iure debebamus exigeret, si spectes, quid ab eo acceperimus, omnia illi debemus, quia nihil non accepimus: si spectemus, quid nobis præceperit, non debemus omnia multa inhumanitati nostræ cõcessit, decem tantum præcepta nobis dedit. Potuit iure sino nobis exigere, vt omnes vestigiatatem seruaremus: potuit, vt omnia, quæ haberemus, distribueremus in pauperes; nam & hæc omnia ipse nobis dederat, & poterat repetere iure suo, sed noluit, quia *ipse cognouit figmentũ nostrum*, vt sæpe solet Chrysostomus dicere. Cum ergo facimus aliquid boni, quod præceptum nobis nõ est, plus quidem facimus, quam præcepti iure debemus, non plus quam, si Deus summo nobiscum iure agere voluisset, deberemus. Nam & à mancipiis suis solent aliquando domini, nõ quidquid iure possunt exigere, sed quod mediocri studio, atque labore facere possunt; tantum vt sibi quotidie inde afferant, aut tantum, vt in vinea sua laborent, si quid præterea facere possunt, sibi faciant. At vrgent hæretici Deum à nobis quidquid iure suo exigere potuit, re ipsa exegisse. Quid enim fecisse tres iqui, qui à nobis exegit, vt ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligeremus: qui enim minus, quam potest, facit, eum nõ totis vtique viribus amare. Respondeo illud non speciale, sed generale præceptum esse, nec enim in decalogo continetur, quare accommoda. è ad præcepta decalogi, quæ propriè præcepta sunt intelligendum. Totis igitur viribus Deum diligimus, quando totis viribus in decem præceptorum obseruationem incumbimus. Ex tota anima diligimus, quando parati sumus vitam potius effundere, quam præceptum Dei vllum violare, etiamsi alia bona, quæ præcepta non sunt, quæque facere possumus, facere nolimus. Atque hac eadem ratione secundas eorum error, quem ex hoc loco confirmare volent, refutatur. Dicunt, nos re id quidem, quod præceptum nobis est, posse

Obiectio hæreticorum dicitur de præceptis, quæ sunt nobis impossibilia. Deut. 11. 17. Luc. 10. 27. Deut. 6. 5.

Secunda eorum error Caluinianus refutatur.

petiscere, nec enim posse ex totis viribus Deum diligere, quod nobis vtique præceptum est. Ridiculus error, & ipse sese refellens. Quid enim est totis viribus Deum diligere, nisi quantum possimus diligere? illis omnia, quæ volunt, disputandi causa concedamus. At cui dubium esse potest, posse nos diligere, quantum possimus? Si enim nõ possimus, quo modo possimus, & si possumus: quomodo non possumus? Præterquam quod, vt modo declarauimus, diligere Deum totis viribus, non est diligere, quantũ omnino possimus, sed quantum possumus efficere, ne eius transire liendis præceptis eum offendamus. Tertius error est, qui maiore videtur ex huius parabolæ conclusione probabilitate colligi, nullam nobis deberi mercedem, etiamsi præcepta omnia ad perfectum obseruauerimus. *Numquid, inquit, gratiam habebit seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? & cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus*, versu 9. 10. Et vero magnam hic locus omnibus auctoribus negotium facessit. Duceamus prius ex eo non colligi, quod hæretici colligere conantur. Primum quidem in parabola non dicitur. Numquid mercedem debet illi? Sed *numquid gratiam habebit seruo illi?* gratiam, quæ minus, quam merces videtur esse, multo plus quam merces est, nempe corollarium mercedis, quod propter gratuiter à seruo nauatam operam supra pactum conuentum superadditur; quæ ideo gratia, non merces appellatur, quia non ex pacto, & iure, sed ex domini liberalitate, moraliq ue, vt vulgo dicitur, honestate debetur, debetur tamen. Nam quæro an dominus ille, qui in parabola proponitur, seruo, qui in agro primum toto laborauerat die, dum cœnanti sibi nocte ministrauit, nullam pro labore mercedem soluit. Quis negets Negat Caluinus, sed aliter probare non potuit, quam fingens seruum illum mancipium fuisse pecunia emptum, non hominem mercede conductum.

Tertium & vere Caluinus, nullam nobis deberi mercedem.

Quod ille figmentum ne coniectura quidem vlla probare potest, & nos ex perpetua scripturæ consuetudine nouimus mercenarios appellantes, & ex verbis ipsis huius loci reperiamus. Cum enim dicit: *Numquid gratiam habebit seruo illi?* indicat de eo se loqui seruo, cui dominus gratiam habere soleat, non autem in principio, sed mercenario gratiam habere? præsertim, si vrgeo quidem pactum, *gratiam habere* de hoc in loco est præter constitutam mercedem aliquid dare. Nam etsi gratiam habere eam Græce, quã Latine ad solum animum referri solet, sicut gratiam referre, & Græce χάριν ἀπαιτεῖν, aut ἀποδοῦναι, ad remunerationem: tamen arbitror hoc loco esse impositum, qua vti vulgo solemus, plus quam dicimus intuentes. Hoc si feceris, gratiam habebo, indicans dico me non habiturum modo, sed etiam relaturum gratiam. Cum ergo Christus in parabola non significet dominum illum, de quo loquebatur, mercedem seruo suo non soluturum; sed non habiturum gratiam: id est, nihil præter mercedem datum esse; nec, cum dicit in conclusione, *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis*, significat nullam nos propter præceptorum obseruationem mercedem habituros; sed nihil habituros præter mercedem eam, quæ obseruantibus præcepta cõstituta, atq; promissa est. Nam præceptorum quidem obseruationi certam in cœlo mercedẽ respõdere vniuersa scriptura docet supra c. 6. 23. 35. Matt. 5. 12. & 19. 21. 22. Mat. 9. 41. 1. Cor. 3. 8. 14. & 2. epist. Ioan. 8. Apocalyps. 11. 18. & 22. 12. Qui ergo est, *Dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus?* Sunt qui non tam vere, quam humilitatis causa dictum inter-

interpretari videantur, quasi id tãtum Christus agat, vt doceat nos non esse nos in animo, cũ omnia, quæ præcepta nobis sunt, seruauerimus, fecisse etiam tantum, quod debebamus, quin humiliter de nobis sentire oporteat, existimareque, aut tuisse nos fecisse, aut nulla dignos esse mercede, cum nihil, nisi quod debebamus facere, fecerimus. In hanc sententiam hoc testimonio usque vtuntur veteres auctores, Origen. homil. 12. in Iosue, Cyprian. lib. 3. epist. 6 & lib. 1. ad Quir. c. 31. Chrysostom. sermo. de pœnitentia, & eo festiuior, Hieron. in epist. ad Ctesiphont. contra Pelagianos. Bernard. sermone 4. in Psa. 90. & epist. 142. Theophylactus in commentariis, & Cyrillus apud D. Thom. Alij vt Beda, & Lyranus hoc loco seruos nos etiam cum omnia fecerimus, inutiles existimare debere, quia nihil Deo vtilitatis attulimus, qui bonorum nostrorum non indiget. Ea eram non id, opinor, agebatur, vt probaretur nihil nos vtilitatis Deo afferre posse, sed nihil nobis præter constitutum debito minuto Deo deberi mercedem. Nam seruus quidem ille, qui in parabola proponitur, aliquid domino inoutilitatis attulit. Et si nos nullam Deo vtilitatem afferre possumus, non impotentia nostra, qui aliquid certe facimus, sed Dei nullate ind-gentia natura fit. Nec; concludit Christus, *Dicite, serui inutiles sumus*, quia nihil Deo vtilitatis attulimus, sed quia, *quod debuimus facere fecimus*, quod aliud esse dabium non est. Aliam etiam idem Beda interpretationem affert, *serui inutiles sumus*, quia etsi aliquid mercedis meriti sumus, minus tamen meruimus, quam nobis dabitur, ti labor noster, merceseque æqua lance pensentur, quia *non sunt condigna passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Neque hic videtur esse sensus. Nã non propterea dominus ille seruo suo gratiã non habuit, quia minus, quam promissa requirebat merces, sed quia non magis laborauerat. Et nos nõ iubemur dicere, cũ omnia fecimus, quæ nobis præcepta sunt, *serui inutiles sumus*, quia minus meruimus, quam nobis datur, sed quia *quod debuimus facere, fecimus*. Quo ergo sensu hoc loco serui inutiles appellentur, ex proposita parabola intelligendum est. Quod enim in parabola est seruo illi nullam à domino deberi gratiam; hoc procul dubio in parabolæ conclusione est, seruũ inutilem esse, cum eadem sententia alias tantum verbis hoc proprio illo ponatur. Gratia autem in parabola non significat mercedem ex pacto pro exhibito labore, ac ministerio seruo promissam, debitamque, sed mercedis cumulum, atque corollarium, quo serui, qui plus quam debebant, laborauerunt, donari solent, quemadmodum illic explicauimus. Idem ergo est, nos inutiles esse, cum fecerimus omnia, quæ præcepta sunt nobis, non quidem nihil præceptorũ obseruatione meruisse, sed nihil meruisse præter meredem, quæ præceptorum obseruatio ni respondet. Vult igitur Christus non gloriari nos, cum præcepta seruauimus, quia etsi mercedem nostram metiti sumus, tamen nihil singulare, nihil egregium, & eximium fecimus, nihil, quod non quilibet seruus facere debuerit. Nec tam est laudabile, quod id fecerimus, quam vituperabile esset, si non fecissemus. Non solent laude, gloria que videri digna, nisi quæ egregia, & singularia sunt. Quemadmodum cap. 6. v. 32. dixit Christus: *Si diligitis eos, qui vos diligũt, quæ vobis est gratia?* Vtique diligentes se diligere vnus aliquas est, digna que mercede, sed quia communis, non singularis virtus est, digna non est gratia. *Nam & peccatores diligentes se diligunt*, vt ibi sabiungitur. Eodem sensu dicebat D. Paulus 1. Cor. 9. 16. 18. *Nam si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Quæ est ergo merces mea? vt euangelizans Euangelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium.* Dicit se, si euangelizet, neque gloriam, neque mercedem habere, non quod mercedem pro euangelizandi munere nõ habeat, cum alio loco de eodem loquens dicat, *vnusquisque secundum suum laborem propriam mercedem accipiet.* 1. Cor. 3. 8. sed quod nulla singularem gloriam, mercedemque mereatur, cum necessitas illi incumbat. Quæ ergo eius gloria, quæ singularis, & propria merces grati vt *Euangelium prædicans sine sumptu* ponaret *Euangelium*, cum que posset ex Euangelio viuere, vt omnes Apostoli faciebant, ea tamẽ potestate non vteretur. Cuius interpretationis Bernardum auctorem habemus, qui nisi fallor, ita hunc locum in tractatu de præcepto, & dispensatione videtur intellexisse, vnde multa iis contraria, quæ hinc hæretici falso colligant, vere colligantur. Primum posse nos non solum, quæ præcepta sunt, omnia, sed plus etiam, quam nobis præceptum est facere, quod opus supererogationis appellatur. Quod & D. Paulus affirmat se fecisse, eam que gloriam iam vocat; & nos omnes posse facere, Christus hic non obscurẽ dicat. Cum enim dixit: *Cum feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus*, ostendit nos posse plus etiam quam præceptum est facere, & seruos velle esse, sicut potuit seruus ille plus facere, quam fecit, si quæ quidem debuit, quod si fecisset, gratiam illi dominus habuisset. Deinde exhortandus esse homines ad obseruandã Euangelica consilia, nam ad ea nos Christus hic exhortatur. Sic enim dicit: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus*, tanquam diceret: Nolite sola præceptorum obseruatione esse contenti: pergite porro, & consilia etiam mea seruare. Sicut adolescenti illi dixit: *Si vis perfectus esse, vade vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Denique quemadmodum præceptorum obseruationi merces iusta respondet, ita obseruationi consiliorum cumulatam quandã mercedem, id est, *mensuram bonam, & conferta, & coagitatam & supereffluentem* respondere, quæ gratia hic, à D. autem Paulo gloria, & merces appellatur.

Quomodo fieri non inutiles seruos dicit.

Beda in Luc. 17.

Rom. 8. 18.

Ad Euangelica consilia nos hortatur.

Matt. 19. 21.

2. Cor. 9. 6.

11. Et factum est, dum iret in Ierusalem] Incertum quãdo hoc acciderit, sæpe enim Christum à Galilea in Ierusalem & contra measse, re meaisse que supra docuimus, c. 9. 51. Nec Lucas historiam suo narrandi loco, cum inter eam, & quæ præcesserunt, nullum vinculum appareat, esti ea natura Ambrosius repetire. Historia facilis est, & si quid explicatione indiget, id à nobis similibus locis apud Matthæum c. 8. 2. 3. 4. explicatum est. Quanquam Epiphanij sententiam, qui hanc historiam eandem esse putet, atque eam, quam illic Matthæus narrat, ex memoriæ lapsu tantum abiror. Cum hic decem mundi vnus tantum leprosus fuerit, & de illo Lucas supra c. 5. 12. scripserit. Nescio an Irenæus in eodem fuerit errore. Nam lib. 3. c. 14. recitans, quæ solus Euangelistarum Lucas tradidisset, meminerit nullam fuisse huius historiæ. Quod dicit Euangelista, transisse Christum *per mediam Samariam & Galilæam* iam docuimus, c. 9. 51. 10. 33. Iam vero à Galilæa in Ierusalem esse per Samariam, itaque voluit Euangelista declarare vnde, quo, & qua Christus iret, vt credibilius esset, quod paulo post erat significaturus, ex decem leprosis, nouem Iudæos, vnum Samaritanum fuisse.

Epiphan. memoriæ lapsu.

12. *Et cum ingrederetur quoddam castellum*] Cum prope ciuitatem esset tam ingressus. Non enim intra, sed extra oppidum leprosi illi occurrunt, quia intra habitare non poterant, vt Theophylactus notauit, lege proh bentes. Num. 5. 2.

Occurrerunt ei decem viri leprosi.] Credibile est nõ casu, sed studio sanitatis ab eo petendæ occurrisse, cum ad euntẽ fama audissent. In denario numero aliud ego mysterium non obscurio, quam quod & Christus faciendo, docendoq; & Euangelista factũ narrando significari voluerit multos vocatos, paucos electos esse, multos à Deo accipere beneficia, paucos admodũ esse gratos. Denarius n. numerus magnam multitudinem, vnitas magnã significat paucitatẽ. *Mutauit*, inquit ille, *mercedem meam decem vicibus*, Gen. 31. 7. 41. & *quoniam persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia*. Deut. 32. 30.

Plurale illi numero pro singulari positum. Luc. 5. 14.

Qui steterunt à longe.] Non licebat leprosis versari cũ sanis, quia lex proh bebat, vt Theophylactus & Euthymius obseruauerũt. Potest hoc moralé etiam habere significationem. Stat longe peccator cum ad Deum venit, non iudicans se dignum esse, vt propius accedat. Quemadmodum publicanus ille fecisse dicitur c. 18. 13. qui *à longe* inquit. *Stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare*. Sanatur tamen, modo magna voce clamet. Placet hæc humilitas Deo.

13. *Et leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.*] Quod vocem leuauerunt, non solum fecerũt, quia aberat longe, sed etiam quia affectus, vt opinor, clamare cogebat. Clamauerunt autem vna omnes voce, vna mq; omnium causa effecerũt. Nec enim vno se quisq; loquens dixit: Miserere mei, sed cunctis pro cunctis: *Miserere nostri*. Quod est verosimile ex industria fecisse, quo magis de nomero, & communi causa, quasi communctis vinbus, factaq; velut conspiratione quadam Christum ad misericordiam commouerent. Atque eadem fortasse factum est causa, vt cum nouem Iudæi, vnus Samaritanus esset, inter quas gentes consuetudo nulla erat Ioan. 4. 9. in vnam tamen societatem coiissent. Non solũ conciliante eos, atque cogente communi morbo, vt Theophylactus & Euthymius obseruarunt, sed studio etiam commungente, vt quasi facta manu Christum expugnarent. Potest leprosorum exemplum documento nobis esse, vt cum impetrare aliquid à Deo magni volumus non contenti priuatis orationibus, publicas etiam adhibeamus, & quasi instructa acie armatas affectibus preces offeramus Deo. *Hæc vis*, inquit Tertul. *Deo grata est*. Notauit hoc in simili causa Chrysost. tom. 4. de incomprehensibili Dei natura.

Turpissimum fuisse putarunt sibi priuatas preces priuatim fundere.

Leprosi mãdati sacerdotum sententia mundi iudicati erant.

14. *Quos vt vidit Iesus, dixit, ite, ostendite vos sacerdotibus.*] Mirum quamobrem Christus non eos ante curauerit, quam ad sacerdotes mitteret, vt fecit apud Matt. c. 8. 3. & supra c. 5. 13. Credibile voluisse Christum eorum experiri fidem, quæ si magna non fuisset, facile in missi non dum sanatis ad sacerdotes vacillare potuit. Quod enim illis remedium exhibebat, quod ipsi ignorarent, quoque non tam ante, vt est probabile, vti fuissent? Itaque poterant apud se hæsitantes de Christi virtute dicere, quod Naaman illum Syrũ dixisse legimus 4. Reg. 5. 11. 12. *Putabam, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel.* Nõ dubitarunt tamen, nec ista apud se mutauerunt. Propterea sanati sunt, vt Christus ver. 19. Samaritano dicit: *Fides tua te saluum fecit*. Cur autem ad sacerdotes miserit, apud Matt. c. 8. disputauimus. Quanquam illic quidem leprosum vnum iam curatum, hic decem ante quam curarentur, ad sacerdotes misit. Illum vt sacerdotis summi testimonio constaret, eum vere esse curatum, & vt sacrificium à lege præscriptum Leu. 14. 2. in gratiarum actionem offerret, occasionemq; obiecto lucro sacerdotibus eriperet, quod miraculo factum fuerat, calumniandi hos, & vt eorum, quem admodum diximus, exploraret fidem, & vt sacerdotum testimonio constaret veram esse, qua infecti erant, leptam; verumq; miraculum appareret. Quod autem illum ad sacerdotem, hos ad sacerdotes misertat, non difficilis est quæstio. Pluralis numerus pro singulari ponitur. Quemadmodum Iacobus iubet cum aliquis ægrotat vocare *Presbyteros Ecclesiæ*, satis enim est vocare vnum. Aut cum nos ægro remedium à nobis petenti dicere solemus, *Ito ad medicos*, non n. ad multos, sed ad vnum multorum mittimus. Cur ergo antequam ad sacerdotem venirent, sanati sunt? vt intelligerent se non à sacerdote, sed à Christo, qui ipsos ad sacerdotem miserat, fuisse sanatos. Propterea & Euangelistæ curæ fuit explicare, quãdo, & quomodo curati fuissent, vt & nos idem intelligeremus.

Et factum est, dum irent, mundati sunt.] Factũ est Christi prouidentia, atque virtute. Nec n. ea phrasi casus semper significatur, vt aliis similibus locis adnotauimus. Potest tamen hic significari rem præter leprosorum opinionem accidisse, qui non putabant fore, vt antequam ad sacerdotem, ad quem missi fuerãt, peruenirent, curarentur.

15. *Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum.*] Agnoscens se à Christo licet absente curatum, nam illum haud dubie hoc loco Deum vocat, cũ dicitur, *magnificans Deũ*. Quem enim vocabat Deum, aut quem glotificabat, nisi eum à quo se curarum sentiebat, & ad quem gratias agendi causa renertebatur? Cur hic redierit, alij non redierint ad Christum, si um animo lectoris occurrit. Hunc, vt gratias Christo ageret, redisse persicuum est. Vnde colligi solet alios ingratos fuisse beneficio, ideoq; nõ redisse, quod videtur confirmare Christus illos tanquam ingratos reprehendens. v. 18.

Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriã Deo, nisi hic alienigena?] Sed hoc ipsum mirum, & pene incredibile tam ingratos esse tanto, & tam recenti beneficio potuisse. Suspicari licet, cum ludæi essent, aut existimasse à sacerdotibus, ad quos adibant, fuisse curatos; aut, quod verosimilius est, curatos quidem à Christo, oportuisse tamen ad sacerdotes ire, & quia missi à Christo erant, & quia iubebat lex, vt sacerdos de curata lepra iudicaret; nec poterat quisquam qui leprosus vnquam fuisset, cum hominibus versari, & in ciuitatibus admitti, nisi prius sacerdotis sententia mundus iudicatus esset. Quodaliter, quia Samaritanus erat, non existimauit sibi esse necessarium, non aliũ, quam Christum summum sacerdotem agnoscẽs. Hoc etsi aliqua ex parte culpam eluit illorũ nouem, omnino non purgat. Prius enim ad Christum receptæ sanitatis auctorem rediit, quam ad sacerdotem iudicem ire debuerũt. Atq; hoc est quod in illis Christus reprehendit.

16. *Et cecidit in faciem ante pedes eius*] Antequam à lepra curatus esset, procul institens clamauerat, ne exercendo morbo Christum, & qui cum illo erant, contaminaret; postquam vero sanatus est, ad pedes vsq; Christi accessit, vt Theophylactus & Euthym. animaduerterunt.

Et hic erat Samaritanus.] Quæ dictutus erat Euangelista v. 18. dixisse Christum nõ nisi vnum, eumq; alienigenã fuisse repertum, qui reuerteretur, & glotiã Deo daret, admonuit fuisse Samaritanum.

17. *Respondens autem Iesus.*] Loquiaggressus, vt sæpe notauimus, aut respondens, ibi ec verba quæ sequuntur, ad ea quæ Samaritanus dixerat, subiungens.

Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt?] Quasi dubitans per interrogationẽ loquitur emphasis causa. Nouem vbi sunt? quo modo non redierunt?

18. Non

Dare gloriã Deo qui d sit.

Laudatur Laudatio.

Christus sa lubat plerũ que, quæ corpore, eos & animo sanauit.

Ioan 19 12.

18. Non est inuentus.] Itanto numero: *Quirediret, & dare gloriam Deo.* Pius opinor, hoc loco est, dare gloriã Deo, quam si diuisset, qui gratias Deo ageret. Sic enim facit non quicunq; modo recognoscere acceptũ à Deo beneficium, sed à Christo tãquam Deo acceptũ, aut certe per Christum cuius diuinitatem, potentiã, maiestatemq; quisquis confitebatur, gloriam Deo dare dicebatur. Hoc enim phasis signi.at Iosue 7. 19. & 1. Reg. 6. 5.

Nisi hic alienigena?] Auget culpam eorum nouem; qui non redierunt, ex conditione pernotarum. Illi enim, qui cum Iudæi essent, max me erga Deum grati esse debuerunt, vt ipso suo nomine monebantur, maxime fuerunt ingrati; quiq; Christũ, quasi ipsos proprie missus fuerat, in primis lib eratorem suum agnoscere, ac recipere debebant, minime agnouisse videntur. Anteponit illis Samaritanum, quam illi gentẽ peccatricem exercabantur. Docet reipsa vere tum esse, quod dixerat Ezech. c. 16. 51. *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vitijs tuis scelerib. tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.*

19. *Et ait illi, Surge & vade: quia fides tua te saluum fecit.*] Quid ergo? nonne etiam cæteros fides saluos fecerat? Puto equidem, nec enim sine fide curati fuissent, præsertim cum ea potissimum, vt diximus, causa non prius eos Christus sanare voluerit, quam ad sacerdotes mitteret, vt eorum magis fidem exploraret. Sunt, qui putant hunc Samaritanum corpore simul & animo; illos vero Iudæos nouem solo corpore curatos: idq; his verbis Christum indicare, cum Samaritano dicit: *Fides tua te saluum fecit*, quasi alios sanasset quidem à lepra, saluos tamen non fecisset. Probabilis interpretatio, si constaret nouem illos fudeos simul etiam corpore & animo curatos non fuisse. Sed id meo quidem iudicio non constat, quin probabilius mihi videtur animo etiam fuisse curatos; & quia ea Christi consuetudo fuit, vt neminem curaret corpore, quin etiam curaret animo, nisi quæ magna id causa postularet, quem admodum videmus Pontificis curasse seruum, non solum non credentem, sed etiam pernocentem, vt damnum quod illi discipulus intulerat, resarciret; & quia certum est, nouem etiam illos fide à lepra mundatos fuisse, quæ quamuis non sola iustificet, tamen quia in illis, qui primum in Christum credebant, non fuit sola esse, aut semper, aut plerunque iustificabat. Si ergo iustificationis etiam beneficium acceperant, quomodo ad Christum non redierint? Quid miramur propter curationem animi, quã non videbant, non rediisse, qui propter corporis curationem, quam videbant, experiebantur que, non redire? Quod si ita se animo, vt corpore sanatos videssent, tamen non minus ob animi, quam ob corporis sanitatem ingrati esse potuissent. Necesse constat, quod ad Christum non redierint, mortaliter peccauisse, cum potuerint eius beneficium animo recognoscere; & si peccauerunt, nihil vetat eos iustificatos fuisse prius, deinde ob ingratitudinem peccauisse. Ipsa sæpe iustitia materia nobis peccandi est. Adeo in malum proclives sumus, vt non solum malis, sed bonis etiam rebus impellamur. Quid ergo est, quod Christus soli Samaritano dicit, *Fides tua te saluum fecit*? Dicit, quod res erat. Affirmat eum sanatũ fide, alios eadem fide sanatos non negat. Idem aliis dixisset, si cum illis locutus fuisset. Voluit Samaritanum illum in fide confirmatum dimittere, docet fide tantum fuisse beneficium consecutum, vt eam diligentius conseruaret. Quo autem modo intelligendum sit. *Fides tua te saluum fecit*, quod alis etiam pluribus locis de alijs dictum est. Matthæi c. 9. 2. disseruimus. Sensum litteralem huius historiæ quod nobis vbiq; propositum est facere, exposuimus. Qui mysterium quæret, Augustinum legat libro 2. qq. Euangelica. c. 40. & Gregor. lib. 5 Mor. c. 31. Bedam, & Theophylact. in comm. & Bern. in sem. contra pessimum vitium ingratitudinis.

Mat. 17. 13. & hoc loco 17. 20.

20. *Interrogatus autem à Pharisæis, quando venit regnũ Dei.*] Id est, quando venire oporteret. Hanc enim vim habet præsens illud tempus, vt Matth. 17. 24. *Magister vester non soluit didrachmã?* id est, nonne debet soluere? & alibi: *Elias quidem venit*, id est, venire debet: Quando hoc accideret, incertum. Quidam eum versu 20. coniungunt: quasi sola illa decem leprosorum historia interiecta fuerit, cætera consequentia sint. Nõ video cur Euangelistæ, qui illam leprosorum interposuit historiam: non etiam hanc interponere potuerit. Et vero probabilius mihi quidem videtur alibi hoc accidisse, cum forte de regno Dei, vt sæpe solebat, Christus disseruisset. Verisimile enim est inde Pharisæos quæstionis occasionem arripuisse, quando regnum Dei venturum esset. Toto vero hoc capite nulla de Pharisæis mentio facta est, nec fortasse aderant, cum parabolam illam hominis terrum habentis arantem Christus tractauit, quæ, vt ex initio capitis, & ex ipsa parabolæ sententia perspicuum est, solis fuit proposita discipulis. Quo animo hoc Pharisæi interrogaunt, non satis constat. Sed est magis consentaneum ipsorum moribus, vt irridendi, quam vt discendi causa credamus interrogasse. Quasi Christum deriderẽt, quod cum frequenter regnum Dei apptopinquare diceret, nusquam tamen vllum eius indicium appareret. Quemadmodum eorum patres Izteniam sæpe dicentem: *Onus Domini*, per irrisionem cum illi occurrebant, solebant interrogare: *Quod est onus Domini?* Ierem. 23. 33. Et apud Isaiam c. 5. 19. *Festinet & velocet opus eius, vt videamus, & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud.* Sic Cyrillus à D. Thoma citatus, Theophylactus, & Euthymius in commentariis existimant. Alij, quod putarent regnum Dei, i. Messiam, quem se hi tuturum sibi regnum credebãt, magno cũ apparatu venturum esse, rogarentque, quando id futurum esset, cum tempus iam præteriisse viderentur, siue Danielis prophetiam de quatuor ante futuris monarchijs c. 7. 17. siue alteram de septuaginta duabus hebdomadibus. c. 9. 24. considerarent. Alij, quod hæc Christus paulo post in Ierusalem futuris dixerit, & existimarent fore, vt simulatque Ierosolymam veniret, regnum de quo tam sæpe loquebatur, iniret. Nam & Apostolos in eadem opinione fuisse constat, Matt. 20. 21. Ita Beda sentit. Dubium quid in hac quæstione regnum Dei vocent. Nam alij vitam beatam, tempusque illud post resurrectionem futurum intelligunt. Id enim non cum obseruatione venturum esse, id est, ita vt antequam veniat, obseruandis signis sciri possit, quando venturum sit. Alij Christũ ipsum vt idem sit interrogare, quando regnum Dei, & quãdo Messias venturus sit. Atque hoc esse quod dicitur versu 21. *Regnum Dei intra vos est*, id est, Messias, quem expectatis in medio vestrum est. Illud prius probabilius. Nam cum Christum irridere vellent, scire tamen illum se Messiam profiteri, non est credibile eundẽ interrogasse, quando Messias venturus esset: præsertim cum ita loquerentur, quasi simularent se ea credere, quæ Christus de futuro Dei regno prædicaret, ideoque interrogare, quando venturum esset, quod venturum esse, non dubitarent, atque ita Beda videtur intelligere.

Quo animo Pharisæi Christum interrogarunt.

Quid sit regnum Dei venire.

Non venit regnum Dei cum obseruatione.] Ita vt obseruari,

uari, certoque scire possit, quando venturum sit. Quemadmodum terreni Reges multis prius missis nunciis, magnoque comitatu venire solent, vt ignorari non possit, vbi sint, aut quando sint vrbem regiam inituri, vt Euthymius interpretatur. Quo ergo modo Christus ipse infra cap. 21. 25. signa aduentus sui tradit, ex quibus operari possit, quando futurus sit? Non tradit illa tanquam signa, quibus aduentum suũ cognoscamus longe antequam veniat; sed tanquam miracula, quibus eius iam præsens aduentus declaretur. Signa enim miracula vocauit. *Deus*, inquit, *manifestè veniet, Deus noster, & non silebit? ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Psalm. 49. 3. Hic autem significat non posse ex cœlestibus, aut aliis naturalibus signis obseruari, quando ipsius aduentus futurus sit, quemadmodum obseruari solet, quando futura sit pluuia, longe antequam veniat. *Faciem*, inquit, *cæli diudicare nostis? signa autem temporum non potestis?* Matth. cap. 16. 3. quanquam alius eius loci potest esse sensus. Quid ergo ad Pharisæorum quæstionem ista responsio? Videbantur illi tanquam astrologi solis corporis sensibus in cœlum, & in res cæteras corporeas intenti, quales esse solent, qui venturum aliquem expectant hucillue circunspicientes, vt viderent num suus ille Messias, qualem expectabant, vspiam appareret. Eo sensu rogauerant, quando regnum Dei venturum esset? eodem Christus respondet non esse venturum cum obseruatione, id est, ita vt antequam veniat, obseruati proximus eius possit aduentus. Quod perinde est, ac si breuius, clariusque dixisset, regnum Dei non corporeum, nõ temporale, sed spirituale esse; non corporis, sed animi oculis esse quærendum. Atque huc pertiner, quod statim addit.

Rom. 8. 16. Caluinus in Harm.

21. *Nec dicent: Ecce hic, aut ecce illic, regnum enim Dei intra vos est.*] Videntur hæc repugnare iis, quæ paulo post dicit, ver. 23. *& dicent vobis, ecce hic, & ecce illic, nolite ire, neque sectemini.* Sed nihil repugnãt: etiam hic loquitur de regno Dei, quod spirituale est. nec digito demonstrari potest, illic de Christo, quem alij hic, alij illic esse dicturi erant. Et hic de primo, illic de secundo Christi loquitur aduentu. Paulo difficilius, quid sit, *regnum Dei intra vos est.* Illud certum Christum iam non de futuro, sed de præsenti regno loqui, quod ij etiam concedunt, qui paulo ante de futuro locutum esse dicũt. Quia enim præsens futuri initium est, & velut inchoatio, & arrhabo quidam, à futuro ad præsens transijsse, quasi significare voluerit, si vellent futurum illud in cœlo regnum inuenire, istud tenerent, quod intra ipsos quodammodo est. Quemadmodum apud Matthæum c. 17. 12. cum discipuli interrogarent, quomodo Pharisæi dicerẽt, antequam regnum Dei veniret, venturum esse Messiam, respondit Christus, *Elias iam venit, & fecerũt in eo quæcunque voluerunt*, & c. 11. 14. *si vultis, inquit, credere, ipse est Elias*, cum de Ioanne Baptista loqueretur. Non quod Elias esset, sed quod Eliæ personam gereret; cum discipuli de vero Elia interrogassent, ipse de Ioanne respondit. Ita prorsus hoc loco, quia regnum Dei, quod tam venerat, eius quod venturi erat, imago, & inchoatio quædam erat, interrogatus Christus de futuro, de præsenti respondet, *regnum Dei intra vos est.* At quid est, regnum Dei intra vos est? Cyrillus apud D. Thomam, & Theophyl. hoc loco idem esse putat, quod in potestate nostra esse. Intra illos enim regnum Dei fuisse, quia poterant, si vellent Christum recipere. Quem admodum Deut. 30. 11. 12. 13. 14. Deus dicit, *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? Nec trans mare positum, vt causeris, & dicas, quis nostrum potest trans mare transferre mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere, quod præceptum est? Sed iuxta est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Quod D. Paulus ad Roman. 10. 8. 9. de Euãgelio, id est de regno Dei interpretatur, *Hoc est*, inquit, *verbum fidei, quod prædicamus, quia si confiteatur in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo crediderit, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.* Magis mihi placet hæc interpretatio, quam illa Bedæ, qui regnum Dei intra nos esse exponit, id est Christum ipsum per fidem in cordibus nostris regnantem. Aut illa Euthym. *regnum Dei intra vos est*, id est, Ego in medio vestrum sum. Aut illa Cassiani collat. 1. cap. 15. *regnum Dei intra nos esse, dum eius habemus cognitionem.* Aut illa Gregorij Nyssen. in libr. de beatitudinibus, & in libr. de virginitate cap. 12. qui regnum Dei intra nos esse dicit, quia Dei imaginem, ad quam facti sumus, intra nos habemus. Aut illa Euchenij in qq. in Lucam, regnum Dei intra nos esse, quando per virtutem, ac meritum Deus in nobis regnat. Aut illa Gregorij Nazianzeni, quam refert D. Thom. intra nos esse regnum Dei per lætitiam, & gustum quendam illius, quem in animo sentimus, & quia, vt ait Diuus Paulus, *ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.* Nam isto quidem modo necesse esse dicere, quod malus quidam auctor coacte dicit, hæc verba non Pharisæis, sed discipulis suis ad eos repente conuersum Christum dixisse. Quod, vt dixi, violentum est, nec enim cum Apostolis; sed cum Pharisæis loquebatur, ad quos si fieri potest accommodanda sunt verba. Præterquam quod statim sequitur, *Et ait ad discipulos suos*, quod non dixisset Euangelista, si præcedentia etiam verba discipulis dicta fuissent.

22. *Venient dies, quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis.*] Nullo modo Bedæ, & Lyrani, aliorumque interpretationem probare possum, qui diem vnum Christi, diem iudicij intelligunt. nam diem quidem illum omnes videbunt, & pauci admodum videre cupiunt: vt taceam, quod alij monuerunt. Græce esse μίαν ἡμέραν, vnam diem, cum dies iudicij vna tantum futura sit. Multo melius Cyrillus apud D. Thom. & Theophylact. atque Euthymius in commentariis, de iis Christum loqui diebus, quibus cum discipulis in hoc mundo versatus est, quasi dicat, nunquam eos tale tempus habituros: multas enim in ipsis instare persecutiones, in quibus cum versabuntur, eius temporis, quo cum Christo versati fuerint, recordatum sint, & vel vnum eius temporis diem desideraturi. Hoc tantum ab illis dissentio, quod non existimem, ideo hoc Christum dixisse, vt discipulorum patientiam, sed vt fidem præmuniret. Id enim agebat, vt doceret discipulos vti foro, fruiq; ea, quam habebãt salutis occasione. Hoc bene cum præcedentibus conuenit: cum enim Pharisæi de futuro regno Dei Christum interrogassent, respondit regnum Dei intra ipsos esse, id est in manibus eos regnum Dei habere, si recipere velint, &, quam habebant, præsentiæ suæ occasione vti, conuersus vero ad discipulos dicit, vt tenerent, quod habebant, vt ambularent, dum habebant lucem: venturum tempus, cùm ab illis sponsus auferretur, magnoque, si possent, emerent diem vnum ex multis, quos tũc haberẽt, quibus Christum, quoties vellent, videre, & colloqui cum eo possent, & docere ab eo, fideque confirmari, nec tamen habituros. Magnam enim de Christo quæstionem futuram esse, alijs hunc, alijs illum esse dicentibus. Quæ sequuntur vsque ad finem capitis apud Matthæum, & Marcum explicata sunt.

CAPVT XVIII

Eccle 18.4. 35
1 Thess 5 d. 17.

1. DICEBAT autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere 2. dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. 3. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: vindica me de aduersario meo: 4. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: 5. tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me. 6. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: 7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? 8. Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? 9. Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam. 10. Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. 11. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus: 12. ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo. 13. Et Publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. 14. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. 15. Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. 16. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei. 17. Amen dico vobis: Quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. 18. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? 19. Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. 20. Mandata nosti: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem. 21. Qui ait: Hæc omnia custodiui a iuuentute mea. 22. Quo audito, ipse ait ei: adhuc vnum tibi deest: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. 23. His ille auditis, contristatus est, quia diues erat valde. 24. Videns autem Iesus illum contristatum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. 25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. 26. Et dixerunt, qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? 27. At ille: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. 28. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. 29. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, 30. & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam. 31. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. 32. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: 33. & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. 34. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. 35. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans, 36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. 37. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. 38. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. 39. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. 40. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, 41. dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. 42. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. 43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

Matt 22 d. 29. Mar. 12 § 24.

IN CAPVT XVIII.

1. DICEBAT autem parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare.] Id est, vt docerer, oportere semper orare. Proposita eodem loco, eodem q; tempore parabola, quo ea, quæ extremo superiore capite narrata sunt, acciderunt, non ideo solum credendum est, quod proxime sit posita, sed etiam, quod sententia sententiæ bene cohæreat. Locutus enim fuerat Christus de futuris persecutionibus, deque repentino aduentu ad iudicium suo: docet nunc vigilandum, oràdumque esse, ne imparati oppeiamur, vt à Deo omnibus impendentibus malis liberentur. Nihil esse, quod à Deo assidua, & importuna quodam modo oratio imperrare nõ possit. Idem simili parabola supra docuerat c. 11. 5. eius, qui cum ad amicum media nocte veniisset, vt tres ab eo mutuo peteret panes, propter importunas preces obtinuit.

Et non deficere.] G. Καὶ μὴ ἐκκακεῖν, & non fatigari, id est non cessare ab oratione propter fatigationem, aut impetrandi desperationem. Quod D. Paulus 1. Thessalo. 5. 17. clarius dicit, *sine intermissione orate*. Quæ sententia quomodo intelligenda esset, multi graues auctores magno studio quæsiuerũt. Vulgares sunt interpretationes duæ, quas affert Beda. Altera semper orãdum, non quod semper in oratione occupari esse possimus, sed quod semper aut orare, aut aliquid boni agere debeamus. Bene orare, qui bene agit. Altera, semper orare eum, & nunquam deficere, qui horis canonicis iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis psalmodiis, precibusque consuetis Dominum laudare, & togare non desistit. Hoc esse, quod dicebat Dauid, *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo*. Quas interpretationes duas & Strabus, & Euthy. secutus est. Paulo propius Lyranus ad sensum accesserat, sed non est affectus. Aduerbium *semper*, non continuationem tẽporis, sed orationis instantiã congruis horis, vt Strabus, & Beda dixerant, significare. Simplicissimus, & clarissimus sensus est, nõ quidẽ dies, ac noctes sine vlla intermissione, quod omnino fieri nõ potest: nõ statutis horis, etsi id Ecclesia pie sancteq; facit, orandum esse: nam id quidem homines Ecclesiastici facere debent, alij necessario non debent, sed cum aliquid à Deo petimus, non debere, si consecuti nõ fuerimus, desperare, & animũ abiicere, hoc est deficere, sed instare, pulsare, iterumq; idem petere, donec saltem propter improbitatem obtineamus. Atque hoc ipsum est, quod D. Paulus dicit, *sine intermissione*. Non enim significat nũquam nos omnino debere ab oratione desistere, quod fieri nullo modo potest. Nam vt edente s, bibentesque orare possimus, quod non nisi valde perfecti faciunt: certe dormientes minime possumus, & est necessarium sanctissimo cuique aliquando dormire. Sed significat non debere nos orationem despembundos omittere, si quod petimus, sæpe orantes consecuti non simus.

Quomodo semper sit orandum.

Psal. 33. 2

1 Thess 5. 17.

2. Iudex quidam erat in quadam ciuitate.] In iudice potius, quàm in alia persona parabolam, vt opinor, posuit, quo argumentum, quod in ea latet, maiorem vim haberet. Latet autem argumentum à minori ad maius, aut dissimili, vt ait Aug. ser. 56. de verbis Domini secundum Lucam, & lib. 2. qq. Euan. c. 45. Si homo ille iniquus nec Deum, nec homines metuens, tamen mulieri propter assiduas eius preces concessit, quod petebat, quãto magis Deus nobis concedet, si assidue illum orauerimus? Quemadmodum alio loco dixit, *Si vos cum sitis mali, nostra bona data dare filijs vestris, quãto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* c. 11. 13. Hoc vt concluderet, nulla aptior potuit esse persona, quàm iudicis: cuius officium ipsum requirit, vt seuerus, & precibus inflexibilis sit. *Non considerat*, inquit, *personam pauperis nec honoret vultum potentis, iustè iudica proximo tuo*. Leu. 19. 15. Si ergo homo & natura sua crudelis, & officio inexorabilis, & moribus impius simul, & impudens, qui nec Deum, nec homines reueretur, tamẽ flexus est precibus, quanto magis flectetur Deus natura clemẽs, officio pater, moribus benignissimus? Hac eadẽ de causa adiecit Christus, *Qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur*, vt argumẽtum maiorem vim haberet, sumptum ex homine, qui nec Dei, nec hominum metu flecti ad miserationem posset. Sunt enim, qui quod Dei metu non faciunt, hominum respectu faciãt: siue quod eos timeant, siue quod eis placere velint: & cũ impij omnino sint, videri pij. Perditissimus est, qui nec videri quidem bonus cupit. Magnum malum hypocrisis est, sed hoc tamẽ habet boni, quod bene adhuc de virtute, quam simulat, sentire videatur. Multiq; contra hypocritas clamant, quos præsentes hypocritas esse.

3. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa.] Viduam proposuit, quia huiusmodi persona omnium iniuriis exposita esse solet: & quia etsi bonum, atq; benignum iudicẽ magis impium tamen, crudelem, & impudentem, qualem illum descripserat, minus mouere poterat. Nam si Deum timuisset, viduam potius, quàm aliã minus miserabilem personam adiuuisset: si hominem, saltem vt pius, & benignus videretur iudex, viduę suscepisset patrocinium. Cum nec Deum, nec homines reuereretur, nullã personam minus, quam pauperem viduam, à quo nihil sperandum, nihil timendum erat, iuuare poterat. Et tamen tãdem propter assiduas preces fecit.

Et veniebat ad eum dicens.] Veniebat quotidie, aut certe frequentissime, idque per longum tempus, vt v. 4. declaratur, estq; in primis ad sententiam parabolæ necessarium: vt probetur semper nobis, id est donec, quod petimus, impetremus, orandum esse, nunquam desperatione desistendum. Quod autem vidua petit, *Vindica me de aduersario meo*, perinde est, ac si dicat, Tuete me ab iniuria, quam aduersarius mihi facit. Nõ enim vindictam, sed iustitiam petebat. Sed ipsa aliquando iustitia vindicta est, quæ quia non priuata, sed publica sit auctoritate, caret culpa. Nec volebat docere Christus debere nos à Deo inimicorum nostrorum petere vindictam sed propterea vindictę & aduersarij exemplũ proposuit, quia de persecutionibus agebat, quas discipuli passuri erant, docebatq; fore, vt si assiduis Deum vrgerent precibus, eos tandem sumpta de persecutoribus vindicta liberaret. Loquitur etiam accommodate ad humanos mores. Solent enim homines ab aliis læsi quæ rere vindictam. Quemadmodum & animæ sanctorum Martyrum introducũtur vindictam petentes suorum persecutorum. Apoc. 6. 10. *Vsquequo Domine sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?* Non quod animæ sanctorum vindictam petant: sed quod petere homines soleant. Eodemq; modo intelligi potest, ficubi alias leguntur viros sanctos vindictã à Deo postulare.

Non docet Christus, vt vindictam petamus.

5. Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam.] Nõ est hoc ita intelligendum, quasi Deus nobis aliquando, ne illi molesti simus, petira cõcedat. Nam nec molestia vlla affici potest: & nihil illi gratius est, quam vt nos ipsi orando molesti esse videamur. Sed significat Christus, quod iudex ille fecit, vt molestiam euitaret: id multo magis, vt misericordiam exerceat, facturum esse Deum.

Ne in nouissimo veniens suggillet me.] Sic quidam hoc interpretãtur, ne mihi pergat esse molesta, ne tandem me obrũdat, & quasi verberibus flagellatum iniudicum reddat: viduæ enim verba verbera illi, quia molesta erant, visa fuisse. Hoc esse ὑπωπιάζειν, quod verbũ Græce est. Atque ita quidem Augustinus lib. 2. qq. Euang. ca. 45. & Beda videntur intellexisse. Sed obstat plane, quod dicit, *in nouissimo*: cur enim timeret, ne sibi post in nouissimo tempore, quàm toto tempore, quo persteuerasset, molesta esset? Euthymius, quod Græce est εἰς τέλος, nõ interpretatur *in nouissimo*, sed in finem, id est semper, quo sensu quidam multos psalmos εἰς τέλος in finem inscribi putant. Quod paulo quidem magis videtur conuenire, vt sensus sit ne perpetuo veniens perturbet me: id enim verbum etiam significat. Suspicor ego ad multarum gentium consuetudinem alludi, qua iudices non perpetui, sed ad certum tempus constitui solent: qui ab officio remoti accusari solent, si quid cui fecerint iniuriæ, & nouo iudice, si crimen probatum fuerit, condemnari. Hoc mihi videtur iudex ille, quamuis nec Deum timeret, nec homines reuereretur, timuisse, ne forte in nouissimo εἰς τέλος, id est, cum perfũctus esset officio, à vidua illa coram successore suo accusaretur, quod rogatus abea sæpe, vt ipsi ius redderet, nõ reddidisset. Atque hoc est Latine suggillare, id est accusare, reprehẽdere, quo verbo Livius vti solet, Græce ὀνειδίζειν affligere, perturbare, quasi dicat, ne postquam magistratu abiero, negotiũ mihi faceßat. Videtur alludere iudex ad præsentem molestiam, quam illi quotidie mulier exhibebat, quasi dicat, quia mihi nunc molesta est, & ne postquam magistratu perfunctus fuero, multo mihi magis molesta sit, si me male administrati officij, neglectæque reipublicæ accusauerit, vindicabo illam. Leuis illa objectio est, quomodo hoc timebat, qui nec timebat Deum, nec homines reuerebatur? Non propter Deũ, aut homines, sed propter se timebat, ne accusatus cõdemnaretur. Hoc enim impiorum hominum ingenium est, vt, cum diuina omnia, humanaque contemnant, sibi tamen maxime timeant. Quid iudex, quid vidua, quid aduersarius significet, opus non est disputare. Iudex Deus est, non quidem similitudine, sed dissimilitudine potius eum referes, vt supra ex Augustino, & Beda declarauimus. Vidua nos sumus, & quisquis persecutionem iniuste patitur. Aduersarius

Liv. 1. bell Macedon. & alibi.

hominesiniqui qui iustos diuexant. Hæc simplicia sunt, & ad sensum litteralem pertinent: alios sensus allegoricos si quis quærit, legat Augustinum sermone 36. de verbis Domini secundum Lucam. & libr. 2. qq. Euangel. c. 45. Theophilum Antiochenum lib. 3. allegoricorum, Anastasium q 70.

6. Ait autem Dominus. Audite, quid iudex iniquitatis dicit.] Adiecit Dominus post parabolam, conclusionem per epiphonema, quo maiorem ab auditoribus attentionem, animaduersionemque postularet. *Audite*, id est attendite, considerate, *quid iudex iniquitatis dicat*, Heb. iudex iniquus, aut, cum iniquus esset. Et discite ex iudice illo iniquo, atque crudeli, quid bonus iudex Deus si illum assidui oraueritis, facturus sit.

7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte?] Per interrogationem legendum est, quæ maiorem habet emphasim, quam si simpliciter dixisset Deum etiam vindictam facturum esse. Opponit autem exaggerando Deum iudici iniquitatis, electos viduæ, clamore precibus, die ac nocte diebus singulis, quibus vidua illa ad iudicem adibat; iudex iniquus fecit vindictam viduæ, quam non nouerat, quam propter molestiam, quam ibi exhibebat, etiam oderat: & Deus vindictam non faciet electis suis, id est filiis, quos elegit, quos genuit, quos amat? Ille fecit propter assiduas preces, Deus non faciet propter pectorum dies, noctes que clamores? quo non qualescunque, sed vehementissimæ, ardentissimæ, & ex maximo dolore affectæ, quæ profectæ preces significantur. *Quid*, inquit, *clamas ad me?* Exo. 14. 15. *& clamauerunt ad Dominum filii Israel, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.* *Psal. 33. 18.*

Et patientiam habebit in illis?] Similiter per interrogationem legendum est, & Deus patienter electos suos perpetuo ab iniquis hominibus, alias quos dicat, minime. Sic Ecclesiast. cap. 35. 22. *Et Dominus non elongabit se, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium, & fortitudinem non habebit in illa patientiam.* Noster interpres legit μακροθυμῶν, vt & Chrysostom. 3. de ora. Multo melior sensus, quam nunc legitur μακροθυμῶν, patiēs, quod Theophyl & Euthym. exponunt, quamuis diu patiens fuerit penitus contraria sententia.

8. Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.] Electorum suorum, id est, illorum iniuriam ab iniustis hominibus acceptā cito vindicabit. Opponit cito id est, breue tempus multo tempori, post quod dixerat iudicem illum viduæ iniuriam vindicasse vers. 4. tanquam dicat, ille quidem iniquus iudex longo post tempore vindicauit ab iniuria viduam: Deus autem non tam diu expectabit. *Sed desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua*, Psal. 9. 17. *Erit*, inquit, *antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam*, Isai. 65. 24. *Secundum Euth.*

Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?] Non apparet quorsum hæc Christus dicat. Placet mihi, si bene intelligatur, quod Augustin. ser. 36. de verbis Domini secundum Lucam, & Beda hoc loco videre videntur. Cum Christus dixisset fore, vt cito Deus electos suos liberaret, reddere nūc causam, quamobrem sæpe non liberet, quia nimirum non ea fide, qua debent, Deum orant. Itaque cum venerit ad iudicium filius hominis quo potissimum tempore electos suos liberaturus est. vix quos liberet, inuenient, quia vix fidem inuenient. Excusat ergo Deū, homines accusat. Per Deum non stare, quo minus, qui ipsum orant, liberētur per hominem stare, qui non quanta debent, orant fide. Fides enim est, quæ orationem animāt, & efficacem reddit. Fides, quæ quod petitur, impetrat. *Si quis*, inquit, *vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, simile est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur.* Iacob. 1. 5. 6. Hoc est, quod Christus ait, quibus infirmitatem, quam petebant, concessit, dicere, *Fides tua te saluum fecit*, supra c. 7. 50. & 8. 48. & 17. 19. & infra v. 42. hoc ipso cap. & Matt. 9. 22. & Mar. 5. 34. & 10. 52. *A*

9. 10. *Dixit autem & similitudinem istam ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti.*] Hanc etiam parabolam. Aug. lib. 36. de verbis Domini secundum Lucam. & Beda in eum ment. & auctor Græcus, quem D. Thom. citare solet, ita cum superioribus iungunt, vt cum ea oratione Christus egisset, docuisse que defectu fidei homines, quod orantes à Deo petunt, nō impetrare: sit fides luxuriæ radicem superbiam ostendere voluerit, quæ plerūque orationis efficacitatem impedit. *Fides*, inquit Augustinus, *non est superborum, sed humilium.* Duos ergo orantes homines inducit, superbum alterum, alterum humilem illum damnatum, hunc iustificatum. Illum Pharisæum, hunc Publicanum fuisse dicit, quod Pharisæi de se superbe sentirent, iustosque se esse existimarent: nam illos qui in se tanquam iusti confidebant, quibus que parabolam patuit, Pharisæos fuisse credendum est) publicani autem publicę peccatores haberi solent, vt obiecuauit Euthymius. Debet enim parabola, vt sæpe docuimus, quamuis ficta narratio sit, vero similis esse. Quantiquam in centum est, sine ulla parabola, ad historia. Tamen si parabola est, quod ergo probabilius esse arbitror, & omnes sanctorum dicere videntur, est ficta similitudo vera. Quod dicit se ad iustificandum templum, nemo ignorat templum Ierosolymitanum, in edito fuisse loco. Quod autem ait, *stans*, propterea dicit, quod de oratione ageret, & qualis esse deberet, docere vellet: & quia ea aut sola aut præcipua hominibus cōtra erat, in templum ascendendo. *B* *C* *Variatio Pharisæi superbia genitis.* *Iudæi in stantes orarunt.* *Stare Hebræis plerunque est se erigere.*

11. Pharisæus stans.] Minor bonestas erat, quod dant interpretes existimate Pharisæum illum recto orasse corpore, ipso habitu supe. biam declarante. Nec enim credibile est, quod quidam putāt, Iudæos stantes orare solitos, cum nihil in ea re à Christianis mutatum esse, & certum sit semper Christianos flexis genibus orasse Act. 7. 60. & 9. 40. & 20. 36. & 21. 5. quin & Iudæos ipsos ita semper orasse legimus. 3. Reg. 8. 54. 2. Paralip. 6. 12. Daniel. 6. 10. Mich. 6. 6. Itaque omnes fere qui à Christo aliquod postulabant, genua ante ipsū flectebat, quod est γονυπετῶν & γονυπετῶν Mat. 17. 14. Mar. 1. 40. Luc. 5. 8. & Christus ipse Iudæos, vt vitio ritu flexis genibus orarit Patrem Luc. 22. 41. ergo stare solam aliquando præsentium, vt sæpe docuimus, aliquando quietem, aliquanto audaciam, & animi constantiam, & erectionem, aliquando exordiū & inchoationē significat Hebraica præteritæ phrasi. *Stet*, inquit, *& saluent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.* Isai. 47. 13. id est, ostendant se, consistāt in acie coīs ne interriti. Et Psal. 105. 23. *Si non Moyses electus eius stetisset in conspectione in cōspectu eius*, id est nisi interritus et animo Deo opposuisset. Et ibidem v. 30. *Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio.* Hanc vim hoc etiam loco habet. Nisi quod duobus proximis exemplis audaciā ex charitate, hic ex superbia profectam significat. Stetisse enim in templo Pharisæus ille dicitur quasi superbe, & arroganter de propria iustitia cū Deo & illorum, quos ab se damnabat, peccatorum, & iustificatione sua gloriatus est. Itaque cum venerit ad iudicium filius hominis quo potissimum tempore electos suos liberaturus est. vix quos liberet, inuenient, quia vix fidem inuenient. Excusat ergo Deū, homines accusat. Per Deum non stare, quo minus, qui ipsum orant, liberētur per hominem stare, qui non quanta debent, orant fide. Fides enim est, quæ orationem animāt, & efficacem reddit. Fides, quæ quod petitur, impetrat. *Si quis*, inquit, *vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, simile est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur.* Iacob. 1. 5. 6. Hoc est, quod Christus ait, quibus infirmitatem, quam petebant, concessit, dicere, *Fides tua te saluum fecit*, supra c. 7. 50. & 8. 48. & 17. 19. & infra v. 42. hoc ipso cap. & Matt. 9. 22. & Mar. 5. 34. & 10. 52. *D*

9. 10. *Dixit autem & similitudinem istam ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti.*] Hanc etiam parabolam. Aug. lib. 36. de verbis Domini secundum Lucam. & Beda in eum ment. & auctor Græcus, quem D. Thom. citare solet, ita cum superioribus iungunt, vt cum ea oratione Christus egisset, docuisse que defectu fidei homines, quod orantes à Deo petunt, nō impetrare: sit fides luxuriæ radicem superbiam ostendere voluerit, quæ plerūque orationis efficacitatem impedit. *Fides*, inquit Augustinus, *non est superborum, sed humilium.* Duos ergo orantes homines inducit, superbum alterum, alterum humilem illum damnatum, hunc iustificatum. Illum Pharisæum, hunc Publicanum fuisse dicit, quod Pharisæi de se superbe sentirent, iustosque se esse existimarent: nam illos qui in se tanquam iusti confidebant, quibus que parabolam patuit, Pharisæos fuisse credendum est) publicani autem publicę peccatores haberi solent, vt obiecuauit Euthymius. Debet enim parabola, vt sæpe docuimus, quamuis ficta narratio sit, vero similis esse. Quantiquam in centum est, sine ulla parabola, ad historia. Tamen si parabola est, quod ergo probabilius esse arbitror, & omnes sanctorum dicere videntur, est ficta similitudo vera. Quod dicit se ad iustificandum templum, nemo ignorat templum Ierosolymitanum, in edito fuisse loco. Quod autem ait, *stans*, propterea dicit, quod de oratione ageret, & qualis esse deberet, docere vellet: & quia ea aut sola aut præcipua hominibus cōtra erat, in templum ascendendo. *C*

11. Pharisæus stans.] Minor bonestas erat, quod dant interpretes existimate Pharisæum illum recto orasse corpore, ipso habitu supe. biam declarante. Nec enim credibile est, quod quidam putāt, Iudæos stantes orare solitos, cum nihil in ea re à Christianis mutatum esse, & certum sit semper Christianos flexis genibus orasse Act. 7. 60. & 9. 40. & 20. 36. & 21. 5. quin & Iudæos ipsos ita semper orasse legimus. 3. Reg. 8. 54. 2. Paralip. 6. 12. Daniel. 6. 10. Mich. 6. 6. Itaque omnes fere qui à Christo aliquod postulabant, genua ante ipsū flectebat, quod est γονυπετῶν & γονυπετῶν Mat. 17. 14. Mar. 1. 40. Luc. 5. 8. & Christus ipse Iudæos, vt vitio ritu flexis genibus orasse Patrem Luc. 22. 41. ergo stare solam aliquando præsentium, vt sæpe docuimus, aliquando quietem, aliquanto audaciam, & animi constantiam, & erectionem, aliquando exordiū & inchoationē significat Hebraica præteritæ phrasi. *Stet*, inquit, *& saluent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.* Isai. 47. 13. id est, ostendant se, consistāt in acie coīs ne interriti. Et Psal. 105. 23. *Si non Moyses electus eius stetisset in conspectione in cōspectu eius*, id est nisi interritus et animo Deo opposuisset. Et ibidem v. 30. *Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio.* Hanc vim hoc etiam loco habet. Nisi quod duobus proximis exemplis audaciā ex charitate, hic ex superbia profectam significat. Stetisse enim in templo Pharisæus ille dicitur quasi superbe, & arroganter de propria iustitia cū Deo & illorum, quos ab se damnabat, peccatorum, & iustificatione sua gloriatus est. *Stans apud se orabat.*] Nihil minus, quā oratio videtur esse, quæ sequitur, quo ergo modo Christus orasse eū dicit? *Stans apud se orabat.*] Nihil minus, quā oratio videtur esse, quæ sequitur, quo ergo modo Christus orasse eū dicit? *Iudæi in stantes orarunt.* *Stare Hebræis plerunque est se erigere.* *Stans apud se orabat.*] Nihil minus, quā oratio videtur esse, quæ sequitur, quo ergo modo Christus orasse eū dicit? *Stans apud se orabat.*] Nihil minus, quā oratio videtur esse, quæ sequitur, quo ergo modo Christus orasse eū dicit?

dicit? Duplex responsio, aut orationis nomine etiam diuinas laudes, & gratiarum actiones intelligi, quemadmodum & Dauid cum suos canebat psalmos, orare dicebatur, & nūc Ecclesiam cum eos recitat, orare dicimus: aut Euangelistam noluisse dicere vere eum orauisse, sed loco orationis, qua vti eum oportebat, suas commemorasse laudes. Quemadmodū si reuniges in maxima tempestate Deum, iam ctoq; omnes nefandis vocibus blasphemantes, orare Deum dicas, quia quo loco, quo tempore orare eos maxime oportebat, pro oratione blasphemias in Deum iactant. *A*

Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominū.] Non dubium quin Christus superbiam in his verbis magnam esse indicet; sed quā in re ea consistat, incertum. Nec enim gratias Deo agere superbia videtur esse: nec suas etiam, modo non tibi, sed Deo tribuas, agnoscere virtutes, præsertim si ob eas à Deo acceptas gratias illi agas. Quod Pharisæus ille faciebat. Omnia tamen quæ Pharisæus dicit superbiam spirant. Nam vt fingamus eum quas in se prædicauit virtutes habuisse, magnæ fuit superbiæ cæteros sine discrimine homines tanquam peccatores sibi tanquam iusto postponere. Quę vna est species superbię, ex quatuor, quas hic Beda, & Greg. lib. 23. in Iob c. 7. commemorant, & tanto quidem aliis peior, quāto & stultior sibi, & aliis iniustior est singularem se putare, & cæteris præstare omnibus. *Dicetur fortasse*, inquit Aug. ser. 36. de verb. Domini secundum Lucam, *sicut multi homines, Quid est cæteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, cæteri peccatores.* Secūdo species superbiæ fuit, quod solas virtutes suas cōmemorauerit, de vitiis, quibus vtique non carebat, nullam mentionem fecerit. Tanquā si egget non quid morbi, sed quid sanitatis habeat, medico exponat. Hoc superbiæ genus Gregorius hom. 7. in Ezechielem in illo notauit. Tertia est, quod eas fortasse virtutes iactauerit, quas non habebat, quemadmodū eiusmodi fatuis hominibus solet accidere. qui dū neglectis, aut dissimularis vitiis, solas in se virtutes considerant, eas sibi, etiam quas re ipsa non habent, habere videantur. Quarta, quod Deo simulate gratias egisse credendum sit: ita enim loquitur, ita tota sibi oratione placet, vt minime obscurū sit, cum ipsi eas virtutes attribuisset, quasi sua illis diligentia esset consecutus, nec Deo gratias egisse, vt gratias illi ageret, sed vt se laudaret. Sibi ergo, non Deo gratias agebat. Hoc aliud superbiæ artificiū est, sępe vt nos laudemus, gratias Deo agimus, Deum laudo, quod nunquam hoc, nunquam illud fecerim, quod semper hoc, semper illud fecerim. Quinta fuit, quod tāto studio & aliorum vitia, & virtutes suas enumetauerit. Non est tam ingeniosa, & subtilis humilitas: nec aliorum vitia, nec virtutes suas videt. *Raptores*, inquit, *iniusti, adulteri.* Quam diserte aliorum accusator, quam facunde laudator sui. Maxima quęq; peccata nominauit, quibus cę eros omnes homines præter se oneratos esse dicit. Hoc enim nomina illa significant, *raptores, iniusti, adulteri*, nō eos qui semel, aut iterum rapuerint, iustitiam violauerint, adulterium patrauerint, sed qui id solent facere quam frequentissime. *B* *C* *D*

Velut etiam hic publicanus.] De proximo, vt virtutes suas probet, sumit exemplū, ne forte Deus ita esse neget. Ostendit digito publicanū publicum peccatorē, & quantum inter se, & illum interest, Deum iubet animaduertere. *Ego solus sum*, inquit Aug. ser. 36. de verbis Domini secundum Lucam, *iste de cæteris est. Nō sum, inquit, talis, qualis iste per iustitias meas, quibus iniquus non sum. Quid rogaueris Deum, quare in verba tua, & nihil in manibus. Ascendit orare, nihil Deum rogare, se ipse laudare. Parum est non Deum rogare, sed se laudare, insuper & roganti insultare.* *E*

12. Ieiunio bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo.] Memorauit prius vitia, quæ non habebat: memorat nunc virtutes, quas habet, ait Theophy. quia primum est discedere à malo, secundum facere bonum. Recēset autem virtutes duas, eas quæ à Pharisæis maximo in pretio habebātur, quibusque se cæteris hominibus antecellere gloriabantur, ieiunium, & decimarum solutionem, vt apparet Matth. 9. 14. & 23. 23. Nam ex illis locis, & frequenter ieiunasse, & mētam, & cyminum, reliq; alias minutissimas decimasse constat, quod cæteri homines facere non solebant. Quibus autem diebus ieiunauerint, incertum: Nam quod Theophylactus tradit secūdo, & quinto hebdomadis die ieiunare solitos, non alio arguimento, quam sua auctoritate probat; quæ hac in re haud scio quantum pōderis habere debeat. *Hebraeis idioma communis, pro adiacentia.*

13. Et publicanus à longe stans.] Particulam καὶ, pro adiacentia positam puto ex Hebræorum idiomate, quibus ו, & coniunctiua, & adiacentia est: Publicanus autem à longe stans. Quam vim hoc loco standi verbum habeat. vers. 11. docuimus. A longe autem stetisse publicanus dicitur, quasi nō ausus fuerit in templum ingredi, aut certe versus arcam accedere: sed aut in ipso tēpli vestibulo, aut in prima aetij populi parte constiterit, indignum se tam religioso iudicans loco, Exprimit peccatoris humilitatem, nullum in se meritum agnoscentis. *Christiani olim tonsi. tentes pectora in spiritu, & dixisse.* *Hora dere solici. Mat. 11 25.*

Noluit nec oculos ad cælum leuare.] Nolebat, positū videtur pro non audebat. Melius enim conuenit, & haud dubium quin ideo noluerit, quia non audebat. Quod ait *nec oculos*, indicat multo minus ausum fuisse maiora facere. Quid autem maius ausu hūm nō fuisse insinuet, incertum. Qui putant cæteras corporis partes intelligi, præsertim manus, quas solemus in cœlum orantes leuare, quasi dicat, non solum ere cto corpore esse non audebat, quo habitu Pharisæū orasse putant, aut manus in cœlum tollere, sed ne leuare quidem oculos, nō satis opinionem mihi suam probant. Potius ad iactātiam illam Phatisæi, quam paulo ante descripserat, referendum hoc esse arbitror, tanquam dicat, non solum nihil de se laudabile, vt Pharisæus fecerat, prædicabat; sed ne oculos quidem, quos pudor illi, ac reuerentia diuinæ maiestatis in terrā defixerat, audebat tollere. Cœlū puto hic Deum appellari Hebræorum more, vt supra c. 15. 21. *Pater peccavi in cælum, & coram te.* Qui enim in templo orabant, non in cœlum, sed in arcā. vbi Deum sibi repræsentabant, oculos attollebant. Quod ipsum publicanus ille facere non audebat. *C* *Cælum hic loco Dei ponitur.*

Sed percutiebat pectus suum.] Quasi conscientiam suam manu verberans. & pœnas de ea sponte sua sumens. Docuit natura ipsa pœnitentes id facere. Itaque & inter Iudæos primum, deinde inter Christianos id fuit vsitatum, vt apparet infra cap. 23. 48. Adeoque assueti Christiani erant, cum confitebantur peccata sua, pectori tundendo, vt simul atque verbum ipsum, Confiteor, audirent, pectora manu pulsarent. Adscribam locum Augustini singularem, ex serm 8 de verb. Domini secundum Matthæum, *Sanctum*, inquit, *Euangelium cum legeretur, audiuimus exultasse Dominum Iesum in spiritu, & dixisse. Confiteor tibi pater Domine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Itaque vsque interim verba Domini si diligenter, si diligenter, si quod primum est, pie consideremus, inuenimus primum non semper, cum in scripturis legimus confessionem, debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit, & hinc admonēda caritas vestra, quia mox, vt hoc verbum sonuit lectoris, audito scilicet, quod Dominus ait, Cōfiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit, Confiteor pe-* *E*

Bona vestra tutudistis. Tūdere autem pectus quid est, nisi argu- A *rissum fuisse iudicatum. Nota enim est phrasis He-* Hebraica
ere. quod latet in pectore, & euidēti pulsu occultum cōtingere pro- *braica, Iustificasti seruos tuos in omnibus abominationibus eorum* phrasis, tuos
catum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confitebor tibi pater. Confiteor, audistis, qui confitetur, non attendit illo. *quas operati sunt.* Ezech. 16. 51. id est iustiores, quorum iustitiam re-
ipsa esse declarastis, quāuis ea re tu, nec illa fuit a iusta. Hic, *hoc*, inquam, est sensus: nisi credēdum est & vere iustificatū publicanum, & vere damnatum fuisse Phariseum, si historia nō parabola fuit: quia nec potuit non iustificari humilitas tanta, nec tanta superbia nō damnari. Potest autē quod dicit *ab illo*, duobus modis intelligi, aut ita vt prapositio *ab* pertinam agentem declaret, aut ita vt solam significet comparationē, vt apud Hebræos מן. Priori modo si intelligatur, sensus erit Phariseum illum ideo se cum Deo elatē, arrogantēq; gessisse, vt publicanum, quamuis publicum peccatorem iustificauerit, id est iustiorem se esse declarauerit, cum seram modestē, & modice gessent. Si posteriori, publicanum non quidem à Phariseo, sed à Deo præ Phariseo fuisse iustificatum: sententia vtroque modo eadem est, phrasis tātum diuersa. Quæ sequuntur vsq; ad finem capitis apud Matthæum, & Matcum in locis ad marginem indicatis explicanimus.

Deus propitius esto mihi peccatori.] Paucis vtitur peccator verbis, altero se peccatorem confitetur, altero veniam petit. Hoc est quod alibi Christus docet, *Cum oratis nolite multum loqui, sicut Ethnici facitant: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur*, Matthæi 6. 7. Satis apud Deum loquitur, satisq; apud eum disserte causam suam agit, qui se humiliter peccatorem agnoscit.

14. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.] Id est, venerat in templum iustificat, redijt domum iustior Phariseo. Hic verus est sensus. Itaque nō ignificatur quidem hoc loco aut publicanum vere iustificatum fuisse, aut vere damnatum Phariseum, quamquam ita Euthymius intelligit, quasi sensus sit, *descendit hic iustificatus ab illo*, id est, hic iustificatus, non ille. sed ignificatur iustiorem à Deo, quam Pharisæum fuisse iudicatum. Nota enim est phrasis Hebraica, *Iustificasti seruos tuos in omnibus abominationibus eorum, quas operati sunt.* Ezech. 16. 51. id est iustiores, quorum iustitiam re- esse declarasti, quāuis ea re tu, nec illa fuit a iusta. Hic, *hoc*, inquam, est sensus: nisi credēdum est & vere iustificatū publicanum, & vere damnatum fuisse Phariseum, si historia nō parabola fuit: quia nec potuit non iustificari humilitas tanta, nec tanta superbia nō damnari. Potest autē quod dicit *ab illo*, duobus modis intelligi, aut ita vt prapositio *ab* pertinam agentem declaret, aut ita vt solam significet comparationē, vt apud Hebræos מן. Priori modo si intelligatur, sensus erit Phariseum illum ideo se cum Deo elatē, arrogantēq; gessisse, vt publicanum, quamuis publicum peccatorem iustificauerit, id est iustiorem se esse declarauerit, cum seram modestē, & modice gessent. Si posteriori, publicanum non quidem à Phariseo, sed à Deo præ Phariseo fuisse iustificatum: sententia vtroque modo eadem est, phrasis tātum diuersa. Quæ sequuntur vsq; ad finem capitis apud Matthæum, & Matcum in locis ad marginem indicatis explicanimus.

CAPVT XIX.

1. ET *ingressus perambulabat Iericho. 2. Et ecce vir nomine Zacheus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. 3. & quærebat videre Iesum, qui esset: & non poterat pra turba, quia statura pusillus erat. 4. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde* B *erat transiturus. 5. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum & dixit ad eum, Zache festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. 6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. 7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. 8. Stans autem Zacheus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid alicui defraudaui, reddo quadruplum. 9. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse filius sit Abrahæ. 10. Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. 11. Hæc illis audientibus adijciens, dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem: & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur. 12. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. 13. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas. & ait ad illos: Negotiamini dū venio. 14. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. 15. Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset. 16. Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. 17. Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. 18. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. 19. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. 20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario: 21. timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. 22. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: 23. & quare non dedisti pecuniam* C *meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? 24. Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet. 25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. 26. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. 27. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interfecite ante me. 28. Et hæc dicēs, præcedebat ascendens Ierosolymam. 29. Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphagē, & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, 30. dicens: Ite in Castellum, quod contra* D *est: in quod introeuntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. 31. Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. 32. Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. 33. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt dominis eius ad illos: Quid soluitis pullum? 34. At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet. 35. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua sopra pullum, imposuerunt Iesum. 36. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. 37. Et cum appropinquaret iam ad descensum Montis Oliueti, cœperunt omnes turba discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus, 38. dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis. 39. Et quidam Phariseorum de turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. 40. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. 41. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, flenit super illam, dicens: 42. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 43. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt* E *te: & coangustabunt te undique: 44. & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent*

Matt. 18. b. 12. Matt. 25. b. 14.

Sup. 8. c. 18. Matt. 13. b. 12. & 25. c. 29. Mar. 4. c. 25.

Matt. 21. a. 3. Mar. 11. a. 1.

Ioan. 12. b. 14.

Matt. 24. a. 2.

quent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognouerit tempus visitationis tuæ. 45. Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in eo, & ementes, 46. dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam spelunçam latronum. 47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere: 48. & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

Mat. 21. a. 13. Isa. 56. b. 7. Ier. 7. b. 11.

IN CAPVT XIX.

1. ET *ingressus.*] In vrbem scilicet ipsam Iericho, vt quam appropinquasse dixerat ca. superiore v. 35. Tendebat enim Christus, cum hoc accidit, Ierosolymam, vt patereretur, quemadmodum constat ex Matco c. 10. 32. De vrbe autē Iericho, quæ scitu necessaria esse iudicauimus, apud Matthæum diximus c. 20. 29. Erat enim in via à Iordane Ierosolymam euntibus.

Perambulabat Iericho.] Lustrabat vrbem, animas nimirum perditas quærens, vt solent medici ægrotum obire domos. Nec operam perdidit. Zachæum enim ægrotum inuenit, sanum reliquit. Ex hoc loco perspicuum est non ferua illum fuisse historia ordinem temporum. Nam miraculum illud curati cœci, quod superiore capite narrauit ver. 35. factum fuit, postquam ab Iericho fuisse egressus, vt ex Matth. cap. 20. 29. & ex Marco cap. 10. 46. manifestum est, nunc vero redit ad commemorandum id, quod in ipsa accideret vrbe, cur id fecerit apud Matthæum exposuimus.

2. *Et ecce vir.* Quasi dicat, quærebat, quos sanaret, & ecce illi ægrotus occurrit.

Nomine Zacheus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues.] Tribus rebus hominem Euangelista describit nomine, officio, diuitijs. partim vt plus fidei esset historiæ, partim vt doceret etiam homines diuitet, nec publicanos modo, sed principes etiam publicanorum in Christum credidisse, ab eoque fuisse saluatos. Tum etiam vt indicaret, quamobrem Christus postea dixisset vers. 10. *Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.* Maxime enim publicani periisse credebantur. Et est simile vero Scribas, & Phariseos suo more murmurasse, quod ad publicanum, & hominem publice habitum peccatorem Christus diuertisset, vt Matth. 9. 11. 12. & 11. 19. Quod dicit, & *ipse diues*, videtur Hebraismus esse, ὁ ἦν τὸ ὄνομα, qui Latine resolueretur, Princeps publicanorum, isque diues, aut, qui & diues erat. Auget enim orationem. Omnes publicani diuites esse solebāt. Ille inter publicanos ipsos ditissimus erat, propterea quæ eorum princeps. Nam inter eos, qui solas quærunt diuitias, qui iis maxime abundant, principes sunt. Hoc eo etiam pertinet, vt intelligatur, quantæ eius fuerint eleemosynæ, cum inter locupletes locupletissimus esset, & dimidiam bonorum suorum partem pauperibus erogauerit vers. 8.

3. *Et quærebat videre Iesum, qui esset.*] Quis esset eorum, quos in confesta. & confusa videbat turba. *Quærebat* dixit, pro volebat, aut conabatur Græco idiomate, ἐζήτει ἰδεῖν. Conabatur autem videre commorus fama sanctitatis, & miraculorum eius, quæ longe, lateq; peregrinabatur.

Et non poterat pra turba, quia statura pusillus erat.] Sensus est facilit, potestq; facile ad mores trahi, omnes homines ad Christum Zachæi sunt, pauci sunt, videre eum præ turba non possunt, quia nemo potest venire ad eum, nisi pater eius traxerit illum, nisi fide in arborem sycomorum ascendat, nisi in crucem credat, Iudæi quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Turba vtique huius mundi impedit nos, quo minus Christum diligamus, relinquenda, calcanda nobis ad maiorem virtutē ascendentibus. turba est, de alto Christus videndus. *Nemo potest*, inquit Ambros. *Iesum videre constitutum in terra.* Sed hæc à nostro instituto aliena sunt, & meliora apud Aug. ser. 8. de verbis Apostoli, & ser. 110. de tempore, & apud Greg. lib. 17. Mor. c. 26. & apud Ambrosium, & Bedam in huius loci commentarijs, & apud Theophilum Antiochenum lib. alleg. 3. facile lector inueniet.

Sycomorus quæ arbor sit.

Leu. 23. c. 7.

Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum.] Curiēs ante eum, quā transiturus erat, vt antequā accederet, spatium haberet in arborem, q̄ in via esse sciebat, ascendendi Sycomorus, aut sycomorus, quæ arbor sit, nō magni operæ pretij est fere velle. Plinius Ægyptiam ficum vocat, his quæ describit verbis: *Ante omnia ficum ab ea Ægyptia cognominata, arbori morum similio folio, magnitudine, affectu. Pomum sert non ramis, sed caudice ipso: idq; ipsum ficus est produlcis, sine grani interioribus, parquam ea. unde prouentu, scalpendo tantum ferreis unguibus, aliter nō maturescit.* Esse aūt eandem arborem sycomorum, & ficum Ægyptiam non solum ex Dioscoride magno in eo tali auctore, sed etiam ex Augustini ser. 8. de verbis Apostoli perspicuū est, qui & sycomorum quasi fatuam ficum dictā esse docet. & in Africa quidem raram, in Iudæa admodum fuisse fœcundē.

Quia inde erat transiturus.] G. ἐν ἐκείνῃ γὰρ ἤμελλε διέρχεσθαι, quia illac erat transiturus.

5. *Zache festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*] *Magnum beneficium*, inquit Aug. ser. 8. de verbis Apostoli, *ille arbitrabatur Christum videre. Qui magnum, & ineffabile beneficium putabat transeuntem videre, salutis meritū in domo habere. Insunditur gratia, operatur fides per dilectionem, suscipitur Christus in domū, qui iam habitabat in corde.* Aperte mihi ex hoc loco cōstimari videtur, q. Theologi docent, facienti quod in se est Deū gratiam nō denegare, posseq; hominē sese aliquo modo ad gratiam disponere. Necenim dubium est, quin propterea Christus Zachæū vocauerit, quia & eorum perspectum habebat, & quia videret, quam singulari vsus fuisset diligentia, vt vel se videret. Accepit plus, q̄ sperabat, qui q. potuit fecit. Sequentes te Christus iuuat, quanto magis iuuabit præcurrentes. Quod festinare iubet, ad magnitudinem pertinet beneficij. Bis dat qui cito dat: ter qui beneficium non petenti, non sperāti offert, quater, qui eum exhortatur, quasi eius agens causam, vt diligens sit in accipiendo. Videtur et alludere voluisse Christus ad festinationē illam, qua Zachæus præcurrens in arborem ascenderat. Tanquā si dicat, quemadmodum festinasti, vt ascenderes, festina, vt descendas, & me recipias. Hoc est prout te ad gratiam meam disposuisti, ita eam recipias.

Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.] Fecit quod Christus iusserat, eodemq; modo, quo iusserat. Iussus enim erat vt festinanter descenderet, festinanterq; descendit. Hoc nimirum est diuinæ respondere gratiæ, cōfestim vocantem sequi, non moras nectere, non villam, non iuga boum empta, nō vxorem ducēsare, non ad renuntiandum iis, qui domi sunt, non ad lepeliendum patrem velle reuerti. *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Festinet, qui vocatur, caueat, ne terribilem illā vocem audiat, *Vocani, & renuistis, extēdi manum meā, & non fuit, qui aspiceret, ego quoq; in interitu vestro ridebo.*

Sup. ca. 14. 18. 19 22. 28 29. 9. 59, 61. 62.

Ioan. 6. 44.

2 Cor. 2. 15.

Prouerb. 1. 24. 26.

Recte hoc Theophylactus aduertit. Qui allegoricos A quærit auctores. legat eos, quos ver. 2. indicauimus.

7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset.] Putant Cyprian. lib. 2. epist. 3. & in hb. de opere, & eleemosynis, & Tertull. lib. 4. contra Marc. & Chrysost. in hom. de Zachæo, Beda, idemque videtur Ambrosius existimasse, Zachæum hominem fuisse Gentilem, ideoque Iudæos murmurasse, quod ad illum diuertisset, quod Iudæis nõ liceret in domos ingredi Gentilium, multo minus cibum cum illis sumere. Nam & cum Petro Iudæos dissepsasse legimus, quod *ad viros præputium habentes* introisset, & cum illis mensam communicasset Act. 11. 2. 3. & quidem esti noua videtur opinio, probabilis tamen est. Nam & publicanorum officium etsi Iudæi ét, B Multos hæc sententia, & graues habet auctores, Iren. lib. 4. c. 26. Tertull. lib 4. contra Marcionem. Chrysost. in hom. de Zachæo, Ambr. Iledam. Theophyl. & Euthym. in comment. Fulgentium in epistola ad Gallam. Hoc probabilius, & quia plures auctores dicũt, & quia Christus videtur significare, cum dicit v. 9. *Hodie salus domui huic facta est*, quasi non ante Zachæus fuisset iustificatus, fuisset autem si ea opera, propter quæ tunc iustificatus est, ante fecisset. Sunt qui putent Zachæũ omnibus relictis bona fecurum Christum, eiusque facium esse discipulum, quod minime obscure Fulgentius scribit, obscurius indicant Chryl. & August. Cur ergo non omnia omnino bona sua pauperibus dedit? Respondent August. & Chryl. propterea dimidium bonorum suorum retinuisse partem, vt haberet vnde per fraudem ablata restitueret. *Ideo mihi dimidium retines*, inquit August. ex eius persona loquens, *non quod habeam sed vnde reddam.* Quare quadruplum reddiderit, quæruut aliqui. At quidam putant lege fecisse quę quadruplum reddere iuberet, Exod. 22. 1. 2. Reg. 12. 16. vt Beda, Theophy & Euthym, Magis credo ex abundante fecisse caritate. Nam cum satis certum non haberet, quantum cuiq; abstulisset, voluit, ne aliquid forte alienum retinens erraret, quadruplo plus reddere, quam sibi debere videbatur. Quod omnes profecto fœneratores facere deberent. Etenim, vt superius docuimus, probabilius est Zachæum fuisse Gentilem, quis lege non tenebatur, & lex non ex omnibus rebus, sed ex solis ouibus, si furto sublatæ fuissent, quadruplũ reddere iubebat. Exod. 22. 1. ex aliis plus, vt ex bobus quintuplum: ex aliis minus, & Zachæus ille, cum publicanus esset, non boues, aut oues, sed pecuniam vtique furabatur.

Zachæum an fuerit Gentilis.

Peccatores dicit Gentiles.

Caluinus in Harmon.

Ioan. 4. 1. apud Augustinum hom. 21 hom. 38. Ita 52.

9. Ait Iesus ad eum, quia hodie salus huic domui facta est.] Docet Christus, quam ob causam murmurantibus omnibus ad peccatorem diuertisset. *Hodie*, (inquit August. ser. 8. de verbis Apostoli.) *salus huic domui facta est. Ecce quare intrauit, salus hodie facta est. Vtiq; si Saluator non intrasset, salus in illa domo facta non esset. Quid ergo mirabaris? vocat ægrotat? vocat & tu sanum, noli tibi sanus videri. Cum sit ægrotat, qui medicum suscipit: desperate ægrotat, qui per insaniam medicum cedit. Quasi ergo cum insania, qui medicum odit? Quanta vero bonitas, & potentia medici, qui sanguine suo insano interfectori suo medicamentum fecit? Nec ex nulle, qui venit quærere, & saluare, quod perierat, pendens sine causa dicebat: Pater ignosce illi, quia nesciunt, quid faciut.* Inf. cap. 23. *Insani sunt, medicus sum: sanians, patiemur fero. cum occidetur, tunc sanabo.* Hæc August. aduersus eos, qui murmurauerant, quod ad Zachæum Christus diuertisset. Non dicit Christus, Hodie salus tibi facta est, sed, *Hodie salus domui huic facta est*, sine vt beneficium amplificaret, significaretque non Zachæum modo, (sed vniuersam eius familiam omnino saluatam fuisse: sicut de Cornelio illo dicitur Act. 10. 2. religiosum fuisse, attimentem Deum, *cum omni domo sua*: & purpuraria illa Act. 16. 15. cũ omni domo sua baptizata fuisse dicitur, item-

Zachæum hominem fuisse Gentilem.

Cur quadruplum reddiderit Zachæus.

item que custos ille cæteris eodem c. ver. 31. & Crispus A Archisynagogus Act. 18. 8 sic Euthym. intelligit. Siue vt indicatet domum illam Zachęi, ante illam quidem diem occlusam fuisse salutis, vitus & fraudibus apertam, illa primum die salutis aditũ patefecisse, cum ingredienti sibi patefecit: secum enim, id est cum Salutore salutem ingressam. Quod vt significaret, non dixit salus Zachæo, sed *salus huic domui facta est*, quamuis per domum solum Zachęũ, vt Theoph. putat, intelligat. Nã cum eius rei causam reddit, nõ dicit, eo quod ipse filius sit Abrahã; sed *eo quod & ipse filius sit Abrahæ*, quasi Zachæũ ipsum domum appellauerit. Nã quod quidam dicũt Græce relatiuum αὐτὸς *ipse*, non ad Zachæum, sed ad *locum* domum esse referendum, quæ Græce masculino dicitur genere, durius est, quã quod ipsi B durissimum putant, vt cum Zachæo ipsi loqueretur, per tertiam personã dicat, *eo quod & ipse filius sit Abrahæ*. Præsertim si verum est, quod iidem auctores recte inde tradunt, illud quod Euangelista dicit, *Ait Iesus ad eum*, perinde intelligi posse, ac si diceret, ait Iesus de illo, vt, *ad ipsum autem dicit vos*, id est, de Israël, &, *Multi dicunt animæ meæ*, id est, de anima mea. Præterquã quod Christus cũ Zachæo de Zachæo loqui potuit. Fingamus ergo cum Zachæo loquentem dixisse, Hodie Zachæo salus facta est, *eo quod & ipse filius sit Abrahæ*; quid fuisset absurdi? cum vita nos vulgo frequẽter loqui soleamus. At qui idem est, quod dicere: *Hodie salus domui huic facta est*, atque si diceret: Hodie Zachæo salus facta est, si posterior Theophyla. interpretatio vera est, C quæ certe videtur probabilior.

Ro. 10. 21. Psal. 33.

Cur imperfecta sit oratio.

Eo quod & ipse filius sit Abrahæ.] An Zachæus ex Abrahami genere Iudæus fuerit, v. 7. differunt. Ergo si Iudæus erat, hæc verba duobus modis interpretari possunt. Aut vt sensus sit, ideo Zachæum salui fuisse, quia filius erat Abrahæ, nõ quod omnes, qui genere filij erant Abrahę, salui essent, sed quod ius quoddã ad salutem habere viderentur, cum propter illos potissimum Christus venisset. Quasi dicat, quamuis Zachęus hactenus peccator fuerit, tamẽ mirandum non est consecutum hodie fuisse salutem, nam & ipse filius erat Abrahę, quemadmodum cæteri, qui illum peccatorem, se iustos esse putant. Videtur enim ad eos, qui murmurauerant, alludere. Atque hanc vim particulæ illa &, habere potest, *eo quod & ipse*. Aut vt filium A- D brahæ non genere (quãuis genere etiã filius esset) sed fidei, caritatisque imitatione Christus appelleț. Filios enim Abrahæ dicere solebat, qui opera imitabantur Abrahami. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*, Ioã. 8. 39 licet filios diaboli, qui diabolum imitantur. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ioan 8. 44 Quasi dicat, Hodie Zachæo salus facta est, quia & ipse credendo, bonisque suis pauperibus distribuendo Abrahamum imitatus est, quemadmodũ & cæteri, qui in me crediderunt, quamuis hactenus peccato fuerit reus: quę habebit vim particulæ &, quam emphaticam esse manifestum est. Sin veterum auctorũ sequamur opinionem, qui Zachæum magno consensu Gentilem fuisse putauerunt, congruenter interE pretabimur, *eo quod & ipse filius sit Abrahæ*, id est, quamuis ea genere nõ sit, tamen fide est, quemadmodũ, qui ex eo origine trahunt. Atque in hũc sensum omnes antiquiores auctores quos veri similimus interpretantur, & emphaticis coniunctionis, &, magis apparet. Cum enim Iudæi murmurassent, quod ad hominem peccatorem, id est, Gẽtilem, qui filius non esset Abrahæ, diuertisset, respondet eam ipsum filium esse Abrahæ, idcoq; ad salutem consecutum. Quæ sequuntur, vsque ad v. 41. apud Marchæum exposuimus.

Quæ sint & Iudæi, & qui filij diaboli.

Inf. cap. 23. 34.

Matt. 21. 6. & 25. 24.

41. *Et vt appropinquauit vrbi Ierosolymæ.*] Cum Christus magna cum gloria personantibus vndique faustis acclamationibus Ierosolymã intret, atque ea vrbis excidium, quod illi impendebat, animo prouidens in magna ciuitatis lætitia solus fleuit: & fleuit is, qui maxime omnium lętari debere videbatur, cum omnes illa publica propter se lætitia excitaretur. Fecit opportune, magnoq; consilio, vt maiorem ea iam rerũ, quas futuras prædicebat, fidem faceret. Si enim dixisset, fleuisseque ante, cum ipsum Ierosolymitani ciues petiequebantur, aut post, cum abillis comprehensus esset, videri posset non tam vere dixisse, quam iracunde, atque comminatorie. Prædixit ciuitati exercitum calamitatem tum, cum maximo ab eo honore afficeret: vt omnes intelligerent, non irato, sed libero animo, & nec fe latere, quid ipse propter eam ciuitatem, quid ea ciuitas propter ipsum passura esset. Oderit se & futura scire, & inimicos suos amare, vt ait Euthym. Atq; iisdem de causis, quibus id Christus fecit, Euangelistam narrasse arbitror: vt nid nunc omnes intelligeremus, quod tunc Christus à Iudæis voluit intelligi. Quod ait *super illam*, Hebraismus est. עליה *super illum*, id est propter eam.

Cur imperfecta sit oratio.

41. *Quia si cognouisses & tu.*] Orationem imperfectã esse constat, qualis silentium, aut alio quo æstuantium affectu esse solet. Eaq; res sententiam huius loci difficilem reddit, quod cum constet ad explendum sensum orationis aliquid intelligendum, quid intelligendum sit, non satis constet. Tria autem videtur intelligi debere, persona agens, cum qua comparatio fiat, & patiens, quæ impleat verbum illud, *cognouisses*, & aliquid quod dictioni, *si*, respondeat, ne maneat suspensa sententia. Nam cum dicit, *& tu*, aliquam tacite personam indicat, quæ cognoscat, quod ipsam significat ignorate, cuiusq; exemplo scire ipsam velit, quid ignorabat. Et verbũ illud *cognouisses* aliqué accusandi casum postulat, qui in tota oratione nõ apparet. Et dictio, *si*, exigit aliquod verbũ, vbi quodãmodo quiescat. Sũt qui nullã agentẽ personã putẽt intelligẽdam, exiſtimantes particulam illam, *si*, nõ conditionalem, sed optatiuam esse. Quasi dicat, O vtinam cognouisses & tu. Tolerabilis quidẽ interpretatio videri potest, sed partim nouitate, partim duritia & insolentia sententiæ auctoritatem perdit. Nam etsi Hebræi *si* pro *vtinam* aliquando dicunt & Septuaginta interpretes, *si* pro לוּ Hebraico *vtinam* aliquando verterũt, vt Iosue 7. 7. & Iob 6. 2. & 16. 4. scio q; Lucianum elegantem auctorẽ Græcum nonnunquam ita locutum, tamẽ inusitata inter Apostolos, & Euangelistas phrasis est. Deniq; hac nobis exeundum esset, si melioré nõ inuenerimus exitũ. Nunc autẽ cum alius liberior exitus pateat, quis nos per istas exire cogit angustias? Aliq; turbã, quæ Christo acclamabat, intelligi volunt, vt sensit sit, si cognouisses & tu, sicut ista cognoscit turba. At neq; turba id, de quo Christus loquebatur, vt paulo post apparebit, cognoscebat, & si cognouisset, tamen ea intelligenda nõ esset, quia illa ipsa Ierosolymitana ciuitas erat, cuius futurum prædicebat exitium. Ergo non dubito, quin Christi persona intelligẽda sit, *Si cognouisses & tu*, sub. sicut & ego cognosco, quẽ admodum intelligunt Greb. 59. in Euang. & Beda. *Si cognouisset*, quidẽ Id multo est difficilius Cyrillus, & Theodoretus in commen. in c. 19. Isaiæ. Aug. epist. 79. & 80. & Theophylactus, & Euthym. hoc loco, verbum *cognouisses* referunt ad ea, quæ proxime sequuntur, *Quæ ad pacem tibi*, id est, si cognouisses occasionem, quæ tibi nunc offertur, pacem securitatemque obtinendi, dum præsentem habes Saluatorem tuum, subintelligitur, non negligeres, aut aliquid eiusmodi, necalitèr meo quidem iudicio Græca lectio, quam nunc habemus, potest intelligi. Sed si litteram vnam ex coniectura mutare licet, sententia erit multo facilior, & magis apta. Vbi Græce

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA

est. τὰ ὀφθέντα ea, legendum suspicor τὰ μέλλοντα, A una tantum littera mutata, quę mutatio illud efficiet. vt relatiuum *quæ* ad diem referatur, quod si fiat, sensus est planus, *Si cognouisses & tu, quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui valla*, &c. Si inquam, hæc tu mala tibi impendentia cognouisses, quæ quidē modo minime cognoscis, sed *abscondita sunt ab oculis tuis*, si in quam cognouisses etiam *in hac die tua, quæ ad pacem tuam* (sub. est) id est, quæ tibi pace tanta securitate suetoris fleres vtique sicut & ego fleo, non lætaretur. sicut modo lætaris. Hæc sententia consequens, & ab omnibus difficultatibus expedita est. Nam cum superiore aliorum interpretatione videtur multa pugnare, quæ B cum hac minime cōuenient. Primum quidem, quod quemadmodum in illa particula & plane Christi in se comparationem continet, *si cognouisses & tu*, sicut & ego, ita dictus illa, *&*. omnino postulare videatur, vt intelligatur. faceres, quod ego facio, fleres, sicut ego fleo. Si autem hoc intelligendum est, non potest esse sensus, Si cognouisses ea, quæ ad pacem tuam pertinent. Quo enim modo hæc duo cohærebunt, si cognouisses pacem tuam, fleres, non enim fleret, sed lætaretur, si pacem suam cognouisset. Deinde quod illa verba, *& quidem in hac die tua*, manifestum sit emphatica esse, petit autem omnis emphasis, si verbum *cognouisses* ad pacem referatur, eluceat, si ad imminentia referatur mala, belle enim cōuenit si cognouisses quæ tibi immi nēt mala, & quidem hoc ipso tempore, quo tot frueris bonis, alacrymis temperare non posses. Denique quod verba, quæ sequuntur, *quia venient dies in te*, nullo modo cum ea interpretatione cohærere possint. Nam eorum sententiam, qui causam à Christo, cur fleat, reddi putant, ne refellendam quidem arbitror. sensus ergo est ille, quem indicauimus, Illud tantum huic sententiæ videtur repugnare, quod noster interpres priorem illum sensum exposuisse videatur: sed haud difficile potest nostra etiam versio ad hanc interpretationem accommodari. Nam telatium *quæ* non solum pluralis, sed etiam singularis numeri esse potest, & ad diem referri, quemadmodum nos referendum esse putamus, si pro τὰ πρὸς, Græce legamus, τὴν πρὸς, sicut noster fortassis legit interpres. Imo vero versio nostra magis huic interpretationi fauet, non enim legit τὰ πρὸς εἰρήνην σου, quæ ad pacem tuam, sed τὰ πρὸς εἰρήνην σου, quæ ad pacem tui. quod melius cum nostra interpretatione convenit. Quo ergo modo illa hærebunt verba. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis?* Vix quidem, si quemadmodum superiores illi actores faciunt, ad superiora referantur. si tamen ad sequentia. vt ego refero, aptissime hærent. *Si cognouisses & tu.* & quidem hoc ipso tempore, quo tanta pace securus es, quæ nihil imminent mala. etiam si nunc hæc oculis tuis abscondita sint. fleres vtique mecum. Melliori etiam nunc erit oratio si, quod Græce est ἐφεξῆς, singulari numero vertamus: Nunc autem abscondita est ab oculis tuis, quod quę si cognouisses, fleres, *quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui valla*, & quæ sequuntur. Describit Christus futurum vobis excidii, quod sub Tito, & Vespasiano accidit. Quare & se Deum esse declarauit, qui futura sciret, & Ierosolymitanos ciues moneret. vt ad Deum conuersi impendentem calamitatē effugiant, quasi dicat. quod olim per Ieremiam Deus dixerat. c. 3. 1. *tu autem fornicata es cum amatoribus tuis, tamen reuertere. & c.* 4. 5. *Si reuertaris Israel, ad me conuertere, & si abstulerit offendicula tua à facie mea, non commouebaris.* Eadem pene modo ante tot annos Isaias Ierosolymæ ruinam prędixerat ca. 29. 1. 2. 3. 4. quem ad locum alluisse videtur Christus, iisdem enim fere vsus est verbis, *Væ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit David, addituc est annus ad annum, solemnitates cessabunt, & circuitus dabo Ariel. & erit tristis, & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.* Et circundabo *quasi sphæram in circuitu tuo, & ponam contra te obsidionem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquetur, & de humo audietur eloquium tuum.* Cyrillus quidem certe, Eusebius, & Theodoretus eo putant hoc loco respexisse Christum.

Fatum Græcis dictum excidii Christum.

Ea quod non cognouerit tempus visitationis.] Causam reddit Christus, quamobrem Ierosolyma esset euertenda, qd minirum *tempus visitationis* suæ cognoscere noluisset, id est opportunam salutis suæ occasionem amplecti. Tempus primi aduentus sui *tempus istius* appellat, quia *visitauit nos oriens ex alto*, vt dixit Zacharias supra c. 1. 68. 78. & quia veniens *visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ.* Hoc est *tempus acceptabile. & dies salutis*, vt D. Paulus interpretatur. 2. Cor. 6. 2 Docuimus c. 1. 68 visitandi verbum & in bonū. & in malum poni, hoc loco non dubium, quin in bonum positum sit. Perinde ergo est. atq; si diceret, *Hoc erit iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Mirum D. Augustinum superiora illa verba ver. 42. cum hunc locum citat, semper cum istis copulare, *Si cognouisses & tu tempus visitationis tuæ*, vt epistol. 79. & 80. at confusione memoriæ factum puto. Vide reliqua, quę sequuntur in Matthęi commentariis.

Visitare verbum in bonum positum. Luæ 3. 19.

CAPVT XX.

1. ET factum est in vna dierum, docente illo populum in templo, & Euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus, 2. & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut: Quis est qui dedit tibi hanc potestatem? 3. Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: 4. Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de cælo, dicet, Quare ergo non credidistis illi? 6. Si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos, certi sunt enim, Ioannem prophetam esse. 7. Et respondérunt se nescire vnde esset. 8. Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. 9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. 10. Et in tempore misit ad colonos seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. 11. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. 12. Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt. 13. Dixit autem dominus vineæ. Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cum hunc viderint, verebuntur. 14. Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas. 15. Et eiecerunt illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? 16. veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit. 17. Ille autem

Matth. 21. c. 23. Mar. 11. d. 27.

Matth. 21. d. 11. Mar. 12. a 11. Isa. 1. a 2. Ier. 2. d 21.

autem aspiciens eos ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? 18. Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. 19. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. 20. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati præsidis. 21. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: 22. licet vobis tributum dare Cæsari, an non? 23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? 24. ostendite mihi denarium: Cuius habet imaginem, & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. 26. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. 27. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, 28. dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo: 29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filiis. 30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. 31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. 32. Nouissime omnium mortua est & mulier. 33. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem. 34. Et ait illis Iesus: Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: 35. illi vero, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores: 36. neque enim vltra mori poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei: cum sint filij resurrectionis. 37. Quia vero resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. 38. Deus autem non est mortuorum, sed viuorum omnes enim viuunt ei. 39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister bene dixisti. 40. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. 41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse Dauid? & ipse Dauid dixit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. 43. donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? 44. Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? 45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: 46. Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs. 47. Qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

Ps 117. d 22. Act. 4. b 11. Ro. 9. f. 32. 1 Pet. 2. a 8 Isa. 28. d 16. Matt. 21. b 42. Mar. 12. b 10. Luæ 20. d 17. Ro. 13. d 7. Matt. 22. d 16. Mar. 12. b 14. Luæ 20. b 21. Deut. 25. b 5. Matt. 22. d 23. Mar. 12. b 18. Luæ 20. d 27. Exo. 3. b 6. Matt. 22. d 41. Mar. 12. d 35. Ps. 109. a 1. Matt. 23. a 6. Mar. 12. d 38. Luæ 20. b 45. Sup. 11. f. 43.

IN CAPVT XX.

1. ET factum est in vna dierum.] Ex illis quatuor, quibus post ingressum illum celebrem in vrbem Ierosolymam, vsque ad diem, quo est compte hensus, in templo docuit, cum noctu in Bethaniam rediret, vt apud Matthęum c. 21. 17. & 26. 2. coptole docuimus. Apud quem c. 21. 22. & 23. totū hoc caput explicatū est.

CAPVT XXI.

1. RESPICIENS autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. 2. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. 3. Et dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit. 4. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. 5. Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus, & donis ornatum esset, dixit: 6. Hæc, quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. 7. Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum, cum fieri incipient? Qui dixit: 8. Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos. 9. Cum autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed non statim finis. 10. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. 11. Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresq; de cælo, & signa magna erunt. 12. Sed ante hæc omnia imicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges, & præsides propter nomen meum: 13. continget autem vobis in testimonium. 14. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. 15. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non potuerunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. 16. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: 17. & eritis odio omnibus propter nomen meum, 18. & capillus de capite vestro non peribit: 19. In patientia vestra possidebitis animas vestras. 20. Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius: 21. tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam. 22. quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. 23. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. 24. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes Gentes. & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. 25. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura Gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum: 26. arescentibus hominibus

Mar. 12. d. 41. Mar. 24. a. 1. Mar. 13. a. 1. Sup. 19. f. 44. Mar. 13. b. 4. Dan. 9. g. 27. Mar. 24. c. 19. Mar. 13. d 19.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
GENERAL DE BIBLIOTECAS

hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur: Esa. 13. b. 10. Ez. 32. b. 7. Ioel. 2. 11. Rom. 8. d. 23.
27. & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. 28. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. 29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: 30. cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. 31. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. 32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 33. Cœlum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. 34. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa: 35. tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. 36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. 37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. 38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

IN CAPVT XXI.

1. RESPICIENS autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.] Marcus cap. 12. 41. aduersus gazophylacium sedisse scribit, & eos qui B. munera iactabant considerasse. Illic tota hæc à nobis historia explicata est, totum vero reliquum caput apud Matthæum c. 24.

CAPVT XXII.

1. APPROPINQVABAT autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: 2. & quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, quomodo Iesum interficerent: timebant vero plebem. 3. Intrauit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim. 4. & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. 6. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. 8. Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. 9. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? 10. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, 11. & dicetis patri familias domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? 12. Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. 13. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. 14. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. 15. & ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. 16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. 18. dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. 22. Et quidem Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur. 23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. 25. Dixit autem eis: Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. 26. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. 27. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat: nonne qui recumbit? Ego autem in media vestrum sum, sicut qui ministrat: 28. vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: 29. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, 30. vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: 32. ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. 33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. 34. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: 35. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet implerì in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, Satis est. 39. Et egressus ibat secundum consuetudinem in Montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. 40. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem. 41. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat, 42. dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me; Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. 43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. 45. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. 46. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. 47. Adhuc eo loquente ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. 48. Iesus autem dixit illi: Iuda osculo Filium hominis tradis? 49. Videntes

Matth. 26. a. 2. Mar. 14. a. 1. Luc. 22. b. 1. Matth. 26. b. 20. Mar. 14. b. 17. 1. Cor. 11. c. 24. Matth. 26. b. 22. Mar. 14. b. 20. Ioan. 13. c. 18. Psal. 40. c. 10. Matth. 20. d. 25. Mar. 10. f. 42. Matth. 26. c. 34. Mar. 14. c. 30. Matth. 10. b. 9. Isa. 53. d. 12. Matth. 26. d. 50. Mar. 14. d. 12. Ioan. 18. a. 2. Matth. 26. d. 30. Mar. 14. d. 32. Matth. 26. b. 47.

dentes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? 50. Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. 51. Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. 52. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? 53. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 54. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur à longe. 55. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. 57. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. 58. Et post pusillum alius videns eum dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens. Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. 60. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit Gallus. 61. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis: 62. Et egressus foras Petrus flenit amare. 63. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. 64. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit? 65. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. 67. Et ait illis: Si dixero vobis, non credetis mihi: 68. si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. 69. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 70. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. 71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

Luc. 14. c. 49. Ioan. 18. a. 2. Matth. 26. d. 55. Mar. 14. f. 49. Luc. 22. c. 53. Ioan. 18. c. 24. Mat. 26. g. 69. Mar. 14. g. 66. Ioan. 18. c. 25. Ioan. 18. c. 28. Matt. 26. e. 34. Mar. 14. e. 30. Isa. 53. d. 38. Mat. 27. a. 1. Mar. 15. a. 1. Ioan. 18. a. 28.

IN CAPVT XXII.

1. APPROPINQVABAT autem dies festus azymorum.] Post duos dies futurus, vt declarauit Matthæus cap. 26. 2. vbi omnia, quæ scribit Lucas vsq; ad versum 28. exposita à nobis sunt.

28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.] Hæc Lucas suo loco prætermisit, hic recordatus commemorat. Nam ex Matthæo cap. 20. 20. manifestum est totam superiorem historiam de discipulorum contentione, quis eorum maior esset, anteq; iam Ierolymam ingrederetur, accidisse, cum in via essent, & mater filiorum Zebedæi ad Christum accessisset, petissetque vt alterum filiorum suorum ad dexteram, alterum ad sinistram suam in regno suo collocaret. Ea enim occasione, & obmurmuratio aduersus filios Zebedæi, & contentio inter reliquos Apostolos orta est, quis eorũ in regno cœlorum maior futurus esset, Quos à versu 25. Christus est ad humilitatem adhortatus; quæ exhortatio apud Matthæum à nobis explicata est. Addit solus Lucas, *Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Quæ verba an tunc dixerit Christus, cum superiora humilitatis documenta discipulis tradidit, non satis compertum est. Videntur enim hæc illis, quæ Matthæus cap. 19. 28 dicit, adeo esse similia, vt eodem loco dicta videri possint. *Vos*, inquit, *qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Sed multo est probabilius diuersam esse sententiam, illamque occasione illius contionis, vers. 29. Omnia, *quæ reliquerunt patrem, aut matrem, aut vxorem, aut agros, propter nomen meum.* Quæ sunt accepit: & Petri dicentis, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* hanc autem propter discipulorum contentionem falsè pronuntiatam. Cum ergo quo quisque in futuro regno Christi futurus esset loco, discipuli contenderent: vt cõtentionem tolleret, omnes indicauit quodam modo futuros pares: omnes enim ad mensam suam sessuros esse, omnes eũdem esuros panem, omnes idem vinũ bibituros, omnes futuros iudices: & suo quemque sessurum throno. Necid fauore vt putabant, sed merito, sed patientia, sed perseuerantia in rebus durissimis contingunt. Nõ quia optauit, inquit, nõ quia petijt, sed quia *permansistis mecum in tentationibus meis.* Tentationes autem vocat, quas ad illud vsque tempus persecutiones Iudæi passus fuerat. Id enim, cum eos deterrere posset, & à Christo abducere: tamen durauerant. Vocauit autem tentationes, quia per eas eum Pater quodammodo tentabat. Hoc enim est, quod ait D. Paulus, *per omnia tentatum fuisse.* Non tã vt Patri, quem ad modum opinor, quãm vt hominibus eius appareret virtus, atque constantia, quæ Patri satis nota erat. Scie bat Christus eum hoc illis dicerat, omnes se in maxima tẽtatione, id est in fãte morte paulo post deserturos esse: tamen præteritam constantiam laudat: futuram inconstantiam postea illis prædicit. De qua nullam hic mentionem facit, quia id tantum agebat, vt illis viam ad regnum cœlorum ostenderet quam si tenerent, eo peruenirent.

Tentationes vocat persecutiones.

Ad Heb. 4. 15.

29. *Et ego dispono vobis.*] Pronomen *ego* & coniunctio &, singularem habent emphasim, quę in antithesi Christi & discipulorum posita est. Vos hoc pro me fecistis, vt mecum in tẽtationibus meis permaneretis: ego hic vicissim pro vobis facio, vt disponam *vobis regnum.* Significarat præmium merito respondens; sed tãto maius merito præmium, quanto Christi persona discipulorum maior erat, quia *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*, Ro. 8. 18. &, *id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur*, 2. Cor. 4. 17. Iustitia quidem inter meritũ, & præmium ex anti-hesi significatur. Do, quia dedistis: facio, quia fecistis, sed iustitia qualis inter Deum, & homines esse potest. Parnos parua magnos magna decent. Nec possunt homines magna facere, nec decet Deum præstare parua. Quod ait *dispono*, *διατίθεμαι*, proprie significat testam ẽto relinquere, aut legare, *Dispono*, inquit, *domui tuæ, quia morieris tu, & non vives*, Isai. 38. 1. id est facies testamentum tuũ: et si aliud illic Græce verbum est. Loquitur ergo Christus tanquam paulo post moriturus, & testamentum suum faciens, legatq; discipulis suis, quod se in rebus aduersis nõ desernissent, regnum cœlorum. Sunt qui vim coniunctionis &, & pronominis *ego*, ad sequentia putent referendam, vt sit sensus, Sicut patet meus disposuit mihi regnũ, sic & ego vobis dispono. Sed illud magis placet.

Dispono, id est testamento relinquere.

Sicut disposuit mihi Pater.] Dubium quia in re inter Christum, & Patrem patricula illa *sicut* comparationem significet, qua in re tota huius loci intelligentia consistit. Beda, & alii plerique interpretes *in tentationib.* de quibus paulo ante dictum fuerat, comparationem fieri putant. Quasi dicat, sicut Pater hac cõditione regnum mihi promisit, vt ad eum per varias tentationes perueneritm. *Propter quod* inquit, *& Deus exaltauit illũ, & dauit illi nomen, quod est super omne nomen*, ita ego qui in tentationibus meis mecum permãsistis, idem vobis regnum dispono. Probabile quidẽ hoc est, sed illud magis probo, vt comparatio auctoritatis aut regni similitudo designetur. Auctoritatis quidẽ sic, qua auctoritate Pater mihi regnũ dedit, eadem ego vobis illud promitto. Sicut enim dicit Ioan. 20. 21. *Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos*, id est qua ego auctoritate à Patre missus sum, ea ego vos mitto. Regni vero similitudo, vt sentiat, qualem regnum mihi Pater dedit, tale vobis ego promitto, *vt edatis, & bibatis super mensam meam*, vt statim exponit. Loquitur Christus vt homo, alludítque ad illud Psal. 109. 1. *Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* & Psal. 2. 6. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.* Itaque inepte ex hoc loco Ariani æqualitatem Patris, & Filii colligebant, vt auctor est Idacius Clarus lib. 3. contra Varimadum.

Vita æternæ cibi potusque vocantur de figurato.

30. Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.] Laborum socijs honoris quoque & quietis societatem promittit. *Sicut socij* inquit *D. Paulus, passionum estis, sic eritis & consolationis.* 2. Cor. 1. 7. *& si sustinebimus, & conregnabimus* 2. Tim. 2. 12. Solet scriptura accommodate ad humanum sensum inexplicabilem illam vitæ æternæ voluptatem cibo, & potu, satietate ebrietate q; declarare. *Satiabor*, inquit, *cum apparuerit gloria tua*, Psal. 16. 15. & *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Psal. 35. 9. & *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, supra c. 14. 15. & *Non bibã amodo de hoc genimine vitis vsq; in diẽ illam, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.* Matth. 26. 29. & *multi ab Oriente venient, & recumbent cum Abrahamo, & Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Mat. 8. 11. Solent nimirum homines summam in cibo, & potu voluptatẽ collocare. Quod dicit, *super mensam meã*, præterquam quandam discipulorum videtur indicare, quasi non omnes, qui in regno cœlorum fruituri sunt, super mensam Christi esuri, bibituríque sint, sed hoc futurum sit discipulorum aliorumque simulum proprium præuilegium. Quemadmodum nõ omnes, qui in domo regia sunt, in ipsa regis mensa cibum sumunt, sed pauci quidam maiores principes, quibus id Rex honoris causa concedit. Argumẽto est, quod statim sequitur *& sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Hoc enim non commune omnibus, sed ipsis proprium Apostolis futurum significatur. Recte hoc Theophyl. obseruauit, etsi Beda aliter sentit.

ad Philipp. 2. 9.

31. Ait autem Dominus Simoni.] Hocalii Euangelistæ non narrant, cum Petri responsionem narrent alia facta occasione, q; Christus dixisset *Omnes vos scandalum patiemini in me vna ista nocte.* Mat. 26. 31. Sed est verisimile, quem admodum illic disputauimus, primum Christum ad Petrũ tanquam ad cæterorum Apostolorum principem conuersum dixisse, quod scribit Lucas, *Simon Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum*, deinde adiecisse, quod Matthæus ait, *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte*, etsi D. Aug. li. 3. de cõsensu Euangelistarũ c. 3. hæc omnia q; Lucas narrat, prius Christũ dixisse putat, antequã ad hortũ oliuæ egrederetur, deinde iam egressum ea, quæ Mat.

Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ.] Expetiuit, q; Græce ἐξῃτήσατο est, ἐξαίτειν significat expetere, aut deposcere, quẽadmodum gladiator, aut hostis aliquem à Rege, vel duce deposcit, vt singulare cum eo certamen meat, quod Goliã illum Philistæum fecisse legimus. Quo verbo indicat Christus nullam Satanã vexãdi homines habere potestatẽ, nisi ex patris à Deo petat. Cuius rei notũ in Iob habemus ex ẽplum c. 1. 12. & c. 2. 6. obseruarunt hanc ipsam vim huius verbi Tert. in li. de fuga in persecutione, & Beda in cõm. Solent veteres auctores vertere, *Ecce Satanas postulauit vos*, q; verbum non intelligo, cur nostri interpres non retinuerit, cum magis significãs, & minus ambiguum esse videatur. Nam expetere appetitionem potius, & desiderium, quam postulationẽ significat facultatis, quã Christus, vt diximus, indicauit. Sic vertunt Tert. lib. de fuga, & Cypr. lib. 4. epistola 4. (quanquã idem in li. de oratione dominica, vertit *expetiuit*) & Prosper in epistõ. de libero arbitrio ad Ruffinum, & in li. contra Collatorẽ, & lib. 1. de vocatione gentium c. 9. Ambros. vero reddit, *expostulauit* in Psal. 43. & Leo ser. 2. de Natali Apostolorum Petri & Pauli. Quod sequitur. *Vt cribraret vos sicut triticum*, non dubium metaphoracẽ esse, & à vanno sumptam, qua triticum ventilari, agitari, purgíque solet. Illud etiã certum vexationem, agitationem q; significari. Itaque Cyprianus li. 4. epist. 4. vertit, *vt vexaret vos.* Sed an id tantum significetur, de eo quidam potest dubitari. Nam omnes recentiores interpretes eo contenti, lento non quærunt alam. Plus tamẽ mihi videtur significari, fore vt ea tentatione Apostoli velut triticum vanno agitatum, tentari purgẽtur. Non quod eo animo Satanas eorum tentaret fidem, sed quod eam ob causam Deus tentari eos pateretur, quemadmodum in Iob legimus accidisse, quem Diabolus eadem pœna tantum vexare, Deus purgare, probareque volut. Hoc modo Ambr. in Psal. 43. & Tertul. itaque Prosper in locis ante citatis hunc locum intelleuerunt. Et ea agis plena similitudo est, quam ubicunq; nõ nisi vt purgetur, cribrari solet. Itaque vero simile non est solam Christum agitationem, vexationẽque significare voluisse: potius enim tritura ac ea, quæ cribrationis metaphora fuisset, vsus eo sensu sæpe in scripturis vsurpata 4. Reg. 13. 7. *Interfecerat enim eos Rex Syriæ, & redegerat quasi pulueres in tritura aræ.* Iesa. 21. 10. *tecidi, tecidit Babylon, & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt in terram, tritura mea, & filia areæ meæ*, & cap. 25. 10. *Triturabitur Moab sub eo, sicut triturantur paleæ in plaustro.* & cap. 28. 28. *Non in perpetuum triturabit, nec triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, neque vngulus eius imminuet eum.* & cap. 41. 15. *Ego posuite quasi plaustrum triturans nouum habens rostra serrantia, triturabis montes, & comminues, & colles quasi pulueres ponet.* Amos 1. 3. *Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad.* Solet quæri, cur Christus soli hoc dixit Petro, cum nõ de illo solo, sed de omnib. loqueretur. Nec enim dixit expetiuit te, sed *expetiuit vos.* Qui causam fuisse putarit, quod sciret Christus solum negaturum Petrum, quasi vbi motus hic esse sciebat, ibi medicamentum adhibuerit, vt aliquid dicant, potuit tamẽ dicere. Nec enim, vt paulo post dictum fuit, de eo tantum loquebatur tempore, quo patiente se Petrus negauit, sed multo maxime de eo, quo se in cœlum receptо multa sæuiere cõtra eos Diabolo discipuli passuri erant. De quo aliis prædixerat Matth. 10. 17. *Tradent enim vos in concilijs suis, & in synagogis suis flagellabũt vos & ad Præsides, & ad Reges ducẽmini propter me, in testimonium illis, & gentibus.* Petro ergo dicit, q; aliorum Apostolorum caput erat, & q; illi dicebat, omnib. dicebat, vt Leo ser. 2. de natali Apostolorum Petri & Pauli gratus est auctor. Theophylactus, & Euth. alia quoq; nõ improbabili ratione adiecerunt, quod Petrus omnium

Apostolorum fortissimus esset, posset que præ cæteris gloriari, nisi infirmitatis suæ, & imminẽtis periculi esset admonitus, *& solet*, inquit Euthymius, *fortissimus quosque diabolus eligere, quos oppugnet.*

Ad Philipp. 2. 9.

Quid sit cribrari ad triticum.

Ecclesia Romana, & successorum Petri fides perpetua.

Ioan. 21. 17. 20.

Cur sibi Petro præ aliis sit.

Petri fides in negatione non defuit. Hebr. 5. 7.

Mat. 26. 75. Marc. 14. 73. Luc. 22. 61.

32. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.] Ostenderat periculum, ostendit remedium. Docuerat vnde timere, docet vnde sperare debeat: se eũdem, qui diabolo postulanti potestatem pugnandi concessisset, effectuum, vt expugnare non posset. Ego orabo *pro te, vt non deficiat fides tua*, protegam eam maxime partem tui, quam diabolus maxime petet. Ille fidem caput, vt ait Chrysostom. Christiani hominis, & te cæterorum caput petet: ego te maxime, fidemque tuam protegam. Hæc causa fuit, quamobrem solius fidei mẽtionem fecerit, cum credibile sit hostem humani generis non fidem tantum, sed cæteras etiam omnes Apostolorum tentasse virtutes. Non dubium, quin ad futuram Petri negationem Christus alludat, sed, vt paulo supra dicebamus, longius etiam respexit, non solum ad eas tentationes, quas Petrus, cæterique omnes Apostoli ipsi per se viuentes: sed ad eas etiam, quas eorum successores, id est Ecclesia vnquam subituri essent. Sic enim dicit, *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*; quomodo alio dixit loco, *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*, Matth 28. 20. Et est per se credibile tamdiu Christum orare, ne fides Petri deficiat, quamdiu eam diabolus tentat. Tentat autem semper, semperque tentabit, donec militabit Ecclesia: semper ergo Christus orabit. Quodque dicit Petro, eius quoque successoribus, totique Ecclesiæ dictum putandum est, tamque certi debemus esse, successorum Petri, totiusque Ecclesiæ fidem non defuturam, quam certi sumus eius, cum tentatus est, fidem non defecille. Itaque rectè ex hoc loco antiqui, grauesque auctores collegerunt, Ecclesiæ Romanæ, & successorum in ea Petri fidem fore perpetuam. Omnis enim Ecclesiæ fides alleuebatur in Petro, qui Ecclesiæ caput fututus erat. *Commune erat omnibus Apostolis periculum*, inquit Leo serm. 2. de Natali Apostolorum Petri & Pauli. *de tentatione fortitudinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro Petri fide propria supplicatur, tanquam aliorum statu certior sit futurus, si mens principis vitio non caret. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratia ita ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Nam & posse resurrectionem suam Dominus beato Petro Apostolo post regni claues ad trinam aterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit, Pasce oues meas. Quod & nunc præcul dubio facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur confirmans nos exhortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam omni populo Dei, sicut credendum est, vbique prorogat, quanto magis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitionis libro cælo, qua præsidet, carne requiescit.* Quo ergo modo Petrus negauit, si pro eo Christus orans, ne eius fides deficeret, *exauditus est pro sua reuerentia?* Facilis responsio, Negare se nosse Christum, non fuit eius fidem deficere, sed tentari. Et non dixerat se oraturum Christus, vt non tentaretur, sed vt non deficeret fides eius. Quin iccirco tentari permisit, ne deficeret. Fortior enim ex tentatione surrexit. *Vide*, inquit Ambros. in Psal. 43. *quid dicit, & intellige. Ventilatus Petrus, vt Christum negare cogatur. Incidit in tentationes, quadam locutus est, quasi palearum plena; sed locutum est verbo, vt frumentator esset assertus. Denique flauit, & paleas fugauit, & illa tentationum meruit, vt pro se Christus interueniret. Quanto maius est patrocinium, quam per-*

turbationis illius tentauerunt? Et ideo plus quam passus est, acquisiuit. Acquisiuit enim Christum sibi patrocinantem. Cogitur autem & aduersarius sanctos Domini ad sua damna tentare. Dum enim tentat, multiores reddit, vt qui tentatur, possit alios instituere, qui sibi ipsi inualidus videbatur. Denique Petrus Ecclesia præponitur, postquam tentatus à diabolo est. Falsa ergo eorum opinio est, qui fidem putant Petrum negando perdidisse. Ore negauit, animo retinuit, vt docentem Ambrosium audiumus: sed de ea re copiosius apud Matthæum ca. 26. 70. disputauimus. Idemque de eius successoribus, si quis aliquando visus est in fide vacillare, existimandum est: cum omnium eorum fides eadem Christi promissione nixa consistat.

Hem. 14. in Matth. in illud, esto prudentes c. 10. 16.

Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hinc demũ manifestum est nec de illo solum tempore, quo negauit Petrus, nec de ipso solum Petro: sed de omnibus eius successoribus loqui Christum. Nec enim tempore passionis cæteros Apostolos Petrus confirmauit. Et confirmandi alios necessitas perpetua futura erat. Itaque in persona Petri omnes Petri successores iubet fratres in fide firmare. Quomodo firmare possunt, si errare ipsi possunt? Propterea enim Christus pro fide orauit Petri, ne deficeret, vt alios confirmare posset, intelligens alios confirmare non posse, si eius fides deficeret. Id etiam significat illud *aliquando*, id est, si quando opus erit, si quis aliquando in fide nutabit. Quod omne futurum respicit tempus.

Quanquam ad verbum conuersus refertri potest, vt sensus sit, & tu, cum aliquando conuersus fueris, fratres tuos confirma. At quid est conuersus? Mihi Hebraismus videtur esse, quo repetitio significatur, vt apud Latinos his dictionibus rursus, aut, iterum, vt Deus tu conuersus viuificabis nos, id est tu qui nos occidisti, iterum viuificabis. Similiter hoc loco, Tu conuersus confirma fratres tuos, id est, sicut ego te confirmaui, tu iterum fratres tuos confirma. Ac vix aliter Hebraismus explicari potest: quemadmodum Beda etiam interpretatur. Quanquam Ambrosij in Psalmum 45. Theophylacti, & Euthymij interpretatio mihi non displicet, qui cõuersum exponunt à peccato, quo Christum negauit, acta pœnirentia: quasi aliis de suo vulnere fecerit medicinam. Duo sequẽtes versus apud Matthæum sunt explicati.

Hebraismus, conuersus pro iterum.

Psal 84. 7.

35. Quando misi vos sine baculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?] Mirum quotsum hoc nũc Christus interroget. Si enim eos nunc similiter sine baculo, & pera velle mittere, apta hæc videretur interrogatio, vt doceret eos, quemadmodum tunc nec baculum, nec peram secum ferentibus nihil defuisset, ita nihil nunc eodem modo eunibus defuturum. At videtur agere contrarium, vt doceat non solum baculo nunc, & pera, sed etiam gladio opus esse. Chrysost. in homil. in hæc verba D. Pauli ad Rom. 16. 3. *Salutate Priscam, & Aquilam*, Beda, Theophylact. & Euthym. diuersam tantum discipulorum conditionem notari putãt. Principio quidem Christum illis tanquam pueris prohibuisse, ne quid secum in via portarent, sed toti à se tanquam à parte penderent: nunc tanquam viris præcipere moriturum patrem, viri vt sint, & hinc necessaria prouideãt. Durius culum hoc est. Illud enim præceptum primum, quod Christus discipulis ad prædicandum missis dedit, in omne dedit tempus, vt Euangelij prædicator de Euangelio viuere contentus, omni rerum necessariarum solicitudine liber esset. Magis mihi placet, quod iidem auctores indicant, maximeque Theophyl. & Beda, tum etiam Basil. in regulis breuiotibus interrogar. 251, nõ personarum, sed temporis diuersam cõditionem significare voluisse. Tempus illud, quo eos ad prædicãdum miserat, adeo paca-

tum, & fauorabile fuisse, vt nihil illis, quamuis nihil A cuta sunt, iam sunt impleta, iam ad effectū perducta. vel parum cessisse abesit, quin omnino impleantur, cum hoc solum mihi supersit, vt moriar, quemadmodum Euthymius interpretatur. Aut *finem habent*, id est habere oportet, impleri necesse est, nihil enim eorum, quæ de me à Prophetis scripta sunt, irritū esse potest. Qui sensus mihi magis placet. Reddere enim videtur rationem Christus, quare illud vnum, quod reliquū esse videbatur Isaiæ de se vaticinium implendum esse etiam esset, quia omnia impleri necesse erat.

Mos scripturæ vt prophetiæ imperandi modo pronuntiet.

Psal. 108. 9.

Vaticinium impletum.

Isai. 53. 12.

36. *Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.*] Quæ verba quo modo illis, quæ apud Matthæum, ca. 10. 8. 9. 10. & supra apud hunc eundem Euangelistam, cap. 9. 3. sunt, contraria non sint, vbi discipuli baculum, & peram, cæteraque omnia humana B adimenta secum tollere prohibentur, apud Matthæum d. sperauimus. Basilius eo loco, quem paulo ante notauimus, & Theophylactus putant illic Christum dixisse, quid discipuli facere deberent, hic quid facturi essent, prædixisse. Ita que etsi verbis exprimitur imperandi, *tollat*, & *vendat*, & *emat*, nō esse tamen præceptum, sed prædictionem, Mosè inquit Basilius scripturæ esse vt prophetias imperādi modo pronuntiet. *Et sint filij eius orphani, & Diabolus stet à dextris eius.* Psalm. 108. 6 9. Addit nonnullos codices hoc loco non imperatiua, sed futura legere, Tollet, vendet, emet. Adnotatio quidem vtilis, & vera est, sed in hunc locum meo quidem iudicio parum conuenit. Quis enim discipulorum posthea, vt gladium emeret, tunicam vendidit? Chrysostomus, Beda, & Euthymius, vt modo dicebamus, non præceptum, sed permissum existimāt significari, quasi Christus mutata conditione temporis permittat discipulis suis defendēdi causa vti gladio. Quemadmodum & Ambrosius videtur interpretari. *O Domine*, inquit, *cur omnes me inbes gladium, qui ferire me prohibui? Cur habeas præsidium, quem vetas premi? Nisi forte vt sit paratæ defensio, non vtiro necessaria, & videar potuisse vindicari, sed noluisse.* Similiter fere Beda. *Gladii*, inquit, *tubes sumere, vel non habitum eum re, vt sciant legēten non facultatem resistendi dare discipulis, sed magistro amorem per ui nesse patiēdi.* Verus sensus est, quem apud Matthæum de Iaraimus: nec iubere Christum, nec permittere. vt discipuli sacculum, aut peram ferant, D multoque minus vt emā gladium, quo ante empto, Petrum in ipso vitæ discrimine etiam de fendendi sui causa vti prohibuit: sed tantum significare eiusmodi vem esse tempus, quo tempore si humanis sibi præsidiis vtendum esset, nullum non esset maximè necessariū, cui de sua, omniumque discipulorum ageretur vita. Itaque per sacculum, peram, & gladium solam conditionem significat temporis. Hoc indicat vetus sequēti, cum dicit.

37. *Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me, & cum iniquis deputatus est, etenim ea quæ sunt de me, finem habent.*] Rationem enim reddit, quamobrem gladio, omnibusque humanis adimentis opus esset, si res humano gerenda esset E more. Nam præter cætera prophetarum vaticinia, quæ iam in se impleta fuisset, illud adhuc, quod omnium caput esset, implendum superesset, vt ignominiosa morte afficeretur, quod est cum iniquis reputari. Quibus verbis non solum mortem suam indicat instare sed etiam conditionem illam temporis, quam per sacculum, peram, & gladium declarauerat, nō ex hominum aut vmbris, aut consilio, sed ex diuina voluntate, atque prouidentia fuisse profectā, vt Prophetarum de ipso impletæ essent vaticinia. Quod autem ait, *Etenim ea quæ sunt de me, finem habēt*, duplicem sensum habere potest. Aut *finem habent*, id est iam finē consecumque miraculo faceret, quo doceret Christus potuisse defendere se, si voluisset, qui discipulum volentem se gladio defendere reprehendisset. & quem percussisset hostē, benignē sanauisset, vt ex Beda supra recitauimus. Toto denique hoc loco diuinitatem suā vt Theophylactus obseruauit, Christus ostēdit, dum prædixit Apostolis instare tēpus passionis suæ, quam eo ipso indicat voluntariam sibi esse, nō necessariam. Propterea enim simul dicit & gladiis opus esse, & gladiis opus non esse, cum dicit satis esse duos. Vt altera re mortem suam instare indicet. altera voluntariam sibi esse doceat. Quæ vsque ad finem capitis sequuntur, tractata iam à nobis apud Matthæum cap. 26. & 27.

Diuinitatē suā Christus ostendit.

CAPVT XXIII.

1. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum 2. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. 3. Pilatus autem interrogauit eum dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. 4. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. 5. At illi inualescebant dicentes: Commouet populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. 6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. 7. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. 8. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri 9. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. 10. Stabant autem principes sacerdotum, & Scribæ constanter accusantes eum. 11. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. 12. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. 13. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, 14. dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. 15. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. 16. Emendatum ergo illum dimittam. 17. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. 18. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam, 19. qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. 20. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. 21. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. 22. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo corripiam ergo illum, & dimittam eum. 23. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. 24. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. 25. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant, Iesum vero tradidit voluntati eorum. 26. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. 27. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum. 28. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. 29. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. 30. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos. 31. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 32. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur. 33. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. 34. Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. 35. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. 36. Illudebant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes ei. 37. & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. 38. Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. 39. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. 40. Respondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. 41. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. 42. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. 43. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. 44. Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. 45. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. 48. Et clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. 47. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. 48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. 49. Stabant autem omnes noti eius à longe: & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. 50. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus: 51. hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudæa, qui expectabat & ipse regnum Dei. 52. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu: 53 & depositum involuit sindone, & posuit eum in monumento excisō, in quo nondum quisquam positus fuerat. 54. Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. 55. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. 56. Et reuertentes paraverunt aromata, & vnguenta: & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.

IN CAPVT XXIII.

1. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.] Ipso die Paschæ mane simulatque factus est dies, vt dixi superiore capite ver. 66. Transsuleratautem Iudæi diem festum Paschæ, qui eo anno inciderat in pridie sabbati in sabbatum ipsum, vt propterea putarunt sibi licere Christum ad Pilatum ducere, & eum apud iudicem accusare. Totum vero hoc caput apud Matthæum capit. 27. explanauimus. A

CAPVT XXIV.

Mat. 28. a. 1. Mar. 16. a. 2. Ioan. 20. a. 1.

1. VNA autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant, aromata. 2. & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. 3. Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu. 4. Et factum est, dum mente consternata essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. 5. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis? 6. non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, 7. dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. 8. Et recordatæ sunt verborum eius. 9. Et regressæ a monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. 10. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. 11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis. 12. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus. 14. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. 15. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. 16. oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. 17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? 18. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo: 20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. 21. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. 22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, 23. Et, non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere 24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. 25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ! 26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? 27. Et incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. 28. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. 29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. 30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 31. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? 33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant, 34. dicentes: Quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. 35. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. 36. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in media eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. 37. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. 38. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? 39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. 40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. 41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? 42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis. 43. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. 44. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. 45. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas: 46. & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. 47. & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. 48. Vos autem testes estis horum. 49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. 50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. 51. Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. 52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: 53. & erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum. Amen.

Mat. 28. a. 1. Mar. 16. a. 2. Ioan. 20. a. 1.
Mat. 17. d. 23. Mar. 9. c. 31. Sup. 9. c. 22.
Mar. 16. c. 12.
Mar. 15. c. 39. Ioan. 2. 19.
Psal. 15. b. 7.
Act. 1. a. 3. Ioa. 14. d. 27.
Act. 1. a. 4. Mar. 16. d. 19.

IN

IN CAPVT XXIV.

1. VNA autem sabbati.] Prima die sabbati, id est, hebdomadis, quæ diei nostro Dominico respondebat. Omnia sunt apud Matthæum c. 28. explicata vsque ad versum 13. A

13. Et ecce duo ex illis.] Prima hoc loco occurrit quæstio, quinam isti duo discipuli fuerint. Altera ex quorum discipulorum fuerint numero. Prima autem quæstio multiplex est. Primum enim quæri potest, an isti duo discipuli, de quibus Lucas scribit, illi ipsi fuerint de quibus Marc. cap. 16. 12. Deinde quis fuerit ille Cleophas, quem Euangelista vers. 18. alterum eorum fuisse dicit. Tertio loco, quis alter fuerit, qui ab Euangelista non nominatur. Prima pars quæstionis, ne in dubium quidem venisset nisi Euthy. cæteroqui bonus auctor in commentariis in caput Marci 16. absurdam eorum vocasset opinionem, qui eosdem hos, atque illos esse putarent. Cuius opinio magis omnibus bonis auctoribus abiurida visa est, & quod est nouæ, & insolens; & quod tenuissimis coniecturis nixa. Quod enim argumentatur, illis de quibus scribit Marcus renuntiantibus se Christum vidisse, Apostolos non credidisse Marc. 16. 13. his vero, de quibus Lucas non credidisse modo: verum inuentos ab illis inter se colloquentes, affirmantesque surrexisse Dominum, & a Simone visum fuisse nota ver. 33. & 34. itaq; illos ante, hos postquam Simon Dominum vidisset, vndecim discipulis annunciasse sibi Dominum apparuisse, leue est. Nam vt apud Matthæum cap. 28. docuimus, in illo numero vndecim discipulorum, cum Petrus narraret a se Dominum visum esse, alios credidisse, alios dubitasse vetisimile est, vt non omnes homines eodem ingenio sint, & ad credendum æque propensi. Vterque igitur Euangelista (vt spero) aut synecdoche vsus est, qua quod vnus, aut pauci ex aliqua congregatione faciunt, tota congregatio dicitur facere. Marcus dixit Apostolos his duobus discipulis non credidisse, quia aliqui non crediderunt: Lucas dicit inuentos ab illis Apostolos affirmantes surrexisse Dominum, & a Simone visum fuisse, quia aliqui id affirmabant. Quod quamuis contrarium esse videatur, non magis contrarium est, quam si vnus Euangelista dixisset latrones, qui cum Christo crucifixi erant credidisse, quia vnus credidit, vt ait Lucas: alter non solum non credidisse, sed etiam blasphemasse, vt Matthæus dixit, quia vnus eorum blasphemauit. Secunda pars quæstionis erat, quis ille fuerit Cleophas, quē Lucas alterum ex illis duobus discipulis fuisse tradit. Auctores inuenio, qui Iosephi (cum Mariæ fratrem fuisse diuinitus auctore nō maximæ apud me fidei. Facilius Hieronymo crediderim, qui in Epitaphio Paulæ ad Eustochium castelli Emaunis, quo tunc ibat, eiusdem fuisse indicat. In eius enim domo Christum ea nocte ex ipsum in fractione panis ab illis cognitum dicit, eiusq; domum in Ecclesiam dedicasse. Rem facit probabilem, quod credibile sit eam in domum suam tristitiam se recepisse, quod de Christo quid actum post mortem esset, ignorasset, cum mulieres affirmassent, se eum in sepulcro non reperisse, quodque Christum ad hospitum inuitant. Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, aliquid est indicii eos domi fuisse suæ. Sed verum Cleophæ an alterius, qui cum eo erat, discipuli fuerit, (nam & illius esse potuit) incertum: nisi quod Hieronymi auctoritas facit, vt potius Cleophæ, quam alterius domum fuisse credere debeamus. Dorotheus in eius vita Simonem cognominatum, & Christi consobrinum fuisse tradit, sed vt alibi monui, suspecta mihi est eius auctoris fides. Magis dubia est pars tertia quæstionis quis Cleophæ comes fuerit, qui ab Euāgelista non nominatur. Ambr. lib. 7. in Lucam c. de vigilantia, & negligentia seruorum. & lib. 10 c. vltimo Amaonem vocat, ex ipso opinor, quo ibant pago. Itaq; cuiem eius fuisse oppidi viderur existimare, sicut Hieronymus Cleopham. Origenes initio commentariorum in Ioan. Simeonem appellat. Epiphanius hæresi. 32. Nathanaëlem fuisse dicit. Gregorius in præfatione in lib. Iob c. 2. Simeō Metaphrastes in vita Lucæ, itēq; Dorotheus in vita Cleophæ. Theophylact. hoc loco, & Nicephorus libr. 1. c. 34. Lucam ipsum, qui scribit, fuisse dicunt, nō alia coniectura, quantum ex Gregorio quidem colligere nobis licet, nisi quia nō nominauit: nominatorum enim fuisse. si fuisset alius, suo verò nomini modestiæ causa pepercisse, cum sacris scriptoribus esse morem, vt se cum aliquid de se narrant, nominare nolint: sed tanquam de alius de se loquantur, sæpe id Ioannem facere. c. 13. 23. & 18. 15. & 20. 2. & 21. 20. Si auctorum numero æstimandæ sententiæ essent, hæc nimirum vinceret. Sed quemadmodū initio cōmentariorum in Lucam diximus, ex ipso Luca non obscure colligitur nunquam eum vidisse Christum, priusquam quod graues id auctores affirmant, quos eo loco citauimus. Inter cæteras opiniones difficile iudicium. Si antiquitate res dubia fuerit, Origenes vincet. si iudicio, diligentia, & grauitate testium, Epiphanius vir eruditus, & minime leuis ad credēdum ingenij. Ambrosius non sus tantum, sed aliorum etiam auctoritate mouere potest: nec enim mihi facile persuasero dixisse eum, quod apud alios non legisset auctores, si bene hominis ego ingenium perspectum habeo. Secunda quæstio adeo fortasse facilis a nonnullis iudicabitur, vt ne quæstio quidē esse videatur. Neminem enim legi, aut audiui, qui non pro certo haberet hos duos ex numero fuisse septuaginta duorum discipulorum: cum ab Euangelistis discipuli vocentur, & ex duodecim non fuisse constet, quorum vnus Iudas iam se is queo præfocauerat: vndecim vero reliqui ab his duobus dicuntur inuenti vnum in locum congregati. Ab ea ego opinione dissentire nolo. Tantum dico nō esse tam certam, quam ab omnibus iudicari videō. Nec enim Christus solos septuaginta duos præter duodecim Apostolos: sed alios etiam innumerabiles discipulos habuit, ex quorum numero hi duo esse potuerunt. Nam & Ioseph ille ab Arimathæa discipulus erat Christi Ioan. 19. 38. constat tamen nec ex Apostolorū, nec ex septuaginta duorum discipulorū numero fuisse, cum occultus, vt ait Ioannes, fuerit propter metum Iudæorum. Nec enim occultus fuisset, si ex septuaginta duorum discipulorum fuisset numero, qui adeo non erant occulti, vt publice eum prædicassent, supra cap. 10. 1. Quod dicit, Ecce, tem discipulis casu iudicat accidisse, vt quo momento tempotis ipsi eo irent; Christus quoque, quem peregrinum putabant, eodē iter tatendēs nec opinantibus adhæreret. Etsi Christo non casus sed prouidentia fuit. Itaque loquitur Euāgelistæ persona quodam modo discipulorum, qui eū casum esse fortuitum putauerunt.

Cleophas comes fuerit.

Duo discipuli fuerint.

Ex quorū discipulorū numero fuerint hi duo.

Ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus.] Ipsam diem vocat, qua resurrexerat, qua mulieres ad sepulcrū ierant, nec eius in eo corpus inuenerant, regressæq; discipulis indicauerant, quæ acciderant, omnia, quæ supra narrauerat. Quod castellum, hoc est κώμην pagum, nō solum nominat, sed situm ērā, & distantiam ab Ierosolyma describit, facit historicæ, vt rei, quā narrat, fidē cōfirmet. Agebat enim de Christi resurrectione, quæ

Vers. 29.

totius Euangelij, quod scribebat summa erat, eraq; modis omnibus corroborandæ. Eum pagum Hieron. in epitaphio Paulæ ad Eustochium describit, suoque tempore Nicopolim appellatum dicit. Stadium octauam partem fuisse milliaris nemo nescit, & nō modo, qui litteras tractant humaniores, docēt, sed Beda hoc loco etiam admonuit. Itaq; sexaginta stadia erant septem milliaria, & semis, leucæ, vt Galli vocant, circiter tres.

14. *Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant.*] De morte Christi, de mulierum ad sepulcrum itione, & quomodo corpus nō inuenissent. Loquebantur autem quærentes exitum rei. quod illa omnia, quæ acciderant, sibi vellent, num resurrexisset Christus, cum eum in sepulcro nec mulieres, nec Petrus reperissent, nescientes quam in partem id interpretarentur. *Loquebantur*, inquit Augustinus serm. 144. de tempore, *de iis quæ acciderant in Ierusalem, de iniquitate Iudæorum, de morte Christi ambulabant fabulantes, & quasi mortuum dolentes, resurrexisse nescientes.* Disputandi causa incredulitas erat: facile enim credentibus fuit quæstionem soluere Christum, sicut ante mortem suam prædixerat, resurrexisse. Sed mirum quam acuti ad nō credendum disputatores simus.

15. *Et factum est.*] Accidit, casus enim significatur nō quidem Christo, qui id cōsilio, prouidentiaque faciebat, vt dubitantes de sua resurrectione discipulos cōfirmaret: sed discipulis, qui nihil minus cogitabant, quam vt sibi Christus appareret. Vide quę diximus de particula *ecce* vers. 13.

Dum fabularentur, & secum quærerent.] Γρ. Σὺν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, cum inter se colloquerentur, atque conquirerent, id est disputarent, qua ratione fieri posset, vt Christus in sepulcro non fuisset inuentus. Hoc est συζητεῖν quod noster interpres solet reddere, *conquirere*, vt Marc. 1. 27. & 8. 11. & 9. 10. 14. 16. & 12. 28. & Act. 15. 7.

Et ipse Iesus.] De quo loquebantur. Hanc vim habet coniunctio &, & pronomen *ipse*, ὁ αὐτὸς Ἰησοῦς, quod Latino prouerbio dici solet, *Lupus est in fabula.*

Appropinquans ibat cum illis.] Indicant hæc verba nihil vidisse, nihil sensisse, nihil cogitasse discipulos, donec Christum secum in via ambulantem viderunt. Non accessisse Christum paulatim discipulos citatore consecutum gradu: sed subito, vnoque momento, quasi cum illis partitē ambulantem apparuisse. Dicit autem appropinquasse, quia ita apparuit, quasi pone eos secutus, consecutus esset: pone enim apparuisse credendum est, vt non Christus, aut spiritus, qui se eis illis ostendisset: sed peregrinus quispiam, qui eodem tenderet, videretur. Morale est, quod hoc loco scribit Beda, *Loquentes de se Dominus appropinquans comitabatur, vt & fidem suæ resurrectionis eorum mētibus intendat, & occultæ suæ præsentiæ maiestatis semper se, quod promisit, impleturum designet. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi (ait) sum in medio eorum.* Si loquentibus de se Dominus non satis adhuc credentibus adest, quanto magis aderit iis, qui de ipso nō dubitantes, sed credentes: non vt disceptent, sed vt laudent, colloquuntur?

16. *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.*] Vulgaris hīc quæstio est, quam duobus locis diuersa sententia tractat Augustin. epist. 59. ad Paulinum, q. 8. & lib. 3. de consensu Euangelistarum, cap. 25. qua ratione factum sit, vt Christum discipuli non agnoscerent, vtrum quia ipsorum oculi impediti diuinitus tenebantur, vt indicat Lucas: an quia adeo mutata illis apparuit corporis effigie, vt, etiamsi liberis essent oculis, cognoscere non possent, vt significat Marcus cap. 16. 12. dicens *in alia effigie* ostensum esse discipulis. Calumniari hæretici sine cunctatione respondent discipulorum oculos, non Christi corpus fuisse mutatum. Quod si non alia de causa, diceretur, quam quia id Euangelista videtur significare, nō essent magnopere reprehendendi. Nunc autem cum id propterea dicant, vt suam de Eucharistia hæresim tueantur, non posse Christi corpus in eo esse sacramento, cum non tangatur, non videatur, tamque proprium corporis humani sit tangi, atque videri, vt, quod nō tangitur, ac videtur, præsens cum sit, ne corpus quidem sit: intolerabilis est error. Nam vt rationem ratione refutemus, tam proprium & naturale oculis sanis, atque valentibus est corpus præsens videre, quam videri, corporis. Itaq; si potuit Christus oculos impedire, ne videret, potuit & corpus impedire, ne videretur: aut vt visum aliam præ se ferens formam non cognosceretur. Nam cum per mediam Ierosolymorum vrbem transiit, vt ad Apostolos in vnam congregatos domum ingrederetur, à nemine vtique per vrbem aut vius, aut agnitus est, cum credibile nō sit nullo Euangelista dicente omnium impeditos fuisse oculos. Et cum Magdalenæ hortulani visus est forma, Ioan. 20. 15. nō vtique in mulieris oculis, sed in Christi corpore mutatio facta est: tantumque abest, vt hoc loco ipsorum de Eucharistia error confirmari possit, vt maxime refellatur. Illud enim ipsum factum, quod narrat Euangelista, Eucharistiæ erat exemplum. Nam vt illic discipulis, ita hīc aliaforma, quam qua re vera est, nobis apparet. Et vt illic non credentibus discipulis, ita re ipsa præsens aderat, vt longe abesse, quia non cognoscebatur, putaretur; credentibus autem *in fractione panis* & re vera, & opinione fuit præsens: ita nunc in eo sacramento quamuis præsens re vera sit, tamen Caluinistis non credentibus absens; nobis credētibus, ac venerantibus præsens est. Magaq; in ipsis, quam in discipulis eorum opinio vera est, propterea ipsos Christum in Eucharistia præsētem non recognoscere, quia fidei ipsorum oculi tenentur, aut quia nullam, vt dicam melius, habent fidem. *Ambulabat cum illis*, inquit Augustinus serm. 144. de tempore, quasi contra Caluinistas scribens. *Suscipitur hospitio, panem frangit, & cognoscitur. Et nos non dicamus, quia Christum non cognouimus; nouimus, si recti simus. Verum est, nouimus, si credimus: habemus si credimus. Agnouit fidelis, qui autem Catechumenus est, ignorat.* Nempe non licebat Catechumenis Eucharistiam aut recipere, aut videre. Algerus quoque disputans contra Istorum magistrum Berengarium libr. 2. capit. 5. ad Eucharistiæ sacramentum recte hunc locum accommodauit. *Sicut*, inquit, *in Emmaus peregrinus in fide peregrinus apparuit: sic nobis peregrinis in mundi exilio peregrina, & extranea sibi apparet specie in sacramento: vt quia quod in nobis externum apparet, mortale est, mortalitatis cibus ipse exterius videatur; cum tamen per ipsum, qui immortalitatis est alimonia, intus vere & inuisibiliter mori aeterna sanetur.* Ergo hoc fixum manet, siue propterea Christum discipuli nō cognouerint, quod eorum oculi fuerint impediti, siue quod Christi in dissimilem formam mutatum corpus: tamen vere Christum corpus suum eius salua natura mutare potuisse, & non mutato corpore efficere, vt aliberis etiam, & non mutatis oculis aut non videretur, aut non cognosceretur. Quæ omnia noui hæretici negant. Quo posito fundamento de ipsa nunc quæstione disputemus, vtrum oculi discipulorum, an corpus Christi, ne ab illis agnosceretur, mutatum fuerit. Augustinus epist. 59. Beda, & Theophylactus hoc loco, & Algerus, quem paulo supra citauimus, in Christi corpore mutationem factam putant. Quod Marcus plane dicere videtur. Nam quamuis q. dicit *in alia* discipulis *effigie* apparuisse, intelligi possit non

non re quidem vera, sed sola videntium opinione aliam illis effigiem obiecisse, quemadmodum interpretari quidam iuniores nō minime dubium est, quin alter sensus magis Euangelistæ verbis consentaneus sit, si nihil impedire probauerimus. Et eodem modo quod Lucas dicit, interpretari nobis licebit, *Oculi eorum tenebantur*, non quod re vera tenerētur, sed quod non magis Christum agnoscerent, quam si tenerentur. Quemadmodum cum paulo post aperti illis oculi fuisse dicuntur, non vtique vere apertos fuisse significatur, sed ita Christum tunc cognouisse, vt ante clausi, tunc aperti fuisse viderentur. Alio tamen loco idem Augustinus libro 3. de consensu Euangelistarum, capite 25. oculis discipulorum videtur tribuere mutationem, quod id Lucas significare videatur. Quamuis minus apte hoc Augustinum loco, quam illud illo dicat: dicit tamen aperte Hieronymus in epistola ad Pammachium aduersus errores Ioannis Ierosolymitani. Non video cur cum vnus Euangelista hoc, alter illud dicat, & alij auctores hoc, alij illud aliquid sentiant, non vtrumque factum dicamus, & mutata corporis forma Christum apparuisse, & impeditos simul fuisse discipulorum oculos, ne ea forma Christum agnoscerent. Nec enim adeo fuisse mutatam, vt à non impeditis oculis cognosci non posset. Sed, vt ait Augustinus, quemadmodum in transfiguratione mutata est: ita tamen mutata, vt effigies, & lineamenta eadem, color diuersus appareret. Et sicut vnius, eiusdemque hominis alia pueri, alia iuuenis, alia viri, alia senis forma est. Nam præterquam quod eiusdem corporis Christi aliam hoc modo potest resurrectionem glorificari, quam ante patibilis, atque mortalis fuerat: fuisse necesse est; quemadmodum & nostrorum corporum aliam post resurrectionem formam fore testatur D. Paulus 1. Corinth. 15. 41. 42. Videmus etiam Christum quoties se post resurrectionem ostendit, diuersa quam ante erat, ostendisse forma. Nam Magdalenæ hortulanum putauit. Ioan. 20. 15. & discipuli spiritum esse. infra vers. 37. cum illic non dicatur, aut Magdalenæ, aut discipulorum oculos fuisse contos. Quid ergo attinebat, dicet aliquis, cum vnum satis esset, duo facere miracula? Respondeo vnum fuisse, non duo, quod discipulorum oculi tenerentur. Nam quod aliam Christus post resurrectionem haberet formam, non miraculo, sed naturali glorificati corporis qualitate factum est. Alia hinc oritur quæstio, cur Christus discipulorum tenuerit oculos, ne ab ipsis cognosceretur. Quam enim ob rem ipsis se ostendebat, si cognosci nolebat? Quamob rem si volebat, eorum tenebat oculos? Multa equidem probabiles rationes affert possunt. Nolunt ab illis initio cognosci, vt eorum exploraret fidem, quam esset, quia Deus erat. habebat cognitam, experiri tamen volebat humano more. *Quisnam*, inquit, *hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?* Nolunt nisi à credentibus agnosci, quis semper vetus est illud: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Tenuit eorum oculos, dum de ipsius resurrectione dubitabant, dum fabulabantur, dum quærebant, dum de fide disputabant, aperuit, cum explicatis à se scripturarum testimoniis crediderunt. Voluit eos specie docere peregrini, quo plus credentes haberent merti: quid enim fecissent magni, si viso, cognitoque Christo ne docenti quidem, sed se tantum ostendenti credidissent? *Opponetur*, ait Augustinus sermone 144. *vt multum est tribuetur. Cognitio differtur, quærit ab eis, qui inter se loquebantur, vt quod ipse sciebat, illi fatercntur.* Voluit confiteturum cognitione eorum ad credendum animos præparare. Si enim ante quam scripturis doceret oportuisse Christū mori, & à mortuis resurgere, repente se illis obiecisset, etiamsi formam agnouissent, ipsum tamen esse forsitan non credidissent, quod & nonnullis paulo post ex vndecim discipulis legimus accidisse, qui enim, cum vidissent, spiritum esse putauerunt. Possunt hæc facile ad mores nostros accommodari. Nam vt se tunc Christus cum duobus illis discipulis gessit, ita se nunc nobiscum solet gerere. Sæpe se paulatim per sacras, & obscuras imputationes in animos nostros insinuat, ita prorsus, vt loquentem nobis eum non agnoscamus. Emollit tandem nos magis ac magis, & nobiscum tacitus loquēs cor nostrum sensim animos inflammat. Cognoscimus, cum scripturas audimus, cum panem frangimus. Cognoscimus cum Ecclesiam, cum Cōciones sacras, cum Sacramenta frequētamus: cum eum, quem peregrinum putabamus, corporis, animique nostri hospitio recipimus.

17. *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, & estis tristes?*] Indicat se, antequam illos omnino conquereretur, ipsorum inaudisse sermones, sed quid sibi vellent, non satis intellexisse, vt fieri solet, cum paulo longius loquentes audimus, vt verba quidem hauriamus, sensum vero non intelligamus. Sciebat nimirum Christus, quid loquerentur, sed propterea rogat, vt se peregrinū simulet, & vt ansam arripiat de sua loquēdi, eorumque docendi resurrectione. Propterea addit, *& estis tristes.* vt vultus tangat, vt ostēdat se aliquod habere eorum, quæ loquerentur, iudicium, & vt significet se consolari eos velle, quo facilius, liberiusque, qua de re loquerentur, declararet.

18. *Et respondens vnus, cui nomen erat Cleophas.*] Alter eorum. Quod nominat, facit historiæ, quo plus fidei nominata persona conciliet historiæ. Quis sit fuerit Cleophas, quis alter, quem Euangelista nō nominat, disputatimus supra vers. 13. Potest quæri, cur nō etiam alterum nominauerit? Gregorius, & cæteri, qui alterum Lucam fuisse putant, facile respondent modestiæ causa fecisse, ne gloriari videretur sibi Dominum apparuisse. Cæterum nobis, qui eam supra opinionē refutauimus, alia solutio quęrenda est. Respondere possumus non nominasse, quia commodum non fuit. Nā supra quidem vers. 13. vbi nominare potuit, ne Cleophan quidem, quē modo nominat, nominauit, quia non iudicauit esse necessarium. Hic vero cur non nominauerit, in promptu est ratio: non de illo, sed de altero, quem nominauit, loquebatur.

Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa in his diebus.] Duplicem hæc verba sēsum habere posse omnes vident. Alter est, vt non reprehensio, sed excusatio potius sit, quasi dicant, mirū non esse, si ille solus rem gestam ignoret omnibus notam, cum solus sit peregrinus, quia ea, quæ in republica gerantur, scire non debeat. Quem sensum Beda, & Theophylactus, & plerique omnes interpretes secuti sunt. Alter est, vt sit reprehensio, quasi dicant, nemo est in Ierusalem, ac ne peregrinus quidem, qui hæc ignoret. præter vnum te. Quem verum ego sensum esse arbitror. Nam etsi potest verbum, παροικεῖν, Hebraico, vt quidam volunt, more idem significare, quod habitare etiam esse, tamen cum proprie significet hospitem, & peregrinum esse, non est, quod ab eius proprietate discedamus. Præsertim, cum sensus magis sit emphaticus. Nec enim dubium est, quin voluerit Cleophas hominis, quem peregrinum putabat, ignorantiam simul exaggerare, atque reprehendere. Itaq; nec falsa, nec vulgaris opinio est Christum duobus illis discipulis peregrini specie apparuisse. Nam & id verba proprie significant, & Augustinus sermo. 144. & Beda, atque Theophylactus in commentariis graues auctores tradunt: & ex vers. 20. colligi videtur posse: & ratio ipsa postulauit, vt peregrini apparetet forma,

forma, vt cum ipso duo illi discipuli sermones cõmunicarent. Nam si Iudæam esse putauissent, nõ fuissent ausi coram illo de Christo loqui.

19 *Quibus ille dixit, Quæ?*] Simulat etiammum se rem gestam ignorare, & quasi ignorantiam confessus, indicat se doceri velle, libenterq; auditurum esse, quo magis ad narrandum inuiteret.

Et dixerunt.] Vnus tantum loquebatur Cleophas: sed quia pro se, & pro altero loquebatur, plurali numero dicit Euangelista *dixerũt*. Etsi fieri potest, vt initio solus Cleophas post, vero ambo locuti fuerint.

De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo.] Repetendum est, ex superiore versu verbũ, *Quæ facta sunt illa die huius de Iesu Nazareno*, id est circa Iesum Nazarenũ. Aut illud ex versu 17. *Quæ sunt hi sermones?* quod magis conuenit. Magnis quidem, sed humanis, non diuinis elogiis de Christo loquũtur: nihil enim supra vitum Prophetam fuisse dicunt; sine quod nõdum de illo maiore credidissent; sine, quod est probabilius, quia ne lucrũ malora de illo homini peregrino fortasse non creditruro declarare. Quo enim modo homo peregrinus, qui ne, an Christus quidem vnquã fuisset, fcire videbatur, quem crucifixum audiebat, & vt promiserat, nõdum resurrexisse, Deum esse credidisset? Virum tamen prophetam vocant, & potẽtem *opere, & sermone*, id est miraculis atq; doctrina, *coram Deo, & omni populo*, hoc est, Dei hominumq; iudicio, ac testimonio quo miserabilior eius historia, & mirabilior videatur, virum talem, ac tantum tam indigne à summis sacerdotibus, & principibus Iudæorum, qui eum maxime honorare debuissent, fuisse crucifixũ. Hanc verba singula vim habent.

20 *Et quomõdo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri.*] Intelligendum est idem verbum, quod superiore vers. Sermones nostri erant *de Iesu Nazareno, & quomodo eũ tradiderant.*] Quomodo à summis sacerdotibus traditum dicant, cum summus sacerdos non nisi vnus fuerit, ex iis quæ diximus Mat. 2.4. lector intelliget. Quod autem dicunt, *& principes nostri*, principes appellantes suos indicant existimare se eum, quo cum loquuntur, esse peregrinum, quasi non illius, sed ipsorum principes fuerint, qui Christum tradiderunt. Nam etsi non ignoro posse sensum esse principes nostri trium, tamen illud verba magis præ se ferunt. Principes vocant ראשי אבות, familiarum principes, qui præcipuam inter Iudæos auctoritatem habebant. Tradidisse dicunt *in damnationem mortis*, & crucifixisse, quia Pilato damnandum morte, crucifigendumque tradiderunt, quamuis ipsi non crucifixerint, vt supra 9.44. & 18.31. & 23.1. & 24.7. & Matt. 17.21. & 20.19 & 26.2.45. & 27.2.

Principes quo sensu dicuntur.

21. *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël.*] Quasi dicant iam non speramus, cum illum videamus esse crucifixum, tertiumque iam esse diem, quo se resurrecturum dixerat. Duplici in errore versabãtur, & quod Christum non à peccatis, sed à Romanorum tyrannide Israëlem liberaturum putabant, vt Theophylactus adnotauit: & quod existimabãt crucem cum redemptione pugnare, cum vnica esset via redẽptionis. Hinc apparet in ipsis etiam discipulis verum fuisse, quod ait D. Paulus 1. Cor. 1. 23. *Crucem Iudæis scandalum, gentibus stultitiam esse.* Non satis fuerat Christum illis tam sæpe mortem suam, resurrectionemque prædixisse: ne cum euenirent, fide nutarent, ipsi eius confirmati prædictione. Locos superiore vers. notauimus.

Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt.] Quo magis loquuntur, eo magis infidelitatem ostẽdunt. Quid enim est *super hæc omnia*, nisi præterquam quod fieri non viderunt posse, vt mortuus resurgat, accedit quod tertia iam post mortem est dies, & nõ resurrexit, vt nulla reliqua spes esse videatur fore, vt resurgat: Si enim resurrecturus esset, iam resurrexisset, cum se tertia die dixisset resurrecturum. Mirum quam subtiliter incredulitas contra fidem disputare soleat. Primum tertia dies venerat, sed non abierat. Dein qui sciebant nondum resurrexisse? Constat tamen ex iis, quæ sequuntur, exiguum aliquid spei adhuc illos, cum hæc dicebant, reti nuisse.

22.23. *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos.*] Mulieres ex suis vocant, quæ Christum quemadmodum ipsi sequebantur, non, vt Euthymius ait, nostræ, quasi ipsorum fuerint vxores. Quãquam nostram etiam ille intetpretationem probat. Quid autem est, *Terruerunt nos*, cum non terrore, sed singulari gaudio eos perfundere tam læto nnntio debuissent? Græce est ἐξέστησαν ἡμᾶς, quod proprie est attonitos nos, & dubios animi reddiderunt, fecerunq; ve ancipites inter infidelitatem, & fidem inter metum, & spem vacillaremus. Nam vna quidem ex parte vix hominem tam ignominiosa extinctum morte resurgere potuisse credimus, tertio præsertim post die. Ex altera vero parte spem nobis aliquã resurrectionis eius mulieres quædam ex nostris intecerunt, quæ, cum sepulcrum inuiserint, affirmant se non reperisse corpus; quin vidisse angelos, qui illum testentur resurrexisse. Hoc etiam Theophylactus obseruauit melius, quàm Euthymius, qui interpretatur, attonitos nos reddiderunt incredibilia narrantes. De mulieribus & angelis apud Matthæum c. 28. d sermimus.

24. *Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt.*] Petrus & Ioannes, Ioan. 20.3. confirmatio est testimonij mulierum, vt minus sit eos non credidisse, cum suam ipsi & mulierum, & quorum discipulorum, & angelorum testimonio incredulitatem arguerẽt. Nec sine causa Christus *exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt*, Mat. 16.14.

25 *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ.*] Id est, omnia quæ locuti sunt. Cõstructio Hebraica, vt, *Noli æmulari in malignantibus*, id est malignantes. Aut in omnibus id est, non obstantibus (vt ita loquar) omnibus, quæ Prophetæ locuti sũt. Stultos, & tardos vocat, qui tot nõ crederent testimoniis, quibusque ideo non crederent, ne stulti, & tardi viderentur. Hæc enim summa hæreticorum sapientia est, nõ facile credere, nec melius se felli posse, quam si, qua ratione prudentes non credendo sibi videntur, ea stultos eos, & tardos appellemus. Ac magnæ quidem stultitiæ, & tarditatis ingenij est, suo magis ingenio credere, quàm Deo. Nondum se Christus illis cognoscendum ostendit, vt non tanquam suam, sed tanquam alienam causam agens magis persuadeat, & vt pudeat homines Iudæos, ac discipulos Christi de Christo nõ credere, quod hominem, vt apparebat, alienigenam, & peregrinum non solum credere viderent, sed docere etiam ac prædicare. Nec teprehendit eos, quod Christo ipsi, sed quod Prophetis de Christo locutis non crederent. Quia de Christo ipso dubitabãt, an vera dixisset, & non erat argumẽti loco sumendũ, quod in quæstione versabatur. Etsi Tertull. libr. 4. aduersus Marcionem extremo non legit, *in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ*, sed, *quæ locutus est vobis*, quasi de ipso loquatur Christo.

Hebraica constructio Psal. 36.1.

Stultitia & tarditas sapientis summa in credendo.

26. *Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Qua illi ratione dubitabãt, eadem ipsorum Christus dubitationem curat. Illi non credebant resurrecturum, aut verum esse Christum, qui tam ignominiosa ab iis, quos liberaturus esset, sublatus esset morte; Christus ea ipsa ratione credere eos docet oportere. Nec enim ea Iudæorum vis ac potestate, sed sua sponte, diuino consilio, & vt prophetarum implerẽt vaticinia, passum fuisse Christum. Quare eo ipso, quod eo mortis genere à Iudæis sublatus fuisset, credendũ verum fuisse Christũ, cum Prophetæ ita moriturum fuisse Christum prædixissent. Quod ergo dicit oportuisse, ita intelligendum, opportuisse, non absolutè, sed posita Prophetarum prædictione. Quod addit, *& ita intrare in gloriam suam*, ideo dicit, vt spem illis erigat futuri regni, de quo iam desperasse videbantur. Dixerant enim v. 21. *nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël.* Redimere enim Israël erat regnare, & gloria regnum, regiamque significat maiestatem.

27. *Et incipiens à Mose, & omnibus Prophetis.*] Totum vetus testamẽtum Hebræi sic more Prophetas vocant, quorum omnium de Christo vaticinia peruenisse, & explanasse, cum dicit Euãgelista. Vnde colligimus totã scripturã sacram, etiam si id nos minime plerunque animaduertamus, loqui Christum, vt eum in illa, etiam vbi minime videtur esse, quærere discamus. Vbique est, sed alibi apparet, alibi latet. Nos sæpe non inuenimus, aut quia non quærimus, aut quia Iudæorum more in eximis scripturæ verbis, non in intimis sensibus, ac latebris quærimus.

Quomodo fingere Christus possit.

Vbique in scripturis est Christus.

Interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.] Debuit ex singulis scripturæ libris ea, quæ de Christo erant illis explicabat, vt viderẽt omnia in eo esse, de quo dubitabant conuenire. Quæ testimonia ea fuerint, vtinam Euangelista declarasset: multum nobis inde eruditionis accessisset. Nec enim dubito Christum non ea solum testimonia, quæ nos de ipso loqui animaduertimus, sed multa etiam præterea, quæ nos lateant, protulisse. Quod alibi eum fecisse legimus. Quis eum putasset ex Adami & Euæ formatione, eo fugi; indissolubilem nexum probaturum? Atqui probauit Matth. 19.5. Quis probaturum resurrectionem ex illo Exodi testimonio. *Ego sum Deus Abrahæ, Deus Isaac, Deus Iacob?* Atqui probauit Matt. 22. & 23. & supr. 20.37. Nec ea ipsa, quæ à nobis animaduersa, & notata sunt, opus est hoc loco recitare. Ad Cyprianum in libris ad Quirinum, ad Eusebium in libris de demonstratione, ad librum Prosperi de prædictionibus lectorem mittimus.

Exod. 3.

28. *Et appropinquauerunt castello, quo ibant, & ipse finxit se longius ire.*] Sunt qui castellum hoc quod hic appropinquasse non Emauntem, quo ibant, vt versus dicit, sed aliud quodpiam propius loci illius fuisse existiment, quod vt dicitur ver. 33. eodem die peregressi fuerint in Ierusalem, cum non viginti ferme essent & Emaus sex. ginta fere stadiis, vt vult Eusebius, à Ierosolyma distaret, quod iter non videatur potuisse tam breui tempore confici posse. Sed ij me Euangelistæ verbo facile refelluntur. Dixerat enim v. 13. eos ipsos in castellum nomine Emaus: hic autem dicit appropinquasse *castello, quo ibant*; quo ibant nisi Emaus? Difficilius, quod sequitur, *Et ipse finxit se longius ire.* Duplex quæstio, cur finxerit, & quomodo fingere ausus fuerit. Greg. hom. 23. in Euang. 23. & Beda in comment. videtur existimare ideo finxisse se longius ire, quia adhuc à discipulis peregrinus esse putabatur, quasi digni non essent, vt cum ipsis sub eodem maneret tecto, qui illum tam longo colloquio non agnouissent. At quæ eorum erat culpa, si & ipse formam mutauerat, & eorum oculi tenebantur, ne eum, si maxime vellent, possent agnoscere? Aliam etiam rationem affert, quod peregrinus adhuc in eorum esset fide, id est quod nondum ipsum resurrexisse crederent. Sed id ipso quidem iudicio probari non potest, cum Euangelista, antequam Christus illis scripturas interpretaretur, dubios fuisse indicet; post scripturarum autem explicationem dubitasse non indicet: & ipsi affirment cor suum inflammatum in via fuisse, cum eis Christus scripturas aperiret, quod sine fide fieri non potuit. Etsi non affirmassent, tamen res incerta in meliorem esset partẽ interpretanda. Credo ergo qua ratione prius mutata forma, occupatisque discipulorum oculis cognosci noluerat, eadem nunc longius se ire finxisse, vt se Christum esse dissimularet, quia nondum tempus venerat, quo se illis decreuerat aperire. Tentandi, docendi quæ adhuc erant. Secunda quæstio est difficilior, quomodo Christo fingere licuerit, cum fictio omnis sine verbis, siue factis fiat, mendacium esse videatur: præsertim cum ad iniiciendam audienti, aut videnti falsam fit opinionem, quod hoc loco fecisse videtur Christus. Quare enim se longius ire finxit, nisi vt duo illi discipuli putarent ipsum vere esse peregrinum, cuius speciem præ se ferebat: ideoque longius progredi voluisse, nondum confecto, quod susceperat, itinere? Tantum hoc apud quosdam argumentum valuit, vt Christum vere mutuarie esse mentitum, hocque nobis aliquando etiam vere loquentibus mentiri. In quo errore Priscillianistas fuisse, scribit Augustin. hoc victos loco lib. contra mendacium ad Consentium c. 13. Fuit & Cassianus auctor Carthaginus, & bonus: sed nullum tam pulcrum est corpus, vt nullo careat. Christum mentitum non esse certum est, & debet: quo modo eius fictio mendacium nõ fuerit, facilius est credere, quam explicare. Nam in duabus rationibus, quas D. affert Augustin. fateor ingenium meum non acquiescere. Vtraque in hac vna re versatur, mendacium non esse, cum non ad fallendum, sed ad aliquid maius significandum aliquid fingimus: quemadmodum parabolæ, etsi fictæ narrationes sunt, mendacia non sunt. Christum ergo ideo mentitum non fuisse, quia fictione illa sua non fallere discipulos, sed docere, & maius quiddam illis significare voluit. libr. 2. qq. Euangel. cap. 51. sic scribit. *Quid ergo significat, quod se ire Dominus longius finxit? Quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suam cognitionem peruenire posse hominem intimauit, vt cum longius ipse ab hominibus abscessisse super omnes cælos, tamen ita cum eis sit, qui hoc exhibent fratri suo, vt cum dicere Matt. 25. 34. 40. experiri, Domine quando te vidimus hospitem, & adduximus? tanquam eum fictices, qui longe abscessurus, respondere ille, cum vni ex minimis meis fecistis?* lib. vero contra mendacium capit. 13. sic, *Quisquis autem vult intelligere illud fingendo, quid præfiguratum, attendat quid agendo præfiguratum: longum namque posset profectum super omnes cælos nec cum deserit à fidelibus suis.* Vide lector, quid hic D. Augustin. velit, ideo Christum non esse mentitum, quia non discipulos fallere, sed aliquid illis maius significare voluit, aut se in cœlum ascendere, aut eos qui hospitales sunt, ituros longius, id est in cœlum secum peruenturos esse. In quo illud desidero, vt probaret Christum discipulos noluisse fallere, quod ad purgandum mendacium in primis videtur esse necessarium. Nam quisquis fingendo alium fallere conatur, etiamsi aliquid præterea significare velit, haud dubie mentitur. Alioqui nullum omnino esset mendacium, quod ista ratione defendi non posset. Christus autem videtur omnibus rebus, & murata corporis sui forma, & impeditis discipulorum oculis, & simulatione longioris profectionis eos fallere voluisse, vt alium quam erat, esse putarent. Præterquam quod suam Christum longiorem in cœlo profectionem significare voluisse nec probatur, nec ad id, quod tunc Christus agebat, videbatur attinere. Malim Gregor. hom. 23. in Euangel. & Bedam in commentariis

Cur finxerit Christus se longius ire.

Quomodo Christo fingere licuerit.

An Christus dominus mentitus fuisse re voluerit.

tatis sequi; qui si bene intelligantur, rem, vt dicitur, A
acu videntur attigisse. Noluit Christus discipulos fallere, sed docere eos falli, eosq; eos errore liberare. Putabant discipuli nondum Christum resurrexisse; errabant: apparet illis ea forma Christus, vt non ipse, sed alius quispiam peregrinus esse videatur, eadem q; tatione fingit se tanquam peregrinum ire longius: non vt doceat se non esse Christum, quod mendacium vtique fuisset, sed vt doceat errare eos, qui se putarent Christum esse non posse. Quemadmodum ergo non mentitur verbis is, qui sciens, ac prudens nō ex sua tamen, sed ex eius, quocum loquitur, opinione dicit falsum: ita Christus factis non ex sua, sed ex discipulorū opinione falsum fingens, meritus non est. Exemplum in sacris litteris habemus illustrissimum. 3. Reg. ca. 22. B
15. Cum Achab Rex Israēl adiuncto sibi Iosaphat Rege Iuda bellum contra Assyrios ad expugnā dam Ramoth Galaad mouere vellet, omneq; fere Prophetæ prosperum illi expeditionem pollicerentur: accessit tum ad se Michęam rogat, *Michæa ire debemus in Ramoth Galaad ad prælandum, an cessare? Cui ille respondit, Ascende, & vade prospere, & tradet Dominus in manu Regis.* Cum sciret fore, vt ibi moreretur, loquebat scilicet non sua, sed Regis, & falsorum Prophetarum, à quibus deceptus fuerat, opinione; non vt hominem falleret, sed vt per irrisionem eū falli doceret. Quis dicat fuisse mendacium? Eadem ergo ratione mentitus nō est Christus. Solemus ergo dicere, qui aquam rubeo colore tinctam, quam illi damus, vinum esse putat, Accipe vi- C
num. Non mentimur, non fallimus, sed falli ægrotum significamus. Qua vero re Christus se lōgius ire finxerit, quod quidam quærunt, difficile nō est dictu. Credibile aliquot passus progressum longius, quasi vltra processurum.

29. *Et egerunt illum.*] Populariter loquitur, precibus enim, & verbis, non manibus coēgerunt, vt statim declarat. *Quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies.* Gregor. homil. in Euangel. 23. & Beda hic, *ex quo*, inquiunt, *exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solum inuitandi, sed etiam trahendi.* Moralia qui quærit, Augustinum legat serm. 140. & 144. de tempore, & lib. 2. qq Euang. cap. 51. Diximus ver. 13. probabile esse quod Hiero. docet Cleopham, aut eius comitem, aut fuisse ambos propriam in eo oppido habuisse do- D
mum, eoq; magis Christum tanquam ad domum suā inuitasse. Quod ipsum Augustinus, Gregorius, & Beda, cum discipulorum hospitalitatem laudant, videntur approbare. Quæ enim hospitalitas erat, si domi suę non recipiebant.

30. *Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.*] Vulgata quæstio, an Christus cum panem accepit, benedixit, ac fregit, Eucharistiæ confecerit sacramentum, an simplicem tantum portexerit discipulis panem? Ego quidem certe non dubito, mirorque dubitare aliquos, quin hic locus de Eucharistia sit intelligendus. Ma- E
gnumque mihi argumentum est, quod vehementer hæretici negant, quos vnam Catholici quidam, & nō mali auctores male cantę legissent, & maiore studio ab eorum sensu, vt par fuit, abstinuissent. Adducor tota actionis forma, quam nescio sane quis Christianus Eucharistiæ esse non agnoscat. Quis enim forma nisi hac Euāgelista vsus fuisset, si Eucharistiam describere voluisset? Cum in Actis Apostolorum cap. 2. 42. fractionē panis ab Apostolis factam legimus, nemo aliud quam Eucharistiam intelligit. Legimus hoc loco nō fractionem modo panis: sed legimus factam à Christo, quicius fuerat auctor. Legimus benedictionem, legimus distributionem: legimus cōsecutum, vt statim probabimus, ex ea miraculum, & Eucharistiā

An de Eucharistia sit intelligendum hoc locus.

non agnoscamus? Deinde vt concedamus confecisse Christum, quoties cibum sumebat, aliqua vti benedictione, tamen vt apud Matt. cap. 26. 26. docuimus, id Euāgelistæ nusquam declararunt, nisi cum Eucharistiam confecit, aut aliquod circa panem miraculum edidit. Hic autem Lucas eadem prolixa diligentia, & panis in manus sumptionem, & benedictionem, & fractionem, & distributionem declarauit, qua supra c. 22. 19. cum de ipsa Eucharistiæ institutione loqueretur, declarauerat. Præterea cum communem benedicebat cibum, nō in fine, non in medio, nimirum prandij, sed initio, antequam quisquam quidquam gustaret, benedicebat. At hic non initio, sed in fine, vt indicat Euangelista benedixit. Hoc enim est ἐπιβὰς τὸ συνανακεῖσθαι, cum recubuisset, id est cœnasset sicut cum Eucharistiam instituit, non initio, sed in fine cœnæ panem benedixit, vt Matth. cap. 26. 26. probauimus. Etsi id Euangelista non indicasset, tamen ita factum fuisse credē dum esset. Verisimile enim est Christum tunc, ne phantasma esse videretur, communem cum duobus discipulis sumpsisse cœnam. Non sumpsit postquam panem fregit, quia in ipsa panis fractione cognitus est, & statim vt cognitus est, à discipulorum oculi seuanuit, vt Euangelista testatur: ante igitur cœnam sumpserat. Quare ea benedictio communis cibi esse non potuit. Accedit miraculum, quod *in fractione panis* ab illis, qui tot cum ante sermonibus nonet gnouerant, cognitus est. Quod alias ratione, C
quam Eucharistiæ virtute factum esse nō potest. Nam quod hæretici dicunt Christum proprium quendam benedicendi cibum habuisse modum, ex quo fieri à discipulis cognosci potuerit, nec ipsi probant, & nos multis argumentis refutare possumus. Primum quo- *Christum proprium benedicendi cibum habuisse, ex illo ritu nonhabemus.*
modo credibile est Christum proprium benedicendi cibi ritum habuisse, cum etiam tum, cum Eucharistiā tem omnino nouam instituit, quantum fieri potuit, ad communem se Iudæorum ritum accommodarit, vt & nos apud Matthæum probauimus, & hæretici ipsi docere solent? Nam quod paterfamilias panem sumeret, quod benediceret, quod frangeret, quod inter cōuiuas distribueret, Iudæorum fuisse ceremoniā, Thalmudici auctores tradunt. Præterea si proprium habuisset ritum, nec dissimulassent Euangelistæ, ne- D
que taciti tulissent Pharisæi, qui in rebus minoribus, quod Iudæorum ritu fieri prandium non lauaret manus, eum accusabant, & quique vt habuerit, tamen alia profecto habebat non magis propria, vnde cognoscipotuerit, & tamē non fuerat cognitus. Magis propria illi vox erat, magis propria lineamēta oris, magis propria doctrina, magis propria explicandarum scripturarum ratio: tamen ex iis eum discipuli non nouerant. Quod autem apud quosdam, qui non mali habentur auctores, lego præterea Christum *in fractione panis* cognitum fuisse, quod panem ita diuisisset, nō quasi fregisset manibus, sed quasi cultro scidisset, tam simile apparet esse figmentū, vt ridēdum magis, quam refellendum videatur. Mirorque acutos homines, qui ne parum ingenioſi viderentur, de Eucharistia hic agi, quam aperte Euangelista describit, non credidere. Si id non solum credidisse, sed etiam finxisse, quod nec Euangelista, vt apparet, cogitauit, & speciem habet fabulæ, nec intellexisse, quod vix quispiam non intelligit, cum Christus *in fractione panis* cognitus fuisse dicitur, fractionem panis non ipsam actionem frangendi, sed totum illum actum conficiendi, administrandiq; Eucharistiam appellarit; quemadmodū cum Apostoli *in oratione, & communicatione fractionis panis, & orationibus perseuerantes* fuisse dicuntur. Act. 2. 42. Ergo manifestum est Christum porrigēdo discipulis corpore suo cognitū fuisse. Quod cum nec casu, nec ex frangendi panis

panis cęremonia fieri potuerit, sequitur factum esse A
miraculo. Quod enim & Euangelista, & ipsi postea discipuli tanta narrant diligentia se Christum *in fractione panis* cognouisse, indicant profecto nō casu, sed ex vi fractionis aliqua cognouisse. Vis autem illa ceremoniæ esse non poterat, quia nunquam ante Eucharistiam Christum viderant portigentem, cum in illa vltima cœna soli duodecim cum illo Apostoli dicantur recubuisse, & duo isti discipuli ex duodecim Apostolorum numero non fuerint, vt ex vet. 33. perspicuū est. Reliquum igitur est, vt mirabili, atque diuina corporis Christi virtute Christum ipsum agnouerint. Nā & Euangelista, & ipsi postea discipuli tanquam miraculum narrant: & multi veteres, grauesque auctores ita senserunt. Profecto Hieronym. cum in epitaphio B
Paulæ ad Eustochium dicit, Christum domum Cleophæ in Ecclesiam dedicasse, nihil aliud significat, quā in ea tunc domo Eucharistiæ celebratę sacramētum, quod vbicunq; fit, ibi Ecclesia est. Nec aliter sentit Augustin. li. 3. de consens. Euang. c. 25. *Oculis*, inquit, *eorum acciderataliquid, quod ita manere permissum est vsq; ad fractionem panis certi mysterij causa, vt tum in eo alia ostenderetur effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnouerit, sicut Lucas narrauit se monstratur. Prorsus vt quippe mentis eorum adhuc ignorantis, quod oportebat Christū mori, & resurgere, similē aliquid eorum oculis passis sunt, nō veritate fallente, sic ipsis veritatem percipere non valentibus, & alium quam vt eos, opinantibus quispiam se Christum agnouisse putet, si eum corporis participem non esset, id est Ecclesiæ, cuius veritas in sacramento panis demonstrat Apostolus dicens: Vnus panis, vnum corpus multi sumus, vt cum eu benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & cognoscerent eum.* Augustinum Beda, Bedam Strabus secuti est, eius verba in suos transferens commentarios. In eadem sententia Chrysost, aut quisquis est auctor ho. 9. ex variis Matthæi locis, & Theophylactus in commentariis. 2. Cor. 10. 17. C

31. *Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.*] Non assentior iis, qui hoc non de oculis corporis, sed mentis putant intelligendum, quamuis in eam sententiam Chrysostomum D. Thom. citet. Non enim metaphora est, sed aliud genus metonymiæ, quo ab effectu clausi, cum non videntaperti, cum vident, oculi dicuntur. Quod non de mētis, sed de corporis oculis dici solet. Et paulo ante quod dixit, *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent*, nō dubium, quin de oculis corporis dictum sit. Perit. n. vis orationis, & gratia, si de oculis mentis intelligatur, cum dicere Euangelista voluerit, non magis Christum agnouisse, quam si plane fuissent cæci. Atqui manifestum est de istdem hi ego oculis. Quos enim illic clausos significauerat, hic apertos fuisse dicit. Quomodo apertisunt? quomodo ante clausi fuerant. Clausi ante fuerant, nō quia clausi erant, sed quia non cognoscebant, quem videbant Christum, quasi non viderent: quasi clausi essent aperti ergo dicuntur, quia viderunt, & cognouerunt. Quemadmodum primorum post peccatum patentum aperti fuisse oculi dicuntur, Gen. cap. 3. 7. & Agar Gen. 21. 19. non quasi ante clausos non habuissent: sed quod vidissent, cognouissent, qi quod ante aut nō videbant, aut non cognoscebant, vt Origen. hom. in Numer. 17. & D. Augustinus lib. 11. de Genes. ad litteram cap. 32. & lib. 1. de nuptiis, & concupiscentia, cap. 5. docent. *Tossat.* D

Et ipse euanuit ab oculis eorum.] Gr. ὁ δὲ ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, & ipse inuisibilis, aut, inconspicuus factus est ab illis, id est, reddidit se illis inuisibilem. Mirum quam inepti sint hæreticorum interpretes, ne cogantur concedere posse Christum in sancto Eucharistiæ sacramento esse, quamuis oculis non videatur: negant posse corpus suum inuisibile facere, naturam E

Reflauntur Calumniæ, & vanitas hæreticorum.

Corpus suum inuisibile reddidit.

corporis esse dicentes vt videatur. Minusque potentiæ Christo, quam dæmonibus, & strigibus tribuunt, quos dubium non est, quæ volunt corpora reddere inuisibilia. Quid ergo est ἄφαντος ἐγένετο, nisi inuisibilis factus est? Concedunt, sed dicunt inuisibilem factum fuisse, quia se ab illis subduxit, non quia corpus suum inuisibile reddidit. Itaque boni isti interpretes ἄφαντος ἐγένετο vertunt *subduxit se*. Quod nō ideo dixi, vt refellerem, nec enim necesse est rem refellere tam absurdam, sed vt ii, qui se solos putant sapere, ab iis qui aliquid sapiunt, rideantur. Quasi vero verba Euangelistæ defuerint, vt eum dicerēt abisse. Cum ergo non dicit, Discessit ab eis, sed ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν inuisibilis factus est ab illis, quis sanę modo sit mentis dubitare poterit miraculum voluisse Euangelistam significare, quo se Christus subito illis inuisibilem fecit, sicut se ante ambulantibus in via visibilem fecerat? Hanc enim vim habere diximus quod ver. 15. dictum est; *Et factum est cum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Nec quisquam aliter auctor non hæreticus intellexit. At cur subito se inuisibilem fecit? cur non paulo diutius cum illis est commoratus, magis vtique eos, ac magis longiore mora confirmaturus? Fecerat, quod volebat, cognitus erat, qua vna causa illis apparuerat. Confirmauerat resurrectionem primum scripturarum testimonijs: deinde ipso conspectu sui: quid longiore opus erat tempore? Adde quod hac ipsa ratione magis sunt discipuli confirmati. Eo enim ipso, quod videruntrum de improuiso non amplius apparuisse, intellexerunt alium non potuisse esse, quam Christum. Si diutius cum ipsis mansisset, arrectare, interrogare, explorare voluissent, vt sunt curiosi homines incredeli. Præterea non tale iam, vt inquit Theophylactus, habebat corpus, vt diu cum hominibus versari oporteret. Et volebat eadem nocte, vt ait Euthymius, redire ieroſolymam, & sese vndecim illic Apostolis ostendere, & vt idem duo illi discipuli facerent. G

32. *Et dixerunt ad inuicem; Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?*] Intelligunt discipuli cognito Christo, quod ante non intelligebant, vnde ardor ille, quem in via loquente Christo experti fuerant, natus esset. Ardebant nimirum, & rationem ignorabant, quia propter solem erant, quem non cognoscebant. Sunt qui hoc tanquam tarditatem suam tacite reprehendentes eos dixisse putent quod cum Christum in via ex ipso, quem sentiebāt, ardore animi cognoscere potuissent, tamen non cognouissent. Potius credo confirmationem esse cogniti Christi, tanquam dicant, vere Christus est, nam non alia potuit esse causa, cur in via eo loquēte tantopere animus noster inflammaretur. Sic solemus res, quas iam fide, aut certa experientia cognouimus, probabilibus rationibus comprobare. Potest & admiratio esse, quod causam ardoris, quam prius non intellexerant, intellexissent. Apparet ex hoc loco præter vim verbi Dei, quod exponebat, quæ incredibilis per se est, & præter eam dicendi in eo gratiam, quam auditores alicubi miratos legimus, adiūgebat, E
singularem quandam Christum, quia Deus erat, virtutem monēdi, vt vellet, animos habuisse. Hoc enim est, quod illi discipuli tribuunt, quod cum alio homine commune esse non potuit. Sæpe nos eiusdem Christum fuisse, qui in animis nostris loquebatur, sed nos ideo non cognouisse, quia nondum aperti erant oculi nostri. Aperiuntur, dum eius percipimus corpus, dum oram vestimenti eius tangimus. Nam ea dem illa caro Christi, quæ tactu olim suo cæcis visum dabat, nūc à nobis sumitur eo quodammodo potentiæ

Christus suis tum monendi, tum confirmandi vim habet.

Matth. 9. 21. Mar. 5. 28. Luc. 8. 44. Ioan. 9. 6. 11.

tior, quo gloriosior. Si oculi nobis aliquando non aperiuntur, non ideo fit, quod illi vis, sed quod nobis fides ardens desit.

Hebraismus quo hic vsus est. בשעה חדרת tempus significatur.

33 *Et surgentes eadem hora.*] Eodem momento temporis. Nam ne horæ quidem vnius moram interponi sibi credendum est. Sed est Hebraismus, quo breuissimum omnium temporis significatur בשעה חדרת. Quod Latini dicunt eodem temporis momento. Liuius aliquanto momento horæ. Quamobrem tanta celeritate discipuli Ierosolymam redierunt, facilis coniectura. Non potuerunt, minus etiam debuerunt, vbi Christi gaudium continere, voluerunt q; quam primum cum cæteris discipulis communicare, quos Ierosolymæ congregatos esse sciebant. Non ignorabant, quã soliti illi de Christo essent, vtrum refurrexisset. Docentur concionatores non desidere esse, non sibi B scientiam scripturarum retinere. Sed videant, an viderint Christum, an corripiorum ardens fuerit in via: ne pro Christo ingenij sui phantasmata, ne pro veris falsa, ne pro certis incerta populo prædicent.

Iudæorum saluatio vbicunq.

Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant.] Deest, cæteros discipulos, qui cum A. Ostolis tũc Ierosolymis morabantur. Non enim est sensus eos, qui cum Apostolis erant in illa congregatione, cum ipsis congregatos fuisse, quæ esset ineptissima enuntiatio? sed eos, qui cum illis Ierosolymis erant, cum ipsis fuisse in eadem domo congregatos. Erant enim alii discipuli huc illuc dispersi, vt credibile est, qui Ierosolymæ nõ erant, sicut & illi duo, de quibus agitur, Ierosolymæ tristes discesserant, & volunt Euangelista significare omnes & Apostolos, & discipulos, qui Ierosolymæ erant, fuisse tunc, cum duo illi discipuli venerunt, in eadem domo congregatos de Christi resurrectione varia & multiuoca, & Petri testimonia inter se confetentes, vt doceret plurimos eius apparitionis Christi, eodem tempore fuisse testes. Potest hoc & ad id, quod sequitur, verbum referri; Inuenerunt & videcum, qui congregati erant, & eos qui erant cum ipsis dicentes, vere surrexisse Dominum & Simoni apparuisse. Quasi dicat Euangelista nihil dnos illos discipulos Apostolus, & us, qui cum ipsis erant, nuntiasse nouum & ipsos iam ante sciuisse, resurrexisse Dominum, & de ea ipsa re loquentes inuentos: aut fuisse Petrum testatum, quæ ipse vidisset, cum Apostolos etiam & cæteros discipulos inuenerint, similes Christi narrantes apparitiones; vt ex testimoniorum omnium conuenientia resurrectionis Christi veritas probaretur.

Et ipsi enarrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerint eum in fractione panis. Ipsi duo discipuli, qui superuenerant, cæterorum de Christi resurrectione testimonia tum quoq; adiugebant narrantes, quid sibi eunti huc & mauntem accidisset, quomodo ipsis Christus comitem adiunxisset viæ, quomodo reprehendisset, quod eum resurrexisse non satis crederent: quomodo scripturas illis de morte, ac resurrectione sua explicasset: quomodo ad extremum in fractione panis eum cognouissent.

Dom autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorũ.] Improuisus subiunt, cl aliis ingressus foris, vt ait Ioannes c 20.19 ita vt prius in medio discipulorum cõstitent, quam aut illum sentirent, aut vestigium vlũ, qua ingressus esset, viderent: non apertas fores, non strepitum ingredientis, non vmbram saltem appropinquantis. Hanc vim habet verbum illud, *stetit*. Quod hæretici nostri non intelligentes, clausis foribus ingressum fuisse negunt, q; in errorem apud Ioannẽ c. 20 19 loco magno inconcusso refutabimus. Quod Marcus dicit *recumbentibus undecim* Christum apparuisse, non est de hac intelligendum apparitione, sed de ea, quæ vt Ioannes ait cap. 20. 26 *post dies octo* facta est, quemadmodum probauimus apud Matthæum, c. 18. 14. A

Et dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere.] Apparet ad subitum Christi in medio consistentis cõspectum discipulos timuisse, quasi spiritum viderent aliquem, qui non apertis foribus, non vllo pedum ingressu esset ingressus: quod cum Christus animaduerteret, & confuetæ salutationis, & verbis se esse declarans timorem eximit. Vsitata Iudæorum saluratio cum aliquem non timere, sed bono esse animo iubebant, *Pax tecum*, Iud. 6. 23. Eodem modo angeli ad mollendum mulieribus visi territis timorem populicæ Matthæi 28. 5. *Nolite timere vos: scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quæritis non est hic, surrexit enim*, sicut dixit. *Indoctorum figmenta refutata.*

37. Conturbati vero, & conterriti existimabant se spiritum videre. Indicat Euangelista, si ordinem verborum consideremus, timorem in causa fuisse, vt discipuli Christum non agnouerint, sed spiritum esse putauerint. Impedit enim cognitionẽ timor, & spiritus, phantasma, monstra, aliaque sibi solet fingere territi animi. Si vero rationem sequamur, probabilius est propterea timuisse, quia se spiritum videre ex stimabant. Quod Christus confirmat cum manus, pedesque suos contrectandos offerens probat se spiritum non esse, quasi timoris radicem euellens. Cur putauerint discipuli spiritum se videre, in promptu coniectura est, quia, vt ait Ioannes, *ianuis clausis* ingressum videbant, quod non nisi spiritum putabant, facete potuisse. B

Martini error, linguarum studio hoc loco abhorrentis.

37. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?] Odit dicit esse Christum, qui eorum cogitationes videat, quas ne spiritus quidem videre possit. Quod dicit, *cogitationes ascendunt*, descriptio est hominis anxij, dubitãtisq; & varias animo volentis cogitationes. Nam quod Augustin. serm. 105. allegoricum est: *Cogitationes istæ in vna, iustissimo iudicio fuerunt, de cruce vna non surrexerunt.* Vna ex parte spiritum putabant, qui clausis ingressus ianuis de improuiso in medio cõstitisset: altera ex parte dubitabant, num esset Christus, quem & ipse se esse affirmabat, & alii alia narrabant se vidisse. Hæc enim adiecit Christus cum vidisset non satis fuisse ad pellendum ab animis discipulorum metum, quod eos benigne salutasset, quod se Christum esse dixisset, quasi nimium timorem, & incredulitatem eorum reprehendat. C

39 Videte manus meas, & pedes meos.] Constat ex hoc loco veram vulgatam illam esse sententiam, Christũ etiam post resurrectionem vulnera, quæ ante mortẽ acceperat, habuisse. Nec enim alia potuit esse causa, quamobrem manus potius, ac pedes, quam reliquum corpus palpandum ostenderet, nisi quia illis duabus partibus clauis confixus fuerat, vt Euthymius hoc loco, & Beda in commentariis, & Cyril. apud D. Tho. & Maxentius dialogo 2. & Leo ser. 1. de ascensione Domini, & D August. tract. 121. in Ioann. & sermone de tempore 180. tradunt, idq; ex Ioanne perspicuum est ca 20. 27. vbi iubet Christus Thomam manum in latus suum mittere. Itaque quod scribit August. epist. 49 q. 1. Christum post resurrectionem non vulnera, sed vulnerum cicatrices habuisse: non hic intelligendum est, quasi veras plagas habuisse neget: sed quasi ita habuisse dicat, vt cauitates potius manuum, ac pedum, quam veræ essent vulnera, cum non vlcerosa, nõ sanguinolenta, sed sanæ essent: nisi quod ipsa quæ facta fuerant, foramina remanebant. E

Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet.] Palpandum simul, atque videndum se præbet Christus palpandum corpus: videnda vulnera: ex altero se non esse spiritum ex altero eum esse probat, qui tribus ante diebus clauis ad crucem affixus fuisset. Appareret ex hoc loco angelos, & animos nostros nullũ prorsus habere corpus. Vtrosque enim nomine spiritus comprehendit. Quia Theophylactus existimat discipulos non angelum, sed animam aliquam quæ ex altera vita rediisset, putasse se videre, quem Lucas spiritum appellauerit. Cum enim dicit, *spiritus carnem, & ossa non habet*, non tantum significat carnẽ, & ossa, sed corpus omnino non habere quod ipse palpandum offerebat. Nam per speciem genus intelligit. Perinde enim est, ac si dicat: palpate, & videte me spiritum non esse: nam spiritus cum corpus non habeat, palpari non potest. Argumentabitur fortasse subtilis aliquis Dialecticus, non bene probasse Christum verum se habere corpus. Nam poterat tactus simul, & visus discipulorum falli: sic oculos suos putabant falli, cum sibi corpus humanum videre videbantur, quod verum non esset corpus, sed aliquod sumptum à spiritu phantasma. Et sicut Abrahã. Lot, Tobiam, & alios multos non solum videntes, sed tangenter etiam angelos pedesque illis lauantes, & cum ipsis cibum, potumque capientes deceptos legimus. Noluit tam argutus esse Christus, pop. slarter, & conuenienter ruditate loquutus est. Natura vero ita est comparatum, vt minus tactus, quam visus in diudicando corpore fallatur. Nam & cum aliquid videre nobis videmur, quod an verum sit corp⁹, dub tamus, manum admouemus, vt tacta quasi certiore teste rem exploremus. Nihil rursum est hæresi, nullus ram perspicuus locus, quo nõ abutatur, ex hoc ipso loco, vbi nihil aliud agit Christus, quam vt probet se non spiritum, sed verum esse hominem corpus verum habentem, Marcion non verum habuisse corpus, sed spiritum fuisse colligebat. Inter pretabatur enim vt lib. 4 huertus illum 4. Tertul. ait; *Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere*, id est sicut me non habentem videris, quasi negatio sit eam fit in secundo etiam verbo intelligenda. In qua interpretatione tanta acquiescebat securitate, vt cum alios scripturæ locos, quos aduersari sibi videbat, spongia inducere soleret, hunc intactum relinqueret. Marcion, inquit, Tertullianus, *quadam contraria sibi, ille credo industria tradere de Euangelio suo voluit, vt ex eo quæ tradere potuit, nec erasit, illa, qua erasit, aut negotio erasisse, aut non extare iudicatur. Non potuit nisi ea quæ non minus aliter interpretando, quam delendo subuertit, Dixit itaque sic dictum, quasi spiritu carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habentem: ad spiritum referatur, sicut me videtis habentem: id est, nõ habentem ossa, sicut & spiritum.* Et quæ ratio tam stricta istius similiter pronunciare potuisset, *quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis non habentẽ? Cur autem tam sedulus erã manum, & pedes suos offert, qua membra ea ossibus constant? Si ossa non habentat, cur aliqua? Et si tecta quæ ego sum, quem scilicet corporum veterum nouerunt?* Simile quiddam Gregor. lib. 12. c. 29. de Eutycho scribit, quem hoc abutentem loco eodem loco conuicie. *Mira, inquit, est res valde, quam astruit, vt inde nobis dubitare suggat, vnde discipuli eius certa à dubitate sanati sunt. Quid enim deterius dici potest, quam vt hoc nobis de re vera carne dubium fiat, per quod discipuli eius ad fidem ab omni sunt dubietate separati? Ecce enim nos hoc habuisse obstruitur, quod offendit: vnde dum discipuli eius confirmati sunt, in nostra desperatione tractat.* Hinc locum elegantet admodum describit Leo ser. 1. de ascensione, & epistola 72 & 97. Euangelista Christum manus, ac pedes suos discipulis palpandos obtulisse dicit: sed an re vera palpauerint, non dicit: itaque relinquitur quæstionis locus. Quæstionem apud interpretes non inuenio, nedum solutionem. sed credo ego vere palpasse. Et quia ita Euangelista tem narrat, vt id tanquam certum præterire videatur, tamen fere neminem, qui sibi persuaderet quemquam, dubitantem oblatas ad tangẽdum manus, pedesque non tetigisse. Ac merito quidem tamen facit: enim ex se quisque de alia cõe ciuitate, quid fecisset si eo fuisset loco, idque discipulos fecisse credit. Et quia apud Ioan. c. 20. 27. cum dicit: *Infer digitum tuum hic, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum*, non dicitur. an Thomas manum in latus miserit: sed tamen, vt illic probaturi sumus, merito creditur; & videtur eadem etiam horum discipulorum esse ratio. Ac fortasse quod posteà narrantibus discipulis sibi Dominum apparuisse Thomas dixit: *Nisi mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam*, Ioan 20 25. propterea dixit, quia illi discipuli affirmauerant se Christi vulnera manibus tetigisse. Quid? quod illud, quod ait Ioan. 1 epist. c. 1. 1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ*, non in merito multi aliqui, & graues auctores ad hunc locũ alia dere parauerunt, quasi Ioannes significet se, ac cæteros Apostolos omnes Christi post resurrectionem vulnera contrectasse, vt fert Didymus Alexandrinus in eius loci Ioannis commentario? Leo quidem certe ita scribit epist. 97 ca 3. partes in hoc Thomam, & cæteros Apostolos fuisse. Et ex verbis sequenti magno opere confirmatur: *Et cum hoc*, inquit, *dixisset: ostendit eis manus, & pedes*: non solũ ergo ad videndum contrectandumq; discipulos inuitauit, (sed manus etiam, pedesq; porrexit, quos offensos vero si nihil non est discipulos curiosos cognoscendi Christi non tetigisset. Adde quod si non tetigisset, ideo non tetigisset, quod sine tacta sola inspectione contenti credidissent: at non crediderunt, vt statim dicitur. Contra tamen Hieronymus sentit in epistola aduersus errores Ioann Ierosolymitani discipulos eius non fuisse tangere, putantes spiritum esse, ideoque cibum Christum petiuisse. F

Adhuc autem eis non credentibus, & mirantibus præ gaudio.] Ita scribit Euangelista discipulos non credidisse, vt culpam extenuare videatur, indicans non tam obstinata contra veritatem incredulitate, quam desiderio veritatis veritatem non credidisse. Sæpe quod maxime optamus, minime credimus. Sic Iacob cum audisset Ioseph filium suum vinere *quasi de graui somno excitatus* filii affirmationi credere non potuerat, Genes. 45. 26 Sic Petrus à cæteris præter opinionẽ per angelum liberatus *non sibi hæc quæ agebantur, quod per angelum, sed existimabat se visum videre*, Actor. 12. 9. Sic interpretantur Hebræi, quod legitur Dauid Psal. 125. 1. *Cum conuerteret Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* כחלמים sicut dormientes, sicut somniantes, id est, non credebamus futurum nos potius potiri, quam verum esse, quod eram dia, ac rantopere optaueramus. Dominum à captiuitate populum suum liberasse. Quia ergo credebant Apostoli, non credebant. Quia credebant Christum, quem videbant, esse gaudebant: vnde enim gaudebant, nisi quia credebant? & quia gaudebant, non credebant. Et quia fieri non videbant posse, vt credentes non crederent, posse mus inde precari non credidisse, non quia non crediderunt, sed quia magis, ac magis credere voluerunt. Similes enim erant stultis hominibus, qui cum, quãtum satis esset, biberint, satis se bibisse non putant, adhuc sitire sibi videntur, adhuc volunt bibere. Sic Apostoli, cum veram haberent fidem, argumentis tamen fidei satiari non poterant; vt erant, inspexerant, contrectauerant, adhuc sitiunt, adhuc plura desiderant. Hoc illud nimirum est: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, Psa. 41. 3. & *sitiunt in te anima mea*, Psal. 62. 2. Hoc est, *Qui edunt me, adhuc sitient*, Ec. Ioh. 6. 35.

Ioan. 19. Ioh ver. 21. 26.

Non discipuli corpus Christi palpauerunt.

24.29. Certo si non credere propriè sumatur, non de omnibus qui tunc illic erant, intelligendum est. Nam illi, qui cum Christus supervenit, narrabant cæteris se Dominum vidisse, id est Petrus, & si quis erat alius, vtique credebant.

Dixit, hab. in hic aliquid, quod mandaverat.] Non ignorabat Christus veram haberent, sed loquitur, vt solet, cæterorum hominum more. *Aliquid quod mandaverat*, vocat aliquid ad mandendum sprum, in quo experimentum illis præbere posset sui. Sustinendo, frenandoque hoc loco est humana curiositas, si forte arguisse garrire vules fallaci Christum argumento visum esse. Nec enim satis edendo probasse, verum se habere corpus, cum angeli quoque non veris assumptis corporibus ederint, Gen. 18. 8. & 19. 3. & Tobiæ 12. 19. Primum quidem angeli edere quidem videbantur, re autem vera non edebant: licet vera certe videbantur habere corpora, quæ vera non erant. Christus autem vere, propriæque edit. Nam, vt ait Augustinus serm. 247. de tempore, *quod mandatum potestatis sui, non egestatis.* Quod ipsum omnibus post resurrectionem corporibus commune fore dicit lib. 13. de Civit. cap. 22. Quod & Euthym. in comment. & Græcus auctor D. Thomæ, & Beda animadverterunt. Arisbius, dicet aliquis, Apostolis constare non poterat, verum vere Christus ederet, an similare: quare non magis illis Christus probabat se verè habere corpus, quam angelis illi, qui assumptis edebantur corporibus. probaverunt. Iam diximus supra Christum non agere cum hominibus arguti, quibus non nisi quod fabrile est, quamlibet falsum, quamlibet absurdum probari potest. Hac ipsi ratione se hominem esse probet, quod humano cum hominibus argumentatur more. Quibus indiciis, quibus experimentis humanum corpus probari potest, nisi colore, figura, progressu, sermone, tactu, esse, potaque? His omnibus Christus suum probavit corpus. Qui his non contentus certiora quærit, quæ rata in aliis etiam hominib. quærat in seipso, quæ cum invenire nō poterit, nec se, nec alium quemquā hominem verum corpus habere credat.

Christus vera sua corpora comedit.

42. At illis assa dantes ei portionem piscis, & favum mellis.] Quod ad rem sum paratu fuit. Necalind arbitror quæ rendum esse mysterium. Et si quid est, hoc certe est, quod non vna sola specie cibis, sed omnibus, quæ inter Apostolos reperiri potuerunt, corporis sui veritatem v. huius probare voluit. Quare fanum comedit Dominus: rogebat Ioannes Ierosolymitanus male cum Origene de corporum resurrectione sentiens. Respondet Hieronymus in epist. adversus eius errorem, *vt resurrectionem probaret, non vt carnium molla permixtus.* Quasi allegoricum amat sensum, Greg. hic. 29. in Euang. Beda, & Theophyl. Iegu. & Gregor. Nyssen apud D. Tho.

43. Et cum coram eis manducasset, sumens reliquias dedit eis.] Quare ipse manducaverit, iam constat: quare reliquias discipulis dederit statim quisquis legit, dubitat. Itaque mitor eam quæstionem ab interpretibus esse prætentam. Puto voluit Christus, vt discipuli vere possent dicere, quod post eius resurrectionem prædicantes dixerunt, *Act. 10. 40. 41. Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducavimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis.* Voluit etiam fortasse, vt ex reliquiis, quæ illis data, cognoscerent se vere aliquid edisse, non simulare. Voluit præterea illis ostendere se non quemlibet esse hominem, sed Christum qui cum illis ante mortem ederat, ac bibere solenniter denique more suo cibū cum illis communicare. Voluit & ex morem illis hac ratione tollere, ostendens, se cum illis tanquam

A cum notis & amicis agere, quibuscum ederet, accumberet.

44. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.] Quæ verba demonstrat paulo post exponit. *Quorum necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.* Id est nunc re ipsa experimini vera esse, quæ vobis ex Prophetis omnibus prædicebam, Este vt traderer in *manus peccatorum*, vt morerer, vt tertia die resurgerem. Quod tunc me docente non satis credebatis nunc experientia fabrem docente credite. Ac quid sit *cum adhuc essem vobiscum*, aliquando est difficilius. Sic enim loquitur, quasi tunc, cū ista dicebat, cum illis non esset. Erat sane cum ipsis, atque id ipsum agebat, vt se cum illis esse probaret: sed quia non vitato hominum modo, quem admodum ante, cum ipse erat; non ita, vt cum illis semper versaretur, semper cibum sumeret, semper eos videret & semper ab eis videretur. Indicat se cum illis non esse. Quod recte Gregor. hom. in Euang. 24. & Beda in comment. tis observarunt. *Non enim tam ipsum erat*, inquit Gregor. *quibus præsens esse videbatur apparebat; sed tamen iam se esse cum ipsis denegat, a quibus mortalis corporis carnis immortalitate discedebat.* & Beda, *cum adhuc esse mecum vobiscum, id est, vt adhuc essem in carne mortali, in qua esse vos videbam quidem, posse quod Actor. 13. resurrexi, fore quoque sperabam ab (vt legitur) vobis ut esse cor poralis præsentia, sed nondum illo fuit conversationis mutatio hominis.* Quod eo magis obtinuit Catholicis lector debet, quod ad grauiorem sacramenti Eucharistiæ cautam tot hodie diuersitates agitatam maxime pertinet. Obiecit nobis hæreticus Christum vere in Eucharistia esse non posse, cum e cælum ascendit, vnde ante diem iudicii discesserit non rediturum, & in hanc sententiam multa minime necessaria scripturæ accumulant testimonia. Quæ vt singulos vera esse, nihil impedit. Esto enim dixerit Christus vis; ad diem iudicii nobiscum se futurū nō esse, quo nihil clarius dici potuit, quod probabitur, nisi Christum nunc non eo modo esse nobiscum, quo tunc erat: visibiliter, familiariter, vt cū eo colloqueremur, ederemus, biberemus? Quid? quod dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnib. diebus vsq; ad consummationem seculi* quod est alium, vt illic diximus, habet sensum, tamen probabilius, & nostra, quam illa, quæ hæreticis afferunt, propriorum sententia afferri potest.

Obiectio hæreticorum contra Eucharistiæ veritatem.

Matt. 28. 20.

D *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & psalmis de me.*] Aliquando totorum testamentum vetus in legem, & Prophetas distinguit, Psalmos etiam comprehendens nomine Prophetarum, vt, *In quibus mandatis mandavi vobis lex prophetæ & Prophetæ, & hæc est enim lex, & Prophetæ, & non venit solvere legem, aut Prophetas*, Matth. 5. 17. & 7. 12. & 22. 40. Aliquando Psalmos à Prophetis distinguit, vt hoc loco Hebraorum consuetudinem secutus, quorum nota in tres classes omnium librorum diuisio est in תורה lege, נביאים Propheras, & כתובים hagiographos: in quibus Iob, Salomonis operaalibri Paralipomenon, Daniel, Esdras, Esther, Psalm, vt in prologo galeato Hieronymi dicit. Quando hoc Christus discipulis diceret, cum adhuc cum illis esset, non dicit: & est credibile sæpe cum Prophetarum de se explicasse vaticinia quæ nunc Euangelistæ non omnia narauerint. Sæpe mortem, & resurrectionem suam discipulis ante nuntiauerat, Matt. 17. 22. 23. & 20. 18. Mar. 8. 31. & 9. 31. Luc. 9. 22. 44. quibus eriam locis probabile est illi mo nita de ea re Prophetarū protulisse, quo magis discipulorum animos confirmaret admonuntium, & quid sibi verbis illis vellet, vt ait Euangelista non intelligerent. Hergo nunc in memoriam illa revocat, vt facilius ex perientiæ credatur, cum iis, quæ ante illis exponerat,

Prophe-

Prophetarum testimoniis conuenieri. Sic olim Deus per Isaiam in re simili populum alloquebatur. c. 41. 6. *Quæ audivi vide omnia.* Placet quod a nonnullis observatum est, Christum hæc verba non primo resurrectionis die, cum primum vndecim congregatos discipulis apparuisse ad vltimo illo, quo ab illis in cælum assumptus est, dixisse. Nam & Euangelista & ipse, & in Actis c. 1. 9. cum his verbis eius a sensionem copulat. *Vos autem sedete hic, quo adusq; vobis omnibus virtutem ex alto. Edoxit autem eos sursū in Bethaniam, & elevatis manibus suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.* Quin quam hoc, vt in Actis declarabimus, probabile, non necessarium argumentum est.

Isa. 42. 19.

45. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.] Nimirum ante dissertite etiam eo non intelleserāt supra c. 9. 45. *Illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc verbo.* Recte scripturas enemus ipse interpretatur, actunc etiam Christo interprete opus nobis est, qui doceat, qua ratione eventus cum prædictione conueniat. Ac ne id quidem satis opus præstrea est, vt oculos nobis mentis aperiat. Hic enim est sensus, *vivis Ἰησοῦς αὐτοῖς διανοίξαι τὰς γραφάς.* Tunc aperuit eorum mentem, vt possent scripturas intelligere: *Prudens est sensum occulit*, inquit, Beda, *prudens manibus contrectandum. Parum est legere, commemorat scripturas, & has parum est scire sensus, vt quod legunt intelligant.* Nostri ramen Caluinistæ nihil in scripturis difficultatis in eum inquit, omnia intelligunt, omnia clariora esse dicant, cum nec Christus illis prosecto loquatur, nec satis sanam mentem habeant. Sed illi solicet pedibus scripturam intelligunt, illud enim semper in ore habent. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

Caluinistæ omnia facilia in scripturis.

Psal. 118. 105.

46. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die.] Christū passurum fuisse tam multa Prophetarum erant testimonia, vt longum etiam sit commemorare. Totus Psalmus 21. & caput Isaiæ 53. & Daniel 9. 26. de ea re loquuntur. De resurrectione vbinam prædicta fuerit, minus apparet. Sed & de ea illustre testimonium illud est, quod Petrus Actor. 2. 31. & Paulus Actor. 13. 35. citant ex Psal. 15. 10. *Non derelinquet animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Ea figura Ionæ cap. 2. 1. quæ insitar fuit prophetiæ, aut plus etiam quodammodo, quam Prophetia, quia non verbis rem indicabat, sed demonstrabat factis, vt exponit Christus Matthæi 12. 40. Alia qui volet, apud Cyprianum in libris aduersus Iudæos, apud Eusebium in libris de demonstratione, & apud Prosperum in libro de prædict. omnibus mulis, & facile reperiet.

Obiectio hæreticorum contra Euangelium.

47. Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.] Ostendit quis sit mortis, & resurrectionis suæ fructus, vt hominesin illum credentes, & ante actæ vitæ pœnitentiam agentes peccatorum remissionem consequerentur. Nec enim frustra mortuus est Christus: sed fuit exaltatus a terra, id est, in cruce actus, vt omnia ad se traheret, Ioan. 12. 32. Hoc etiam ipsum ideo Christus discipulis dicere videtur, vt magis, ac magis discipulorum fidem confirmet. Nam eis scripturarum id testimonia ante probauerat, & obiecta præsentia corporis sui re ipsa docuerat: tamen ideo incredibilis videri res poterat, quia non necessaria. Docet ergo necessarium eriam fuisse, & quidem publice ad omnium salutem hominum, qui nisi ipse moreretur, vitam non potuerant. At vbi hoc a Propheris prædictum fuerat prædicandam in nomine Christi in remissionem peccatorum pœnitentiam? Forrasse hoc non est ad scripturas, de quibus ver. 45. & 46. mentionem fecerat, re-

Mortis Christi fructus.

ferendum: quasi hoc etiam scriptum fuisse dicat. Nec enim necesse est singula, quæ opportune dicit fieri, scripta esse. Sed si hoc Christus inter ea, quæ scripta erant, numerare voluit, ferit merito. Omnia enim testimonia, quibus Christus homines à peccato, à captivitate, ab hostib. liberaturus dicitur, & in melius quendam statum traducturus, in anteligentur. Nec enim multos homines, & in peccatis semper fuit voluntate hærentes, sed peccata sua cognoscentes, atq; detestantes liberationis promittebatur Gen. 22. 15. Deut. 18. Psal. 22. toto Psal. 109. Isa. 7. 14. 15. & 9. 6. & 11. 1. & deinceps. De prædicatione Euangelii, cuius pœnitentiæ, & remissio peccatorū dux, vt sæpe diximus, partes sunt, extat Isaiæ testimonium cap. 40. 9. & 42. 1. 45. 1. & 49. 1. 6. & alia, quæ apud Cyprianum, Eusebium, & Prosperum, quos modo citabamus, videre lector poterit. Porro de pœnitentia, & remissione peccatorum, & quid inter Ioannis, & Apostolorū prædicationem interfuerit, diximus apud Matthæum c. 3. 2. 6. & Marc. 1. 6. & supra c. 1. 77.

B

In incipientibus ab Ierosolyma Gr. ἀρξάμενοι, incipientem, quod recte conuenit, siante scriptum fuisset, prædicare, vt esset sensus, oportebat me prædicate pœnitentiam in remissionem peccatorum incipientem ab Ierosolyma. Sed cum dixerit ἀπὸ δὲ Ἰερουσαλήμ, prædicari, non conuenit accusatiuus agentis pestionē, nisi dicamus Actum esse, & absolutæ potirum pro incipisse, vt nonnulli volunt. Nostrum interpretem non fubito legisse ἀρξάμενον intipientibus ab Ierosolyma, ex quo verbo precedente verbale nomen intelligitur, id est intelligipsi in prædicationibus ab Ierosolyma, id est sumpto tur. ab Ierosolymis initio prædicandi. Quæ lectio multo melior est. Vbi autem scriptum sit iuniam Euangelicæ prædicationis ab Ierosolyma sumi oportere, (nam & hoc ad illud verbum, quod versu 46. præcessit, & sic scriptum est, esse referendum non est dubium) non ignorat quisquis aliquid in sacris litteris operæ posuit Psa. 109. 3 *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum*: nemo dubitat eum habere sensum. Hoc etiam est, *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem* Isa. 2. 3. & *Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum: qui credi-*

Psalmus Messianus.

Isa. 28. 16.

D *derit, non festinet*, Isai. 28. 16. & *super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Ierusalem* Isa. 40. 9. & *surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terrā, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. & ambulabunt gentes in lumine tuo. & Reges in splendore ortus tui* Isa. 60. 1. 2. 3. Cur voluerit ab vrbe Ierosolymitana euangelicæ prædicationis initiū sumere, facile est ex facti quæstione coniecturam ducere. Cur prius à Iudæis ordiri Euangelium voluerit, ita prorsus, vt neciple vnquam gentibus prædicaverit, sed ad solas oues, *quæ perierunt, domus Israel* se venisse dixerit, Matth. 15. 24. & discipulos, cum ad prædicandum primum mittit in viam gentium abire prohuberit Matth. 10. 5. eius rei causam duobus illis locis explicauimus. promissiones ventum salutoris, non gentibus, sed Iudæis in Abraham, Isaac, Iacob, & Dauide factas fuisse: quare voluisse Christum suam primum fidem liberare, & Iudæis prius Euangelium prædicare, quibus id ex promisso quodammodo debebat, quam gentibus, quibus nullo modo debebat. Simul ergo causa voluit post resurrectionem suam ab Ierosolyma primum inter omnes Iudæorum emitares exordiū suæ Euangelii prædicandi: quia tanquā Rex promissa venebat: vtique successor Dauid eius regnum re-

Cur ab Ierosolyma Euangelium prædicari cœperit.

fiatur unus, id est ex temporali, & instabili spirituale, & perpetuum faciatur. Ego, inquit, constituam super Regem ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius Psal. 2. & de fructu ventris tui ponã super sedem tuam Psal. 131. 11. & multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium David. & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & in iustitia ex nunc & vsque in sempiternum Isai. 9. 7. & rursum præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo David iudex : & quærens iudicium Isaiæ 16. 5. & suscitabo David germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra Ierem. 23. 5. & iterum, & erit in die illa, ait Dominus exercituum, auferam iugum eius de cervice tua, & vincula eius disrumpam, & non deservient ei amplius alieni, sed servient Domino Deo suo, & David regi suo quem suscitabo eis Ierem. 30. 8. 9. longum est recitare omnia, indicabo, Ierem. 33. 15. Ezechiel. 34. 23. 24. & 37. 24. Osee 3. 5. Amos 9. 11. Id etiam angelus ille significabat, qui ex Maria Virgine generatione nostra tetulit nuntians supra ca. 1. 33. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnum autem Dauid à fuisse Ierosolymæ Sionem illam omnibus sacris litteris celebratam nemo nescit. Debuit ergo Christus in eo loco regni possessionem capere, vbi Dauidici regni sedes erat. At cum, simulatque baptizatus est, non inde ascenderit ex Euangelium; quia nondum regni sui capiebat possessionem quam propriè non nisi post resurrectionem capere cœpit, ea iam bello: & hoste deuicto. Nam per mortem quidem ab eo debellatum est, per resurrectionem triumphatum. Ante mortem mittere id est Apostolos, & discipulos confirmabat, quod primo loco faciendum erat, quia quo melior in Galilæa, quam in Iudæa faciebat se inter suorum esse, in Galilæa potius, quam in Iudæa ire, & prædicare. Conscripto mille bellum gerebat, & quasi populabundus agros hac illac prædicando ductabat ex cetuum, & ciuitatibus sæpe eã Pharisæis, & sacerdotibus dimicabat pugnis. Ipsum vero prælium, quo toris eũ hoste pugnauerabat, in quod summam conferat rerum, in sola cruce commisit, Ille destinatus ei ad pugnandum erat campus.

Apostolus ad ascensum scripta resurrectionis Christi.

42 *Vos autem testes estis horum.*] Facit Apostolos id est, testes resurrectionis fuit. Hæc enim est Apostoli destinatio testium esse rerum actionis Christi, vt colligimus ex Petro Act. 1. 21. 22. *Oportet*, inquit, *ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex illa.* Et ex D. Paulo 1. Corinth. 9. 1. *Non sum liber? non sum Apostolus? nonne Christum Iesum Dominum nostrum vidi?* Non ignoro Apostoli nomen missum, legatumque significare, idcoque duodecim illos à Christo Apostolos appellatos supra ca. 6. 13. vt diximus Matth. 10. 2. Verum hic non docere quid nomen significet, sed quod præcipuum Apostoli fit officium, quod nemo inclitus: quã ducibi Apostolissimum maximi, declarare potuit. Iam monui Christum hoc verbis non primum illa resurrectionis die, sed illa vltima, qua ex Apostolis in cœlum discessit, vt eis credidit, dixisse, & quia huius loci, & Act. 1. cap. cum ea res significaret, & quia est per se ipsum verisimile hæc Christum absentem nouissima Apostolis dixisse verba, tanquam hæc offen ipsorum summa verbabatur, quo alioqui hæreret in eorum animis. Sic solemus amicis longe proficiscentes postrema verba dicere, quorum maxime eos volumus recordari. Idem Christus Apostolis dixit Act. 1. Sunt potius idem Lucæ ibi ab eo dictum narrat, Nec enim assentior ijs, qui eandem putant esse sententiam diuersis à Christo temporibus pronunciatam; eo quæ diuersis etiam eum locis Euangelistam recitasse. Vos, cedetoque est semel; vt opinor dicta. Nam iam monumus hæc omnia, quæ vsque ad finem capitis scribit Lucas à statim ascensuro in cœlum Christo dicta fuisse. Hoc interest, quod cum his eadem Euangelista narrauerit, copiosius narrauit ibi vbi agebatur, vt ex ponerer, quotuplo Christus in cœlum omnibus contechis rebus ascenderet, & vbi nouum exordiebatur historiam. Rerum hic, vbi euangelicam concludebat, quæ vsque ad nouissimam Christi pertinebat apparitionem. Itaque ascensionem eius, quæ vltra erat, non tam desiderabat, quam indicauit. Quemadmodũ Geographi faciunt, qui cum regionem aliquam accurate describunt, non describant etiam omnes, quæ circa vicinæ sunt, sed proximas tantum earum oras appingunt.

Claudicare ad vtrq.

Baptismus quem non ab Ioannis discessit.

Spiritum sanctum ita ne promissum fuisse vt non.

40 *Et cum hæc dixisset, misit promissum Patris mei in vos.*] Opponit sese Apostolis. Dixerim, *Vos autem estis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ*, vt scribit Lucas Act. 1. 8. Illis verbis ista respondent, quæ dicit, Vos facietis quod vestrum ego quod meum est. *Vos erunt mihi testes*, ego vobis Spiritum sanctum mittam, qui vos ad ferendum de me testimonium corroboret. Præsens ponitur pro futuro maiore gratia, quam si futurum ipsum poneretur: vt Elias venit, id est, *venturus est*, vt noster vertit interpres Matth. 17. 11. Ac fortasse etiam hic per factum reddidit, quod per præsens Græce dictum erat inuitus sensum non verba. Multi enim Latini codices legunt *mittam*. *Promissum patris* vocat Spiritum sanctũ, siue quia à Patre suo per Prophetas sæpe promissus fuerat, vt Theophylactus, & Euthymius existimant, *Iisai.* 44. 3. Ezechiel. 36, 24. 27. 26. & Ioel. 2. 12. quod Act. 2. 17. in eam citatur sententiam, siue, vt ego arbitror: quia Patris Spiritus erat, & à le promissus, vt Ioan. 14. 16. & 15. 26. & 16. 7. Nam etiamsi per Prophetas Spiritus sanctus promissus fuerat: tamen qui maxime per illos promittebatur, & in quem omnes eorum spectabant prophetiæ. Christus erat: itaque is ad Prophetarum vaticinia respiciendum erat, promissus Patris potius Christus, quam Spiritus sanctus dicebatur. Dato autem iam Christo & aduentum altetius paracleti promittente, quem le à Patre impetraturum diceret, Spiritus sanctus promissus Patris, dicitur: aut quia Patris quidem non à Patre, sed à Filio promissus: aut quia promissus impetrandi à Patre.

Vos autem sedete in ciuitate. Ierosolymæ, vt explicatur Act. 1. 4. *sedere* dixit, pro manere. Hebraorum idiomate שבת. Quymobrem voluerit eos Ierosolymæ manere, donec Spiritus in eos sanctus mitteretur, non est difficile coniectura. Milites erant Christi regnum expugnaturi. Spiritus sanctus instar erat armorum, quia robur illis dabat. Noluit ergo milites suos inermes in aciem prodire, vt recte Chrysostomus apud D. Thomam dicit. Hinc intelligimus cur proximis verbis Spiritum sanctum *virtutem ex alto* appellarit, quia nimirum de illo tanquam de armis, in quibus virtus, robusque consistit, loquebatur. Eadem causa induendi vsus est verbo. Arma enim induimur.

Quam sit indecorum virtutes exuere.

Quam sit indecorum virtutes ex alto] Cur indui virtute dixerit, modo declarauimus. Significat autem induere apud Hebræos, quorum Christus aut lingua, aut idiomate vtebatur, rem sibi aliquam communissimam, & inseparabilem habere, quia vestis quæ indumur communissime nobis adhæret, & tanquam nil dom dormimus, à nobis separatur, sed quo nos quecumque tendentes vsque nos sequitur. Hinc illæ notæ phrases. *Induit maledictionem sicut vestimentum* Psal. 108.

18 *Induantur*

18. *Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua* Ps. 108. 29. & *Induti estis Deum exsuone* Psal. 131. 18. & *circumdabit eum ut amictu iustitia*, ibid. 17. 9. Ex. 1. 9. dixit, vt indicaret non humana, sed diuina eos nos pugnaturos, *Vbi mihi ex aduer, inquit ille. Ego eram dicebam vobis 11. & sapientiam, ex cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.* Ipta cap. 21. 15. & *non estis vos qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10. 20. Hæc arma sunt Dei, quibus ipse quoque pugnaturus induitur, Isai. 59. inquit. *Et induit Dominus fortitudinem, & protexit se* Psal. 92. 1. His Prophetis olim locis armatus erat. *Vnxerunt eum oleo lætitiæ præ consortibus suis, & sanguine, & lacrymis de eius omnis, quasi præciosis. Non similis à fuit eorum vultus eius, & vultum eorum. Ego quoque dedi te lucem in gentibus meis, & in salutem meam usque ad extremum, & in murum aereum super omnes reges eius. Ego filium tuum principium, & sacerdotium eius, & populus eius. Et bellabunt aduersus te, & non prævalebunt, quia ego tecum sum, dicit Dominus, vt liberem te.* Ierem. 1. 17. 18. 19. & 15. 20. &, *ecce dedi faciem tuam valentem contra facies eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Et adamantem, & vt silicem dedi faciem tuã, ne timeas eos, quia domus exasperans est* Ezechiel. 3. 8. 9.

Claudicare ad vtrq.

Ioannis discessus ab Ierusalem, & aduentus.

50. *Eduxit autem eos foras in Bethaniam.*] Bethaniam fuisse Ierosolymæ vicinam in Monte firã oliueto Mar. 11. 1. & alias sæpe diximus. Distabat autem ab vrbe Ierosolyma, vt refert Lucas Act. 1. 12. *iter sabbati*, id est, quantũ itineris die festo sabbati salua religione conficere licebat, quod alii mille, alii bis mille passus fuisse putant. Eo Christus in cœlum ascendurus discipulos eduxit, & quia intra Ierololymitanam vrbem conspici nolebat, ne non tam exiret turbam: & quia locus ille vicinus erat, & sibi aute sæpe frequentatus, hospitium enim ibi habebat, vt apud Matth. cap. 26. 2. docuimus: & quia mons erat editus, & quasi gradus ad ascendendum in cœlum. Nam etsi potuit eadem ille facilitate quocunq; ex loco discipulis suscipientibus ascendere, tamen fecit humano more, vt quantum terra gradiendo & cum discipulis colloquendo ascendere poterat, ascenderet: nec miraculo, quam diu ferre natura poterat, vteretur.

Et elevatis manibus suis benedixit eis.] Bene precatus est illis. Fecit vt patet, qui moriens, aut longe non rediturus abiens filiis benedicit. Sic Isaac moriens, sic Iacob filiis dicitur benedixisse Genes. 27. 4. & 48. 9. & 49. 1. 2. Quod autem leuauit manus, ornatus signum fuit, & benedictionem, quam discipulis dabat à patre postulantis. Solebant ostentes Iudæi in cœlum manus tollere, vt Moysem, interim, dum populus contra Amalecitas pugnabat, fecisse legimus. Exo. 17. 11. Quod & omnes opinor, fecerunt gentes duce natura, quæ Deum sedem, & velut publicum templum cœlum esse docet, *καὶ ὑψοῦσι χεῖρας πρὸς τὸν θεὸν*, vt poeta ille dixit, & *duplices tendens ad sidera palmas*, vt alius Latinus ait; & nos doctore Iacinto D. Paulo, qui nos omni loco puras manus leuare monet 1. Timoth. 2. 8.

Hesiod. ἔργων πρώτιστον. Virgil. ii. Æneid.

51. *Et factum est cum benediceret eis.*] Postquam benedixisset. Nam etsi Græce est *ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν*, cum benediceret, tamen pro præterito ponitur arbitror *ἐν τῷ* & cum benedixisset. Et quia vero simile non est prius ad E cendere cœpisse, quam benedictionem absoluisset, & quia id indicat Marcus cap. 16. 19. cum dicit, *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum.*

Recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.] Non significat subduxisse se Christum alium in locum porcul à discipulis, vt inde in cœlum ascenderet, sed ascendendo ab illis secessisse: & vt idem Lucas ait Act. 1. 9. *Cum hæc dixisset videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Quod autem dicit, *& ferebatur in cœlum*, significat, non statim ab Apostolorum conspectu sub latum fuisse, sed paulatim ascendisse Apostolis eum, quia pedibus non poterant oculis prosequerentur, quo ad nubes, vt ait in Actis Lucas *sustulit eum ab oculis eorum.*

Ierosolymitani ad Deum.

52. *Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.* Græcus *adorantes* non habet, sed *cum gaudio*, & ipsi eum adorassent eum. Nõ legimus, nisi hoc loco Christum à discipulis fuisse adoratum. Nam etsi Deum ita credebant, tamen quia solam in eo videbant humanitatem, tanquam cum homine versabatur. Nunc demum adorant, cum in cœlum ferri vident, quod certa fide confitebantur. Et torquet ab illis nunc adorationem rei euidentia. Vt sin nobis hic locus aberitis nouos hæreticos esse posset. videntes simplicitatem nostram, quod Eucharistiam adoremus, Apostolos nempe eum eam acceperunt, non adorasse. Quid mirum Eucharistiam non adorasse, qui ne extra Eucharistiam quidem Christum ipsum adorabant? Nos Apostolos imitamur: nunc adoramus, cum iam Christus in cœlum ascet. dit certam habemus testimonium diuinitatis eius, qui, vbicumque velit, esse potest, & in Eucharistia, vbi se esse dixit, vere sit, & vbicunque sit, sit adorandus. Itaque tantum abest, vt propterea non adoremus, quia in cœlo est, vt hæretici faciunt: vt ideo potius adoremus, quia in cœlo est, vt Apostoli fecerunt. Quod ait Lucas Apostolos in Ierusalem regressos fuisse, ideo dicit, vt ostendat fecisse eos quod ipsis à Christo præceptũ fuerat vers. 49. *ab Ierosolymis non discederent* Act. 1. 4. Cum magno autem gaudio ferebantur, quia ascensum in cœlum Christi fidem, spemq; omnem suam confirmati videbant.

Templum quomodo semper dicatur.

53. *Et erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum.*] Quod Christum in cœlum recepisset, cum quo se aliquando, vt ille sibi promiserat, ipsi erant regnaturos, quo, cum ingressus esset Christus, aditũ iam tibi patefactũ putabant, quod & Beda hic animaduertit. Quod autem semper in templo fuisse dicit, non sic intelligendum, quasi nunquam ex templo, sed sic, vt significetur nõ alios occupatos fuisse rebus per totos illos quinquaginta dies quam oratione. Nam idem Lucas Act. 2. 13. ad domum, vbi Petrus & Ioannes habitabant, redisse dicit, in ea se cum aliis discipulis continuisse. Notarunt quidam, in quibus Beda, Lucam à templo, & sacerdotio exortum Euangelium c. 1. in templum quoque desisse. Non arbitror esse mysterium: sed si quis arbitretur, non reprehendo. Mihi quidem incundum est quoniam tandem loco Euangelium cum Luca finire, cui me hoc ipsum, quod finiat, secundum Deum debere sentio! nec enim dubito, quin ille me, quem ad modum ego illum quotidie precabar, precibus iuuet.

Ego illum quotidie precabar.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT I.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. 2. Hoc erat in principio apud Deum. 3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. 4. in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: 5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. 6. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. 7. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. 8. non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 10. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. 11. In propria venit, & sui eum non receperunt. 12. quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. 13. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. 14. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis. 15. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. 16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. 17. quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 18. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. 19. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum vt interrogarent eum: Tu quis es? 20. Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus. 21. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. 22. Dixerunt ergo ei: Quis es? vt responsum demus his, qui miserunt nos: quid dicis de teipso? 23. ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. 24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. 25. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? 26. Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. 27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. 28. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. 29. Altera die vidit Iesum sibi venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. 30. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. 31. Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. 32. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. 33. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. 34. Et ego vidi, & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei. 35. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. 36. Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei. 37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. 38. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? 39. Dicit eis: Venite & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. 40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant a Ioanne, & secuti fuerant eum. 41. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, (quod est interpretatum Christus.) 42. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. 43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dixit ei Iesus: Sequere me. 44. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri. 45. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. 46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. 47. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. 48. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. 49. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. 50. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis, maius his videbis. 51. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

Matth. 3. 2. Marc. 1. 4. Luc. 3. 15. Infra 12. 46.

Marc. 1. 11. Luc. 2. 7.

1. Tim. 6. 15. 1. Ioh. 4. 12.

Isa. 40. 3. Matt. 3. 3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4. Matt. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Act. 1. 5 & 2. 4. 1. Cor. 10. 4. 1. Ioh. 5. 6. Matt. 14. 33. Marc. 1. 11. Luc. 3. 22.

Gen. 49. b. 12. Deut. 18. c. 15. Ios. 24. 2. 32. Iud. 2. 1. & 13. 3. Ier. 23. 5. Ezech. 34. 23 & 37. 24. Dan. 9. f. 24.

Gen. 28. f. 12. Matt. 4. 11. Luc. 22. 43.

Matt. 2. 23. Luc. 2. 39.

Matt. 13. 55. Luc. 4. 22. Ioh. 6. 42.

Matt. 4. 18. Marc. 1. 16. Luc. 5. 2.

Matt. 16. 18.

Matt. 4. 21. Marc. 1. 19. Luc. 5. 10.

Matt. 10. 3. Marc. 3. 18. Luc. 6. 14. Act. 1. 13.

Matt. 8. 19. Luc. 9. 57.

Matt. 9. 9. Marc. 2. 14. Luc. 5. 27.

Matt. 10. 4. Marc. 3. 19. Luc. 6. 15.

Matt. 21. 2. Marc. 11. 2. Luc. 19. 30.

Matt. 8. 2. Marc. 1. 40. Luc. 5. 12.

Matt. 8. 4. Marc. 1. 44. Luc. 5. 14.

Matt. 8. 5. Luc. 7. 2.

Matt. 8. 14. Marc. 1. 29. Luc. 4. 38.

Matt. 8. 16. Marc. 1. 32. Luc. 4. 40.

Matt. 4. 23. Marc. 1. 39. Luc. 4. 44.

Matt. 9. 2. Marc. 2. 3. Luc. 5. 18.

Matt. 9. 10. Marc. 2. 15. Luc. 5. 29.

Matt. 9. 14. Marc. 2. 18. Luc. 5. 33.

Matt. 12. 1. Marc. 2. 23. Luc. 6. 1.

Matt. 12. 9. Marc. 3. 1. Luc. 6. 6.

Matt. 12. 15. Marc. 3. 7. Luc. 6. 17.

Matt. 5. 1. Luc. 6. 20.

Matt. 8. 28. Marc. 5. 1. Luc. 8. 26.

Matt. 9. 18. Marc. 5. 22. Luc. 8. 41.

Matt. 9. 20. Marc. 5. 25. Luc. 8. 43.

Matt. 9. 27.

Matt. 9. 32.

Matt. 12. 22. Luc. 11. 14.

Matt. 14. 1. Marc. 6. 14. Luc. 9. 7.

Matt. 14. 13. Marc. 6. 32. Luc. 9. 10. Ioh. 6. 1.

Matt. 14. 22. Marc. 6. 45. Ioh. 6. 15.

Matt. 15. 1. Marc. 7. 1.

Matt. 15. 21. Marc. 7. 24.

Matt. 15. 29. Marc. 7. 31.

Matt. 15. 32. Marc. 8. 1.

Matt. 16. 1. Marc. 8. 11. Luc. 11. 16.

Matt. 16. 13. Marc. 8. 27. Luc. 9. 18.

Matt. 17. 1. Marc. 9. 1. Luc. 9. 28.

Matt. 17. 14. Marc. 9. 14. Luc. 9. 37.

Matt. 17. 22. Marc. 9. 29. Luc. 9. 43.

Matt. 17. 24.

Matt. 18. 1. Marc. 9. 33. Luc. 9. 46.

Matt. 19. 1. Marc. 10. 1.

Matt. 19. 16. Marc. 10. 17. Luc. 18. 18.

Matt. 20. 17. Marc. 10. 32. Luc. 18. 31.

Matt. 20. 20. Marc. 10. 35.

Matt. 20. 29. Marc. 10. 46. Luc. 18. 35.

Matt. 21. 1. Marc. 11. 1. Luc. 19. 29.

Matt. 21. 12. Marc. 11. 15. Luc. 19. 45.

Matt. 21. 18. Marc. 11. 12.

Matt. 21. 23. Marc. 11. 27. Luc. 20. 1.

Matt. 21. 33. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9.

Matt. 22. 15. Marc. 12. 13. Luc. 20. 20.

Matt. 22. 23. Marc. 12. 18. Luc. 20. 27.

Matt. 22. 34. Marc. 12. 28.

Matt. 22. 41. Marc. 12. 35. Luc. 20. 41.

Matt. 23. 1. Marc. 12. 38. Luc. 20. 45.

Matt. 24. 1. Marc. 13. 1. Luc. 21. 5.

Matt. 24. 3. Marc. 13. 3. Luc. 21. 7.

Matt. 26. 1. Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.

Matt. 26. 6. Marc. 14. 3. Ioh. 12. 1.

Matt. 26. 14. Marc. 14. 10. Luc. 22. 3.

Matt. 26. 17. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7.

Matt. 26. 20. Marc. 14. 17. Luc. 22. 14.

Matt. 26. 30. Marc. 14. 26. Luc. 22. 39.

Matt. 26. 36. Marc. 14. 32. Luc. 22. 40.

Matt. 26. 47. Marc. 14. 43. Luc. 22. 47.

Matt. 26. 57. Marc. 14. 53. Luc. 22. 54.

Matt. 26. 69. Marc. 14. 66. Luc. 22. 55.

Matt. 27. 1. Marc. 15. 1. Luc. 23. 1.

Matt. 27. 11. Marc. 15. 2. Luc. 23. 3.

Matt. 27. 27. Marc. 15. 16.

Matt. 27. 32. Marc. 15. 21. Luc. 23. 26.

Matt. 27. 33. Marc. 15. 22. Luc. 23. 33.

Matt. 27. 45. Marc. 15. 33. Luc. 23. 44.

Matt. 27. 57. Marc. 15. 42. Luc. 23. 50.

Matt. 28. 1. Marc. 16. 1. Luc. 24. 1.

Matt. 28. 11.

Marc. 16. 9.

Luc. 24. 13.

Luc. 24. 36.

Luc. 24. 50. Act. 1. 9.

IN CAP. I.

QVIS fit Euangelium, & quo a Ioanne consilio, quo tempore, quibus de rebus scripturus fuerit in præfatione ad quatuor communiter Euangelistas dictum a nobis est. Quid autem sit Euangelium secundum Ioannem, aut secundum alium quempiam Euangelistam, in Matthæi titulo docuimus. Nunc de persona Ioannis præter ea, quæ in communi diximus præfatione, nonnulla dicenda. Nam cum omnem, quem interpretandum, legendumue suscepero, auctorem cognitum habere conueniat; tum in primis Ioannem, in quo nihil est, quod cognitum non possit & auctoris scripta magnopere commendate: & omnem in his explicandis, legendisque impendam laborem reddere leuiorem. Non indigent quidem Apostolorum, & Euangelistarum scripta vlla ex ipsorum persona sumpta commendatione, cùm eos omnes idem Spiritus sanctus loquutus fuerit: tamen animaduertimus ex proprio etiam ingenio cuiusque, ex genere, ex educatione, ex studiis aliquid non maioris fidei, sed maioris in dicendo gratiæ & non plus vtilitatis, sed plus coloris, & plus ad mouendum lectorem roboris accedere. Seruit enim gratiæ natura, & sanctos illi gratia quæ Spiritus tanquam scribæ velociter scribentis calamus est, eius omnem ab eodem spiritu motum habet, tamen & ipsa aliquid facit: plurimique referri quali vtatur calamo optimus etiam quisque scribendi magister. Admirabiles omnes in scribendo Prophetæ sunt, & parem metiti fidem: sed eminet in Isaia sublime quod dam, ingeniosum, vehemens, rebus ipsum quod maiore volupitate, admiratione que lectorem teneat. Non fecero alios Euangelistis inuriam tot præclarum secutus auctores, quot cæteris illum ante me comparauerunt, si eandem Ioanni laudem attribuero. Docuimus in præfatione quanto omnium veterum auctorum consensu aquilæ illi effigies, nomenque datum fuerit quod longe quam cæteri altius volare videretur. Non in una, nec vacat dicta reperire, cum tam multa dicenda habeamus. Ioannis igitur genus ex ipsis Euangelistis notum est. Zebedæum patrem habuit Matth. 4. 21. & 10. 3. & 20. 20. & 26. 37. & 27. 56. Marc. 1. 19. 20. & 3. 17. & 10. 35. Luc. 5. 10. atque alii auctoribus opus no est, cum Euangelistas ipsos habeamus. Illum autem eundem Ioannem Zebedæi filium eum fuisse, qui hoc scripsit Euangelium, ipse testatur cap. 21. 24. & aliis locis non nullis indicat. cap. 18. 15. & 19. 26. 27. & cap. 20. 2. 3. 4. 8. & 21. 7. Quibus locis dubium non est quin de se loquatur: nec alia de causa nomen suum silentio suppresserit, quam ne de ipse honorifice loqui videretur, vt ex Chrysostomo homil. 87. in Ioannem, ex Augustino lib. 17. contra Faustum capit. 4. ex Greg. in præfatione in librum Iob. cap. 2. ex Beda 2. Cornith. 12. alibi docuimus. Et si ipse se Ioannes auctorem huius fuisse Euangelii non declarasset, non magis de eius, quam de aliorum Euangelistarum auctoribus liceret dubitare, perpetua Ecclesiæ traditione id astruente, quæ non minorem, quam Euangelista ipse auctoritatem habet. Quare veteres illi hæretici, qui non a Ioanne, sed a Cerintho, contra quem scripsisse Ioannem antiqui omnes, vt in præfatione diximus, vt auctores tradunt, scriptum dicebant fuisse, vt Epiphan. hæres. 51. & 54. & Philastrius in libr. aduersus hæreses c. 60. & August. lib. de hæres. cap. 30. referunt: non magis refellendi sunt, quam qui in meridie lucere solem, ignem calidum, nimem frigidam esse negant. Tam certa quæ dam sunt, vt pudeat eram absurda quædam, vt refutari non debeant. Itaque merito eos Græci, quia auctor erat incertus, ἀνώνυμον, id est mētis inoper appellauit, vt Epiphanius dit, qui eos primus dixit, ἀλόγους. & Aug qui post, Alogianos, q negarent verbum. Negantem Faustum Euangelium, quod Matthæus inscribitur, esse Matthæi, quod ipse in ipso opere non nominauerit, ex Ioannis Euangelio D. Augu. constituit, quod cum Ioannis esse constet, tamen de se in eo tanquam de alio loqui soleat libro 17. cā 4. Nun debet nos ad alia properantes quælibet hæreticorum infania remorari, præsertim tam multis tam ab Epiphanio argumentis quam cæteri vincta. Hoc vnum obiter indicemus, vt lector intelligat adeo obcæcari a Deo solere hæreticorum ingenium, vt quia quæ certa, quæque perspicua sunt, ea deserendum, quæ absurdissima sunt, credant. Quis enim nō probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt facerent ea quæ non conueniunt, vt de eiusmodi hominibus dixit D. Paul. Rom. 1. 28. Psalmus, vt ait Ilarius, *sicut cæteras artes, & quasi absque cuiusdam artificii sui regentis meritis, qualis in nobis est, ex se ipso nascitur.* Psal. 59. 10. Quid fingi magis contrarium Cerintho potuit, quam hoc Euangelium? Negat Cerinthus Christum ante Mariam fuisse: primum huius Euangelii verbum est, idemque non toto modo capite, sed vniuersa etiam confirmatur Euangelio, qui in principio erat, principium habere non potuisse. Mater eius quæ nam fuerit, nullus latis aperte dixit Euangelista. Nam quis pater filius, sui matres, vt apparet nobiliores vulgo erant, filios ex patre matrem ex filis plerunque describunt, illos, Zebedæi filios, hunc filium Zebedæi matrem appellantes Matth. 4. 21. & 10. 3. & 20. 20. & 26. 37. & 27. 57. Mar. 1. 19. 20. & 3. 17. & 10. 35. Luc. 5. 10. Io. 21. 2. Itaque electius est dubitanti locum, nec omnes consentiunt auctores. Vetius tamen quod boni scriptores vniuersi dicunt, matrem fuisse Salomen: idq; non ex vno quidem aliquo, sed ex duorum Euangelistarum Matthæi, & Marci collatione perspicuum esse potest. Scribit Matthæus cap. 27. 56 fuisse procul cruce Mariam Magdalenam, Mariam Iacobi, & Ioseph matrem, & matrem filiorum Zebedæi. Eandem historiam recitans Marcus. c. 15. 40. quem Matthæus tertio loco matrem filiorum Zebedæi dixerat, Salomen appellat. Fratrem fuisse Iacobi eius, cui maior cognomentum fuit, quique ab Herode Galilææ Tetrarcha, quem Lucas Regem vocat, occisus primus omnium Apostolorum dicitur Act. 12. 2. nemo nescit, & ex his locis omnibus, quos modo indicauimus, manifestum est Pescatoriam eum patre, & fratre tetigisse artem Matthæos ca. 4. 21. & Marcus cap. 1. 19. auctores sunt. Communem eum Petro, & Andreæ, & ipsis piscatorium Bethsaidam patriam habuit, oppidum in Galilæa ad stagnum Genesareth, quod maxime Tiberiadis vocabatur, piscationibus opportunum, vt ex illis Matthæi, & Marci duobus locis intelligitur, & Chrysost. hom. 2. Leontius, Theophylact & Euthym. affirmant. Quomodo a Christo vocatus fuerit, apud Matthæum eodem illo loco differimus. Iu nenem admodum vocatum fuisse & vulgo creditur, & grauissimi quique auctores tradunt, & plurimum vtique ad Testimonium, & vtique ad ea quæ eum octauo post Christi passionem annum ætas arguit. Tantum enim vixisse tempora Hieronymus in eius vita, & in commentariis in Danielem cap. 9. & lib. contra Iouin. 1. tradit. Renouatam a nupsit & quidem illis, quæ in Cana Galilææ ipso auctore cap. 2. 1. celebratæ sunt, etsi vulgatis tantum opinio videtur esse, non vulgaris tamen auctores habet. Bedam in præfatione ad eius Euangelium, & eum quisquis fuit, qui in tractatus Augustini in Ioannem prologum scripsit, Rupertum scriptorem doctissimum ætatis suæ libr. 2. in Ioannem

Cæteri vt literarum quid ea sit.

Cerinthi error.

Cerinthi error.

Isaiæ scribi mis & scribæ simile Prophetæ.

Ioannis genus.

Salome Ioannis mater.

Deut. 32. 21. & alibi

Ioannē ait, qui & communem fere omnium opinionem esse dicit. Obscuriores vere multos, quos nominare non soleo. Immerito quidam Hieronymū eius quoque sententiæ auctorem faciunt. Nihil enim aliud mihi videtur significare, tam multa scribit libro 1. aduersus Iouinianum maritum simul, & virginem fuisse. Quibus verbis ab desponsis quidem, & inchoatis nuptiis reuocatum fuisse indicat; ab illis vero Cana Galilæa non indicat, nec mihi fieri videtur potuisse: & quia Ioannes Cananæus non erat, & quia cum nuptiæ illæ in Cana Galilææ celebratæ sunt, iam à Christo vocatus fuerat, & cum eodem non tantum sponsus, sed tanquam discipulus illis interfuit. Vocatus enim est ad eas Iesus & discipuli eius, vt ipse idem scribit. c. 2. 1. fuerat autem ille vna cum Iacobo Fratre inter primos Apostolos initio vocatus, vt ex Matth. c. 4. 21. & Mar. 1. 19. non minime obscure colligitur. Singulariter Christo eatum fuisse, & multa docentem exempla, & ipse tepe testatur. Quod in ea vita non illi magnum fuit Dominus tolos recubuerit, quod telas à Petro rogatus fuerit, vt ex Christo sciret quisnam proditor ille esset, quem ambigue designauerat: quod soli mortem cōmendauit matrem, eximiam cum Christo eius familiaritatem indicant. Quod autem ipse se frequenter dilexit unum vocat, quem Dominus diligebat cap. 19. 26. & 20. 2. & 21. 7. 20. quo maiore facit modestia, eo magis ostendit singularem in se amorem eius omnibus fuisse notum. Vero simile, quod Hieronymus, & omnes boni auctores existimant, inde singularem illum in eum Christi amorem natū, quod incorrupta semper virginitatis fuerit. Nam & eum virginem fuisse, præterquam quod Tertull. in libr. de monogamia, & Hieronym. libr. 1. contra Iouin. & omnes auctores tradant, argumēto eius ætas est, quæ non potuit non admodum esse tenera, cum eum Christus ad se vocauit, cum tot post vocationem suā annos vixerit. Et valde id consentaneum est mo dum Christi vnice puritatem amantis. Cur filius tonitrui vocatus fuerit apud Marcum c. 3. 17. disputauimus. Post redditum in cœlum Christi, cum prouincias orbis terrarum ad dilemina dum Euangelium Apostoli sortirentur, Asiam ille euenisse lib. 3. hist. Eccles. cap. 1. scribit Euseb. huius, & Irenæus lib. 3. cap. 3. & Hieronym. atque Dorotheus in eius vita indicant. & argumentum est scripta ab eo ad septem Asiæ Ecclesias quasi eius curam gerente, Apocalypsis Episcopi propriæ fuisse Ephesi, idem, aliique omnes auctores scribunt. Inde est in Pathmon insulam propter Euangelii prædicationem relegatum ipse testis est Apocal. 1. 9. De tempore nonnulla discordia, Eusebius libr. 3. hist. Eccles. c. 18. & Hier. in eius vita sub finem imperii Domitiani, id est anno eius decimo quarto id factum dicunt, initio vero imperii Traiani reuocatum. Contra Dorotheus à Traiano relegatum scribit. illud probabilius, quis & plures, & meliores auctores habet. & quia benignius Traianum quam Domitianum cum Christianis egisse in omnibus legimus historiis. Euangelium hoc post cæteros Euangelistas, Apocalyp. & epistolas scripsit tres. De Euangelio in præfatione diximus de aliis Criticis cum ad ea explicanda Deo mante pe tuemur, dictum fuit. Mortuum necare facere magna, & vulgo iactata quæstio, sed de ea loco magis idoneo. ca. 21. 23. quiet quæstioni occasionem dedit, disputabimus, vt vade nata est, ibi finiatur. Sexaginta octo annos post passionem Domini vixisse paulo supra ex Hieronymo docebamus. Quot autem vitæ annos egerit, compertum nō est. neque prudentes auctores ausi sunt dicere, quia non est certum, qua, cum à Christo vocatus est, ætate fuerit, tātum inuenem, vt modo diximus, fuisse constat ex coniectura ætatis reliquæ. Nec admodum probo, quod quidam ad certum calculum omnes eius vitæ annos numerare audent. Multo minus eruditionem, qui centum viginti ætatis annos illi tribuunt. In quibus & Dorotheus est. Miraculis doctrinam suam, sicut reliquos Apostolos confirmasse, vt nemo esset auctor, credere tamen deberemus; nec enim vero simile ea potuisse, quam omnibus Christus Apostolis dederat, solum vlum non fuisse Ioannem, cum tanto præstetum longiore tempore Euangelium prædicauerit, vt non potuerit non multo plures faciendorum miraculorum habere occasiones. Illustre, & scitum est quod Tertullianus in lib. de præscriptionibus, & ex Tertulliano Hieronymus, aliique scriptores narrant, & confignata Romæ antiquitatis monimenta testantur. imperante Domitiano, cum in vas feruentis olei plenum esset iniectus, innocuum exisse. Alia etiam alii auctores referunt, quæ nos alio festinantes præterimus. Hæc breuiter attigimus, vt apparet, qualis, quantusque Euangelista fuerit, quem aggrediamur. & ne eum quocum loquimur, & cuius interpretes sumus, ignoremus.

Ioannes virgo & fuit.

Ioannem à Christo singulariter dilectum.

Ioannes non scripsit contra Ebionem & Cerinthum.

Ioannem Ephesi, & Euangelium scripsisse.

Quid verbi nomine intelligatur.

Ad Ephes. 4. 15. ad Heb. 12.

1. In principio erat verbum. Alte, & à prima origine sumptum exordium, quod cur præter cæterorum Euangelistarum morem, qui aut ab humana Christi generatione, vt Matthæus, & Lucas: aut à baptismo & prædicatione, vt Marcus exorsi sunt, Ioannes fecerit, hanc multi auctores rationē reddunt; quod Matthæus, & Lucas Christū tanquam redemptorem historiam, Marcus tanquam doctoris scribere voluerint: itaque illos ab humana generatione, vnde redemptus est, hunc à baptismo, vnde doctoris officium auspicatus est, initium historiæ sumpsisse. Ioannem contra Ebionem, & Cerinthum, qui diuinitatem Christo detrahentes ante Mariam negabāt extitisse, scripsisse suum Euangelium, cui non potuerit magis accommodatius ad id, quod agebat, dare principium rerum, & vt dicitur, ætas initio tertij fuisse, & primo aduersus hæreticos verbo inguisse. Huius auctores sententiæ multorum communi præfatione nominauimus, Irenæum libro c. 11. Epiphanium hæres. 51. Hieronymum in Ioannis vita, Chrysost. hom. 2. in Ioannem, Cyrill. in prologo comment. & Bedam hoc loco. Alii non necessitate ortæ tam hæresis, sed diuinitatis, aut meteliquando obtutæ; qualis postea Pauli fuit Samosateni, vt haberent Catholici, quo eam, cum nascerentur, refutarent. Ita Chrysostomus homil. in Ioann. 1. & Theophylactus in præfatione ad Ioannem. Alii quod addere voluerit, quæ cum scitu necessaria essent, prætermissa ab aliis Euangelistis aliud agentibus videretur. Ex quibus erat diuinitas Christi ab aliis non satis explicata, vt Eusebius ait libr. hist. Eccles. cap. 24. Basil. libro 2. contra Eunom. Nicephor. lib. 2. cap. 41. Aliam etiam Irenæus huius exordii rationem reddit, *Significans*, inquit, *quoniam per verbum, per quod Deus perfecit condit orem, in hoc & substantiam hic, qui in condito ne sunt, præstitit hominibus: sic imbrauit in ea, quæ est secundum Euangelium. In principio erat verbum.* Aliam rursus lib. 1. contra Valent. c. 1. *Quoniam*, inquit, *de primo rerum ortu verba fecit, recte à principio, hoc est à Deo, & sermonē de ea re suam instituit.* Addo, vt nulla de Christi diuinitate, aut nata tum, aut aliquando nascitura hæresis fuisset, tamen non potuisse Ioannem aptius historiæ quam scribebat, exordium reperire, si vel profanus fuisset scriptor. Aggrediebatur historiam Christi conscribere, qui Deus simul, & homo erat: oportebat primo diuinæ, deinde humanæ naturæ originem principio declarare. Hoc enim ratio postulat historiæ, vt eius, de quo scribitur, genus, & origo primo exponatur loco. Id Ioannes fecit. Quod à profanis etiam auctoribus non probatum, atque laudatum modo, sed ad imitationem etiam vsurpatum legimus. Scribit Eusebius libro 11. de Euangel. præpar. cap. 10. & Cyrillus libr. aduersus Iulianum. 8. Amelium Platonicum philosophum, & Heraclytum diuisse recte barbarum illum (Ioannem, quia Iudæus erat, barbarum appellantes) affirmasse in principio apud Deum fuisse verbum, ipsamque Deum. Idemque Chrysostomus hom. 2. in Ioan. & Basilius in hom. in hæc verba indicarunt. Affirmat etiam Augustinus li. 8 confes. capit. 2. & alicubi alias legisse se hoc Ioannis exordium in Platonicorum philosophorum libris. Transferam huc ex libr. 10. de Ciuit. c. 29 eius verba. *Quod initium* inquit, *si nullis Euangelij, cui nomen est secundum Ioannem, quidam Platonici, sicut à sanctis sene Simpliciano, qui postea Mediolanensi Ecclesiæ præfuit, Ep. scopus B falsch anus audire, aut in libris eorum conscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse didicerat.* Tanti hoc Euangelii principium Christiani faciebat, vt nimia pene religione venerarentur. Nam solitos multos suspensum de collo ferre Concilium Antiochen. Hieronym. in comment. in c. Matt. 23. & Chrysostomus hom. 73 in Matth. indicant, & tanquam anilem superstitionem reprehendunt, mulierculas enim id maxime fecisse aiunt. Quanquam non video cur id factum non possimus in meliorem partem interpretari; non tanquam amuletum ex superstitione gestasse, sed præcipue tanquam symbolum fidei, vt se Catholicos, non Arianos esse profiterentur. Quemadmodum si quæ vulgo rosaria vocant, quibus precari sacram Virginem solemus, loco torquis ad collum gerat, vt offendas te non hæreticum, sed Catholicum esse: quod multi nunc Galli, Angli, & Belgæ laudabiliter, & religiose faciunt. Verebatur enim olim in his primis Euangelii Ioannis verbis omnis fere inter Catholicos, & Arianos controuersias: quasi arcem hoc loco Catholicis constituentibus eius fidei, quam habebant Trinitatis. Quo tempore eam consuetudinem natam suspicor: quemadmodum illam apud nos eadem opinor causa, vt peraclis sacris hoc Ioannis Euangelium tanquam symbolum alterum fidei recitetur. Ad verba vt veniamus, singula non singulas, sed plures grauesque difficultates habent. In dictione, *verbum*, ab ea enim incipiendum, quia quamuis posit ultima sit, sensu tamen est prima, cum oratio ad hunc modum sit resolvenda, verbum erat in principio: in ea ergo dictione quatuor quæstiones latent. Prima est, quid verbi nomine intelligatum? Secunda, cur ita Filius vocetur? Tertia, melius verbum an sermo Latine dicatur, quod Græce λόγος dicitur? Quarta, cur Ioannes hoc loco verbum potius, quam Filium appellauerit? Prima quidem facilis est. Nam adeo est perspicuum, Filium Dei hoc loco nomine verbi intelligi debere, vt ne Asium quidem, quamuis in to quendis scriptoris audaces, negauerint. Videbant enim toto capite Ioannē eandem personam verbum, & Filium, atque vnigenitum appellare: videbant eundem Ioannem 1. epistola cap. 1. & ca. 5. 7. & in Apocalyp. capit. 19. 13. de Christo loquentem eodem vsum nomine. Itaque de hoc nulla illis cum Catholicis quæstio erat. Magis mirum, fuisse inter Catholicos qui non solum Filium, sed etiam Spiritū sanctum verbum a, pellauerint. In quibus Basilius lib. 5 aduersus Eunom. ca. 11. ea ratione quod, sicut Filius Patris, ita Filii Spiritus sanctus interpres sit quod nomine verbi significatur. Citat in hanc sententiam illud Pauli. *Ex gratiam spiritus, quod est verbum Dei: & illud*, *Pertransi omnia verbo vitæ tuæ*, quasi D. Paulus verbum virtutis Filii Spiritum sanctum appellauerit, quia sicut Pater per Filium, ita Filius per Spiritum sanctum voluntatem, mentemque suam hominibus declarauerit. *Ille*, inquit, *vos docebit omnia, & suggerit vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Ioan. 14. 26. Sicut è contrario eodem loco vers. 16. se ipsum Filius paracletum appellauit, quia est id nomen Spiritus sancti propriū est, tamen quia & ipse consolator est noster, quod paracleti nomine declaratur, sibi etiam attribuit. Aulus est dicere vir modestissimus D. Thomas li. 3 filium impropriè locutum fuisse. Enim vero si propriè loquamur, solus Filius verbum est. Nec D. Paulus Spiritum sanctum verbum appellat. Cum enim dicit, *Portans omnia verbo virtutis suæ*, verbum non Spiritum sanctū, sed præceptum significat, vt D. Thomas interpretatur, tanquam dicat Filium sustinere omnia sustinere, omnia gubernare. Aut ῥήματος κράτους, d est, definitione sua omnia complecti, vt apud Victorinum in libris aduersus Arium, & apud alios nonnullos antiquos auctores memini legere. Aut *verbo virtutis suæ*, id est verbo suo potentia ipso, qui potens Patris verbum est, omnia portare, vt alii exponunt, mihique magis placet. Et cum dicit *Iudicium spiritus, quod est verbum Dei*, non loquitur de Spiritu sancto, sed Hebraica phrasi *verbum*, id est, doctrinam Dei *spiritum*, id est nō carnalem aut terrenum, qualis ille est, quo inter homines bella geruntur: sed spiritualem vocat: sicut alio loco dixit, *Arma militiæ nostræ non carnalia sed spiritalia Dei* 2. Corint. 10. 4.

Ad Ephes. 4. 15.

Cur Filius Verbum vocetur.

Longe difficilior secūda quæstio est, & maiore varietate sententiarum implicata. Auxit sententiarum numerum Græcum nomen λόγος, quo vius est Ioannes, quod cum rationem, & de nitionem, & sermonem, aut verbum significet, in causa fuit, vt diuersam quisque significationem sequutus, diuersa sentiret. Primam significationem secuti videntur ii, qui Filium Dei idcirco *verbum* vocatum dixerunt fuisse, quod ἀνωδύνως sine vlla passione, sine vlla corruptione à Patre procedat, sicut ratio ex animo, aut notitia ex ratione procedit, vt Gregor Nazianz. in oratione 4. de theologia, Basil. in homil. in hæc, quæ nunc explicamus, Ioannis verba, Ambrosius lib. 1. de fide cap. 2. Chrysost. hom. 2. in Ioannem, Aretas in cap. 19. Apocal. Theophyl. & Euthym. in hunc loci comm ēe. Alii eandem etiam secuti, aliam tamen rationem tradiderunt, quod quemadmodum nobis ratio, ita Patri Filius intimus esset, quam etiam Gregorius Nazianzen. & Basilius asserunt. Alii rationē, qui est λόγος dictum, quod nos rationi obsequentes facias, aut rursus à nobis quidquid rationi contrarium est, vt Origen. libr. 1. in Ioannem. Alii secundum; ideo λόγος appellatum Filium, quasi definitio Patris esset, cum penitus naturam exprimat, hoc enim esse, quod dixit D Paulus. *Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* Quem rationem fuisse alias affert etiam Gregor. Nazianzen. & Elias Cretensi eodem loco, & Euthym. Alii eandem quidem alia via secuti significationem, λόγου vocatum putauerunt, quod quasi omnium rerum definitio esset, vt paulo ante ex Victorino dicebamus idem Nazianz. & Elias tradunt. Alii tertiam, sed ratione etiam diuersa: quidā enim λόγος quasi verbum dictum esse, sed verbū quidem mentis aut cordis, non oris. Nā vtrius duplex habemus verbum, aliud mentis internum, quod aliud non est, quam animi notitia tenui, quam intelligimus, nobis repræsentans aliud oris externum, quo internum illud declaramus ita quoque Deum duplex verbum habere, aliud mentis, qui Filius est, quem scriptum intelligendo generauit: aliud oris quo tam modo, quo nobis meritem suam, voluntatemque declarat quale erat illud, quod per Prophetas olim pronuntabat: quale hoc etiam est, quod sacris nunc literis consig-

Ad Heb. 12.

Ad Ephes. 4. 15. ad Heb. 12.

Ioannes non scripsit contra Ebionem & Cerinthum.

Ioannem Ephesi, & Euangelium scripsisse.

Quid verbi nomine intelligatur.

consignatum habemus. Cum autem *verbum caro factum est*, ex vtroque verbo vnum factum esse, & illud quod sola conceptum erat mente, velut pronuntiatum fuisse ore, vt audiretur, & videretur à nobis. Hoc enim nos dum loquimur agimus, vt verbum, quod animo concepimus habebamus, foras ad audientium aures proferamus. Hoc ipsum in verbo Dei factum est, quod alio loco idem Ioannes significauit 1. epistolæ cap. 1. 1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annuntiamus vobis.* Non enim cum esset in initio, sed cum *verbum caro factum*, id est pronuntiatum esset, auditum, & visum est. Simile quod ait Diuus Paulus ad Hebr. 1. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio*, hoc est in verbo, quasi dicat prius alicoo loquebatur ore, nunc ore suo, verboque suo locutus est. Hac igitur ratione magna pars veterū, & recentiores fere omnes auctores putant Filium vocatum fuisse *verbum*, quod nostra Patris sit: Dionys. Romanus apud Athanasium in epistola de sententia ipsius, & Athanasius, ipse in lib. de definition & Eusebius libro 7. de præparat. cap. 4. & libro 5. de demonstrat. capit. 5. & Hilarius libr. 2. de Trinit. & Augustin. tract. 3. & 14. in Ioan. & libr. 15. de Trinit. capit. 10. 11. 12. & 17. & idem, aut quisquis alius est auctor in libr. de cognit. veræ vitæ capit. 14. & Fulgent. libr. 3. ad Monimum, & lib. 2. ad Thrasim. & Cyrill. lib. 1. Thesaur. ca. 7. & lib. 4. cap. 3. & libr. 6 capit. 1. & libr. 10. capit. 4. & lib. 11. c. 1. & lib. 2. de Trinit. & Rufinus in expositione Symboli: Damascen. lib. 1. de fide cap. 6. Anselm. in Monolog capit. 29. 30. 31. 32. Rupert. in comment. in hunc locum. Quæ postea opinio magno in scholam Theologorum consensu recepta est: tantumque auctoritatis obtinuit, vt nemo iam ab ea possit sine temeritatis nota discedere. Nihil tamen obstat, quo minus aliæ quoque veræ esse possint. Fieri enim potest, vt verbum Dei non vna tantum, sed pluribus rationibus dicatur verbum. Alii ergo verbum dictum putant, quia per illud Deus omnia fieri iussit. *Dixit enim & facta sunt*, dixit autem verbo, & verbum præceptum significat. *Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Placuit etiam hoc Augustino serm. 190. & Isidoro libr. 7. Originum cap de Filio. & mihi non displicet, modo ita intelligatur, vt dicamus semper fuisse verbum, quia semper aptum fuit, vt per illud Pater loqueretur, & quæ vellet fieri iuberet. Alii verbum vocatum dicunt, quod nobis interpretis voluntatis, atque sententiæ, quemadmodum verbum vocale nostrum mentis, voluntatisque nostræ interpres est. Ita Origen. libr. 1. in Ioan. & Clemens Alex. in oratione adhortator. ad Gentes, & in Pædagogo capit. 12. & Epiphan. hæres. 73. & Chrysostom. hom. 2. in Ioan. & Basil. hom. in hæc verba, & Greg. Naz. orat. 4. de Theolog. Theophyl. & Euthym. hoc loco. Hæ quidem veterum auctorum sententiæ sunt, quæ omnes magnam ex suis auctoribus probabilitatem habent. Itaque Hieronymus in epistola ad Paulinū omnes videtur approbare, *ait*, inquit, *Græce multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vnius cuiusque rei, per quam sunt singula, quæ subsistunt, quæ vniuersa recte intelligimus esse Christū.* Sed tres mihi posteriores probabilissimæ videntur, harum vero trium prima præfertim, & vltima illa auctoritatibus, ista simul auctoritatibus, atque rationibus. Animaduerto enim Chaldæum paraphrastem quoties de Deo nobiscum loquente nobis auxiliante, aut nobiscum denique versante sermo est, Hebraicum nomen מימרא quod Dei proprium est, reddere מימרא verbum, intelligenté nimirum agi de Filio, qui verbum appellatur, & cuius proprium est loqui nobiscum. Cuius rei tam multa apud illum exempla sunt, vt notare pigeat. Doctus si Chaldaicā paraphrasim legat, in ea passim incurret: indoctus nobis credat. Hinc ergo colligitur filium Dei idcirco inter Iudæos *verbum* appellatum, quod persona Dei mobiscum loqueretur. Nam eum qui cum Patriarchis olim specie angeli sæpe loquebatur, fuisse Filium Dei, qui Ecclesiam semper gubernauit, probabilis, & antiqua opinio fuit Tertull. præsertim, & Hilarii multis locis repetita, & Symmachus contra Arianos synodi decreto comprobata, quod apud Hilarium in libr. de synodis est. Paraphrastem vero Chaldæū ex Hebræo ram consuetudine locutum fuisse, vero simile profecto est. Quin D. Paulus eo etiā videtur alludere. Dixerat Deus Deuter. 30. 14. *Iuxta est verbum valde in ore tuo, & in corde tuo*: dicit Diuus Paulus Rom. 10. 8. 9. *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, id est Christum*: & Origenes lib. in Ioann. 1. interpretatur, *quia fit credibile in verbo tuo, quod Deus suscitauit Dominum Iesum à mortuis, Filium eius.* Certe cum Dauid dicit Psal. 9. 21. *Constitue Domine legislatorem super eos.* Christū intelligit, eumq; מורה doctorem vocat, quem nostet interpres *legislatorem* vertit, Petrode autem est Filium Dei doctorem, atq; verbum appellare. Viderit etiam Ioannes ver. 18. rationem explicare, quamobrem Christus verbum appellerit, *Vnigenitus* inquit *qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*, & 1. epistola c. 1. 1. *Quod*, inquit, *audiuimus de verbo vitæ*, quasi ideo verbum dicatur, quia auditur, quod propium est verbi & c. 5. 7. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo Pater, verbum, & spiritus.* Cur enim eo loco *verbum* potius, quam filium appellarit, cum nomen præcedens Patris postulare videretur, vt potius vocaret filium, nisi quia de illo tanquam de teste loquebatur, qui nobiscum loquendo testimonium perhibuisset? cur similiter in Apocalyps. cap. 9. 13. Christum dixit vocari *verbum*, nisi quia de illo tanquam de duce, tanquam de rectore agebat Ecclesiæ, qui per omnia petuadens leges daret, & diuina Patris præcepta traderet, hoc est verbum esset? Propterea vidit eum equo insidentem albo, quo simul celeritas, simul puritas verbi Dei omnia penetrantis significaretur, propterea vocauit *fidelem, & verax*, quem to talia, quibus eum appellaret, haberet nomina, quia nihil interpretis, nihil doctoris æque proprium esse debet, atque vt fidelis, & verax sit. Propterea dixit, *testimonium Iesu est spiritus prophetiæ*, quia de illo agebat tanquam teste, qui nobis patris consilia testimonio suo declarasset, confirmasset que. Denique nusquam verbum Ioannes appellat, qui solus inter Apostolos, & Euangelistas hoc vius est nomine, nisi cum de eo ageba: vt de interprete diuinæ voluntatis. Ideo & hoc loco, vt postea docebimus, vocauit verbum, quia paulo post dicturus fuerat carnem factum fuisse, & in nobis habitasse, id est, nobiscum versatum, nobiscum colloquium. Idem ex aliis scripturæ locis colligo Sap. 18 15. angelus ille, qui missus fuerat ad occidenda primogenita Ægypti *sermo* Dei appellatur, quia mandata Dei ad homines deferebat, eaque exequebatur, ergo eadem ratione Filius vocatur *verbum*: sed angelus officio, Filius natura: sicut aliis locis idem Filius angelus appellatur. Illud modo huic sententiæ videtur obstare, quod si hac ratione *verbum* diceretur, non ante *verbum* fuisset, quam *caro factum* habitasset in nobis, certe non antequam homines essent, quibus Patris interpretaretur voluntatem. Quo ergo modo *in principio erat verbum*: Facilis responsio: *verbum* ex omni æternitate erat, quia natura sua interpres erat, cum sapientia esset Patris, quæ perspecta haberet omnia eius arcana, etiam si homines non essent, quibus ea posset declarare. Nam vera etiam lingua est, quæ, quia auditores non habet, tacet. Aliæ rationes, quas nouiquidam scriptores excogitarunt, mihi amanti veterā minus placent. Legi apud quendam Filium vocari *verbum*, id est, realiter, veritatem, quod est, quia Hebraice דבר verbum tem omnem significat. Legi apud alium sed hæreticum, id est malum prorsus auctorem, vocatum fuisse verbum, quasi promissum, quia promissum etiam ברכורתא id est verbum appellatur, allatisque Ioannem ad diuinas illas de mittendo Christo per Prophetas toties factas promissiones. Ea quoque ratione Chaldæum מימרא verbum appellasse. Perderet, si vllam haberet, hæc sententia probabiliratem auctore malo. Præterid, quod ista ratione *in principio non erat verbum*, quia promissum non erat. Quod etsi subtiliter solui potest, vere non potest, & cum aliis locis eiusdem Ioannis, vbi Filium *verbum* appellat, bene non conuenit, quia congrua in omnibus ratio reddi non potest, quare *verbum* potius illic, quam alibi appellauerit.

Tertiam quæstionem qui de Iolo est nomine, vix opetæ pretium esset explicare, nisi nimia quidam de ea re contentione disputassent. Vertit forte quidam nostra memoria pro verbo sermonem. Secuti sunt nouitatem omnes hæretici, apud quos, cum omnes interpretes sint, nemo aliter, quam sermonem transtulit, magnum apud me argumentum erroris. Darem aliquata veniam, si secuti fuissent auctoritatem, in qua, veritatim indicabimus, multi ita verterunt. Sed indignor hæreticorum ingenium diuerticula sectantium, nec alia ratione vocantium sermonem, quam quia nos verbum appellamus, & nouitatem quærentium in antiquitate. Nam etsi id antiquum aliquando fuit, tamen quis iam fuerat obsoletum, iam est notum. Scimus multos veteres & graues auctores sæpe Filium Dei sermonem appellare, Tertull. in lib. de Trinitate tribus locis, & in lib. aduersus Praxeam, & libr. aduersus Hermogenem, & Cyprian. libr. 2. contra Iudæos c. 3. & 6. Hilar. libr. 2. de Trinit. Lactant. libr. 4. cap. 8. & 9. Ambro. lib. de fide contra Arian. cap. 2. & lib. 1. hexamer. c. 9. & lib. 2. c. 2. Hieron. in comment. in c. Isai. 21. & in c. 1. epist. ad Ephes. August. tract. in Ioan. 54. & 108. Prudent. hymno. 6. Cathemerinō.

Ades pater supreme,
Patrisq; sermo Christe.

Remig. in c. 4. epist. ad Hebr. Ansel. in hæc verba Ioan. *In principio erat verbum.* Quin aliquos vocem appellasse video, vt Lactant. lib. 4. c. 9. & Claudianum Gentilem quidem poëtam, sed Christianum simulantem edito de Christo seruatore carmine,

Christe potens rerum reducta conditor eui.
Vox summi, sensusq; Dei, quem fudit ab alta
Mente pater. Scimus & de scripturis sacris nō nullos protsri locos, vbi noster etiam interpres sermonem vertit Sapient. 18. 15. *Omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus durus debellator in medium exterminij terram profiliuit*: & ad Hebræos 4. 12. *Viuus est sermo Dei, & efficax.* Sunt qui ex Cypriano, & ex aliis veteribus auctoribus colligant veterem Latinam versionem, quæ ante istam, quam nunc habemus, in Ecclesia legebatur, in multis aliis locis, quibus agatur de Filio, non verbum, sed sermonem habuisse, vt Psal. 32. 6. vbi Cyprian. legit *sermone Domini cœli firmati sunt.* Et Psal. 44. 1. *Eructauit cor meum sermonem bonum.* Et Ps. 106. 20. *Misit sermonem suum, & sanauit eos.* Et Isai. 10. 22. 23. *Sermonem abbreuiatum faciet Deus super terram.* Fallax coniectura, nam Cyprianus non solebat versionem vllam citare, quæ vix vlla eius ætate apud Latinos communis erat, sed ipse quoties scripturam citabat, de Græco vertebat. Indicio est, quod nemo alius eiusdem aut circiter seculi eodem modo, quo ille, citet, passim dicit in Euangelio κατ Matthæum, & κατ Marcum, quod vix memini alium quempiam Latinum auctorem facere. Reliquos vero locos duos, vbi noster interpres sermonem reddidit, haud dubito non esse de Filio intelligendos. Nam in illo Sapiētiæ 18. 15. de angelo illo agebatur, quem Deus miserat, ad occidenda Ægypti primogenita, quem nemo dixerit fuisse Christum. Nam vt verum sit, quod supra diximus multis antiquis auctoribus placuisse, Iolum etiam ante incarnationem suam aliquando mitti Christum, tamen certe ad exercendum officium carnificis non mittebatur, quod vix alij exercent angeli, quam mali. Hoc etiam est, *inuisissimus per angelos malos* Psalm. 77. 49. Hoc beatus Iob docet exemplum. Nec Ecclesia in publicis precibus ea verba de Christo interpretatur, sed ad Christum accommodat. Quod longe aliud esse, nullumque inde ad colligendum litteralem sensum argumentum fiunt posse multis exemplis sæpe docuimus. Illud etiam ad Hebræos 4. 12. multo magis est manifestum de Christo non intelligi, sed de verbo Dei Euangelico, quod prædicatur, quod non mortuum sicut cætera, sed viuum, atque efficax est. Nec ignoto Cyprianum, & Athanasiū, aliosq; nonnullos auctores graues de Christo eos locos interpretari. Sed alij eutam non mali auctores aliter intelligunt. Tota ergo quæstio ab Scriptura ad veteres auctores reuocatur, quos diximus pro verbo sermonem appellasse. Verum id quidē est, sed iidem illi multo frequentius *verbum*, alij nunquam sermonem vocant: certum argumentum magis nomen verbi, quam sermonis probatū fuisse. Magisq; à nobis probari oportere, & eorum, & nostri interpretis venerabilis auctoritas, & ratio perfuadet. Nam si Filius λογος appellatur, quia nocitia Patris est, non solemus mentis conceptum sermonem, sed verbum appellare: sine quia interpres est Patris eius ad nos mandata deferens, & interpretem, & mandatum nemo non verbum potius, quam sermonem dixerit. Et si eius naturam, & vtriusque nominis sermonis, & verbi proprietatem spectes, reperies sermonem orationem totam multis constantem verbis, verbum dictionem vnam, ac simplicem significare: Christum vero non multis verbis rebusve, sed vna simplicique natura sua, quidquid est in Patre, declarare, quia est *splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*. Itaque melius verbum, quam sermonem dici.

Quinta superest quæstio, quam Basil. homilia in hæc verba Leontius in commentariis, Chrysostom. homilia 2. Theophylactus, & Euthymius agitarunt, cur hoc loco Ioannes *verbum* potius, quàm filium appellauerit? Vnam illi omnes rationem reddunt, ne si vocasset filium, aliquid forte carnale, aut patibile lector cogitaret, quod postea accidit Arianis non valentibus filium intelligere, sine femina, & carnalem dectionem, qualis in humana generatione fieri solet, cogitantibus. *Si filium est*, inquiebant, *necesse est, vt femina sit, & colloquium sermonis, & coniunctio seminis alterius verbi, & blandimentum, & postremum ad generandum naturalis machinula.* Sic enim filij Dei, saluatorisque sui generationem irridebant, vt refert Hilar. in libro contra Constant. & Cyrillus Alexan. libro 1. Thesaur. cap. 2. Idones ratio si Christus hæc tantum duo verbi, & filij nomina habuisset, vt habet multa, quæ nullam compositionem, nullam corruptionem significabant, sapientia, lux, splendor, & innumera pene alia, quæ Origenes libr. 1. in Ioann. & Basil. in homil. in hunc locum notant. Alias ego duas rationes fuisse arbitror, quod id nomen magis

esset notum, & gratum, & quod magis accommodatum ad id, quod paulo post Euangelista dicturus erat. Nullum nomen Filij Dei inter Hebræos tam vsitatum fuisse, quam verbum ex Chaldæo paraphraste cognouimus, qui, vt supra docuimus, vbicunque nomen Dei pro filio accipi putat, מֵימְרָא *Verbum* vertit, haud dubie, quia ita vulgo inter Iudæos vocabatur: cognoscimus ex Philone auctore Iudæo, qui nunquam Filium, sæpe λόγον *verbum* appellat, in libro, quod deterius melioribus insidient, & in libro de opificio mundi. Cognoscimus ex primis illis philosophis Mercurio Trismegisto, & Platone, vt probant Eusebius libr. 7. de præparat. cap. 8. & libr. 11. cap. 10. & Cyrillus libr. 8. contra Iulian. etsi Hieronymus errore fortasse memoriæ id in epistola ad Paulin. negat. *Ita (inquit de verbo loquens) docuit Plato noster, & hoc Dem osthenes eloquens ingenium. Perdam, inquit, sapientiam sapientum & prudentiam prudentis reprobabo.* Quos Philosophos non dubium ab antiquis Hebræis & Iudæis sententiam, & vocabulum accepisse. Voluit ergo Ioannes accommodate ad vsum loqui: voluit intelligi. Videbat etiam fumum id lectori gratius cum enim Filius ideo *verbum* diceretur, quod ad nos ex illij doctrinæ causa, quemadmodum diximus, mitto tolerari, iucundum lectu erat eius in se nominis memoriam renouari, quo etiam Dei beneficium commeretur. Itaque vt Marcus gratum lectoris sumpsit exordium à nomine Euangelij, quo Faustus significatur nuntius, *Initium Euangelij Iesu Christi Filij Dei.* Ita Ioannes à nomine *verbi*, quod Filium Dei significat Euangelium, id est bonum semper nobis nuntium afferentem. Erat quoque id ad ea, quæ dicturus erat, accommodatum. Volebat paulo post dicere *omnia per ipsum facta esse.* non poterat eum per quem omnia facta sunt, aptius quam *verbum* appellare, quia omnes sciebant Deum verbo suo omnia fecisse. *Verbo Domini cæli firmati sunt* Psal. 32. 6. & *dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt*, Psal. 148. 5. Non abstere etiam quæsit Theodorus Mopsue. in Græca tamen Catena, quid causæ fuerit, quam ob rem non vocauerit Euangelista verbum Dei, sed absolute *verbum?* Non male respondere solere scripturam verbum Dei præceptum appellare. & illud verbum quod ad Prophetas sæpe factum esse dicitur: ne quis igitur putaret Filium Dei eiusmodi esse verbum, non verbum Dei, sed *verbum* simpliciter vocauisse. Naciturt nobis nouæ ex veteri quæstione quæstio. Animaduerto, vt trigi supra, neminem Euangelistam, aut Apostolū præter Ioannem Filium Dei *verbum* appellasse. & Ioannē quidē ipsum non passim, sed quinque tolum locis hoc exordio, & postea vt. 14. cum dicit. *Verbum caro factum est* & 1. epist. 1. 1. & 5. 7. & Apocal. 19. 13. Animaduerto postea, quam dixit *Verbum caro factum est*, nusquam præterea toto, quam magnum est, Euangelio verbum nominasse. Quid causæ fuit? Nec enim factum temere. Vocauit illum *verbum*, non quia homo, sed quia Deus est, & Deus quidem filius, cuius officium est, quasi legatum esse gratiæ, pro eo mitti, pro eo loqui, pro eo Ecclesiam regere, imo eam iam gubernare. Solus Ioannes de Christi diuinitate egit suscepto consilio, ideo solus vocat *verbum*, & vocat solum antequam carnem factum fuisse dicat, vt verbum à carne, id est Deum ab homine distinguat. Nouam fecimus coniecturam in noua quæstione: coelestem fortasse dies inueniet. Adnotarem Chrysost. hom. 2. & Theophyl. Euangelistam non simpliciter λόγον *verbum*, sed cum articulo emphatico, τὸν λόγον verbum illud dixisse, vt ostenderet se non de quo cunq; sed de illo subsistantiali atque diuino verbo loqui.

Exercitatio vers. 1. a.

Sequitur verbum, *erat*, quod in hac prima sententia secundum locum tenet. Graues auctores obseruarunt Chrysostomus homilia 3. Basil. in hæc verba, Cyrillus libr. 1. Ioann. cap. 1. Seuerus Antiochenus, in Græca Catena, Beda, Alcuinus, & Theophylactus in commentarijs ad hunc locum, non dixisse Euangelistam, *in principio fuit*, sed in *principio erat*: quod verbum fuit, significet rem præteritam. & esse definisse verbum verò *erat* perennitatem, atque firmitatem. Id quidem hoc in loco verum est. Non enim voluit Euangelista significare verbum fuisse in principio, & iam non esse: sed fuisse semper, semperque esse, semper futurum. Sed perpetua non est obseruatio. Sæpe enim illud imperfectum ἦν, quo hoc loco Ioannes est vlus, pro præterito sumitur, quod & Latinus aliquando Maro, & Tullium, & Liuium obseruauit. Et vero nostri interpres non viderūt temporum discrimen habuisse. Nam idem tempus ἦν quod hic vertit *erat*, 1. Ioann. 1. 1. vertit *fuit*. Mallem vtroque loco tantum fuisset, erat. quia præterquam quod ita Græca est, magis conuenit Filio Dei, vt de eo erat, quam fuit, dicatur. Nam fuit potest significare esse cœpisse, vt fidicas, In principio fuit cœlum, & terra, non significes fuisse ante principium, sed tantum principio conditionis rerum esse cœpisse. Filius autem Dei non cœpit esse, semper fuit, semper erat. Deinde verbum fuit, potest significare, rem quæ fuisse dicitur, esse desisse. Vulgarium est illud, *Fuit vir Troes.* Id *Virgil. Æneid.* non significat verbum, erat. Denique verbum erat incliuam habet particulam iam, quam non habet verbum fuit. Perinde enim est, *In principio erat verbum*, ac si diceret, In principio iam erat verbum, non habuit principium, non cœpit esse. quia cum omnia, quæ principium habuere, esse cœperunt, tum ipsum erat. Ducit nos verbum *erat*, vt Basilius ait vsque ad æternitatem. Scio confundi nonnumquam diuinum tempora, & præteritum non tam temporis differendi, quam actionis perpetuitatem significare, vt in illo loco Proverb. 8. 22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio.* Nō enim indicat aut cœpisse, aut desisse se possidere, sed semper possidisse. semper possidere, semper possidurum esse. Et in illo Psal. 109. 3. *ex utero ante luciferum genui te*, vt nostram, & Septuaginta sequuntur editionem. Nec enim significat, aut cœpisse, aut desisse gignere. sed semper genuisse, semper gignere. Hæc ita sic, sed Ioannes quidem certe differentiam temporum accurate seruauit. De Ioanne dixi, versu 6 *fuit homo missus a Deo*, de Christo dixi, versu 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Nec dixit Christus cap. 8. 58. *Antequam Abraham fieret, ego sui*, sed *ego sum*: potuit dicere. eram, sensu eodem. Non dicit Apocalyps. 1. 18. Eram mortuus, sed *fui mortuus, & ecce sum viuus.* Similiter & cap. 2. & quod non casu profecto, sed industria, atq; consilio factum apparet. Alia quoque vis huius temporis est, quam in commentatione de Theologia 4. Gregorij Nazian. Elias Cretens. animaduertit, vt *vivere mihi* id est substantiam sit, nec significet esse hoc vel illud, sed omnino esse, quod proprium est Dei, qui idcirco ab Hebræis יְהוָה à Græcis ὁ ὤν dicitur, quia solus vere est. Recte igitur Concil. Nicænum Arianos dicentes fuisse aliquando tempus, quando Filius Dei nō erat, ea hoc loco damnauit. Scribit & Ambros. libr. de fide ad Gratian. c. 5. argumentatur, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; hoc erat in principio apud Deum. Erat, inquit, apud Deum. Erat, erat, erat: erat quater erat, vbi impius intrauit quod non erat?* Sed de hac re plura paulo infra dictum fumus.

Ex principio quod.

Tertium nunc huius loci tractemus verbū, *in principio*, Clemens Alexandrin. in orat. adhort. ad Gentes, Origen.

Origen. tract. 1. in Ioann. Cyrill. libr. 1. in Ioann. cap. 1. Gregor. Nyssen. in orat. ad Simplicium, Augustin. lib. 6. de Trinit. cap. 2. Theophilus Antiochen. lib. 4 ad legor. Idacius libr. 3. contra Varimadum, & Beda interpretantur, *in principio*, id est in Patre. Patrem enim principium appellari, quemadmodum exponit Cyrillus illud Psalmi 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ*, id est tecum Pater aderit. Meruit huic sententiæ auctorum reuerentia probabilitatem. Alij principium pro æternitate acceperunt. quę omnium rerum etiam cogitationum nostrarum principium est, cum careat ipsa principio. Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Filio, Ambros. lib. de incar. Domini sacramento cap. 3. Basil. homilia in hunc locum, Chrysostomus hom. 2. in Ioann. Nonnus poëta, &c. vt citat auctor Græcæ in Ioannem Catenæ. Seuerus Antiochenus oratione 26. & Leontius in commentarijs. Theophylactus & Euthymius. Sententia quidem vera. Nam in ipsa mirā æternitate verbum erat, sed huius loci quærimus interpretationem. Et vix nomen principij pro æternitate positum inuenias, quæ potius ἀ ἴσως vt Nonnus poëta vocat, id est sine principio, sine termino, quam ἀρχή, id est principium dici potest. Esti id Euangelista dicere voluisset, clarius vno duxisset verbo ἀίδιος ἢ ἀϊδίως, verbum erat sempiternum, nec enim credendum rem adeo ad salutem necessariam scribentem, & Ebionitarum, atque Cerinthianorum, vt diximus, hæresim refellentem obscuritatem affectasse. Alij Deum intelligunt nomine principij, vt idem sit, *In principio erat verbum*, ac si diceret, In Deo erat verbum, sicut flatum dicit. *Et verbum erat apud Deum.* Sic Athanasius in oratione contra Arian. *quod verbum ex Deo sit Deus*; quem sensum etiam Origenes probat libr. in Ioannem 1. Simplicissimum quidque sensui mihi maxime placet. Huiusmodi est, vt nomen principij mundi significet originem, quæ & vere principium rerum fuit, & ita in sacris literis vocari volet: significat ergo Ioannes *in principio*, cum omnia facta sunt, iam fuisse verbum, ideo factum non fuisse: in quam sententiam exponunt Hilarius libro 2. de Trinitate, & Augustinus tractatu in Ioann. 1. & in qq. mixtim ex veteri, nouoque testamento q. 122. quod Beda etiam probat. Est hæc interpretatio & ad hominum intelligentiam, & ad id, quod Ioannes agebat, & ad scripturæ consuetudinem magis accommodata. Nam & lector nihil facilius nomine principij, quam quod omnes principium temporis vocant, potetat intelligere: & Ioannes paulo post de rerum principio dicturus erat, *Omnia per ipsum facta sunt.* & vero admodum simile est de eodem vtroque loco agi principio, quasi dicat, Verbum in principio iam erat, nam ipsum omnibus rebus principium dedit, aut quod eodem redit, Verbum Dei factum non est. hoc est *in principio erat*, quia *Omnia per ipsum facta sunt*, hoc est principium acceperunt. Et solet scriptura facta per principium, aut initium intelligere primam conditionem rerum, vt *In principio creauit Deus cælum & terram.* Quem ad locum viderunt Ioannes per antithesim quandam alluisse, quasi diceret, In illo principio rerum omnium, quo Deus creauit cœlum, & terram, verbum creatum non est, quia iam erat. Vt simile veteris, ac noui testamenti esset exordium, & ab illa generali creatione rerum, in qua hæretici eum inuolebant, Filius Dei omnium creator excipieretur, quemadmodum Chrysostomus, Augustinus, Seuerus Antiochenus, Leontius, & Theophylactus indicant. Eodem modo Filius ipse apud Salomonem loquitur Proverb. 8. 22. quo credibile etiam eo respexisse Ioannem magnum, vt ex Apocalypsi perspicitur, propheticorum verbo-

Ioan. 1. 1.

Genes. 1. 1.

Ioan. 8. 58.

rum imitatorem. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio.* De principio enim temporis loqui ex sequentibus manifestum est. *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; nondum fontes aquarum eruperant; nondum montes grauitate constiterant. Ante omnes colles parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.* Quod ergo sapientia ipsa dixit, *in initio*, Ioannes dixit *In principio*, & quod Sapientia, *Possedit me*, id est genuit, vt *Possedi hominem per Deum*; Ioannes, *Erat*: Vnde colligitur, idem esse *in principio*, & ante principium. Parum enim erat in principio fuisse si ante non fuisset. Nam & cœlum, & terra in principio erant, sed ante principium non erant, quia in ipso principio creata sunt. Id in illo loco Salomonis, quod hic simpliciter dicitur, explicatur, *Antequam quicquam faceret a principio.* Hinc Arianorum vna diluitur obiectio non posse ex hoc loco colligi Filium Dei æternum fuisse, quandoquidem nihil maius à Ioanne de illo, quam à Moyse de cœlo, & terra dictum videatur, vt Chrysostomus, & Theophylactus refetunt: quibus aliter illi respondent. Aliter Moysem dixisse cœlum, & terram non quidem absolute fuisse, sed creata fuisse, quod autem creatum est, æternum esse non potuisse. Ioannem contrà non dixisse verbum in principio factum fuisse, sed simpliciter fuisse: & per illud potius omnia fuisse facta. Qua etiam tatione ad alia eorum obiectionem respondeti potest. Obiiciebant, vt idē auctores tradunt, etiam de diabolo dictum esse Ioannis 8. 44. *Ille homicida erat ab initio*, non enim dicitur absolute fuisse, sed fuisse homicidam. Hoc est, quod supra dicebamus verbum illud *erat* esse *consistere*, substantiam quia non duarum inter se coniunctionem rerum, sed rei vnius substantiam significat. Præterea non dicitur in initio, sed *ab initio* homicida fuisse, quod quis non videt, quantum interfit? In initio non erat homicida, quia nondum erat: sed *ab initio* fuit, quia statim, vt esse cœpit, & homicida esse cœpit hominem perfequens. Esto, dicet aliquis, idem sit *in principio*, & ante principium, tamen non videtur ex hoc loco probari posse verbum fuisse sempiternum, si nomen principij, non æternitatis sed temporis initium declaret. Nam & angelos multi graues auctores ante initium temporis fuisse crediderunt, tamen non idcirco æternos nos fuisse crediderunt. Intelligat quisquis hoc obiicit scripturæ morē esse, vt cum aliquid æternum esse significat, *in principio, aut ante principium, ante cœlum & terram* fuisse dicat. Illustre exemplum illud est, quod modo tractabamus, *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, non enim tantum significat antiquiorem fuisse mundo, quod paruum erat, sed fuisse sempiternum. Cęterum quia non solet humanum ingenium supra principium temporis ascendere, accōmodare ad hominis loquens, quod æternum esse docet, initio, aut ante cœlum, & terram fuisse dicit. Quia quidquid factum est, aut in illo principio, aut postea factum est, itaque quod in principio, aut ante principium erat, factum esse non potest: quod autem est, & factum non est, æternum est. Simile illud est, quod ait Christus Ioann. 17. 5. *Clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te.* Ea enim circumlocutione nō antiquitatem solum, sed æternitatem declarauit. Quin aliquando mirore interualloę ernitatem suam significant, *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Non enim docere tantum voluit se antiquiorem esse, quam Abraham, sed nullum prorsus initium habuisse. Quia si habuisset, habuisset vtique vt homo: si vt homo longe post Abraham, cum nondum annos natus esset quadraginta.

Ioan. 8. 58.

Arianorum obiectiones eliminantur.

Vers. 14. 15. 30. 31.

Prou. 8. 22.

Æternitas quomodo in scriptura significetur.

Quare idem erat dicere se fuisse ante Abrahamum, & nunquam esse cœpisse. Quod clarius diuinitatis Christi argumentum desiderari potetat, quam quod Ioannes dixisset, *in principio* fuisse verbum, id est principium non habuisse? non acquiescebant tamen in his verbis Ariani superbi, & inquit homines ingenij quales omnes hæretici. maximeque Caluiniani iunt. Multa præterea, quæ modo diximus, comminiscebantur, vt hunc locum deuitarent. Primum, aliud verbum, aliud Filium esse dicebant. Verbum quidem semper fuisse, filium non semper, vt auctor est Athanas. in oration. *Quod Deus de Deo sit verbum*. Facile hoc à Catholicis refutabatur. Nam de eo de quo dixerat, *in principio erat verbum*, dicit statim versu 3. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, ver. 14. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: eum autem per quem omnia facta sunt, quique factus est caro, filium Dei fuisse, statim declarat, *& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre*. Et D. Paulus Hebr. 1. 2. & ad Colos. 1. 16. per filium secula, & vniuersa, quæque in cœlo, quæque in terris sunt, condita esse dicit. Et quod Ioannes hic vocat *verbum*, paulo post vers. 9. lucem appellat illuminantem *omnem hominem venientem in hunc mundum*. Hinc autem lucem esse filium Dei declarat, cap 3. 19. Simile quiddam Eunomius dicebat, vt scribit Cyrill. lib. 1. in Ioan. c. 4. à quo & eius argumenta recitantur, & refelluntur. Alij quidam Ariani respondebant verbum Dei semper apud Deum fuisse, non tamen acto, sed potestate: quemadmodū in nobis. antequam loquamur, potestate quidem verbum est, quia loqui possumus, actu non est, quia non loquimur: cum actu formantur verbum, cum actu loquimur. Verbum enim Dei nihil aliud fuisse, quàm diuinæ mentis cogitationem, quam cum facere vnum dum voluit, formauit in verbum, dicens *fiat*, & factū est; vt auctor est Athanas. in epistola de sententia Dionysij Alexandrini. At isto sane modo potuisset Ioānes dicere res omnes in principio fuisse, quia potestate in Deo erant. Cum ergo de isto verbo hoc dicat, de aliis rebus non dicat: aliter verbū in principio fuisse, quam res alias, necesse est. Deinde si sola potestate verbum fuisset in Deo, expositisset vtique Ioannes, quando acta esse cœpisset, sicut de cæteris rebus dixit, *Omnia per ipsum facta sunt*. & de verbi ipsius incarnatione, *Verbum caro factum est*. Non admodum absimile est, quod dicebant alij, vt idem refert Athanas. orat. 1. contra Arianos, Deum paulo antequā mundum crearet, creasse filium, vt per eum omnia perficeret, quæ designaret, & respectu quidem hominum, qui verbis vtuntur, vocasse verbum, respectu tapientum, sapientiam. Quod satis iam explicandis verbis Euangelistæ refutauimus: enimueto idem esse in principio, & ex omni æternitate erat verbum. Alij desperatione refpōsi verbum omnino tollebant, ἄλογοι Alogi, id est sine verbo ab Epiphanio, & Allogiani ab Augustino vocati: nam & ij Arianorum genus erant, de quibus in titulo Euangelij diximus. Stat ergo arx inexpugnabilis sententia D. Ioan. qua omnis Arianorum hæresis allidit̃ur. Illud mirum videri potest, non adhibuisse cum sententia hæc probationes, præsertim scribentem aduersus hæreticos, qui æternitatem negabant verbi. Sed nimirum Euangelista, non disputator Ioānes erat: & non est officium Euangelistę probare, quæ dicit, sed historice narrare. Præterquam quod non admittebat materia probationem: quis enim ante quam homines, antequam angeli fierent, testis esse poterat æternitatis Filij, nisi Filius ipse, qui renelauit Ioanni? Vult ergo tibi Ioannes tanquam discipulo Filij credi. Hoc enim est, quod in extremo dicit Euangelio c. 21. 24. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec, & scimus, quia verum est testimonium eius*. Hoc est quod admonet initio epistolæ primæ, *Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis*. Hoc teste fiat fides nostra; hoc quisquis contentus non est, Christianus esse non potest. Alia contra illum quærenda sunt arma, rationibus de omni alia religione deiiciendus. vt, cum nullam aliam veram esse perspexit. nostram, quam ratio certe docet esse verisimilem, veram esse credat. *Declinabis ad dexteram*, inquit Propheta, *& obsirmet, comedes ad sinistram, & non saturabitur*.

Cum proba tiones non adhibuerit Ioannes.

Isai 9. 20

Et verbum erat apud Deum.] Quorsum hoc Ioannes adiungat, statim lectoris animus dubitat, Hilar. 2. de Trin. & Chrysost hom. 2. hsne, cur id adiecerit, tationem inuūr, ne quis audiēs in principio fuisse verbū, ingenitum, id est absque omni principio etiam generationis putaret: *apud Deum* enim, id est apud Patrem fuisse, ac velut in domo Patris, antequam quodammodo emanciparetur. & in hanc mundum tanquam ad bellum veniret. Leontius, & Euthymius. ne in loco aliquo circumscriptum fuisse putaretur. Basilius in hom. in hūc locum mihi videtur veram attigisse causam, secutum Ioannem lectoris cogitationem, qui cum audisset verbum *in principio* fuisse, dubitare potetat, vbi esse poterat, cum nihil dum esset, vbi esse posse videretur: addit fuisse vbi Deus erat, hoc est *apud Deū*. Sēsum quæramus, quid est *erat apud Deum*? In duobus verbis sententia verlatur, pro quo Dei nomē accipiatur, & quam vim habet præpositio πρὸς *apud*. Origenes lib. 2. in Ioan. quem vt caute legat, lectorem moneo. Chrysost. hom. 2. Basil. in hæc verba. Athanas. in orat. quod Deus de Deo sit verbum. Hilar. 2. de Trinit. Beda, Theophylactus. Euthymius, & fere omnes vno excepto Augustino, *apud Deum* interpretantur apud Patrem: vsq. certus mihi videtur esse sensus; nec enim apud se ipsum fuisse significare voluit, &, vt postea docebimus, idem est *apud Deum*, quod *in sinu Patris*. Solus Augustinus lib. 6. de Trinit. c. 2. existimat nomē Dei hoc loco communiter pro tribus; et soni accipi: obiicienti autem ipsi sibi, quomodo *apud Deum* esse dicatur, cum ipse sit idem ille Deus, respondet eadem ratione dici, qua dicitur animus apud hominem esse, cum vna ipse sit pars hominis. Sed animus pars hominis est, ideo recte apud hominem esse dicitur; Verbum autem non pars Dei, sed ipse totus est Deus. Itaq; si nomen Dei non pro Patris persona, sed pro Deo communiter sumeretur, non ita *Verbum apud Deum* diceretur fuisse, quomodo animus apud hominem, sed sicut animus apud animum, aut sicut homo apud hominem esse dicitur, si quis ita loqueretur. Quæ quia inusitata locutio est, multo est probabilius vt *apud Deum*, id est apud Patrem dicatur fuisse. Cur ergo non dixit, Et verbum erat apud Patrem, quod fuisset clarius? Primum, quia non dixerat, in principio erat filius, sed, *in principio erat verbum*, ob eam causam, quam illic explicauimus. Si filium nominasset, consentaneum fuisset, vt diceret, & filius erat apud Patrem, quod ea duo nomina sua relatione bene hæreant. Cum autem *verbum* appellasset, magis fuit consentaneum, vt *apud Deum*, quam vt apud Patrem fuisse diceret, quia magis vsitate verbum Dei, quam verbū Patris dicitur. Altam quoque rationem habuisse arbitror. Dicturus statim erat. *Et Deus erat verbum*, sam pro initio ab vltimo verbo præcedentis ri ebri, quod in tota hac oratione eum fecisse animaduertimus. *In principio erat verbum. & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Quod cur fecerit, postea docebimus. Hæc orationi gratia petisset, si dixisset, & verbum erat apud Patrem, nec enim à Patre poterat alterum

Abusus hoc loco Ariani contra Catholicos.

Pro quo hic Dei nomen accipiatur.

Infra v. 18.

Præpositio Apud pro qua hic sumatur.

alterum membrum incipere, & Pater erat verbum, quia verbum non est Pater. Præpositionem *apud*, Iren. lib. 3. cap. 8. Athanas. in oration. quod Deus de Deo sit verbum, & Augustin. libr. 6. de Trinit. cap. 2. & Fulgent. libr. 3. ad Monim. & Victorinus lib. 2. contra Arium idem esse dicunt, quod in Deo. Confundi enim eas duas præpositiones, quod Fulgentius multis de scriptura probat exemplis. Vnum sufficit. Quemadmodum hic Ioann. dicit, *& verbum erat apud Deum*, ita Christus dicit *ego in Patre, & Pater in me est*, c. 14. 10. 11. Contra Chrysosto. Cyrill. & Theophylact. aliud esse *apud*, aliud, *in*, nam in accidentium, *apud* substantiæ, atque personæ magis esse proprium. Dicimus colorē esse in homine, non apud hominem: dicimus hominem esse apud amicum, non in amico suo. Itaque recte ex hoc loco ij auctores, quos modo nominauimus item que Seuerus Antiochenus, & Leontius, imo & Theodorus Mopsu. in Græcorum Catena, licet suspectus in hac re auctor, contra Sabellianos collegerunt filium à Patre distingui persona. Qui enim apud alium esse dicitur, distincta persona est. Sed hoc ipso argumento Ariani abutebantur, vt probarent filium non eiusdem cum Patre esse naturæ. Quod præpositio *apud* non solum tem natura distinctam, sed omnino etiam extrinsecus adiunctam significare videatur, quemad modum apud me dicitur esse vestis, in me animus: quia vestis externa animus interius est. Ideo non dixisse Ioanneu, verbum erat in Deo, sed *apud Deum*. Itaque cum Arianus quidam aliquando in Africa cum Catholico de his verbis Ioannis disputaret, atrepto de capite Catholici pileo, & manu tenens interrogabat, Hic byrrus (sic enim appellabat) est ne in me, an apud me? Respondente altero, apud te. subiecit: Sic verbum erat apud Deum, quia non Deo consubstantiale, sed externum erat. Historiam scribit Fulgentius initio libri te tij contra Monimum. Id multis, vt diximus, exemplis Fulgentius refellit. Nam qui nunc dicitur *apud Deum fuisse*, paulo post dicitur *in sinu Patris* esse vers. 18. & esse in Patre cap. 14. 10. 11. vt alia innumera taceamus. Vtrique auctores aliqua ex parte verum mihi dicere videntur, & qui idem esse *in & apud*, & qui non idem esse putant. Nam hactenus quidem idem sunt, vt cum de Deo loquamur, vbicumque dicimus *apud*, dicere possumus *in*, vt Filius est apud Patrem, & in Patre, sed non vbicumque dicimus *in*, dicamus *apud*: nam Patrem in Filio esse dicimus Ioannis 14. 11. apud Filium non dicimus. Videndum ergo, quam vim hoc loco habeat præpositio *apud*, & cur Ioannes potius *apud Deum*, quam in Deo verbum fuisse dixit. Causam aliquam Hilarius, & Chrysosto. insinuarunt. Quod, *apud*, eum significare videatur, qui quodammodo honorabiliorem sit, cum enim pater, & filij in eadem habitant domo, recte dicas filios apud patrem, non recte patrem apud filios habitare. Hac ratione non dixit Ioannes verbum fuisse in Deo, sed *apud Deum*, quia præpositio *in* eam vim nō habebat, quam volebat exprimere, verbum apud Patrem, tanquam apud auctorem suum fuisse, vt loquitur Hilarius, quamuis nūc ab eo verbo prudenter abstineamus. Melius dicemus significare Euangelistam voluisse, verbum fuisse *apud Deum*, tanquam apud Patrem, tanquam apud eum, à quo originem duceret, tanquam in domo paterna: non defuisse illi, vbi esset, qui esset apud Patrem: vbi enim commodius filius, quam apud patrem suum esse possit? Alij intrinsecum coniunctionem cum Patre per præpositionem *apud* declarari putant: idem enim esse verbum fuisse *apud Deum*, & fuisse *in sinu Patris*, vt dicit ver. 18. quemadmodum Theophylactus interpretatur. *In sinu* autem *Patris*, esse non dubium, quin summam cum Patre coniunctionem declaret. Valde enim nobis cōiunctum est, quod in sinu, quod in pectore est. Similis est alia eiusdem Theophylacti explicatio, vt idem sit *apud Deum*, & cum Deo, quemadmodum Marci 6. 3. illi dicunt, *sorores eius nobiscum sunt*. Gr. πρὸς ἡμᾶς, id est apud nos. Acuta etiam est, & germana, vt mihi videtur, interpretatio Gregorij lib 3. Moral. c. 19. idem esse verbum fuisse *apud Deum*, & fuisse inuisibile, fuisse quodammodo absconditum. Sic enim intelligit illud Iob, *Ad me dictum est verbum absconditum* c. 4. 12. Quasi dicat, etsi non videbatur, etsi non apparebat, erat tamen: apparuit, cum *venit plenitudo temporū*, cum *verbū caro factum est*. Aut, erat quidem, sed non apparebat, vt hæc inter se duo loca respondeant. Qui sensus mirifice mihi placet. Nam quod Ioann. hoc loco dicit, *verbum erat apud Deum*, & postea ver. 18. *vnigenitus filius qui est in sinu Patris*, dicit bicuius 1. epistolæ cap. 1. 2. *Annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis*. Ambrosius in libro de incarnat. Domini sacramento, c. 3. & Greg. Nyssen. in lib. de fide ad Simplicium, & Rupertus in commen. ad hunc locum, aliam videntur expositionem insinuare, quam ego etiam antequam auctorem haberem vllum, maxime probabam, vt æqualitas verbi, & Patris significetur. Voluit enim Euangelista declarare vbi fuisset infinitis seculis verbum, quod semper fuisse dixerat: dicit fuisse πρὸς τὸν θεὸν *apud Deum*, id est iuxta Deum, sedisse ad dextram Dei, quod est Deo æqualem esse. Hunc verum esse sensum ex scriptura colligo, quæ cum doceat Christum post reuersionem suam in cœlum ascendisse, minime dubium est, quin significare velit, eō, vnde venerat, vbi prius erat redisse. Dicit autem sedisse *ad dexteram Dei*. id est Patris Marc. 16. 19. Act. 2. 34. & 5. 31. & 7. 55. Rom. 8. 34. Ephes. 1. 20. Colos. 3. 1. Hebr. 1. 3. & 8. 1. & 10. 12. & 12. 2. & 1. Pet. 3. 22. Prius ergo erat ad dexteram, & cum Ioannes his verbis dicere voluerit, vbi erat, vbique dicere voluit ad dexteram Patris fuisse. Ita prorsus Cyrillus Ierosolymitanus exponit in 11. catechesi. Quod quidam dicunt πρὸς τὸν θεὸν relationem significare, sensumque esse, verbum fuisse πρὸς τὸν θεὸν, ad Deum, id est relationem ad Patrē habuisse, micor cuiquam homini prudenti in mentem venire potuisse. Nec velim assuescere lectorem istis subtilitatibus, quas raro admittit scripturæ grauitas, & qui conse&antur, in pueriles sepe errores incurrunt. Quærit Leontius, cur prius dixerit Verbum fuisse *apud Deum*, quam esse Deum. Respondet, vt indicaret nihil aliud fuisse, quam illum ipsum Deum, apud quem erat.

Et Deus erat verbum.] Lectio primum, deinde verborum structio constituenda, quibus constabilitis perspicuus erit sensus. Notum est, quod scribit Augustinus libr. 3. de doctr. in Christ. cap. 2. quosdam nimium Arianos ita solitos legere, vt hæc verba *Deus erat*, cum præcedentibus iungerent clausa puncto sententia. sic, *In principio erat verbum*, & *verbum erat apud Deum, & Deus erat*: deinde adijcerent consequentibus, *Verbum hoc erat apud Deum*. Quod refutatione non indiget. Quorsum enim dixisset *& Deus erat*, de quo nemo dubitabat? Præsertim cum iam dixisset *& verbum erat apud Deum*. Quo enim modo apud Deum esse poterat, si Deus non erat? Deniq; ex ipsa partitione membrorum constat, hæc vnum membrum esse debere. *Et Deus erat verbum*, sicut *in principio erat verbū*, vnum; *& verbum erat apud Deum* alterum membrum est. Idq; ipsum indicat artificium, quo apparet Euangelistam vti voluisse, vt semper, quod in præcedenti membro vltimum verbum fuerat, in sequenti primum esset. Verborum autem constructio ita ordinanda est, vt *Verbum* sit subiectum, *Deus* attributum, transpositis

Quid sit Christum sedere ad dexteram Patris.

Ad Gal. 4. Inf. ver. 14.

Arianorum lemma vltimum pro verum diffingunt.

verbis, *Verbum erat Deus*, quemadmodum Hilarius 7. A de Trinit. & Basilius homil. 10 hæc verba interpretantur: postulatque ipsa per se sententia. Non enim de Deo, sed de verbo, an ante mundum fuisset, vbi fuisset, quid fuisset, agebatur. Cur ergo non dixit, Verbum erat Deus, quod fuisset clarius? Solent Hebræi ea figura delectari, qua finis præcedentis membri initium sequentis est. *In principio creauit Deus cælum, & terram; terra autem erat inanis & vacua.* Et infra vers. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Idem Ioannes voluit hoc loco, quod non fecisset, si dixisset verbum erat Deus. Quod attinet ad sensum, nullum discrimen est. Nam siue dicas, Verbum erat Deus, siue *Deus erat Verbum*, necessario sequitur Filium Dei, qui *Verbum* B appellatur, vere Deum esse, est quæ illud illustre sententia, quæ nullis corrumpi cauillis, nullis obscurari possit tenebris. Nexi tamen Ariani sunt tribus modis obscurare. Primum depravata lectione, quemadmodum modo dicebamus. Deinde nomen Dei Græce articulum emphaticum non habere, quemadmodum habet in membro præcedenti, enim vero Patre ponitur: itaque Patrem quidem verum esse Deum, qui adiuncto articulo dicatur ὁ θεὸς, Filium non vere, qui sine articulo θεὸς, quasi minor quidam Deus appelletur, Auctor Chrysostom. hom. in Ioann. 3. atque Theophylact. Arianis nimium hoc loco fauet. Origenes, attentum lectorem volo. Eam obiectionem facile Chrysostomus diluit, etiam Patrem aliquando sine C articulo ὁ θεὸς Deum appellari Rom. 1. 7. & hoc ipso c. vers. 6. & sexcentis aliis locis. Contra vero Filium ὁ θεὸς Deum cum articulo vocari, vt Rom. 9. 5. Quam autem ob rem Euangelista hoc loco articulum non addiderit, ex linguæ Græcæ proprietate ratio reddi potest. Non solet in prædicato, sed in subiecto articulus poni, itaque non potuit dicere ὁ λόγος ἦν ὁ θεὸς, iam enim dominatur nomẽ verbi esse subiectum, nomen Dei prædicatum. Ideo nomen *Λόγος verbum*, habet articulum, nomen θεὸς *Deus* non habet. Deniq; respondebant Ariani Filium vocari quidem Deum, sed eo modo, quo Moyses Deus Pharaonis vocatus est Exod. 7. 1. & vt homines sancti. Dij appellantur Psalm. 81. 1. 6. confirmante, vt videtur, Christo Ioan. 10 35 ita refert Hilar. 7. de Trinit. Recte eam responsionem refellit idem Hilarius. Moysem non absolute vocatum D Deum, sed Deum Pharaonis, verbum autem absolute dici Deum, *Nunquid*, inquit, *non ad ecclæ nominis causa est, cum dicitur, Deum Pharaonis? aut num quid Dei naturam is intulit, & non potius in eum, qui metueret, terrorem, cum dracones magicos draco Moysi mox virga manẽ deuorat: cum cynomyiam, quam immiserat, abegit: cum grandinem potestate, qua nuncupatur, auertit, & locusta ea virtute, qua inuecta est, repulit: cum in operationibus eius magi infirmentur digitum Dei esse? Sic Moyses Pharaonis Deus datus est, dum timetur, dum orat, dum punit, dum medetur.* Deinde addit Moysem non dici Deum esse. sed constitutum fuisse Deum Pharaoni. *Et aliud*, inquit, *est Deum dari, aliud Deum esse. Eo ipso quod dicitur constitutus Deus,* E *non naturalis, sed factitius significatur Deus. Deum autem*, (inquit eodem libro) *Dominum nostrum Iesum Christum hoc modo nouimus, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione.* Alij dixerunt non inepte Moysem nõ fuisse vocatum Deum, sed Deum Pharaoni, id est opinione Pharaonis. Accedit quod illo loco nõ est יהוה, quod proprium est Dei, sed אלהים, quod Chaldæus paraphrastes doctorem, R. Abraham nuntium, aut legatum ad Pharaonem interpretatur. Ad locum Psal. 81. similiter Hilarius respondet, eo ipso quod dicitur, *Ego dixi, Dij estis*, significare eos beneficio, non natura fuisse Deos, *In eo*, inquit, *indulti nominis significatio est, & vitio refertur, Ego dixi, sequens tui est potius sermo, quam veri nominis.* Fuit etiam illic אלהים quod nõ solum Deum, sed nuntios erit significat, vt videtur explicare Christus Ioan. 10. 35. 36. *Si eos dixit Deos, ad quos Dei sermo factus est, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum?* Non enim à pari, sed à minori ad maius argumentatur, si illi dicti sunt Dij, quanto magis ego Deus dici possum? Vere igitur Deus vocatur, & est verbũ. Sed quæritet lector potest, quorsum hoc ipsum Ioannes dixerit, cum non id agere videretur, vt doceret, quid esset, sed an semper fuisset verbum. Puto rationem reddere voluisse, quare verbum apud Deum erat, quia nimirum Deus erat. Qui enim, antequam quidquam fieret à principio, apud Deum esse poterat, nisi Deus esset? Interim quem aliud agens firmissimũ fidei nostræ fundamentum posuit, Christum verum esse Deum.

Genes. 1. 1.

Alia obiectio Arianorum.

2. *Hoc erat in principio apud Deum.*]Hoc verbũ quod Deum esse dixi. Nam quamuis pronomen *hoc* bo-, & ad *verbum*, & ad *Deum* Græce referri possit, si genus, & Grammaticam spectes: tamen sententia non patitur, vt alio, quam ad verbum referatur. Quis enim esset sensus, Hic Deus erat apud Deum, aut quorsum id diceret Euangelista? Postulat etiam Hebraeorum figura, qua eum vsum fuisse diximus, vt ad verbum referatur: id erat enim vltimum superioris sententiæ, & debet huius esse primum. Et est repetitio superiorum, vt apparet, & notauit etiam Leontius: supra autem non dixerat, In principio erat Deus, sed *In principio erat verbum*; nec, Deus erat apud Deum, sed *verbum erat apud Deum*; idem ergo hoc loco significatur. At quorsum illa nunc repetitio? Cyril. lib. 1. in Ioan. c. 4. voluisse ait Ioannem Eunomianorum, & quotũdã, vt supra docuimus, Arianorum errorem, quem animo prouidebat, refutare dicentium aliud fuisse verbum Dei, quod in principio apud Deum erat, aliud per quod omnia facta sunt; *sed falsa non video*, quomodo hac repetitione error ille magis refutetur, quã si adhibita non fuisset. Satis enim refutasset si tantum dixisset, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Omnia per ipsum facta sunt.* Chrysosto. homil. 3. ne qua verbum *apud Deum*, id est apud Patrem fuisse dixerat aliquis putaret Patrem seniorem fuisse. Theophyla. vt doceret non fuisse vnquam Filium à Patre discordem: Hilarius, quod dixerat, magis, magisque confirmaret. Causæ ergo redditionem, aut potius explicationem, confirmationemque esse arbitror: dixerat enim in principio fuisse verbum, & verbum fuisse apud Deum: reddiderat causam, quia *Deus erat verbum*, explicat nunc causam, atque confirmat; propterea ergo quod verbum erat Deus, *erat in principio apud Deum*. Nam si Deus non fuisset, nec in principio, neque apud Deum esse potuisset. Itaque tota oratio, de qua hactenus disputauimus, ad hunc modum resoluenda est, vt minus isoleens Latinis auribus fiat. Antequam quidquam fieret, verbum erat: sed nondum apparuerat, quia tantum erat in sinu Patris, erat enim vnus, idemq; cum Patre Deus, ideoque apud illum à principio erat.

Ariani ex falsa fide ex-cusandam hanc locum.

Matt. 10. 2. Luc. 7. 9.

3 *Omnia per ipsum facta sunt.*]Plerique auctores putant voluisse Ioannem his verbis Christi æternitatem confirmare, docendo eum omnium rerum creatorem fuisse. Leõtius vero, docere voluisse verbum é numero creaturarum non esse, illud enim *in principio* fuisse: has vero omnes in principio non fuisse; quin per illud ipsum principium accepisse. Confirmatur quidem diuinitas Christi, & si probata ante non esset, tam his verbis apertissime probaretur; sed aliud mihi fuisse videtur Euangelistæ consilium, scribebat historiam Christi, sequitur ordinem temporum,

terra si homo ad imaginem simul Patris, ac Filij factus est, eadem Patris, ac Filij imago est, eadem ergo natura. Probat etiam duabus id Cyrillus rationibus. Altera est. Si Filius, inquit, artem aliquando creandi didicisset, posset & aliquando eius oblivisci, quod absurdum profecto dictu sit. Altera, creare non esse artis, sed potestatis. Artem enim in subiecta aliqua materia necessario versari, creationem autem etiam non habere, qua & ipsa materia creata est. Ita eodem loco docet, & lib. 2. contra Iulian. & lib. quo testimonia colligit ad probandam Spiritus sancti diuinitatem. Denique Ariani respondebant ad hunc locum Euangelistam non dixisse omnia à verbo, sed per verbum facta esse. Hoc autem inter eas præpositiones discrimen, *a*, & *per*, esse discriminis, quod *a* causam efficientem, *per* autem instrumentum significet. Itaque filium Dei non tanquam auctorem, & artificem, sed tanquam instrumentum creasse omnia, ideo colligi inde non posse esse Deum. Ita de Arianis scribit Athanas. in lib. de communi essentia Patris, & Filii, & Spiritus S. & Basilius libr. de Spiritu sancto cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & Chrysostomus hom. in Ioan. 4. Theophylactus, & Euthymius hoc loco. In quo errore Origenes in commentariis ad hunc locum manifeste deprehenditur. Nam quasi Arianorum, & Eunomianorum pater aperte dicit, & præpositionem *per* nunquam principem rei, quæ fit, auctorem, sed ministrum significare, vt cum verbum Dei per Prophetas factum fuisse dicitur. & Spiritum sanctum summa imperante concedit factum esse per Filium. Sed de Spiritu sancto Paulo post, nunc contra Arianos de præpositione *per* disputemus. Respondent eis auctores, quos modo citauimus, discrimen illud inter eas præpositiones non esse perpetuum, sæpe enim per tribui causæ efficienti atque præcipuæ, quod innumeris exemplis probari potest, Genes. 4. 1. *Possedi hominem per Deum.* Proverb. 8. 15. *Per me reges regnant.* 1. Corinth. 1. 1. *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei*, & vers. 9. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu Christi Domini nostri.* & 2. Corinth. 1. 1. *vocatus per voluntatem Dei.* & ad Galat. 4. 47. *Si filius, & hæres per Deum.* Idem hoc loco Theodorus Mopsuestius suspectus licet auctor & Leontius fatentur, τὸ διὰ τὸ δυνατὸν ἑτέρα κτίσει, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ χάριτι, ἢ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ παρὰ τοῦ πατρός. Quod autem hoc loco præpositio *per* non instrumentum, sed verum auctorem significet optimus auctor est, D. Paulus, qui in epistola ad Hebræos c. 1. 10. Illud Psalm. 101. 26. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli*, de Christo dictum affirmat, & affirmat, vt Deum esse probet, sicut nos ex hoc loco probamus. Legimus aliquando apud graues auctores phrases quasdam, quæ Arianorum errorem sapere videantur, in eas cum lector inciderit, potius in bonam partem interpretetur, quam condemnet auctores. Eiusmodi est, quod alicubi Clemens Alexand. & Tertullian. in libr. aduersus Praxeam, & Eusebius lib. 1. hist. Ecclesiast. cap. 1. dicunt, Filium in rerum creatione obsecutum fuisse Patri. Quod & in synodo Sytnicensi ita fuit prorsus diffinitum, vt qui id non confiteretur, excrearetur anathemate, vt in libr. de synodis recitat Hilarius. Quod cum dicunt, nihil aliud docere volunt, quam Patrem dixisse, Faciamus mundum, & omnes tres personas æque fecisse. Quemadmodum in hominis creatione præpicuum est, in qua Pater Filio, & Spiritui sancto dixit, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, vt illa eadem synodus interpretatur. Dixit autem non iubendo, sed consulendo, sed deliberando, sed inuitando, vt Cyrillus hoc loco docet. Si enim iubendo dixisset, nõ dixisset,

Ariani falsa fide excusandi.

Genes. 1. 26.

In Ioan. li. 2. cap. 1.

Faciamus. sed facite. Si ergo Filius non iussu, sed hortatu, & consilio Patris fecit mundum, non tanquam servus præcepto obtemperans, sed tanquam æqualis consilio æqualis credens fecit. Consilium autem, & del beratio Patri tribuitur, non quod Filius, & Spiritus sanctus eius consilii fuerint expertes, sed quod Patri veluti seni consultandi, decernendique auctoritas adscribatur. Hunc synodi esse sensum ex eo perspicuum est, quod id non pro Arianis, sed contra Arianos definiret, vt doceret Filium vere Deum esse, qui vere creator esset. Quod si dicere voluisset Filium propriæ oblecutum fuisse Patri, non probasset esse Deum, sed potius esse servum, neque Catholicorum, sed Arianorum egisset causam. Vna hic quæstio reliqua est. Si præpositio *per* hoc loco non significat instrumentalem causam, cur Euangelista non potius dixit, *Omnia* B *ab ipso, quam per ipsum facta sunt*, & omnes Arianorum cauillationes præcidisset? Sunt qui nullo certo consilio fec sse putent, eadem facilitate dictarum, ab ipso, si ea illi prius propositio occurrisset. Non facile mihi probauerint. Alii contra adeo de industria factum existimant, vt dixerit *per ipsum*, & non ab ipso, vt nimis mihi ad Arianorum errorem inclinare videantur. Dicunt voluisse ea præpositione indicare Ioannem Patrem per Filium tanquam per verbum suum feciſſe omnia, itaque non docere Filium omnia feciſſe, sed esse verbum illud quo Pater *dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt*. Nullum equidem ita loqui. Alii causam hanc afferūt quod Verbum quasi ideo sit Pa- C tris, & forma, atque exemplar, quo fecerit mundum, & præpositio *per* formam aliquando significet, vt cum ignem dicimus per calorem calefacere, architectum per artem fabricare, quo sensu videtur etiam Cyrillus interpretari omnia per Filium facta esse, quia Patris sapientia est. Simplicem facile mque rationem esse arbitror, ideo dixisse *per*, quia de verbo loquebatur, cui nomini melius *per* quam, *à*. præpositio conuenit ebat. Si enim vocasset filium, dixisset fortasse. Omnia ab ipso facta sunt, sed quia verbum appellauerat, aptius dixit *per ipsum*, & nulla imminutione sententiæ. Nihil est satis cautum, nihil satis munitum hæreticis. Hoc etiam loco Macedoniani abutrebantur, vt Spiritum sanctum creaturam esse probarent, cui errori Origenem affinem fuisse supra docuimus. Auctores sunt D Epiphan. in Ancorato. & Ambros lib. 1. de Spiritu sancto cap. 2. & Theodoretus in historia ecclesiast. & in commentar. in c. 6, 1. epist. ad Tim. & Greg Nazian. in orat. de Spiritu sancto, & Elias Cretens. eodem loco. Idem que Cyrillus, Chrysostomus, & Theophylactus indicant, argumentari enim solitos Macedonianos, si omnia per Filium facta fuerant, & Spiritū sanctum per ipsum factum fuisse. Hic error sequentibus proxime verbis, *& sine ipso factum est nihil, quod factum est*, vt Chrysostomus, & Theophylactus obseruarunt, refutatur. Omnia enim per ipsum facta sunt, quæ facta sunt. Itaque probare prius oportebat Spiritū sanctum factum esse, quam probarent per Filium factum esse, vt Gregor. Nazianz. illis respondet. Nam si quid- E quid omnino præter Filium est, per ipsum factum est, & Pater per ipsum factus fuerit. Quemadmodum igitur ex hoc loco non sequitur Patrem per Filium factum fuisse, ita Spiritum sanctum factum fuisse non sequitur.

Psa. 148. 5.

Macedoniani hoc loco in Spiritum sanctū abusi.

Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.] Maior hic est de electione quæstio, quam de sententia. Quo magis eos mirot qui de variis lectionibus libros integros ediderunt, tam parum diligentiæ in hunc locum adhibuisse. Tres apud graues auctores lectiones inuenio. Prima est, quam quotidiano sequimur vsu, vt post illud, *nihil*, sententia puncto claudatur, deinde sequatur alia, *quod factum est in ipso vita erat*. Quæ lectio Augustino in primis, deinde Latinis omnibus solet tribui. Ac D. quidem Augustino non immerito, cum enim vbique legit, omnibus non satis merito multi enim Latini, vt paulo post dicemus, aliter legunt, legit quidem cum Augustino Beda, & eo multo ante quior interpres Irenæ. lib. 3. cap. 8. & 11. & lib. 5. cap. 18. & Tertull. lib. contra Hermogen. & Marius Victorinus lib. 1. & 3. aduersus Arium, & Gaudentius tract. 8. in Exod. &, vt videtur, Cyprian. lib. 2 contra Iudæos, & inter Græcos Origen. & Cyrill in commentar. huius loci, & Clemens Alexand. in Pædag. cap. 6. & cap. 9. & lib. 6. Stromat. Quam lectionem Ambros. lib. 3. de fide, cap. 3. Chrysostomus hom. 4. Epiphanius in Ancorato, Theophylactus, & Euthymius hæreticis tribuunt, nempe Eunomianis, & Macedonianis, cum ipse eam sequatur lib. 1. Hexam. cap. 4. & Psalm. 36. Atque inde ego istam, quam nunc habemus lectionum varietatem natam esse arbitror, quod cum illustrissimo loco hæretici premerentur. variis, vt solent, lectionibus, variis interpretationibus corrumpere conarentur. Alii legebant ita vt vsque ad pronomen, *ipso*, punctum non ponerent, hoc modo, *Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*. Deinde noua inchoata sententia legebant, *Vita erat, & vita erat lux hominum*; quemadmodum Epiphanius legendum esse contendit, eodemque modo legisse videtur Hilar. 2. de Trinit. Atque eam lectionem Ambros. lib. 3. de fide, ca. 3. & Augustinus lib. 5. de Genes. ad litter. cap. 14. Manichæis tribuunt. Sed quæ illis lectio maxime placuit, ea mihi maxime displiceat. quem. enim habebit sensum, *sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, id est per ipsam? sic enim necessario erat interpretandum. Quæ absurda profecto ταυτολογία est: ecquis enim dubitare poterat, quin nihil eorum, quæ per ipsum facta fuerant, sine ipso factum fuisset? Media tolent esse meliora, itaque mediam maxime lectionem probo, vt post illud, *quod factum est*, sententia finiatur, deinde inchoetur noua, *In ipso vita erat*. Quemadmodum Græci fere omnes legunt. Chrysostomus, Theophylact. Nonnus Poëta, Theodotus Mopsuest. Leontius, Euthymius, Elias Cretens. in comment. in orat. Gregor. Nazianze. de Spiritu sancto, & ex Latinis Ambros. lib. 3. de fide, c. 3. & Hieronymus in commentar. in Isai. c. 11. & 44. quam Ambros. in enarrat. Psalm. 36. Aegyptiorum, & Alexandrinorum lectionem vocat. Hac inquam, ego lectionem magis probo, & quia sensum meliorem & faciliorem habet, & quia aliæ vix mihi videntur satis conuenientem, & tolerabiliter habere posse. Nam illa quidem D. Augustini, quæ post hanc indicē etiam Ambrosio, probabilissima est, ægre, vt post apparebit, interpretationem admittit. Nec eam tam multi Latini, quam videntur, secutisunt. Non enim quia hæc tantum verba citare solent. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, continuo putandum est, ibi eos punctum finitæ sententiæ posuisse, sed ea tantum protulisse verba, quæ ad probandum id, quod agebant, satis erant, quod nos etiam sæpe facere solemus. Cerium indicium, quod Ambrosius qui lib. 3. de fide, cap. 3. *Sine ipso factum est nihil, quod factum est*, legendum esse affirmat, aliquando non nisi hæc legat verba. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, vt serm. 20. in Psal. 118. Et quod magis mirum est Hilarius, qui vt diximus legendum esse dicit, *sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, sæpe lib. eodem Trinit. 2. non nisi hæc verba citat, *omnia per ipsum facta sunt*. Aliquando hæc sola, *sine ipso factum est nihil*. Nunc quærenda sententia, eo ostituta lectione facilis est. *Omnia per ipsum*

Quæ lectio maxime probanda.

Inf. c. 15. 10.

Propositio loco huius vsurpata.

per ipsum facta esse, nihilque omnino esse, eorum quæ A facta sunt, quod *sine ipso*, id est non per ipsum factum sit: vt Ambrosius lib. 3. de fide, cap. 3. & Hieronym. in commentar. in cap. 2. Michææ, & Chrysostomus, Theophylactus, Leontius, Theodotus Mopsuest. & Euthym. exponunt. Verba hic Theodori Mopsuest. iuuat ponere, quia cum in quinta Constantinopolitana synodo tanquam male de Christi sentiens damnatus sit, mirum quam Catholice hoc loco eadem de re scribat, *οὐκοῦν ἅπαντα δι' αὐτοῦ γεγένηται καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲ ἕν. ἐπειδὴ οὐδὲν ἀνυπόστατον, οὐ κτιστὸν ἢ ἄκτιστον, οὐ κτιστὸν ἢ κτιστὸν, οὐκ ἔστιν ὃ μὴ διὰ τοῦ λόγου γέγονεν ὑφεστηκός*. Omnes aliæ interpretationes violentiæ sunt. Qualis illa eorum est, qui hæc verba *sine ipso factum est nihil*, per affirmationem legenda esse putauerunt; quasi nihil al quid esset. quod sine ipso factum fuisse diceretur. Quemadmodum quosdam interpretari solitos Hieronymus tradit in cap. 2. Michææ, qui per nihil malitiam, per malitiam Diabolum intelligerent, quem sine verbo factum dicerent, non qua angelus, sed qua Diabolus esset. Nescio an Origenem notet. Nam in commentar. ad hunc locum sui simile quiddam videtur dicere, aut dictum ab aliis non reprobare. Similis Manichæorum interpretatio fuit, per nihil malum, tanquam aliquid esset, intelligentium, atque hinc duo illa sua principia hominum; quemadmodum Epiphanius legendum esse contendit, eodemque modo legisse videtur Hilar. 2. de Trinit. Atque eam lectionem Ambros. lib. 3. de fide, ca. 3. & Augustinus lib. 5. de Genes. ad litter. cap. 14. Manichæis tribuunt. Sed quæ illis lectio maxime placuit, ea mihi maxime displiceat. quem. enim habebit sensum, *sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, id est per ipsam? sic enim necessario erat interpretandum. Quæ absurda profecto ταυτολογία est: ecquis enim dubitare poterat, quin nihil eorum, quæ per ipsum facta fuerant, sine ipso factum fuisset? Media tolent esse meliora, itaque mediam maxime lectionem probo, vt post illud, *quod factum est*, sententia finiatur, deinde inchoetur noua, *In ipso vita erat*. Quemadmodum Græci fere omnes legunt. Chrysostomus, Theophylact. Nonnus Poëta, Theodotus Mopsuest. Leontius, Euthymius, Elias Cretens. in comment. in orat. Gregor. Nazianze. de Spiritu sancto, & ex Latinis Ambros. lib. 3. de fide, c. 3. & Hieronymus in commentar. in Isai. c. 11. & 44. quam Ambros. in enarrat. Psalm. 36. Aegyptiorum, & Alexandrinorum lectionem vocat. Hac inquam, ego lectionem magis probo, & quia sensum meliorem & faciliorem habet, & quia aliæ vix mihi videntur satis conuenientem, & tolerabiliter habere posse. Nam illa quidem D. Augustini, quæ post hanc indicē etiam Ambrosio, probabilissima est, ægre, vt post apparebit, interpretationem admittit. Nec eam tam multi Latini, quam videntur, secutisunt. Non enim quia hæc tantum verba citare solent. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, continuo putandum est, ibi eos punctum finitæ sententiæ posuisse, sed ea tantum protulisse verba, quæ ad probandum id, quod agebant, satis erant, quod nos etiam sæpe facere solemus. Cerium indicium, quod Ambrosius qui lib. 3. de fide, cap. 3. *Sine ipso factum est nihil, quod factum est*, legendum esse affirmat, aliquando non nisi hæc legat verba. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, vt serm. 20. in Psal. 118. Et quod magis mirum est Hilarius, qui vt diximus legendum esse dicit, *sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, sæpe lib. eodem Trinit. 2. non nisi hæc verba citat, *omnia per ipsum facta sunt*. Aliquando hæc sola, *sine ipso factum est nihil*. Nunc quærenda sententia, eo ostituta lectione facilis est. *Omnia per ipsum*

à Ioanne additum, dixisse supra meminimus. Quæ satis probabilis est ratio. Sed aliam etiam nos possumus reddere, rem adeo fuisse grauem, & necessariam, vt iteram, atque iteram, aliis atque aliis verbis fuerit reperenda. *Sic καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἀπαθανατίζειν τὸν λόγον δεῖ*, vt ille apud Platonem, Socrates dixit. Adde Hebræorum esse morem, vt quod semel per affirmationem dixerint, iterum per negationem dicant Isai. 39. 4. *Omnia, quæ sunt in domo mea viderunt, non sunt res quam non ostenderim eis*. Ierem. 42. 4. *Omne verbum quodcunque responderis mihi, indicabo tibi, nec celabo te quicquam*. Atque hæc fortasse causa fuit, cur Ioannes non dixit *non*, sed *nihil*. vt modo dicebamus, quia *nihil* magis Hebraicæ respondet phrasi.

In Philebo Hebraeum idioma.

repetitum.

Omnia, quæ sunt in domo mea viderunt, non sunt res quam non ostenderim eis.

B

4 *In ipso vita erat.*] Varietas illa lectionum, de qua superiore versu disputauimus varias etiam huius loci interpretationes peperit. Qui legebant, *quod factum est in ipso, vita erat*, distinctiuncula post, *ipso*, adhibita non eodem modo intelligebant. Manichæi quidem exponebant, *quod factum est in ipso*, id est per ipsum, *vita erat*, id est viuebat, quasi aliquid esset quod vita eset, quod factum quidem fuisset, sed non per ipsum factum esset, vt indicat Augustinus lib. 5. de Genes. ad litter. cap. 14. & diserte verbis scribit Ambrosius lib. 3. de fide, cap. 3. *Obiciunt*, inquit, *Manichæi, si quod in ipso factum est vita est, est ergo aliquid, quod in ipso factum non sit, & mors sit, vt deo impie inducant principia*. Hilarius vero si bene diffi ilem auctorem intelligo libr. 2. de Trinit. videtur exponere, *quod factum est in ipso*, id est Verbum ipsum, quod per se exitit, nec cab alio factum est, vita erat, viuens non mortuus natus est. Eunomiani, & Macedoniani, vt supra ex Ambros. Gregor. Nazian. Theodor. Chrysost. & aliis auctoribus offend mus, exponebant, *quod factum est in ipso*, id est Spiritus sanctus, qui per ipsum factus est. *vita erat*. Ita ad suum quisque errorem ingeniose verba torquebat. Qui vero legebant *quod factum est*, deinde posita virgula, *in ipso erat vita*, dimeis is etiam rationibus explicabant. Alii, *quod factum est, in ipso vita erat*, tanquam diceret in eo quod factum est. vita erat. Ita Cyrill. Quod & coactum videtur esse, & ad Manichæorum aliudere sententiam, qui & omnia, quæ videmus, viuere dicebant, & aliquid esse præter ea, quod non viueret, quod à Verbo non esset factum. Alii, *quod factum est, in ipso vita erat*, id est non quidem in se, sed in ipso Verbo vitam habebat. Vt pronomen *ipso* non ad *quod factum est*, sed ad *Verbum* refer tur, de quo dictum fuerat, *omnia per ipsum facta sunt*. Quod ita explicant, res omnes antequam fierent, non in se, sed in Deo fuisse, sicut domus, antequam ædificetur, non in se, sed in mente artificis est, & quia quidquid in Deo est, Deus, & vita est, ideo res omnes in Deo vitam fuisse. Sic Augustinus interpretatur libro 5. de Genesi ad litter. cap. 14. & tract. in Ioan. 1. & Beda Rupertus, & alii posteriores auctores exponunt. Sed quia aliam magis lectionem approbauimus, qua nouæ hinc sententiæ sumatur initium, *in ipso vita erat*, alius sensus ad eam accommodatus quærendus est. Hactenus certus est sensus, significari his verbis in ipso, id est in verbo vitam fuisse, sed quomodo vita in illo fuisse dicatur, id quæritur. Quidam sic intelligunt, vt idem sit *in ipso vita erat*, & ipsum vita erat: *Primum est enim sermo Dei*. vt Ambros. in enarrat. Psal. 36. Id quidem verum est. Nam Verbum de seipso postea dicit, *Ego sum via, veritas, & vita*, sed quo minus credam hoc Ioannem dicere voluisse, multa me monent. Primum quod id erat dictu supernaceaneum, cum proximis dixisset verbis Verbum illud fuisse Deum, cui enim dubium esse poterat vitam, id est vitum esse, si Deus erat? Deinde quod de vita, sicut & de luce

Eunomiani. & Macedoniani.

Quomodo vita in verbo fuerit.

ad Hebr. 4. 12.

Inf. c. 14. 6.

de luce hominum loqui videatur, *Et vita*, inquit, *erat lux hominum*. Præterea quod vix mihi persuadere possim dictum fuisse Ioannem, *in ipso vita erat*, si tantum dicere voluisse vitam habuisse, aut fuisse vivum. Dixisset enim recte, ipsum vita erat. Quibus etiam adductus rationibus Chrysostomi, Cyrilli, Theophylacti, Euthymii interpretationem non probo, qui hoc de omnium rerum conservatione intelligendum esse putant, quasi vitam Ioannes appellet vigorem illum, quem verbum rebus omnibus imprimit, dum eas conservat, atque gubernat. *Portat* enim *omnia verbo virtutis suæ, &, in ipso vivimus, & movemur, & sumus, &, Pater*, inquit, *usque modo operatur, & ego operor*. Propterea enim de hominibus loquitur. *Et vita erat lux hominum*. Eademque ratione aliis recentioribus interpretibus non assentior vitam naturalem, quam tes B animam viuunt intelligentibus, quasi dicat Euangelista, Omnia quæ viuunt, ex verbo illa per quod omnia facta sunt, vitam habuisse. Quoniam enim id dixisset? Egetat, inquiunt, de primo rerum genere quæ esse sine vita habent, agit nunc de viventibus: post de homine, qui præter essentiam, & vitam, eam rationem habet. Probabilis coniectura, si Aristotelem interpretaremur, nonc autem Ioannem Euangelistam, & piscatorem interpretaremur non Aristotelico, sed diuino spiritu loquentem. Verum ego sensum esse arbitror, vt de vita spirituali hominum loquatur Ioannes. Egerat enim de verbo ipso per se, vbi fuisset, & quid esset. Agit nunc de eius ad nos ad uentu, &, vt ita dicam, profectione, deque eius causis, cur non semper manifestet apud Deum, quando meliore conditione, ac loco esse non posset, docet propterea venisse, vt vitam, & lucem homin bus afferret, quæ in illo erat solo. Postea agit de eius ad nos peruentione. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Hoc ex adiunctis manifestum est, vt modo dicebamus, agit enim de homine solo, *& vita erat lux hominum*. Itaque significat Ioannes Filium Dei profectum quodammodo fuisse a sinu Patris, &, vt loquitur D. Paulus, exinanisse sese, vt vitam nobis afferret, quæ in ipso erat. Quod ex altero eiusdem Ioannis loco melius intelligemus 1. epistola capit. 1. 2. *Annuntiamus vobis vitam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis*. Hoc est quod tam sæpe Christus indicat D præsertim apud Ioannem, qui vitæ vocabulo videtur delectarus, ideoque multa de vita nobis per Christum allata ab aliis Euangelistis prætermissa commemorasse. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. capit. 3. 16. &c, *Aqua, quam ego dabo tibi, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. cap. 4. 14. &c. *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, qui vivus Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso*. cap. 5. 24. 26. & *non vultis venire ad me, vt vitam habeatis* vertical. 40. Et *ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. cap. 10. 10. & *ego sum via & veritas, & vita*, cap. 14. 6. & *Dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det ei vitam æternam*. cap. 17. 2. & alia fexcenta quæ breuitatis causa prætermittimus. Hoc etiam est, quod ait D. Paulus ad Colossenses 3. 4. *Cum Christus apparuerit vita vestra*. Et quod Lucas Act. 3. 15 Christum vocat *auctorem vitæ*. Sed optimus sui interpres est Ioannes in prima epistola cap. 5. 11. 12. *Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius. Qui habet filium, habet vitam*. Audis, ab eodem ore aliis verbis, *In ipso vita erat*? Hanc interpretationem & Chrysostomus & Theophylactus indicarunt. Ammonius vero Presbyter, & Theodorus Mopsuestenus etiam secuti sunt, vt in Græcorum Catena reperi lætus

ad Hebr. 1. 3.

Act. 17. 28. Deut. 32. 39.

Vers. 14.

Ad Philippens. 2. 7.

meam ab eis sententiam approbari. Atque hinc intelligitur, quod quidam quærunt, & nos supra obiter attigimus, cur Ioannes non dixerit ipsam vita erat, sed *in ipso vita erat*! Nempe non agebat de ipsius vita, sed de nostra, quæ in ipso erat. Erat quidem verbum ipsum vita nostra, sicut alio loco Ioannes indicat. *Annuntiamus vobis vitam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis*, & D. Paulus, *Quum Christus apparuerit vita vestra*. Sed quia de illa ipsa vita Ioannes, non quatenus verbi, sed quatenus nostra erat loquebatur, aptius dixit *in ipso vita erat*, quam si dixisset, ipsum vita erat. Quorundam tamen obseruatio, prioti loco nomen ὁ ὡς vitæ articulum non habere, posteriori autem habere, cum dicit, *Et vita erat lux hominum*, quod priore loco de nostra, posteriore de ipsius verbi vita loquatur Euangelista, vera esse non potest, cum ipsa repetitio manifeste declaret de ea ipsa vita, de qua dictum erat, *In ipso vita erat*, dici statim, *& vita erat lux hominum*. Nec video quid inter hanc, & illam Arianorum obseruationem differat, de qua ver. 1. mentionem fecimus, cum dicitur, *& Deus erat verbum*, verbum non vete vocari Deum, quod nomen Dei articulum non haberet, cum in mem bro præcedenti habuisset. Nam vt illic de eodem Deo, ita hic de eadem vita agi ex eiusdem verbi repetitione, & orationis gradatione perspicuum est.

Et vita erat lux hominum.] Hoc omnes prope modum auctores de luce hominum naturali, id est de mente, atque ratione, quæ quia nobis quid agendum, quid fugiendum sit offendit, lux, aut lumen dicitur, interpretantur. Chrysost. homil. 4. Cyrill ca. 5. Theophylact. & Rupertus. Sed quemadmodum diximus vitam hoc loco non naturalem, qua mundo, sed spiritualem, qua Deo viuimus. Intelligi oportere, ita nó dubito, quin non naturalis, sed spiritualis lux intelligenda sit, qua sapimus, & percipimus *ea, quæ sunt spiritus Dei*. Nam illam quidem naturalem iam accepetamus, cum *omnia per ipsum facta sunt*, hanc postea accepimus, cum *verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, Docet enim Ioannes quomodo *in ipso vita erat*, id est qua ratione vitam nobis contulit, nempe illuminando *omnem hominem venientem in hunc mundum*, quia *erat lux hominum*. Hunc esse sensum & ex iis, quæ sequuntur, & ex frequenti scripturæ consuetudine manifestum est. Addit ver. 5. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*. Non ergo de naturali loquitur luce, quam omnes homines, sed de spirituali, quam pauci comprehenderunt. Addit ver. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, vbi dubium non est, & de eadem luce, & de spirituali agi. Scribit idem Ioan. cap. 3. 19. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem*, haud dub. è de spirituali luce, sicut de spiritualibus tenebris agit. Dicit Christus, cap. 8 12. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*, Et lucem, & tenebras manifestum est spiritualiter accipi. Dicit ca. 9. 5. *quandiu sum in mundo, lux sum mundi*, & c. 12. 35. 36. *Ambulate, dum lucem habetis, & dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis fiatis*. Consentiunt prophetiæ Isai. c. 49. 6. *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ*, & c. 9. 2. *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis*, quod de Christo, eiusque prædicatione c. 42. 16. Matthæus interpretatur. Vbique lux pro spirituali hominum illustratione ponitur. Ac nescio an vllum ex scripturis lectis exemplum proferri possit, vbi lux, aut lumen rationem significet naturalem. Nam illud quod vnum vulgo in eam sententiam adduci solet, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, longe alium

1. Ioan. 1. 2.

Coloss. 3. 4.

Lux pro spirituali hominum illustratione ponitur.

Psal. 4. 7.

alium habet sensum. Contra verò, tenebræ, quæ luci A Christi opponuntur, perperuo pro mortum pianitate, & vitæ errotibus accipiuntur, à quibus nos Christus reuocauit. Eramus enim, cum in tenebris ambulamus. *Ibi tamen*, inquit D. Paulus Rom. 13. 11. *operatenebrarum, & induamur armalucis*. Et *quæ societas lucis ad tenebras*? 2 Cor. 6. 14. *& erat o aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* Ephes. 5. 8. & quod simillimum huic loco est, de quo disserimus, ait Ioannes 1. epistola c. 1. 5. 6. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vlla, si dixerimus, quoniam societatem habemus cum illo, & in tenebris ambulamus, mentimur*. &c. c. 2. 9. *Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc*. Neque nostra propria interpretatio est, sed ni fallor Augustini B tract. in Ioan. 1. & Bedæ, & Euthymij in commentariis. Quæ genitimum illum *hominum* passiue accipio. *Erat lux hominum*, id est qua homines illuminantur. Ex his, quæ dicta sunt, malim explicari quæstiones possunt. Prima est illa, quam Augustinus, & Beda tod cauerunt. Cur non dixerit Euangelista, vita erat lux omnium rerum. Sed *erat lux hominum*. Causa ei ratio non illa mihi vid tur esse, quam iidem illi auctores reddunt, quod in lois hominibus sit ratio capax lucis: nam & in angelis est, itaq ienita quidem ratione hominum simul, & angelorum lucem appellasset, sed quod de Filij Deitate ro adaentu, qui non allarum rerum, non angelorum, sed hominum causa venit, eaque explicare dons, quæ ipius veniens attulisset, vitam nimirum, & lucem. Al era est, quã Chrysost. & Theophyl. excitant, quamobrem Euangelista non dixerit, vita erat Lux Iudæorum, sed *lux hominum*. Facile soluto, quam & illi adhibent, quia non Iudæorum tantum, sed omnium omnino hominum causa venerat: sicut paulo post vniuerse dixit, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Eademque ratione ad illam alteram respondemus, quam quidam infesint, quare non dixerit, vita erat lux angelorum. Nec mihi Origenis, & alio um quorund m auctorum opinio probata potest, qui putant hoc loco angelos non excludi, sed eorum etiam lucem esse verbum: est enimuerò Filius Dei certum angelorum lux, sed in meo quidem iudicio Ioannes hoc loco non significauit, nec enim id agebat. Duplex mihi quæstio & difficilior, & magis ad intellectum huius loci necessaria videtur esse ab interpretibus præterita: altera, quotiam Ioannes dixerit, *Et vita erat lux hominum*, quid enim vitæ cum luce? aut quomodo vitæ, & lucis verba cohærent? Solet scriptura vitam lucem, mortem tenebras appellare, quia dum sumus vivimus lucem cernimus, mortui lucem non videmus, sed vt scriptura loquitur, habitamus in tenebris, & *umbra mortis*. Ea metaphora, quæ à corporali luce ad corporalem vitam significandam sumpta fuerat, ad spiritualem lucem, ac tenebras translata est. Voluit ergo docere Ioannes, quam re vera illa ratio esset, quam in verbo esse dixerat, nempe in luce, id est in hominum illuminatione, propterea addidit, *Et vita erat lux hominum*. Itaque hi articulus Græcus additus nomini ζωὴ vitæ non repugnaret, non dubitarem dicere lucem esse subiectam, vitam prædicatam, vt ille sensus, lux hominum illuminatio erat ipsorum vita, sed verba Euangelistam transposuisse, vt gradationem illam, qua vita operat, retineret. Cæterum sententiæ mihi interest. Altera quorsum hoc ipsum Ioannes diceat, cum nondum dixerit, *Et verbum caro factum est*? Quo etiam consilio de beneficiis disserit, quæ verbum in homines contulit, & quomodo ea hominis recipere noluerint, cum de ipso per se agat verbo, antequam caro fieret, & lux hominum esset? Credo ego occasione abreptum Ioannem longa anticiparione vsum esse. Volebat vt supra indicauimus cautam exponere, quamobrem caro factum esset, quod in illo Pater vitam, lucemque hominum constituisset. Itaque nisi caro factum esset, nemo hominum viueret, nemo diutnam illam lucem, quam nobis attulit, recipere potuisset. Hac occasione anticipata paululum oratione docere cœpit, quam proterat, & ingrati ergà illum, qui hanc ipsam illis lucem afferebat, homines fuissent. Pertinebat etiam hæc anticipatio ad confirmandum id, quod agebat. Potuit enim aliquis obtecere non fuisse verbum naturalis lux vitam, & lucem, quando quidem multi post eius aduentum homines in tenebris adhuc, & morte manssissent. Aoteneret obiectionem Euangelista id non verbi, sed hominum culpa factum esse, qui vitã, lucemque oblatam ilbi recipere noluerint. Tanquã dicat, etli multi aduenieute verbo non reatrexerint, etsi multi illuminati non sunt, tamen *in ipso vita erat, & vita erat lux hominum*.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.] Minus meo iudicio difficilis hic locus esset, si nemo eum exposuisset. Nam per se facilem varietas interpretatum difficilem reddidit. Omnis fere quæstio m duobus versatur verbis, quid lux? quid tenebræ? inde enim facile iotelligetur, quomodo lux in tenebris lucerat, & quomodo lucem tenebræ non cõprehenderunt. Quidam lucem Christum, tenebras C Diabolum, & eius ministros Christi persectores intellexerunt. Nam & Christus paulo ante lux appellatus fuerat, & passim se ipse mundi lucem vocat. Diabolum verò D. Paulus *rectorem tenebrarum* Ephes. 6. 12. Solent etiam persecutiones, afflictiones que vocari tenebræ. *Sorte*, inquit, *post tenebras spero lucem*, Iob. 17. 12. & *elegerunt homines, & tenebræ* Isai. 8. 22. sensum igitur esse, Christum in ipsis tenebris inter ipsas quodammodo Diaboli, & hostium suorum manus magis eluxille, magis eius emicu sse virtutem; nec ab illis comprehendi, id est vinci potuisse. *Venit*, inquit, *princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*, & *confidite, ego vici mundum*. Quo sensu interpretantur Greg. Nazian. orat. 4. de Theolog. & Elias Cretens. in eius commen. & Origen. tom. in Ioan 4. Chrysost. & Theophylact. Alii lucem Christum, tenebras animam, & naturam nostram, quæ quantumcunque illuminetur, quantumuis in illa Christus luceat, tamen comprehendere non possit, sed semper eius compatatione tenebræ maneat, sic Traian. in orat. contra Græcos. Origen. homil. 9. in Ezech. & Cyril. hoc loco, &, vt videtur, Ammonius, quemadmodum auctor Græcæ Catenæ dicit. Alii lucem verbum ipsum. tenebras carnem, lucem ergo, id est diuinitatem in carne luxisse, nec eam tenebras carnis comprehendere, id est obscurare potuisse, quam interpretationem Theophylact. refert, videturque olere Origenis ingenium. Alii lucem diuinitatem, tenebras res vniuersas, in quibus luxerit, nec tamen eam comprehendere, id est inquinare potuerint sicut sol non coinquinatur, dum etiam in lordidis locis lucet. Ita quam sententiam Fulgentius lib. 2 ad Trasimu hoc virtus testimonio. Alii lucem Christum, tenebras vero peccata, quæ illum non potuerunt comprehendere, quia *peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius* 1. Pet. 2. 22. vt Maximus hom. 2. de Pascha, & hom. 5. de Pentecoste. Alii lucem Christi diuinitatem, quæ cum in rebus omnib. eluceret, postea quæ ex illis, vt ait D. Paulus, Rom. 1. 19. 20. & Sapiẽs S. p. 13. 5 facile cognoici, tamen eam homines, qui tenebræ erant, non cognouisse. Ita Leontius. Alii lucem doctrinam Christi, aut eius incarnationis mysterium, quæ cum natura sua in tenebris luceat, vt ait Dauid, *lucerna pedibus meis verbum tuum*, tamen tenebræ in eis

Vers. 9.

Verum lux sese, nostri cognitionem, & salutem inuitans. Leo. ser. 1. de Epiph.

Inf. 14. 30. & 16. 33.

Tenebræ vel nobra diuersæ.

Psal. 118. 105.

Nimis fubtiliter in scripturam locum non habet.

postræ omnino comprehendere non possint, quia, vt A idem Dauid ait Psal. 138. 6. *Mirabilis facta est scientia nimis ex me, confortata est, & non potero ad eam.* Legi hanc interpretationem apud Lanfrancum in disputatione aduersus Berengarium, euq; sensu Leo hunc locum citat serm. de passion. Domini 18. refertque, & non improbat D. Thomas. Hæc omnia probabilia vel soli auctores faciunt. Illud vero non probabile, sed ridiculum profecto est, quod apud subtilem quendam interpretem inuenio. Lucem res diuinas, tenebras res sensibiles esse, in quib. lux quidem diuina lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt, quia non possunt sensitiuæ potentiæ cognitionem rerum intelligibilium attingere. Apagetis à sanctissimis adytis scripturarum istam subtilitatem. Interpretis honori parco, lectorem tamen admoneo, ne istis delectetur argutiis. Nihil futilius, nihil minus dignum esse sacrarum litterarum maiestate, quam in iis exponendis imprudentes abuti ingenii subtilitate. Facilis sensus, quam August. Beda, Rupertus, Euthym. Bernard. libr. 5. de consider. attigerunt. Lucem vocat Christum, eiusque doctrinam, de qua proximis verbis dixerat, *In ipso vita erat. & vita erat lux hominum.* Tenebras homines, qui in peccatis, id est in tenebris erant, sicut D. Paulus ait, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* Eph. 5. 8. Docet igitur Euangelista, quid Christus fecerit, quidque potuerit, ac voluerit: & quid homines facere noluerint. Christus natura sua lux erat, bonitate vero sua omnes prorsus homines volebat illuminare, homines autem malitia sua oblatam ab eo lucem recipere noluerunt. Hoc est. *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Hinc esse verum sensum ex sequentibus apparet. Quod enim hic dicit *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*, dicit versu. 10. & 11. *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* & c. 3. 19. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Vnde intelligi potest, quod facile animo lectoris occurrit, quomodo dicat, *Lux in tenebris lucet.* Si enim lux in tenebris est, vtique non lucet, & si lucet, vtique non est in tenebris. Sic enim dictum est, *Lux in tenebris lucet*, quomodo si B diceret, lux tenebras illuminat, eas dissipans, atque dispellens. Altera quoque solutur quæstio, quomodo si lux in tenebris luxit, *tenebræ eam non comprehenderunt?* Si enim in tenebris lucit, tenebras illuminauit, si illuminauit tenebras, tenebræ eam comprehenderunt. Quid enim est comprehendere, quemadmodum diximus, nisi illuminari, lucemque recipere? Non dicit Ioannes. *Lux in tenebris luxit*, sed *lucet*, id est lucem natura sua aptam esse, vt tenebras illuminet, ombem enim lucem in tenebris lucere solere. Itaque lucem hoc loco generaliter non solum pro Christo, sed pro omni omnino luce accipi posse puto, vt hypothesis ad thesim reuocetur, sensusque sit plenior, ac firmior. C Quasi à genere ad speciem, & à minori ad maius tacitè argumentetur, ac dicat, Cur lux omnis natura sua in tenebris lucere soleat, eamque tenebræ facilè admittant, & comprehendant, tamen homines, qui erant tenebræ, Christum, qui multo verior, atque efficacior erat lux, admittere, & comprehendere noluerunt.

6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.] Nemo lectorum attentus non statim dubitat, qua ratione Euangelista de Ioanne nunc agat. Maior pars auctorum putant, cum de verbi diuinitate Euangelista dixisset, deque eius aduentu in carnem paulo post dicturus esset, de eius primi præcursore Ioanne agere voluisse. Sic Chrysost. Augustl. Theophyl. &, vt videtur, Euthym. Cyrillus vero tanquam testem eorum, quæ dicta essent, citari Ioannem putat, propterea dici, *Ille venit in testimonium.* Si vtramque rationem coniungas, erit singulis probabilior. Nam quia Ioannes ex ante Christum menses natus est, & aliquando priusquam ille baptizare vitæ erat celebertimus, tantusque Propheta habebatur, vt Messias esse crederetur vers. 20. Hunc illis testem adducit. Huic si nō credant, cui credent? Itaque Christus etiam ex eius alibi testimonio argumentatur Ioannis 5. 33. 34. *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati, ego autem non ab homine testimonium accipio.* Nempe etsi Ioannes homo erat, tamen quia testis à Deo missus fuerat, eius testimoniū non humanum, sed diuinum erat.

Vt omnes crederent per illum. Citat Euangelista Iudæis A grammissimum & gratiosissimum apud eos testem. Nam & Iudæus erat, & patre matreque nobilissimus, vtroque parente ex sacerdotali genere originem habente, & sanctitate vitæ erat celebertimus, tantusque Propheta habebatur, vt Messias esse crederetur vers. 20. Hunc illis testem adducit. Huic si nō credant, cui credent? Itaque Christus etiam ex eius alibi testimonio argumentatur Ioannis 5. 33. 34. *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati, ego autem non ab homine testimonium accipio.* Nempe etsi Ioannes homo erat, tamen quia testis à Deo missus fuerat, eius testimoniū non humanum, sed diuinum erat.

Vt omnes crederent per illum.] G. δι' αὐτοῦ ambiguum B est. nam si genus tantum, & Grāmaticæ leges spectes, & ad Ioannem, & ad lumen referri potest. Itaque quidam ad lumen referūt hac adducti ratione, quod Ioannes non venerit, vt omnes, sed vt soli Iudæi, quibus prædicaturus erat, per eum crederent. Nec iudicium, nec rationem probo. Nam & iudicium est ūgulare omnibus bonis auctoribus repugnantibus, & si ad lumen referretur, non diceret. *Vt omnes crederent per illum*, sed vt omnes in illum crederent. Et ratio illa, quæ illos mouit interpretes, illud etiam afficeret, vt nec ad lumen, id est ad Christum referretur, nam nec per Christum omnes crediderint, nec aliis Christus, quam Iudæis prædicauit, quia non venerat *nisi ad oues, quæ perierant domus Israel.* Declarat ergo Euangelista C quod proximo dixerat verbo Ioannem in testimonium venisse, docetque quid suo illo testimonio effi cere voluerit, nempe vt omnes per illum, id est illius testimonio, atque prædicatione crederent in Chrystum. Sic Chrysostomus, Beda, Theophylactus, Euthymius. At non omnes per Ioannem crediderunt. Nec per Christum. Sed quemadmodum voluntas Christi erat, vt omnes omnino homines crederent, cum multa sua culpa credere noluerint: sic volebat Ioannes, vt omnes suo testimonio in Christum crederent, quamuis non omnes crediderint. Nec enim dixerat, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata* Iudæorum, sed *peccata mundi*, vt Theophylactus, & Euthym. respondent. Cur ergo solis Iudæis prædicauit? Eadem ratione qua Christus, quia Euangelium, & Messias non gentibus, sed Iudæis promissus fuerat, per quos aliæ gentes erant credituræ, *Salus* enim *ex Iudæis.* Ideoque nec Christus, nec eius præco Ioannes extra Iudæam prædicauit, nec ex alia gente quam Iudæorum Apostolos elegit. Sed de hac re copiosius Matth. 10. 4. & 15. 24. disseruimus.

8. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.] Intelligendum est ἦλθεν ὁ λόγος, venit verbum, vt plena sit oratio, & absoluta sententia. Quia venisse Ioannem dixerat, *vt testimonium perhiberet de lumine*, qui lumen ipse fuisse videbatur: rationem dicit reddit, non fuisse ipsum lucem, sed ideo venisse, *vt testimonium perhiberet de lumine.* Non solem, sed lucifertum fuisse, qui solem post se orientum testatur, hominibus assuetis in tenebris esse, solem visum, longè maiorem, longè clariorem illo solem fuisse Christum. Sciebat Euangelista magnam Iudæos de Ioanne opinionem habuisse: ideoque eius comparatione docet, quantus fuerit Christus, ad quem Ioannes tenebræ erat, vt eos à Ioanne transferat ad Christū. Alia Chrysost. Theop. & Euthym. cur hoc Ioannes addiderit, rationem reddunt, ne, quia dixerat venisse Ioannem, vt testimonio de Christo perhiberet, maior Christo putaretur, quod ita plerumque fieri soleat, vt maior, ac fide dignior de minore testificetur. Nihil lectorem varietas interpretationis moueat, quod vno loco lux, alio lumen ponitur. Eadem Græce vox est, quam noster interpres, vt alias sæpe solet, non alio puto consilio, quam vt similitudinis fastidium euitaret, nunc lumē, nunc lucem reddidit. Illud ad rem magis pertinet, quod Cyrillus admonuit, nomen lucis aut luminis Græce emphaticum articulum habere τὸ φῶς ἐκεῖνο ἦν φῶς, id est, non erat ille lumen illud. Nam lumen quidem aliquod Ioannes erat. *Erat enim lucerna ardens, & lucens*, ipso etiam de illo Christo testante Ioann. 5. 35. sed aliud est lucernam, aliud solem, id est ipsum lumen esse, aliud natura sua, aliud alterius beneficio lucere. Denique hoc inter Christum, & Ioannem, cæteroſque vitos sanctos discriminis est, de quibus dicitur Matth. 5. 14. *vos estis lux mundi*, quod inter *Quod discrimen sit inter Christum & cæteros sanctos.*

Ioan. 5. solem & lunam. Sol ex se ipso, luna non nisi ex solis lumen habet: *de plenitudine* enim *eius nos omnes accepimus.* Si ergo Ioannes lux vera non erat, quomodo poterat veram lucem ostendere, hoc est testimonium perhibere de lumine? quo modo poterat homines, vt veram lucem cernerent, illuminare? Rectissime tract. 2. respondet August. oculos hominum fuisse faucios, qui autem oculi sunt fauciis; lumen solis in sole ipso oriente cernere non possunt, in monte, qui eius radiis primus illustrari incipit, possunt. Non præmonebit lectorem verborum Aug. illud. *Magnum aliquid est iste Ioannes, ingens mysterium, magna gratia, magna excitudo. Mirare, plane, mirare, sed tanquam montem, mons autem in tenebris est, nisi lucē vestiatur. Ergo tantum mirare Ioannem, vt audias, quid loquatur. Nonerat ille lumen, ne si eum montem putes lumen esse, naufragium in montes facias, non solatium inuenias. Sed quid debes mirari montem tanquam montem. Erige oculum ad illum, qui illuminat montem, qui ad hoc creatus est, vt prior radios excipiat, & oculis tuis fauciis nuntiet.*

Ioan. 11. 24.

9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū.] Explicat magis, ac magis Christi, & Ioannis comparationem, & declarat, quod superiore versu dixerat, illum non fuisse lucem illam, id est veram, quæ illuminet omnes homines. videtur vim articuli solam exponere, quod dixisset ἦν φῶς, lux illa, quasi dicat, Non erat ille lux illa, id est vera lux, lux enim vera erat, Christus. Oratio eleganter imperfecta est. Dicit enim *erat lux vera*, & non dicit, quis lux illa vera fuerit. Nec enim sensus est fuisse lucem aliquam veram, sed aliquem alium præter Ioannem fuisse veram lucem, nimirum Christum. Christus enim quamuis non nominetur, intelligitur eō ipso, ꝙ de illius, & Ioannis comparatione Euangelista loquebatur. Cur ergo non nominauit? quia maiorem vim, & gratiam habet oratio. Quo sensu hoc loco lux appellatur vera, à quibusdam disputari video. Aliquando, in quiquit, verum opponitur falso, vt Ephes. 4. 25. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem.* Aliquando figuræ, vt *lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est*, infra vers. 17. Aliquando ei, quod non est naturale, aut per se cuiusque modi vt 1. Ioann. 5. 20. *Vt simus in vero filio eius.* Quomodo hoc loco accipi putant. Ego quemadmodum nomen lucis non dicitur vere, & proprie de Christo, sed metaphorice, ita puto veram lucem non vere, sed metaphorice dici. Lux enim vera ista est, quam oculis corporis cernimus, qualis profecto non erat Christus, nisi velimus cum Manichæis delirare, qui solem istum corporeum Christum esse dicebant, vt D. Augustin. refert tract. in Ioan. 34. Sed dicitur lux vera metonymicè, quia quod facit lux ista vera in corporibus, id verius, atque perfectius ille in animis facit. Magis enim & verius ille animum, quam sol corpus illuminat. Eodem prorsus modo, quo *vitis vera* dictus est Ioannis. 15. 1. non quod vere & proprie vitis sit, sed quod verius eos, qui in se credunt, quam vitis pal-

Lux vera Christus vt Gratia vera, & alibi.

mites nutriat, atque sustentet. Et cibus verus, non quod sic vere cibus cum non panem, sed verum corpus suum nobis cibum dederit, sed quod melius, ac verius animos nostros, quam verus iste cibus, quo vtuntur, corpora nutriat Ioan. 6. 55. Quo autem modo lux illa vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, duplex est quæstio, altera quo lumine, altera quo modo omnes, cum de quibusdam idem Ioannes dicat in tenebris adhuc esse, 1. epist. c. 2. 9. 11. Nonnulli hoc de naturali rationis lumine intellexerunt: eo enim à Christo omnes illuminari, quia eius omnes luminis participes sunt, vt Cyrill. lib. 1. 11. Ioan. c. 9 & Iunil. in comment. in cap. 2. Genes. Quod quia minus probabile erat, hæreticis placuit, non placiturum, si scissent à tam bonis ante auctoribus dictum fuisse. Sed minime dubium est de spirituali lumine intelligendum, de doctrina, de fide, de gratia, de vita illa, de qua dixerat, *& vita erat lux hominum*, vt Cypri. lib. 1. contra Iud. D. Aug. hoc loco, & libr. 4. de Trin. c. 1. multisque aliis locis. Chrysost. Maxim. hom. 4 de Pascha, Beda, Theophyl. Euthym. interpretantur. Secundam quæstionem difficiliorem nobis Aug. reddidit. Is enim contra Pelagianos de prædestinatione disputans, vt suam opinionem defenderet, non omnibus gratiam dari, non omnes illuminari. sæpe ita interpretatur hunc locum, quasi sensus non sit Christum aut re vera omnes illuminasse, aut illuminare voluisse, sed neminem nisi per illum illuminari, aut ex omni genere hominum aliquos per illum illuminari lib. 1. de peccatorum merit. & remiss. cap. 25. & in Enchir. c. 103. De prædestinatione non disputo, tantum dico omnium Græcorum in hunc locum interpretationem multo magis mihi placere, illuminare omnẽ hominem quantum in ipso est, si qui non illuminantur, ideo non illuminari, quia recipere oblatum lumẽ nolunt, Chrysost. hom. in Ioan. 7. Cyril. Theophyl. Euthym. Atque hanc arbitror fuisse causam, quamobrem nõ dixit illuminauit, sed *illuminat*, non solum quia non tantum eos, qui fuerant, illuminauerat, sed eos etiam, qui tunc erant, illuminabat, eosque qui futuri erant, erat illuminaturus. sed quia sæpe præsens tempus non effectum, sed naturam, & vim solet significare, quemadmodum hunc ipsum locum exponit Maximus in hom. de sancto Eusebio Vercellensi, sicut paulo ante dixerat *lux in tenebris lucet*, id est natura sua apta est, vt in tenebris luceat, quamuis lucem illam veram tenebræ non comprehenderint. Nec minus, sed multo etiam melius atque facilius hac interpretatione, quam illa Augustini Pelagianorum error confiratur hinc coll gentium, vt indicat idem Augustin. libr. 1. de peccatorum merit. cap. 23. infantes hinc peccato originali nasci. Illuminat enim Christus omnes homines, quantum in se est, sed vt multos audiros, quia nolunt. ita infantes, quia non baptizantur, non illuminat. Per ipsum enim baptismum illuminat, qui idcirco φωτισμὸς illuminatio, & à Græcis Theologis sæpe, & à Dino Paulo aliquando vocatur Hebræorum 6. 4. Illuminat quidem omnes, sed sicut sol iste accedentes ad se, infantes non nisi per baptismum accedunt. Prius surgendum, prius veniendum *Surge*, inquit, *illuminare Ierusalem* Isai 6. 1. *Et surge qui dormis, & exurge à mortuis. & illuminabis te Christus* Ephes. 5. 14. Quod dicit, *venientem in hunc mundum*, notauit D. Augustl. lib. 1. de peccator. mer. ca. 25. ita Græce dictum esse. vt & accusatiuus ad hominem, & nominatiuus ad lucem referri possit, sensusque sit lucem illam veram in hunc mundum venientem quasi orientem solem omnem hominem illuminare. Quem sensum Cyrill. & alij quidam secuti sunt, estque non falsus, non absurdus, sed mea sententia non propriut.

Quo lumine Christus illuminat.

Omnes quomodo illuminet.

Baptismus φωτισμὸς Græcis.

A Nam vt alia non efferatio, nomen hominis proxime adhærens iure sibi hoc participium vendicaret. Et Christus non solum in hunc mundum veniens, sed & postquam venit, & antequam veniret erat *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et alij auctores omnes ita intellexerunt, vt non Christus veniens, sed Christus omnem hominem venientem in hunc mundum dicatur illuminasse, Augustl. Chrysost. Beda, Theophyl. Euthym. Sed quæri à multis solet, quare hominem in hunc mundum venientem dixerit potius, quam absolute, qui illuminat omnem hominem. Multæ quæstitæ & redditæ à multis sunt causæ. Notus error Origenis, vt colligitur ex eius lib. de principiis 1. c. 3. & lib. 2. cap. 8. & testatur Epiphan. hæres. 64. & Theophilus lib. 1. Pas. hali, & Methodius apud Epiphan. & Hieronym. in epistola ad Marcellinum, & Cyrillus hoc loco, quem ex hoc loco confirmasse creditur, ideo hoc dictum vt significaretur animas hominum ante corpora fuisse, & propter peccata in corpora detrusas meliora peioraue pro suo quamque merito. Quod refutationis hoc tempore non indiget, & cum indigebat, satis est à Cyrille hoc loco refutatum. Alii ideo dictum existimant *venientem in hunc mundum*, vt significaretur qua parte hominem illuminaret, nempe non corpore, quod terrenum, sed animo, qui cælestis est, & venire quodammodo de cœlo in hunc mundum viderur, non quod illic prius fuerit, vt Origenes arbitrabatur, sed quod non de terra, sed de cœlo, id est, non ex parentum traduce, sed ex solo Deo auctore originem trahat. Vera quidem sententia, sed subtilior, quam vt credere debeamus so spectasse Ioannem. Res est facilis. Solent Hebræi hominem ita describere בָּא לָעוֹלָם, venientem mundi, id est in mundum, hoc est natcentem, quod apud eorum Rabbinos est frequens, cum humanam naturam, & homines vniuersos volunt significare, & ne infantes quidem recenter natos excipere. Quod alia simili phrasi dicunt de muliere, quemadmodum loquitur Christus Matthæ. 11. 11. Venire enim in hunc mundum est nasci. sicut exire, moti Iob. 1. 21 *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*. & Sapient. 7. 6 *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus*, & Ecclesiast. 5. 14. *Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, &c.* 1. *Timoth.* 6. 7. *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possimus*. Hoc idiotismo Ioannes est imitatus, vt nullum prorsus hominem exciperet. Et forsasse vt ad solis lumen alluderet, quod ea tantum illustrat, quæ intra ipsius, vt ita dicam, mundum, id est intra eius orbem, intra eius sunt hemisphærium. Ergo nemĩnem in vtero, dicet aliquis, illuminat? Facessant argutiæ, venire in mundum non solum est nasci, sed etiam concipi. *Imperfectum*, inquit, *meum viderunt oculi tui*. Psal. 138. 16. Vti potest quibuscum velit priuilegio.

B

C

D

E

10. *In mundo erat.*] Mirum quanto consensu veteres interpretes de verbo, antequam esset factum, hunc locum intelligant, Origenes. aut quisquis auctor est, hom. 2. in diuersos, Chrysost. 7. Augustl. tract. 2. Cyrill. lib. 1. in Ioann. c. 10. Theodoret. in comment. in cap. 1. epist. ad Hebræos, Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Quasi de verbi diuinitate loquatur Ioannes, qua antequam in mundum veniret, in mundo, & vbique erat. omnia implens, omnia sustinens, omnia conseruans, omnia gubernans, potuisse cognosci ab hominibus ex ipsa cognitione, & contemplatione rerum: quia *ex his, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Rom. 1. 20. Rationem quoque eius rei dupliccm reddunt. Alii, vt docerer Ioannes nunquam stetisse per verbum, quo minus omnem semper hominem illuminaret, cum semper in mundo fuisset, semper illuxisset. Alii, ne & ipsum videretur cum mundo factum esse. Iuuit eam interpretationem verbum imperfecti temporis *erat*, quo semper ante visus fuerat cum æternitatem significabat. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Dictum enim fuisse, in mundo fuit, sicut post paulo dixit, *In propria venit, & habitauit in nobis*, si de eius in carnem aduentu locutus fuisset. Fateor me præcipuam in hac interpretatione probabilitatem inuenire, quod est omnium. Nam cum remotis auctoribus verba considero, perspicere mihi plane videor Ioannem de verbo loqui facto iam carne, sed vt supra diximus per anticipationem. Quis enim non videt eodem contextu, eodem tenore, ac proinde eodem sensu dicere, *In mundo erat*, quo statim dixit *In propria venit?* Cum autem dicit, *In propria venit*, haud dubie de aduentu in carnem loquitur: ergo & cum dicit, *In mundo erat*, loquitur de eius in carne conuersatione. Nec mihi quisquam obiiciat prius dicendum fuisse venisse in propria, deinde in mundo fuisse, si de eius in carne vita loquebatur. Si enim istas consectati libet subtilitates, obiiciam & ego, si in mundo prius erat, quomodo in propria venit? Non loquebatur subtiliter, sed Theologice D. Ioannes. Deinde cum addit, *& mundus eum non cognouit*, non dubium, quin mundi cæcitatem reprehendat, quod cum potuerit, ac debuerit verbum sui auctorem agnoscere, errore occæcatus non agnouerit. Ante incarnationem autem non video, quomodo aut debuerit, aut potuerit verbum mundus agnoscere. Nam vt Deum ex ipsa rerum conditione, vt ait D. Paulus, cognoscere potuerit, certe verbum, id est personam Filii non potuit. Constans enim omnĩ Theologorum sententia est, vnum quidem Deum ex rebus effectis cognosci posse, tres vero personas non posse. Multo etiam vberior, multo vehementior sententia est, vt mundi simul cæcitatem, simul malignitatem arguat, quod auctorem suum, quem coram videbat oculis, &, vt ait idem Ioannes, manibus contrectabat, agnoscere noluerit. Nec intelligo, quorsum hic Ioannes de verbo ante incarnationem loqui possit, cum præcedentia omnia, vt docuimus, à ver. 4. & omnia sequentia, de illo iam carne facto intelligantur. Nam rationes illæ duæ, quas à nonnullis cur id fecisset, afferri diximus, tenues sunt. Nec enim id Ioannes agebat, vt doceret aut verbum nõ fuisse factum, quod satis iam superque docuerat, cum dixerat, *In principio erat verbum. & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, aut per illud non stetisse quo minus homines illuminarentur, quod satis etiam probauerat, cum dixerat, *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*. Nec verbum imperfecti temporis magis illam, quam hanc nostram opinionem iuuat. Nam Græce quidem τῷ vtriusque temporis & imperfecti, & perfecti vim habet: & vt supra ver. 1. docuimus, eam differentiam temporis non obseruauit, cum in hoc Euangelio idem ἦν verterit *erat*, & 1. Ioan. 1. 1. reddiderit, *fuit*, cum de eodem verbo sermo esset, & eadem esset omnino sententia. Adde potuisse & Græce Ioannem, & Latine veterem interpretem, cum de verbo iam carne facto ageretur, hac de causa imperfecto potius, quam perfecto vti tempore, vt significaret verbum non ad momẽtum modo temporis apparuisse, quod poterat verbum præteritum indicare, sed diu in mundo inter homines fuisse versatum, quod declarat præteritum imperfectum, quemadmodum si dixisset in

Origenis error de animarum præexistentia.

A mundo versabatur, in mundo habitabat, *& mundus eum non cognouit*, inter manus eum mundus habebat, & recipere ac tenere noluit. Inuenio etiam auctorem sententiæ meæ Gaudentium tract. 12. in Euangelium, cuius hæc verba sunt; *Et enim humanũ genus, vt dereliſto Deo ipſum Satanam per ſimulacra colerent manufacta principatum violenter tenuit, & exercuit tyrannidem in tantum, vt aduenientem verum principem ſuum non cognoſceret mundus, ipſum quippe Diaboli preſtigiis occæcatus. Nam in mundo erat Chriſtus, vt Euangeliſta teſtatur, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit*. Ex quibus verbis nisi fallor perspicuum est ita Gaudentium hunc locum intellexisse, vt mundus reprehendatur, q. Christum ad se in carne venientem non agnouerit.

Ad Rom. 11. 19. 20.

Deus tribuitur in persona ex rebus effectis cognosci non potest.

1. epist. 11.

Et mundus eum non cognouit.] Cum quater hoc loco Ioannes mundum nominauerit, manifestum est tribus primis locis mundum pro tota creaturarum rerum vniuersitate accipi. Hoc autem vltimo loco non sic, sed pro hominib. qui, cum cognoscere Christum debuissent, non cognouerunt, vt Aug ist. Cyril. Chrysost. Beda Theophylact. Euthym. admonuerunt. Nec pro omnibus hominibus, sed pro iis tantum, qui terrena, id est mundana sapiunt, vt Chrysost. Augustin. Beda, Theophyl. Euthym. admonuerunt. nam bonos quidem, & qui diuina sapiebant, ipsum cognouisse, vt Abraham, *qui exultauit, vt videret diem eius, vidit, & gauisus est* Ioann. 8 56. Prophetas qui non solum cognouerunt, sed de illo etiam scripserunt Luc. 24 27. Verum Chrysostomus qui huiusmodi vtitur exemplis, loquitur conuenienter opinioni suæ, aliorum q; vt diximus, fere omnium auctorum, qui hic de verbo antequam caro fieret, agi putauerunt. Nos qui de iam facto carne agi credimus, aliis exemplis vti possumus. Non vocantur igitur mundus Apostoli cæteriquc qui Christum receperunt, cognouerunt enim eum: sed vocantur mundus Pharisæi, & cæteri, qui eum recipere noluerunt, quod nimis essent amore huius sæ-

B

C

D

E

Pharisæi mundus vocantur.

culi occupati. Hi enim mundus dici solent infra ca. 3. 19 & 8.23.& 15.18 19.& 16.8.33.& 17. 9.14.16.& 1.epistola c.2.16. Probabilius tamen mihi videtur, vt pro omnibus hominibus mundus accipiatur, non quod non aliqui cognouerint, sed quod maior pars non cognouerit, & ex maiore parte mundus dicitur eum nõ cognouisse. Sicut ſtatim dicit, *sui eum non receperunt*, & tamen aliqui sui receperunt. *Quotquot* enim *receperunt, eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Itaque quod quidam obseruauit nomen Græcum ἴδιον tempet hic articulum habere, vt intelligamus eodem modo vbique accipi. verum non est, & cum omnium auctorum sententia pugnat. Illud potius notãdum erat verbum γινώσκειν aut *cognouit*. non simplicem hoc loco cognitionem, sed agnitionem cum approbatione, receptione, & obedientia coniunctam significare: quemadmodum cum dicimus, venit Rex in regnum suum, & regnum ipsum non cognouit, id est noluit agnoscere, & recipere pro Rege. Quod enim hic dicit, *& mundus eum non cognouit*, dicit paulo post, *& sui eum non receperunt.*

Ipsum 12.

11. In propria venit.] εἰς τὰ ἴδια. quasi in propriam possessionem, aut in propriam domum, vt infra c. 19. 27. & Act. 21. 6. aut in terram suam, in populum suum vt c.16 32. Quod multi ad populum Iudæorum referunt qui *populus Dei peculiaris* dicebatur. Deuter. 7.6.& 14.2. & 26.18. & ad eum Christus tanquam ad propriam possessionem, ad proprium regnum venit, vt Matth. 15.14. & 21.37.18 Sic Cyprian. lib.1. aduersus Iudæos, Cyril. Chryl. Aug Beda. Theophyl. Euthym. Rupertus. Alii in vniuersum mundum, qui ipsius erat, ad omnes homines, quia omnes ipsius erant, vt Ireo lib.3. c 11. Clemens Alexand. lib.7 Stromat. & Orig. aut alius quis auctor hom.2.in diuersos Euangelist. Quam interpretationem illi etiam omnes auctores probant quos modo in altera citauimus. Ego multo etiam magis, quam alteram probabilem iudico. Nec enim de eo titulo Ioannes agebat, quo populus Iudæorum proprius, & peculiaris dicebatur, quod ab eo electus esset, quod legem, & futuras Messiæ promissiones accepisset, sed de eo potius, quo vniuersus omnino mũdus eius erat, quia per ipsum erat factus. Quod enim ante dixerat, *Et mundus per ipsum factus est*, dicit nunc *In propria venit*, indicans propterea *in propria*, id est suum venisse mundum, quia mundus per ipsum factus fuerat. Venit nunc in mentem Iuæneum lib.3. ca. 21. Cyprianum in lib. de oratione Dominica, & lib.1. contra Iud & August. tractatu in Ioan.2. legere *in sua propria venit* Marium vero Victor.lib.4. contra Arian. *in sua venit.* Quod etsi non magni admodum refert, monere volui.

Et sui eum non receperunt.] καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν, proprij ipsius ad verbum, id est domestici eius. Dixerat enim *in propria*, id est in mundum quasi in domum suam venisse, dicit nunc á suis, id est á suis domesticis receptum non fuisse. Hac ratione maiorem vim habent verba, quam si simpliciter interpretemur *Sui*, id est Iudæi *non receperunt*, quemadmodum illi auctores exponunt, quos paulo ante nominauimus. Quid fit recipere, vel non recipere Christum, sequenti ver. declaratur. *Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.* Credere ergo in eum, est eum recipere, non credere, non recipere. Apparet etiam ex proximis verbis non esse vniuerse intelligendum, quod dicit *sui eum non receperunt*, aliquos enim recepisse statim dicit, sed quia non cuncti receperunt, aut maior pars non recepit, generaliter dicit á suis receptum non fuisse.

12. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*] Primo loco quærendum, quorsum hoc Ioannes addiderit. Indicat Chrysostomus voluisse ex beneficio singulari quod ij, qui eum receperunt, sunt consecuti, docere quod ij perdiderint, qui ipsum recipere noluerunt. Aliam quoque possumus rationem reddere, voluisse causam explicare, quamobrem in *propria venisset*, nimirum, vt eos qui se reciperent, filios Dei faceret. Quod autem dicit, *quotquot*, recte Chrysost.hom.9. & Cyrill.lib.1.c.13. & Beda, Theophyl. & Euthym. expenderunt, significare nullam gentis nullam personarum rationem habuisse, sed omnes, qui se recepissent, siue Iudæi, siue Græci, siue Barbari, siue liberi, siue serui essent, filios Dei effecisse. *Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi* Act. 10.34. *Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in eum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant eum*, Rom.10.11 12. *Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina*, Galat.3.28. Videtur alludere ad Iudæos, qui Christũ, qui illis potissimum venerat, recipere noluerint, vt Cyrillus existimat. Illi enim ante filii Dei vocabantur, *Tu*, inquiunt, *pater noster es, & Abraham nescivit nos*, Isai.63.16.& 64 8. Cum autem filii, qui eum primi recipere debuerunt, recipere noluissent, transtulit ad gentes ius adoptionis, easque omnes sine discrimine, quicunque recipere voluerunt, in filios allegit: *dans ei*, inquit *a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius*, Mat. 21.43.& *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes*, Actor.13. 46. In verbis, quæ sequuntur, magna esse creditur difficultas, quomodo Christus is, qui se receperunt, potestatem dedisse dicatur, vt fierent filij Dei, cum iam recipiendo ipsum filii Dei facti essent. Ipsum enim recipere esse filium Dei fieri. Quod verba etiam paulo post sequentia confirmant. *Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Eos enim quibus potestatem dedisse dicit, vt filii Dei fierent, ex Deo iam natos fuisse ait. Quid autem est aliud filium Dei esse, nisi natum esse ex Deo? Cyrill. etsi quæstionem non attigit, tamen duas indicat solutiones, alteram cap.13. dedisse gentibus *potestatem filios Dei fieri*, cum crederent. Itaque ante quam crederent, hanc illis dedisse potestatẽ, eo ipso quod repulsum á Iudæis ad eas transtulit Euangelium. Non videtur hæc interpretatio cum illis verbis conuenire, *iis qui credunt in nomine eius.* Nam illis ipsis, qui iam credebant, hanc significat datam fuisse potestatem, vt fierent filii Dei, neque cum illis aliis, *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*, iis enim qui iam per fidem ex Deo nati erant, potestatem, vt filii Dei fierent, datam dicit. Alteram indicat cap.14.& Pacianus lib. de pœnitentia contra Nouat. quam & Theophylactus refert dedisse iam credentibus potestatem, vt filii Dei fierent, cum baptizarentur. Per baptismum enim hominem regenerari. Probabilior hæc est, sed adhuc illud manet, quomodo filii non erant, quia iam ex Deo nati erant? Alias duas Theophylactus tradit. Altera est, quam & Chrysostomi, & Augustini, & Bedæ, & Euthymii fuisse sententiam non obscure ex eorum colligitur commentariis, hominem non per solam fidem filium Dei fieri, nisi & caritas, & opera caritatis accedant. Ergo per fidem ius tantum, & potestatem hominem accipere, vt filius Dei fiat, per caritatem fieri. Vetissima sententia. Eodem enim modo regeneratio, quia generatio nostra inchoatur, atque perficitur. Cum generamur primum ex patentium semine concipiamur, caro informis, rudis, inanis, nec dum filij eorum, qui nos

genuerunt

genuerunt, vocari possumus. Aliquando post tempore accedit anima, tunc vere sumus filij. quia hominem parentibus similes sumus. Idem in regeneratione fit. Semen diuinum est fides, fide concipimur, sed non animamur, nondum filii propriè dici possumus, quia non viuimus, *fides enim sine operibus mortua est.* Anima est caritas, cum ea ad fidem accedit, viuere incipimus, & esse filii. Et quia caritatem, nisi qui fidem habet, habere non potest, *dedit potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius.* Cum iam credentibus loquebatur Christus, cum dicebat. *Dil gite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est*, Matth. 6. 44. Vera, inquam, & accommodata ad refellendam hæresim de iustificatione nostrorum temporum hæc doctrina est. Sed nondum nodus ille solutus, *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Itaque altera Theophylacti solutio mihi magis placet, vt *filios Dei* Ioannes vocet eos, qui filiorum fruuntur hæreditate, qui in cœlo quasi in domo Dei sunt. Eos enim scriptura propriè filios appellat, *intra nos*, inquit, *geminus adoptionem filiorum Dei expectantes*, Roman.8 23. Itaque perinde est, ac si diceret, *dedit eis potestatem hæredes Dei, & cohæredes Christi*, & *huos fieri.* Quos enim D. Paulus ad Roman. 8. 23. filios futuros dixit, eodem cap. vers. 15. dixerat futuros hæredes. Hac ratione nihil in hoc loco manet difficultatis. Nam iis, qui iam vere erant filii Dei, quique *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati erant*, potestatem, id est ius dedit, vt hæredes quoque illius fierent, quod est alio sensu *filios Dei fieri.* Placuerat mihi aliquando, quod apud quendam postea interpretem legi, ἰδίαν hoc loco non potestatem, sed dignitatem, honoremque significare, & verbum ἐξουσίας non fieri, sed esse. Nam id quoque vtrumque verbum significat: vt esset sensus iis, qui credidissent in nomine eius, quique *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*, hunc honorem, hanc dignitatem tribuisse, vt filii Dei non postea fierent, sed etiam essent. Displicuit postea cum magis considerarã, cumque apud hæreticum quendam interpretem legi. Vna hic superest quæstio, cur Ioannes huius potius beneficii, vt filii Dei fierent, quam multorum aliorum meminit, quæ certe contulit Christus iis, qui in se crediderunt? Ratio vna eius rei ex Cyrillo hoc loco, & ex Procopio colligitur, voluisse Ioannem ad Iudæorum opinionem alludere, qui solos se filios Dei esse gloriabatur, quod beneficium significauerit ab illis Christum reiicientibus ablatum fuisse. & ad omnes gentes, quæ eum receperunt, fuisse translatum. Altera ex Ambrosio lib. 4 de fide, cap. 4. ex Augustino, Cyrillo, & Beda in commentariis in hunc locum, voluisse indicare Ioannem Christum dedisse iis, qui in se crediderunt quod maxime sibi proprium erat. vt filius esset Dei, communicasse cum illis hæreditatem suam. De qua re sene Augustinus scribit: *Non timuit habere ille cohæredes, quis hereditas eius non fit angusta, si multi eam possederint. Ideo sic certe ille ipso possidente fiunt hæreditas ipsius, & ille vniuersus fit hæreditas eorum.* Adnotant idem auctores Ambrosius Augustin. & Cyrillus, magnum ex hoc loco aduersus Arianos argumentum sumi posse ad probandum Christum filium esse naturalem Dei, ac proinde verum Deum. Illi enim non dicit datum fuisse Ioannes, vt filius Dei esset, sed dictum de illo est, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quia ita natura, nos beneficio, & adoptione filii sumus: nec, nisi ille nobis dedisset, filii esse poteramus. Datille, quod habet, accipimus nos, quod natura non habemus, soluque ille dare nobis potuit, vt filii essemus Dei, quia solus naturalis est filius. Habet hic locum, quod Philosophi docent, quod in quoque genere per se, ac natura sua cuiusq; modi est, cæteris dare, vt ipsum sit per participationem quandam modi sui. Ignem natura sua maxime calidum, omnia cale facere. Mirum, quam inepti nouæ hæreses sint. Colligit ex hoc loco rerũ interpres nullas in iustificatione, regeneratione que partes esse liberi arbitrij: quando quidem datum nobis esse dicatur, vt efficiamur filii Dei. Et quo argumento Patres illi nostri aduersus Arianos ad probandam Christi diuinitatem vtebantur, hoc illi aduersus nos vrunturad tollendam arbitrij libertatem. Quanto melioreiudicio, ac meliore fide ex hoc ipso loco liberum arbitrium collegissent, quemadmodum Chrysost. Theophyl. & Euthym. collegerunt. Cum enim dicit alios recepisse, alios non recepisse, quis vtrorumque non videt libertatem, quã illi noluerunt recipere. isti voluerunt? Et cum dicit, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*, quis nõ animaduertit liberam eorum indicari voluntatem, si perseuerare velint, si non degenerare?

Aristot. 2. 12. Metaphys. text. 4.

Scintilla vitæ est fides primæua. Iac. 2. 26.

Quinam filii Dei non sint.

Calvini commentum argumentum contra liberum arbitrium.

13. *Qui non ex sanguinibus.*] Minime difficilis coniectura est, quamobrem hoc Ioannes addiderit, vt ex comparatione nimirum, extenuationeque humanæ generationis diuinæ illius regenerationis, quam nobis Christum contulisse dixerat, dignitas appareret, vt Chrysost. Theophyl. & Euthym. existimant. Aut ne quis, quia filium Dei audierat, erraret, putaretq; humano more, carnalique generatione filios Dei homines fieri, vt ait Cyrillus. Vtrumque probabile. Quod nonnulli dixerunt relatiuum ii *qui*, ad filios referri, tanquam ita sensus. *dedit eis potestatem filios Dei fieri*, nõ quæ sectinq; filios, sed tales, *qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo* nati soleant, opus non est refutare. Non solum, quia ratio ipsa Græcæ Grammaticæ refutat, cum ἴδια neutrius, & masculini generis sit, sed etiam quia ea difficultas, cuius effugiendę causa ea interpretatio excogitata est, superiore vni sin à nobis est explicata. Refertur igitur ad eos, de quibus dixerat. *Quotquot autem receperunt eũ.* Per sanguines quid significetur magis dubium. Excusat D. August. interpretem, quod vt Græcum verbum exprimeret, Latinitatis rationem non habuerit. Nec enim Latine plurali numero sanguines dici. Græce autem esse ἐξ αἱμάτων *ex sanguinibus*. Cuius ipsius rei causa quæri potest. Cur potius dixerit ἐξ αἱμάτων ex *sanguinibus*, quam ἐξ αἵματος ex sanguine, cum vtroque modo Græce dicere potuerit. August. & Beda respondent vnius simul, atque mulierem sanguinem significari, quibus concipiatur, ac generetur homo. Alii menstrua notari putant. Non disputamus nunc, quid eo significetur nomine, sed cur Ioannes plurali nomine vsus sit. Hebraismum esse ait Hieron. Hebræi enim etiam, cum de vno tantum sanguine sermo est αἵματα sanguines dicunt Exod.22.2 3. & 4. Reg 9 7. Non probo quod dixerunt quidam, originale peccatum hac phrasi notari. Nam etsi verum est, nos originali peccato nasci, tamen non id opinor agebat Ioannes. Credo ego carnalem tantum significari generationem, & quod vno dictum erat verbo, *non ex sanguinibus*, duobus postea explicari. *Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.* Solet enim sanguis præsertim adiuncto nomine carnis corruptionem, reique carnales, & carnales homines significare, vt, *Caro, & sanguis non reuelauit tibi*, Matt.16.17. & *Caro, & sanguis regnum Dei possidere nõ possunt.*1.Cor.15 50.& ad Gal.1.16. *Continuo nõ acquieui carni, & sanguini*, & Ephel.6.12 *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem.* Nihil ergo aliud est, *non ex sanguinibus*, quam non humano more, non

Hebraismus.

ex viro,

ex viro, non ex fœmina, sed ex Deo. Opponit enim sanguines Deo, *non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt.* Quod perinde est, ac si Deo hominem opponeret dicens, qui non ex homine *sed ex Deo nati sunt*, quemadmodum Sulpitius Seuerus videtur intellexisse libr. 2. hist. lacræ. Itaque quæstio illa, quam Theophyl. commouet, quid de Isaac, de Samuele, de Ioanne Baptista dicendum sit, *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati* videntur, nihil, si ita interpretemur, habet loci. Nam etsi miraculo illi nati sunt *ex sanguinibus* tamen, id est ex homine nati sunt. *Solus Christus*, vt ait Tertul in lib. de carne Christi, excipitur. *Quia caro*, inquit, *non ex sanguine, nec ex carnis, & viri voluntate, quia ex Dei voluntate Verbum caro factum est.* Quin Christus ipse qua homo est, quâuis sine vitio, quamuis sine peccato, quamuis sine villa B fuit, macrisse corruptione natus, ex sanguinibus hoc sensu, id est ex homine natus est, propterea enim *filius hominis* passim appellatur. Illi autem filii Dei, de quibus hic Ioannes loquitur, ne isto quidem modo ortum ex *sanguinibus* nati sunt, quia non corpore, sed animo renascuntur, vbi neque carne, neque sanguine, id est neque vitio, neque fœmina opus est. Intereit scire, cur Euangelista aperte non dixerit, qui non ex homine, sed ex *Deo nati sunt.* In promptu coniectura est. Opponebat hunc unam, diuinam que inter se generationem, vt appareret quantopere humanæ diuina præstaret, ideo delectione carnis, & sanguinis humanam extenuat. Non minus difficile quod sequitur.

Neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri.] Illud certum Græcum nomen θέλημα voluntas præter linguæ consuetudinem pro carnis pomi concupiscentia. Hebræorum imitatione qui יצר voluntatem omnem appetitum vocant. Exempla sunt multa Iud. 8. 8. 13 & ad Ephes. 2. 3. De aliis verbis omnis est quæstio. Receptavulgo est Augustini sententia, quam & Theophyl. secutus est, non ine carnis hoc loco fœminam intelligi, sicut illo loco Genes. 2. 23. *Hoc nunc est de ossibus meis, & caro de carne mea.* Fecit probabilem interpretationem, quod statim sequitur, *neque ex voluntate viri*, quasi sensus sit, neque ex voluntate fœminæ, nec viri. Sed mihi durius cula videtur interpretatio. Nec enim exemplum ex sacris litteris occurrit, vbi caro pro fœmina ponatur. Nam illud quidem quod ex Genesi profertur, *Hoc nunc est de ossibus meis, & caro de carne mea*, non magis probat fœminam carnem, quam os appellari. Os autem in scripturis fœminam significare, nemo credo doctus dixerit. Sunt qui voluntatem carnis infectionem, voluntatem viri impetuosam appetitum vocari putent, quod subtile est. Valde mihi placet Euthymii sententia, vtrumque membrum duorum præcedentium explicationem esse. Quod enim dixerat, *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis*, id est non ex carne, & sanguine, explicat dicens, *neque ex voluntate viri*, vt enim nihil aliud, quam caro, & sanguis est, quæ duo nomina vt supra monuimus, vbi copulantur, mortalem, & fragilem hominis conditionem solent declarare. Itaque per virum hoc loco Euangelista etiam fœminam intelligit, quæ & ipsa caro, & sanguis est. Alterum enim pro tentem pro vtroque posuit. Sed verum potius, quam fœminam, & ibia præcipuus auctor est humanæ generationis, & quia Deo opponebat & aptius erat inter virum, & Deum, quam inter fœminam, & Deum oppositio. Ex Deo enim non tanquam ex fœmina, & ex matre, sed tanquam ex viro, & ex patre nascimur, & quia magis hac ratione vilitas humanæ generationis exaggerabatur. Si n, vir, qui præcipuus humanæ generationis auctor est, caro & sanguis est, quid erit fœmina?

Sed ex Deo nati sunt.] Quid sit ex Deo nasci ex oppositione colligitur, non nasci ex carne, & sanguine, id est non carnaliter, sed spiritualiter, non corpore sed animo. Nascimur enim animo est *renouari spiritu mentis*, vt ait D. Paulus Ephes. 4. 23. & 2. Cor. 4. 16. & ad Colos. 3. 10. & vno verbo iustificari. Itaque quibus rationibus, & quibus rebus iustificamur, iisdē regeneramur, *sic.* iisdem nascimur Deo. Non fide quidem sola, vt isti *hæc 24.* delirant, quæ nos vt diximus, aut nullo proprie modo, *20 26* aut non nisi mortuos, aut potius nondum viuos, nondum formatos, & animatos Dei filios facit, sed fide simul & caritate, quæ Christiani hominis anima est. Quod etsi plerumque baptismo fit, vt Ioan. 3. 5. cū Nicodemo disserit Christus, ideoque baptismus *lauacrum regenerationis* nominatur ad Tit. 3. 5. tamen & ante baptismum, aquæ per baptismum, quē vocant, voti, & post baptismum per pœnitentiam fieri solet.

14. Et verbum caro factum est.] Statim subitat enim Lectoris animum dubitatio, quorsum hoc demū nunc Ioannes dicat, loco, vt videtur, minime opportuno. Iā enim de verbo agebat tanquam de facto carne, iam in mundum venisse dixerat, iam iis qui se recepe rat potestatem dedisse, vt filii Dei fierent. Chrysost. hom. 10. & Theophylactus eam ob rem sententiæ addi putant. Dixisse dat am iis, qui ipsum recepissent potestatem, vt filii Dei fierent, tedderet nūc autem, quia *verbum caro factum est*, & habitauit in nobis. Nam si ille filius hominis factus non esset, nos filij Dei non potui fieri. Augustinus vero, & Euthym. C ad tollendam lectori admirationem admiratione quadam maiore dictum hoc esse. Dixerat enim hominem, qui Christum recepissent, filios Dei factos fuisse, quod admirabile, & pene incredibile lectori videri poterat, dicit nunc, quod multo videatur admirabilius, Deum Filiū hominis factum esse, vt illud iam lector, quod ante mirabatur, mirari desinat. Pertio in ea, quæ vers. 1. expositimus opinione, hæc verba principio capitis respondere. reliqua, quæ à vers. 4 vsque ad hunc locum dicta sunt, per anticipationem, & velut per parenthesim quandam vnius verbi ita occasione dicta esse. Cū enim dixisset in verbo illo, quod ante omne principium apud Deū erat, à Deo constitutam fuisse hominum vitam, voluit rationem explicare, quomodo verbum *vita* hominum esset, quidq illis contulisset, quod ad hunc vsque locum fecit. Tollamus ergo cogitatione animi, quæ per eam occasionem interposita sunt, fingamusque Euangelistā hoc modo dixisse. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & verbum caro factum est*, videbimus optime orationem cohærere. Sensum quæramus, qui si Ioannes dixisset, verbum homo factum est facilis esset, difficilem, & in varios errores ancipitem fecit nomen carnis. Hinc enim ansam alii arripuerunt existimandi Filium Dei non animam, sed solam humanam sumpsisse carnem, cui verbum loco animæ fuerit. Hic vnus Arianorum error fuit, vt tibit Athanas. in dialogo de Trinit. contra Arianos, E & Gregor. Nazianzen. in epistola ad Cledonium, & Aug. in lib. de hæres. ad Quod vult Deum c. 49. & in lib. contra sermonem Arian. c. 5. & in dialogo contra Felicianum Arian. c. 3. & Cyrill. libr. Thesaur. cap. 5. & Phil. ftrius in Arianorum hæres. ex quo apparet non omnes quidem Arianos sed quosdam tantum eorum in hoc errore fuisse. Multas enim fuisse Arianorum sectas, sicut nunc tam Sacramentarios, & Lutheranorum alibi docuimus. Notior error Apollinaris nomine, quis hunc ille in primis defendebat vt Socrates in E. cles. hist. lib. 2. cap. 46. & D. Aug. lib. 83. qq. q. 80. & Greg. Naz. eo loco, quem modo citauimus

uimus. & Epiphanius hæres. 77. & Paulinus in epistola, quæ apud eundem extat Epiphanium. & Theodoretus in Eranistē auctores sunt. Alij vt dicerent verbum ita factum carnem, vt in carnem conuertum fuerit, vnde Tropitæ, id est conuersores appellati, vt tradit Philastrius, quos Socrates Apollinaristarum etiam genus facit. Alij ex verbo. & carne vnam quandam tertiam naturam factam dicerent, qui propriè Eutychus error fuit, in Chalcedonensi Concilio profligatus. Nec magnæ est operæ istos omnes errores ex sacris litteris refutare, quę infinitis pene locis Christum verum Deum, ac verum hominem esse docent, ac proinde verum corpus, veram animam habuisse. Quod facilius est, quam, vt testimoniis probare debeamus, quæ nullam lectori non occurrent. Nec B ignotas quilquam tam frequentem in scripturis sanctis Hebræorum phrasim, qui per synecdochen בשר carnem totum hominem appellant, præsertim cum humiliter admodice de illo luquī volūt. Notis exemplis *spiritus vniuersę carnis hominis. Vt lebut omnis caro sa-* *Iob 12. 10.* *Psa. 144. 5. & Luc. 3. 6.* *lutare Dei. Dominum mihi adiutor, non timebo quid faciat* *Psal. 55. 6. mihi caro. Ad te omnis caro veniet. Qui dat escam omni carni.* *& Heb. 13.* Et hæc dicat *omnis caro animæ sanctæ &c. Ex operibus legis* *& Psa. 64. 3.* *non iustificabitur omnis caro*, Sicut aliquando è contra *143. 144.* *pro* כל־בשר animum vocat ex altera parte. *Omnes animæ* *21. ad Ro-* *domus Iacob, qui ingressę sunt in Aegyptum fuerunt septua-* *mans 5. 12.* *ginta. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. In* *Genes. 46.* *quo pauci, id est octo animæ salua facta sunt.* Itaque idem *27. ad Ro-* est, *Verbum caro factum est*, ac si dixisset verbum homo *mans. 13.* *1. Pet. 3. 20.* factum est Nec temere quæri solet, quamobrem Ioannes potius dixerit *Verbum caro*, quam verbum homo *factum est*, quia credendum est eum non sine causa fecisse. Multæ causæ à multis auctoribus afferuntur. Alij dicunt adfuturas hæreles animo præsexisse, ne qui putaret non veram, sed simulatam Christum carnem habuisse. quod non multo post Marcionistæ, Valentiniani, & Manichæi docuerūt. Hoc enim loco eos, qui contra ipsos scripserunt, refutarunt. Irenæus lib. 3. cap. 11. & 18. Tertullianus in lib. de carne Christi, Chrysostamus homil. in hunc locum, qui hanc rationem reddidit. Alij, vt singularem Dei erga homines benevolentiam declararet, qui propter ipsos caro, id est res omnium fere vilissima factus fuerit, vt Theophylactus ait. Alij, vt Cyrillus, vt significaret humanam carnem, quæ per peccatum mortalis facta fuerat, per coniunctionem verbi, id est naturalis, & immortalis vitæ, immortalitatem esse consecutam. Vetam ergo rationem esse arbitror, quod hominem vere opponere voluerit, id est infimum summo. Propteres filium Dei, qui homo factus est, non filium, sed verbum appellauit, quod summam declarat potentiam. Tribuitur enim potentia verbo Dei quia omnia, quæ vult, verbo facit. *Omnipotens* inquit, *sermo tuus* *ex sedibus regalibus desiliit, iturus de medio exterminij terram profiliuit* Sap. 8. 15. *Et portans omnia* *verbo virtutis suæ*, Hebr. 1. 3. Ideo hominem è contrario nomine, sed carnem vocauit, quod verbum summam abiectionem, summam significat infirmitatem. vt appareat quantus Deus, quantillus sit factus E homo. Quæruit etiam nonnulli, quando nomine carnis vti Ioanni placuit, quare non potius dixerit, verbum carnem assumpsit, quam *Verbum caro factum est.* Melius mihi videntur quæstionem suscitare, quam soluere. Quod enim dicunt, voluisse futurum Nestorij errorem refutare, qui duas in Christo personas posuit, nulla satis meo iudicio probabili coniectura docent. Hinc igitur ego causam fuisse eius rei arbitror, quod his verbis Ioannes multo melius quod volebat exprimeret, quam si dixisset, & verbum carnem assumpsit. Id enim agebat, vt doceret, quo se

Eutychus error.

Cur dicatur Verbum caro factū *est.*

Potentia verbo Dei tribuitur.

verbum Dei illud sempiternum, Deoque æquale nostra causa demisisset, quod multo melius explicauit dicens, *& Verbum caro factum est*, quam si dixisset, & verbum carnem assumpsit. Quæ verba magis declarassent, ad quam dignitatem euectus fuisset caro, quàm ad quam vilitatem abiectum fuisset verbum? Non alienum huius loci est, vt quando hīc de Christi incarnatione agitur, propter minus doctos lectores *Sicuti myſterii incarnationis Christi.* summam mysterij breuitate exponamus. Deus, id est Filius, non Pater, non Spiritus sanctus, factus est homo, ita prorsus, vt verus manserit Deus. & verus post incarnationem fuerit homo, verum corpus, veram animam habens, naturasque veras duas diuinam, & humanam: ac proinde duas voluntates, alteram diuinam, alteram humanam: personam tantum vnam, eamque diuinam ideo non duos filios Dei, sed vnum tantum esse, quemadmodum contra Nestorium in Concilio Ephesino, & contra Eutychem in Chalcedonēsi probatum, ac definitum est. Propter vnitatem autem personæ fit illa, quam *communicationem idiomatum* Græci, communicationem idiomatum Latini Theologi vocant: vt Deus natus ex muliere, passus, crucifixus, mortuus dicatur, 1. Cor. 2. 2. Apoc. 1. 18 & 1. 8. Act. 20. 28. & homo vere diceret, *antequam Abrahem fieret ego sum*, Ioann 8. 58. Quibus ex locis ex idiomatum communicatione recte probamus, vnam in Christo personam, duas esse naturas, quia si duæ personæ essent, nunquam idiomata communicarentur. Sic enim natura constat, vt nunquam, quod proprium C vnius naturę est alteri tribuatur, nisi commune vtriusq personam habeat. Sicut non dicimus in accidentibus dulce albam esse, nisi cum vtraque natura dulcis, & albi idem omnino subiectū habet, vt accidit in lacte. Calainiani quibus ista sophismata videntur, & Conciliorum decreta delramenta sunt, tentent alia ratione ex scripturis probare, quod nobiscum de hoc mysterio credere se dicunt: quod cum facere non potuerint, & traditiones nostras, & subtiliorē Theologiam ista è latebris eruentem irridere desinant. Non male hoc loco Euthymius philosophatur, tribus modis vnum ben aliud aut ita vt in illud transmutetur, quemadmodum cibus sit sanguis, lac caseus; aut ita vt aliquod tantum illi accidens accedat, vt res sit statua; aut ita vt accedat illi aliqua substantia, sed in illam non transmutetur, sicut miles accedē tibus armis fit armatus: verbum igitur non duobus illis prioribus modis, sed hoc tantum tertio factum fuisse carnem, dum naturam nostram quasi arma indeit, vt eum diabolo pugnaret. Scita est quoque verbi Dei incarnati cum verbo nostro voce ex præsto comparatio, qua vritur Aug. lib. 5. de Trinit. c. 11. *Verbum*, inquit, *quod foris sonat, figuram est verbi, quod intus latet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud, quod profertur carnis ore ex verbi est: verbum, & ipsum dicitur propter illud, à quo, vt foris appareret assumptum est. Ita enim verbum nostrum vox quodammodo corporis fit, assumendo eam in qua manifestetur sensibus hominum, sicut Verbum Dei caro factum est, assumendo eam, in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum.* In eo etiā, quod Augustinus indicat, exemplum est simile, quod sicut in verbo nostro duę naturę sunt, corporalis altera id est sonus, altera spiritualis, id est significatio, suppositum autem hue inbiectum vnum, sic in incarnato verbo Dei duæ naturæ diuina, & humana sunt, persona vero vna. Longiorem huius loci explanationem si quis requirat, Theodoretū legat in Dialogo Impatibili, vbi omnium veterum auctorum de his verbis sententias inueniet.

Verbi incarnati cum verbo nostro expositio.

Et habitauit in nobis.] Patant Chrysosto. hom. 10. & Cyrill. cap. 16 & Theophyl. & Euthym. ideo hoc loco addidisse, ne quis existimaret verbum in carnem

nem fuisse conuersum: sed duas indicaret in Christo integras diuinam, atque humanam manisse naturas: sicut ante dicens, *Verbum caro factum est*, vnam tantum significauerat esse personam. Probabile, sed potius credo gradu ad id, quod dicturus erat, facere voluisse. Dixit enim habitasse in nobis, quia volebat dicere se vidisse, testemq; eius rei oculariu esse. Athanas. orat. 3. contra Arian. eam reddi putat, cur *Verbum caro factum sit*: propterea enim carnem factum fuisse, vt in nobis posset habitare. De sensu nonnulla etiam est quæstio. Dixit Græce, ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, quod ad verbum veteris, & in tabernaculo in nobis habitauit. Quod quidam sic acceperunt, quasi humana natura, quæ, quia nobis omnibus communis est, nostra dicitur, eius tabernaculum in quo habitauerit, esse significetur. quē- B admodum Theodot. in Imparibili, Hilar. lib. 11 de Trinit. Cyrillus, Chrysost. Theophyl. interpretantur. Sic enim D. Paulum dicere, in ipso omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare ad Colos. 2. 9. sic corpus nostrum vocare tabernaculum 2. Cor. 5. 4. & Petrum 2. epistola c. 13. 14. Alij simpliciter exponunt, *In nobis*, id est inter nos habitasse, sicut dixit Bar. 3. c. 38. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*, vt August. tract. 2. Nec tantam hoc loco vim verbi ἐσκήνωσεν habere mihi videtur, quantam illi; nec tam nullam, quam isti auctores existimant. Nec enim credidetim sine causa Ioannem eo vsum verbo, cum facilius, & magis vsitate dicere potuisset ἐν ἡμῖν ἐσκήνωσε si tantum dicere voluisset, inter homines habitasse. C Credo ergo quod ante me nonnullum obseruasse video, voluisse Ioannem verbo à tabernaculo deducto significare verbum Dei non tanquam indigenam in patria sua; sed tanquam hospitem, & peregrinum in aliena apud nos ad tempus tantum habitasse. Solent enim, qui in patria sua sunt, in domibus, qui autē peregrinantur, in tabernaculis habitare, quemadmodum filij Israël quamdiu sunt per desertum peregrinati. Nam & corpus nostrum propterea in scripturis aliquando, vt modo diximus, tabernaculum appellatur, vt significetur, quia *non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futurā inquirimus*, vt D. Paul. loquitur ad Heb. 13. 14. *Corpus nostrum tabernaculū.*

Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.] ἐθεασάμεθα spectauimus, contemplati sumus, quasi in aperto, quasi in theatro palam *vidimus gloriā eius*, quē- D admodum pluribus explicauit verbis 1. epistola cap. & v. 1. *Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerūt de verbo vitæ annuntiamus vobis. Gloriā eius* vocat signa diuinitatis, quę multis in eo rebus apparebant. Quasi dicat, nō ita verbum factum fuisse carnem, vt eius penitus maiestas obscuraretur, nullis se indiciis adeo ostendisse, vt oculis ipsis videri posset. Verosimile est, quod quidam existimant, ad Christi transfigurationem alludere, cuius testis Ioannes fuerit, & vbi suam illi potissimum gloriam intuendam aperuerat. Nam & Petrus, qui alter eius spectator, ac testis fuerat, eodē alludit, vt tuuū, quemadmodum Ioannes, testimonium commenda- *Matt. 17. 1. Marc. 9. 2. Luc 9. 28.*
tet. 2. epistola c. 1. 17. 18. *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Satius quidem fuerit generaliter ad miracula, ad prædictiones, ad cognitionem cogitationum, ad doctrinam, atque res omnes extendere, quibus tum quoquo modo diuinitatem declarauit, quemadmodum Chrysostomus, & Euthymius existimant. Quorsum vero hoc Ioannes adiunxerit, multi quærunt. Chrysost. Augustin. Beda, Theophylactus putant finē his verbis declarari, quā- *Quærunt hoc quare Ioannes adiunxerit.*

obtrem *Verbum caro factum* esset, scilicet, vt eius gloriā perspicere possemus, adumbratam quodammodo humanitate, quam ipsam per se intueri non poteramus. *Gloriam eius*, inquit Augustinus tract. 1. *nemo posset videre, nisi carnis humilitate velaretur. Vnde non poterāmus videre? Intendat ergo caritas vestra, & videat, quod dico. Irruerat homini quasi pulvis in oculos, irruerat terra, fuerat oculum videre non potens lucem. Oculus iste sauciatus iungitur, terra sauciatus erat, & terra illius mittitur, vt sanetur. Omnia enim collyria, & medicamenta nihil sunt nisi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere sanaris. Ergo caro te cæcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat, consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus mentis cæcatus. Verbum caro factum est. Medicus iste tibi fecit collyrium. Et quoniam sic venit vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem, ideò factum est in te, vt quoniam Verbum caro factum est, tu possis dicere: Et vidimus gloriam eius.* Libenter Augustini quamuis multa verba recitauī, quia si non propriam interpretationem, vtilem certe habent, elegantemque sententiam. Cæterum quod ad quæstionem attinet, probabile nos esse existimo quod principio indicauimus, voluisse Ioannem testimonij sui fidem commendare, qui incarnā i verbi maiestatem oculis perspexisset. Hac enim de causa simili sententia 1. epistō. c. 1. 1. vsum fuisse videmus.

Gloriam quasi vnigeniti à Patre.] Repetitio est ad explicandam gloriæ magnitudinem adhibita, quali dicat: Vidimus, inquam, gloriam eius, quasi gloriam vnigeniti. Primum, tenendum hoc loco est, quod Augustinus in Psalm. 118. & Ambrosius epist. 47. & serm. 18. in Psal. 118. & Chrysostomus hoc loco, & Gregor. lib. 18. Moral. cap. 4. Theophylactus, & Euthymius in commentariis monuerunt particulas istas, *quasi, tanquam, sicut*, quibus vna fere Græca respondet ὡς, aut ὡσεί, non semper similitudinem, sed aliquando veritatem significare: eius rei infinita in scripturis exempla sunt, quæ facile quisq; reperiet. Et vulgo, ait Chrysostomus, & Theophylactus aiunt, ita de Rege solemus loqui: Incedit quasi Rex, id est vt Regem decet, ita vt ex ipso incessu facile appareat ipsum esse Regem. Et cum de aliquo dicimus: Fecit sicut vir bonus, non significamus, inquit Augustinus, eum virum bonum non esse, sed ita fecisse, vt appareat virum esse bonum. Sic ergo accipitur hoc loco, vt vera solius vnigeniti gloria significetur, sensusque sit, *vidimus gloriam eius* talem, actantam, vt non nisi vnigeniti, filij Dei esse posset, vt facile ex ea intelligi posset eum esse vnigenitum. Quæ interpretatio multo profecto melior, & magis Catholica est, quam illa subtilium quorundam interpretum, qui similitudinem tantum significari putant, quasi sensus sit: Non vidimus quidem gloriam ipsam veram vnigeniti, quæ in hac vita videri non potest, sed quasi gloriam vnigeniti, id est similitudinem quandam eius, qualis illa fuit, quam in transfiguratione nobis ostendit. Liceat etiam nobis aduersus argutos, argutos esse Recte, si dixisset: Vidimus gloriam eius, quasi gloriam vnigeniti. E At non dicit, quasi gloriam vnigeniti, sed, *gloriam quasi vnigeniti*. Melius in ea quæstione ponetur opera, cur Ioannes hoc ipsum dixerit. Respondent Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, idemque Cyrillus indicat, voluisse hoc verbo docere, quid inter eius, & sanctorum hominum gloriam interesset. Nam & gloriam Moysis fuisse visam, cum ex colloquio cū Deo eius facies cornuta facta est, ita vt eius aspectum homines sustinere non possent, Exod. 34. 29. 30. & 2. Corinth. 3. 7. & Eliæ, cum curru igneo euectus in cœlum est, 4. Reg. 2. 12. Sed eorum gloriam non quasi vnigeniti apparuisse, participatam enim fuisse, vt *Cur Ioannes dixerit gloriam quasi vnigeniti.*

Cyrillus

Cyrillus ait: Verbi autem gloriam vnigeniti, id est A naturalem. Rem quidem hi auctores recte tetigerunt, sed non penitus explicarunt. Cur enim non dicebat gloriam quasi filij, quo verbo non minus, quod illi dicunt, declarasset, eius gloriam non participatam, sed naturalem fuisse, sed dixit: *gloriam quasi vnigeniti?* Vnus mihi videtur Basilius hunc penitus locum enucleasse in homilia de fide, propterea nomine vnigeniti vsum fuisse Ioannem, vt indicaret tantam eius, quantam Patris fuisse, gloriam. Cum enim aliquis pater multos habet filios, non omnem suam gloriam, non omnem substantiam, omnesque facultates vni dare; sed iotet omnes diuidere: cum autem vnum tantum habet, quod est vnigenitum esse, quid quid omnino habet illi tradere, nihil sibi reseruare, æqua- B lem sibi eum facere omnibus in rebus. Hoc est *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*, Ioann. 16. 15. Loquitur autem Ioannes, vt opinor, de Verbo, etiam quatenus homo erat: nam etiam vt homo vnigenitus erat Dei, & omnem eius gerebat gloriam. Quid enim non erat, qui Deus erat? quid non habebat, qui inhabitantem in se, & in eandem personam coniunctum habebat diuinitatem? At quid est, quod addit, *à Patre?* Cum duobus præcedentibus nominibus hic ablatiuus iungi potest, vel cum gloria, vel cum vnigenito: cum gloria quidem, vt sit sensus: *vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre* data: quemadmodum Cyrillus, & Theophylactus iungere videntur: estque & vera, & congrua loco sententia. Nam eodem mo- C do loquitur Petrus 2. epist. 1. 17. *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hoc tantum habet incommodi, quod duriuscula trajectio sit, & minus plena sententia. Oportebit enim, vt ad solam Christi transfigurationem referatur, quam supra diximus patere longius. Itaque magis placet, vt cum nomine vnigeniti, quod proxime adhæret, copulentur, sensusque sit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre*, id est Patris aut eius, qui vnus à Patre genitus sit, vt Origenes tract. 2. in Matth. Beda, & Euthymius intelligunt. Neque necessarium esse arbitror, quod plerique putant, vt aliquid subintelligatur, quod congruam efficiat orationem, quæ participium ἐσόμενον vel quidam volunt, *quasi vnigeniti*, quia Patre sit, vt infra cap. 7. 29. *Ego scio eum, quia ab ipso sum. & ἀπέσταλκε, quasi vnigeniti*, quia à Patre exierit, vt cap. 16. 27. 28. *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui, exiui à Patre, & veni in mundum*, & cap. 17. 8. *Et cognouerunt vere, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.* Hoc, inquam, aut aliquid aliud subintelligere necessarium esse non arbitror. Nam etsi non participium, sed nomen est, vt quidam argumentantur, tamen vim participij passiui habet, quemadmodum si Latine vnigenam dicas. Nec enim minus dicere licebit vnigena à Patre est, quamuis vnigena non participium, sed nomen sit; quam ille est ab illo E alienus, id est, alienatus. Et est meo quidem iudicio aptior, efficaciorque sententia. Atque ita D. Augustinus videtur interpretari in libr. contra epistolam Manich. cap. 37.

Plenum gratiæ & veritatis.] Similis hic quæstio est, quomodo verba iungenda. Sed alia prius expediēda est, quomodo Græce legendam. Nam omnes fere hunc codices in nominativo legunt πλήρης plenus. Quam lectionem quidam sic exponunt, vt nominativus *plenus* ad sequentia, id est ad Ioannem referatur, sensusque sit, plenus gratiæ, & veritatis Ioannes testimonium perhibet de ipso. Quod miror equidem illis in mentem venire potuisse. Quam multa vero philosophantur, vt Ioannem probent recte plenum gratiæ, & veritatis dici posse? Non dissimulo mihi odio esse istam in tractandis diuinis litteris tam argutam, tam curiosam, tam audacem subtilitatem; vellemque eūdem animum induere lectorem meum. Nihil enim periculosius, quam indulgere intemperanter ingenio. Nonne satis erit Catholicis hominibus nostrum interpretem vertisse aliter? omnes veteres auctores aliter exponere? Considerassent, quod statim ver. 16. sequebatur: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Illam enim haud dubie plenum gratiæ, & veritatis appellauerat, de cuius plenitudine dicit nos omnes accepisse. Non dicit de Ioannis, sed de Christi nos accepisse plenitudine, de qua ipse etiam se Ioannes accepisse confisetur. Considerassent, quod dicitur ver. 17. B *Lex per Moysim data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Illum enimuero plenum gratiæ, & veritatis dixerat, per quem gratiam & veritatem factam fuisse dicit. Quisnam ille fuit? Christus, an Ioannes? Obseruassent, quod quilibet vel mediocriter doctus obseruare potuit, nōnullos quidem homines sanctos, Beatam Virginem, Ioannem Baptistam, Stephanum gratia plenos appellari; plenum vero veritatis hominem purum neminem. Magis enim propria Christo veritas, quam gratia est. Nam gratiam quidem cum hominibus sæpe communicat; veritatem, id est legis, ac promissionum impletionem nunquam. Solus ipse legis ac promissionum finis est. Reliquum igitur est, C si ita legamus, vt nominativus πλήρης plenum, referatur ad λόγον verbum, hoc sensu: *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, plenum gratiæ, & veritatis*, & reliqua quæ medio spatio interiecta sunt verba, parenthesi legantur. Quo sensu & nostrum vertisse interpretem manifestum est, quia enim neutro genere *verbum* dixerat, neutro etiam genere in nominandi casu dixit, *plenum gratiæ*, & Origen. tract. 2. in Matthæum, & quisquis auctor fuit hom. 2. ad diuersos, & Gregorius Nyssenus hom. 3. in Cantic. Augustinus lib. 15. de Trinitate, capite decimonono, Beda, & Euthymius interpretantur. Alij autem paucos quoldam secuti codices in quarto casu legere πλήρη plenum, quorum alij ad verbum *vidimus*, repetentes verbum videlicet, aut vidimus gloriam eius plenam gratiæ, & veritatis, vt Cyrillus, & Theophylactus, quemadmodum nonnulli existimant, interpretantur. Prima illa interpretatio Origenis, & Gregorij Nyssen vera est: nec meliorem arbitror esse quærendam. Reliquam ea exponamus, quid sit esse *plenum gratiæ, & veritatis*. Id auctor ille homilia 2. ad diuersos multis disserit verbis. Non dubito, quin gratiam Ioannes intelligit, de qua versu 17. dixit, *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratis.* Illa ergo omni gratia, quam omnes vnquam homines acceperant, ille plenus erat. Acceperunt gratiam redemptionis, gratiam, quam vocant gratum facientem, varia Spiritus sancti dona, quæ gratiæ gratis datæ appellantur. Omnes & aliæ, quas nemini fortasse dedit, in eo fuerunt, & fuerunt cumulate, redundanter, affluenter, tanquam in fonte, tanquam in capite, vnde in riuulos, vnde in membra derivantur. Hinc intelligitur, quid discriminis inter illum, & Beatam Virginem eius matrem, Ioannem Baptistam, & Stephanum fuerit, quos etiam scriptura testatur plenos fuisse gratiæ, vel Spiritus sancti, Luæ 1. 15. 18. & Acto. 6. 8. Primum est, quod maior, id est infinita in Christo fuerit gratia, in aliis finita. Illi enim *non ad mensuram dedit Deus spiritum*, Ioan. 3. 34. nobis autem *secundum mensuram donationis Christi*. Ephes. 4. 7. Deinde quod in Christo

per

Cur à Patre addidit.

Veritas Christo magis propria quam gratia.

Quid differant inter se gratia Christi, & sanctorū gratia plena.

per se, & veluti natiua, in aliis participatione tantum plena fuerit gratia. Plenũ luminis esse dicimus, quod clarissimum est: sed aliter Solem, aliter quod à Sole multo collustratur lumine, plenum luminis appellamus. Plenum aqua mare, plena ex mari flumina; vide quantum interfit. Hæc nos uidiuter, dum scripturam doctis, indoctisque communiter interpretamur. Tractantur in scholis à Theologis subtilius, vnde huc afferre doctas, vbi discere indoctus lector debet. Veritatem quidam ad duas Christi naturas referunt, quod nihil falsum, nihil simulatum, nihil fictum haberet, sed vere esset, quod appareret, verus Deus, verus homo, vt Beda interpretatur. Alij ad doctrinam, vt Euthymius, quod vera docuerit. Verus sensus est, quem explicat Origenes, aut qui alius est auctor homil. 2. ad diuer. & Theophylactus hoc loco, vt veritatem Ioannes opponat figuris, & promissionibus veteris legis, quas omnes Christus impleuit. Itaque impletio ipsa, aut id quo implebantur veteres promissiones, atque figuræ veritas appellatur. Vt colligitur ex vet. 17. *Lex*, inquit, *per Moysem data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est*: manifeste enim legi veritatem, id est impletionem opponit. Hoc est quod ait D. Paulus ad Roman. 15. 8. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum*. Hoc est quod iterum ait 2. Corinth. 1. 18. 19. 20. *Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo, Est. & Non, Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis prædicatus est per me, & Syluanum, & Timotheum, non fuit, Est, & Non, sed Est in illo fuit, Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est, ideo per ipsum, Amen Deo*. Intelligitur, opinor ex his locis, quid sit plenum veritatis. Venit filius Dei in hunc mundum quasi pecunia onustus: Galli dicerent, *ayant de quoy payer*; vt quidquid pro peccatis nostris, quidquid pro figuris, & promissionibus veteris testamenti debebatur, exsolueret, hoc est venisse *plenum veritatis*; *Ecce*, inquit, *Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo*, Isaiæ 40. 10. & 62. 11.

15. *Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens.*] Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ καὶ κέκραγε, testatur de illo, & clamauit, id est Ioannes huius rei testimonium præbet, qui clara voce interrogatus, respondit illum esse Christum, de cuius plenitudine omnes essent accepturi. Vero simile est nostrum interpretem vtrumque verbum præsenti tempore legisse μαρτυρεῖ, & κράζει, *testimonium perhibet, & clamat*, etiãque oratio magis emphatica. Quorsum hoc Ioannis testimonium nunc proferat Euangelista prima hoc loco quæstio est. Sunt qui putent hæc verba illis versu 7. respondere, *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine*, quare explicare nunc velle, quodnam illud fuerit, de quo dixerat testimonium. Sic apud D. Thomam Alcuinus. Sed hiatus ipse tantum spatij tenens satis indicat non bene tam dissita inter se verba cohærere. Præterquam quod, vt eo diximus loco, quod illic dixit, *Hic venit in testimonium*, non ideo dixit, vt de Ioannis ageret testimonio, sed vt discrimen inter Christum, & Ioannem ostenderet. Hoc autem loco satis apparet suscepto consilio de Ioannis testimonio disputare. Alia igitur hoc facit causa, quam Chrysostomus & Euthymius indicarunt. Voluit, quod ipsemet dixerat Euangelista, verbum carnem factum fuisse, & inter nos gratiæ, ac veritatis plenum habitasse, Ioannis Baptistæ testimonio confirmare, testis apud Iudæos omni, vt vocant, exceptione maioris, Iudæi, sacerdotis filij, prophetę, tam denique sancti, vt Christus ipse crederetur, & contra seipsum pro Christo testificantis. Vnicuiq; enim, nedum viro bono contra se testanti credẽdum est. Et Ioannes cum Christus esse putaretur, & an is esset, fuisset interrogatus, *confessus*, inquit, *est, & non negauit, confessus est, quia nõ sum ego Christus*, infra vers. 20. Huc opinor pertinet, quod clamandi verbo vsus est, partim vt significet Ioannem non obscure, nõ ambigue, non timide: sed palam, aperte, publice, & quam clarissima potuit voce testatum esse non se, sed Christum verum esse Messiam, partim vt ad Isaiæ testimonium alludeat cap. 40. 1. 3. *vox clamantis in deserto*. Vt verbo ipso doceret Ioannem fuisse eum, quem Isaias vaticinatus esset ante Deum venturum fuisse. Quare credendum illi esse, vel propter Isaiæ testimonium, quando alia non esset causa. At enim quomodo hoc Ioannis testimonio, quod ipse dixerat Euangelista confirmat? Quid enim hoc ad illud, *In principio erat verbum, & Verbum caro factum est*? Multum omnino. Eo enim ipso, quod Ioannes testatus est Christum esse Messiam, qui venturus erat, declarauit esse Deum, & verbum illud, quod *erat in principio apud Deum*; talem enim Prophetæ futurum prædixerant. Et eo ipso quod dixit se vocem illam esse in deserto clamantis, qui ante Deum ad nos venientem venturus erat, docuit Christum esse Deum. Idemque docet, cum dicit, *Post me venturus est, qui ante me factus est, quia prior me erat*: plus enim, quam dicit, insinuat, nẽpe se hominem tantum mortalem esse; Christum esse Deum. *Inf. ver. 27. 30.*

Hic erat, quem dixi.] Quando hęc verba Ioannes Baptista dixerit, ex v. 29. huius capitis satis constat, nempe cũ digito venientem Christum ostenderet, dicens; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sed narrauit hoc loco Euangelista per anticipationem. Verba autẽ quæ sequuntur, *Qui post me venturus est, ante me factus est*, dixerat ante, cũ ipse putaretur esse Christus, & an ita vera esset interrogaretur, vt Ioãnes infra declarat ver. 23. 26. 27. & Matthæi capite 3. 3. & Marci capite 1. 3. & Lucæ cap. 3. 4.

Qui post me venturus est, ante me factus est, qui a prior me erat.] Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, qui venit, aut qui venier post me, ante me factus est: est enim ὀπίσω μου præsentis temporis participium, sed positum pro futuro, vt noster conuertit interpres. quia cum hæc Ioannes dicebat, nondum Christus ad ipsum venerat, vt apparet Matth. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Et solet præsens pro futuro poni, maximeque in hoc ipso verbo, vt Matthæi 17. 11. *Elias quidem* prius * venit, id est *venturus est*, vt noster * ἐρχεται etiam vertit interpres. Loquitur enim hic non de aduentu Christi per natiuitatem in mundum, quasi post Ioannem veniße dicatur, quia sex post illum mensibus natus est, vt graues etiam interpretantur auctores, Epiphanius hæresi 69. Gregorius homilia 7. in Euangel. Ambrosius libro 3. de fide, capite 5. Beda, & Theophylactus. Non enim dixisset ὀπίσω, qui veniet, sed ὁ ἐλεύσεται qui iam venit. Iam enim Christus natus erat, cum Ioannes hæc diceret: & tamen loquitur de futuro, sed loquitur de Christi prædicatione, ostensioneque. Tuncenim veniße dicitur, cum se mundo per prædicationem ostendit. Quemadmodum recte Chrysostomus homil. 12. & Euthymius exponunt. Quasi dicat, ego illum prædicando præcedo, non quod illo maior, sed eo ipso, quod illo minor sim. Propterea enim priusquam ille, veni, id est prior cœpi prædicare, vt tanquam eius minister viam illi præparaturem, quia *vox clamantis in deserto* eram, ille Christus, ille liberator, quem voce ea prædicabam; quia ille Dominus, ego angelus ante faciem eius missus, Mala. h. 3. 1. Melior etiam hic sensus est, quam ille Cyrilli cap. 19. qui interpretatur, post me venit, aut

aut venturus est, id est in minore apud homines habetur honore. Sicut dixit, *putaretur me factus esse*, id est mihi prælatus, maiore, quam ego habitus honore. Quasi dicat, etsi nunc mihi hominum opinione postponitur, paulo post cum sese magis patefecerit, anteponetur. Non enim dixisset ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, *qui post me venit aut venturus est*: sed ὁ ἐπ' ἐμοὶ ἐρχόμενος, qui post me factus, id est qui mihi postponitur, sicut dixit ἔμπροσθέν μου γέγονεν, *ante me factus est*, id est mihi prælatus. Alludit ergo Ioannes ad consuetudinem seruorum, qui non tolent dominos suos præire, sed subsequi, vt recte idem Cyrillus animaduertit. Tanquam si dicat, etiamsi ego præter consuetudinem seruorum præcedo, ille sequitur; nolite existimare me dominum, illum seruum esse. Contra enim se res habet, ego seruus sum, ille dominus: sed præcessi illum, quemadmodum solet etiam aliquando seruus dominum præcedere non honoris, sed ministerij causa, vt viam explaner, vt paret hospitium. Quod quidam obseruarunt principium ὁ ἐρχόμενος, *qui venturus est*, proprium epitheton esse Messiæ, qui venturus simpliciter, & quasi proprio nomine vocaretur, vt Matthæi 11. 2. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* vt verum sit, tamen non est ad hunc locum accommodatum. Petitur enim antithesis inter ἐρχόμενος, *qui venturus est*, &, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, *ante me factus est*, in qua tota vis atque sententia consistit. Præterquam quod Christus venturus dicebatur, quia de cœlo in terras per humanam generationem venturus erat; & paulo ante probauimus hoc loco non de humana generatione, quæ iam facta erat, sed de prædicatione agi. D. Hilarius quod sequitur, *ante me factus est*. Ariani verbum γέγονε, *factus est*, arripiebant, vt creaturam esse Dei filium comprobarent, quemadmodum similibus locis abutebantur. vt diximus ex Athanasio orat. 2. aduersus Arianos, ex Hilar. l. br. 2. de Trinitate, ex Ambrosio libr. 3. de fide cap. 5. ex Epiphanio hæres. 69. ex Theophylacto, & Rupertо in hunc locum. Sunt, vt refert Chrysostomus qui hoc ad diuinitatem referant, quasi dicat, *ante me factus est*, id est ante me erat, aut ante me fuit: hoc enim potest etiam verbum γέγονε significare. Ante me autem erat, quia Deus erat, quia *in principio erat verbum*, vt interpretatur Epiphanius. Origenes vero *ante me factus est* videtur exponere, mihi ante notus erat, etiamsi se ese aliis nondum ostendisset. Ego enim, & omnes, qui vnquam fuerunt Prophetæ, *de plenitudine eius accepimus*. Verus sensus est, quem Chrysostomus hic, Augustinus tractatu 3. Ambrosius li 3. de fide cap. 5 Gregorius hom. 7. in Euangelia, Beda, Theophylactus, Euthymius & Rupertus tradidertunt, plus honoris, & dignitatis, quam ego coniecutus sum, mihi est antepositus. Idem enim est, *Ante me factus est*, atque quod apud Matth. cap. 3. 11. dicit, *Fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare*. Et, vt multi notarunt, non dixit, οὐκ μοι, sed ἔμπροσθέν μου; præpositio autem ἔμπροσθεν nusquam in sacris litteris reperitur tempus significare. Præterquam quod minime apta redderetur causa cur ante ipsum factus esset, quod prior illo esset. Nam si priorem esse significat tempus, tautologia est, ante me fuit; quia ante me erat: si significat meritum, & dignitatem, inepta ratio est, ante me fuit, quia prior dignitate, & merito me erat. Poterat quippe posterior esse tempore, & dignitate prior. Sicut *erunt nouissimi primi & primi nouissimi*. Ineptior si dicamus, quod Ariani dicebant, verbum γέγονε creationem significare. Quæ enim ratio esset, vt Chrysostomus, Ambrosius, Theophylactus argumentantur, Ante me creatus est, quia prior me. Si enim ante factus erat, ante vtique erat. Ille igitur, quem explicauimus, verus est sensus. At hũc ipsum sensum non eodem modo omnes intelligunt. Sed alij ad futurum referunt, quasi præteritum pro futuro Prophetarũ more positũ sit, Agi enim de futura Christi apud homines gloria, post ipsius per prædicationem, & miracula declarationẽ, vt Chrys. & Cyrill. quasi dicat, ille crescet, ego minuar, vt infra ca. 3. 30. Alij ad declarationem in adoratione Magorum iam factam, quod nimis videtur esse subtile. Credo ego ad diuinam prædestinationem, ordinationemq; referendum itaque dicat, *ante me factus est*, id est prædestinatus, designatus, cõstitutus est à Deo in maiore dignitatis gradu vt Rex, vt Redemptor sit, cum ego Redemptoris tantum ministet sim. Hinc intelligitur, quod neminem obseruare memini, cur nõ clarius, simplicius, & breuiꝰ dixerit, maior me, aut dignior me erat? quia voluit nimirum significare Christum nõ vsurpasse dignitatem illam, sed à Deo in ea fuisse cõstitutum, vt disserit D. Paulus ad Hebræos 5. 4. & vt ait Petrus Act. 10. 42. *constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum*, & D. Paulus ad Heb. 1. 2. *quem constituit hæredem vniuersorum*. Loquebatur enim Ioãnes de Christo non solum quatenus Deus, sed etiam quatenus homo erat, vt recte adnotauit Ambrosius.

Qui prior me erat.] Hoc etiam multi de tempore interpretantur, quasi sensus sit propterea honore, & officio mihi prælatus est. *quia prior me erat*, quia maior natu erat, non si humanam, sed si diuinam spectes generationem, quia *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum*. Et solet maioribus natu plus honoris deferri. Ad hunc modum Epiphanius aduersus Aetij manitas, Augu. tract. 3. Chrysost. ho. 12. Greg hom. 7. in Euangelia, Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Quod quia omnes dicunt, non temere reiecerim: sed iudicet lector, num & hic sensus magnopere congruat, vt hoc dicimus eo de tempore, quod minus ad rem pertinere videbatur, sed de natura præstantia intelligatur. Quasi dicat, propterea mihi prælatus est, quia re ipsa, ac natura sua multo præstantior, multo maior, multo melior me erat. Mihi quidem placet, etsi auctorem non inuenio nisi malum. Confirmatur enim sequentibus verbis. *De plenitudine eius nos omnes accepimus*. Melius quippe haret, vt de plenitudine eius se accepisse dicat, quia maior, quia plenior gratia erat, quam quia tempore prior. Si tamen Baptistæ sunt verba, de qua re statim disputabimus.

16. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.*] Primum hic disputatur, cuius hæc sint verba, Ioannis ne Baptistæ an Euangelistæ. Multi auctores Baptistæ esse putant Origen. Athanas. in l. br. de incarnat. verbi, August. Chrysost. initio homiliæ 13. Theophylact. & Rupertus. Neq; video, quid magnopere repugnet. Nam quod quic à afferunt, quæ sequuntur Euãgelistæ certe verba esse, vt 18. *Deum nemo vidit vnquam*, minimũ habet periculi. Cur enim illa ipsa verba Baptistæ esse nõ possint? Et vt Euangelistæ sint, cur hæc Baptistæ non sint? Quid enim obstat, quo minus Euãgelista ab illis verbis, *Deũ nemo vidit vnquam*, orationis suæ filum resumpserit. Aliquanto tamẽ mihi videtur probabilius, vt Euangelistæ sint. Non ob eam quidem causam, quã alij afferunt, sed quia sententia erit plenior. Nam si Baptistæ sint, non videntur intelligi posse nisi de Ioãne, cæteri que Prophetis, qui Ioannem præcesserant, & de verbo ante incarnationem: cum multo maiorẽ in omnes homines gratiam incarnatum iam verbum effuderit. Et apparet quam latissime patere sententiã. Accedit, quod statim sequitur. *Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*. quibus verbis apparet de sola gratia noui testamenti esse sermonem. Cum ergo Euangelista dixisset, *& habemus in nobis, plenum gratiæ, & veritatis*, pergit nunc de eadẽ agere pleni-

Chrysostomi sententia explicatur.

Nemo hæc verba fuisse Euangelista.

Matth. 19. 30. & 20. 16.

Arianorum calumnia refellitur.

plenitudine, docetque nos omnes de illa accepisse, vt Chrysost. postea dicit probabiliorem hãc opinionem iudicans, & Gregor. lib. 4. comment. in lib. 1. Reg. c. 9. & Beda. Euthym. & Zacharias Chrysopolitanus in comment. De sensu non minor quæstio. Nam qui Ioannis Baptistæ verba esse putant, fere existimant hunc esse sensum. Ego, & omnes alij Prophetæ, qui ante me fuerunt, si quid gratiæ, si quid prophetici habuimus spiritus, ab eo accepimus, qui Spiritu sancto, & gratia plenus erat. Sic Origenes, Theophylact. & Rupertus. Sed tam docuimus hæc verba esse Euangelistæ, & vt Baptistæ sint, non possunt mea quidem sententia eam interpretationem pati, quia de verbo iam incarnato loquitur, quod dixerat Euangelista *plenum gratia, & veritate* in nobis habitasse, & debet Baptistæ testimonium, quod ad id confirmãdum adducitur, de eodem intelligi, & illud, *omnes*, potius pie sentes Iudæos, quibuscum Ioannes loquebatur, quam iam mortuos Prophetas ostendere credendum est. Qui Euangelistę verba esse dicunt, *omnes* exponunt Euangelistam dicere se, & cæteros Apostolos, omnesque Christianos quidquid vnquam habuerunt gratiæ, ab eo accepisse. Illud recte à quibusdam obseruatum phrasim illam, *De plenitudine eius nos omnes accepimus*, multiplicem emphasim habere. Primum quidem indicare neminem præter Christum vllam nisi accepram, & participatam gratiam habuisse. Deinde neminẽ eam ipsam ab alio accepisse, quàm à Christo. Præterea neminem tantum accepisse gratiæ, quãtum Christus habebat: non enim dixisse plenitudinem, sed *de plenitudine eius nos omnes accepimus*. Denique significari plenitudinẽ illã Christi omnibus sine diterimine hominibus expositã fuisse, vt quicunque vellent, de illa acciperẽt, apertum fuisse omnibus in exhaustum illum fontem, vt quicumque vellent, hauirent. *Omnes*, inquit, *sitientes venite ad aquas*. *Isai. 55.1.*

Cur ergo non dixit, De plenitudine eius omnes accipiũt, vt omnes etiam futuras comprehenderet ætates, sententiaque fuisset vberior, sicut dixerat vers. 9. *Illumina omnem hominem venientem in hũc mundum*? Si Baptistæ verba sunt, non difficilis est ratio, quia tantum gratiæ habere videbatur, vt Christus esse putaretur, dixit multo plus habuisse Christum, à quo ipse, & omnes accepisse. Si Euangelistæ, minus quidem clara, sed tamen similis est ratio. Loquebatur enim tãquam Apostolus, & tanquam Euangelista: & loquebatur cũ iis, qui Apostolum eum credebant esse, eiusque gratiã & spiritum admirabantur. Cõfitetur se cum omnibus aliis, quicquid haberet, de Christi accepisse plenitudine. Quemadmodum si vir doctus, cuius omnes eruditionem admirentur, vt alium multo se doctiorem esse significet, se illius discipulum esse fateatur: ab eo, quidquid sciat, didicisse.

Et gratiam pro gratia.] Locus & per se, & sententiarum varietate difficilis. Primum, quam vim habet coniunctio illa, &, quod à nemine explicatum memini. Videtur enim indicare cum dicit, *& gratiam pro gratia*, præter gratiam aliquid aliud ab eo accepisse. Si hæc particula non legatur, nullus quæstioni locus est. Et quidem fieda in dicat in plerisque codicibus non legi. Sed quia omnia nunc Græca, Latinaque legunt exemplaria, vt etiam D. Augustinus monet, explicanda vis eius est. Cogor proprijs vti coniecturis in propria quæstione. Triplicem vim videtur habere posse? vnam, vt sit ἐπεξήγησις explicatiua, vt fere aliàs; quasi dicat, *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, scilicet *gratiam pro gratia*. Alteram, vt sit emphatica, significetque nos à Christo non tam doctrinam, non solum legem Euangelicam, sicut olim Iudæos à Moyse legem veterem: sed etiam quod amplius est, gratiam accepisse. Atque hunc sensum confirmat, quod statim sequitur, *quia lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christũ facta est*. Tertiam, vt sit aduersatiua, quasi dicat, omnes accepimus, sed gratiam pro gratia, vt paulo post sumus explicaturi. Omnia inter interpretes quæstio est, quid sibi velint hæc verba *gratiam pro gratia*. De quorundam interpretatione, qui exponunt *gratiam pro gratia*, id est gratis, aut gratiam ex pro natura, sed pro gratia, &, vt illi dicunt, sub ratione gratiæ, nihil dico grauius, quam esse subtilem. Alij vero gratia Christi, quæ plena & immensa erat, gratiam non immensam, sed ad mẽsuram accepimus. Quemadmodum Zacharias Chrysopolit. & nonnulli recentiores interpretes intelligunt. Leontius in commentariis ad hunc locum ihauditam adhibet interpretationem, gratiam vocari flatum illum, quem Christus inspirauerat in Adam, cum illum ex terra formasset, Gen. 2.7. Pro ea igitur gratia, id est pro eo flatu, meliorem in Apostolos flatum, gratiamque insufflando inspirasse infra c. 20. 22. Alij gratiam huius vitæ per fidem, & caritatem, pro gloria alterius, quę quia ex gratia proficiscitur, etiam vocatur gratia, Sic Augustinus hoc loco. & lib. de corrept. & gratia, cap. 13. & lib. de gratia, & libe. arb. c. 8. & tract. 3. & 13. in Ioan. & Bern. serm. 1. de assumpt. & Beda in comment. Alij gratiam, id est legem Euangelicam, quæ, quia gratiam nobis attulit, gratia vocari solet, pro lege veteri, quæ suo quodam modo, quia homines inuabat, gratia dicebatur. Sic Chrysost. Cyrillus, Nonnus poeta, Leontius, Theophyla. Euthy. Rupertus. Et quidem si in illa veterum auctorum interpretatione stãdum est, in hac vltima sententia stãdum est. Valde enim videtur proximis verbis confirmari, *Quia lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*. Illud me valde alioqui amantem antiquitatis, quo minus sequar, temperatur, quod veterem legem vocari gratiã nusquam inuenio; gratiæ vero opponi frequenter lego apud D. Paul. Rom 6. 14 15. & hoc ipso loco qui in hanc sententiam ceterum, manifestum est gratiæ legem opponi, *Lex per Moysem data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est*; quo ergo modo eodem in loco gratia lex vocari potuit? Quod si aliis locis gratia vocaretur: tamen hic sententia ipsa postulabat, vt gratiæ opponeretur: id enim agebat Ioannes vt veterem legem extenuaret, nouam commendaret. Non extenuasset profecto legem veterem, sed nimis honorifico ornasset titulo, si gratiam appellasset. Placuit mihi longo tempore, quod nescio vnde incerto auctore didici, *gratiam pro gratia*, id est omnem gratiam, aut cumulatam gratiam. Quo sensu non dubito intelligendum illud Iob 2. 4. *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua*, id est omnem pellem, omnes facultates suas, vt statim exponitur, quæ tunc in pellibus, & pecudibus sitæ erant. Quemadmodum si Latine dicas, Accepimus gratiam aliam super aliam, id est cumulatam, vt quam frequentissime loqui solet Liuius. Existimabam enim Ioannem Hebraismum imitari voluisse, quasi dixisse: חן תחת חן gratiam pro gratia, aut super gratiam, procul dubio cumulatam gratiam significasset. Et exemplum non absimile in sacris litteris inueniebam, Amos 3. 15. & percutiam בית החורף על בית הקיץ domum hyemalem supra domum æstiuam, id est omnem domum. Cœpit mihi postea displicere, & quia animaduerti, si id Euangelista dicere voluisset, non fuisse dictarum χάριν ἀντὶ χάριτος, & quia melioré mihi visus sum inuenisse, in qua animus meus penitus conquieuit. Credo igitur hunc esse sensum, *Accepimus gratiam pro gratia*, id est nõ omnes eandẽ, sed diuersi diuersam. Etsi eam quam vnus accepit, non semper accipit alius, tamẽ loco eius accipit aliam, *Diuisiones enim gratiarum sunt*,

sunt, idem autem spiritus, &, *alij quidem per spiritum datur* A *sermo sapientiæ: alij autem eiusdem scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum*, 1. Cor. 12. 4. 8. 9. 10. Hoc est *gratiam pro gratia*, & ad Rom. 12. 3. 4. 5. 6. 7. *Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei*. Sicut enim *in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur, in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate*, & ad Ephes. 4. 7. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*. Hoc inquam est, *gratiã pro gratia*. Ita quæ hæc verba duobus præcedentibus verbis respondent, verbo, plenitudinis: & verbo, omnes. Quia. n. dixerat nos de plenitudine eius accepisse, indicans partitionem quandam eius plenitudinis inter homines, quæ per præpositionem illam, *de* significatur, id est, non ipsam nos plenitudinem accepisse, sed ex illa alios vnam rem, alios aliam, alios plus, alios minus: addidit quasi id explicans, *gratiam pro gratia*, id est, alius vnam, alius pro illa aliam accepit. Similiter quia dixerat omnes accepisse me aut idem, aut æqualiter accepisse putarentur, adiunxit, *gratiam pro gratia*. id est, non quidem eandem omnes, non omnes æquales; sed alius vnam, alius pro illa non semper illam, non C semper æqualem: sed aliam, aut maiorem, aut minorẽ secundum mensuram donationis Christi. Quare coniunctio illa, &, vt ante attigimus, idem significare potest. quod quãuis, καὶ pro καίτοι aut idem quod, sed: quod est apud Hebræos vtar tissimum, vt sit sensus consequens, & sponte illuens *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, quamuis nõ eãdem gratiam. Aut, *omnes accepimus*, sed diuersam gratiam: *alius quidem sic, alius vero sic*, vt postea dixit D. Paulus. *1. ad Cor. 7.*

17. *Quia lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.*] Hæc etiam verba putat Origen. esse Baptistæ vsque ad illa, *ipse enarrauit nobis*. Probabilius, quod alij omnes dicunt, Euangelistæ esse, præsertim si superiora, vt diximus, illius sint: eiusdẽ enim auctoris esse manifestum est. Quorsum autem D hoc addat, nonnulli quærunt. Sunt qui putent Euangelistam, sicut prius cũ Ioanne Baptista, ita nunc cũ Moyse Christum comparare, vt eius supra omnes homines præstantiam ostendat, vt Cyrillus ait. Comparat quidem, sed aliud opinor agendo: nec enim id ipsum agit, vt comparet. Quæ superiorum verborum sensum esse dicunt, accepisse nos gratiam pro gratia, id est legem nouam pro veteri, hæc verba tanquam eorum explicationem addita esse putant, vt visus pro omnibus Theophylactus declarat. Si nostra in cum locum interpretatio vera est, causa hic redditur, quamobrẽ dixerit Euangelista: *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia*: poterat enim aliquis dicere: Quid ergo, num antea gratia nõ erat? Respondet nondum fuisse allatam, nondum eius fo- E rem patefactam. Nam lex quidem data erat, gratia non erat. Dimouet Ioannes hominẽs à lege, in qua valde Iudæi confidebant, & ad Christum auctorem gratiæ traducit. Magna in singulis verbis vis est, quæ per quatuor antitheses explicatur. Prima est inter gratiam, & legem, quasi inter animam, & corpus. Lex *Quatuor antitheses Euangelij, 2. Cor. 3. 6.* quasi mortuum corpus erat, *littera*, inquit, *occidit*, pondus fere inutile, quod onerabat, non roborabat, iubebat, non iuuabat, quod tam æpe dicere solet Augustinus, *Lex propter transgressiones posita est*, ad Ga-

lat. 3. 19. & *per legem cognitio peccati*, non remissio, quin *ad Rom 3. 20.* potius *concupiscentiam nescio quam, nisi lex diceret: Non concupisces: Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat*, Roman. 7. 7. 8. & *Lex subintrauit, vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia*, Roman. 5. 20. Gratia vero 2. Cor. 3. 6. anima legis est, quæ vigorem illi, vt seruari queat, imprimit. *Spiritus autem viuificat*: &, Lex, inquit, *spiritus vita in Christo Iesu liberauit me à lege peccati. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*. Roman. 8. 2. 3. 4. Quod in prima B hominis formatione Deus fecerat, hoc in secunda eius reformatione fecit. Primum dedit Adamo corpus inane, deinde animam adiecit: & hominibus reformandis prius dedit legem, deinde tradidit gratiam. *Non prius quod spirituale est, sed quod animale*. 1. Corinth. 15. 46. Secũda antithesis est inter veritatem, & eandem legem. Cum enim in lege duæ potissimum fuissent partes, præcepta decalogi, & cæremoniæ, atque figuræ rerum futurarum: præceptis gratiam, cæremonijs, atque figuris veritatem opponit, vt Chrysostomus hom. 13. Cyrill. Leo in sermone de transfiguratione, Beda. Theophylactus, exponunt. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rei*, Heb. 10. 1. & *nihil ad perfectum adduxit lex*, Heb. 7. 19. C Tertia est inter Christum, & Moysem, quasi inter dominum, & seruum inter legislatorem, & præconem legis. Præconis est legem proclamare, promulgare q; legislatoris dispensare, quod est, vt inquit Augustinus *Tract 3.* soluere à reatu legis, id est, gratiam facere, vt Latini etiam eodem sensu loquuntur auctores. Prætulit, vt *Lib. 1. c. 22.* notat Cyrillus, Euangelista Christum duobus præstantissimis, & perfectissimis viris Ioanni, & Moysi, vt appareret verum esse, quod Dauid dixerat Psal. 88. 7. *Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?* Quæritur est inter facere, & dare. Moysem non dixit fecisse sed: dedisse legẽ, indicans eum non auctorem, non legislatorem, sed ministrum legislatoris fuisse: de Christo autem non solum dixit dedisse, sed etiam fecisse gratiam: quia Moyses acceptam ab alio, id est à Deo legem, & quibus tradere iubebatur: tradidit: Christus gratiam non accepit, sed fecit, quia ipse fons erat gratiæ, vt Chrysostu. & Theophylactus animaduertunt. Cadent commode in hunc locum August. verba tract. in Ioan. 3. *Per seruum lex data est, veritas facta est per Imperatorem indulgentia data est, res liberauit. Lex per Moysen data est, non sibi aliquid amplius seruus assignet, quam quod per illum fatum est. Electus ad magnã ministerium tanquam fidelis in domo, sed tamẽ seruus: agere secundum legem potest, soluere à reatu legis non potest. Lex ergo per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.*

18. *Deum nemo vidit vnquam.*] Quorsum hæc Augustinus, & Beda respondent, *& forte aliquis dicat, Et gratia, & veritas non est facta per Moysen, qui Deum vidit, fatebitur. Deum nemo vidit vnquam.* Quæ responsio ideo non satis videtur apta, quod ratio cur gratia, & veritas per Moysen facta non sit, non est, quod Deum ille non viderit. Nam vt maxime vidisset, non potuisset tamen gratiam, & veritatem facere. Chrysostomus, & Theophylactus, videntur hoc ad solum nomen veritatis referre, quasi ratio his verbis reddatur, quare non Moyses, sed Christus veritatem nobis attulerit, quia nimirum Moyses Deum non viderat: atque non poterat veritatẽ eius nobis diserte explicateque enarrare: Christus qui solus videtur,

poterat. Non videntur sibi constare. Nam paulo ante veritatem non vt falsitati, sed vt figuris, & cæremoniis opponitur, accipiebant nunc pro veritate doctrinæ accipere videntur. Item Chrysostomus, & Euthymius existimant rationem reddi, cur gratia, & veritas melior esset, quam lex, atque perfectior, quia scilicet lex per Moysem data fuerat, qui Deum non videtat gratia, & veritas per Christum, qui Deum videtat. Quod non intelligo, qui cohæreat. Nam neque dixerat Ioannes gratiam, & veritatem perfectiorem esse lege, sed tanquam rem omnino certam posuerat utraque probanda non erat. Etsi dixisset, hac ratione probari nō potuit. Non enim propterea gratia, & veritas perfectior est lege, quia ab eo date sunt, qui Deum viderat, sed quia ipse natura. Alioqui si Moyses Deum vidisset, lex, quæ per ipsum data est, tam perfecta, quam gratia, & veritas esset, quod nemo profecto concedet. Aptius mihi videtur D. Thomas respondere, exponente nunc Ioannem, quia ratione ipse, & cæteri Apostoli de plenitudine Christi gratiam accepissent, ipso scilicet docente, qui in sinu Patris erat. Aptissime vero omnium, qui hæc non ad proxima, sed ad omnia, quæ supra de verbo dicta fuerant, referunt. Quasi dicat Euangelista, ea, quæ de verbo dixi non ex alio, quam ex ipso didici verbo: quis enim alius tam dist incte, atque perspicue potuit enarrare, cum nemo Deum viderit præter ipsum? Existimo etiam ad testimonium Ioannis potissimum alludi, cur Christi testimonium his verbis præferatur. Tanquam si dicat, magnum quidem fuit, quod recitaui, quodque modo iumrecitaturus Ioannis testimonium, at multo maius ipsius vnigeniti Filii Dei, qui semper est in sinu Patris, cumque nobis enarranit De latentia nunc verbo tum agendum. Quid est, *Nemo vidit vnquam?* Chrysostomi, & Theophylacti & Euthymii non probo sententiam, qui verbum *nemo* non homines solum, sed omnes omnino creaturas comprehendi putant, & visionem non qualemcunque, sed perfectam diuinæ essentiæ comprehensionem intelligant, quasi sensus sit nullam creaturam comprehendere posse Deum, etiamsi videre posit. Non dubium quin de solis loquatur hominibus: quorum enim de aliis rebus loqueretur? Nec de homin. b* quidem omnibus, sed de iis, qui adhuc mortales agunt vitam. Nam beatos illos, qui iam a nubis in cœlum emigrarant, clare, apertequæ illum videre multis locis scriptura docet, Ioan. 17. 3. & 1. Ioan. 3. 2 & 1. Cor. 13. 12. Nec loquitur de comprehensione diuinæ essentiæ, cum hanc vitam futuræ tacite opponat, vbi beati quamuis Deum quidem non comprehendant, tamen vident. Quo autem modo hoc ipsum verum sit, neminem in hac vita vidisse Deum, cum multi eum in sacris literis vidisse memorentur, Moyses Numer. 12. 8. Iacob Genes. 32. 30. Isaias c. 6. 1. Ezech. 1. c. 1. & 10. Daniel c. 7. 9. omnes quærunt interpretes. Quidam intellexerunt hoc de visu corporeo, neminem in hac vita oculis corporeis videre Deum, vt Maxentius dialogo 2 memini quæ eius opinionis Augustinus epist. 112. ad Paulinam, nec ab ea magnopere videtur abhorrere. Quæ interpretatio nec ad hunc locum satis videtur apta, cū de hac, vt diximus, agatur vita, & tacite intelligatur in altera beatos videre Deum, quem non vtique corporis, sed mentis oculis vident, & locum Numerorum, Genes. & Isaiæ nō bene explicat, vbi haud dubie Iacob, Moyses, & Isaias quod in Deo viderunt, quidquid tandem illud fuit, corporeis viderunt oculis. Alii neminem vidisse, id est, comprehendisse, vt paulo ante ex Chrysost Theophylacto, & Euthymio dicebamus. Quo eodem sensu intelligendi sunt, cum dicunt non solum homines beatos, sed ne ipsos quidem angelos diuinam essentiam videre posse: Quod non hoc solum loco Chrysostomus, sed etiam homil 3. de incomprehensibili Dei natura scribit, & Theodoretus in Eranistē, & Basili* hom. 1. Hexaemer. vbi docet Moysem vidisse diuinam essentiam ad enim modum, quo vident angeli: cum hom. 21. de potentia, seu principatu docet nullam hominem vidisse essentiam Dei, quod non potest intelligi, nisi de comprehensione, cum Moyses, sicut angeli, eam viderit. At isto modo ne beati quidem vident, cum manifestum sit agi, vt diximus, de hac vita, nam in altera *videbimus eum sicuti est.* 1. Ioann. 3. 2. & Exod. 33. 20. cum dicitur, *non videbit me homo, & viuet*, non obscure significatur post mortem videre posse. Visio autem huius vitæ non opponitur visioni alterius tanquam visio non comprehendens comprehendentis: sed tanquam ænigmatica, perspicue, hoc est tanquam non visio visioni, vt docet D. Paulus 1. Corinth. 13. 12. Reliqua est ea interpretatio, quæ plures habet auctores, & est per se probabilior, neminem in hac vita vidisse Deum, id est clare, & apparte comprehendisse diuinam essentiam, sicut beatum cœlo conspiciunt. Hoc enim magis ad rem attinebat, cum de ea visione ageretur, qua qui Deum vidisset, aliis, quod vidisset, reuelare posset; ea autem non sit visio corporis, sed mentis non comprehensio, sed clara, perspicuaque cognitio. Certe Moysem, Iacob, Isaiam, qui Deum vidisse perhibentur, non vidisse diuinam ipsam essentiam antiquissimi quique auctores tradunt. Dionysius in libr. de cœlesti hierarch. cap. 4. Irenæus lib. 4. cap. 37. Clemens Alexandrinus libro 5. Stromat. Tertullianus in libro contra Praxeam. Gregorius Nyssenus in vita Moysis. Gregorius Nazianzenus oratx de Theolog. Victorin. lib. 1. contra Arium, Hilarius libro 4. de Trinitate, Cyrillus hoc loco, Ambrosius lib. de fide contra Arian. cap. 8. & sermo 8 in Psal. 118. & lib. 1. in Lucam cap. de appartione angeli. D. Augustinus in qq. noui testam. q. 71. Cæsarius, Andreas Cretensis in Græca Catena, quiad hunc modum hunc locum interpretantur; cum quibus cum Chrysostomus ho. in Ioann. 14. & hom. 3. de incomprehensibili Dei natura, & Basilius Theodoretus q. 68. in Exod. & Theophylactus atque Euthymius in loc. 5, quos paulo supra de signauimus, in hoc conueniant, quod neminem vnquam ipsam diuinam essentiam sicuti est, videre potent: constat hanc, in qua omnes consentiunt, interpretationem omnium esse certissimam. Ita alia soluitur quæstio, quam Cæsarius proponit. Quomodo Deum nemo vidit vnquam, cum Apostoli Christum viderint, qui Deus certe erat; præsertim cum idem dicat Ioannes se verbum quod ab initio erat, oculis suis perspexisse. Nempe non diuinam, sed humanam in eo naturam perspexerat: neque Deum vnquam esse credidissent, nisi hoc ipsum illis *vnigenitus, qui est in sinu Patris*, enarrasset. Id ipsum ex literis sacris perspicuum est. Moyses omnium apertissime Deum vidisse dicitur. Numer. 12. 8. Si ergo ille Dei essentiam non vidit, nemo vnquam vidit: atqui illum non vidisse, scitu tura docet: ei enim viderat, quomodo post illa tam familiaria cum Deo colloquia dicebat, *ostendem hi fa. m tuam, & ostend. mihi gloriam tuam?* Exod. 33. 13. & 18. quomodo Deus illi videre cupienti respondebat. *videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris?* Exod. 33. 23 & vt Chrysostomus, Theophylactus & Euthymio argumentantur: si patres illi Deum vidissent, omnes eodem modo, eadem forma vidissent: Deus enim idem semper est: at alius in nube, alius in throno, alius in lucta vidit. Intelligimus ex Iacio Claro in libro contra Arian. c. 18. & 20. hoc etiam loco Arianos abuti solitos: probabant enim Christum non esse Deum, quia

quia *Deum nemo vidit vnquam*, Christum autem multi viderant. Hūc enim præter multos alios Arianorum errorem fuisse, vt dicerent solam Patrem inuisibilem est, Filium vero visibilem, constat ex Chrysostomo, & Augustin. in hunc locum. Quod argumentum paulo ante diluimus. Item q. non esse Deum, quia non videbat Deum: Deum enim nemo vidit vnquam. Hoc etiam ex hoc eodem loco refutatur, *vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Quomodo enarrauit, si nō vidit? & Matthæi 11. 27 *nemo* dicitur Patrem nosse *nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Denique ex D. Paulo ad Coloss. 2. 3. in Christo dicuntur *omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi.* Abutebantur & Eunomiani, aut Macedoniani, qui Spiritum sanctum Deū esse negabant, confirmabantque ex his verbis *Deum nemo vidit vnquam*, quasi Spiritus etiam sanctus excluderetur, vt indicat Ambro. lib. 1. de Spiritu sancto. c. 1. Qui bus his ille verbis respondet. *Quomodo Deum non videt, qui seruatur etiam ab ea Dei? Quomodo Deum non videt, qui cognouit, quæ Dei sunt? Quomodo Deum non videt, qui ex Deo est? Ergo cum ita apostolus sit, quia Deum nemo vidit vnquam: vidit autem Spiritus, vtique excepto eo Spiritu. Super omnia igitur est, qui est excepto ex omnibus.*

Vnigenitus filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit nobis. Tria hic explicanda sunt verba, in quibus huius loci sententia consistit, *vnigenitus in sinu Patris, & enarrauit nobis.* Proponitur in Græca Romana Catena quæstio nomine Chrysostomi ex orat. 4. de incomprehen. Dei natura, cur prius potuerit nomen vnigeniti, deinde filii? Respondet, nomen filii omnibus filiis commune esse, nomen vero vnigeniti proprium, ne quis prius nomen filii legens communem intelligeret filium. Melius Hilarius respondet libro 6. de Trinitate hoc nomine adoptionē excludi, naturam asseri. Magis rem continet, quod obseruauit Euthymius, idemque ex Gregorio Nazianzeno & Elia Cretensi alibi notauimus; nam hoc quidem quod Chrysostomus adnotat, subtile videri potest: Christum non eodem modo, quo cæteros homines, vnigenitum dici. Nam cæteros quidem, quod soli ex parentibus nati sint, vnigenitos dici: Christum non solum quia solus ex Patre, sed etiam quia singulari, & ineffabili modo natus est, vnigenitum appellari. Illud in eandem sententiam in Catena Chrysostomus admonuit nomini, vnigeniti articulum esse additum, vt significaretur vnigenitus ille non similis cæteris. Magis etiam ad rem pertinet, vti quæramus, quare Euangelista hoc ipso nomine vsus sit? Poterat enim simpliciter vocare filium, sicut alias innumeris locis vocat. Consilio id factum credo, qui a dicturus erat ipsum enarrasse, vnigenitum appellauit, vt nomine ipso declararet, bene eum, qui a a Deum pertinerent, enarrare potuisse, cum non filius tantum, sed filius vnigenitus esset Dei, qui omnem Patris scientiam hauisset. Solent enim parentes qui plures habent liberos, nō solum faculates, sed etiam secreta, etiam amorem suum inter ipsos partiri, nec omnia secreta sua omnibus credere; qui vnicum autem habent filium, vnice quoque diligant, omnia sua bona, omnia consilia cum illo communicant, vt supra versu 14. ex Cyrillo Alexandrino annotabamus. Eo etiam spectat, quod eum in sinu Patris esse dicit, quod superiacaneum hoc loco videri posset, nisi hanc haberet emphasim, vt significaret Christum, & quia filius, & quia vnigenitus Dei est, & quia in eius semper sinu requieuerit, quasi ex eius pectore hetantos tam sentiæ, & scientiæ deprompserit, omnia Dei nosse consilia, itaque enarrare hominibus solum potuisse. Hoc enim est esse *in sinu Patris*, esse illi conjunctissimum, esse intimum, esse in eius secreto consilio; &, vt vno dicam verbo esse *Deum ex Deo*, consubstantialem Patri, quemadmodum eodem loco Chrysosto. & homil. in hunc locum 14. & Cyrill. lib. 1. c. 22. Augustin. tract. 3. & Marius Victorinus lib. 1. aduersus Arium, & Beda, Theophyl. & Euthymius interpretantur. Nam quia quæ in sinu nobis sunt, coniunctissima nobis sunt, summa coniunctio per sinum significatur. *Reposita*, inquit, *est hæc spes mea in sinu meo* Iob 19. 27. *Et in sinu filium dormient.* 1. Reg. 12. 3. idem ergo est esse *in sinu Patris*, & esse *apud Patrem*, vt dixit ver. 1. aut q. dicit ex 10. 38. *Pater in me est, & ego in Patre.* Vnde facile Arianorum cauillus refutatur, qui presli hoc loco dicebant, sinum non nam tæ coniunctionem, sed amorem significare. quim extema esse, quæ in sinu nobis sunt. Nam & Lazarū in sinu fuisse Abrahæ, & Ioannem in cœnantis Christi sinum recubuisse, vt Cyrillus hoc loco indicat. Nec enim amor, sed summa naturæ coniunctio ad sensum huius loci pertinebat, vbi nō de reconciliatione, quæ amore fit: sed de secretorum consiliorum conscientia, & cōmunicatione agebatur. Nō est abs re, quod Elias Cretēsis in commentariis in Greg. Nazian. ora. 1. de Filio animaduertit nō dixisse Euangelistam, Qui fuit, aut qui erat, sed ὁ ὤν, *qui est*, vt significaret nūquā Filium, etiam cum in hunc venisset mundum, a sinu Patris discessisse. Etiam tum, cum diuina consilia hominibus enarrabat, ea in sinu vidisse Patris. Quod autem dicit *Enarrauit nobis*, dubiū quid intelligat enarrasse? sunt qui ad id referāt, quod proxime præcesserit, *Deum nemo vidit vnquam*, quasi dicat. solus filius, qui Deum vidit, eum hominibus declarauit, ipse docuit Patrem suum esse, quod ante nemo nisi a mundum obscure nouerat, vt Chrysostomus ho. 14. & Victor. lib. 1. aduersus Arium, Beda, in comment. Alii referūt ad ea omnia quæ supra de verbo, de diuinitate diuinisque consiliis dicta sunt. Quod id circo mihi magis placet, quod sententia ita verbetior, & magis loco hærens, vt initio huius versus ā nobis probatum est. Visus autem est Euangelista proprio admodum verbo, vt Chryso. admonuit ἐξηγήσατο, quod est res obscuras, & quasi in tenebris latentes in lucem proferre, & penitus explanare. Hoc enim est, quod ait D. Paulus Hebræorum 1. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio*, id est clarius, & apertius per oculatam testem, non per somnia, non per visiones, non per ænigmata. sicut ante per Prophetas loquebatur. Qui dam nimis angaste exponūt, nobis Apostolis, qui nunc ea nobis tradimus. Nunquam vellim scripturæ sententiam arctari. Pateat quam potest latissime, nec illi vllos nisi bene comperros ingenuos terminos. Itaque *nobis* pro omnibus generaliter hominibus accipio, quibus quantum in se fuit, Christus diuina contulit, quæ ad salutem quidem eorum pertinebant, patefecit.

19. Et hoc est testimonium Ioannis. Putant Cyrillus, & Theophylactus propterea hoc nunc Ioannis testimonium adungi, quod versu 15. dixisset, *Ioannes testimonium perhibet de ipso*, quasi nunc testimonium illud exponat, cuius illic mentionem fecerat: quin Cyrillus ad ver. 8. propterea refert, vt probet Euangelista Ioannem non fuisse lucem, sed testimonium de luce perhibuisse. Ego aliud testimonium esse arbitror, quo Euangelista confirmet, quod paulo ante ipse dixerat, Filium nobis, qui solus Deum vidisset hominibus enarrasse. Nam & Ioannem Baptistam, qui diuinarum rerum scientia plenus esse credebatur, eius fuisse discipulum, eumque tanquam vnicum omnium hominum magistrum agnouisse. Nec fuerit absurdum alius tendere sententiam, vt ad omnia superiora, quæ de verbi Dei excellentia dicta fuerant, referatur;

idemq; quod ipse dixerat Euangelista Baptistæ testimonio confirmet.

Quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas, ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es?] Quo plus auctoritatis, & fidei testimonio animi suum habeat, testem appellat Ioannem omni exceptione maiorem, propter eas personæ circumstantias, quas versu 7. expositimus, sed formam etiam reddit in legitimo quodammodo iudicio testimonii describit. Testatum enim esse de Christo non sponte, non sese ingetendo, quod testem soleant reddere suspectum: sed interrogatum: & interrogatum non à quouis, sed ab iis, qui & scientiam per se ipsi, & auctoritatem summam habebant, & insuper eius rei gratia à republica legati fuissent. Quæri solet, quid Iudæis cauſæ fuerit, quamobrem ad Ioannem legatos miserint. Chrysostomus quidem, & Euthymius existimant inuidia id Christi fieri esse cupientes, vt Ioannes potius quam ille pro Christo haberetur. Melius opinor Augustin. sentit, non odio Christi, qui eum nondum inclarruisset, nondum sibi conflauerat inuidiam, sed præclara fama, & opinione Ioannis, vt id facerent, excitatos. Etsi valde probabile est aliqua etiam non in Christum, sed in Ioannem inuidia motos fuisse iusquo tantam eius claritudinem animo ferentes, vt ex modo, quo illum interrogauerunt, coll gi videtur posse. Quemadmodum Lucas indicet c. 3. 15. 16. *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: respondit Ioannes dicens omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: venient autem fortior me cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Vnde ea de Ioanne suspitio nasci potuerit, disserimus apud Lucam, & hoc loco tractatis in Græca Catena Chrysostomus disserit. Vi lebant hominis sanctitatem, videbant exactum, vt Christus veniret tempus, ablatum sceptrum de tribu Iuda, quod, donec veniret, qui mittendus erat, auferri non poterat: Danielis expletas hebdomadas. Cur autem sacerdotes, & Leuitas potius, quam alios ad Ioannem legatos voluerint facile per se quisque coniecturam faciet, & multi indicarunt auctores, Origenes, Chrysostomus homil. 11. Theophylactus, Euthymius & Apollinarius in Græca Catena, & Ammonius Presbyter. Quæstio de religione erat, atque adeo de capite religionis Christo. Quos poterat aptius ad eam rem tractandam legare, quam qui præerant religionibus procurandis sacerdotes, & Leuitas homines peritos scripturarum, & legis? Aliam Origenes rationem affert, quod sacerdotes, & Leuitæ cognati essent Ioannis, qui & ipse ex genere sacerdotum erat, & oportebat maiores homines illi ob necessitudinem aliquam gratos. Quid inter sacerdotes, & Leuitas interfuit, nemo nescit. Omnes ex eadem erant tribu, sed sacerdotes ex familia Aaron. Leuitæ ex aliis familiis & sacerdotes alio initia habuerunt, maioreque ceremonia; Leuitæ minori & sacerdotes sacrificiis peragendis: Leuitæ inferioribus templi ministeriis erant destinati Exodi 28. & 29. Sit ergo sacerdotibus in hac legatione Leuitæ adiuncti fuit, quemadmodum solent primatis legatis alii aliquanto inferiores adiungi, homines docti, prudentes, & graues, qui eos consilio iuuare possint eodem pertinet, quod non aliunde quam Ierosolymam mittuntur, vbi erat omnis reli gionis, omnis sapientiæ, omnis auctoritatis domicilium, vt Theophylactus, & Euthym. monuerit. Itaque sine legatos ipsos, sine eos à quibus mittuntur à ora nimirum Iudæorum synagoga, sine locum, vnde mittuntur, sine personam loquitur, ad quam mittuntur, sine negotium cuius causa mittuntur, coniiceres, omnia efficiunt grauissimam legationem, eoque grauius Ioannis de Christo testimonium. Quæ causa fuit, vt ea tam accurate Euangelista narraret.

Vt interrogarent eum, Tu quis es?] Oratio recta Hebræorum more, qui hoc narrationis genere delectantur. Ac fortasse non dederat Iudæi sacerdotibus, & Leuitis in mandatis, vt his præcise verbis Ioannē interrogarent, sed potius vtrum ipse esset Christus, quod maxime aueabant scire. Cæterum quia his legis verbis Ioannem fortassis interrogarunt, dicit Euangelista missos fuisse eos, vt interrogarent, *Tu quis es?* Cur autem non statim rogauerint, an esset Christus, quod caput erat legationis, sed generaliter, *Tu quis es?* alta quodam Chryso. in Græcorum Catena, & Theophyl. fecisse putant infinua se enim se paulatim, & tenuim generalibus, & quasi alio tendentibus interrogationibus, ne ea de causa venisse viderentur, vt scirent, nū ipse esset Christus. Quanquam probabilius mihi videtur esse, quod & alii nonnulli probauerunt, primum interrogationem fuisse, an is, te esset Christus. Hoc enim ex prima quoque Ioannis responsione colligitur, qui statim confessus est se Christum non esse. Sed quia verisimile est multos fuisse legatos primum interrogare, num esset Christus, & si se Christum esse negaret, rogare rursus quis ergo esset: Euangelista vnam legationis partem maxime generalem pro tota legatione posuit.

Et confessus est, & non negauit.] Hebraismus est. Solent enim Hebræi quod per affirmationem dixerant, per negationem repetere, qua figura maxime Ioannes delectatur. Sic dixit vers. 3. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Sic 1. epistola cap. 1. 5. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Alia ex Ieremia exempla versu 3 posuimus. Itaque quod quidam mysterium aliquod in hac repetitione esse putant, vt *confessus est*, referatur ad id, quod itatim declarat se non esse Christum; & non negauit, ad Ioannem ipsum, quem dicat *confessus est* se non esse Christum, q non erat, *& non negauit* se eum esse, quem erat, desuo cem in deterro clamantem, vere eo vt satis solidū sit. Quanquam illud quidem ego non negauerim magnam in hac repetitione vim esse. Significatur enim Ioannem palam, incunctanter, diserte, & sine vlla ambiguitate quod res erat confessum esse, ita vt omnem prorsus ab animis auditorum suspicionem removerit ipsum esse Christum. Significatur etiam fortasse illum non semel contentum negauisse se esse Christum, idem aliis atque aliis verbis, iteratum, atque iteratum negauisse. Voluit enim Euangelista Ioannis de gentium in removenda tam præclara à se opinione repetitione declarare. Quod autem sequitur, *& confessus est, quia non sum ego Christus*, explicationem tantum confessionis esse arbitror. Dixerat enim Ioannem confessum fuisse; quid autem confessus fuisset, non dixerat id modo explicat.

21. Et interrogauerunt eum, quid ergo?] Accepto primo præter opinionem responso, & spe delecti calumniandi, quod se pro Christo ferret: alta quærunt ad calumniandum diuerticula. Sperant se aliunde aptam posse capere criminationis si saltem se Elias, si saltē Prophetam esse confiteatur. Perrentant eius animum specie obiectæ gloriæ. Quod dicit Euangelista interrogasse. *Quid ergo?* non ita accipiendum, quasi hoc ipsum, & his ipsis verbis interrogauerint. Iam diximus supe ore versa Hebræos hunusmodi directis narrationibus delectari. Se si sensus est eos dubios, quid ergo esse posset, si Christus non erat, rursum interrogasse, num esset Elias.

Elias es tu?] Cur potius interrogant an Elias sit, quam alius aliquis antiquus Propheta, eadem ratio fuit,

fuit, atque illa, quam Matth. cap. 16. 14. explicauimus, cur nonnulli Christum Eliam esse putauerint. Nempe dixerat Malachias, cap. 4. 5. ante magnum Domini aduentum Eliam venturum esse, de qua re apud Mat. cap. 11. 4 disputauimus. Sic Chryso. Origen. Cyrillus, Augustinus, Theophylactus, & Euthymius & Apollinarius in Catena Græcia respondent. Conueniebat personæ similitudo, vterque & Elias, & Ioannes in solitudine remota à cœtibus hominum vestitus: vterq; tenuissimo vsus victu: vterque villoso habitu: vterque ad pœnitentiam homines hortatus: vterque pari libertate in vitia hominum inuectus. Quæ omnia pluribus apud Matthæum verbis disseruimus cap. 11. 4. At vero quomodo credebant Eliam esse posse, qui tot ante sæculis fuerat? Facilis responsio, tciebant non esse mortuum, sed igneo sublatum curru 4. Reg. 2 11. Et vt mortuum esse credetent, sciebant Deum, qui se eam ante suum aduentum missurum promiserat, suscitare eum posse. Itaque verisimile non est, quod interpretes quidam dicunt, hanc de Ioanne opinionem ex eo errore natam, qui vulgo inter Iudæos versabatur, animas hominum ex vno in aliud migrare corpus auctore Pythagora. Nam vt ita nonnulli interpretes de eo hæretici senserint, hoc loco opus non erat eo vti errore, cum mortuus non esset Elias.

Et dixit non sum.] Vulgatis quæstio quomodo se Ioannes Eliam esse neget, cum eam Christus Eliam fuisse dixerit Matth. 11. 14. & 17 12. Ex Lucæ cap. 1. 17. facile soluitur, Ipse, inquit angelus, *præcedet ante illū in spiritu & virtute Eliæ.* Christus ergo dixit eum Eliam esse, qa spiritu, quia virtute, quia officio Elias erat. Ioannes vero Eliam se esse negat: quia re ipsa non erat Elias. Sic Augustinus hoc loco, tract. 4. & Gregor. hom. 7. in Euangelia. At cur saltem hoc ipsum non cōfitebatur, quod de ipso postea Christus affirmauit, se spiritu, & officio Eliam esse? Fecit modestiæ, vt Origenes monuit: erat enim id ipsum admodum honorificum, quamuis Elias non esset. tamen Eliæ personam gerere, quare ipsum negare decuit se Eliam esse: Christum affirmare. Et ille negauit, & ille affirmauit salua veritate, sensu diuerso: darumque nobis ab vtroque est præclarum documentum, à Ioanne modestiæ, à Christo caritatis. Nam & modestiæ est, quatenus pariatur interpretationibus adiuta veritas, omnem à te laudē remouere: & caritatis, quatenus eadem ferat, laudare alios.

Propheta es tu? Non sum.] Disputant interpretes, quo sensu interrogatus Ioannes fuerit, an Propheta esset. Chrysostomus hom. 13. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius & Apollinarius in Græca Catena existimant interrogatum fuisse, non an quilibet Propheta esset: sed an ille expectatus, quem Deus se missurum promiserat Deuter. 18 15 *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me fuscitabit tibi Dominus Deus tuus ipsum audies.* Ideo Græce addium articulum: vt Origen. Chrysost. Cyrillus, & Theophylactus adnotarunt. Nec enim eos ignorasse ipsum esse Prophetā. sed scire voluisse, an ille promissus, & expectatus esset: in eo vt Cyrillus, & Chrysostomus inquiunt errantes, quod promissum illum Propheram à Christo distinguerent, cum non alius, quam Christus ipse eo loco promitteretur, & iam responderat Ioannes se Christum non esse. Alii putant interrogasse an esset Propheta non quilibet, sed aliquis ex prisci is illis, qualem Christum quidam esse putabant, siue Eliam, siue Ieremiam, siue aliū ex Prophetis Matth. 16. 14. Multo mihi videtur probabilius, vt generalis sit interrogatio, an Propheta sit, id est, an à Deo missus. vt Propheræ fungatur officio, an propheticum spiritum, & auctoritatē habeat: quemadmodum Augustinus tractatu 4. Gregorius homilia 7. & Rupertus interpretantur. Quo ergo modo negat se Prophetam esse? præsertim cum Christus eum non Prophetam modo, sed maximum etiam omnium Prophetarum esse dixerit Lucæ 7. 28 & ipsius pater plenus Spiritu sancti dixerit, *Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis?* Lucæ 1. 76. Qui aut de certo aliquo Propheta, aut generaliter Propheta aut antiquus, aut nouus esset, interrogatum fuisse diximus, adhuc hæret quæstio. Et Augustinus quidem, & Gregorius eius auctores sententiæ ita respondent, quasi Ioannes ideo se prophetam esse negauerit, quia plusquam Propheta erat, quemadmodum de illo dixit Christus Matth. 11. 9. *Sed quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquam Prophetam.* Erat quidem Ioannes plusquā Propheta. vt testatur Christus: sed nemo mihi facile persuaserit eo sensu Ioannem se Prophetam esse negauisse, vt plusquam Prophetam esse significaret. Satis enim apparet eū sese deprimere & extenuare voluisse: & ista quidem ratione non vtique extenuasset, sed tam singulari se laudasset elogio, quam illū Christus laudauit, cum plusquam Prophetam esse dixit. Rupertus mihi videtur optime omnium nodum soluere, Ioannem virtute quidem, & gratia Prophetam fuisse: officio nō fuisse. *Propheturum* enim *officium fuit*, vt Ruperti verat verbis, *verbum Domini, antequā caro fieret, carnem assumpturum esse, verbis prosignare, facta prefigurare*, quam propheticī officii definitionem esse dicit. Ioannes vero id non faciebat. Ad de Ioannem nihil futuri prædixisse, nec ad id à Deo missum fuisse, q propriæ Prophetarum officium est. Hoc ergo sensu negauit se Prophetam esse. Eius vero patet Prophetam futurum dixerat: quia & virtute Prophera erat: & aliqua officii prophetici functurus parte. Solebant Prophetæ à Deo mitti, & ille à Deo missus erat. Solebant Propheræ populū docere, reprehendere, & ad pœnitentiam adhortari, ad Deum conuertere: quæ omnia Ioannes fecit cumulatissime. Quare Zacharias non dixit, *Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis*, propheræbis enim quæ futura sunt sed *præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.*

23. Ego vox clamantis in deserto.] Fatigatus à Iudæorū legatis interrogationibus Ioannes respondet, quis sit. Nam ante non quis esset, sed quis non esset, declarauerat secutus eorum interrogationes. Ita vero respōdet, vt ex multis titulis, quos sibi vere poterat attribuere, eum solum tribuat, qui humillimus videbatur. Poterat se doctorem, poterat iudicem, poterat præconem, poterat præcursorem Christi appellare. Solum appellat vocem, quasi sonum: quasi aerem, rem vilissimam omnibus illis, q̄ sibi se legati ornate voluerant tribuiri opponēs, Christi, Eliæ, Propheræ. Cæterum quod ad sententiam attinet, locum hunc totum apud Matt. c. 3 3. explicauimus.

24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.] De Pharisæis qui, qualesue homines essent, diximus apud Mat. c 3. 7. Dixerat Euangelista ver. 19. eos, qui ab Ioannem à Iudæis missi fuerant, fuisse sacerdotes, atq; Leuitas: dicit nunc fuisse Pharisæos. Nempe nec omnes sacerdotes: & Leuitæ Pharisæi erant nec omnes Pharisæi Leuitæ, vel sacerdotes. Sacerdos, & Leuita tribus simul, & officii: Phariſæus sectæ nomen erat. Itaque ex omni tribu, ex omni officio, ex omni hominum conditione quicumque eam doctrinam, quā Phariſæi sectabantur, magis probabat, Phariſæus erat. Quæritur, quare Euangelista eos nunc Phariſæos fuisse dixerit, cum ante non dixisset? Cur ante non

Cur Iudæi legatos miserint.

Dan. 9. 25. 26. Cur sacerdotes & Leuitas miserint.

Quid inter sacerdotes & Leuitas interfuit.

Quomodo se Propheta negat Ioannes.

Error Pythagoreorum de animabus.

Hebraismus vt vocatur per negationem q̄ ad id affirmatiuā.

ò xerit, in promptu ratio. Agebatur illic de sola per-
fona rum dignitate. Phariſæum autem eſſe, non digni-
tas, ſed hæreſis potius erat: itaque nihil attinebat de-
clarare eos, qui miſſi fuerant, fuiſſe Phariſæos. Nunc
autem agebatur de ſola doctrina, & de doctrina, quæ
in traditionibus verſabatur, quam maxime Phariſæi
profitebantur: ideo illic fuiſſe Phariſæos, illud mini-
me dubium, voluiſſe Euangeliſtam indicare propte-
rea eos interrogaſſe Ioannem, cur baptizaret, cum ne
que Chriſtus, neque Elias, neque Propheta eſſet, quia
Phariſæi erant, quaſi alii, quam Phariſæi interrogaturi
non fuiſſent. Sed huius ipſius rei quæritur cauſa, quæ-
re Phariſæi potu⁹ quàm alii hanc Ioannis quæſtionem
obiecerint. Origenes, Cyrillus, & Beda inuidiæ mor-
bum notati putant, quo maxime Phariſæi laborabãt,
quaſi Ioanni tantam gloriam, tantam baptizandi di-
gnitatem inuiderent. Quod magis proprium Phari-
ſæorum, quam aliorum Iudæorum eſſet. Ita que hoc
illos non eorũ à quib. miſſi fuerant; ſed ſuo priuatim
nomine interrogaſſe. Chryſoſtomus, & Theophyla-
ctus quæſtionis calliditatem indicari. Miſſos enim le-
gatos illos hac potiſſimum de cauſa ad Ioannem fuiſ
ſe, vt intelligerent, qua auctoritate baptizaret: ſed
quia Phariſæi, id eſt, vafri homines, & altuti erant, nõ
continuo interrogaſſe, qua poteſtate baptizaret: ſed
primum num eſſet Chriſtus, deinde num Elias, poſtre-
mo num Propheta, vt obiecto ſi lendote gloriæ ad
confitendum aliquid de ſe magnũ, & præcellens eli-
cerent, vnde eius accuſandi occaſionem antiperent:
& quaſi per cuniculos quoſdam in eius ſubirent ani-
mum. Euthymius curioſitati tribuit, quaſi tam curio-
ſam, ſubtilemque quæſtionem non alti, quam Phari-
ſæi proponere potuerint, qui, vt ſunt hæretici omnes,
homines erant curioſiſſimi. Placet mihi quod ſcribit
Ammonius in Catena citatus Græca vero ſimile eſſe
Phariſæos, qui traditionum pleni erant, hanc etiam
inter alias habuiſſe traditionem, neminì vt baptizare
liceret, niſi Chriſto aut Prophetis indeoque dixiſſe Eu
angeliſtam eos fuiſſe Phariſæos, vt cauſam tacite red
deret, quamobrem eam de baptiſmo quæſtionem ob
ieciſſent. Quatarione ſequentis ẽt verſus ſententia
ſatis patet. Verſus autem 28 apud Matth. à nobis ex-
plicatus eſt. cap. 3. 11. & verſus 27. ſupra in hoc ipſo ca-
pite ver. 11.

Phariſæi, & hypocriſi omnes, curioſiſſimi.

Populus Iudæus lectionis loci. 2. Bethaniæ.

28. *Hæc in Bethania facta ſunt.*] Nota hoc loco quæ-
ſtio, num Bethania, an Bethabara legendum ſit. Nam
Latini quidem codices omnes Bethaniam legunt:
Conſentiunt Syriaci, quos habemus omnes, & Græci
multi, etiam Vaticanus: quam lectionẽ Latini etiam
enarratores ſequi ſolent, Beda, Alcuinus, Strabus,
Lyranus. S quis vero illis obiiciat Bethaniam non
iuxta Iordanem, ſed longe ab illo, & quidem in mon-
tibus ſitam eſſe quinde cim tantum ſtadiis ab Ieroſo-
lymis, vt Mar. 11. 1. & aliis locis ſæpe docuimus: hunc
autem locum de quo loquitur Euangeliſta ad ripam
Iordanis fuiſſe: reſpondent duas fuiſſe Bethanias: al-
teram eam, de qua modo diximus patriam Lazari,
atque ſororum eius Ioann. 12. 1. alteram prope Iorda-
nem, de qua hic loquitur Euangeliſta, cuius ab al-
tera diſtinguẽdæ cauſa addidiſſe vltra Iordanem. Di-
cunt illi quidem, at non probant. Alii recentiores fa-
cta ex Ioſepho lib. 17. antiq. cap. 10. coniectura pro-
bant, eam enim eſſe regionem quam Baraneam ille
vocat, poſtea que vltra Iordanem Origen. Chryſoſto.
Epiphan. hæreſ. 51. Theophyl. Euthym. Bethabara le-
gunt, & inter Latinos Hieronym. in locis Hebraicis.
Quod doctiſſimus quiſque magis probat. Nam Iud.
7. 24. vbi ad aquas Iordanis ſitæ nomen ſimile le-
gitur Bethbera: quæ eadem videtur eſſe, atque ea,
quę paululum immutato nomine dicitur Bethabara

2. Bethabara.

Ioſue 18. 22. vbi tribus Beniamin inde, vt docti
putant, dicta quod ea populus Hebræorum vt Cha-
naan terram ingrederetur Iordanem traiecerit. Id e-
nim nomen ipſum ſignificare בית עברה domum
tranſitus. Ideo Ioannem iuxta eum baptizaſſe locum,
quod ad tranſeundum Iordanem locus eſſet aptus, &
multi vtrinque homines eius cauſa rei eo conflueré-
t. In hac ſalebra multos etiam viros ſingulariter do-
ctos hætere video, quod Bethabara nõ vltra, ſed citra Ior-
danem ſit in terra ipſa Chanaan, inque poſſeſſione tri
bus Beniamin, quam dubium non ſit non tendi vltra
Iordanem. Hunc nodum nos facile ſoluimus, qui, vt
apud Matthæum cap. 4. 15. copioſe probauimus, exi-
ſtimamus hanc phraſim, trans Iordanem, aut vltra
Iordanem, non ea ſignifi. are loca, quæ habitantibus
in Chanaan, ſed ea, quæ venientibus ab Ægypto olim
Hebræis antequam Iordanem traiicerent, vltra Ior-
danem erant. Ita Bethabara, & in tribu Beniamin, &
vltra Iordanem eſſe poterat. Immo propterea vltra
Iordanem erat, quia in ea erat tribu. Quam autem ob
rem Euangeliſta locum, vbi hæc geſta fuerint, deſig-
nauerit, diuerſas auctores cauſas reddunt. Cyrillus
hiſtorice diligentia, ac fide factum putat. Hiſtorici e-
nim eſſe loca, quibus res facta ſunt memorabiles ad-
notare, atque deſcribere: id & hiſtoriæ fidem augere,
& alios hæ. ere in auditorum animis. Chryſoſtomus
vero, Theophylactus & Euthymius vt Baptiſtæ in
cendo de Chriſto teſtimonio libertas intelligeretur,
qui non domi, non in angulo, non in alio obiecuro, &
ſolo loco: ſed palam, ac publice in loco celebetrimo,
atque frequentiſſimo, quo tum matim homines bi baptiſmi ſuſcipiendi, illi traiicien di fluminis cauſa con-
currebant. præclarum de Chriſto teſtimonium per-
hibuit. Alia etiam ab aliis peioribus licet auctor bus
cauſa meo iudicio melior affertur. Vt indicaret Euan-
geliſta teſtimonii Ioannis, eorum que omnium, quæ
dixiſſet, quam plurimos fuiſſe teſtes: nec enim in ſolo
ſed in frequentiſſimo hominibus loco accidiſſe. Ex a-
liis Euangeliſtis intelligimus, quid hoc loco Ioannes
præ rmiſerit. baptiſmum, ieiunium, & tentationem
Chriſti. Dum totus nimirum in eo erat, vt quibuſcũ-
que poſſet non ſuſpectis teſtimonijs Chriſti probaret
diuinitatem: & quaſi dum altius ad diuina contendit,
humana ſublimis præteruolat. Humanum era à loã-
ne, ſicut vnum de turba aliquem baptizari, humanũ
ieiunare, humanum à Diabolo tentari, & ab eo hacte
luce circanduci. hæc Ioannes prætermittit. Contra ex
Ioanne diſcimus, quid ab aliis præter miſſum. Iudæo
rum legatio conſtans illud, ſæpeque repetitum Bapti
ſtæ teſtimonium.

Quid Ioãnes nisi hæc præterierit.

29. *Altera die.*] Poſtridie eius diei, quo legatis Iu-
dæorum reſponſum, quod ſupra poſitum eſt, dedit:
definite etiam, non infinite ſumitur τῇ ἐπαύριον po-
ſtero die, vt nonnulli etiam antiqui codices legunt.
Id conſtat ex ver. 35. vbi ſimiliter dicit, *altera die*, id eſt,
poſtridiè huius diei de qua nunc agit, & ſecunda ab
ea, in qua Iudæorum legationem Ioannes adnotat,
vt Ammonius in Græca Catena interpretatur: & ex
capit. 2. 1. vbi non iam dicit *altera die*, ſed *die tertia*, ſci-
licet à legatione. Itaque narrat hoc loco Ioannes
quæ quatuor continuis diebus geſta ſunt, quibus
Chriſti diuinitas declaratur. Primo die Ioannem Ba-
ptiſtam à legatis Iudæorum interrogatum præclarũ
de Chriſto teſtimonium reddidiſſe. Secundo de quo
nunc agitur, aliud etiam clarius teſtimonium dixiſ-
ſe non interrogatum. Tertio idem confirmaſſe, expli-
caſſeque verſu 35. Quarto ipſum Chriſtum facto in
Cana Galilææ inſigni miraculo diuinitatem ſuam
declaraſſe. cap. 2. 1. Ex quo colligitur hæc omnia, quæ
hiſce quatuor diebus facta commemorantur, mul-
tis poſt

tis poſt Chriſti baptiſmum diebus accidiſſe. Nam ex
alius tribus Euangeliſtis perſpicuum eſt. Chriſtum ſta
tim poſt baptiſmum in deſertum receſſiſſe, & qua-
draginta illic ieiunium egiſſe diebus. Quod totum vt
minimum tempus inter baptiſmum, & hos quatuor
interceſſit dies. Aliquanto etiam plus. Iam enim præ-
dicare cœperat, cum diſcipulos Ioanni eſt, vt Chriſtum agnum ap-
peller. Apocal. 5. 6 & 12. 13. & 6. 1. 16. & 7. 9. 10. 14. 17. &
11. 11. & 13. 8. & 14. 1. 4. 10. & 15. 3. & 17. 14. & 19. 7. 9. &
21. 9. 14. 22. 23. 27. & 22. 1. 3. 14. Habet vocabula quædã
Ioannes, quibus delectatur. Inepte vero Heracleon,
vt Origen. tomo in Ioan. 9 refert, hinc colligebat
Chriſtum perfectum corpus non habuiſſe: non enim
arietem, ſed agnum appellatum, qui in grege imper-
fectum quiddam eſt. Dei aũt agnum appellauit, quia
à Deo oblatus eſt, vt Theophyl. & Euthy. obtemant:
ſicut vocamus ſacrificium Abrahami, quod Abraha-
mus obtulit. Aut Dei, id eſt, diuinũ propter diuinita-
tem quæ in ipſo erat. Quaſi dicat Ioannes, Ecce agnus
non tam terrenus, qualis ille erat, qui in veteri ſacri-
ficabatur lege: ſed cœleſtis, atque diuinus. Alii agnum
Dei, id eſt, qui Deo offertur, interpretantur. Illud pri-
mum probabiliſſimum. Bene autem à quibuſdam ex
Chryſoſt. hom. 17. notatum eſt, Euangeliſtam non di-
xiſſe, qui tollet, ſed *qui tollit peccata mũdi*, præſenti vsũ
tempore, vt non actum, ſed vim naturalem ſignificaret. Sicut non dicimus ignis calefacit, ſed ignis calefa
cit, vt ſignificemus natura quidem ſua omni tempo-
re, omni loco, omnem materiam, niſi quid obſter, ca-
lefacere. Vſus autem eſt Ioannes verbo ad eam natu-
ralem virtutem exprimendam accommodatiſſimo.
Non dixit, qui remittit, qui tegit, ſed *qui tollit peccata mundi*, id eſt, qui penitus aufert, qui penitus deler, vt
Theophyl. animaduerit. Et enim iſta non imputatio,
quam noſtra memoria Lutherani, & Calviniani fin-
xêre, nondum nata erat. Quod aũt dicit *Peccata mũdi*, *reticentem.*
aut vt Græci codices, & multi Latini legunt *peccatum mundi*, hanc vim habet, vt idem Theophyl. Euthym.
&, vt videtur Chryſoſt. viderunt, vt hunc agnum lega
libus opponat. Illi enim nero Iudaici tantum populi,
ac ne illius quidem vere, ſed ſola figura peccata tolle
bantiſte & vere, & totius mundi peccata tollit. Solet
Ioannes populo Iudaico per antithelim mundum op
ponere, vt ſupra ver. 9. & infra cap. 3. 17. & 4. 42. & 6.
33. 51. & 8. epiſtola c. 2. 2. Eodem Theophylactus per-
tinere putat quod non plurali, ſed ſingulari dicit nu-
mero *peccatum mundi*, vt genus omne peccatorum,
aut quidquid eſt in mundo peccati per eum tolli ſigni
ficet, nõ ad ſignificandum originale peccatum, vt Be-
da in Catena D. Thom. & Suabus putant. Solenn.
Hebræi, vt recte Lyranus monuit, ſingulari numero
totam rei naturam, & ingentem copiam ſignificare.
Venit, inquit, *quaſi grauiſſima* Exod. 7 24. hoc eſt ma-
gna multitudo muſcarum, aut omne muſcarum ge-
nus, vt eodem loco ver. 21 declaratur.

Matth. 3. 11. Luc. 3. 16.

Cur agnum qui fortior me eſt, cui non ſum dignus ſolere corrigiã calceamenti, ipſe vt baptizabat in Spiritu ſancto, & igni. Quaſi vanerit Ioannes.

30. *Ille eſt de quo dixi poſt me venit vir.*] Ammonius
Presbyter grauis ſane auctor, & eruditus in Græca Ca
tena in nomine vir emphaſim eſſe putat duplicẽ, aut
vt ſignificetur humana Chriſti generatio, aut trigin ta
annorum ætas explera, quæ propriè virilis dicitur. Po
tius Hebraiſmum eſſe credo, quo vir אישׁ, p quodam
poniturtanquam diceret. Poſt me venturus eſt qui-
dam alius maior me. Reliqua verba huius verſus ſu-
pra ſunt explicata ver. 16.

31. *Et ego nesciebam eum.*] Totus hic locus vſque ad
verſum 34. apud Matth. cap. 3. 14. 15. 17. tractatus, &
explanatus à nobis eſt: illa inprimis quæſtio, quomo-
do Ioannes ante Chriſtum potuerit ignorare. Hic illud tantum exponendum, quare hoc Ioannes
dicat: poterat enim tacere, quantumuis ver in

esset. Vera mihi videtur Origenis in Catena Græca erati Chrysostomi homilia 16. Theophylacti, & Euthymii in comment. coniectura: propterea ho. Ioannem adiecisse, an quis suspicari posset, cognitioni, aut familiaritati, & gratiæ datum esse, quod tam præclarum de illo dedisset testimonium.

43. *Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei* Eodem hoc spectat, quo id, quod paulo ante dicebamus, vt omnem auocaret suspicionem gratiæ. Nec enim sponte sua, sed illum à Deo testimonium de illo perhibuisse. Neque fama tantum, & auditione hominum motum, sed diuino prorsus testimonio, *Supra ver. 31.* *Qui misit, inquit, me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.* Hoc ipsum à Deo sibi datum signum se vidisse dixit, & non humanæ gratiæ, sed diuinæ obtemperat voluntati, quod viderat, testatum esse. Non declarat quid viderit, sed ex iis, quæ dixerat, intelligitur nempe Spiritum sanctum post baptismum super Christum descendentem, vt Cyrillus interpretatur. Qui erunt autem Chrysost. Theophylact. & Euthym. voluam Ioannes hoc de Christo testimonium perhibuerit, quod esset filius Dei, quod se ante perhibuisse dicit. Nam supra quidem non filium, sed agnum, sed virum appellasse. Respondent, id scriptum non esse, sed sicut alia multa & à Ioanne, & ab aliis Euangelistis prætermissum. Quod ad testimonii veritatem attinet, perinde est, quod se eiusmodi testimonium Ioannes, Euangelista cómemorante, perhibuisse dicit, atque si ipsum, quod perhibuit, testimonium scriptum haberemus. Filium autem Dei non adoptione, sed natura Christum appellasse manifestum est. Voluit enim eo titulo non solũ sib, sed omnibus & aliis Prophetis, omnibus aliis hominibus anteponere. Quemadmodũ si in regio comitatu dicas, Ecce ille est Rex (digito in media turba Regem ostendens) haud dubie indicas alios non esse Reges. Ioannes autem, & alii Prophetæ adoptione quidem filii Dei erant: vt Cyrillus argumentatur: ergo Christus plus vtiq; quam adoptione. Quid plus quã adoptio est, nisi natura? Eo pertinet, quod addito articulo Græco τὸν υἱὸν, dixit, vt Cyrill. adnotauit.

Filium Dei Christum natura, non ad opinat.

35. *Altera die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo.* [Ge. τῇ ἐπαύριον,] postero die, vt supra ver. 29. id est, postridie eius diei, quo Ioannes venientem ad se Christum intrit" dixerat, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*: & secunda die post Iudæorum legationẽ. Hoc enim est tertium, vt ait Agnominis. Ioannis de Christo testimonium ex iis quidem certe, quæ ab hoc Euangelista scripta sunt. Quam vim hoc loco habeat verbum standi, apud neminem notatum inuenio. Nam quod Alcuinus apud D. Thom. interpretatur steriſſe Ioannem, Christũ vero ambulasse, quia *venienti Christo ista sua sterilex*, quod & Strabus elt imitatus, & hodie in ore versatur omnium, pulchra quidem est allegoria, sed allegoria, quam affirmare nõ possumus aut Baptistæ, aut Euangelistæ in mentem veniſſe. Similis illa Bedæ. vnde in glossam, quam vocant interlineare translata est. steriſſe Ioannem *in culmine perfectionis*. Quid enim de Christo ambulante dicent, an ipse non dum ad culmen perfectionis venerat. quia ambulabat? Magis accedit ad sensum, quod Lyranus ait, steriſſe, id est, paratum faiſſe ad exercẽdam officium. Communis enim hæc ratio est, paratum faiſſe cũ sem per Ioannes ad exercendum officium paratus fuerit. Et tamen apparet hoc loco Euangelistam aliquid pro prium eius temporis significare voluiſſe. Melius Chr. Theophylact. & Euthy. indicant steriſſe Ioannem, Christum ambulasse, quia non contentebat, vt Ioannes quæreret Christum, ne suum de illo suspectum reddereret testimonium. Ctedo ergo hanc vim habere, vt significet Ioannem constituſſe, vt Christum quasi animo, oculisq; defixus intueretur, & ex verbis sequentis explicatione magis intelligetur.

36. *Et respiciens Iesum ambulantem.* [καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι.] & coniecta in Christum ambulante oculis, vt Theophylactus interpretatur. Ita hinc apparet, quomodo steterit, quasi admirabundus, quasi illa pore defixus. Christum vere ambulasse certum est, cũ id proprie verba significent. Quo versus ambulauerit incertum Chrys. Theophylact. & Euthym. videntur existimare ad Ioannem veniſſe. At id Euangelista vtique diuiſſet, sicut ver. 29. dixerat, *Vidit Ioannes Iesum venientem ad se*. Itaque verisimilius esse arbitror, aut alio quo tetendiſſe Christum, aut eo consilio ad Ioannis conspectum quasi animi causa obambulaſſe, vt iterũ de se Ioannes testimonium perhiberet.

Ecce agnus Dei.] Verba explicata sunt supra ver. 29. Tãtum illa modo quæstio, quæ à multis proponitur, expedienda, quid sit, quod Ioannes tam sæpe de Christo idem repetat testimonium. Ammonius Presbyter, Chrysost. Theophyl. Euthym. respondent auditorum tarditatem in causa fuiſſe, qui necdum satis, & semel dixerat, intellexiſſent. Eodemq; redit, quod Cyril. air, optimum se esse doctorem declaraſſe. Boni enim doctoris esse tamdiu eadem iterare, quoad auditores intelligant. Fieri etiam potest, & vero probabile est, vt cum hoc secundo Ioannes dixit, alios esse viderit auditores qui ante non audiſſent. Idque non obscure indicat Euangelista, cum tantum dicit duos ex discipulis eius adfuiſſe, quos cum Ioannes, vt opinor satis vidiſſet esse maturos, vt Christum sequerentur, voluit eos repetito testimonio ad illum mittere; quemadmodum euentus declarauit.

37. *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.*] Incipit fructus apparere prædicationis Ioannis. *Vide*, inquit Cyrillus, *quam cito à doctrina Baptistæ fructus fecatus est? Vides quam magnum audit verbum emolumentum iteratio sermonis attulit? Discat igitur ex isto, cui docendi opus creditum est, non laudari ſſestinum in pastore; neque talentum Domini insecunda terra citerimittat, sed nummularius esse à spartiendum, vt in de cum fœnore Saluator illud exigat. Testimonium Ioannis*, inquit Beda, *fides est discipulorum*. Ac mirum tunc fructus concionatoris apparet, cum eius auditores non illum ipsum studio quodam curiositatis, sed Christum salutis desiderio sequuntur, cum frequentiores ad sacramenta venire incipiunt. Putant Chrysost. & Euthym. plures tunc cum Ioanne discipulos eius fuiſſe, sed hos duos tantum credidiſſe. Probabile, vel eo ipso, quod duo tam boni auctores dicunt, sed incertum. Allegoricum quidem est, quod scribit Beda, sed apte ad locum dictum, *sequentes*, inquit, *Iesum reliquerunt Ioannem sequentes Euangelium, legem amiserunt. Sic tamen secuti sunt Euangelium, vt testimonium viderentur è lege.*

Fructus prædicationis Ioannis.

38. *Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se dicit eis: Quid quæritis?* Sẽl per se facilis est; Caueat lector, si Chrysostomi in hunc locum legerit commentarium, ne in Pelagianorum errorem incidat, à quo ille, quia nondum suo tempore natus erat, non satis longe aliquando videtur, si non sensu, verbis tamen non admodum cautis abhorrere. *Hinc*, inquit, *admoneri possumus, Deum sui in nos beneficii nostras non præcurrere voluntates: sed à nobis incipiendum esse: sed cum nos præsto, paratosq; animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis offerri salutis occasiones.* Quæ verba nisi benigna lenitantur interpretatione, cum fide Catholica pugnabunt in Concilio Tridentino nouo decreto declarata initium iustificationis non ex nobis solis esse, sed gratia

Chrysostomi locus cauẽ legendus.

Sess. 6. c. 5. & 6. Can. 4.

gratia nos semper diuina, vt bene agere aut cogitare incipiamus præueniri. Illa enim ipsa gratia fuit, quod duo illi discipuli Christum sequi cœperunt. Melius hinc Chrysost. collegisset, quod omnibus postea Theologorum consensu probatum est, facienti, quod in se est, Deum gratiam non denegare. Sed in isto reb. quæ ad salutem nostram, & iustificationem pertinent, hoc ipsum quidquid est, quod est in nobis, sine gratia Dei facere non possumus. Nondũ Christus forsalle duos illos discipulos Ioannis corpore respexerat, sed animo certè, & gratia respexerat, sine qua à Ioãne, id est, à veteri lege, à pristinis moribus, in quibus hærebant, discedere non potuiſſent. Quos quia ea gratia bene, quantum in ipsis erat, vti sunt, Christus etiam corpore respexit, id maiore gratia, maiore fauore profecturus est, in suam amicitiam, familiaritatemque recipiens. Non paulo melius Cyrill. *Conuersus*, inquit, *opportune ad sequentes ipsum Dominum, vt ipse à vitium esse discas, quòd caninum: Quæsiui Dominum, & exaudiuit me. Deus enim ne. fide reiicit, nec bonu moribus Dominum quærimus. post eum quodammodo comperimur: cum verum mandatis eum sectemur præcipuam iustitiam seruantes, flatim conuersus visitat clementer, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Quod Beda, & Alcuinus apud D. Thom. dicunt, morale est. *Illi*, inquiunt, *discipuli tergum ipsis sequebantur vt viderent, & facem Dominis videre non poterant. Ideo conuertit se, & quodammodo de sua maiestate descendit, vt possint facem illius contemplari.* Optime omnũ Ammonius declaraſſe Christũ hoc facto, frustra nos illum sequi, nisi se ad nos ipse conuertat: neque enim consequi nostris viribus posse. Illud magis ad sensum, quem quærimus literalem pertinet, quod Chrysost. Theophyl. & Euthy adnotauerunt, propterea Christum se ad sequentes pone discipulos Ioannis conuertiſſe, prioremq; quid quærerent, interrogaſſe, vt verecundantes, timentesque interrogare, alloquique animarent, & ad colloquium alliceret. Quod non est à nobis Deum, sed nos à Deo præuenti. *Præparationem* inquit, *cordis eorum audiuit auris tua*, & *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Psal. 31. 5. *Ernig, antequam clament, ego exaudiam.* Isai. 65. 24. Quod autem eos interrogat, nõ ignorantis, sed inuitantis est, vt iidem auctores, itemque Cyrillus adnotauerunt.

Fructus prædicationis Ioannis.

Psal. 9. 18.

Mat. 15. 27.

Qui dixerunt ei Rabbi, quod dicitur interpretatum, Magister, vbi habitas?] Cum Rabbi, id est magistram appellant, & gratiam sibi honorifico titulo conciliant, & se eius discipulos esse velle profitentur, vt Chrysost. Cyrill. Theophylact. & Euthym. obseruant. Beda *fidei argumentum* esse dicit, Ies. inquit, *appellatio verecundiæ, indicium fidei. Quando enim dicunt, Rabbi, quod intelligitur magister, & sequuntur eum, vti ius magistrum sequuntur, & discunt.* Non respondent quid velint, sed tantum interrogant vbi habitet, volentes ex otio, & primum eum de rebus maxime sacris, & ad salutem pertinentibus interrogare, vt Chrysost. Cyril. Theophyl. & Euthy. obseruauerunt. *Non enim*, vt ait Cyrillus, *vbi res grandes oportune dicere arbitrabantur.* Vtile nobis exemplum, quod vtinam nostro seruarent tempore, & non in foro, non in compitis, non in mensis, non in cauponis, non vbique præterquam in scholis, vbi id maxime fieri oportebat, de summis religionis mysteriis disputaretur: sed in Ecclesiam, id est, ad Christi omnes irent domicilium, ibi eum, aut qui eius tenent locum, modeste submisseque interrogaturi. Aut, vt ego puto, dum domum interrogant, indicant se non quoties modo Christi discipulos, sed etiam familiares, & quodammodo domesticos esse velle.

Tit. 2. 8.

De religione vbi disputandi.

39. *Dicit eis, venite & videte.*] Apta est in hunc lo-

cum interpretatio Cyrilli, itaq; eam ipsius apponam verbis. *Non dixit*, inquit, *vbi habitaret, quamvis hoc ipsum ab eo peteretur: sed illico eo se ipsos hortatur. Primum vt doceret, nullam esse in quærẽdo bonorum laudem, cum veritatis retectatio semper affert detrimentum. Deinde vt ostenderet non fuiſſere, si quis, vbi Christus domus, id est Ecclesia fundata sit, didicerit: sed si per fidem in eum venerit, & quæ mysticè in ea peraguntur, feruenter animo vsderit.* Hoc si Lutherani, & Caluiniſtæ facerent, hæretici non essent. Vtinam ad Ecclesiam venirent, & quod agatur, quid doceatur, viderent, cõsiderarent, probarent, & non ea de bonis fingerent monstra, quibus & ipsi primum decepti perierunt, & simplicem decipientes populum misere perdunt. Vtinam saltem quæreret, vbi Christus habitaret. quæ vera esset Ecclesia. nam Genouæ quidem certe non habitat. Significat Christus his verbis se domum habere, vbi habitet: quod qua ratione non pugner cum eo, quòd alibi dicit, *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Matt. 8. 20. quæri solet. Respondent Chrysostomus hom. 17. & Theophylactus, & Euthymius in comment. & Ammonius in Græca Catena, habuiſſe quidem hospitium, proprium autem domum non habuiſſe. Ad allegoriam vero magis quam ad sensum literalẽ pertinet, quod Beda, & Alcuinus dicunt, ideo non dixiſſe Christum, vbi habitaret, sed illos vt venirent, ac viderent inuitaſſe, quia habitatio, id est gloria Christi videri quidem potest, verbis explicari non potest.

Hæretici quærere de his, vbi Christus habitet.

Venerunt, & viderunt.] Obsecuti sunt diuinæ vocationi. Quod autem dicit Euangelista apud eum mansiſſe die illo, incertum an significet, quod eius diei reliquum erat, id est horas duas: *hora* enim *erat quasi decima*: vt hic dicitur; an diem vnum, vt vocant naturalem, qui viginti quatuor horis constat. Vtriusque interpretationis auctores inuenio: sed meliores posteriorisNam nisi fallor, ita Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius intellexerunt: etsi id apertè non explicant. Quod autem quidam priores interpretationi auctores docent, nihil tunc duos illos discipulos à Christo didiciſſe, sed tantum domum notaſſe, vbi habitaret, vt ad eum alias discendi causa venitarent, incredibile mihi videtur esse. Quis enim credat homines sitibundos inuento non statim bibiſſe fonte? Et vnde discere, nisi ex ipso Christo potuerunt, illum esse Messiam? quod illo die didiciſſe ex versu 41. manifestum est. Quin propterea fuiſſe eos Euangelistam dixiſſe eos eo die apud Christum manſiſſe, vt indicaret non fuiſſe contentos domum notiſſe: sed aliquem etiam doctrinæ Christi gustum capere voluiſſe, vt Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius non obscure significant. Certe instructos à Christo doctrina fuiſſe plane affirmant, licet id Euangelista non dicat: præsertim cum ipse non dum ad Christi doctrinæ

sti peruenerant, quantum apud eum mansissent tempore, nempe per duas, quæ reliquæ erant, horas eius diei, & per totam insequentem noctem neque rationem reddat, quare eo die ad Ioannem non redierint; sed eos potius laudet, quod cum redire possent duabus adhac reliquis horis, redire tamen noluerint, sed per reliquam eius diei partem, & noctem totam Christi consuetudine, & doctrina fuit. Colligunt ex hoc loco Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius nullum ad discenda, quæ ad salutem pertinent, tempus aut sexum, aut importunum esse. Colligunt quanta in Christo ad docendum caritate quantus in discipulis illis ad discendum ardor fuerit quando & eo tempore, quod cænæ destinatum erat, & ille docere voluerit, & illi docerì: exemplumque & à Christo doctoribus, & à discipulis auditoribus relictum esse. Diem, item quæ noctem in duodecim apud veteres illos horas partitum fuisse, quæ crescente crescerent, decrescente decrescerent die, itaque horam decimam fuisse, quæ Italis est vigesima secunda: ideo non dicimus, quia neminem credimus ignorare.

40. *Erat autem Andreas frater Simonis Petri.*] Constat ex hoc loco Andream priusquam discipulus esset Christi discipulum, ac sectatorem fuisse Ioannis. Petrum eius fratrem non constat, sed probabili colligitur coniectura; verisimile enim est fratres eandem semper doctrinam, eundem præceptorem secutos fuisse, sicut eundem, postequam cognouerunt, Christum secuti sunt. Duæ hic iuniores nexæ quæstiones, cur Andream Euangelista nominauerit, & cur alterum non nominauerit. Prima facile soluitur, necessarium fuisse Andream nominari, quia narrandum erat quomodo Simonem fratrem suum ad Christum adduxisset, vt Theophylactus, & Cyrillus in Catena Græca citatus ait. Cur alterius nouten non expresserit, contrariis rationibus factum creditur, siue quia necesse non erat, cum nihil de eo post fuisset agendum, vt idem Theophylactus, & Cyrillus respondent: siue, vt Epiphan. hæres. 51. & Cyrillus in eadem Catena, & Euthymius, & Theophyl. tanquam multorum, & probabilem opinionem referunt, quia alter ipse Ioannes erat, qui scribebat, qui solet, vt alibi sæpe diximus, modestiæ causa supprimere nomen suũ. Vide quæ in titulo huius Euangelii adnotauimus: siue q aliquis alius erat minime ingratus, cuius nomen notũ vulgo non esset, vt iidem auctores dicunt. Nam hac eadem de causa, vt Cyrillus eodem loco monuit, septuaginta discipulorũ nomina edita non fuisse Luc. 10. 1. Putat etiam Epiphanius esse probabile alterum illum discipulum Iacobum Zebedæi filium, & Ioannis fratrem fuisse, quod eiusdem patriæ, eiusdem artis, eiusdem esset contubernii. In re incerta malo credere ignotam aliquem fuisse, qui Christi postea non fuerit Apostolus, ideoque non fuisse nominatum. Nam si Apostolus fuisset, profecto eum Ioannes nominasset. vt declaratet, quod fuisset initium vocationis eius. Nam ea etiam opinor de causa Andream nominauit. Colligit ex hoc loco Beda Andream minorem Petro natu fuisse, quod non Petrus illius, sed ille Petri dicatur frater. Tenuis coniectura.

41. *Inuenit hic primum fratrem suum Simonem.*] Plerique Græci codices legunt, πρῶτον ἀνδρα τὸν ἀδελφὸν inuenit hic primus fratrem suum Simonem, vt Chrysost. Epiphan. hæres. 51. & Euthym. etiam legunt, vt hi sensus sit illum inuenisse fratrem suum, illique nuntiasse se Christum vidisse, antequam alter ille discipulus, qui cum ipso ad Christum venerat, eum inuenret. Quasi voluerit Euangelista significare, Petrum non per alium, quam per Andream fratrem suum primum de inuento Christo nuntium accepisse. Sententia sane non incongrua. Sed noster interpres legit πρῶτος primum: eodemque modo Cyrillus, & Theophyl. Græci etiam auctores legunt: sensusque est melior. Nam si legamus πρῶτον, primus necesse est, vt ponatur pro ἑτέρου prior, cum inter duos tantum illos discipulos comparatio fiat. Quod etsi nonnunquam fieri solet, tamen sine licentia non fit. Itaque nisi constet alium sensum constare non posse, credendum non est factũ hoc loco: si autem legamus πρῶτον, primum, comparatio fit inter Petrum, & cæteros omnes homines, quemadmodum superiorum. vt Grammatici vocant, natura postulat. sensusque est vberior, & maior. Declarat enim Euangelista diuina factum esse pietate, vt Andreas à Christo reuertens plenus gaudij, plenus desiderij the saurum illum, quem in agro absconditum inuenerat, cum aliis communicandi, primum omnium inuenerit fratrem suum, quo neminem carior habebat, neminem quocum magis cuperet, quæ inuenerat, ac viderat communicare. Notant hoc loco præ alijs omnes auctores exemplum, Chrysostomus, Cyrillus, Beda, Theophylactus, non defodisse in terram Andream talentum, quod acceperat, sed ad lucrum statim exposuisse, & quamuis piscator esset, statim vt Christum inuenit cœpisse prædicare. Idẽ nobis faciendum esse.

Talentum non defodit Andreas.

Inuenimus Messiam.] Messiam Hebræis, & Christũ Græcis idem esse nemo nescit, & nos alibi docuimus. Adnotarunt autem Chrysostomus & Theophylactus non dixisse Euangelistam simpliciter ηὑρήκαμεν inuenimus Messiam: sed ἐφάνη ἡμῖν τὸν μεσσίαν inuenimus Messiam illum, scilicet quem vnum quærebamus, quem optabamus, quem venturum sperabamus, vt Euthymius ait. At vnde tam cito didicerat Andreas Christum esse Messiam? Respondent Chrysostomus, & Theophylactus id à Christo ipso eo die, quo apud eum mãserat, didicisse, etsi id Euangelista nõ dixit. Vnde magis apparet falsum esse, quod quidam dicunt, duos illos discipulos nihil tũ à Christo didicisse, sed domum, vbi habitaret, tãtummodo notasse.

42. *Et adduxit eum ad Iesum.*] Cupientem opinor videre eum. Vtrumque verisimile. & Andream inuitasse Petrum fratrem suum, vt ad Christum veniret, & Petrum sese sponte obtulisse, rogasseque vicissim fratrem, vt se ad illum duceret. Notatur à Chrysostomo, & Theophylacto prompta obedientia, & fides Petri, qui antequam Christum videret, ad primam eius nuncium in illum credidit. Excusatur autem credendi facilitas, quod ad primum verbum crediderit. Enumero verisimile esse Andream tunc multa alia, quæ à Christo didicisset, mysteria illi exposuisse, quibus adductus ere diderit. Sed excusatione meo iudicio opus non est. Quid enim mirum fratrem fratri affirmanti se inuenisse Messiam facile credidisse? Maioris hoc est laudis, quam quod illi Theophylactus laudis loco tribuit, eum non statim fratris verbis credidisse, sed videre, expeririquo voluisse. num quæ diceret, vera essent, ideoque ad Christum venisse. Magis equidem adducor, vt credam, non ideo ad Christum adductum à fratre, vt experiretur verum esse, quod illi narrauerat, sed partim vt eius satisfaceret desiderio cupientis videre, quem tamdiu expectauerat, tanto quærentis studio, inuentum audiebat partim vt & apud Christum, & apud fratrem Andreas gratiam iniret. Apud illum, quod nouum ad eum discipulum adduceret; apud hunc, quod eum in Christi notitiam, & familiaritatem insinuaret.

Cur alterius discipuli nomen expressit non fuit.

Initiatum autem eum Iesu.] Id est antequam cum illo colloqueretur, antequam ad se Petrus accederet, solo intuitu cognouit, & cuius esset filius, & qui vocaretur, & quod est maius, qualis, quantusque futurus esset: vt ex hac anticipata prædictione suam illi indicaret diuinitatem, & ad credenda maiora mysteria excitaret. vt Chrysostomus. Cyrillus. Augustinus. Theophylactus. Beda. Euthymius, obseruauerunt. Atque hanc vim habet verbum illud, *tu es Simon Nõ magnum*, inquit Augustinus, *quia Dominus dixit, cuius filius esset iste. Quid magnum Domino? Omnia nomina sanctorum sanctorum scribat, quos ante constitutionem mundi præelegit sanctos: & miratur, quia dixit vni homini, tu es filius Ioannis, & tu vocaberis Cephas?* De mutatione nominis Petri, & quid nomẽ Cephæ significet, & an statim, vt hoc illi Christus dixit, Cephas vocari cœperit, apud Matthæum disputauimus.

Tract. 7.

Matt. cap. 16.

43. *In crastinum voluit exire in Galilæam.*] Die insequenti, qui tertius post illum erat, quo Iudæorum ad eum legati venerant: & illo ipso die, quo nuptiæ in Cana Galilææ factæ sunt. Nam ille nuptiarum dies cap. 2. 1. tertius etiam post legationem illam fuisse dicitur. Ex quo constat eodem die Christum & à Iudæa in Galilæam migrasse, & Philippum Apostolum vocasse, & ad nuptias inuitatum miraculum illud fecisse primum mutatæ in vinum aquæ. Erat enim Iudæa, vbi tunc erat, confinis Galilææ: & Ænon locus isse celebris, vbi Ioannes baptizabat. iuxta Iordanem, qua in Galilæam influebat, & Cana vbi celebratæ nuptiæ sunt in ipso ingressu Galilææ. Ergo ptidie quam Andreas ad Christum venit, siue eadem nocte ad Ioannem redierit, siue prima luce, Petrum mane ad Christum adduxit: eodemque die Christus in Galilæam ingressus est. Ita dies ille, quo in Galilæam abiit, postridie fuit eius, quo ad eum Andreas venerat: quemadmodum non solum Epiphan. hæres. 51. Euthymius hoc loco, sed omnes omnino auctores putant, dum nemo contradicit, & verba præ se ferunt. Dicit Euangelista ille Christum in Galilæam, id est rediisse: nam inde prius, vt à Ioanne baptizaretur, in Iudæam venerat Matth. 3. 13. & Marc. 1. 9. vt Beda, & Alcuinus apud D. Thom. notant: dixit. inquam, hoc Euangelista, vt ad Philippi vocationem, & ad historiam Nathanaelis transitionem faceret, quæ vtraque contigerat in Galilæa. Tum etiam ad miraculum, quod paulo post cap. 2. 1. in Cana Galilææ factum narrat. Quod autem dicit *Voluit*, hanc mihi videtur vim habere. vt significet Euangelista Christum certo consilio, sciente, quod futurum esset, in Galilæam contendisse, vt ibi se vbi educatus & notus erat, inciperet ostendere: vbi discipulos ad se colligere, vbi docere, ibi primum edere miracula: voluisse in Galilæam ire, vt ibi Philippum inueniret, ne casu ab eo inuentus putaretur, vt bene Rupertus admonuit. Aut voluisse, cum tam solus non esset, sed duos, eosque Galilæos Petrum & Andream discipulos haberet, quibus, quemadmodũ euentus docuit, ad alliciendos alios ceteribus administris vteretur. Constituerat enim discipulos suos ex Galilæa omnes, aut plerosque certe vocare, quo simpliciores minusque suspecti essent. Et recte Chrysostomus obseruauit neminem Christum ad discipulum vocare voluisse, antequam aliqui sponte sua non vocati ipsum sequerentur: ne si ipse primos vocasset, minus essent firmi, reliquæ tota suspecta videretur.

Discipulos Christus fere omnes Galilæos.

Et inuenit Philippum.] Singularis est Euthymii sententia. non eodem die quo Christus in Galilæa rediit, Philippum ab eo inuentum, atque vocatum esse: sed Ioannem coniunxisse, quæ diuersis temporibus acciderint. Verba quidem Euangelistæ plane ostendunt eodem die & ingressum in Galilæam Christum, & Philippum vocatum fuisse, atque ita Epiphan. & opinor alij omnes auctores sentiunt. Inuenisse autem Philippum dicitur, qualis ipsum quæsisset, vt Theophylactus, Rupertus, & D. Thomas obseruarunt. Quærebat autem eum non corpore, sed animo, quo eum aptum ad officium Apostolatus esse sciebat. Itaque inuenisse Philippum dicitur, quia incidit in eum, quem animo quærebat. Sicut Deus de Dauide dicit, *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum* Psa. 88. 21.

Per 48.

Et dicit ei Iesu sequere me.] Nouerat Christus, quem vocabat. sicut & Nathanaeli dixit *priusquam te Philippum vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.* Non dicit Euangelista Philippum voci Christi obsecutum esse, sed ex euentu intelligendum reliquit. Non solum enim secutus est, sed etiam Nathanaelem ad Christum adduxit. Itaque ex hoc ipso nascitur quæstio, quam Chrysostomus & Theophylactus attingunt, quomodo tam facile Philippus Christum, quem nunquam viderat, nunquam audierat, ad primam vocem secutus fuerit. Ad quam duob. modis illi respondent. Primum quidem credibile esse multa prius aut à Ioanne, aut à Petro, & Andrea popularib. suis audiisse de Christo, & pensoq; tam in illum animo fuisse itaque paulo momento impelli potuisse. Quod & Euthymius confirmat. Aut, quod ego indico probabilius, Christum vna cum voce diuinam quandam in eius animum virtutem infudisse, qua incẽtus continuo fuerit, vt Christum sequeretur, quemadmodum discipuli illi dixerunt, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via?* Luc. 24. 32.

Philippus solo diuino spiritu incitatus Christum sequitur.

44. *Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri.*] Sunt qui existiment propterea Euangelistã Philippi initatem nominasse, vt tacite causam redderet, quam ob rem tam facile Christum secutus sit. Quia multa nimirum à Petro, & Andrea ciuibus suis de Christo didicerat, vt Theophylactus ait. Aut quod facilius fuerit eum sequi, quem non ipse primus, sed alii, & quidem populares, & amici ipsius sequerentur, quasi in illis de Christo periculum fecerit. Hanc vim habere verbum illud, *Inuenit*, vt Beda, & Alcuinus apud D. Thom. notant: dixit. inquam, hoc Euangelista, vt ad Philippi vocationem, & ad historiam Nathanaelis transitionem faceret, quæ vtraque contigerat in Galilæa. Tum etiam ad miraculum, quod paulo post cap. 2. 1. in Cana Galilææ factum narrat. Quod autem dicit *Voluit*, hanc mihi videtur vim habere. vt significet Euangelista Christum certo consilio, sciente, quod futurum esset, in Galilæam contendisse, vt ibi se vbi educatus & notus erat, inciperet ostendere: vbi discipulos ad se colligere, vbi docere, ibi primum edere miracula: voluisse in Galilæam ire, vt ibi Philippum inueniret, ne casu ab eo inuentus putaretur, vt bene Rupertus admonuit. Aut voluisse, cum tam solus non esset, sed duos, eosque Galilæos Petrum & Andream discipulos haberet, quibus, quemadmodũ euentus docuit, ad alliciendos alios ceteribus administris vteretur. Constituerat enim discipulos suos ex Galilæa omnes, aut plerosque certe vocare, quo simpliciores minusque suspecti essent. Et recte Chrysostomus obseruauit neminem Christum ad discipulum vocare voluisse, antequam aliqui sponte sua non vocati ipsum sequerentur: ne si ipse primos vocasset, minus essent firmi, reliquæ tota suspecta videretur.

Bethsaida, id est domus venationis.

Inuenit Philippum Nathanael.] Hoc ego non affirmarim eodem prorsus die factum esse. Potuit enim aliquanto

aliquanto post fieri, quàuis Euangelista, quia de Philippo loqui iam cœperat, & Philippus Nathanaelem ad Christum adduxerat, non situm temporis, sed filum cognatarum rerum secutus fuerit. Quod & ab aliis Euangelistis sæpe, & ab hoc ipso supra vers. 6 factum animaduertimus. Atque hoc sane videtur Euthymius indicare. Probabilius tamen est hæc omnia eodem contigisse die. Nam & Andreas eodem die & Christum secutus est, & Petrum inuenit, & eum ad Christum adduxit. Et est credibile Philippum statim, vt Christum vidit, ab eo vocatus, quis esset, cognouit, recenti gestientem gaudio. Nathanaelem amicum suum, vt cum eo inuentum thesaurum communicaret, quæsiuisse. Hinc enim vim verbum illud habere, *Inuenit*, quasi eum quæsiuisset, recte Cyrillus adnotauit. Certe ita Ioannes narrat historiam, quasi omnia eodem die facta fuerint, cum initio rapitis secundi dicat, *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.* Quanquam nihil absurdi est, si dicamus tertiam illam fuisse diem non à legatione Iudæorum, sed ab eo die, quo Nathanael à Christum à Philippo addu&ctus fuerat. Ita spatio illo duorum trium ve dierum Nathanaelem inuentum à Philippo, & ad Christum adductum. Sed de ea re ille disseremus. Vt cumque se res habet, illud apparet Euangelistam declarare voluisse, quo modo deinceps temporalias alium traxerit ad Christum, Andreas Petrum, Christus ipse Philippum. Philippus Nathanaelem: quamque exigua initio quantum incrementum acceperit Euangelium. Simile enim *est regno cœlorum quod minimum est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.* Ignem Christum venisse *mittere in terram, & cece quam velim ignis, quam magnam sylua incendit?* Iuuat enim & studium patriæ iuuat amicitia, iuuant omnes humanæ necessitudines. Nec enim dubium, quin propterea Philippus tam facile Nathanaelem ad Christum adduxerit, quia amicus eius erat. Non est vera amicitia, quæ non tendit ad Christum, suspectique mihi Catholici sunt, qui diuturnum cum hæreticis, & quotidianam consuetudinem habentes, amici cum amicis, viri cum vxoribus, vxores cum viris, parentes cum liberis, liberi cum parentibus, heri cum ministris, ministri cum heris, non eos ad Christum, non eos ad Ecclesiam adducunt. Quod vbicunque hodie hæresis regnat, magno sit malo. Molles multi Catholici sunt, & nimis familiariter cum hæreticis gerunt inimicitias.

Matth. 13. 31. Luc. 13. 19. Iacobi 3. 5.

Consuetudo cum hæreticis diuturnus suspecta.

Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.] Non est sensus Moysem, & Prophetas scripsisse nominatim venturum Iesum, sed venturum Messiam, aut Christum: at sensus est, inuenimus Messiam, aut Prophetam illum, quē Moyses, & Prophetæ venturum prædixerant, q est aut vocatur Iesus. Quod Philippus Nathanaeli Moysem, & Prophetas citauerit, ideo fecisse graues auctores putant, quod Nathanael vir foret Hebræorum litteris eruditus. Sic Augustinus tract. 11. in Ioannem 7. Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus. Quinquin hoc quidem argumento magis probari videtur posse Philippum, quàm Nathanaelem in scripturis, quarum testimonia vrebatur, doctum fuisse. Cæterum solent aliquando homines imperiti litterare, quatenus quidem possunt, cum doctis agere, vt se ad eorum ingenium, & eruditionem accommodent. Itaque potuit Philippus, quamuis indoctus esset, quia cum homine agebat docto, ijs vti scripturarum testimonijs, quæ nemo quantumuis indoctus Iudæus ignorabat: Prophetas prædixisse venturum esse Messiam. Quasi rem Nathanaeli ex locis scripturæ, quos ipse ignoraret, explorandam, confirmandamque reliquerit. Quod Moysem à cæteris Prophetis distinguit consuetudine Iudæorum fecit, qui Moysem tanquam omnium Prophetarum maximum seperatim nominabant. Aut librorum diuisionem, qua per Moysem Irgem, per Prophetas omnes alios libros intelligebant. Lucæ 16. 29. & Act. 26. 22. & 28. 23. Ad quos autem Moysis, & Prophetarum locos alludat, non est difficile coniicere, & longum esset commemorare. Illustriores sunt Genes. 49. 10. & Deuter. 18. 15. 18. Daniel. 7. 13. & 9. 24. Ierem. 23. 5. & 30. 9. & 33. 15. Isai 7. & 15. Mich. 5. 2. Hic etiam dicit *Inuenimus*, sicut supra Andreas ver. 41. Quod, vt notauit Theodorus Mopsuestien. quatenus erit, loquitur autem plurali numero, cum ipse solus esset, quia non ipse solus, sed etiam Andreas, Petrus, & ille alter Ioannis discipulus inuenerant. Quod autem Christum filium Ioseph vocat ex vulgi loquitur opinione, qui, vt ait Lucas cap. 3. 23. filius Ioseph esse putabatur, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthym. interpretantur. Aut filium Ioseph vocat, non quod ab eo genitus, sed quod ab eo nutritus esset, vt Lucæ 2. 33. 43.

Cur Moyses seorsum à Prophetis nominetur.

Cur filium Ioseph vocet Christum.

A Nazareth autem esse dicit, aut quia nondum cognouerat eum in Bethlehem natum fuisse, aut quia si cognouerat, in Nazareth nutritus fuerat; itaque Nazarænus, aut Nazarenus vulgo vocabatur Matth. 2. 23. & 26. 71. & Marc. 1. 24. & 10. 47. & 14. 67. & 16. 6. & Luc. 4. 34. 18. 37. & 24. 19. & Ioann. 18. 5. 19. 19. Describit Philippus nomen patriam, & genus Christi, vt ostendat se non rem dubiā, & incertam, sed bene cognitam, & exploratam commemorare. Cyrillus putat vulgo inter Iudæos creditum fuisse Messiam ex vrbe Nazareth oriturum esse, eamque opinionem secutum Philippum dixisse eum esse ex Nazareth, quo magis persuaderet verum esse Messiam. Tantum id probabilitatis habet, quanta Cyrilli auctoritas est.

Duplex dicta hoc loco.

46. A Nazareth potest aliquid boni esse?] Lectio hic est primo loco constituenda. Monet Origenes in Græca catena Catena, D. Augustin. & Rupertus duobus modis hæc verba legi posse aut per affirmationem, aut per interrogationem. Atque vtramque illi lectionem probant, Beda vero etsi alterius etiam lectionis meminit, tamen priorem sequitur, quasi Nathanael non admiserit, sed potius probabile esse dicat, quod Philippus dixerat, Christum esse Nazarenum, fieri posse inquiens nam & a Nazareth aliquid boni esse posset, alter vero subiiciat id ipsum confirmans. *Veni, & vide.* Sit tantis auctoribus probabilis hæc lectio, non dubito tamen, quin altera sit melior. Nam & subiecta Philippi responsio magis conuenit, quasi admirantem, dubitantemque ad experiendum inuitet: & nullus vnquam, quod sciam Græcus auctor aliter legit. Quid autem Nathanaeli dubitandi causæ fuerit, num à Nazareth aliquid posset esse boni, deliberari potest. & nullum tamen auctorem grauem dubitare video. Omnes ex ceptis iis, qui per affirmationem legunt, putant propterea dubitasse, quomodo aliquid boni, id est, Christus a Nazareth esse posset, quia ex sacris litteris sciebat ex Bethlehem futurum esse. Michææ 5. 2. *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.* Quemadmodum sacerdotes illi, & Scribæ ab Herode congregati inconcussi responderunt Matth. 2. 6. hic Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & Theodorus Mopsuestiensis in Græcorum Catena. Et si nihil quidem remotis auctoritatibus verba conferenti potius videtur Nathanael propter ignobilitatem loci,

Quæ causa fuerit dubitandi de Nazareth.

A quam propter scripturarum testimonium addubitasse, num a Nazareth aliquid boni esse posset. Hoc enim verba præ se ferunt. *A Nazareth*, id est, adeo tam ignobili, tam barbaro *potest aliquid boni esse?* Si enim illa fuisset causa dubitandi, quod Christum ex scriptura in Bethlehem nasciturum legeret, non dixisset tam generaliter, *A Nazareth potest aliquid boni esse?* sed magis proprie, A Nazareth potest Christus ille aut hoc talis modo? A Nazareth potest tātum bonum esse? Quemadmodum illi dixerunt: *Numquid a Galilea venit Christus? nonne scriptura dicit, quia ex semine David, & ex Bethlehem castello, vbi erat David?* c. 7. 41. 42. & rursus, v. 52. *Scrutare scripturas, & vide, quia a Galilea Propheta nō surgit.* Quæruat Chrysostomus & Theophylact quomodo Nathanael tantopere a Christo laudatus fuerit, cum de eo dubitauerit, neq; affirmanti Philippo crediderit. Respondent, dubitationem illam non ex incredulitate, sed ex scripturarum studio, & cognitione natam fuisse. Facilius est nō peccasse propter ignobilitatem loci dubitando, quis enim non dubitasset, quis Philippo hominis imperito nondum pro Apostolo cognito credidisset?

B

Veni, & vide.] Inuitat Philippus Nathanaelem, vt ad Christum veniat, & vt cum vera sint, quæ illi narrauerit, experiatur, atq; ipsemet ex eius dubitatione occasionem. Quemadmodum Andreas Simonem fratrem suum ad Christum adduxerat. Imitandum ex eo plane, qui alibi ex re occasio capienda, vt ad Christū, vt ad Ecclesiam, ad sacramenta, ad meliorem vitam homines trahamus. Sic creuit, sic floruit Euangelium.

C

47. Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo, Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.] Ex responso Nathanaelis apparet, Christum hæc verba dixisse, cum Nathanael tam prope accessisset, vt audire posset, etenim audiuit, respondit q. *vnde me nosti?* Ratio etiam, ob quam hoc Christus de illo dicebat, hoc postulabat. Volebat enim, vt Cyrillus obseruat, occulta quæque in animo gerebat, indicando suam illi diuinitatem declarare. Itaque oportebat, vt ante quam omni sio accederet, aut secum loqui inciperet, hoc illi diceret, ut id ex eius oratione, vnde facile homines cognoscuntur, colligi de videretur. Ita tamen vt Nathanael, cui se corda hominum notæ videbant, se offendere, posset audire. Cæterum Christum eum verum Israelitam vocat, indicat, illi quos Israelitas esse falsos Euthymio vero non alleuatur, qui propterea verum Israelitam vocatum putat, quod quæ in scripturis de Christo legerat, bene intelligebat, alios fuisse falsos, quod odio cecinerint non intelligerent. Non enim à doctrina, sed simplicitate potius, quæ raro cum doctrina coniuncta est, laudari arbitror. Vocat ergo verū Israelitā, verum imitatorem Iacob, qui Israel cognomento dictus est. Hominem antiqua prebitare, simpliciterq; qualis fuerat Iacob: quasi qui eiusmodi no essent mo nibus, vere filij non essent Israel. *Non enim omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij.* Rom. 9. 6. & *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Ioannis 8. 39. Tamen hoc loco Pelagianos Augustinus, ne hinc argumentum sumerent, vt probarent hominem aliquem omnis experientia peccati, & vr appellare tolebant, *exsequias vitæ* reperiri. Itaque multis disputat verbis dolo quidem, id est, fraude carnisse, peccato vero non carnisse. *Quid est*, inquit, *in quo dolus non est? sortem non habebat vita eius? sortem habebat: sed forte illa mutatus non erat necessarius alius.* Poterant obiicere Pelagiani ea phrasi scripturam hominem omni peccato liberum describere solere, quod dolus, id est, mendacium minimum inter homines peccatum habeatur, itaque qui dolo caret, omni peccato carere peri-

Vnde Augustinus Pelagianos expugnat eos.

D

E

Eam Christus sub prioris onem remouet, dicens se nō ex Philippo, nec ex alio quopiam, sed ex se ipsum cognouisse. Atq; probat dum ea illi secreto patefacit, quæ neque Philippus, neq; alius præsentium præter ipsum Nathanaelem scirent, fuisse eum ab illo, antequā ei Philippus vocaret. Quod dicit: *Cum esset sub ficu*, Chrysost. & Theophylact. ita intelligunt, quasi Philippus Nathanaelem sub ficu reperiens, imbuque cum eo de Christo fuerit collocutus; adq; nunc illi Christus declarat. Malim meo iudicio sentire Cyrillus, & Augustinus, serm. 40. de verbis Domini, & quia alibi Chrysostomum sequi soleat Euthymius, non fuisse Nathanaelem à Philippo sub ficu repertum. Sed ante quam eū Philippus inuenirer, sub ficu fuisse solum, vbi neque Philippus, nec alius quispiam eum vidisset. Propter ea enim confessus est Nathanael Christum Filium esse Dei, quia videret se absentem in loco ab hoc, ac ab olo, vbi nemo præter Deum videre potuisse. Alia quidā inter præstigia quæ vulgo in ficu boum & Asinorum fingi, & Bedam hoc in loco auctorem habet, bella quidem, sed allegoria est. Ficum Ad quid pectatum significare. *Audire, ait* quit Augustinus, *præceptum mandati sui ore suo Mathæum, quia sola fecisse habuit, & fructum non habuit. Tu origine humani generis Adam & Eua cum peccassent, de folijs ficulneis sibi succinctoria fecisse fatebantur. Folia ergo ficulnea intelligamus peccata. Erat autem Nathanael sub arbore ficu, tanquam sub vmbra mortis. Vidit eum Dominus, de quo dictum est, qui sedebant in regione umbræ mortis, lumen ortum est.* Simi lis est illa Gregorij, lib. 18. Moralium c. 20. *Cum esset sub ficu, vidisse, id est pectora eius vmbra legis tegi*; vide te enim in scripturis aliquando id dem esse quod eligere. Illud non negligendum erat Christus dixerit, *vidi te*, potius quam, noui te: Non solum, vt opinor, vt certam, & euidentem significaret cognitionem, qualis est oculorum; sed etiam vt ad secretum aliud deret locum, vbi putabat, Nathanael se à nemine videri posse. Quicquid Nathanael sub ficu egerit, nescio an satis moderati sit ingenij.

Zach. 7. Allegoria ficus. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 13. Ioan. 12.

Mar. 10. 16. 27.

49. *Respondet ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel.* Recte Ammonius Presbyter admonuit, videri fuisse ad fidē instruēndū Nathanaelem, quitad verum tantum Christi verbum, sinum eum Dei confessus fuerit. Quinquam & magnum illum miraculi, vt Cyrillus, & Augustinus facit, cubitū quod iam fecerat credi dederit. Declaranerat enim illi Christus, quæ vous fcire poterat Deus. Comparunt Augustin. tract. 7. Chrysost. hom. 20. Theophylact. & Euthym. cum Petro Nathanaelem, quod tantum hic in fide mōnē to temporis, quā tum ille post multos annos, post tot visa miracula profecisse videatur. Differtamen tanti oportione. Nam Chrysost. quidem, Theophylact. & Euthym. existimant verbum idem, sensu maius quiddam Petrum, quam Nathanaelem de Christo confessum fuisse. Nam Petrum quidem cum dixit: *Tu es Christus filius Dei vivi*, filium Dei verum, ac naturalem: Nathanaelem non naturalem, sed adoptiuum intellexisse. Ideo Christum Petro respondisse: *Beatus es Simon Bar-Iona.* Nathanaeli vero nihil tale respondisse. Libentius aliis assentior auctoribus, qui Nathanaelem putant verum, ac naturalem, Dei filium esse confessum. Cyrillo, Augustino & Ammonio. Cur n. hoc illi nō tribuamus? Primum tanto ipsa postulat, vt eis confessionem in meliorem sensum interpretemur, cum peiorem habere non conster. Hic autem est melior, vt eū naturalem Dei filiū credamus intellexisse. Deinde ratio, quæ confessionem ab eo illam expressit, non solum probabat Christum esse filium Dei, sed etiam esse verum filium Dei, qui ea ratione utebatur, quæ soli scire poterat Deus. Præterea verba ipsa natura sua hoc significant. Nam eo ipso, quod Christus simpliciter filius Dei appellatur, verus Dei filius esse intelligendus est, vt frequenter aduersus Arianos Catholici disputabant. Accedit, quod ad nomen filij, sicut ad nomē Regis Græcum articulum adiungit. Quemadmodū ergo non intelligit quemlibet Regem Israel, sed illū singulatem regem Messiam, ita non qualemcunque, sed illum vnicum, & naturalem filium intelligit. Adde q. Nathanael aliquid procul dubio de Christo præ cæteris etiam iustis hominibus singulare confiteri voluit, alioqui nihil nouit confiteri tanquam enim ignorabat Christum virum esse iustum, hoc est filium Dei adoptiuum: Deinq; Nathanael allndit vtique ad id, quod illi Philippus dixerat: *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ inuenimus Iesum à Nazareth.* Confiteri ergo Nathanael ver. ū esse, quod Philippus dixerat, Christum esse eum, quem Prophetæ venturū prædixerant. Non poterat autem homo, vt creditur, de Christo ignorare eum, quem Prophetæ venturū prædixerāt, verum Dei filium inuarum esse. Deinq; ita illi Christus respondet, vt minime obscure significet eū, quid quid credere de ipso opertebat, et credidisse. *Quia, inquit, dixi tibi: vidi te sub ficu, credis.* Quod Regem Israel, non totius orbis terrarum vocat, vt Ammonius ait, mirum non est, erat n. proprie promissus Israeli, erat n. litteris *quibus eum & fore in hereditatem suum.* Hoc verius, quam quod Chrysost. Theoph. & Euthym. scribūt, dest eum nunc credi, quod non totius mundi, sed Israelis Regem appellauerit.

Deut 32.

50. *Quia dixerim tibi, vidi te sub ficu, credis; maius his videbis.* Dubium quo sensu Christus Nathanaeli ita respondeat, et eidem eius laudaret, an vt curiositatem eius ad credendum reprehenderet. Similibus n. verbis Thomam increpitum legimus reprehensum. *Quia vidisti me Thoma credidisti, beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Chrysost. Theoph. Euthym. ait præcedentem imperfectæ fidei esse notam. Tanquam dicat illi Christus, modo quidem imperfecte credis, quia vnum tantum vidisti miraculum, plura, maiora, q; videbis, tuncq; perfecte credes. Mihi meo iudicio Cyrillus sentit, laudem hāc esse, quod dicat, quæ tantum vno meo verbo in fide profecisti, vt me filium Dei confiteretis, quantos in ea progressus facies, cum maiora à me heri miracula videbis? Itaque simul laudat, simul exhortatur, spe illi perfectæ maioris fidei, vt Rupertus existimat. Sic loquentur diligentes, & ingeniosos in schola pueros laudare simul, & exhortari. Sit tamen vno die dixerit, quam doctus post annos esse, quibus in hac tibi schola tu eundum est?

51. *Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.* Non dubium, quin explicare Christus velit, quæ in alia maiora discipulis esset signa, quæ Nathanaelem sibi tum dixerat. Non exponit autem omnia, sed vnū quasi exemplū instar omnium ponit, fore vt angelos conspiciant sibi tanquā vero Deo ministrantes. Non dicit: Videbis, sed *videbitis*, indicans non primum, non obscurum, sed publicum & coniunctum turū esse testimoniū. De quibus loquatur angelis, & quando hoc futurum sit, varie interpretes sententias disputatur. Aug. & Beda putant his allegoricis tum, angelos enim prædicatores intelligūr, qui ascendunt, cū abstrusiora mysteria, descendunt, cum res in re lectu facies populo proponunt. Chrysostomus, Theophylact. Euthy. & Rupertus ad passionem, & resurrectionem referunt. Nam paulo is tempore apparuit angelus confortans eū, Luc. 22. 43. & in resurrectione angeli duo in sepulchro visi sunt, qui eū resurrexisse narrarent. Resurrexisse, Luc. 24. 4. Verū quidē, si nec illū in passione, nec illos in resurrectione angelos Apostoli viderūt. Cyrillus videtur ad baptismū, & tentationē ne referre.

Christus se esse filium Dei.

Nam

Nam & post baptismum cælum apertum est, & post tentationem angeli illi obeuntes ministrarunt, Mat. 3. 16. & 4. 11. Minus hoc probabile. Nam cū hoc Christus Nathanaeli dixit, iā baptizatus, iam tentates fuerat. Alij ad ascensionem Christum spectasse volunt. Nam & nunc angeli in vestib. albis viti sunt, Act. 1. 10. vt idem Chrysost. & Euthym. existimant. Sunt qui ad diem iudicij illudi putent, cum verum Christus est eum angelis suis. Hoc enim argumento etiam ad tenuendos maxime incredulos vti solet. *Verumamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Matth. 26. 64. Non dubito hanc esse verum sensum. Nam in ascensione Christi, quæ vna præter hāc opinio videtur esse probabilis, videtur: quidē Apostoli angelos, sed nec specie angeli viderunt, nec *ascendentes, & descendentes.* Et est credibile Christum argumentū diuinitatis sive omnium certissimum afferre voluisse. Nullum aut ē vnquam Christus tam certum diuinitatis suæ argumentum ostendit, quam ostender in iudicio, vbi omnes, vehint, nolint, homines cogentur confiteri enim esse Deum. Itaq; sæpe eo argumento, vt diximus, vti soler. *Ascendentes* autem, & *descendentes* cum dicit, nihil aliud significat, quam ministrantes. Metaphorica enim ministrorum descriptio est, qui cum Regi ministrant, expedicos videas alios per scalam ascendentes, descendentes, eademq; ter irantes. Quales Iacob per quietē vidit, Gen. 28. 12. Descriptio enim illa fuit cœlestis regis, vnde omnia ad hunc mundum mandata, omnia edicta pruh ciscerentur, vnde omnia eius peuderet gubernatio. Indicat ergo Christus se eius regiæ Regem, id est. Deum esse. Itaq; te dr D. Aug. quamuis allegorice ser. 40. de verbis Domini, hunc locum per illum Genes. explanauit. Quod dicit *supra*. Hebraismum esse arbitror עלה וירד aut iuxta filium hominis, sicut solent ministri dominum cingere. Multa & vulgo scita in scripturis exēpla sunt. Aut dixit supra, quia suum de cœlo descendebat aduentum: quo ipse tanquā dominus antecederet, angeli, vt famuli sequentur: & quia descendunt angeli, qui sequentur, supra ipsū erunt. Quo ergo modo alij ascendent: iam dixi ascēdere, & descēdere nihil aliud significare, quā ministrare, itaq; frustra quæritur, quo modo illi ascēdant, illi descendant, nec n. verus ascensus, aut descēsus, sed verum ministerium significatur. Si quis tamē contentiosius vrgeat oportere, vt vere alij ascendant, alij descendant. Respondebo ascensuros alios à loco iudicij in cœlum nuntia ad Patrem Christi deferentes, descensuros vero alios, qui cum Christo venerint & illi adfuerint iudicanti. Cur Christus filius hominis appellatur, docuimus apud Matth. c. 8. 20.

Ascendere & descendere ministrare significat.

CAPVT II.

1. *ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. 2 Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. 5. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singula metretas binas, vel ternas. 7. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas vsque ad summum. 8. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. 9. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat, vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, 10. & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. 11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. 12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi mānauerunt multis diebus. 13. Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: 14. & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & numularios sedentes. 15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & numulariorū effudit æs, & mensas subuertit. 16. Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. 17. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. 18. Respondentes ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? 19. Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 20. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? 21. Ille autem dicebat de templo corporis sui. 22. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. 23. Cum autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. 24. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, 25. & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.*

Psal. 68. 10. Matt. 26. 61. 27. 40. Marc. 14. 58. 15. 29. Psal. 34. 68. 108. 20.

IN CAPVT II.

1. *ET die tertia.* Cum narrasset Euangelista, quo modo Christus à Ioanne declaratus esset, & quo modo discipulos aggregasse sibi coepisset, narrat nūc, quo modo ipse miraculis se coepisse declarare: expone; illud, quod primum fecit omnium, aquæ in vinum commutatæ, ab aliis Euāgelist a præmissum. Descripsit tempus, locum, personas, quibus præsentibus, atq; videntibus factum est, vt miraculi fidem augeat. Diu tertio factū dicit, sed tertio à quo non dicit; itaque locum relinquit quibuslibet. Euthy. putat tertium eiem ab eo fuisse, quo Christus ingrediebat a deserto, vbi post iciunium tentatus fuerat. Quod vt verū sit, probari certe non potest. Nec enim cōstat quot diebus, postquā à deserto redit, legatio ad Ioannem ludeorum missa sit; vnde dies cœpit Euangelista ordine numerare. Contra fere omnes interpretes sentiunt, Epiphā. hæres. 51. D. Tho. & Lyranus hunc tertium esse diem ab eo, quo Nathanael ad Christum à Philippo adductus fuerat. Alij tertium ab eo, quo Christus in Galilæā ingressus fuerat. Hæ duæ sententiæ posteriores probabiles sunt. Sed mihi Ruperti placet opinio, quam eius hic ponam verbis. *Consentio, inquit, ijs*

Lib. 4 sub finem.

Præmittur ad superiora diligentem venisse lectorem, videlicet hoc modo. Abiit a die Sabbati sequenti, & venit Nazareth, vbi erat nutritus: venit enim in Galilæam, & inuenit Philippum, & die tertia mittit se ad Ioannem in Cana Galilæe. Nam quod quidam docent, quos ibi cit. 43. dicimus esse *tertio*, *postea* Iesum exiisse *in Galilæam*, non posse intelligi de crastino eius diei, qui Ioannes dixerat audiente Andrea: *Ecce agnus* 22. 36. 17. *Dei*: *ecce qui tollit peccata mundi*, illic confutauimus. Quod 40. autem obiicitur dictum fuisse Ioannem τῇ ἐπαύριον, *postero die*, sicut dicerat superiore cap. ver. 35. & 43. leue est: cum bis iam dixisset τῇ ἐπαύριον, etiam hac ratio poterat adiungi, vt tertio loco id necesse die tertio, vt lector animaduerteret, quorum dierum ille primus dici esset. Disputatur hic à nonnullis de anno ætatis Christi, de mense, de die, quo hoc miraculum factum est, sed nos de his ex ea, quæ dicta necessitate iudicauimus, apud Matth. cap. 2. & 3. diximus.

In Cana Galilæa.] Scitum est duplicem fuisse Canã, maiorem alteram nec procul à Tyro, & Sidonia: tribu tamen Aser. Iosue 19. 28. vnde mulier illa Chananæa egressa finibus Matth. 15. 22. dicit eam in Gentibus, sed in Cana inter vicinos Iudæos habitabat. Alteram vicinorem in tribu Zabulon, vnde Simon ille erat, vnus Apostolorum, qui Cananæus dictus est, Matth. 10. 4. & Marc. 3. 18. de qua hic agitur, & cap. 4. 46. Vtraque in Galilæa erat, sed hæc propriè Cana Galilæa dicebatur, quia altera vicina eam esset Sidoni. Cana Sidonia nominari vocabatur. Dam. ergo dicit in *Cana Galilæa*, hanc ab illa distinguit. Anct. ex Hieron. vnum ait loco Hebraicis.

Et erat mater Iesu ibi.] *In Cana Galilæa*, antequã Christus eo vocaretur. Videtur enim Euangelista eautum tacite reddere voluisse, quam ob rem Christus ad eas nuptias vocatus fuerit, quod eius nimirum mater iam ibi esset, prius vr apparet, tum tua, cuius, relicta & filius, cuius aliquam iam fama erat, inuitatus in Conflat ex deinceptione Galilææ Cana in vicinum fuisse Nazareth, vbi mater Domini habitabat, & est vero simile aliculus cognatæ, aut valde familiaris mulieris fuisse nuptias, ideoq; & vocatam fuisse, & vocatam ne non recusasse. An sponsus Ioannes fuerit, vt vulgo creditur, in tumulo huius Euangelij dubitauimus.

2. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.] Diximus modo, ideo vocatum Christum, quia mater eius ibi erat. Hanc vim habet, quod hoc loco dicit Euangelista: *Iesus, & discipuli eius*, quasi indicans Christum propter matrem, discipulos propter magistrum vocatos fuisse. Necenim ideo Christi nomen melius fuerat, vt ob sitam tantum auctoritatem vocaretur. Licet in his verbis, nisi fallor, animaduertere eos Ioannem tendere, vt doceat miraculum, quod narraturus est, non fuisse vllo artificio confectum, & vtrea dicam manu factum, sed præter omnem opinionem accidisse. Nam & Christum nolle rem quodammodo propter matrem, quæ iberat, vocatum fuisse: & alij, qui nihil de miraculo cogitabant, & Christum ita esse vocatum, vt nihilo de eo magis ei gratæ videretur, donec necessitas eum vini defectus compulit miraculum facere, vt Chrysost. Theophylact. & Euthy. videntur obscurasse, cum Rupertus aliter sentit. Eodem spectat, quod Gamaliel iam discipulos vocatos fuisse dicit, vt intelligamus ipsum primos eius miraculi fuisse testes. At quos discipulo Petrum, Andream, Philippum, & Nathanaelem, vt constat ex superiore cap. 1. 40. 42. 44. 47. Itaque vera Epiphanij coniectura est hoc cit. 78. quamquam non ex hoc quidem loco, sed tamen ex multis similibus colligendo, rum, cum hæc facta sunt inopiæ, à quibus Christus prædicare cæpit, mortuum fuisse Ioseph, post resurrectionem e mini illum in templum cum duodecim Christus se-

Ioseph, quo tempore mortuus fuerit.

A rotoly mæ remansit, nunquam ampliùs eũ Maria nominauerit, cum ante semper soleret nominari. Et vero si tunc in vinis fuisset, ad nuptias similiter vocatus esset, & si vocatus esset, Euangelista dixisset, cum apparerat hoc illi studium fuisse, vt omnes ijui propter Christum, aut eius matrem vocati fuerant, conuenirent. De his rebus qui vocabantur Christi, an ibi esti fuerint, quæri potest. Nihil in Euangelista illis dicit. Colligunt tamen ex verbis ibi etiam fuisse. Idque affirmat Chrysost. & Alexander Nicomedensis, vt in Græca Catena citatur, qui cur non fuerint nominati, rationem hanc reddit, quod id per se intelligeretur, & quod satis fieri Christum, qui miraculum fecerat, & manum, qua rogante fecerat, nominare, cum de nuptijs Euangelista non ob aliam causam, quam vt miraculum exponeret, mentionem faceret. Origen. tamen in eadem Catena citatus putat non affuisse, Solet enim animi cogitatione videri minum, quod B *Cur ad nuptias vocatus Christus.*

Christus quantumuis inuitatus ierit ad nuptias. Sed eius rei, quo minus mira videretur, multas grauesq; auctores rationes reddunt. Plerique illi, vt nuptias quasi sanctas approbaret. Ammonius in Græcorum Catena, Anglerius eadem re pudore, Euthy. hoc loco, Cyrill. Theodor. lib. 3. dum dexter adelmatrimonio, Beda hom. 12. Dom. post Epiphan. Sed eodem etiam exemplo Iouinianus abutebatur, vt virginitati nuptias exæquaret: vt auctor est Hieron. lib. 1. & in apologia contra illum. *Alij*, vt significaret se de cælo virtutem nuptiarum causa venisse, vt humanam sibi naturam matrimonio quodammodo coniungeret, vt scribit Severus Antiochen. orat. 109. vt in Græcorum Catena citatum inuenio. Alij humilitatis causa factũ putant, quia mali modum eũ publicanis, & peccatoribus coniunxisse, imitatus non recusasse, vt ait Chrysost. hom. 20. Theophylact. & Aug. ser. 41. Credibile est & ideo non recusasse, quia sciebat, quam ibi occasionem faciendi primi miraculi habituros esset, & videbatur dispositus esse, vt is quis esset, miraculum inciperet declarare, vt & Cyrillus putat.

3. *Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, vinum non habent.*] Sine eorum an vinum prorsus iam defecisset, an tantum deficere cœpisset. Græc. partic. prim. ἐκλείπειν *vino* potius significat iam omnino defecisse. Etsi est probabile, rationique conformatum vt fere de tempore 42. Augustin, non expedisse matrem Christi, vt vinum omnino nullum esset, sed tenue vt videtur non esse satis filio ingessisse, vt prouideret. Quæsiit Chrysost. hoc loco, & Theodorus Mopsuest. in Catena Græca, vnde in mentem Mariæ venerit petere à filio, vt miraculum faceret, cum nullum ad hæc fecisset nec tantam de illo habere videretur opinionem, vt fieri posse putaret. Respondent iidem illi, & Theoph. & Euthymius fama fuisse Ioannis testimonio declaratũ. Vnde ex ipso conceptionis, & natiuitatis modo, ex disputatione cum de templo, cum duodecim annorum esset, tantum de eo cognoscere potuisse quasi in, quam magnã habiturus esset. Hæc ex *conjectura humana conferuntur in certe fas.* Lucæ 2. 19. Nec mihi displicet, quod nonnulli dicunt, matrem aliqua prius parta mirabilia de eo miracula vidisse, quib. illam allectam ad filium mouisse, vt opinor, ideoq; in humili causa miraculum ab eo petiisse. Vera quidem hæc sunt: sed multo magis mea quidem sententia diuina cognouerat: reuelante nimirum angelo fore, vt is, quem cõ cepisset, *filius Altissimi* vocaretur, Luc. 1. 32. Cæterum ne auditionis quidem hæc sententia est, qui existimat, ne hunc quidem de Christo Matrem opinionem habuisse, vt alia eo miraculum vinum peteret, sed ideo illi inopiam vini significasse, vt per aliqua exhortatione consuetudinis cum duodecim Christus se-

Catholica sententia vide contra Iouin. lib. 1.

lum esset, ex responso enim Christi constat matrem ab A eo miraculum postulasse. Quo animo mater Christi hoc filio suggesserit, nefas ducere disputare, nisi mõ dus mihi necessario lector esset, caueat ne magnorum fortasse virorum auctoritate raptus in errorem aliquem incurrat. Videntur Chrysost. & Theophyl. & Euthym. existimare, Mariam humano aliquo affectu hoc à filio petiisse, vt aliqua etiam sibi ex eius miraculis accederet gloria. Quod vix satis ab illis dictũ nim ea unde quidam non maxime, vt nihil dicam aliud, ergà B. Virginem religiosi arripuerunt. Primum quidem illi tipli auctores nõ affirmant. Deinde vt affirmasset, quin Cyrillum hoc loco; quin Ambros. ser. 16. in Psal. 118. Quin Rupertum, quin Bernardum ser. 1. in hæc verba, auctores non minus graues seque habuit, qui id nõ cupiditati gloriæ, sed misericordiæ, & charitati tribuunt? Nam vel hoc indicio satis intelligimus, pauperes fuisse, quorum nuptiæ celebrãtur, quod vinum conuiuis defuerit. Nec enim in domo locuplete defuisset. Mota ergo est Maria caritate, mota in pauperes misericordia. Addit Rupertus, & vero absimile non est, Christum & eius discipulos in causa fortasse fuisse, vt vinum deficeret; vocatos n. fuisse præter opinionem, præterq; numerum conuiuium, cum cognitum esset eos abesse prope Iraq; iam aliis conuiuis recumbentibus superuenisse. Et quia non plus vini paratum fuerat, quam quantum eorũ, qui prius vocati fuerant, numero sufficiebat, eo aucto numero defecisse. Ægrè ergo ferebat virgo sanctissima, vt sua, filijq; fui causa deficeret vinum, æquũ C que indicabat esse, vt per quem defecerat, per eundẽ abundaret. Non solum magis hoc pium, sed magis et iam verum puto.

4. *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.*] Quæ speciem quandam reprehensionis hoc Christi responsum videtur præ se ferre, qui non satis firmi in fide erant, in absurdos errores inciderunt; qui bene Catholici erant, in varias tamen de sensu huius loci sententias distracti sunt. Qui Christum veram carnem negabant habuisse, ideoq; non vere filium fuisse Mariæ, quales Montanistæ, Valentiniani, & Manichæi erant, ex hoc loco confirmabant, quod ita Christus respondere Mariæ videatur, vt indicet se eam pro matre non agnoscere. *Quid mihi & tibi mulier?* quasi dicat nihil tecum commune habeo, non agnosco te D pro matre; vt Origenes in Catena Græcorum, & Augustinus tractatu in Ioan. 8. indicant. Eos recte idem Augustinus refellit. Ideo enim eodem loco dixisse Ioannem, vers. 1. *Et erat mater Iesu ibi*, & cursus vers. 3. *Dicit mater Iesu ad eum*, ne quis ex responso Christi suspicaretur, eius matrem non fuisse. Alij sanctissimam Mariæ virginitatem hoc loco maculabant, quasi ideo Christus eam mulierem appellauerit, quia virgo non erat, vt Hieron. in comment. & Gaudentius tract. 9. de lectionibus Euangelicis scribunt. Heluidij error, quem nos apud Matth. 1. refutauimus, & iam olim Hieron. in lib. aduersus Heluidium, & eo loco, quem modo notauimus, penitus profligauit, & ante illum Tertull. in libr. de veland. virgin. & Epiphan. hæresi E 51. Summa est, nomen mulieris sexum, nõ corruptionem significare; nam & Euam cum virgo à Deo formata est, mulierem appellatam, Gen. 2. 22. Sunt qui putent honoris causa non alio hic nomine Mariam, quam mulieris appellatam, sed de ea re paulo post dicturi sumus. Hæc hæretici. Catholici vero quidam contra certi, proinde ac debuerunt, nihil in Maria fuisse culpæ, quod Christus reprehenderet, sic conati sunt orationis asperitatem emollire, vt sensum esse diceremt: *Quid mihi & tibi est mulier?* id est, quid ad nos pertinet, quod vinum deficiat? Quam interpretatio

Errores hæreticorum hoc loco ob oculos.

Mulier non virginitatem sexum corruptionem significat.

nem non solum apud recentiores multos, sed etiam apud veteres nonnullos interpretes inuenio. Iustin. q. 136. aut quisquis earum quæstionum auctor est, & vt videtur Epiphanius hæres. 79. certe ita intellexit Latinus interpres, etsi Græca alium sensum habere possuntita & Euthymius in commentariis. Commoda quidem, & pia interpretatio, si loquendi consuetudo pateretur. Sed animaduertimus perpetuo scripturarum vsu eam phrasim significare, nihil huic cũ illo esse cõmune. *Quid mihi. & vobis filii Sarviæ?* 2. Regum 19. 22. *& quid tibi, & patri* 4. Reg. 9. 18. 19. *&, quid nobis, & tibi Iesu fili Dei*: Matth. 8. 29. *& nihil tibi, & iusto illi*, Matth. 27. 19. Itaque non dubito hunc esse sensum, quid mihi tecum commune est; id tanrum agimus, vt responsi lenimus asperitatem. Videndum prius est, an vera hæc sit reprehensio. Nam si reprehensio est, nulla ita interpretatione leniri poterit, quin hoc ipsum durum, minimque videatur, quod matrem quibuscunque tandem verbis Christus reprehenderit. Id ex altera quæstione pendet, eo quia in matre fuerit culpa. Nam si quidem fuit, credi potest à Christo fuisse reprehensam, nec excusanda nobis erit, quam talis iudex accusauerit. Inter veteres auctores paucos admodum inuenio, qui non aut aperte dicant, aut obscure significent, aliquam culpam, aut certe certe fuisse, quod filiũ ad faciendum miraculũ incitauerit, si non ob aliud, certe quia intempestiue, & ante tempus id fecit. Hocilli, vt minimum dicam, Chrysostomus, hoc Theophylact. hoc Euthy. & Ammonius presbyter, quem ex Græcorum Catena sæpe citauimus, attribuunt. Ego hoc mihi non persuasero, vllam vnquam in Maria fuisse culpam, multo vero minus in hoc facto, quod, vt supra ex Cyrillo, Bernardo, & Ruperto dicebamus; plenum fuit charitatis. Et Irenæus quidem libro 5. cap. 18. fructorem potius quendam charitatis fuisse putat bibendi sanguinis Christi, qui hoc vino significabatur. Et si culpa fuisset aliqua miraculum postulare, vtique Christus miraculum non fecisset, ne culpam ipsam videretur miraculo confirmare. Nec vnquã legimus illum vel curioso tantũ cuiusquam rogatu miraculũ fecisse vllũ. Cupiebat curiose Herodes signum aliquod ab eo factum videre, noluit facere, Lucæ 23. 8. Petierunt ali quando ab eo curiosi Iudæi signum, respondit: *Genera- B. Virgo nõ fuit à filio reprobensa.*
tio mala, & adultera signum quærit, & signum nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ, Matthæi 12. 39. Hinc sequitur Mariam hoc loco non fuisse reprehensam, nec enim potuit Christus tam æquus, tam sapiens iudex, & præterea eius filius eam sine culpa reprehendere. Nec mater reprehensa perrexisset dicere ministris, vt filio suo parerent; ptiorem enim culpam culpa maiore pertinaciæ cumulasset. Cur ergo reprehendentis modo respondet? Sunt, qui putent non solum reprehensionem hic nullam esse, sed nullam etiam reprehensionis speciem verba præ se ferre. Illud libenter amplector; hoc posterius probare non possum, quia tam peruicum est totam orationem speciem habere reprehensionis, vt prudenter negari non possit. Communis & veterum, & recentiorum auctorum interpretatio est. Christum tanquam Deum loqui, ea. ratione, qua Deus erat, miracula facientem; voluisseque specie reprehensionis ostendere se nõ tanquam hominem, id est, mulieris filium, sed tanquam Deũ miracula facturum, qua quidem ratione nihil cũ matre habuerit commune. Dicit esse: *Quid mihi & tibi est mulier?* Sic Orig. in Græca Catena. Augustinus hoc loco, & tract. 119. & lib. de fide, & symbolo c. 4. & lib. 2. de fide ad Catechum. c. 5. & Gregor. lib. 8. Regist. c. 41. Theophilus Antiochen. li. 4. allegor. Gaudent. tract. 9. de lectionibus Euangelicis, Beda, & Euthymi. in cõ

ment. Quibus illud videtur obstare, quod non hanc, sed aliam causam Christus eius, quæ apparet, reprehensionis afferre videatur. Non enim dicit: *Quid mihi & tibi est mulier?* Deus enim sum, sed *nondū venit hora mea.* Adde quod Maria nō ignorabat nihil sibi, & filio esse, quatenus Deus erat. Nam etsi sciebat se Dei matrē esse, tamen non erat nescia, se non Deum, quatenus Deus, sed Deum quatenus homo erat, peperisse. Itaq; non erat de ea re docenda. Ego aliam apud Bernar. ser. 1. in hæc verba interpretationem, si forte non propriam, vrilem certe, & hominibus religiosis accōmodatam: Putat Christū etiam tanquam hominem locutū esse, sed hoc significare voluisse, se ante sub matris fuisse potestate, antequam officium illud doctoris, ac redemptoris, ad q̄ missus à Patre fuerat, iniret. Cap. 2. 51. *Erat enim subditus illis*, vt Lucas ait. Nunc auspicatum redemptoris officium, & in iis, quæ Patris sui erāt, vt alio loco dicit, occupatum partem, & matrem, vt ipse discipulos suos facere docuit, reliquisse, & eos quodammodo non agnoscere. Simulis sinon eadem est interpretatio Gregorij Nysseni, in hom. in illa verba, *Tunc & ipse filius subiectus erit sei.* Putat n. significare Christum ea iam ætate esse, vt sub matris cura, atq; potestate esse non deberet. Itaq; quod sequitur per interrogationem legit, *nondum venit hora mea*, id est, nonne ætatem habeo? Credo ego nullam, vt dixi, veram, sed simulatam tamen esse reprehensionem. quæ Christum non semel vsum legimus. Certe verba illa Luc. 2. 49 *Quid est quod me quærebatis? nescebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* speciem habent reprehensionis; sed simulata, non vera est reprehensio. Non n. parentes reprehendit, quod sequēsissent, quod exitatis, pietatisq; fuerat officium; sed simulat se reprehendere, vt qui audiunt, aut eligant, alium ipsum habere patrem, cui magis quàm illis patere debeat. Reprehensio videtur esse: *Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei?* Matt. 12. 48. sed simulatio potius reprehensionis, vt doceat nos etiam posse matrem, & fratres esse eius, si voluerimus patris eius facamus. Similiter hoc loco simulauit se matrem reprehendere, cū minimè reprehenderet, vt ostenderet se non humano, nō sanguinis respectu, sed sola charitate, & vt sese, quis sit, declaret, miraculum facere. Quemadmodum iudex illi, quem vult absolutè, sæpe aperè respondet, ne cū gratia absolutus videatur. Quid ergo? an nullum habuit respectum matris, vt miraculum illud faceret? Habuit sanè, vt Cyrill. & Euthy. aiunt, & etiamnū habet, cum ad eius, vt credimus preces, miracula facit. Sed exitatis respecta, non cautis. Quod ipsum Christus volebat significare. Hinc intelligitur, quare Christus Mariam hoc loco non matrem, sed mulierem appellauerit. Nempe vt à se omnis carnalis affectus in faciendo miraculo suspicionem remoueret. Nā spuam n. solet sine certa aliqua ratione matrem suam mulierem appellare. Nam cum in cruce suspensus diximat *Mulier, ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26 ideo, vt opinor, mulierē non matrem vocauit, vt indicaret illam viduam esse, atq; desertam. Aut, vt alij putant, ne si matrem appellasset, teneriore vocabulo dolorem eius angeret. Sūt qui existiment per excellentiam mulierem appellari, quo sensu Christus filius hominis dicitur: vt hic Adamo, hæc Euæ, quasi mater altera omnium viuentium opponatur. Sed apud Matt. c. 8. 20. docuimus, Christum ipsum nō ea ratione filium hominis nominari. Alij contra, ne quis existimaret supra hominem illā esse, vt Epiph. hær. 79.

Nondum venit hora mea.] Multi patiendi tempus intelligunt, quasi sensus sit, nunc in faciendis miraculis quæ tanquam Deus facio, te matrē non agnosco; venit enim passionis tempus, cum te matrem recognoscam cum id patietur, quod ex te accepi. Sic omnes illi auctores interpretantur, qui exponūt superiora verba: *Quid mihi, & tibi est mulier?* de diuinitate, vt paulo supra citauimus, & Seuerus Antiochen. in Catena Græca, & Iren. lib. 3. c. 18. Et quidem horam suam Christus tempus illud passionis vocare solet Matt. 26. 45. Mar. 14. 35. Ioan. 7. 30. & 8. 20. & 13. 1. At hoc loco non de passione, sed de miraculis agebatur. Itaq; sensum esse arbitror, nondum venit tempus faciēdi miraculum, quod à me petis, vt Ammonius & Appollinarius in Græca Catena, & D. Aug. ser. 41. de tempore, & Cyril. Chryf. Theoph. & Euthy. & Iuuēcus poeta interpretantur. Cur ergo miraculum fecit, si tempus non venerat; non venerat, cum mater petiuit; venerat, cum fecit, modico licet intervallo. Quid igitur expectabat? Respondent Chryfost. Theophyla. & Euthym. expectasse quoad omnes, qui aderant, cognouissent vinum defecisse, quo clarius miraculū esset. Augustvero tum cum petiuit mater, nondum vinum penitus defecisse, ideoq; voluisse expectare Christū quoad nihil omnino vini esset, ne putaretur elementorū mistione, ex aqua simul & vino vinum factum. Vtrūque probabile. Gregorij Nysseni interpretationem per interrogationem hic & verba legentis supra recitauimus, & non magni est negotij refutare. Quæstio vero esse potest, quam ob rem Christus hæc ad fecerit verba; satis enim videbatur esse, q̄ dixerat: *Quid mihi, & tibi est mulier?* Suspicor voluisse Christum simul significare se humano respectu nolle facere miracula, & tamen q̄ perabatur, cum tempus esset, factūrū esse, nec ab alio postea factum putaretur. Ideo non respondet se non facturum, sed potius se suo tēpore facturum indicat, dicens: *Nondum venit hora mea.* Certe mater ita intellexit, vt v. 5. apparebit. Indicat Augustin. Priscillianistas, etsi non nominat, abusos hoc loco, vt probarent Christum tempori, ac fato subiectū fuisse. Indicant Chryfost. Euthymius, & Theophylact. eodem etiam abusos Arianos, vt hinc docerent Christū non esse Deum, quandoquidem addictus esset tempori. Falle vtrog; error cōfutatur. Nam, vt diximus, tyrannum abest, vt significet Christus se non posse quo ius tempore facere miracula, vt potius significet posse quidem, ac velle facere, sed opportunum tantum tempus expectare.

Fiunt aquæ vinum.

Hinc intelligitur, quare Christus Mariam hoc loco non matrem, sed mulierem appellauerit.

Cur Christus Mariam hoc loco non matrem, sed mulierem appellauerit.

Mulier quid significet.

Mulier quid significet.

*Cur Christus Mariam hoc loco non matrem, sed mulierem appellauerit

omni cura tua explicita recumbe, vt lateris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem consequaris interrogationis. Quibus verbis officium omne architriclini quod supra descripsimus, declaratur. de eo enim agi, & ex eodem, & ex præcedenti capite manifestum est. Curam habuisse conuiuarum, nō ante solitū accumbere, quam finito conuiuio officio omni suo perfunctus esset. Postea illi, sicut & cæteris conuiuis coronam, & munuscula dari consueuisse, quæ à Græcis, quod inde in domum referentur, ἀποφόρετα dicebantur. *Qui ad conuiuium magnum inuitantur*, inquit Ambrosius in exhortatione ad virgin. *apophoreta secum referre consueuerunt.* Et auctor comment. in epistolam ad Ephes. nomine Ambrosii, c. 3. *In magna vota maxima dantur apophoreta.* Auctor etiam in Caligula Tranquill. Sic interpretor quod in illo tam celebri Assueti conuiuio factum dicitur Esther. 1. 8. neminē fuisse *qui volentes cogeret ad bibendum*, id est, neminem fuisse architriclinum, qui quod vellet vinum, aut qua mensura vellet, conuiuis distribueret, sed vnum omnibus præstantissimum vinum fuisse propositum, ex eoque pro suo arbitrio, quantum quisque vellet, accepisse. Duabus ergo de causis Christus architriclino ferri vinum iussit: & quia eius erat officium præguſtare, atq; diuidere: & vt is, qui, quia sobrium habebat gustum, testis simul actudex optimus esset, non aquam, non qualecunq; vinum, sed optimum omnium, quæ ante bibita essent, vinum fuisse, vt Seuerus Antiochenus, Chrysostomus, & Theophylactus adnotarunt.

9. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam.] Aquam vocat, quia paulo ante aqua erat, & vt indicet, vnde vinum factum esset. Itaque maligne, & imperite Caluiniani calumniari solent Eucharistiam iam consecratum panem à Dino Paulo appellari, non ergo corpus esse Christi. Nam præterquam quod non proprie, sed metaphorice vocatur panis, quomodo verum etiam Christi corpus panis appellatur, vt apud Matthæum cap. 26. 26. disputauimus, & rursum in Ioā cap. 6. 51. sumus disputaturi, vt tamen fingamus vere panem appellari, quid mirum panem dici, qui quamuis panis non sit, modo tamē panis erat. Sicut hoc loco aqua dicitur, quæ aqua certe non erat, quia paulo ante fuerat. Et virga Moysis iam in serpentem conuersa, virga tamen appellatur, quia ante virga fuerat, Exod. 7. 12.

1. ad Cor. 11. 26. 27. 28. *Calumniæ refelluntur.*

Et non sciebat vnde esset; ministri autem sciebant, qui hauserant aquam.] Nesciebat architriclinus vnde vinum illud esset, id est, qua ex re factum, aut vnde hausum, vnde allatum. Hebraismus asperiorem orationem facit, qui, vt lenius Latine fiat, sic est resoluendus. *Cum gustasset architriclinus aquam vinum factam*, cum nesciret vnde esset, ministris tantum, qui hauserant, scientibus, *vocat sponsum.* Quærere lector potest, quo modo ignorare potuit architriclinus, vnde vinum illud factum esset, cum ipse semper adesset, & ministris imminaret? Facilis responsio. Nunquam architriclinus vno stabat loco, sed huc, illuc discurrebat, vt sat ageret, quæ essent necessaria; itaque neque quod Christo mater dixerat, neq; quod matri Christus responderat, neque quod ministris imperauerat, audire, neque quod ministri fecerant, videre aliis occupatum rebus potuisse. Quod ipsum diuino consilio factum fuisse credendum est; vt Chrysostomus indicat, vt illa architriclini admiratione, sponteq; interrogatione, responsione neque miraculum prodiretur. Nam si nihil architriclinus dixisset, existimare conuiuæ poterāt vinum illud non factum ex aqua, sed aliunde venisse; nec ministris contra testantibus facile credidissent. Nihil autem fortasse architriclinus dixisset, si sciuisset, vnde vinum esset. Omnia denique ita sunt gesta, vt & maximè miraculum elucent, & Christi gloria magis, magisque illustretur. Eademque de causa tam diligenter Ioannes singula narrauit. Iterum vinum, quia paulo ante aqua fuerat, aquam vocat. Nisi quis dicat tum cum hausta ex hydriis à ministris est, aquam adhuc fuisse, hauſtam verò conuersam in vinum. Quod etsi verba videntur præ se ferre, tamen nec auctorem bonū, qui dicat, vllum inuenio, & videtur altera ex parte ratio repugnare. Si enim hausta iam aqua conuersa in vinum esset, quæ in hydriis remansit conuersa vtique non fuisset; quod credibile profecto nō est, & quia cum Euangelista dicit, quot, quantæque fuerint hydriæ, eas q; vsque adsummum aquæ impletas fuisse, magnitudinem, vt diximus, miraculi declarare voluit, indicans aquam illam totam transmutatam in vinum; & quia est verisimile, postquam ministrorum testimonio compertum est vinum illud, quod tantopere architriclinus laudauerat, ex aqua factum fuisse, omnes conuiuas ad hydrias accurrisse, vt viderent, an ita esset, & oculis sibi fidem facerent. Elegantes sunt de hac re Sedulij versus;

Implerunt sex ergo lacus hoc nullare Christus.
Quippe fera ex qui vitis erat, virtute colonia
Omnia fructificans, cunctis sub tegmine blando
Mitis in occiduas enutrit pampinus vuas.

Lib. 3. Cant.

Vocat sponsum architriclinum.] Indicant hæc verba sponsum cum reliquis conuiuis ad mensam nō accubuisse, sed in curandis, quæ ad conuiuiū pertinebant, fuisse occupatum. Non enim à mensa illum architriclinus seuocasset. Nisi forte malimus interpretari, vocauit, id est appellauit. Nō quòd ad se venire iusserit, quod minimè fuisset verbanum, sed quod recumbentem appellans interrogauerit, quid optimum vinum in finem reseruasset. De qua ipsa quæstione alia quæstio esse potest, quomodo architriclinus sponsum interroget, cū ipsius potius architriclini esset officium vina & temporibus, & personis accommodate dispēsare. Erat quidem, sed tamen cum dispensator tantū, non dominus esset, omnia illi prius, quæ in conuiuio præbenda erant, à domino tradebantur, & mirabatur optimum sibi vinum initio inter alia nō fuisse traditum. Ita versus etiam sequens explicatus est.

Editor dissentit ab Autore a. primo loco, & a. nullo fere alio Patre. Zeal. n. 15.

11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.] Ambigua sunt verba; significare enim possunt hoc fuisse primum omnium omnino miraculorū, quæ vnquam fecerit Christus, aut non omnium quidem primum, sed eorum, quæ fecerit in Cana Galilææ. Atque hoc secundo modo non solum auctor Scholasticæ, quam vocant, historiæ, & alij nonnulli posteriores, sed etiam antiquissimi interpretes intellexerunt, vt Ammonius in Græca Catena, Chrysostom. homilia 22. & Theophylactus, & Euthymius referunt. Merito tamen illi tres, & omnes alij, quos viderim, boni auctores priorem sensum secuti sunt. Quotsum enim dixisset Ioannes primum hoc signum eorum fuisse, quæ eo fecisset loco? Præsertim cum nullum postea in Cana Galilææ signum à Christo factum legamus. Et vt legeremus, quid attinebat dicere primum hoc eorum fuisse, quę ibi fecisset? Eadem enim ratione de aliis miraculis, quæ alibi Christus fecit, dicere debuisset, hoc in Capharnaum, hoc in Ierusalem primum signum fecit, quod nusquam Ioannē videmus dicere. In eo tamen Chrysostomo, Theophylacto, & Euthymio non prorsus assentior, quod magnopere contendant nullum prorsus ante miraculum neque publice, neque priuatim fecisse Christum. Quid enim scimus? Imo aliquod profectò ante fecisse legimus. Nam quod duodennis puer cum doctoribus in templo disputauerit, eosque obstupefecerit, miraculum supra naturam fuit. Luc. 2. 47. Eodemq; modo verisimile est, aliquod etiam fecisse primarium alibi, quod scriptum non habemus. Diximus 9. 4. probabile esse quod quidam docent, matrem nonnulla primo miracula priuatim ab eo facta vidisse, quibus fama aliquando inopiam subleuasset, indeque incitatam, vt in simili egestate miraculum ab eo postularet. Necego probo, quod quidam dicunt sensum hunc hoc esse: hoc primum eorum tantum signorum fuisse, quæ Christus fecit in Cana Galilææ, nec verum, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius faciunt, alia omnia signa penitus excludere. Nam illi sibi nimis restringere, in omnes vsde accidentium dilatare. Media mihi sententia est via nam sequitur. Itaque interpretor hoc fuisse primum signum non omnino omnium, quæ fecit Christus, nec eorum, quæ eo fecit loco, sed eorum, quæ fecit, vt gloriam suam palam manifestaret, vt Ioannes ipse indicat, vtq; fide ostenderet esse Christum. Accommodate enim Ioannes ad id, quod agebat, loquebatur; agebat autem de Christi manifestatione, quomodo se paulatim ostendere miraculis, & discipulos colligere cœpisset. Itaque quem admodum de hoc miraculo dixit, *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ*; ita de prima post baptismū concione dicere potuit: Hæc fuit prima concio, quam habuit Iesus; cum credibile non sit nullam ante priuatim habuisse. Hæc ratione omnia Chrysostomi, Theophylact. & Euthymi argumenta soluuntur. Si miracula, inquiunt, ante fecisset aliqua, gloriam suam manifestasset, quam hoc miraculo manifestare cœpisse, auctor est Ioannes. Deinde si miracula fecisset ante, discipulos etiam habuisset. Denique non fuisse rationi consentaneum, vt puer miracula faceret, ne ludibrio potius puerilia, quam miracula indicarentur. Hæc enim omnia non nihil, aut hoc tantum probant non publice, & vt ita, quos esset, omnibus ostenderet, miracula fecisse; priusquam autem nullum prorsus fecisse non probant. Neque vero ego librum illum de infantia Saluatoris ab Ecclesia per Gelasium damnatum probo, nec veliim ea passim legendis libris credi mitaculo, quę vulgo in quibusdam minime meo quidem iudicio à Christo in infantia facta commemorantur. Hoc tantum dico, nec omnia sine discrimine credenda, nec malignè præterscribenda esse Christo miracula. Etiam credendi, sicut aliarum rerum modus est.

Hoc omnia Christi miracula primum fuit.

Et manifestauit gloriam suam.] Vtique diuinitatem suam; hanc enim solent Euangelistæ gloriam appellare, vt supra cap. 1. 14. Matth. 16. 27. Marc. 8. 38. Et multi prophetæ miracula fecerunt, de nullo tamen eorum dicitur est gloriam eum suam manifestasse: quia non tanquam creaturæ ūi homini, sed tanquam creatoris ministri in creatoris miracula fuerebant. Itaque non suam, sed Dei gloriam manifestabant: Christus verò suam, quia ipse creator, ipse primus auctor, ac fulgor numerorum erat. Sic Euthymius & Iudicius lib. 3. aduersus Varmadum Arianum interpretantur. Quare autem idem Euthymius Theophylactum, atque Chrysostomum, quomodo hoc facto Christus gloriam suam dicatur manifestasse, cum pauci tantum inibi miraculum viderint? Respondet ex illis aut aliis aliud, atque ita miraculum euulgatum, hodieque vulgari auctore Ioanne. *Notes to specific passage, quod ille gerebat historiæ*, vt ait Ambrosius Sermone 10.

Et crediderunt in eum discipuli eius.] Si discipuli eius erant, tam vtique credebant, nec enim ignorum hominem, & inopem, non credidissent, secum fuissent. Dicuntur ergo hoc vno miraculo credidisse, nō quia tunc primum, sed quia tunc magis crediderunt. Nam & Apostolatum facti postea dicebant, *Adauge nobis fidem* Luc. 17. 5. vt Origenes in Græca Catena, & Theophyl. in commentariis, & hunc locus interpretantur. Aut apparet illa tantum fidei, vt possent credere, etiamsi alia nō credidissent, vt videtur Ammonius exponere. Nutantur hic miraculorum duces, vt Chrysost. & Euthymius indicarunt. Propterea enim miracula nō debent, vt homines credant, & gloria Dei, non nostra manifestetur, cum ne Christus quidem ipse, qui miracula omnia in sua habebat potestate, miraculum vllū nisi ob hanc causam facere volebat. Hinc de miraculis indicandum. Nam nonnulla quę quibusdam in libris vulgo narrantur, sine nec fidem, vt videtur, *sine merito* facta, suspecta esse debent. Huius sunt, aqui miraculi allegoriam si qua quærit, Cyrillum, & Ibidem, Theophilum Antiochenum lib. 4. allegor. Aug. hoc loco, Seuerum Antiochenum, & Anastasium, Gaudentium tract. 8. de lectionibus Euangel. Ambros. Ser. 19. & 20. & Gregor. hom. 6 in Ezechielem legat. Nos ista non quærimus, sed aliquando tamen alios obiter indicamus. Illud ad institutum nostrum magis pertinet, vt lectorem moneamus multos veterum auctores hoc loco aut tanquam figura, aut tanquam similitudine argumento ad probandam mutationem vini in sanguinem Christi in Eucharistia vsos fuisse. Irenæum lib. 5. c. 11. Cyrillum Ierosolymitanum in 4. catechet. mystag. Cyprianum in Epistola contra Aquarios, qui Eucharistiam ex aqua solis conficiebant, Innocentium Pelusiotam epistola 135. vt citatur in Græca Catena.

Fides desiderat Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius.] Videtur Ioannes sine causa hoc addidisse, cum nihil eos in Capharnaum facti commemoret. Statim enim dicit Ierosolymā ad diē festum ascendisse. Existimant Chrysost. Theophyl. & Euthymius, nouas alia de causa Christum in Capharnaum descendisse, quam vt illic matrem, fratres que conlibertes, ne hac illac tam crebro fatigaret, eademq; de causa Ioannē. Cur ergo non potius discedit in Nazaretū, quæ patria eorum erat, vbi melius, cōmodius que quieuissent, quam in Capharnaū mimica ciuitate? Quod ū ob aliquam, quæ nos latet, causam in patriam redire noluit, manuissent, vbi erant, in Cana Galilææ apud cognatos, aut amicos certe, vel hoc solo, q; facto eos miraculo honorasset. Potius igitur credo ideo in Capharnaum cōmuni defendisse, quod ea frequentissima, & opulentissima totius Galilææ, vbi tunc erat, ciuitas esset, & volebat ibi se possibilimum ostendere, vbi frequentia in ore erat. Ideoq; Ioānem id commemorasse, vt significaret facto primo illo miraculo in Cana Galilææ, nō amplius latere Christum voluisse, sed frequentissima quæq; peruulgatos matres, fratres que comitatū, ne quis ignotum esse hominem, & è vulgo natum putaret. At nullum tunc ibi miraculi fecit, nullam conciorē habuit. Id affirmare ire temerarium non possumus. Sed probabilius tamen est, quibus id Euangelista non narret, & miraculum fecisse aliquod, & certe quidem prædicasse. Nā cum officium iam suum inisset, credendum profectò non est otiosum fuisse. Quod ante addit Euangelista nō multis diebus ibi mansisse, idem ego, vt opinor, adiecit, vt tatione, & certe re videret, cur non narraret, qd Christus ibi fecisset. Cum enim paucos tantū dies ibi fuisset, nihil fecisse admodum memorabile, & quia breue fuit tempus, & quia cū alibi non fuisset, nōdum erant homines ad audiendum verbum Dei, videndaq; miracula satis apti. Putat Origenes in Græca Catena hunc Christi aduentum in Capharnaum sex diebus post factum in Cana Galilææ ex aqua vinum accidisse, sed nulla satis magna coniectura probet.

14. Et propè erat Pascha Iudæorum.] Quod quidam dicunt

cunt Pascha Iudæorum dixisse, vt illud à Christiano-
rum Pascha te distinguerer, quod iam tunc corpũ es-
set celebrati, cui simile est quod hom. 10. in Ioan. Ori-
genes dicit ad differentiam dixisse l'aschatis dictum es-
se, q spiritualiter celebrarent. aliquid probabilitatis
habet; sed probabilius est simpliciter dixisse, vt deiceri
beret Iudæorum festum, & Gentiles, quibus potissi-
mum scribebat intelligerent. Hæc enim ratione supra
ver. 6 dixit, *Erant autem vtis Lapidea hydriæ sex posita se-
cundum purificationem Iudæorum*: non vt à Christianorũ
purificatione distingueret. An eadem hæc sit historia,
atq; illa, quam Mat. c. 21. 12. narrat, illic disputauimus:
vbi & totum hunc locum, vltra ad ver. 18. expositimus.

18. *Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?* Id est quo
miraculo probas te auctoritatẽ habere ita faciendi? B
sicut Mat. 21. 23. rogant: *In qua potestate hæc facis? aut quis
tibi dedit hanc potestatem?* Qui autem hoc interrogarũt
Matthæus principes sacerdotum, & seniores populi fu-
isse dicit, qui cum ipsi, quod Christus faciebat, facere
deberent: nec vellent facere, inuidia rumpebantur,
quod faceret Christus. Cumq; factum ipsum per se
laudabile reprehendere non possent, auctoritatem fa-
cientis reprehendere conantur. Vtinam nullos hodie
similes in Ecclesia Phariſæos haberem: qui tanquam
canes in præsepi nec ipsi manent Ecclesiam, & volẽtes
adiuuare quasi auctoritatem nõ habentes impedirẽt.
Perant antè à Christo signum, quo auctoritatẽ suam
approbet, quia videbant non habere ordinarium offi-
cium sacerdotis, aut Legispetiti, quorum erat religio-
nem procurare, quod illi eiusmodi præberet potestatẽ. *Ex qui extra ordinarii à Deo mittuntur, miracula*
solent probare auctoritatem suam; quemadmodũ fe- *ab his, qui extraordinarie mittuntur, petuntur signa.*
cisse legimus Moysem. Sed insique, atq; improbe hoc
illi à Christo petebant, cui Moyses ipse, & prophetæ
omnes testimonium, & auctoritatem dabant. *Si credi-
retis*, inquit, *Moysi, credieretis forsitan & mihi: de me enim
ille scripsit*, Ioan. 5. 46. Nota Lutheranis, Caluinianis,
aliisq; nouis hæreticis iure petimus, qui neq; scriptu-
ris neq; miraculis à Deo se, vt gloriantur, missos esse
docent. Nam Ioannes quidem Baptista, cuius se exẽ-
plo tueri volunt, q cum extra ordinem à Deo missus
fuerit, signum tamen nullum fecerit: nescio quid illis
præter ruborem afferre possit. Nam vt raceam Ioannẽ
Baptistam ex scripturis sacris auctoritatem habuisse. *Inf. c. 10. 41.*
Vox clamantis in deserto, parate viam Domini: quam illi D *Isai. 40. 3. Matth. c. 3. 3. ad Tim. 4. 1. 2. & 3. 1. 2. & 3. Pet. 3. 3. 4. 1. ad Cor. 11. 13. Matth. 24. 23. Mar. 13. 21. Luc. 17. 23.*
certe non habent: nihil exilius se locis habere dicant,
quib. prædictum est futuras hæreses, quod illis mini-
me difficile concedemus. Scimus enim scripturam esse:
Oportet hæreses esse. Scimus prædictum à Christo fore, vt
multi venirent ipsius meritò nomine, qui dicerent nõ-
bis, *Ecce hic est Christus: aut illic.* sed eodem loco summus
monitor non credere iis de quibus nobis non credimus.
Euangelistis alium nobis, quam ex scripturis nouimus,
Christum demõstrantibus. Vt hoc, inquam, taceam,
ipsa tam darus vitæ Ioanni Baptistæ auctoritatem da-
bat, à qua illi tam longe profectò abluit, vt nõ solum
eius mores nõ imitentur, sed nec credant. Nam quã
elegantem, & bene vestitum nobis Ioannem pingant
apud Mat. c. 3. 4. docuimus.

19. *Respondit Iesus, & dixit illis: Soluite templum hoc, & in
triduo diebus exaltabo illud.*] Corpus suum templum
appellasse, vers. 21. Euangelista declarat. Templũ au- E
tem appellauit, quia in eo habitabat, vt ait D. Paulus,
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Colos. 2. 9. Dicun
tur quidem templum sanctorum hominum corpora,
quia in illis Deus quodam etiam modo habitat. *Tem-
plum Dei sanctum est, quod estis vos*, 1. Cor. 3. 16. 17. *& mem
bra vestra templum sunt Spiritus sancti*, 1. Cor. 6. 19. *&*, *vos
estis templum Dei*, 2. Corinth. 6. 16. Sed, vt Cyrillus ad-
monuit, aliter Christi, aliter aliorũ hominum corpus
templum dictum est, Christi, quia corporaliter id est, *Corpus Christi vere templum appellat.*
naturaliter, & vere, aliorum, quia spiritualiter, & per
gratiam in illis Deus habitat. Sic enim explicans illud
corporaliter cognaliter, quod ait D. Paulus. Hilarius lib.
9. de Trinit. Cyrillus in libro de recta fide ad Reginas,
Primasius, & Theophylactus in commentar. Recte,
prorsus Ambrosius enarrans Psal. 47. hunc locum tra-
dat, *Vere*, inquit, *templum Dei corpus est Christi in quo ha-
bitat omnis est purificatio peccatorum. Vere templum Dei caro
illa in qua nullum peccatũ potuit esse contagium: sed ipsa pro
delicto mundi totum fuit sacrificium. Vere templum Dei caro
illa, in qua Deitas magis fulgebat, & corporaliter plenitudo di-
uinitatis habitabat.* Eodem modo Epiphan. interpretatur, hær. 77. Quod multo est verẽ, quam quod Theo
doretus tradit in comment. in Psal. 131. ideo templum
corpus suum appellasse, quod in Bethlehem Ephratæ
natus esset, vbi olim arca Domini fuerat figura corpo
ris sui. Ita que melius nos ex hoc loco nostram de vera
Christi diuinitate sententiam, quam suum Apollinaris *Apollinaris error sit, & absurdus.*
errorẽ probare possimus, qui, vt Theophylactus ait,
hinc colligebat Christum humanam animam non ha-
buisse, quia templum erat, templum autem animam
non habet. Nam illa quidem ratione probare potuis-
set non carnẽ, & ossa: sed pro carne, & ossibus, ligna,
& lapides habuisse, quia templum non ossibus, & car
ne, sed lapidibus, ac lignis constat. Merito quidam q-
runt, cur Christus petentibus signum, nõ aliud figũ
der, quam resurrectionis suæ, quæ longe post futura
erat, neq; id. q tunc faciebat, probare poterat. Propo-
nit Rupertus quæstionem, idemq; rectè respondet, C
cum multa Christus signa fecerit, nulli à feciſſe, in quo
diuinam æque virtutem, atq; in sua resurrectione de-
claraueric, & se tam aperte ostẽderet verum filium es-
se Dei. Verum id quidem est, sed fi confuendinẽ con
fideremus Christi, aliam fortasse probabiliorem cau-
sam reperiemus. Solebat iis, qui malo animo signape-
tebant, non aliud, quã resurrectionis suæ signum da-
re, quasi dicens. Si non creditis, finem expectate: ex
fine ex resurrectione mea cognoscetis. *Improbum est,*
quæsquis, vt ille ait, *ab eventu facta notanda putat. Genera-
tio*, inquit, *mala, & adultera signum quærit, & signum non
dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in
ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius ho
minis in corde terræ*: Matt. 12. 39. 40. quemadmodum & *Vide c. 4. Scripturæ plenus locus, quo ostendit Christus vere se esse Messiam.*
Cyrillus obseruauit. Hæc eadem vt ait Chryso. causa
fuit, quam ob rem ambigue, & obscure responderet,
quia indigni erant, vt illud ipsum, quod illis pro signo
dabat, resurrectionis mysterium intelligerent, etiamsi
intellexissent, non crediturí. Quæ altera Rupertí quæ *Cur Christus non dederit quod sciebat signum.*
stio est. Cui & illam admingit; cur ergo nõ omnino ta
cuit, quod ab illis intelligi nolebat? Respondet ideo
non tacuisse, vt qui digni erant, si non tunc, tamẽ post
ex mysterium intelligerent, & ab ipso prædictum esse
recordarentur, vt Euangelista indicat vers. 22. *Cum ergo
resurrexisset a mortuis, & recordati sunt discipuli eius, quia
hoc dixerat: & crediderunt scripturæ, & sermoni, quẽ dixit
Iesus.* Adde solere etiam nos iis, qui nos malo rogant
animo, respondere sic, vt nec omnino nihil dicamus,
ne nihil respondere posse, aut, velle videamur: nec ita
dicamus, vt intelligamus. Aliam Rupertus ad intelli-
gendum hunc locum necessariam quæstionẽ mouet:
Cur Christus corpus suum templum, & mortem, tem
pli solutionem, aut, vt Virgilius li. 5. aduersus Euthy-
chem vertit, *destructionem*, resurrectionem autem tem
pli suscitationẽ vocari? Poterat. n. aliis metaphoris my-
sterium celare, si intelligi nolebat. Poterat dicere, sic
apud Matthæum dixit, *nũ daretur vobis nisi signum Ionæ* *Cap. 12. 39.*
prophetæ. Quam ille quæstionem acutius mihi propo-
nere videtur, quam explicare ut aq; quid ille respõde-
at, lector, si volet videat; nos aliter respondebimus. A-

gebatur de templo de quo erementes, & vendẽtes exe- A
cetant, inter rogatus fuerat, qua id auctoritate faceret,
respondet se id facere iure suo, quod Domin' esset tẽpli;
Dominum autem se esse probat, quia si illud euer
terint, eribus diebus excitabit illud. Dominus enim
cuiusq; rei est, q de ea potest facere, quod libet. Itaq;
indicat illud ipsum sui fuisse corpus, eademq; facili-
tate, cum dissoluti fuerit, refecturum, qua eidem enim
artificis est facere atq; reficere. Quibus omnibus reb.
ostendit se esse Deum, ac prorsus sicut corporis sui,
ita etiam templi illius de quo agebatur, dominũ esse,
quia partis illi templi erat, quare iure illo potuille tur
pissimos illos negotiatores, tanquã filia inique pa-
gellatos foras eiicere, ve tuam, patriq; tui domũ for-
tibus illis negotiationem eminuerat. Quæ tamẽ cor- B
pus humani templi appellat, vtitur verbis ad humanũ
potius corpus, quam ad templi fabricam accommoda-
tis. Nã soluere, & excitare magis humano conuenit
corpori, quam ædificio. Dicitur enim corpus nostrũ
solui, cum vinculũ illud animi, & corporis rumpitur,
Desiderium habeo, inquit Paulus, *dissolui, & esse cum Christo*. Phil. 1. 23. & *Tamdiu est habitatio mea in te*. 2. Tim. 4. 6.
Quamquã aliquando & ad ædificium accommoda-
tur, præsertim cũ pium corpus nostrũ ædificio com-
paratur. *Scimus*, inquit, *quoniam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo ha-
bemus in cœlis, domum non manufactam æternam*. 2. Cor. 5. 1. Cui ergo dicit C
Iudæos ipsa allo quens, *Soluite templum*? Cui nõ post'
dicebat, cum soluti essent, aut soluta facturi templi
hoc, sub' diebus excitabo illud? Duplex in eo verbo
quæstio est. Altera, cur dicat, vt illi soluant, altera,
cur id impossibile modo dicat, quasi iubeat, vt fieri possit.
Facilis ventilatio. Dicit, *excitabo*, & non, Soluetur,
aut cum soluti fuerint, indicans se abillis occidendũ.
Quid dicat, Potius à me signũ, quo auctoritatẽ vobis
meam probem, vos ipsi amplã mihi materiam faciẽdi
signi dabitis. Soluetis enim corpus hoc meum, & ego
illud in triduo diebus iterũ subo. Imperandi autẽ modo
non ideo vsus, vt Euthy. obseruauit, quod eo iubeat
fore vt ita perpetrent, sed vt illendi et certam fore,
vt illi faciant. Sic figura, quæ iam conscissa est. *Is, Vide c. 4. Scripturæ plenus locus, quo ostendit Christus vere se esse Messiam.*
qui Scripturæ sequitur Isaiæ verbis. Qui dicit de illa, *Quasi face succensa*
loan. 15. 5. Sic quæ apud prophetarum plurimas est impe-
randi modo prolationes pronunciare. Ionam nera
sant exempla, vnum adiicere facile est. Isa. c. 47. 1. *Descende, & sede in pulvere ergo filia Babylon, sed in terra*, id est D
descendes, & sedebis.

20. *Dixerunt ergo Iudæi, quadraginta, & sex annis ædi-
ficatum est templum hoc, & tu in triduo diebus exaltabo
illud.* Intelligentes Iudæi, quod Christus dixerat, de
templo illo lapideo, tridentes respondent, vt Theo-
phylact. ait. Miga a hic de illis qua de re quinta fex annis,
quibus templum ædificatum esse dicitur, quæstio est,
quomodo id verum sit. Vnam D. Augustinus tantũ
in hac re operæ, quantã in confectandis horum nu-
merorum mysteriis potuisset magnã enim nobis pue-
ritiæ illum aliud lumen ingenii incẽsa tulisse. Sed E
ad populum ruminatum cautionabatur. Nemo nescit
rem ædificatam fuisse templum, quamuis Iudæi duo
tantum hactenus templa fuisse dicant, quia bis tantũ
fuit exstructum, & post iteratam eius ruinam per Titũ,
& Vespasianum factam restauratum nõ est. Primum
à Salomone ædificatum fuit. 3 Reg. 6. 1. & 2. Paralip. 3.
1. 2. Secundo q instauratum est post primam eius ruinam
per Chaldæos à Zorobabele. Esdræ 5. Tertio
est ædificatum, aut potius amplianum, & ornatum
fuisse eum post primam restitutionem fuerat ex cer-
tum, ab Herode magno, qui primum in Iudæa alieni-
genа regnauit, quam amplificationẽ loco plo de scri-
bit li. 15. antiq. c. 14. Igitur de prima, & vltima ædifica- *Diamplificatio ædificium templum per ædificatum.*
tione hic non agi perspicuum est; cum primum non
quadraginta fex, sed septem tantum annis fuisse ædi-
ficatum, vt Beda ait, 3. Reg. 6. 38. Esdr. Heraclcon, vt
Origenes citat, de prima hac templi ædificatione in-
telligebat, & mysterium numerorũ ad errorem trahe
bat huius. Eadẽ modo post'a Nonnus interpretatur.
Ipse etiam Origenes, cũ nulla alia ratione quæstionis
exitum inuenire, probabile iudicauit, vt de prima q-
dificatione intelligeretur, ita tamẽ vt non solum tres
illi anni, quibus, antequam templum corpũ esset ædi-
ficari, comparata materia est, sed totum etiam tem-
pus numeretur, ex quo David templo ædificando
cogitare cœpit. 4 Reg. 7. 2. & 1 Paral. 7. 11. Quod præ-
terquam quod longe petitum est, etiam temporis non
satis conuenit. Nam regnauit David annos omnino
quadraginta 2. Reg. 5. 4. & 3 Reg. 2. 11. Regnauerat an-
tem plusquã octo annos, cum de templo ædificando
cepit cogitare, vt ex 2. lib. Regum c. 5. & 7. colligitur;
itaq; restant ex eius regno anni triginta duo, quibus
si addas vndecim, vndecimo enim Salomonis anno
perfectũ templum est, 3 Reg. 6. 37. 38. efficies quadra-
ginta tres, numerum numeris, quæ sui hoc loco de-
lembrum. Adde quod templum illud, quod Iudæi o-
stendebant, cum dicebant, *quadraginta & sex annis ædi-
ficatum est templum hoc*, non erat id quod à Salomone
fuerat factum, sed prorsus aliud à primis fundamentis
exstructum. Perspicuũ etiam de tertia hac ædificatio-
ne intelligi non posse, quæ, vt Iosephus lib. 15. antiq. c.
14. anctor est, nouem annis cum dimidio fuit absolu-
ta, nec posset quam cœpta est fieri, ullo interrupta tẽ-
pore. Eadem videtur impositor ratio, quo minus de
secunda ædificatione intelligatur. Nam si exceptis an
nis, quibus ab opere impediebantur hostibus cessarit
est, restarentur anni 42. quibus cœptum, perfectumq;
est ædificium, numeremus, non reperiemus nisi sep-
tem. Totos enim annos secundum, quos primum tem-
plum abolitum est, vt post ea demum ædificabimus. Quæ
cessio illa Iudæi huius modi, quam recentiores
quidã auctores exogitarunt, vt secundã ædificatio-
nem, cum rerum cum augerent, & multis erroribus ob-
stricta plena esset, &, si errores tollas, quæstionem tam
explicat. Dicunt secun. 11 templi post Babylonicam
captiuitatem ex subiectionem vsque ad signum annis per-
fectũ fuisse; certũ vero per Herodes Regis viginti sep-
tẽ, qui omnes inuentum annis quadraginta sex efficiunt.
Mirum tam secutum audacis, nec post illum quenquã
tam inconsiderate scripturis fuisse, nisi fieri. Quo
enim anctore probari secundam ædificationem tẽpli
videmus quinquaginta annis, tertiam vero viginti septẽ
tectam esse, cum ex scriptis libris Esdræ, & postea docebi
mus, perspicuum sit secundam ædificationẽ plusquã
quadraginta annis non fuisse, nisi numeremus, quibus in-
terruptum opus est, ab aduersarii effe mus? vero quam
octo, si eorum numeremus tertium vero ædificationẽ
nouem optimus testis Iosephus affirmet nouem finitam
annis, nõ per Herodes Reges, sed ab Herode Magno?
Qui enim vnquã anctor putet Herodes Iudæ Re-
ges fecit? Quod si septem locum 5, nouem vero tenig
ædificationis annorum ratio nunquã, non quadraginta fex, sed
sex etiam tanto inuenies. Quinti omnes annos, qui
bus omnes tres ædificationes explicate sunt, si v-
nam summã conferas, non nisi viginti tres annos effi-
cies, dimidiam partem eorum annorum, quos Iudæi
dicunt ædificatũ fuisse templi. Quod si quis ea re adhi-
pinio veterũ auctorũ, Eusebii lib. 8. demonstr. Euang. c.
2. Chryso. hom. Ioan. 22. Eucherii q. 1. in Ioan. Isidæ,
Theoph. & Euthim. commen. de secunda ædificatione
hoc esse intelligendũ. Moneno tamẽ nihil lectorẽ
est, ne miretur, si apud Chryſ. Theop. & Euth. legerit
primum Salomonis templũ annis viginti ædificatũ.

Nume-

Numerant enim, vt opinor, totũ tempus, quo de eo A
a Iudæis cœptum est ædificando cœptum est ædificando, de templum agitari. Illud etiam certum est, non posse hoc intelligi de illis tantum annis, quibus secundum templum ædificatũ est, nõ numerata iis, quib' propter vicinos hostes ab opere cessatum est. Illi enim, quibus templũ ædificatum est, ipsis exceptis vix octo fuerũt anni. Constat enim ex 1. lib. Esdræ c. 4. paulo post, quam Iosue filius Iosedech, & Zorobabel cœpissent ædificare, impeditum fuisse opus vsq; ad regnum Darii, cuius initio iterum cœptum est continuari ante inchoatum opus, & anno eiusdem Darii sexto finitum est. 1. Esdr. 6. 15 Necesse igitur est annos connumerare eos, quibus interruptum opus est. Sed de ea ipsa re certatur quomodo anni illi omnes quadraginta sex efficiant. Lyranum plerique sequuntur. Primo Cyri anno cœptum fuisse templum, regnasse autem Cyrum annos triginta, post eum Cambysem filiũ annos decem. Post Cambysem Magos septem menses, qui quoniam annum vnum non efficiunt, dimittuntur. Post Magos Darius cui sexto anno finitum est templum, id est annis quadraginta sex. Proxime verũ attigit, sed potest in ea' sententia diligentia desiderari. Primum non est inchoatum templũ anno primo Cyri, sed vt minimum secundo. Nam anno primo edictum ab eo libertatis Iudæorũ promulgatum est, & Iudæi in patriam redierunt, templi iecerunt fundamẽta, aut materiam certe cœperũt comparare, 1. Esdræ 3. 6. 7. Itaq; cum templi fundamenta iacta sunt, tertius, vt minimũ dicam, Cyri annus egebatur. Regnauit autem Cyrus, si Herodoto credimus lib. 1. extremo, annos vnum & triginta: si Eusebio in Chronicis, & Hieronymo in commentariis in cap. Zachar. & in c. 7. Daniel. annos triginta, modico discrimine, aut fortasse nullo septẽ Magorũ menses pro anno vnu Eusebio, & Hieronymo fortasse numerãtibus. Cambysem vero, quem Esdras Assuerum vocat, sex tantum regnasse annos scribit Iosephus lib. 11. antiq. c. 3. Herodotus li. 3. annos septem, & menses quinq; Eusebius in Chron. & Beda lib. 1. in Esdram c. 3. & l. 2. c. 7. Lyranus nescio quem secutus auctorem decem illi annos tribuit. Magos post Cambysem septem tantũ regnasse menses omnes consentiũt. Sexto vero Darii Hystaspis anno perfectum fuisse templũ liber primus Esdræ c. 6. 15. testatur. Cæterũ vt Cyro triginta, Cambysi octo annos tribuamus, nondum ad quadraginta sex annorum numerũ pervenietur. Demendi enim sunt ex Cyri annis tres, quia tertio, vt probauimus, eius anno cœptum est ædificari templũ. Itaq; remanebunt anni viginti septem. Quibus si octo Cambysis addas, efficies triginta quinq; si vnum Magorum, vt septẽ illos menses pro anno vno computemus, efficies triginta sex. Si sex Darii quadraginta duos. Credo igitur ego non à iactis fundamẽtis templi, sed ab alacri primũ structo annos esse numerãdos, aut à facultate à Cyro Iudæis data, vt iterum templum ædificarent, quemadmodum numerat Eusebius Cæsari. in Catena Græca citatus. Sic enim per Danielem prædictum fuerat, cap. 9. 25. *ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, habebunt ades septem.* Omnes enim concedunt Danielem per septẽ primas hebdomadas, quas à cæteris seiunxit, tempus notasse, quo templum erat ædificandum, & videmus initium eius temporis non à templi fundamentis, sed *ab exitu sermonis*, id est à concessa ædificandi facultate numerare. Cum ergo ea facultas anno primo Cyri concessa sit, 1. Esdræ 1. 1. 2. & 6. 4. totos triginta Cyri annos debemus numerare. Quibus si addas octo Cambysi, vnum Magorum, sex Darii, inuenies annos quadraginta quinque. Deest tantum vnus annus, quem hac ratione reperiemus. Cum Esdras dicit 1. 1. c. 4. 15. sexto anno Darii perfectum fuisse templum, intelligendum est sexto anno iam prorsus exacto, & septimo vertente. Quem septimum, qa nondum finitus erat, Esdras nõ numerauit, Iudæi vero ex ista traditione, quia inchoatus iam erat, numerabant. ideoq; dicũt quadraginta sex annis ædificatũ fuisse templum. Sed alia nobis ex Daniele oritur quæstio, quo modo prædixerat septẽ annorũ hebdomadas, id est annos quadraginta nouẽ in templi ædificatione fuisse commendas, si quadraginta sex annis finitus est. Hunc nodum facile ex Iosepho hoc solueris. docet 11. antiq. c. 4. nono Darii anno finitum fuisse templum, quem, cum ex eodem non sit Esdræ repugnare, qui sexto eiusdẽ Darii anno perfectum id est, recte quidam interpretantur, sexto quinẽ à nono Darii templũ ipsum fuisse perfectũ, sed per tres postea annos facta circum templũ fuisse pertibola. Quod ex ipso quoq; Iosepho colligitur, cuius hæc sunt verba: *Ædificauerunt enim Iudæi porticum quoq;, quibus templum circumqu; includebatur.* Hos ergo annos tres Daniel, & Iosephus numerauit; Esdras, & Iosephus hoc loco nõ numerauit. Quos si quadraginta sex annis adiicias, efficies quadraginta nouem, id est septem hebdomadas annorũ, quas Daniel designauerat. Aliæ duæ faciliores tamen quæstiones ad perfectam huius loci explanationem requiruntur. Altera est, quo modo Iudæi tempꝰ illud numerauerint, quo templum ædificatio fuerat interrupta, cum de tempore, tantũ ad ædificandum necessario ageretur. Cæsi enim fuerat, vt tot annis templum illud ædificaretur. Itaq; poterat Christus sola humana diligentia multo breuiore tempore ædificare. Respondeo primũ quidem rem illos exaggerare voluisse, propterea omnes annos retinens, quibus ab opere cessatum fuerat, numerasse, vt de eo erant Christum hoc potuisse facere, quod dicebat. De inde quæstione fuisse de difficultate tantæ machinæ perficiendæ. in difficultate autem rerum agendarum non solum labor ipse operis, sed omnes etiã externi casus, qui impedire operis progressũ possunt, numerandi sunt. Altera quæstio est, quomodo templum illud, cp tunc ortum habebant, quadraginta sex annis ædificatum fuisse dicant, cum non esset idem, atque illud quod à Zorobabele post quadraginta sex annos fuerat ædificatum? Hoc enim quod tunc ortum habebant, ab Herode nouem annis cum dimidio, vt supra ex Iosepho docuimus, perfectũ fuerat. Facilius hoc solmitur. Cum Herodes secundũ templum amplificauit & exornauit, non fuerat euersum, sicut primũ, sed illud idẽ quod ante erat, auxit, & altius erexit. Cum ergo ideo dici, quod de illo dicebant, de altero intelligebatur. Diximus supra Augustinũ historia relicta ad numerorum mysteria confugisse. Sic enim interpretatur quidã, tertio exacto tot Iudæi Christum de corpore suo loqui, quod nouem mẽsibus, & decẽ hos formatum fuerit, quem numerũ numeri illi, qui in quadragesta sex continentur, multiplicati conficiant. Quibus si quis dicẽdum est, eum legat hoc loco, & l. 4. de Trin. c. 5. & l. 83. qq. q. 56. Obiectauerunt quidam nihil Christum huic Iudæorũ obiectioni respondisse, quia volebat nimirũ eo tu ertore suo relinquere, fieri posse, vt tam ista res explicaret, multo minus crederent, vt Euthymius æstimat.

Quæstio a Daniele obscurior.

Vnde omnes varii sint anni 46.

Esdræ locus explicatus.

21. *Ille autem dicebat de templo corporis sui.*] Hæc verba superiore versu explicata sunt. Hic tantum videnũ, cur ea Ioannes addiderit. Voluit opinor Iudæorũ errorẽ notare, ne id Christus dixisse putaretur, videlicet q; verum esse id, quod ei postea duo illi falsi testes obiecerunt, *Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* Matth. 26. 61. Volunt etiam notare ne discipulos quidem eius intellexisse.

22. *Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli*

sui, quia hoc dicebat.] Venit illis in mentem visio A
resurrectionis euentu huius verbi Christi, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, intellexerintq; corporis sui resurrectionem significare voluisse. Arcanum quid opus erat, vt id hoc loco Ioannes diceret, quod sine cauta videri potest discipulorum stupiditatem incusare? Voluit opinor indicare de industria Christum tam obscure locutum fuisse, vt ne ipsi quidem eius discipuli, donec euentum perspexerunt, intelligere potuerint.

Et crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.] Scripturis Prophetarum, qui Christi prædixerant resurrectionem; & huic sermoni, quem Christus dixit, *Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, vt ait Beda. Credere hoc loco significat intelligere, aut intelligendo credere, aut re intellecta magis, firmiusq; credere, quod ante obscurius, incertiusque credebatur. Nam ante resurrectionem credebant vtique scripturis discipuli, sed post resurrectionẽ magis crediderunt, quia melius intellexerant, hoc est, quod ait Lucæ. 24. 44. 45. *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscum; quoniam necesse est impleri omnia.*

Pascha pro ea re ipsum dictum fuisse.

quæ scripta sunt, in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Quæ autem scripturæ illæ fuerint, quibus crediderunt, eodem apud Lucam capite ver. 17. docuimus.

23. *Cum autem esset Ierosolymis in Pascha.*] Vt Pascha C
celebraret, cuius causa venerat ex Galilæa Ierosolymam. Indicat Euangelista statim Christum celebrato Pascha in Galilæam reuertisse: & tamen, cum tam breui tempore fuisset Ierosolymæ, multos in eum credidisse propter multitudinem, magnitudinemque miraculorum, quæ faciebat. Non est certum, sed est tamen probabile, quod quidam docẽt Paschæ, & diem festum hoc loco pro totis septem azymorum diebus poni, quibus festum illud celebrabatur. Significat enim Euangelista multa tunc Christum fecisse signa, quæ etsi potuit quidem, tamen credibile non est vno tantum festi die. Quæ signa ista fuerint, propter quæ multi tunc in Christũ crediderint, Euangelista non dicit: sed est verosimile multa, magnaque fuisse, quã loquidem ex hominibus tam incredulis, & alieno in Christũ animo, quam ciues Ierosolymitani erãt, multi in eum credidissent. Necenim Chrysostomo, Theophylacto, & Euthymio subscribo, qui non vere, sed simulate eos putant credidisse; cum appareat Euangelistam voluisse magnitudinem signorum Christi exaggerare, tantum nimirum fuisse, vt multi etiam homines increduli, & alieni victi mirabilis in illum credidissent; quam nõ bene exaggeraret, si simulate, non vere ita cum dixisset credidisse. Nam vt simulate crederent, nullo opus erat signo, & vt Augustinus argumentatur, *non diceret Euangelista, multi crediderunt in nomine eius, nisi verum illis testimonium perhiberet.* Origenes vnum ex miraculis fuisse dicit, quod vnus homo tot de templo negotiatores flagellis ejecerit; quod etsi potuit quidem in miraculis E
numerari, tamẽ multo plura, atq; maiora tunc Christum fecisse credendum est, quod & ex sequenti capite vers. 2. manifestum est. Sed quo consilio ea Euangelista non narrauerit, diuinare nobis non licet: coniectura vti licet, ad exponendam Christi doctrinam properanti nimirum, in qua potissimum videmus versari Ioannem, multa consulto miracula silentio prætermisse. Quod dicit credidisse *in nomine eius*, idẽ est ac si diceret in eum credidisse, vt alias sæpe locis explicauimus, etsi aliud Origenes esse putat.

Testi. 10.

24. *Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.*] Enarrant interpretes. Sed omnis pene dissensio ex filo pendet, quo reflectatur pronomen *eis*. Plerique enim ad eos ipsos, qui credidisse dicuntur, referentes, quæ-
runt, quomodo se eis Christus non crediderit, cum in eum ipsi credidissent? vt Origen. Chrysost. Cyrill. Augustin. Beda, Theophylact. Ruperti, Euthymius. Hi omnes existimant ideo se Christum illis non credidisse, quia aut non vere, aut non satis perfecte, constanterque credebant, & Origenes quidem, qui aliud esse putat credere in nomine Christi, & credere in Christum, quod quisin nomine Christi credunt, ipsũ non imitentur; qui vero in Christum credunt, imitẽtur; propterea dicit Christum se illis non credidisse, quia non in ipsum, sed in ipsius nomine credebant. Simile quiddam Ammonius in Græca Catena, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthy. dicunt, quosdã quidem propter scripturas: alios propter sola, quæ videbant, miracula credidisse, hos quidem imperfecte, illos perfecte credidisse, ideoque non his sed illis credidisse se vicissim Christum. Augustinus, Cyrillus, & Beda de Catechumenis hoc interpretantur, qui cum in Christum credunt, Christus tamen se illis nondum credidit, quia cum infirmam fidem habent, nondum carnem, & sanguinem suum illis præbuit. Qui autem sit non credere seipsum illis, varie etiam interpretantur. Nam Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, & Nonnus poëta perinde exponunt, ac si sensus esset, non credebat illis dicentibus se in illum credere, non credebat eorum verbis, quia sciebat eos simulate loqui, ideoque maiora illis mysteria non explicabat. Augustinus vero, Cyrillus, & Beda non credebat se illis, id est nolebat se illis tradere, nondum sese illis dabat, sicut Catechumenis non tradit corpus, & sanguinem suum. Sed hoc mysticum illi esse non ignorabant; nec dubito, quin sensum litteralem esse exilimauerint Christum illis non confidisse, scientem fore, vt se mutata voluntate persequerentur, & occiderent. Placuit nonnullis tertia cognitionibus interpretibus pronomen *eis* non ad eos, qui crediderant, sed ad vniuersam referre Iudæorum, aut Ierosolymorum genus; quasi dicat Euangelista, licet multi Iudæorum in Christum visis, quæ faciebat, miraculis credidissent; ipse tamen se eis, id est, Iudæis non credebat, quia sciebat plures esse, qui non solum in se non crederent, sed magno se etiam odio prosequerentur. Probent fortasse alii; quia bella. & speciosa videtur interpretatio; ego vereor, quod me frequenter in aliis verear dicto, ne nimis subtilis sit. Nam antithesi illa, *Crediderunt in nomine eius, & ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis*, nõ obscure indicat iisdem se Christum, qui in te crediderant, non credidisse. Atque hanc habet emphasim pronomen illud *ipse*, in quo altera latet antithesis. Opponit enim Euangelista Christum iis, qui in Christum crediderant, & non credere Christi, eorum credere. Et quod sequitur. *Eo quod ipse nosset omnes*, manifestum est argumentum Euangelistam de illis ipsis loqui, qui crediderant, quis enim non videt hunc esse sensum, quamquam illi in ipsum credebant, tamen ipse se illis non credebat, quia nouerat animos eorũ? Non quod sciret eos, vt putat Chrysostomus, simulate credere; sed quod etsi videbat recte credere, sciret tamen fore, vt facile mutarentur. Nam multos, qui iam crediderant, ab eo postea fecisse, idem est testis Euangelista cap. 6. 66. Credere autem se illis non dubito, quin sit, illis non confidere. Videtur enim hoc Euangelista dixisse non solum, vt ostenderet Christum verum fuisse Deum, qui animos hominum & præsentes, & futuros cognitos haberet; sed etiam vt causam tacite redderet, cur diutius Christus Ierosolymæ non manserit; quia nimirum sese Iudæis non credebat. Dicet aliquis ambigue hoc loco

credendi verbo vsum Euangelista, quod si ita sit, A totam gratiam antithesis, sententiæq; deperire. Nam priori loco credere esse persuasam habere, assentireq; Christum verum esse Messiam, posteriore confidere, itaque non posse eum, quem diximus, esse seruum. Respondeo non esse nouum, vt vno, eodemq; loco magna enim gratia idem verbum diuerso ponatur sensu, vt in illis apud Matthæum verbis adnotauimus. cap. 8. 21. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Deinde hoc loco sensum, significationemque verbi non variari. Nam propterea dicimur in Deum credere, quia, eum, quæ nobis promittit, non videamus, confidimus tamen illi dicenti, nobisque persuademur rem esse, quod est credere nos illi, quia ita nos fore, vt nos minime frustretur. Itaque illusit Euangelista ad eandem verbi significationem. Sed quia aliter illi credebant Christo, aliter illis Christus non credebat, vtrauit Euangelista constructionem verbi; priore que loco dixit ἐπίστευσαν, crediderunt, posteriore vero οὐκ ἐπίστευεν ipsius non credebat se.

25. *Et quia ejus non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine.* Id est de quoquam, Hebraica phrasi. Reuocat enim hypothesim ad thesim, vt maius sententiæ robur addat; probetq; facile credentibus in se animos, atque constantiam cognoscere potuisse, quotnam hominum hominum intimas cognoscat cogitationes. Recte omnino Patres nostri ex hoc loco Christi contra Arianos diuinitatem probauerunt. Chrys. August. & Cyrillus hic. Proprium enim esse Dei nosse hominum corda vbiq; scriptura testatur. 3. Reg. 8. 39. & 1. Paralip. 28. 9. & 2. Paral. 6. 30. Iob. 42. 2. Eccles. 42. 19. Isai. 29. 15. Psal. 7. 10.

Diuinitas Christi pro. batur.

CAPVT III.

1. *ERAT autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. 2. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. 3. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. 4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? 5. Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. 6. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. 7. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. 8. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. 9. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? 10. Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? 11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis? 13. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. 14. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: 15. vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 17. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. 18. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filii Dei. 19. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. 20. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: 21. qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. 22. Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudææ: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. 23. Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. 24. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. 25. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæo de Purificatione. 26. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. 27. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. 28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. 29. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. 30. Illum oportet crescere, me autem minui. 31. Qui desuper venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. 32. Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. 33. Qui accepit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. 34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. 35. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*

Homo. 22. 2. Ioan. 4. 9. Sap. 2. 4. Ioan. 4. 2. Ioan. 3. 26. Ioan. 1. 15. Ioan. 1. 27. Ioan. 1. 18. Ioan. 3. 13. Ioan. 8. 26. Ioan. 8. 38. Ioan. 7. 16. Ioan. 8. 28. Ioan. 12. 49. Ioan. 14. 10. Ioan. 5. 19. Ioan. 5. 30. Ioan. 6. 38. Ioan. 8. 29. Ioan. 16. 13. Ioan. 16. 15. Ioan. 17. 2. Ioan. 3. 34. Ioan. 5. 24. Ioan. 6. 40. Ioan. 6. 47. Ioan. 8. 51. Ioan. 11. 25. Ioan. 12. 46. Ioan. 5. 24. Ioan. 12. 48. Ioan. 15. 22. Ioan. 15. 24. Ioan. 9. 41. Rom. 1. 18. Ioan. 3. 18. Ioan. 3. 36.

IN CAPVT III.

1. ERAT autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine.] Quidam ex Pharisæis, eo Hebraismo quæ sæpe obseruauimus. Homines enim שׁים, pro quodam Hebræi ponunt, sicut Latini pro relatiuo ille. *Non nouo hominem*, id est non nouum illum. Dixerat Euangelista Mat. 26. 7. superiore capite multos die illo festo Paschæ, quo Ierosolymæ commoratus est in Christum credidisse; perse quitur hic eandem historiam, docetq; vnum ex illis, qui crediderant, ad eũ de nocte venisse, vt ab eo copiosius edoceretur: hominemq; describit & Pharisæum fuisse, & principem Iudæorum, & nomine Nicodemum. Quod pluribus mihi de causis facere videtur, vt fidem confirmet historiæ, quæ ex personarum circumstantiis augetur; & vt indicet causam, quam ob rem non palam, & luce clara, sed noctu, A & clanculum ad Christum venerit, quia & Pharisæus erat, & princeps Iudæorum, qui vt pudori, & grauitati conueniret personæ suæ, & vt hominum sui ordinis viratet odium, vt Cyrillus dixerit, noluit, palam, sed occulte venire: vt & ostenderet quantam vim doctrina, & miracula habuissent, vt nonnullos etiam ex Pharisæis, & principibus Iudæorum, quæ duo erant hominum genera maxime incredula, & infensa Christo, traxissent ad fidem. Erat enim hoc minime vulgare itaque Pharisæi dicebant cap. 7. 48. *Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis, sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Contra vero Ioannes cap. 12. 42. vt probet magnam habuisse vim persuadendi doctrinam Christi, ait multos ex principibus in eum credidisse: sed propter B ea Pharisæos autos non fuisse id publice profiteri: ne à synagoga eiicerentur. Magna impedimenta fidei, magnæ afferunt dignitates. Principem Iudæorum Ioannes vocat è principibus vnum. Nec enim vnus omnium erat princeps. Principes autem vocabantur aut ראשׁי אלפים familiarum capita, quiomnium erant honoratissimi, sicut principes sacerdotum dicebantur, qui sacerdotalium familiarum capita erant, vt apud Matthæum cap. 2 4. diximus: aut qui inter Iudæos locupletissimi, & nobilissimi erant. Hic Nicodemum, est primus ex Pharisæis & principibus venerat ad Christum, nunquam se se Christi discipulum palam professum fuisse constat ex c. 7. 50 & c. 19. 39.

Magna impedimenta ad fidem Christi. Magnæ dignitates fidei aduersæ.

2. *Hic venit ad Iesum nocte.*] Cur nocte venerit, vnam C Ioannes c. 19. 39. reddit causam, *eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum*, & alias nos ex Cyril. superiore versu reddidimus.

Rabbi scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.] Apparet ex prima Nicodemi oratione, quam imperfectam adhuc, cum ad Christum venit fidem habuerit. Nam cum vellet, vt ait Cyrillus, gratiam apud Christum inire, credibile est quam potuit honorificentissime eum appellasse: nihil autem illi magis tribuit, quã quod magistet à Deo, id est, Propheta missus sit, purum, vt Cyrillus, & Theophyl. & Ammonius obseruant, hominem putans, *Adhuc* (inquit Chrysost. homil. 25.) *humi repit Nicodemus, adhuc humanam de* D *Christo habet sententiã, nihil altum de illo propter signa existimans. Scimus, inquit, quia à Deo venisti magister. Quid ergo nihil eum, & clanculum ad eum, qui diuina docet? qui à Deo venit? Quid non aperte profiteris? Sed hoc nec dixit.* Fides 42. 3. 12. reprehendit Ioan. 2. 24. *fringit* inquit, *& linum fumigans non extinguet.* Probat Nicodemus se non temere hoc ipsum quidquid erat, quod de Christo credebat, credere: ea enim ab ipso signa fieri vidisse, quæ nemo nisi à Deo missus, id est, diuina potestate facere potuisset. Alias eum signa docebant, vt Christum non solum missum à Deo magistrum, sed Deum etiam ipsum esse crederet: verum Iudæa adhuc vt ait Chrysostomus, & Theophylact. tenebatur infirmitate.

Idiomatis Christum esse Deum venerantur.

3. *Respondit Iesus, & dixit ei.*] Ad quid vero respondit nihil enim, vt videtur. Nicodemus interrogauerat. Scio respondendi verbum Hebraica consuetudine pro loqui simpliciter poni: sed tamen merito hoc loco quæritur & quid Nicodemus interrogauerit, & ad quod Christus respondetit. Rupertus videtur existimare Christum non ad id, quod Nicodemus interrogauerit, sed ad id, quod scribat eum scire velle, respondisse, quid facto sibi opus esset, vt regni Christi, quem Messiam credebat, particeps esset. Quod valde probabile videtur. Ammonius vero in E Græca Catena respondisse Christum non ad quæstionem vllam, sed ad opinionem, qua ad se Nicodemus veneratur. Venerat quippe tanquam ad hominem, propterea Christum docere voluisse, alias illi opus esse generatione, quam qua homines generantur. Simile quiddam Theophylact. tradit quasi Christus respondêrit non minus si me magistrum tantum esse putes, nemo enim nisi denuo natus fuerit, maiorem de me opinionem habere poterit. Cyrillus vero quasi Nicodemus satis se fecisse existimaret, quod Christum magistrum à Deo missum appellasset, Christum respondisse non satis esse, si fidem profiteretur verbis, nisi iterum renascatur. Ego probabilissimum puto quodante me quidam obtuarunt: Nicodemum, quamuis id Euangelista non dixerit post præfationem illam, qua Christi benetolentiam captare voluit, interrogasse illum, quid sibi faciendum esset, vt regnum cœlorum ingrederetur: Christumque viam illi demonstrasse. Atetur quæstionem Ioannes non posuit: Opinor existimauit satis ex responsione posse quæstionem intelligi. Simile enim exemplum adnotauimus. c. 1. 20.

Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.] Quid significet, *Amen*, alibi docuimus. Adnotauit autem hoc loco Rupertus solum Ioannem inter Euangelistas solere eam particulam geminare *Amen, amen*, cum alii contenti sint semel dicere *Amen*. Cum ille rei causam esse putat, quod cum de rebus agat plenumque grauioribus, maiorem adhibuerit alleuerationem; quæ per dictionis eius geminationem significatur. At sæpe de issdem rebus agens ille geminat, alii non geminant. Et alii nunquam, cum sæpe de grauissimis agant rebus: ille semper, cum aliquando de rebus non maioribus, quam alii agat. Itaque probabilius ex proprio Euangelistarum ingenio hoc natum esse. Solebat vtrumque vulgo dici, & sine Christus, cum loquebatur, geminare solere, sine non: aut aliquando geminare, aliquando non geminare. Euangelista pro suo quisque ingenio verba, aut sententiam posuit recitans Christi, alius geminat, alius non geminat. Solebant alii forsan cum loquebantur non geminare: Ioannes vero actiore, vt apparet, ingenio geminare. Quod dicit denuo ἄνωθεν, adnotat Chrysostomus, quosdam interpretari desuper, aut celitus alios iterum, sed hoc secundum longe est probabilius. Certe hic Nicodemus intelligit in eo à Christo non reprehensus, certum argumentum verbo aliquo minime ambiguo Syriace loquentem vtum fuisse Christum, quod non de superi, sed denuo significaret. Nam si Christus dixisset. Nisi quis renatus fuerit desuper, non potest videre regnum Dei, fatur intellexisset Nicodemus eum non de carnali generatione locutum esse. Non ergo intellexit oportet vos nasci desuper, sed oportet vos nasci denuo, quemadmodum Augustinus hoc loco, & lib. 2. de peccator. merit. c. 27. Seuerus Antiochenus in Romana Catena, &c. vt opinor, Gregor. Nazianz. in oratione de Pentecoste comparat enim secundam cũ prima generatione. Quam interpretationem etiam Chrysostomus, qui vtramque recitat, magis probat. Quamquam Ammonius, Cyrillus, Theophyl. & Elias Cretensis in oratione Gregor. Nazian. de Spiritu sancto primam illam sequuntur. Videre regnum cœlorum Hebraice dictum est, pro possidere, aut possessionem capere, quemadmodum Latini dicunt hæreditatem capere.

Solus Ioannes geminauit Amen.

Videre regnum Dei id est possidere.

Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?] Homo Theod. 11. adhuc carnalis carnaliter est minime carnales intelligit, *spiritus est loquitur*, inquit Augustinus & *carnem illi spes.* Hoc est, quod ait D. Paulus 1. Cor. 2. 14. *Animalis*

homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Sic soleut omnes carnales homines ad res spirituales cæcutire.

5. Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.] Respondet Christus eadem constantia, & asseueratione, qua ante dixerat, *Amen, amen dico tibi, est quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum Dei*; vt ostendat se propter Nicodemi admirationem non mutare sententiam, sed debere ipsum, quod à se dictum erat, magis spiritualiter intelligere, idque illi declarat, hominis in percipiendis rebus diuinis tarditatem minime perturbat. *Tu*, inquit Augustinus tractat. 12. *carnalem generationem intelligis, non dicis, Si aliquid potest homo reliquere de vetera natura sua, ex aqua & Spiritu sancto spiritu renascatur propter regnum Dei. Si propter hanc vitam patris hominis temporalem, qui scitur ex voluntate viri & voluptate carnis, propter hereditatem patris Dei semperterni, nascitur ex visceribus Ecclesiæ. Generat per vnctum plumbi sacramentum sui & spiritum, genet & Deus de Ecclesia sua vera sacerdotes, sed semen manserunt.* Posui Augustini verba loco commentarii, quia aptiora in hanc locum mihi reperiri non potuerunt. Non licet nobis in isto præsertim professis ad exponendas nouorum hæreticorum interpretationes hos scribere commentarios meos hic Calvini absurdissimos errores prætexte. Non agi hoc loco de sacramento baptismi; aquam, & Spiritum sanctum in his Christi verbis pro eodem accipi, non esse proinde ad salutem baptismum necessarium. Mutabitur, qui hæreticorum non nouit ingenium, tam absurdos errores cuiquam mortalium in mentem venire potuisse, nouis præsertim hæreticis, qui cum duo tantum faciant sacramenta Baptismum, & Eucharistiam, docerantq; etiam baptizandos infantes, nec vllo alio, quam hoc scripturæ testimonio probare possint, nec concedere cogantur necessarium esse baptismum, hoc ipsum si non spongia, vt de illo ea re Tertullianus dixit, at lingua, & peruersa interpretatione delent. Sed ita hæreticimur. *Iactemur impy emulantes*, deliramus, nec sibi constant, vt quæ dant manum, vt Propheta ait, ebrii, & non à vino. Non agitur, inquiunt, hic de baptismi sacramento. Vbi ergo agitur? *Vbi dicit Christus, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti* Matth. 28. 19. & Marc. 16. 15. Infantes ergo vestra sententia baptizandi non sunt. In illa enim lectis de iis agitur, qui prius edocti baptizari debent; infantes vero docere non possunt. Quod si hic, vbi aqua ipsa, qua baptizamur nominatur, de baptismo non agitur, probari profecto non potest in aliis locis, vbi non nominatur, de baptismo agi. Itaque si istam Caluini interpretandi rationem sequamur in nullis prorsus erit baptismus. Cur hic aquam nominauit, si de baptismo non agebat? Quia volebat, inquit Calumnia, significare secundam quandam generationem, qua oportebat Nicodemum regenerari. Esto sane, quid aquæ cum generatione? quomodo melius diceret; oportet te ex Spiritu sancto renasci, vt spiritualem carnali opponat, ex generationem? Sic enim de baptismo non agebat, quid facit nomen aquæ, nisi quod obstarium in redarguendo contrarium? Multo enim facilius Nicodemus intellexisset, si Christus dixisset, *Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu sancto*, non potest introire in regnum Dei, quam, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*. Quid enim sit hominem ex Spiritu sancto renasci, quis non intelligeret? nedum Nicodemus homo Pharisæus, & sacris litteris eruditus. Ex qua vero renasci oportere quis intelligeret nisi plane? Tamen volunt Christus eo vti nomine, quia docere volebat non quomodo, sed per baptismum hominem renasci oportere. Bella vero est ratio Caluini, non agi de baptismo, quia agitur de vitæ renouatione. Quasi vero vitæ renouatio alia re, quam baptismo magis fiat, & non dicat D. Paulus Christum Ecclesiam mundasse *per lauacrum regenerationis*: ad Titum 3. 5. ad hanc nimium locis allodens. Vnde enim in mentem illi venisset vt baptismum *lauacrum regenerationis* appellaret, nisi in eo esset hoc loco Christum de regeneratione, quæ per baptismum fit, locutum fuisse? Alitna profecta mens hæresi; præbet enim nobis occasionem quærendi, cur Christus non simplicius, & clarius dixerit, Nisi quis baptizatus fuerit, non potest introire in regnum Dei, aut, oportet vos baptizari. Summa, vt ego puto, ratione. Agebat cum Pharisæo, homine imtiene, verisimile enim est, quod nonnulli obseruauerint, cum dixit, *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?* ad Ioam ipsius quatem allusisse. Agebat, inquam, cum homine Pharisæo moribus imbuto, cui nihil eque accommodate dici potuit, quam mutandam illi esse pellem, iterum esse nascendum, si salua esse vellet. Et quia per baptismum Christiani renascuntur, de baptismo cum illo sub metaphora regenerationis agit. Hæc, opinor, causa fuit, cur ioh. Nicodemo exiit, qui ad ipsum venerunt, & silentio ab eo viam quæsierunt, baptismum esse indicauerit: quod obseruatione dignum ait bitor, quia ratio nemium per ipsum requirebat, vt illi dicere et renatum renasci oportere; quod quia per baptismum propriehe, baptismi illi necessitatem ostendit. Ex quo intelligitur tantum abesse, vt rectum sit, quod Caluinus docet, regenerationem, & renouationem nostri nihil à baptismo esse distinctam, sed illi quodammodo opponi, vt Christus hoc loco significet *regenerari* interpretatione per baptismum, aut solum, aut potissimum fieri, cum baptizati, & ex generati pro eodem accipiat. Ad secundum verisimus. Aut nomen aquæ hic loco non elementum aquæ, sed Spiritum sanctum significare, qui propterea aqua dicatur, quod animos nostros purget. Eodem enim modo quo dicitur, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, dictum esse Matth. 3. 11. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*; non tamen verum significari ignem, sed ipsum Spiritum sanctum ignem appellari. Itaque putauerunt, ei, ex gesticam esse, quam dicat, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, hoc est, *ex Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Exempli am arripio, cum dicitur, *Ipse vos baptizabit in Spiritu, anelo, & igni*, ignis non significet Spiritum sanctum, sed externum Symbolum Spiritus sancti: ergo cum dicit Christus, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, aqua non Spiritum sanctum, sed Symbolum Spiritus sancti significat, quod est aqua. Quod autem ignis non significet ipsum Spiritum sanctum, sed quem, qui Spiritus sancti Symbolum erat, vnde melius quam ex eventu intelligamus? Non dubium, quin Ioannes alludat ad illam speciem illam illustrem Spiritus sancti, quæ in Petre ostis facta est, Act. 2. 2. 3. vt Christus ipse declarat Act. 1. 5. Tunc autem specie ignis Spiritus sanctus illapsus in Apostolos est, simulque Spiritus sanctus, aliud ignis erat. Sicut cum specie columbæ descendit Matthæus 3. 16. & Lucas 3. 22. aliud vtique columbæ, aliud Spiritus sanctus erat, ipse etiam interpretè Caluino. Quis vero non videt Christum, qua spiritualem regenerationem naturali, carnalique generationi opponebat, & naturalis generatio ex duobus principiis matre, & patre fuit, duo etiam spiritualis regenerationis principia explicate voluisse; aquam, quæ matris, & Spiritum sanctum, qui patris vicem gerit, quemadmodum gratiæ

uæ auctores Ammonius, & Theodor. Mopsuestenus in Romana Græcorum Catena, & Chrysostom. in Ioannem 12. & Euthy. hoc loco obseruauerit: Quo pertinet, quod alii quo 3. dixerunt nō minus graues, eodem modo renasci nos, cum Christiani efficimur, quo Christus natus est. Christus ex Maria virgine immisso, Spiritu sancto vicē gerente viri natus est, & nos ex aqua, & Spiritu sancto renasci. Manifestū etiam est Christum hic ad totum hominem, quem renasci, pertinuisse, immutari dicebat oportere, alla dere potuisse. Constat totus homo duabus partibus corpore, & animo; illa visibili, atque corporea, hac inuisibili, atque spirituali, propterea duas etiam regenerationis causas assignasse, alteram corpoream aquam, alteram spiritualem, & inuisibilem Spiritum sanctum, vt Cyrillus Ierosolymitanus catechef. 3. communi, Gregor. Nyssen. in libr. de baptismate, Gregor. Nazianz. in orat. in sanctum baptismum, & Elias Cretensis eodem loco Cyrillus, & Theophylact. docuerunt. Porro cur aqua potius, quam alia quauis re corpora Christus nos noluerit regenerari alia est disputatio, quam copiose Theologi tractant; nos breuiter causam eius rei vnam tantum, & alteram indicabimus. Institutus à Christo baptismus est, vt per eum regeneremur. Generationis materia, vt veluti mater aqua est, quæ maxime omnium rerum humida est, & humidum, vt Philosophi docent, generationis materia est. Quam rationem & Tertullianus in libr. de baptismo, & Chrysostomus hom. in Ioan. 25. Ambros. lib. 2. de sacrament. cap. 6. & Hieronym. in epistola ad Oceanum, indicarunt. Præterea regeneratio, quæ per baptismum fit, n. h. l aliud est, quam quædam animæ purgatio, renouatioq; nulla vetus re magis, quam aqua posuit expiimi purgatio. Quam causam reddit Ambros. aut potius Remigius Lugdunensis in commentariis in cap. 6. epistolæ ad Roman. alias qui volet, apud Cyrillum Ierosolymitanum catech. 3. communi, & apud Chrys. hom. 25. *in Ioannem* inuenier. Hinc etiam tertius error satis superque refutatus. Si enim de baptismo hic agitur, cum Christus tam aperte, tamque sæpe dicat neminem, nisi ex aqua, & Spiritu sancto renascatur, id est nisi baptizetur, in regnū Dei introire posse, non dubium, quin volentibus in regnum Dei introire baptismus sit necessarius. At Caluinistæ tribus de causis existimant necessarium non esse baptismum, & quia fidelium filios ita vtero sanctificari putant; ita quæ opus illis non esse baptismo; & quia baptismum negant vim habere peccata remittendi; & quis hic vbi baptismi necessitas maxime videtur affirmari, de baptismo non agi volunt. Primum illum errorem apud Matthæum 3. 11. refutauimus. Secundum 1. Cor. 7. 14. si Dominus constatus nostros inuenerit, copiose iam os refuturi. Tertium modo refutauimus, quo refutato cateri concidunt. Quinto melius Augustin. ex hoc loco omnes infantes in peccato originali nasci probauit, quod nisi ex aqua, & Spiritu sancto renascantur, in regnum Dei introire non possint lib. 1. de peccator. meritis. c. 16. & 30. lib. 2. c. 27. & lib. 3. de Orig. animæ. c. 11. Meritoq; argutam illam, ac subtilem Pelagianorum distinctionem nidet; qui cum arcte hoc loco premerentur, dicebat aliud esse regnum Dei, aliud regnum cœlorum & vitam æternam; infantes, qui nondum sufcepto baptismo moreientur, in regnum quidem cœlorum inturos. & vitam æternam habituros esse; intrognum autem Dei non intraturos. Quis regnum Dei aliquis in regno cœlorum, & vita æterna honoratior esset locus, qui solis baptizatis concederetur. Quod vniuersa scriptura confutatur. Impudentes illi quidem, & audaces, minus tamen, quam Caluinistæ. Necenim ausi sunt negare, quod distinctum fecerunt negant, de baptismo hoc loco agi, quod erat profecto ridiculus. Legp apud Severum Antiochenum in Catena Græca, quod omnes hudie Catholici docēt, infantes, qui sine baptismo decedunt, beata quidem pijuan vita, alia tamen pœna non puniri.

6. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.] Videmus his verbis Christum & declarare, & confirmare, quod ante dixerat, voluisse, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, in regnum Dei introire non posse. Declarat, vt indicat Theophylactus, ostendum se non de carnali generatione loqui, in qua Nicodemus totus hærebat, sed de spirituali alia, atque diuina. Confirmat autem docens carnalem generationem, in qua Nicodemus totus erat, non solum nihil ad regnum Dei, consequendum iuuare, sed plurimum etiam impedire. *Caro enim, & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* 1. Corinth. 15. 50. Regnum Dei non carnale, sed spirituale esse, *non est*, Rom. 14. 17 inquit, *regnum Dei, esca & potus*; Spirituale. & mundum fieri oportere hominem, qui ingredi in illud velit. *Non enim intrabit in illud aliquid coinquinatum* Apocal. 21. 27. Spiritualis autem homo, cum natura sua carnalis sit, fieri non potest, nisi ex aqua, & Spiritu sancto renascantur. Hic enim in his Christi verbis latet argumentatio. Bene à Theophylacto obseruatum est carnem hoc loco pro homine carnali, spirirum pro spirituali, id est, subtilitate, pro adiectitiis poni. Totus enim homo dicitur ex carne nasci, & totus caro esse, quamuis animus altera eius pars nec ex carne nascatur, nec caro sit, quia ex *sanguinibus, & ex voluntate carnis, & voluntate viri*, hoc est carnali, & humano more natus est, quo qui nascuntur peccatores, id est carnales nascuntur, & animus ipse, licet subtilitatis spiritualis, peccato inquinatus carnalis est. Contra vero caro cum peccato libera est. Vnde; conclusa, *spiritus dicitur, Qui adhæret*, inquit, *Domino, vnus spiritus est.* 1. Corinth. 6. 17. Hinc quæstio illa facile soluitur, quam Chrysostomus, & Euthymius merito excitatam non satis meo quidem iudicio explicauerunt. Si quod natum est ex Spiritu spiritus est, Christum, qui ex Spiritu sancto natus est, spiritum esse oportere. Respondent enim illi etiam ex carne virginis natum esse, itaque veram habere carnem. Quasi reformideot concedere Christum spiritum esse, non carnem; & ex spiritu non ex carne natum esse, quod eo quidem sensu, quo Christus hic loquitur, reformidandum non erat. Nam quamuis Christus veram habuerit carnem, veraque ex carne natus sit, tamen eo sensu, quo hic ipse loquitur, neque ex carne natus est, neque caro est. Nasci enim ex carne hoc in loco est humano nasci more, nasci ex homine peccatore hominem peccatorem, atque hoc ipsum est esse carnem: & Christus neque peccator, neque ex homine peccatore natus est. Itaque carnem habet, sed caro non est. Contra vero spiritum esse & ex spiritu nasci est Deo simile esse, cuique spiritum accipere, quæ duo cum in Christo maxime fuerint, maxime ille omnium & ex spiritu natus est, & spiritus est.

7. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo.] Chrysost. Cyrill. & Theophylact. & Beda, & Euthy. hæc verba referunt ad ea, quæ sequuntur, quasi sensus sit, Ne mireris, quod tibi dixerim, *Oportet vos nasci denuo, spiritus enim, vbi vult, spirat.* Ego non solus ad præterita magis refero, quasi dicat, *Non mireris, quod dixi, oportet vos nasci denuo quod cum natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est*, hoc est, non enim de carnali, vt tu putas, sed de spirituali loquor generatione; mirari tibi licebat, si de carnali

loqueretur, tecteque disputaret, non posse hominem A nasci, cum sit senex. Melius enim cum præcedentibus hoc modo hærent, quam cum sequentibus. Quæ enim esset ratio? ne miteris quod dixi, oportet vos nasci denuo, spiritus enim ubi vult spirat; cum in illis verbis nulla de spiritu facta sit mentio? Probat ergo non debere Nicodemum mirari, quod oporteat hominem nasci denuo, quia quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Probat deinde posse hominem ex spiritu nasci, quia spiritus ubi vult spirat: itaque licet nou appareat, tamen hominem, quamuis senem posse ex spiritu inuisibiliter regenerari.

8. *Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, & quo vadat.*] Modo diximus confirmationem hanc esse sententiæ proxime præcedentis. B Probat enim posse hominem ex spiritu nasci, etiam si id nos animine intelligamus, quia spiritus, ubi vult spirat. Quid autem hæc ipsa confirmatio significet, de eo omnes interpretes disputant. Omnis quæstio in vno *spiritus* nomine versatur, quod cum & Spiritum sanctum, & subsistantiam eorum corpora exprimat, & animam, & ventum, & alia multa significet, quæ Didymus libr. 3. de Spiritu sancto diligentissime persequitur, varias parunt interpretationes. Duas ego tantum apud interpretes inuenio Maximas pari Spiritum sanctum interpretantur, vt Origenes, Ammonius, Appollinarius, quos auctor Græcæ Catenæ citat, Greg. Nazian. in orat. de Spiritu sancto, Ambrosl. libr. 3. de Spiritu sancto. cap. 11. Augustin. C tractat. in Ioann. 12. & lib. 2. qq. ad Simplician. q. 1. & quisquis auctor est operis de mirabilibus sacræ scripturæ libr. 1. cap. 4. Gregor. Magnus. lib. 17. in Iob. cap. 16. & lib. 6. in 1. lib. Regum c. 16. Bernard. serm. 74. in Canticum. Elias Cretensis, in comment. in Orationem Gregor. Nazian. de Spiritu sancto, Beda, Strabus, Ruperrus, & Alcuinus, atque Haymo apud D. Thom. Denique Didymus, si eius regula vera est, quoties nomen πνεῦμα Spiritus cum articulo Græce ponitur, Spiritum sanctum significare, nam articulo si hoc loco habet. Iuuat etiam hanc opinionem, quod & paulo ante de Spiritu sancto locutus fuerat. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto.* Et paulo post eadem loquitur. *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Iuuat, quod de vento videatur illud intelligi non posse. *Et vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat*; ventus enim, vt D. Auguit. disputat, unde veniat, aut quo vadat, nemo nescit. Adde quod non appareat, quotiam Christus venti nunc exemplo vteretur. Sensum igitur esse Spiritum sanctum, vbi vult. Spirate, id est quos vult, afflare, & in alios homines renouare, id est, non omnes, sed eos tantum, qui bene dispositi sunt, ad eius gratiam recipiendam, vt Origen Gregor. Magnus, & Elias Cretens. interpretantur, & vocem eius audiri per prædicationem, vt Origen. Augustin. Beda, Strabus, & Rupert. exponunt, vel eius sensum efficacem, & effectum, vt Ammonius ait. Alludit, vt putat Apollinarius, ad missionem Spiritus sancti in die Pentecostes facto repente de cœlo sono *tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Alii tamen auctores, vt Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthym. & qui nomine Augustini quæstiones scripsit veteris, nouique testamenti, qui hoc ipse Augustinum non esse indicat, quod q. 59. Augustini de hac re sententiam acerbe reprehendit. Hi, inquam, omnes auctores nomen spiritus ventum hoc loco significare putant; effecq; exemplum sumptum à re corporea ad rem intelligendam spiritualem. Nam vt venti sentimus flatum, si spiritumque audimus nescientes, *vnde veniat, aut quo vadat*, ita effectum Spiritus sancti in nobis ex

Spiritus ventus significat.

Vers. 1.
Vers. 3.

Infra 4. 10. 11. Quis credidit auditui nostro? Gen 2. 7. 21 23. Gen 11 27 2. Reg 3 10. Exo 3 2. 21. 2. Cor 3 6. 12.

Trall. 11.

Act 2. 2.

peritis, undique ab eo repente mutatos videre. cum, quæ ratione id factum fuerit, non intelligamus. Hanc interpretationem omnibus fere recentioribus auctoribus probari video, dubitaque non ego exiguis rationibus confirmari. Altera, quod latius dicat Christus, *Sic est omnis, qui natus est ex spiritu*, ex quibus verbis appareat prius eum exemplo vsum fuisse, quod nunc ad rem, de qua agebant, accommodet. Exemplum autem ab eo, cuius causa afferitur, oportet esse distinctum; non igitur in hoc exemplo de Spiritu sancto agitur, cum ad declarandam generationem ex Spiritu sancto afferebat. Altera, quod dicat paulo post, *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis?* Quod si de illo corporeo vento loquitus non fuerat, quid quæso, terrenum dixerat, vt auctor ille q. 3. vetat, nonique testamenti acriter argumentatur? Nam quod graues quidam auctores Augustinus, & alii dicunt baptismum, de quo locutus fuerat, rem terrenam appellasse, merito videtur esse ab eo ferro illo Augustino, qui quæstiones illas scripsit, refutatum. Ipsum enim baptismum generationem ex Spiritu sancto vocuerat, quæ res est maxime cælestis, atque diuina. Et quod Beda, Rupertus, & Strabus ex eodem dicunt Augustino terrena vocatile, quę de suo dixerat corpore, *Soluet tamquam hoc*, nimium remotum videtur. Mouent me illæ rationes, quo minus priorem illam interpretationem sequar, ipsemet cor auctorum eque sentis sequuturus. Sed nihilominus me altera ex parte, quo minus hanc sequar, mouent illæ, quas pro altera adduximus sententia. Itaque esti nonnullis interpretationum laudem minime ipse quærere, minime in aliis laudare soleo; tamen cogor hic paribus vtrinque propalim rationibus nouam interpretationem si non sequi, certe indicare omnibus, & doctioribus relinquere iudicium. Videant ergo qui melius, quam ego, indicare de hisce rebus possunt, an non melius nomen spiritus hoc loco pro anima sumatur, vt Genes. 6. 3. 7. & 45. Iob. 12. 10. Psalm. 76. 4. & 77. 39. & innumeris alijs locis. Hoc enim aptissime conuenit vt Christus sumpto à vita corporali exemplo ad vitam, generationem que spiritualem argumentetur. Quid mirari, inquit, ô Nicodeme, si non intelligis, quomodo homo ex Spiritu sancto regenerari possit; cum intelligere non possis, quomodo ex Spiritu isto naturali, quo vivit, generetur? *Spiritus* enim animalis, *vbi vult spirat*, id est, quæ vel animat corpora, & ex mortuis viua reddit; vult autem non omnia, quæ homines volunt, sed quæ ita affecta sunt, vt animari ab illo possint; *Et vocem eius audis*, quia loquentem hominem, hinnientem equum, rugientem leonem vides, & ipsam quoniammodo loquentem animam audis, vnde intelligis hominem viuere. Quoniam *flatum afflatus est in naribus nostris, & sermo similis ad commendandum cor nostrum.* Sapientiæ 2. 2. *Nescis* tamen, *vnde veniat, aut quo vadat*; quia ignorat, quomodo anima in corpus ingrediatur, quomodo egrediatur è corpore, vnde gignatur, aut in quid desinat. *Quo*, inquit, *mittis spiritum filiorum ad eam assendas sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum?* Eccles. 3. 21. Sterco tamen ipsius, si cæterorum animalium generationem non intelligis, quid mirum si non intelligis, quo modo homo ex Spiritu sancto renasci possit? Hinc intelligitur, quam ob rem animam spiritum potius, quam animam appellauerit, quia de generatione mirum ex Spiritu sancto agebat, & habebat exemplum maiorem similitudinem, & gratiam, si nomine etiam simili vteretur. Quasi dicat, homo potest ex humano generari Spiritu, quamuis, quomodo id fiat, non intelligat; ergo multo magis potest ex spiritu

Rupertus, aut is, qui Commentaria in opera S. Augustini edidit.

Psal. 32. 32. Psal 102. 5. Psal 91 1.

Ezech 39. 24. Essendam super vos aquam mundam, & mundabimini, ab vniuersis inquinamentis vestris. Sed

spiritu diuino regenerari, licet non intelligat, qua ratione regeneretur. Quod autem dicit *Vbi vult, spirat*, non significat animæ ipsum suo arbitrio ingredi in quæcunque velit corpora; sed significat non pendere ex eius qui generatur, cognitione atque iudicio. Iusq; quippe gignitur. Sic omnis meo quidem iudicio plana fiunt.

Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.] Accommodat ad rem, de qua agunt, exemplum. Non est autem sensus enim, qui ex Spiritu sancto natus sit, spiritui, de quo locutus fuerat, similem esse, quali dicat hominem ex spiritu genitum spiritum, id est, spiritualem, fieri, qui debet esse, quod gignitur, similis esse generanti, vt quidam omnium, vt mihi videtur, subtiles in rebus rectè exponunt, sed sensus est hoc accidere in spirituali hominis regeneratione, quod in naturali generatione accidit, vt quemadmodum homo generatur, quamuis ne tu tur, vnde, aut quonam modo animam susceperit qui regeneratur, quamuis, quomodo id fiat, non intelligat. Quemadmodum cum Christus dicit *similes esse regnum cœlorum hominis negotiatori*, non significat ipse mercatori regnum cœlorum simile esse, sed id in regno cœlorum accidere solere, quod in mercatura accidit, vt mercator inuenta vna pretiosa margarita, vendat omnia, quæ habet, & emat eam, quemadmodum apud Mathæum cap. 13. 45. exposuimus. Nec in omnibus rebus similitudo exigenda est. Non enim quemadmodum sine propria generatione voluntatem sine propria ram adulti voluntate regeneramur. Vere enim Augustini sententia est. *Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te.* *Ergo fecit ut essemus, iustificat volentes*, sermone quidem verbis Apostoli.

9. *Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?*] Hæc ea illuvie in carnali cogitatione Nicodemus, nec intelligere quomodo, quæ Christus de regeneratione dixerat, fieri possint. Quæritur à quibusdam, quæ sint ea, quæ Nicodemus dubitat, quomodo fieri possint, pærali enim quali multa comprehendens verum numero. Sunt qui tribus de rebus dubitare putent. Quomodo homo iterum ex aqua, & Spiritu Sancto nasci possit. Quomodo quod natum est, ex Spiritu Sancto sit. Quomodo id fat nobis insciis. Simplicius esse arbitrantur, quod Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius videntur indicare, de similis quæstionis Nicodemum loqui, quomodo homo iterum nasci possit. Hoc enim erat, quod in Iudæa adhuc simplex doctrina manenti, vt illi erant, intelligere etiam proposito exemplo non poterat. Sed quia multa de ea re Christus disseruerat, numero vtus est multitudinis. Multa hic contra Nicodemum Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius & Rupertus disputant, vel ex interis facris, in quibus vetustum se esse profitebatur, hanc generationem ex aqua, & Spiritu Sancto intelligere eum potuisse. Primum à Deo hominem ex limo terræ formatum fuisse. Mulierem ex latere viri, Iisac ex sene, & sterilitate ex legem naturæ gentium. Multas, fatuet baptismi regenerationis que figuras præcessisse, multas quoque prophetias. Naaman Syri mundatam aquis Iordanis ejusque, terræ tum Hebræorum populum per mare rubrum, quod baptismi figuram fuisse Deus tam Paulus interpretatur. Annuntiandam Domino ventuam generationem; quod ad baptismi regenerationem Chrysostomus accommodat: & *renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua; & beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Propitius ad rem erat illud Ezechielis. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini, ab vniuersis inquinamentis vestris.* Sed vt hæc omnia Nicodemus in animi reuocasset, quod Christus tamen dicebat, non intellexisset, quem vnū iteratæ generationis nomen offendebat, hærentem in proprietate verbi, nec meta phoram, qua Christus vtebatur, considerantem.

10. *Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?*] Tu qui doces Israel omnium populorum doctissimum, quę dico, intelligere non potes? Græce adiecto articulo singularis, & eximius magister videtur significari, *σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ.* Tu es magister ille Israel, aut, Tu es magister totius Israel, id est, omnium doctissimus, qui totum Israel, etiam doctissimum quemque docet. Hanc enim vim hoc loco habere mihi videtur additus articulus. Acerbius videtur Christus Nicodemum reprehendere, quod quæm ob cautam fecerit, queri potest. Existimant Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus Christum non exultasse, quæ in hac re nulla fuerit, sed simpliciter eum Nicodemi reprehendisse. Esto, tamen nimis probrosè videtur reprehendere. Cyrillus non tam Nicodemum, quàm in Nicodemo ludæos omnes quasi nimis rudes rerum spiritualium reprehensos esse putat. Augustinus vero & Beda, ideo hoc Christum fecisse, vt Nicodemum humiliorem redderet, & proinde ad res diuinas intelligendas magis idoneum, & vt ipsa doceret, qua ratione ex Spiritu natus posset. Ponam Augustini verba pro commentario. *O frater, quid putas nunc Dominum huic magistro indicerum quasi insultare voluisse? Nunc ut Dominum, quod agebat, videbat illum nasci ex spiritu. Nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Quum ergo propositi Dominus ebrietatem de, ille magistrum se fatum erat, & alicuius momenti fuisse videbatur, quia ducter erat laudem rum. Deponat se superbiam, vt possit nasci de spiritu, possibilis tanquam infantulus. Non quia superbus vult videri Dominus, quod enim magnum Deus ad hominem se trahit ad mandendum? Magister Christianum Nicodemus dici debet, dum putat, se gradus esse, si discretur magister Christus, quam angelus; respondens erat. Incipat abeimus enim maior creatura omnis creatura, per quam facta sit omnis creatura.*

11. *Amen, amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur.*] Primum hoc loco videndum, quomodo hæc cum superioribus hæreant, aut quorsum à Christo dicta sint. Cyrillus, & Chrysostomus sic iunguntur. Quando quidem, quæ dico, etiam rationibus, atque exemplis explicata non intelligis, falsum nondum intellecta propter meum credite testimonium: quod enim scio, loquor, & quod vidi, testor. Theophylactus vero, & Euthymius quamuis tu, quod dico, non intelligas, aut credas, non tamen propterea verum non est, quod enim scio, loquor, & quod vidi, testor, quem admodu dicit D. Paulus 2. ad Tim. 2. 13. *Si non credimus, ille fidelis permanet.* Hoc mihi magis placet. At quid est, *quod scimus loquimur?* quid est id, quod scimus, ac videmus dicit? Loquebatur enim de regeneratione ex aqua, & Spiritu Sancto, quam quia nonesti facta erat (nec enim baptizare cœperat) vidisse non poterat, vt Chrysostomus disputat. Non constat an iam tum ex ipse baptizatus, & est verosimile cœpisse, cum docere cœpisset, & credendum sit simul docere, cœpisse, ac baptizare, vt Ioannes fecerat. Deinde quamuis de regeneratione per baptismum loquetur, tamen necesse non est, vt eam iam factam videret, cum Deus non minus futura, quàm præsentia videat. Aut videre se dicit, nō quod videret, sed quod certam eorum, quæ dicebat, cognitionem haberet, quæ per se nsum visus solet significari, vt Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur. Quicunque ego quidem de nulla propriè re, sed de omni genere

Ioannes Baptista testimonium se dum Nō exhibuisse Christus testatur.

liter humani testimonij materia, vt nisi explicabimus, loqui puto. Solet quæri, cur pluraliter Christus loquatur: *Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur.* Chrysostomus, Cyrillus, Euthymius, Rupertus, & Haymo homil. de Octava Pentecostes existimant Christum significare voluisse, se solum non esse, sed vna cum Patre testimonium perhibere. Sanè dicit Ioann. 8. 16. 17. *Et ego si iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Quia ergo testimonio Christus vti voluerat, & ad omnis rei confirmationem duobus, vt minimum opus est testibus; idcirco pluraliter locutum fuit, vt indicaret, se non esse solum, vt Rupertus ait. Mihi aliquanto durior hæc videtur ratio. Durior etiam illa quam in Catena D. Thomæ Alcuinus affert, q; Christus suo, aliorumque qui ex Spiritu Sancto regenerati essent, expertique veracitatem, quæ dicebat, personæ loqueretur. Nihilo magis probo, quod alij dicunt, Christum se cum cæteris à Deo missis Prophetis, atque magistris communicare. Dixerat enim Nicodemus, cum primum ad eum accessit: *Scimus, quia à Deo venisti magister.* Alij de se solo pluraliter auctoritatis causa loqui putant, quemadmodum aliquando loqui solemus. Sic Theophylactus sentit, cuius ego sententiam magis probo. Statim enim declarat de se solo loqui. *Si terrena dixi vobis, &c., non ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo.* Tamè quia indolitum est Christo pluraliter de se loqui, hæc ipsam interpretationem, quam omnium probabilissimam iudico, probare omnino non possum. Sic igitur interpretor, vt Christus nec de se, nec de vllo alio quæ te, quam ipse sciat, aut videret, sed de omnibus bonis testibus, & de omni similiter testimoniorum materia generaliter loquatur. *Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur*; id est, non solemus testari, nisi quæ scimus, ac videmus, quare eo ipso, quod vides, me hoc tam constanter affirmare, atque testari, existimari debes, me certo scire, credereque te oportet. Hac ratione nihil in tota sententia difficultatis remanet.

A

B

C

D

E

Deut 17. c. & 19. 15.

Baptismus & mysteria.

Quomodo dicat se solo loqui.

Testimonium nostrum non accipitis.] Similis huic quæstio, cur Christus cum solo Nicodemo loquens pluraliter dicat: *Testimonium nostrum non accipitis?* Nulla erit quæstio, si legas, vt Chrysostomus legit, *& testimonium nullum nemo accipit.* Si vero retineamus lectionem nostram pluribus confirmatam auctoribus, ratio quærenda. Rupertus, & vt videtur Cyrillus, omnes Iudæorum magistros, Scribas, & Pharisæos, antiquos omnes Iudæos, vt Cyrillus indicat, in vno Nicodemo intelligendos esse putant. Facilius esse credo, vt eodem modo intelligamus, quo intelligendum esse diximus: *Quod scimus, loquimur*, vt dicit ibi Christus de omnibus bonis testibus; ita hic de omnibus incredulis, & pernicacibus hominibus loquatur, quibus nullum ad credendum testimonium satis est. Eiusmodi Nicodemus esse videbatur, ideo secunda, pluralique persona dixit, *Et testimonium nostrum non accipitis.*

Quomodo Christus de cæteris ascendisse dicat.

12. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dicero vobis cælestia credetis?*] Quantum hoc dicat Christus, satis apparet, cum enim Nicodemi, & aliorum incredulitatem reprehenderet, addit, vt rem magis exaggeret, terrena illis tantum dixisse, nec eos tamen credidisse, quid fuisse facturos, si cælestia dixisset? Vulgatis quæstio, quæ sunt hic ea Christus terrena, quæ cælestes appellet. Augustinus, Beda, & Strabus priores duos secutus auctores animadvertentes omnia, quæ Christus Nicodemo de baptismo, & regeneratione, & spiritu, vbi vult, spirante dixerat, esse cælestia, terrenum vocari putant, quod capite secundo 19. dixerat: *Et abiit templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod nimis fortasse remotum videri possit. Propius ad rem omnes, quos meminì legere, auctores Græci videntur accessisse, Origenes, & Ammonius erant in Græcorum Catena, Chrysostomus, Theoph. Euthymius, &, vt videtur, etiam Cyrillus, terrenam rem vocasse baptismum, de quo tota erat quæstio. Non quod divina non sit, atque cælestis, sed quod hominibus super terram detur, vt Origenes, & Ammonius exponunt; aut quod comparatione divinæ filiationis filij Dei generationis hæc, quæ per baptismum fit, spiritualis regeneratio terrena videri possit, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius volunt. Itaque nem terrenam hominum per baptismū regenerationem, cælestem divinam generationem Christi vocari censent. Alij ventum, de quo illud dictum putant: *Spiritus vbi vult, spirat*, rem terrenam esse existimant, Spiritum vero Sanctum, qui per ventū significatur, totamq; ex Spiritu Sancto regenerationem cælestem appellari. Quam sententiam Augustinus, & Beda illo loco non solum recitant, sed etiā videntur approbare. Auctor autem ille qq. veteris, nouique Testamenti q. 49. omnino sequitur. Vellem & ego aliquam ex his vnam, quæ bonos habeat auctores, sequi posse m; sed fateor, me præter voluntatem meam in nonam interpretationem rationibus maioribus impelli. Puto, Christum cum terrestria, cælestiaq; nominauit, non ad res ipsas, de quibus loquebatur; sed ad modum loquendi, explicandi; respexisse. Nam si res quidem ipsas spectes, nihil nisi cæleste, atq; diuinum dixit, sic explicandi rationem, terreno, id est, humano more locutus est, dum humanæ generationis vsus exemplos, *spiritus*, in quiens, *vbi vult, spirat*, accommodatè ad terrenos adhuc, & carnales homines spiritualem explicauit regenerationē. Hoc est, quod Nicodemo nunc exprobrat, quod cum hoc fecerit, tamen sibi non crediderit, existimans rem sic disputari nec credibilem, & ab humano sensu longe remotam. Quid futurum, si res illi diuinas nudè, & sine vllo humani exempli velamine, sine vlla ad humanū sensum accommodata metaphora proposuerit? Cur ergo dicit: *Non creditis*, cum solo disputans Nicodemo? Diximus ex Cyrillo superiore versu, Nicodemū omnium Iudæorum personam præ se tulisse. Quare cum ad Christum venit, nō dixit, *scio*, sed *scimus, quia à Deo venisti magister*, supra v. 2. Propterea pluraliter illi dicit: *Non creditis.*

Quomodo dicat se ascendisse, si nondum fuit ascensurus.

13. *Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo.* Ponta hic etiam quæstio est, quomodo hæc cum præcedentibus hæreant. Augustinus hoc loco, & lib. 1. de peccator. merit. cap. 31. Beda, & Rupertus existimant confirmationem hanc esse eius sententiæ: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* versu 5. Nemo enim introire potest, nisi qui inde prius exiit, id est, qui de cælo descendit. Solus filius hominis descendit, solus igitur ascendet, id est, introire potest. Quare qui quis introire voluerit, necesse est vnum quodammodo cum filio hominis; id est, membrum illius fiat. Fit autem membrum illius, cum ex aqua, & Spiritu Sancto renascitur. Oportet ergo vos renasci denuo. Chrysostomus vero, Theophylactus, & Euthymius putant, hæc verba illis respondere quæ ver. 2. Nicodemus dixerat: *Scimus, quia à Deo venisti magister.* Quibus verbis cæteris Prophetis, atque magistris à Deo missis æquasse videbatur Christum, neque quidquam de illo maius cogitasse. Hanc nunc opinionem Christum corrigere. Magnos se discimus cæteris antecellere Prophetis; neminem enim aliorum in cælum ascendisse, vt qui ille genuinus videre possit, se solum ascendisse, semperque illic esse, itaque magis illi, quàm cæteris Prophetis credendū esse. Ego ne intelligo, an hercle, doctiores iudicent. Dicerat Christus: *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dicero vobis cælestia credetis?* Addit nunc, atq; necesse profecto est, vt credatis, si salui esse vultis. Cum enim necessarium sit domini cognoscere mysteria, per quæ cum cognitionem, & fidem Deus voluit ad salutem homines peruenire, non potest esse, quæ necessario cognoscenda vobis sunt, ea alio, quàm ex me cognoscere, quia nemo alius in cælum ascendit. Cur ergo nunc dicebat clarius: Nemo præter me res diuinas nouit? erat in eadem sententiarum declaratio capite 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Satis est voluisse hac phrasi significare, quam longè homines abessent, vt mysteria diuina cognoscerent, nisi illis ea ipse, qui de cælo in terram venerat, explicasset. Tanto nimirum interuallo, quanto cernimus distare terra. Quemadmodum alio loco Deus dicit: *Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ, à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.* Isai. 55. 9. Sola scripta Hebraï loquitur. Quis ascendit in cælum, aut quis descendit, vt educat eum? Quæ ascendit in cælum, aut descendit, vt educat eum, atque aperte complexa est Deuteronom. 30. 12. Quem ad locum fortasse Christus alludit. Tres hoc quæstiones esse solent. Primum Augustinus, & Beda mouent, quomodo nemo alius ascenderit in cælum, cum omnes iusti ascendere credantur. 2. Respondetur illi ipsi ascendere quidem iustos, sed non nisi cum Christo, factosque eius membra. Quod verum quidem est, sed nescio an eo Christus vsque sit. Non enim dicit neminem ascendisse, sed neminem id tempotis, quo loquebatur ascendisse, *& descendisse.* Deinde, vt aliquis iam tunc ascendisset, tamen verè dicere potuisset: *Nemo ascendit in cælum.* Non enim spectandum quid verbis singulis, sed quid phrasi tota significet. Sic ultimo anno Christus ascendere in cælum res diuinas cognitas habere, quas nemo æque, ac Christus, quamuis in illa ascendisset, cognitas, explorataque habuisset. Similem apud Didymum in Catena Græca quæstionem inueni, quomodo nemo in cælum ascenderit, cum angeli in cælo sint, & Iacob ascendentes, descendentesque per scalam angelos viderit, Genes. 28. vigesimo octauo, 12. Videtur respondere angelos non esse in tabernaculo illo cælo, vnde Christus descendit, nec quemquam vnquam eorum ex descendisse, ideoque peccasse Diabolum, quia eo ex inferiore loco voluit ascendere. Isaiæ 14. 14. At quidquid de loco Isaiæ dicendum sit, non dubito, quin de omni cælo loquatur Christus, & angeli ibi sint, vbi maxime colluceat diuina maiestas. Sed Christus nimirum cum hominibus, & de filio hominibus, non item de angelis agebat. Secunda quæstio est, quomodo Christus tunc dicatur ascendisse, cum nondum mortuus esset, nondum resurrexisset, & non nisi quadragesimo post resurrectionem die bus ascenderit. Augustinus, Beda, & Rupertus de ascensione illa post resurrectionem hoc intelligunt, sed iam monuimus Græcos non præsens ascendit, non futurum ascendet, sed præteritum *ἀναβεβηκὸς, ascendisse* esse tempus. Ascendisse iam tunc dicebatur, non quod diuina ascendisset natura, quæ, cum vbique

sit, ascendere, vel descendere proprie non potest, neque quod ascendisset humanis, quæ non nisi post resurrectionem ascendit, sed per communicationem Dei humanam, qua filius hominis, cum in terra esset, in cælo quoque esse dicebatur, quia idem Deus erat, & Deus erat in cælo. Quia ergo ante homo ille Christus, cum nondum ex virgine conceptus esset, in cælo non erat, & post conceptionem propter hypostaticam vnionem in cælo fuit, in cælum dicitur ascendisse, quia si humana loquamur more, quod prius in terra fuit, deinde in cælo esse cœpit, in cælum ascendisse dicitur. Magis opinor, Theologicum hoc est, quam quod quidam dicunt, in cælum ascendisse, quia erat anima beata erat, & quod alij, ascendisse secundum diuinam naturam, quæ res omnes cœlestes, atque diuinas contemplabatur. Nam licet non secundum diuinam, sed secundum humanam naturam de cælo descendisse dicitur; ita secundum humanam, non secundum diuinam dicitur ascendisse; tamen propter diuinam personam & propter eius hypostaticam vnionem homo ille Christus & vere ascendisse, & vere descendisse dicitur. Hinc tertia quæstio explicari potest, quomodo dicatur de cælo Christus descendisse, cum nec Deus, qui vbique est, neque homo, qui ante in cælo non fuerat, de cælo descendere potuisse videatur. Probabat hoc loco *Iun.* Appollinarius, vt Theophylactus indicat, Christum de cælo traxisse corpus, & per Virginis uterum, quasi per canalem permeasse. Quod facile refutatur. Sanè, qui putent, ideo hominem dici de cælo descendisse, quia de cælo quodammodo, id est, de Spiritu Sancto conceptus fuit. Quod, vt illustrissimus Iunius loquar, parum propere dictum iudico. Fatemur enim, Christum Deum non fuisse, & tamen de Spiritu Sancto fuisse conceptum, profectò non dicetur de cælo descendisse. Exercentur interpretum magnum illud argumentum, quo Cyrillus hoc loco, & Seuerus Antiochenus usi, ipsos ad Eutychianos, vt in Graeca Catena etiam video, Theophylactus, & Rupertus in commentariis ad hunc locum probant adnitiū Nestorianos in Christo duas quidem naturas, vnam tamen esse personam, & propter hypostaticam vnionem communicationem ad hunc locum probant adnitiū Nestorianos in Christo duas quidem naturas, vnam tamen esse personam, & propter hypostaticam vnionem communicationem id omnium fieri, & quæ propria vnius naturæ sunt, aliorū tribui. Descendisse igitur de cælo dicitur, quia qui prius in cælo erat, in terra vero, esse cœpit, non videbatur, sumpta humana natura, compertus repente in terris videri, perinde ac si de cælo descendisset. Norant Ammonius, Chrysostomus, & Euthymius Christum hoc loco, & alibi plenis. ex infirmione naturæ, hoc est humana, se rerum nomina fe. Vellem, docuisset, cur id hoc potissimum loco fecisset; aliquam enim propriam huius rei causam mihi persuadeo. Diximus Christum ita, ut suam humanam naturam, propter vnionem tamen cum diuina personā, & ascendisse in cælum, & de cælo descendisse filium hominis, cum alia ex parte fateatur Deum esse significaret, qui & descendisse de cælo, & in cælo sem permanere dicere. Comparabat peq; cum ea te hominem cum hominibus, vnum cum omnibus, vt doceret: præter te neminem mortalium in cælum ascendisse. Illud etiam, vellem aliquis quæsuisset, quamobrem addiderit, *Nisi qui descendit de cælo?* Satis enim videbatur esse, quod dictum erat: *Nemo ascendit in cælū, nisi filius hominis, qui est in cælo.* Volunt, opinor, ex descensu ascensum probare, quasi eiusdem sit ascendere, atque descendere, nempe eius, qui cœli Dominus sit. Quemadmodum dominus domus propterea est ingredi, & egredi domo, cum volet, quia

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

clauem habet, posse q; probaue, se solum in domum futuru ingredi posse, quia sulus egredi. A quare addidit: *Qui est in cœlo?* Forte ne ita de cœlo descendisse putarentur, vt cœlum reliquisset. Forte ne etiam significare voluit se in cœlo dominari, se coelestem Dominum esse, vt paulo ante diximus. Ideoque ascendere, ac descendere potuisse. Hæc eum verba: *Qui est in cœlo*, plus quidem mihi videntur significare, quàm in cœlo est; nempe esse in cœlo tanquam in domo propria, aut tanquam in suo regno. *Angelorum enim gloria est supra Moysen dignum est habitus quanto amplioreu honorem habet domus qui fabricauit eam?* Heb 3. 3. Manifestum est hoc est testimonium dominatus Christi, quocunque eundem modo interpretemur.

Testimonia diuinitatis Christi.

14. *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.*] Notus quidem tenentia facile intelligitur, quo nexu hæc verba cum superioribus copulentur. Diximus verisimile præcedenti volumine docere Christum, quam necessarium omnibus esset, vt sibi omnes crederent, qui saluti esse vellent; qd nunc exemplo serpentis à Moyse olim erecti declarat, atque confirmat. Sicut enim nemo tunc à serpentibus morsus, nisi in serpentem illum æneum intueretur, sanari poterat; ita nunc neminem salvum esse posse, nisi in se credat. Credere est in Christum intueri. Aliter Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius connectunt. Magnam esse inter b. primum, & passionem Christi similitudinem, propterea & à D. Paulo plerunque copulari. *Semiquid, inquit, Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* primæ Corinthiorum 1. 13. *& quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Rom. minorū 6. 3. Cum ergo de baptismo ante disseruisset, de passione nunc sua incipere differere. Cyrillus verò sic, cum expertus esset Christus, Nicodemum res coelestes, atque diuinas capere non posse, figuras illi proponere veteris testamenti, quo facilius ad credendum adduceatur, sicut alibi solet dicere: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Ioannis 5. 39. Alij tandem credidi putā, cur de cœlo se descendisse dixerit, vt sicut serpens ille exaltaretur, & homines in ipsum intuentes salui essent. Iudicet lector, nos quid probabilissimū iudicemus, diximus.

Num. 21. 9.

Potest autem quæri cur, cū tot figuræ fuissent passionis tuæ, hac potius, quam alia Christus vti voluerit? Si nostram sequamur interpretationem, ratio in promptu erit. Alijs figuris significabat quidem passurum Christum, sed non posse homines, nisi per ejus passionem salvos esse, nulla tam aperte significabatur. Hoc autem ipsum, vt diximus, volebat Christus docere, necessarium esse, vt homines sibi crederent, si salvi esse vellent; quem admodum illis, qui à serpentibus morti erant, necessarium fuit, vt in æneū illum serpentem intuerentur. Multa hic nonnulli de serpente illo disputant, quæ ad locum illum potius Numerorum 21. 9 quam ad hunc pertinent. Ad eum nos locum lectorem mittimus, nec enim confundere volumus commentarios, aut alienis farcire rebus. Hoc vnum dicendum, quod ad huius loci explicationem satis est. In illo deserto leui ratione mortui fuerant à serpentibus Hebræi, sine quia regio ipsa natura sua *ignitos*, vt scriptura vocat, *serpentes* producebat, id est, qui morsu adurerent, & in flammarent; qualem multos in Africa esse Solinus tradit, à quibus sicti Catonis milites inflammati veneno interierunt; siue, vt nonnulli volunt, Deo illius diuinitus generante, vt ea ratione pernicie cum puniret populum. In hoc mundo mortui homines erant à primo homine, id est, in peccatum inducti. Volunt Deus, vt illi qui à serpentibus ictu erant, per serpentem sanarentur, & vt magis miraculum appareret, & quia ipsum miraculi tutiæ serpentum erat accommodatum. Solet enim contra morsum vipeæ ex ipsa vipera, & contra morsum scorpionis ex ipsis scorpionibus præstantissimum confici medicamentum. Voluit etiam, vt homines, qui per hominem in peccatum corruerant, per hominem à peccato liberarentur, vt Euthymius exponit. *Per hominem, inquit, mori, & per hominem resurrectio nostrorum.* 1. ad Cor. 15. 21. Et *sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem venit, sic & per vnum iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ* Rom. 5. 18. Factus est ille serpens æneus, ait Cyr. qui similitudine quidem veræ carnis serpentem referret, venenum tamen non haberet. Factus est Christus *in similitudinem carnis peccati*, vt ait D. Paulus, qui verus quidem esset homo, sed peccatum tamen sicut serpens non haberet, vt Ammonius ait, Cyrillus, Theophylactus, & Rupertus obseruauerunt. Quod serpens ille ex ære potius, quam ex alia materia factus fuerit, nonnulli Hebræi causam hanc esse dicunt, q; mortui à serpentibus aut omnes, aut illi, à quibus tunc Hebræi mordebantur, ieiuni essent ut ait Epiphanius, quod ego Rabbinicum puto. Methuselah, quod æreolorem referret illorum corū dem serpentium, à quibus Hebræi mordebantur, ignitum erant, quale ait ille. Alij, vt corpus Christi meliùs figuraretur, quod de S. mum Sancto conceptum est, quæ admodum serpens ille non naturali generatus lege, sed igne conflatus fuerat. Aut, vt ait Euthym. quia ludibrium erat contra peccatum, non fragile, & peccandi penitus, sicut noltrum, expulsum. Denique, vt ait Epiphanius ille suspensus est, ita & Christus, & vt aspectus in serpentem illum sanabat, ita sanat peccatores fides in Christum, hoc enim est in crucifixum Christū aspicere. Sed vide hæreticorum errore lector, qui ex hoc loco colligunt sola nos fide iustificari, sicut Hebræi illi solum serpentem intuitu curabantur. Nec enim figura ideo proposita est, ut hic à Christo accommodata, vt significaretur sola in Christum fide salvari homines, vel vt doceretur neminem, qui non in Christum aspiceret, hoc est, crederet, salvum posse. Eximuli tu alijs scripturæ locis competentem habemus nos sola fide non iustificari. 1. Cor. 13. 2. 3. ad Galat. 5. 6. Iac. 2. 24. Quod ergo illic solo in serpentem intuitu homines sanabantur, aut nihil significabat, aut hoc vnum nō vllo humano remedio, sed solo diuino beneficio sanatos fuisse. Quod idem in nostra iustificatione fieri concedimus. Nam etsi non sola fide, sed nostræ certam operibus iustificamur; tamen illa ipsa opera nostra, quia ex Dei gratia profecta sunt, diuina sunt, id est non humana, aut naturalia, sed diuini medicamenti vi virtutem habent. Quæ si potest, cui Christus vere exaltandi vim fecit. Non est negandum, quod hæreticorum negat interpres, crucem significari; coēst enim verbo, cum de sua loqueretur cruce, alibi vsus est Ioannes 8. 28. *Cum exaltauerit, inquit, filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum;* & capite 12. 32. *Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* & vers. 34. *Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* Sed quærunt, cur non potius dixerit, sicut Moyses, *suspendit serpentem in deserto, ita suspendi, aut erucifigi oportet filium hominis?* Voluit, vt opinor, significare & serpentem illum publice omnibus in loco edito, atq; conspicuo fuisse propositum, & se eodē modo in cruce proponendum, vt neminem latere posset; sed omnes, qui velint, in ipsum intueantur, atque saluentur. Quod autem dicit, *oportet*, accommodate ad id, quod agebat, intelligendum est. Volebat, vt dixi-

vt diximus, offendere necesse esse, vt in se crederent, quicunque salui esse vellent; eam igitur ad rem, id est, vt salui homines esse possint, oportere, ac necesse esse filium hominis exaltari.

Ad vita sufficiens.

15. *Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*] Exponit causam, quamobrem exaltari filium hominis oporteret, & accommodat ad se serpentis figuram. Vt omnis, qui in serpentem illum intuebatur, non periret, ita & omnes, qui in ipsum crederint, non perituros. Vanam hic victoriam hæretici canunt: aperitus dici non potuisse sola nos fide iustificari, quam quod *omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* At videamus, quantum ista ratio ponderis habeat, & singamus omnes sine vlla exceptione, qui in Christum credunt, saluos esse, quod tam absolute falsum esse iam demonstrabimus, an propterea sequitur, homines sola fide iustificari? Non profecto magis, quam si argumentetur: Omnis q ratione præditus est, homo est; sola igitur ratione homo est; aut, aut vt magis Theologice loquamur, Omnis qui charitatem habet, salvus est, nam hoc illi non negant, sola igitur charitate iustificamur. Ista fane ratione tam bene nos probare possumus solis nos operibus sine fide iustificari; quam illi probant sola fide iustificari sine vllis operibus. Colligemus enim eodem modo: Omnis qui bona habuerit opera, non peribit, sed habebit vitam æternam, quod illi nō negant; solis igitur operibus iustificamur: vbi ergo est fides? Nec possunt respondere bona opera sine fide esse non posse, ideoque non sequi nos solis operibus sine fide iustificari. Nam & ipsi similiter docent, fidem sine charitate, & bonis operibus esse non posse, & tamen colligunt, si omnis, qui credit in Christum, saluus erit, sola fide iustificamur. Videant igitur, in quod præcipitium ratione illa sua deducātur, vt quo argumento probare volunt nos sola fide sine charitate, & bonis operibus iustificari; eodem concedere cogantur, nos solis bonis operibus, aut sola charitate iustificari sine fide: & suam cognoscentes iustitiam, ac cæcitatem referant pedem. Videam as nunc, an omnis, qui credit in Christum, sine vlla prorsus exceptione non pereat, sed habeat vitam æternam. Primum, si nulla exceptio, nulla moderatio huic sententiæ adhibenda est, illud necessario sequitur, aut qui semel in Christum crediderit, fidem vnquam perdere non posse, aut sine fide salvos esse posse. Nam si omnis, qui credit, salvus erit, aut salvus erit, etiamsi fidem perdat, cum sit ex quo erat generaliter illa sententiam, aut si hoc fieri non potest, vt se vera non possit, vti quisquam salvus sine fide sit, illud etiam fieri non potest, vt quisquam, qui semel fidem habuerit, fidem perdat. Et quæ vtrumque absurdum est, sed illud hæretici negant, hoc vero concedunt. Vode apparet, quam ablurda eorum sit opinio, quæ non nisi tam absurda admissa re defendi potest. Quod si verū est, nullus hæreticus, nullus apostata, nullus atheus, qui semel Christianus fuerit, fieri potest. Vbi ergo est illud: *Oportet hæreses esse*: 1. Corinthiorum 11. 19. vbi est *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita* ad Titum 3. 10. Quomodo illi, de quibus loquitur Dinus Paulus 1. Timoth. 1. 19 *circa fidem naufragauerunt?* Quomodo isti ipsi, qui hoc dicunt, hæretici facti sunt? Nam hæreticos quidem esse, vel si hoc vnum dicerent, & scriptura vniuersa, & omnis terrarum orbis iudicium testaretur. Quid? quod vix vlla fuit vnquam vetus hæresis, quam illi nō renouarint? At, inquiunt, qui fidem deserentes hæretici fiunt, vi debuerunt illi quidem habere fidem, sed veram tamē fidem non habebant. Non videntis tibi hoc ipsum cum alio suo errore consistere non posse. Docent enim eum, qui fidem habet, certissimum esse, & se fidem habere, & sibi esse remissa peccata. At qui vidimus multos ex istis ipsis Calvinistis, qui se certissimos esse dicebant veram se fidem habere, peccatorum q; remissionem consecutos, paulo post Catholicos fieri; quod est istorum iudicio fieri hæreticos. Perdiderunt igitur istorum opinione veram fidem. Mentiebantur, inquiunt, cum apud nos erant, veramque se fidem habere profitebantur. Credo equidem esse mentitos, quod se veram fidem habere dicerent; sed non mentiebātur, cum se istam vestram fidem habere profitebantur. Quid enim mirum mentiri istos, qui vix vnquam verum dicunt, nisi cum se hoc crede re, quod credunt, id est, hæreticos esse dicunt? Tenemus igitur aliquam necessario huic generali sententiæ moderationem adhibendam esse, quando nisi ad habeatur, non solum fides Catholica nostra, sed ne ipsorum quidem hæresis stare potest. Quid? quod ex alijs scripturæ locis perspicuum est, solam fidem ad salutem satis nō esse? Quid enim clarius, quam quod dicit Dinus Paulus primæ Corinthiorum 13. 2. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum?* Locutio, inquiunt, est hypothetica. nec enim significari fidem sine charitate esse posse; sed si esse posset, nihil profuturam. Istud fomnium in commentariis ad eum locum Deo volente refutabimus. Nunc fingamus verum esse, quod dicunt, conditionalem esse locutionem. Hoc ipsum nobis ad refellendum eorum errorem satis est. Nam si sola fides iustificat, & nihil ad iustificationem charitas facit, quamuis fides sine charitate esse non posset, tamen si esset, vt *ad hominem*, etiam iustificaret. Atqui hoc ipsum negat D. Paulus. Solent etiam respondere non agi illic de fide iustificante; sed de fide miraculorum. Quod aliud monstrum est, iam à nobis apud Matthæum cap. 9. 2. refutatum, & illo ipso loco apud D Paulum magis, ac magis cōfutandum. Quid rursus apertius, quam quod toto 2. cap. Iacobus Apostolus docet illa maxime illustrissima sententia, v. 24. *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?* Torqueant, quantum velint locum. Dicant, non agi de vera, sed de simulata fide. Respondebit pro nobis Apostolus, se non solum de vera fide agere, sed de illa etiā insigni Abrahami. *Abraham*, inquit, *pater noster nonne ex operibus iustificatus est?* Dicant non agi de vera iustificatione, sed de demonstratione iustificationis, quæ in operibus elucet. Respondebit idem Apostolus se de illa ipsa iustificatione agere, de qua dictum est: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Hoc enim Iacobus vtiturte stimonio, vbi illi negare non possunt de veritissima iustificatione agi. Sed plura eo loco, si Deus iuuerit, dicturi sumus. Cum ergo constet, non posse hanc sententiam tam generaliter, quam dicitur, intelligi, sed aliquam illi interpretationem adhibendam, quam possumus meliorem adhibere ea, quam D. Paulus & Iacobus adhibeunt? Omnis qui credit, non peribit, si charitatem, & bona opera adiunxerit fidei; si fidem habuerit, non solam, id est, mortuam, sed viuam, & per charitatem operantem.

Hæreticorum de iustificatione error refutatur.

Solam fidē ad salutem satis non esse ex alijs locis scripturæ colligitur.

Ver. 23. Probatio eiusdem.

Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. ad Gal 3. 6. Iacob. 2. 23.

16. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*] Mirum Nicodemo videri potuerat, quod Christus dixerat, sicut Moyses serpentem exaltauerat, ita exaltari filium hominis oportere. Docet mirum non esse, id enim Dei erga homines amore factum esse, vt interpretantur Chrysostō. & Amphilochius Episcopus Iconij, vt ne filio quidem suo vnigenito parceret, sed pro nobis omnibus traderet illum,

lum, vt ait D. Paulus Rom. 8. 31. Exaggerat Christus singulis verbis Dei erga homines amorem. Primum, quod prior eos dilexerit, vt idem Ioannes ait 1. epist. c. 4. 10. 19. Deinde quod Deus homines, inter quos tanta dissimilitudo est, vt nulla conciliandi amoris causa esse videatur. Præterea quod Deus infinitis offensis peccatis peccatores illos ipsos, à quibus offensus fuerat, dilexerit. Hoc enim est *mundum*, qui *totus in malitia*, vt idem Ioannes ait, *positus est*, ac propterea fortasse Christus non homines, sed mundum nominauit. Vtitur hoc eodem diuini amoris argumento D. Paulus ad Rom. 5. 8 *Commendat*, inquit, *charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* P. æterea, quod nolucros tantum, quibus aliquid ex fuderet debere videbatur, sed omnes omnino homines, hoc enim est, quod dicit mundum, quemadmodum idem alibi Ioannes ait: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Denique quod amoris causa non quidquis fecerit, sed filium suum dederit. Deinde quod filium non quemuis, aut non vnum è multis; sed vnigenitum dederit, in quo omnem sumam amorem collocauerat. Postremo quod non quoquo modo dederit, sed dederit, vt tanquam serpentis in deserto exaltaretur, id est, vt affigeretur cruci. Hoc enim probare voluit, atque id hoc loco significat dare, tradere illum in manus peccatorum, vt faciant illi quidquid collibuerit. Ad hunc modum Chrysost. & Theophylact. exponunt. Tria ex hoc loco dogmata colliguntur. Primum quidem Christum verum esse Deũ, quia non quoquo modo filius, sed vnigenitus Dei filius appellatur, & non poterit, vt Cyrillus disputat, filius Dei vnigenitus non esse filius naturalis, ac proinde verus Deus. Neque quidquam pro nobis Deus fecisset magni, si creaturam nobis aliquam dedisset. Itaque & Cyrillus, & Idacius Clarus lib. 3. aduersus Varimadum, & Hilarius lib. 6. de Trinitate, Ammonius in Græcã Catena. Theophylactus hoc testimonio refellunt Arianos. Respondebant Ariani, vt Ammonius, & Theophylactus referunt, Christum vnigenitũ appellari, quia solus ea, qua erat, perfectione à Deo creatus fuerat. Refellunt iidem auctores hoc fortasse dici potuisse, si non filius, sed vnigenitus tantum vocatus fuisset; at vocatur filius vnigenitus. Secundũ est contra eos, qui Prædestinatiani olim dicti sunt, vt ait quisquis auctor eorum commentariorum in psalmos est, qui Arnobio tribuuntur, & Hincmarus antiquus auctor scripto contra eos libro, quorum error erat Christum non pro omnibus generaliter hominibus, sed pro solis prædestinatis fuisse mortuum. Qui nunc Caluinistarum etiam est error. Hoc enim loco non prædestinatis, sed toti omnino mundo datus fuisse dicitur. Tertium est, Christum venturum in hunc mundum non fuisse, si homines non peccassent. Hanc enim solam causam adueutus sui & Christus hoc loco, & scriptura vniuersa, & veteres auctores omnes reddunt, vt homines à peccato liberaret. Recte etiam ex hoc loco Diuus Ambrosius libr. 2. de pœnitent. cap. 10. Nouatianos refellit peccatoribus, qui grauioribus delictis tenerentur, negantes pœnitentiam. Negare nos iis pœnitentiam non debere, quos Deus ita dilexerit, vt vnum pro eis suum vnigenitum daret.

Vt omnis qui credit in eum] Vide quæ diximus superiore versu.

17. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.*] Quid potest tanthomines peccatores cogitare audientes Deũ filium suum in mundum misisse, nisi ideo misisse, vt pœnas ab ipsis scelerum exigeret, & Patris iniurias vindicaret: itaque idipsum, quod dixerat, ita Deum mundum dilexisse, vt filium illi suum vnigenitũ tradiderit, vt quisquis in eum crederet, non periret, sed haberet vitam æternam, nõ contentus dixisse semel, iterum aliter dicit, remouetq; illum à b eis plenam timoris opinionem, quam illis peccatorum suorum conscientia generabat; ne forte idcirco venisset, vt mundum iudicaret. Paulo aliter Chrysost. & Euthy. Sed res eodem redit, cõfirmare Christum his verbis, quod modo dixerat, alio amoris argumento. Non ideo filium misisse filium suum, vt omnis quitin eum crederet, haberet vitam æternam, sed quodammodo illi prohibuisse, ne quenquam primo quidem illo aduentu iudicaret. Iudicare hoc loco ex Hebræorum idiotismate pro condemnare positum est, vt *si nos metipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur* 1. Cor. 11. 32. *formicarum, & adulteros iudicabit Deus*, Hebr. 13. 4. Opponit n. hæc duo inter se verba iudicare, & saluare. Recte Augustinus, Beda, & Theophylactus colligunt ex hoc loco Christum, quantum in se fuit, pro omnibus esse mortuum, omnesq; voluisse fieri saluos, per ipsos fieri homines, quo minus omnes salui essent. *Quantum in me est*, inquit Aug. *sanare veni ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non vult. Venit Saluator ad mundum. Quare Saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundum, non vt iudicet mundum? Saluari non vult ab ipso, ac vt ipso iudicabitur.*

18. *Qui credit in eum, non iudicatur, qui autem nõ credit, iam iudicatus est.*] Explicat, atq; confirmat, quod dixerat, non venisse in mundum Christum, vt mundũ iudicaret, venit n. vt omnes crederent in ipsum, vt paulo ante dixerat, qui autem in ipsum credit, non iudicatur, non igitur venit vt mundum iudicaret. Iudicari hoc loco etiam graues auctores interpretantur, vt vox ipsa sonat, non venit in iudicium, Ammonius, Augustinus, Cyrillus, Beda. Vnde illa Theologorum nata disputatio, quomodo qui credit, non iudicetur, cum dicat D. Paulus: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi*, & omnis scriptura doceat omnes prorsus homines & bonos, & malos esse iudicandos, vt *referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Nota illa distinctio, omnes iudicandos esse iudicio approbationis, reprobationisve, nõ discussionis. Quæ distinctio, si bene hic locus intelligatur, necessaria nõ erit. Diximus superiore versu iudicare hic idem valere, quod condemnare, quemadmodum Chrysost. Euthy. & Theoph. exponunt. Dicitur autẽ, qui credit, non condemnari, id est, condemnari non posse aut subiectus non esse condemnationi. Contra vero, qui non credit, iam cõdemnatus esse, nõ quod in iudicio condemnandus postea non sit, sed quod ipse iam in se condemnationis a causam habeat. Quẽadmodum Adamo dictum est: *in quacunque die comederis ex eo, morte morieris*, non quod statim mortuus esset, sed quod statim mortis in se causam habiturus, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius exponunt. Sed plus etiam quiddam mihi videtur significare *iam iudicatus est*, id est, eo ipso, quod non credit, ipse se condemnat, ostenditq; se pœna dignum esse, enim lucem, iudicem q; se fugiat, vt explicatur v. 19. & 20. Quemadmodum fur eo ipso, quod ad iudicem venire recusat, seipsum cõdemnat. Videbatur potius dicendum esse, qui autem non credit, iudicatus; licut dixerat, qui credit in eum, non iudicatur, vt Augustinus, & Beda animaduertunt. Sed plus dixit, quam dicendum esse videbatur: *Qui non credit*, inquit, non solum iudicatur, sed *iam iudicatus est*, si non solum subiectus est condemnationi, sed iam est etiam condemnatus. Quærunt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, quomodo *qui credit in eum, non iudicatur*, quid

quid enim si credat quidem, sed bona opera non habeat? Respondent non vtique vt Caluiniani, sed vt nos supra respondimus, intelligendum hoc esse, si ita credat, vt oporteat, si fidem habeat per caritatem operantem. Nam de iis, qui solam sine bonis operib. habent fidem, dicere D. Paulum, *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*, ad Titum 1. 16. Nec significat D. Paulus & auctores illi veram fidem non esse, quæ expers bonorum operum est, sed non magis ad salutem solam satis esse, quam si vera non esset.

19. *Hoc est autem iudicium.*] Hæc est condemnatio, id est, condemnationis materia, vt Chrysost. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, aut condemnationis iudicium, vt ego interpretor. Est enim sensus: hoc ipso quod non credit aliquis in Christum, sed eum tanquam tenebrarum lucem fugit, declarat se in tenebris esse, seque ipsum tanquam peccatorem condemnat. Hoc enim est, quod dixit, *iam iudicatus est*. Quid ergone, qui lucem magis, quam tenebras dilexere, bona habebant opera? Hoc enim videtur sequi. si quorum opera mala erant, ad lucem, id est, Christum, venire noluerunt: eorum, qui ad lucem venerunt, bona opera fuisse, vt D. Augustinus, & Beda subtiliter animaduertunt. Respondent hæc ferme sententia, omnium quidem opera mala fuisse: sed eos, qui celati opera sua mala noluerunt, ad lucem venisse mihi gratuitos ea profiteri, atque inde bonos esse cœpisse: & dissipatis tenebris lucem factos. Contra vero, qui opera sua mala à luce patefieri, atque confiteri pudore sua noluerunt, manisse in tenebris, eoque ipso iudicasse se condemnatos esse, qui quasi desperabundi salutem quærere noluerunt. Inseram hæc pauca ex multis Augustini verba, quia vtilia sunt moribus. *Multi, inquit, dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua, & si tu accusas, conuenies Deo. Quasi duo res sunt homo, & peccator. Quod audis hominem Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, vt Deus saluet quod fecit. Oportet, vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cũ coperit tibi displicere, quod fecisti, inde incipiant bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum confessio est operum malorum. Facis veritatem, & venis ad lucem. Quid est facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non tibi adularis, non dicis ipsum sum, cum sis iniquus, & incipis facere veritatem.* Non dubiũ Christum hic lucem appellari, vt supra c. 1. 9.

21. *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem.*] Notus Hebraismus אמת veritatem Hebræi vocant opus iustum, ac rectum, quia quod verum est, rectum est: & quod rectum, verum ac iustum, id est, recta, Psal. 24. 5. & *ingredi in veritate tua*, id est, in via tua recta, Ps. 85. 11. Apte autem veritatem cum luce coniunxit, quia lux veritatem declarat: quid enim verum, quid falsum sit, luce cognoscimus. Sic etiam coniunxit David Psal. 42. 3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Propterea ergo bona opera non aliter hic, quam veritatem appellauit, quia de luce agebatur, qua opera verane, an falsa fiant, cognoscuntur.

Venit ad lucem, vt manifestentur opera eius.] Morale hoc est, ex consuetudine enim, & more hominum docet, quid iisdem hominibus erga Deũ accidat. Solent homines, qui male agunt, lucẽ refugere, *qui enim*, inquit, *sunt, nolle eboy sunt.* Solent, qui aliquid boni agunt, lucem amare, ac videre velle. Id Christus non laudat, docet eodem modo homines, qui male agũt, Deum fugere: qui vero bene, ad Deum venire. Vera sententia: nemo magis Ecclesiam, nemo magis conciones sacras, nemo magis confessionem, cæteraque sacramenta, quam qui peccatorum maxime plenus est. Rabies est omne peccatum; medicum, & aquam, qua sanari potest, reformidat.

Quia in Deo sunt facta.] Quidam exponunt, quia per Deum, aut Dei instinctu facta sunt, quia à Deo proficiscuntur. Deum enim esse *qui operatur in nobis & velle, & proficere pro bona voluntate*. Quod etsi est verum, non est dictum satis ad huius loci interpretationem accommodate. Nec enim propterea qui bene agit, ad Deum venit, quia eius opera auctore Deo facta sunt; sed quia Deo placent eiusque voluntati sunt consentanea, ideoque illi inter ad Deum venit, vt ab eo laudetur. Itaq; melius Euthymius interpretatur, *in Deo*, id est secundum Deum, vt ponatur Græce ἐν pro κατά, Et Genes. 6 9. *cum Deo ambulauit*, id est, secundum Deum.

22. *Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in Iudæam terram.*] Nonne superior omnis historia accideratin Iudæa, & quidem Ierosolymis; quo ergo modo nũc dicitur post hæc in Iudæam Christus venisse? Fefellit hic locus multos recentiores præsertim interpretes. Alios, vt existimarent superiorem historiam Nicodemi non in Iudæa, sed in Galilæa contigisse. Celebrato enim Ierosolymis Pascha, vt caput secundo dictum est, Christus in Galilæam, vnde festi celebrandi causa venerat rediisse. Eo secutum Nicodemum studio inflammatum ab eo aliquid discendi. Postea venisse iterum à Galilæa in Iudæam, vt officium suum publice inter baptizandi. Quod qui dicunt violente tumere mihi videntur filium historiæ. Nicodemum enim Ierosolymitanum fuisse eium, omnes etiam interpretes ith concedunt, & ex eo manifestum est, quod princeps erat Iudæorum, quod que indicat se Christi sermonibus in die festo Paschæ Ierosolymæ interfuisse supra ver. 1. & 2. Quibus commotum sermonibus ad Christum venisse ex eodem loco colligitur non obscure. Venit autem nocte, non dubium Ierosolymitanorum, vt illic diximus, metu: quid autem erat causæ, quamobrem in Galilæa nocte ad Christũ venerat, vbi nullus à Ierosolymitanis ciuibus metus esse poterat? Alios in alium conijcit errorem, vt putarent Christum post illud colloquium cum Nicodemo in Galilæam abisse, indeque aliquanto post tempore in Iudæam reuertisse, vbi doceret, ac baptizaret: lic Strabus interpretatur. Hos etiã refellit textura ipsa orationis, & historiæ: ita enim profecto Ioannes loquitur, quasi statim ab superiore colloquio in Iudæam Christus discesserit. Lyranus hic mihi videtur sensum attigisse, venisse in Iudæam Christum, nõ quod prius in Iudæa non esset: erat enim Ierosolymæ: sed quod Ierosolyma discesserit, & in reliquam Iudæam regionẽ venerit. Nã qui Ierosolymis erat, vixit in Iudæa esse dicebatur, quia meliore loco, quam in Iudæa erat: sic ut qui Romæ est, non dicitur in Romana esse, sed Romæ, & qui Hispali est, nõ dicitur in Bætica esse, quamuis Hispalis in Bætica sit: quemadmodũ nõ dicitur in mundo esse, qui Mediolani est, quia nimis id generale, est, sed dicitur esse Mediolani: qui autem nullo nobili Bæticæ loco est, is, pprie in Bætica esse dicitur, & qui nullam vnquam ciuitatem habet sedem, is dicitur esse in mundo quo sensu Philosophus ille mundanum se esse dixit. Sic ergo Ioannes de Christo locutus est, qua si in Iudæa non esset, cum esset Ierosolymæ, indeq; in Iudæam venisse dicat, qa in regionem Iudææ venerat q̃ nullo honorificentiore, quam Iudææ titulo ornari poterat. Propterea vt Lyranus putat, non dixit in Iudæam, sed in *Iudæam terram* venisse. Alia alia ratione idem docent, Ierosolymam pprie non in tribu Iuda, sed in tribu Beniamin locatam fuisse; itaque recte dici Christum à Ierosolyma in Iudæam venisse. Non pro-

bo, quia etsi Ierosolyma, aut maior eius pars in tribu A erat Beniamin : tamen tota regio duarum tribuum Iudæa vocabatur , neque vnquam à loco vbi tribus Beniamin habitabat , memini distingui. Quacunque tandem ratione id factum fuerit, hoc teneamus, Christum à Ierosolymis in Iudæam venisse dicit, qeadmodum non Lyranus solum , sed etiam Chrysost. Theophylact & D. Thom. interpretantur. Cur eo venerit, ex sequentibus intelligitur , vt illic baptizare, & prædicare inciperet. Nam baptizasse eum ante nō legimus. At cur eo potius quam alio loco baptizare voluit? Haud difficile coniectura baptizabat ibi Ioannes, qui præcesserat illud de ipso testimonium perhibuerat, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto* Matt. 3. in erat etiam ad baptizandum locus aptus , quia aquæ B multæ ibi erant, magnusque hominum concursus ibi fiebat, vt sequenti versu declaratur. Voluit ergo ibi baptizare, vbi & aquæ erant multæ & magna hominum frequentia baptizari volentium. & Ioannes, qui baptismo suo auctoritatem daret. Quærunt Chrysost. Theophylact & Euthym. quomodo Christus hic dicatur baptizasse, cum c. 4. 2. Ioannes dicat non ipsum per se, sed per suos discipulos baptizasse. Facilis solutio, baptizasse nunc dicitur, quia eius auctoritate, & nomine ipsius discipuli baptizabant. Maior quæstio ex ipsa huius quæstionis solutione nascitur, cur non ipse per se baptizabat? Causam Ammonius fuisse putat, quod nondum Spiritus sanctus datus esset , in quo ipse baptizaturus erat. Itaque in ea videtur esse sententia, in qua alii olim graues auctores fuere, baptismum Christi ante passionem, & resurrectionem eius , vnde vim omnem accepit Spiritum sanctum, & remissionem peccatorum non tribuisse. Quod minime obscure Leo docet epist. 4. ad Episcopos Siciliæ 7. & Chrysost. & Tertullianus in lib. de baptismo & multis verbis Rupertus hoc loco confirmat. Proficit Ecclesia sapientia & ætate , vt Hilarius ait. Hic hodie error etiamsi canè lector in his auctoribus versari habet. Et vero quis credat discipulos Christi qui iam tunc baptizabant, ante mortem eius baptizatos non fuisse? Quod si baptizati ante sunt, ab ipso vtiq; & in Spiritu sancto baptizati sunt, alioqui peccatorum remissionem, quam aliis per baptismum ostea dabant, ipsi non acceperunt. quod ab indium protectodictu est. Baptizabat igitur ipse aliquādo ante D passionem suam Christus, & in Spiritu sancto baptizabat. Ac fortasse hoc ipso loco baptizauit aliquos. Nam quod postea Ioannes dicit ipsum non baptizasse, non incommode interpretari possumus, non solitum baptizare, etiamsi paucos aliquos aliquando baptizauit. Multo igitur melior alia ratio est, quam idem indicat Ammonius & Cyrill. hoc loco ,& multis contra Donatistas locis disputans repetit Augustinus, deo Christum non per se, sed per suos discipulos baptizasse, vt oiten deceret quid inter suum, Ioannisq; baptismum interesset. Ioannis baptismus non erat idē, & ab alio, quam à Ioanne datus esset. quia Ioannis nomine non dabatur. Christi autem baptismus à quocunq; daretur Christi erat : quia non eius, qui dabat, sed eius qui instituerat Christi auctoritate , & nomine dabatur. Calumi est torem eundem Christi , Ioannisq; baptismum facientis apud Matthæum cap. 3. 11. refutauimus. Hoc loco verba Cyrilli ponam , vt quid inter Catholicum & hæreticum interlit auctorem lector videat , & quam bene iam tum futuros refutauerit Calumniastas. *Videbat*, inquit, *Ioannes Spiritu sancto gratiam illuminatus , quam necessarium esset ea narrare, quibus quantum Christi superemineret, Ioannis baptismo præstaret, ostenderetur. Præscivit haud multo post aliquos futuros, qui aut nullam inter baptismum & baptismum differentiam fecerunt: sed partim laude virtutum quæ in eorum erat : aut ab imperitiam, & la sum hominum meliorem esse baptismum Ioannis putarent. Nullum enim est tam turpe factum , quod impetrata nō audeat aggredi. Nulla blasphemia tam magna, vt aduersus sactatissima Ecclesiæ dogmata non à cæteris libenter ab iis, qui omnia, vt scriptum est, vetera pertimuerunt. Ne igitur temere reiecta mei aquam Ioannis , quæ in pœnitentiam baptizabat spiritualis baptismo Christi anteferre auderet : causam iam turpem tam cuertens, ipsum Baptistam exponit huius quæstionis nodum dub tantio. suos discipulis dissolue. Baptizabat enim Christus per discipulos suos, non per alios, sed suum ipsius.*

23. Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim.] Cur dicat illic etiam Ioannē fuisse ac baptizasse, facile intelligitur. Mittit viam ad sequentem, hi storiam narraturus enim erat, quomodo Ioannis discipuli ægre tulissent, quod Christ' baptizaret, & Ioanne defecto, omnes ad eum currerent. vt occasionē haberet exponendi, quod testimonium Ioannes de Christo illa eadem occasione reddidisset. Ænon iuxta Iordanem fuisse versus Merid. é octano à Scythopoli lapide auctor Hieronymus in locis Hebraicis Erat & alius locus eodem nomine iuxta Damascū Eze. 47. 17. ad cuius distinctionem putant quidā Euangelistam addidisse *iuxta Salim*. Erat autem Salim, aut Sa. 6, vt ait idem Hieronymus in epistola ad Euangelum, oppidum prope Sichem, de qua c. 4. 5. dicemus.

Quomodo Christus dicatur hic baptizasse.

Baptismus ante Christi passionem peccata remittebat.

24. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.] Hoc propterea Euangelista mihi videtur adiecisse, vt occurreret tacitæ lectoris obiectioni. Poterat, qui alios legisset Euangelistas existimare, iam tum Ioannem in carcere fuisse, solus enim Ioannes narrat, quod Christus post baptismum. & anteq; Baptista in vinculis coniceretur, egerit. Poterat igitur obiecere, quomodo baptizare Ioannes poterat, cum in carcere iam esset? Hinc obiectioni occurrit Euangelista dicens, *Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem*. Chrysosto. Theophylactus, & Euthym. existimare volunt. Euangelistam indicare, non debuisse , quamdiu carcere prohibitus non erat , Ioannem ab officio baptizandi desistere etiam Christo baptizante. Quæritur quo cur incipiente baptizare Christo Ioannes non desierit baptizare. Cuius rei duas tantum afferre mihi alteram, ideo nō desiisse, vt semper aliquid se venirent, eoque baptizatos à se, & quodammodo initiatos mittere ad Christū, alteram, ne si desisterer, maiore aduersus Christum æmulatione eius discipuli concitarentur, quasi causa esset, vt ipsorum præceptor obscurare tur, & ab officio cessaret. Si enim tam ipse ab eo moniti ipsum non, nisi aqua baptizare, Christum Spiritu etiam sancto baptizaturum, eoque baptizare, idem q; fæpe prædicare non desinerent , tamen inuidebant Christo, quid factoros fuisse, si baptizare desiisset? Addeq; inquiunt iidem auctores, quod si baptizare desiisset, indignatione quadam , quod Christus etiam baptizaret, fecisse videretur.

Cur inchoante Christo Ioannes non desierit baptizare.

25. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæo de purificatione.] *Ex parte Cyllorii*, ex citata igitur est quæstio. Quod dicit ex discipulis Ioannis. perinde est ac si diceret facto initio à discipulis Ioannis. Mouit enim quæstionem inuidia, res natura sua contentiosa. Quod autem sequitur, *cum Iudæo*, multis antiquis codicibus est *μετ' Ἰουδαίου*, cum Iudæo quodam, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius indicant se legisse : sed nostram lectionem meliorem esse non dubito. Quorsum autem cum Iudæis & nō potius cum discipulis Christi Ioannis discipuli disputabant, cum de Christi baptismo agerent? Credendum est illos ipsos Iudæos , quibuscum disputarunt, discipulos fuisse Christi: non quidem ex iis, qui

Calumi errer de Ioannis baptismo, lib. 2. 37.

Christum

Christum semper tanquam eius familiares sequebantur: sed ex iis, qui ad eum, vt baptizaret eum, & ipsum audirent, ventitabant: quos propterea, vt existimo, Ioannis discipuli potius quam familiares discipulos Christi aggressi sunt, quia vel non sunt ausi cum domesticis Christi de Christo ipso disputare ; vel non speraruntse alios, quam Iudæos, eosque nondum familiares Christo ab ipso posse deducere. Atque hac fortasse de causa, quamuis & ipsi suo quodam modo discipuli essent Christi, noluit eos Euangelista discipulos, sed Iudæos appellare. De qua autem purificatione quæstio fuerit, etiam quidam quærunt. Suntq; nonnulli , qui aliqua specie probabilitatis ducti non de baptismo, sed de Iudaicis , legalibusque purificationibus quæstionem fuisse putent : potuisse enim Euangelistam, ii de baptismo disputatum fuisse, baptismum appellare: nunc nō autem baptismum, sed purificationem appellasse. Sed ego quidem nō dubito, nec vllus bonus auctor, quem legere meminerim , dubitauit de baptismo Ioannis , & Christi disputatum fuisse, vter eorum esset melior. Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, Beda, Theophylactus, & Euthymius interpretantur. Quorsum enim dixisset Ioannis, *Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum*, si de baptismo quæstio non erat ? Ipsum igitur baptismum Euangelista ἀπὸ προσώπου purificationem appellauit, qa species quædam purificationis erat, sicut è contra omnes enim legales purificationes baptismata vocantur, Mar. 7. 4. & Hebr. 9. 10.

Vers. seq.

Baptismata omnia legales purificationes vocabantur.

26. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei.] Ad magistrum suum quæstionem deferunt, quasi excitaturi illum in eandem, qui ipsi iam pleni erant, æmulationem; nec enim suam, sed ipsius agi causam, eius opinionem periclitari, quam ipsi aduersus Iudæos Christi discipulos , & nouarum sectatores iterum defendendam suscepisseent. Huc enim omnis eorum tendit oratio. Primum *Rabbi*, id est, præceptorem vocant eius benevolentiam captaturi, ipso nomine monentes debere eum, cum magister sit , & suam ipsius authoritatem , & discipulorum suorum partes defendere. Deinde quod dicunt, *qui erat tecum trans Iordanem*, non nominant Christum, aut Iesum, sed *qui erat tecum*, quod despicientium est hominum. Deinde non dicunt. Ille cum quo tu eras, sed *qui erat tecum*, id est, qui quasi inferior ad te veneret, pro magnoque habebat apud te esse, à te baptizari. absque commendatione illius, inquam, nunc contra te surgit, & sibi officium tuum vsurpat : Denique *cui tu testimonium perhibuisti*, ille cui tantum honoris tribuisti, vt per te inciperet hominibus notus esse , nunc quasi ingratus, & accepti immemor beneficii, ipso contra te vtitur beneficio, relicto te baptizat, & omnes ad eum confluunt. Ad hunc ferme modum Chrysost. Theophylactus, & Euthymius ediserunt. Nec ausi sunt dicere, inquit Chrysostomus, quem tu baptizasti, ne Spiritus sancti testimonio contradicere viderentur: sed dicunt, *cui tu testimonium perhibuisti*. Imperfecta oratio est, nihil enim concludunt , nihil à magistro suo petunt: sed rem illi, vt indicant , indignam exponunt, sperantes fore, vt id satis esset, vt indignatus Ioannes Christum baptizare prohiberet: aut, vt Augustinus putat, intelligendam illi quæstionem suam reliquerunt. *Quid dicis? Non sunt prohibendi , vt ad te potius veniant?* Putat Rupertus hos discipulos Ioannis fuisse, Pharisæos , ideoque spreuisse Christum, de quibus dictum est Luc. 7. 30. *Pharisæi autem, & legisperiti spretum consilium Dei*. Sed id alio dictum est sensu.

Vers. seq.

27. Respondit Ioannes, & dixit, non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.] Huius rei causa, vt ait Ammonius, quæstio illa discipulorum Ioannis diuina prouidentia orta est , vt hoc iterum Ioannes testimonium Christo perhiberet. Mirum non reprehendisse Ioannem acerbius discipulos suos tam absurde de Christo sentientes. Sed prudenter, vt ait Chrysostomus, id fecit, ne à se discederent &ad Christum non irent : volebat enim patientia sua Christo eos lucrifacere. Quod autem ait , *non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datū de cœlo*. Chrysostomus, Euthymius , & Theophylactus de Christo dictum putant, quasi sensus sit: Nolite Christo gloriam suam inuidere , quidquid enim habet, de cœlo habet. Itaq; hinc Euthymius , & Chrysostomus diminutatem probant, Cyrillus vero , Augustinus, Beda , Strabus, & Rupertus de Ioanne intelligunt , quasi dicat : Ego quid quid sum, quidquid habeo, de cœlo habeo , *non enim potest homo ac. ipse quicquam , nisi fuerit ei datum de cœlo*. Ambo quidem docemus, ambo baptizamus : sed ille sua, non ab alio accepta; ego illius , id est, accepta de cœlo auctoritate. Ille enim Deus , ego homo sum: &, *non potest homo accipere quicquam , nisi datum ei fuerit de cœlo*. Hic verus est sensus. Sed potest dubitari, cur non potius dixerit : non potest homo habere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo : quo modo dixit D. Paulus: *Quid habes, quod non accepisti?* & Iacobus, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum*. Nam manifestum est neminem posse quidquam accipere nisi datum? Puto ego sensum hunc esse. Nemo potest accipere quicquam ex se, aut aliunde, quam ex cœlo. Loquitur autem , vt ait Euthym, de rebus bonis, de gratia, de virtute , de sanctitate, de auctoritate baptizandi, quas in Ioanne discipuli eius admirabantur. Nam vitia quidē ipsa à nobis ipsis accipimus. Simile est, quod Christus discipulis suis postea respondit volentibus eum prohibere , qui eius nomine dæmonia eiiciebat, necipsum sequebatur. *Nolite* , inquit, *prohibere eum; nemo est enim, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me*, Mar. 9. 39.

1. Cor. 4. 7. Iacob. 1. 17.

28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis.] Ipsorum eos verbis coarguit. Produxerant enim Ioannis testimonium, vt Christo facerent inuidiam. Retorquet idem in eos Ioannes testimonium dicens hoc ipso, quod dicitis me illi testimonium perhibuisse , testimonium ipsi mihi perhibetis: quod confusus fuerim eum esse maiorem me. Quare ergo huic ipsi me, quod profertis, non creditis testimonio, & fidem illi reliquetes cōtinuo illū potius, quā me sequimini ? In hanc sententiam Anguit. Beda, Theophylact. & Euthym. ediserunt. *Quid vos saltem ipsos?* inquit. Augustin. *Mihi quomodo propositis quæstionem? Quis mihi dixit, Iam ecce quisquis tu eras trans Iordanem , cui tu testimonium perhibuisti, Nescio ergo quale testimonium illi perhibuit? Quomodo cognoui eum non esse illum , quem dixi ipse?*

Ioan. 15.

29. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.] Exemplo de medio iam pto docet, quid inter se, & Christum intersit, tantum minitum , quantum inter sponsum, & amicum sponsi , Christum sponsum esse, se eius esse amicum. Primo loco exemplum ipsum declarandum , deinde accommodandum ad Christum , & Ioannem de quibus agitur. Quid est, *qui habet sponsam, sponsus est ?* Petinde est ac si dicat, quamuis in nuptiis multi sint , tamen non omnes sponsi sunt : vnus tantum is, cui sponsa traditur, & in cuius est potestate, sponsus est ille solus pro sponso honorandus. Cæteri, qui nuptiis interfunt, sponsi non sunt, sed aut amici, aut minuti sunt sponsi ; qui non ideo ad nuptias venerunt, vt ipsi tanquam sponsi honorentur, sed vt sponsum tanquā inferiores honorēt.

Quod autem ait, *Stat, & audit eum*, plerique allegorice interpretantur, Auguſt præſertim, Chryſoſt. Beda, & Theophyl. de quorum ſententia poſtea diſſeremus. Ego literalem ſenſum eſſe arbitror, amicum ſtare, id eſt, intereſſe nuptiis, ſtare, vt perſona ſua nuptias honoret, ſicut ſtare ſolent tanquã ſtatuę, quę nihil aliud agunt quam perſonam repræſentate; ſtare tanquam ſpectatorem ſponſi, & ſponſæ, cæterum ſponſam nec attrectare, nec amatorie alloqui, non tantum audere, non tantum ſibi tribuere; quod ſi facetet, ingens ſcelus eſſet. Quod auté ſequitur, *audit eum*, bene Theophyl. interpretatur, audit ſponſum cum ſponſa amatorie colloquentem, eiuſque vocem audiens vehementer gaudet, hoc eſt *gaudeo gaudet propter vocem ſponſi*, quod videat eum amare ſponſam, & ab ea pariter amari. Quod attinet ad accommodationem exempli, non dubium quin Chriſtum ſponſum, ſe amicum ſponſi, id eſt, Chriſti eſſe ſignificauerit: ſponſam nõ indicat, ſed haud dubie Eccleſiam eſſe intelligit, quam & D. Paulus 2. Cor. 11. 2. & Epheſ. 5. 25. 27. Chriſti ſponſam appellat. Quare autem Chriſtus ſponſus appelletur, & quænam fuerint eius nuptiæ, apud Matth. cap. 22. 1. diſputatum à nobis eſt. Hoc loco illud explicandum, & eſt in primis ad intelligendum verum ſenſum neceſſarium: quomodo hoc exemplo Ioannes probet, quod probare debuit, Chriſtum ſe eſſe maiorem: nec enim ſi ſponſus eſt, continuo maior eſt. Sæpe maioris honoris cauſa minorum nuptiis interſunt. Reſpondeo hoc vnum Ioannem, quod in quæſtione verſabatur, probare voluiſſe Chriſtum potius, quam ſe honorandum eſſe, quia ille ſponſus, ipſe amicus tantum ſponſi erat, & ſponſus eſt, cui in nuptiis primus tribuitur honos: eius enim honorandi cauſa ad nuptias cæteri veniunt. Hoc enim erat, quod eius diſcipulos vrebat, quod viderent magis Chriſtum, quam Ioannem præceptorem ſuum honorari: maioreſque adeum hominum fieri concurſus: nunc illis accommodatiſſimo exemplo errorem eripit. Inde tamen ſequitur illum Ioanne eſſe maiorem: ſi enim ſponſus eſt, non quomodo vnus homo de cæteris, qui vnam aliquam vxorem duxit: ſed quomodo is, qui tanquam omnium hominum dominus totam ſibi populi captiuam primum redemit, deinde deſponſit Eccleſiam vniuerſis illi peccatorum radens, quemadmodum in veteri lege de muliere captiua deſponſenda, ſi eam captor adamaſſet, præceptum erat, Deut. 21. 12. ſequitur eum maiorem eſſe, quam Ioannem. Quo autem modo Ioannes ſponſi, id eſt, Chriſti vocem dicatur audire, non ita facile. Auguſtinus, & Beda, vt paulo ſupra indicabamus, allegorice id interpretantur, quaſi vocem Chriſti, id eſt, eius non ſuam doctrinam audierit. Nõ credo ego hoc eſſe ad Chriſtum, & Ioannem accommodandum. dictum enim eſt, quia ita fieri ſolet, vt ſæpe dicimus multa in parabolis dici ſolere. Sed ſi accommodandum ad Chriſtum, & Ioannem eſt. certe non verba, ſed ſenſus eſt accommodandus, Itaque quærendum non eſt, quæ illa Chriſti vox ſit, quam audiens Ioannes lætatus ſuerit. Cum amicus dicitur gaudere *propter vocem ſponſi*, nõ ſignificatur propter ſolam eius vocem gaudere: ac ne propter vocem quidem ſed propter ea omnia, quibus verus ſponſus declaratur, ſiue verba cum ſponſa facta, ſiue aliæ quæcunque actiones ſint: ſed vocem præ omnibus, quibus ſponſus cognoſci ſolet poſuit. Quare Ioannes vocem Chriſti audiuit non ſolum cum loquentem, & Eccleſiam ſpõſam ſuam docentem audiuit: ſed cum baptizantem: cum miracula faciebatur, cum alia omnia agentem vidit, quibus ſe verum eſſe Chriſtum, id eſt, ſponſum declarabat. Quæ omnia videns tantum abeſt vt conabuerit inuidia, vt eius diſcipuli putare videbantur, vt magnam etiam inde lætitiam animo ceperit. Hoc eſt, quod dicit: *Hæc ergo gaudium meum impletum eſt*: id eſt, conſecutus ſum, quod maxime optabam, vt Chriſtum declaratum videretem: itaque nihil iam mihi gratius poteſt accidere. Quaſi dicat, quod Simeon ille dixit. *Nũc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundũ verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Quærunt Chryſoſtomus, & Euthymius, cur ſe Ioannes amicum potius, quam miniſtrũ appellauerit, cum vere miniſter fuerit, & nomen miniſtri plus modeſtiæ, nomen amici plus arrogantiæ præſe ferre videatur: hoc enim ipſum amicũ eſſe ſpõſi honorificum erat. Reſpondent quæſtionem fuiſſe de gaudio, vtrum Chriſti ſplendore, an dignitate gauderet an doleret: voluiſſeque probare gauderet ſe, ideo amicum potius, quam miniſtrum appellaſſe, quia gaudere honore ſponſi magis proprium amici, quam miniſtri eſt.

Luc. 2. 29.

Diuerſitas temporum nativitatis Chriſti, & Ioannis.

30. *Illum oportet creſcere, me autem minui.*] Facile hæc ſententia intelligitur ex ſuperiore. Quando quidem ille verus ſponſus eſt, ego amicus tantum ſponſi, qui ſponſam ad illum, id eſt homines adducebam, quam ὑποπτερίζειν Græci vocant, quamdiu quidem ſponſam ducebã, antequam ſponſus ipſe appareret, aliquis fortaſſe mihi honos debebatur: demonſtrato vero, & cognito iam ſponſo *illum oportet creſcere, me autem minui*, id eſt, eius honorem, dignitatem; conuenit creſcere, meum decreſcere. Ante quam Sol appareat. Lucifer quaſi prænuntius eius toto maxime cœlo ſplendet: quo magis Sol appropinquat, eo magis obſcuratur. Hoc ſenſu Chryſoſtomus, Theophylactus & Euthymius. Commode autem Cyrill. adnotauit nõ eſſe hoc de vero Chriſti incremento, veraq; Ioannis imminutione: ſed de vtriuſque opinione intelligendum. Nã neq; Chriſtus re ipſa maior, neque Ioannes minor futurus erat: ſed maiorem Chriſtus apud homines opinionem, minorem Ioannes habiturus. Non quod minorem homines de illo exiſtimationem, quam ante habituri eſſent: ſed quod de Chriſto maiorem, cuius comparatione Ioannis opinio, etſi re quidem vera nõ decreſceret, tamen decreſcere videretur. Sicut à potu ſoluentibus recedere videtur terra, non quia recedit, ſed quia ipſi procedunt. Melius fortaſſe Gregor. homil. 10. in Euangelia, *Qua in re*, inquit, *quæritur, quid eſt, in quo creuit Chriſtus, in quo imminutus eſt Ioannes, niſi quod populus Ioannem abſtinentiam videns remotum hunc ab hominibus eſſe conſpiciens, eum eſſe Chriſtum putabat. Chriſtum vero cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Chriſtum, ſed eſſe Prophetam credebat. Sed dum alter ſe tempore & Chriſtus, qui Prophetas eſſe putabatur, Chriſtus eſt agnitus: & Ioannes qui Chriſtus eſſe credebatur, Prophetæ eſſe minuit, impletum eſt, qd de Chriſto ſum præcurſor prædixit. Illum oportet creſcere, me autem minui. In æſtimatione quippe populi & Chriſtus creuit, quia agnitus eſt, quod erat: Ioannes, detrimenta, quia ceſſauit dici, quod non erat.* Auguſtinus, & Beda duas ſubtiles quidem interpretationes adhibent, ſed allegoricas. Alteram, quaſi Ioannes omnium hominum perſona loquatur, qui veniente Deo minuti ſunt, quia ſe peccatores eſſe cognouerunt, Deus vero creuit: quia eius gloria magis eſt actu: *Antequam veniret Dominus Ieſus, gloriabantur homines de ſe: venit ille homo, vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria Dei. Etenim venit ille ſine peccato, & inuenit omnes cum peccato.* Alteram, vt ad vtrumq; mortem alludatur: Chriſtum enim creuiſſe quia à terra in crucem exaltatus eſt: Ioannem minutum fuiſſe capite, quia ſecuri percuſſus. Allegoricum etiam, quod Ambroſius ait libro 2. in c. 1. Luc. Ioannem Iudæorum, Chriſtum Chriſtianorum perſonam gerere, ſenſumque eſſe oportere de

Trall. 14. Augaſt.

inceps Chriſtianum populum creſcere, decreſcere Iudaicum. Simile quod idem ſcribit Ambroſius ſer. 12. de Natali Domini, & Auguſtinus libro 83. qq. q. 18. & ſerm. 36. de ſanctis, & Hieronymus in comment. in cap. 4. ad Galatas, Ioannem legem Moyſis, veteresque prophetas: Chriſtum legem Euangelicam, gratiamque ſignificare, qua creſcente illa decreuerint. Magis mirum graues auctores fuiſſe, qui hunc locum aut de tempore, quo Chriſtus, Ioannesque nati ſunt, intelligendũ putauerint, aut ad id certe tempus accõmodauerint: Chriſtum natum eſſe media hyeme, cũ dies creſcere: Ioannem poſt ſolſtitium æſtiuum, cum decreſcere incipiũt. Lego hoc apud Chryſoſtomum, homilia de natiuitate Ioannis Baptiſtæ: lego apud Ambroſium ſerm. 12. de Natali Domini. *Verum*, inquit, *eſt, quod ait Ioannes Baptiſta de Domino ſalutare dicens. Illum oportet creſcere, me autem minui, ſiquidem hoc patiſſimum etiam ipſis temporibus approbetur. Ecce enim in natiuitate Chriſti dies creſcit, & Ioannis natiuitate decreſcit. Illo orto nox luce proficit: hoc naſcente minuitur. Ipſa enim quodammodo tempora famulantia partibus ſuis cum detrimentum faciunt, ſeruum gignunt: cum autem Dominus naſcitur, conſequuntur augmentum.* Lego apud Auguſtinũ ſer. 21. de ſanctis, & in libro 83. qq. q. 53. *Ioannes ipſe, Illũ inquit oportet creſcere, me autem minui. Quod & dictum quibus nati ſunt, & martibus, quibus paſſi ſunt, figuratum eſt. Naſcitur namque Ioannes, ex quo dies incipiunt minui: naſcitur Dominus, ex quo dies incipiunt creſcere. Capite ille minuitur dum occiditur, hic vero exaltatur in cruce.* Ingenioſe hæc dicta ſunt, ſed intelligat lector dicta concionatorie, quemadmodum & ipſum ad populum concionantem dicere non prohibeo; modo moneat illũ, quem ex Gregorio adduximus, verum eſſe ſenſum.

Diuerſitas temporum nativitatis Chriſti, & Ioannis.

Qualem quiſque virũ nem, talem & ſermonem habet.

31. *Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt.*] Reddit Ioannes cauſam, quam ob rem illum oporteat creſcere, ſe autem minui: quia ille de cœlo, ipſe de terra eſt. Cauſam autem reddit plus etiam probantem, quam erat neceſſarium. Non enim ſolum probat Chriſtum maiorem eſſe ſed etiam maiorem omnibus. Eſt enim de cœlo itaque origo eius. & nobilitas poſtulat, vt non ſolum ſupra me, ſed ſupra omnes etiam homines honoretur. Quid ſit de ſurſum eſſe, nemo melius quam Cyrillus Alexandrinus explicat: non ſolum quod vi homo de Spiritu ſancto conceptus fuerit, vt alii nonnulli interpretes intelligunt aut de cœlo, cæleſtiue natura, atque præcellenti, vt Ariani interpretabantur, ſed quod ex Patris ſubſtantia ſit. Deſurſũ enim eſſe in ſcriptura ſacra hoc ſignificare eſſe ex Deo. vt Iacob. 1. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum.* Et vero manifeſtum hoc loco eſt Chriſtum omnibus aliis tanquam Deum hominibus, tanquam creatorem creaturis opponi. Si enim de ſurſum venire nihil ſignificat maius, quam de cœlo deſcendere, cur de ſolo Chriſto, vt Cyrillus argumentatur, tanquam lingulate quiddam, & proprium dictum eſt, quod deſurſum venerit, cum ſæpe angeli de cœlo deſcendant? Quod autem dicit, *ſuper omnes eſt*, *verum videlicet ſit*, idem Cyrillus, & Ammonius presbyter de omnibus generaliter rebus intelligunt ſupra omnia, id eſt, ſupra omnes creaturas eſſe, itaque eſſe creatorem. Quod etſi vera ſententia eſt, tamen ſi germanum huius loci ſenſum ſpectemus, magis Auguſtini, Chryſoſtomi, Theophylact. & Euthymii interpretationem probo, vt ſolas intelligant hominibus. Nam etſi omnibus creaturis infinito diſtamine maior eſt, tamen cum ſolis hic hominibus comparabatur. Quin Beda ad ſolam reſtringit Ioannem ſupra omnes, id eſt ſupra me. Sed nimis enervat vim generalis ſententiæ. At quid eſt Chriſtum ſupra omnes homines eſſe

Qualem quiſque virũ nem, talem & ſermonem habet.

Chryſoſtomus, & Euthymius, in hunc ſenſum exponunt. *ſuper omnes eſt*, id eſt, omnium dignitſimus eſt fide, non indiget meo, aut cuiuſquam teſtimonio. *Ego inquit, non ab homine teſtimonium accipio cap. 5. 34.* Potius de dignitate, & honore loqui videtur Ioannes, *ſuper omnes eſt*, id eſt, maior eſt omnibus, maioreq; honore dignus. De hac enim re ſermo erat, *Illum oportet creſcere, me autem minui.*

Qui eſt de terra, de terra eſt.] Non eſt, vt videtur tautologia. Nam priore loco, *eſſe de terra*, eſt originẽ à terra ducere: poſteriore ex terra conſtare, terrenum eſſe, vt Auguſtinus exponit. Legit enim, *qui de terra eſt, terra eſt.* Quemadmodum ſupra ver. 6 dixit Chriſtus. *Quod natũ eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Ergo priore loco præpoſitio *de* ſignificat originem, poſteriore materiam. Quid igitur? inquit Chryſoſtomus, an Ioannes animam nõ habebat, quæ de terra non erat? Reſpondet habuiſſe: ſed iſthuc de terra eſſe, nihil aliud ſignificare, quam humilem, & abiectum eſſe. At non videtur ſpectaſſe Ioannes niſi primam hominis originem, quæ ex limo terræ fuit, Geneſ. 2. 7. quemadmodum Dinus Paulus 1. Corinth. 15. 47. *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cæleſtis*, vt recte Rupertus interpretatur. Senſus deinde eſt qualem quiſque originem, talem naturã: & qualem naturam, talem ſermonem habet. Qui ex terra habet originem, terreſtrem naturam habet, & terrena loquitur: qui cæleſtem, cæleſtia. Quid ergo an Ioannes cæleſtia non loquebatur? Vtique nam eius baptiſmum, atque doctrinam cæleſtem fuiſſe indicat Chriſtus Matthæi 21. 25. & Phariſæi cum Ioannis conſilium deſperexerunt dicuntur Dei ſpreuiſſe conſilium. Lucæ 7. 30. & ſupra cap. 1. 6. dicitur à Deo miſſus fuiſſe, & verſu 33. *Ego*, inquit, *neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit.* Itaque Ioannis etiam teſtimonium, duminum erat: reſpondent Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius cæleſtia quidem locutum Ioannem, ſed illa ipſa cæleſtia, ſi cum iis, quæ Chriſtus locutus eſt, comparentur, fuiſſe terrena. Melius Auguſtinus, & Beda Ioannem quidem, & cæteros omnes naturæ ſua non niſi terrena loqui, diuina tamen gratia aliquando loqui cæleſtia: probabilius, inquam hoc eſt, quam illud Chryſoſtomi, quod modo diximus. Nam eadem verba à Ioanne dicta, terrena à Chriſto cæleſtia erãt, non comparatione rerum, ſed origine diuerſa perſonarũ. Eodem ferè modo quod Cyrillus dicit, ea quæ dicebat Ioannes, quãuis per ſe cæleſtia eſſent, quatenus ab homine terreno dicebantur, fuiſſe terrena, quia vim homo non habebat eam animis hominum imprimendi; eadem vero à Chriſto dicta fuiſſe cæleſtia, quia tanquam Deus vna cum verbis diuinam quãdam in animis virtutem ingenerabat. Origenes vero in Græca Catena interpretatur Propheras quidem locutos eſſe cæleſtia nõ ſua, ſed aliena perſona, id eſt, Dei, propterea ſolitos dicere. *Hæc dicit Dominus, & factum eſt verbum Domini ad me*: non ſicut Chriſtus dicebat, *Ego autem dico vobis.*

Stat. 5. & 6

32. *Et quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur.*] Quia de ſurſum eſt, vt ſupra dixerat, id eſt. de cœlo propterea cum de rebus cæleſtibus, atque diuinis loquitur, tanquam de rebus ſibi familiaribus, & domeſticis loquitur, quas ſæpe vidit, ſæpe audiuit: hoc eſt *quod vidit, & audiuit.* Itaque neceſſaria non eſt illa Auguſtini diſputatio, quomodo viderit; nihil enim aliud eſt vidiſſe, audiſſeque, quam res diuinas tanquam ſibi domeſticas, quaſque ſæpe tractauerit, cognitas habere. Nec enim vetus ſenſus viſus, & auditus, vt Chryſoſtomus Cyrillus, Theoph. hylactus, & Euthymius adnotauerunt, ſignificarot: ſed quia homines, quæ auditu ſimul, ac viſu norunt, ea maxime

certissime que testantur, eos duos sensus Christo, qua tenus Deus est, tribuit. Si quis in verbis hæreze volet, ad hunc eorum modum interpretari potest, vidisse Christum, que loquebatur, non sensu, vt Chrysostomus monet: sed natura sua, sicut Deus dicitur videre omnia, audisse autem a Patre, quia & scientiam, & omnia prodius, quæ habet, vna cum natura accepit à Patre: accipere eit audire. Nam & Latine accipere & audire sæpe dicimus. Hoc enim sensu dicere solet Christus, *Ego que audiui ab eo, hæc loquor in mundo*, infra cap. 8. 26. & *omnia quecunque audiui à Patre meo, nota feci vobis*, cap. 15. 15. & cap. 7. 16. *mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris*: & cap. 14. 24. *sermonem quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me*, Patris. Eadem B sententia dicit supra cap. 1. 18 *vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*. Esse enim *in sinu Patris* est vidisse, & audisse quæ loquebatur. Et hoc ipso cap. ver. 11. *quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis*: sicut hoc loco Ioannes addit: *& testimonium eius nemo accepit*, pertinacia & incredulitatem hominum, suorum vero maxime discipulorum, vt ait Euthymius, reprehendens, quod Christo, id est ipsi Deo loquenti non crederent: sibi vero crederent, qui nihil, nisi quod ab eo accepissent, loquerentur. Quid dicit, *nemo*, hyperbolice? nec enim nemo, sed pauci eius testimonium acceperunt, vt Chrysostomus ait, quod multo magis probo, quam quod Origenes in Græcorum Catena dicit neminem accepisse, quia esti acceperunt aliqui, tamen nemo eorum vim testimonii eius omnino allecutus est; & quam quod Augustinus, & Beda dicunt, neminem reproborum accepisse. Nam Petrus quidem, Andreas, Philippus, & Nathanael iam acceperant, cap. 1. 40. 41. 45. 47. & ipse Ioannes statim indicat aliquos eius testimonium accepisse.

33. *Qui autem accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est.*] Occasione superioris sententiæ docet Euangelista vel quo capite, quid consecutti sint, qui Christi testimonium acceperunt, quid qui non acceperunt: *Qui accepit*, inquit, *testimonium eius, signauit, quia Deus verax est*. Peruerta in hunc locum est hæreticorum interpretatio, qui ita intelligunt, signare credentem, quod Deus verax sit, quia Spiritus sancti tanquam arra illi datur, qui eius animum firmet, testimoniumque illi reddat, quod Dei filius sit veraci, credat. Nam esti id non eo, quo ipsi, sed eo sensu quo D. dicit Paulus, verum est, 2. Cor. 1. 22. & Ephes. 1. 3. tamen illud non est obsignare sed obsignari. Itaque D. Paulus illo loco non dixit nos obsignare, sed obsignari Spiritu Dei sancto; Ioannes vero hic non dicit eum, qui Christi recipit testimonium obsignari, sed obsignare hic obsignat Deum, ille obsignatur à Deo. Sensus ergo est, eum, qui Christi recipit testimonium, eo ipso testari, & quasi adhibito sigillo profiteri Deum esse veracem. Nemo enim credit, nisi quod verum esse putat. Quare qui Christi testimonium credit, verum esse confirmat, & cum Dei testimonium sit, testatur se credere Dei testimonium verum esse, hoc igitur *signauit, quia Deus verax est*. Quis est, dicet aliquis, qui non credat Deum esse veracem? Nemo, nisi fadeo impius est, qui Deum ipsum esse non credat. Sed hoc E interest inter eos, qui Christo credunt, & eos qui non credunt: quod illi eum Deum veracem esse credant, id ipsum non solum generaliter, & vniuerse, vt omnes homines credunt: sed re ipsa, & vt sic dicam, in particulari se credere declarant, cum id credant, quod re ipsa à Deo dictum est, hi vero etsi credunt generaliter: tamen dum in particulari Christo non credunt, ostendunt, se quodammodo, ne generaliter quidem credere. Illa quæstio tem magis con-

Theophylactus; & Euthymius non solum exponit, A sed etiam legit. *Non enim huic ad mensuram dat Deus spiritum.* Quid sit *ad mensuram*, vel non ad mensuram dare facile ex ipsis habemus intelligitur. Habere ad mensuram spiritum, est vnum, eundemque hominem non totum habere spiritum, sed cum, vt ait D. Paulus, *alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ*. Habere spiritum non per se, sed per participationem, vt Theologi loquuntur, id est, ad mensuram habere: & eo modo dare, est ad mensuram dare. Habere autem per se, actotum, non participatum spiritum, est illum non ad mensuram habere, & hoc modo dare est non ad mensuram dare. At qui datum habet, quomodo per se, quomodo non participatum, quomodo non ad mensuram habet? Quia non donō, sed natura, non largitione, non distributione, sed B generatione datum habet. Per se autem quisque habet, quod natura habet. Vnde sequitur illud, quod Cyrillus tradit, eum, qui spiritum non ad mensuram habet, & aliis dare posse, eos vero, qui ad mensuram habent, dare non posse: obiicientique sibi etiam Apostolos per impositionem manuum Spiritum tanquam solitos dare *Act. 8. 17. 18. & 19. 6.* respondet Apostolos non per se, non propria auctoritate tanquam rem suam, sed orando tanquam rem alienam impetrasse, & tradidisse. Necessariam hoc loco interpretes quæstionem præterierunt, quomodo Ioannes probet Christum verba Dei loqui, ex eo quod ei non ad mensuram Deus spiritum dederit, hoc enim apparet ex ratione probatur voluisse. Sic opinor, qui ad mensuram spiritum habet, non necesse est, vt quid quid loquatur, verbum Dei sit: potest enim aliquando non Dei, sed suo ipsius spiritu loqui, quod sæpe Prophetæ facie bant. Qui autem non ad mensuram habet spiritum, eum non alium spiritum, quam diuinum habeat, non potest nisi ex spiritu Dei loqui, itaq; quid quid loquatur, verbum est Dei.

Quomodo Ioannes probet Christum verba Dei loqui.

Christus à Patre quomodo missus.

1. Cor. 12. 7. Habere per participationem, & ad mensuram.

Atticorum sermones interpretatum.

Ioan. 14.

35. *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.*] Hæc verba & ad præcedentem, & ad sequentem sententiam referri possunt. Ad præcedentem Ammonius, Augustinus, & Chrysostomus, & Euthymius hoc sensu referunt, vt quoniam missum dixerat Christum, & spiritus illi datum, ne tanquam seruus missus putaretur, declarat se fuisse filium, ideo que tam opere dilectum, omniaque in manu eius tradita Theophylactus contra, quia Ioannes de Christo tanquam de Deo locutus fuerat, de eodem nunc tanquam de homine loqui. Ad sequentem autem sic, vt quoniam dictum erat *qui credit in filium, habet vitam æternam*, tantam ante eius tei ponat, *quia Pater diligit Filium*. Melius opinor intelligemus causam reddi, cur non ad mensuram datus sit illi spiritus, quia cum filius vnicus sit, omnia quæ Pater habet, cum eo communicat. Porro quæ hic dicuntur, alibi de Christo tanquem Deo dici patent. vt Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Phœbadius in libro contra Arianos. Vtramque sententiam Cyrillus, & Theophylactus probabilem parant. Si ergo tanquam de Deo dici intelligimus, non sic intelligendum est quod dicitur, *Pater diligit Filium*, quasi causa hic reddatur, cur omnia Pater in manus eius de derit non enim diligendo, sed generando dedit illi omnia: sed sta intelligendum, vt illa coniunctio *nal &*, idem valeat quod atque adeo, vt sensus sit, Pater diligit Filium, atque adeo omnia in manus eius tradidit: aut non solum Pater diligit Filium sed omnia etiam tradidit in manus eius. Non possumus melioribus verbis interpretari, quam Augustini. *Alterum*, inquit, *omnia dedit in manu eius: vt nosses & hic aqua distinctione dictum sit, Pater diligit Filium, Quare enim? Pater non diligit Io-*

annem? Et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit Paulum? & tamen non omnia dedit in manu eius. Pater diligit Filium, sed quemodo Pater Filium, non quemodo dominum seruum: quomodo vnum, non quomodo adpratum. Itaq; omnia dedit in manu eius. Quid est omnia? vt tantum sit Filius, quantus est Pater. Ad æqualitatem enim sibi genuit eum, nec rapina non esset, in forma Dei esse æqualem Deo. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Ergo cum ad nos Pater dignatus est mittere Filium, non putemus aliquid minus nobis missum, quam est Pater, Pater mittens Filium, se alterum misit. Si de Christo tanquam homine interpretemur, nec sic quidem propriea amor tanquam causa redditur, cur omnia Pater in manus eius dederit. Non enim prius Pater hominem illum Christum dilexit, deinde omnia illi dedit: sed simul formauit, & Filij personæ contexit, simul omnia, quæ habebat cum eo communicauit, vt exponit Ammonius, postea dilexit. Omnia enim, quæ habebat Pater, & Filius antequam homo fieret, habebat, & cum naturam humanam sumpsit, omnia cum homine communicauit. Quod autem dicit *Omnia dedit in manus eius*, quid am sic exponunt: Omnia dedit hominibus per manum eius: non satis, vt mihi videtur, apte: cum hic non quid nobis per illum, sed quid illi ipsi Pater dederit, Ioannes agat: aliqui non dixillet, *Pater diligit Filium*: sed Pater diligit nos in Filio: sicut dixit Dimus Paulus, Ephes. 1. 6. *Gratificauit nos in dilecto filio suo*. Neque dixisset, vt opinor, *filium dedit*, sed *filio dedit*. Præterquam q; præter omnium bonorum auctorum opinionem hoc dicitur. Illi ergo dedit, vt tanquam naturalis filius haberet, sed tanquam homini dedit, non solum vt sibi ipse haberet, sed vt ea hominibus, quibus vellet, & quatenus vellet, distribueret. Propterea fortasse dixit *in manu eius*, id est in eius potestate, vt significaret posse eū, quibus velit, & quatenus velit dare; intelligerent q; discipuli, quibuscum loquebatur, q; tantam illi gloriam inuidebant, non posse quēquam, nisi per eum quidquam habere. Sensus igitur est Filium non solum, quia natura sua Deus est, sed etiam, quia Pater voluit, & omne quodammodo ius, quod in homines habebat, in illum transtulit, omnē non solum suam, sed etiam Patris, ac totius Trinitatis habere potestatem, omnium personarum personam gerere, vt possit de hominibus, quid quid velit, facere. Propterea, qui in eum credit, in Deum credere: qui non credit in eum, in Deum non credere: & qui credidit in eum, habere vitam æternam: qui autem non credit, non habere: sed iram Dei manere super eum. Eodem sensu atque eandem ob causam Christus ipse dixit Matth. 28. 18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes*, & Ioan. 17. 2. *Pater vere. Vt omne dederis ei, vt det eis vitam æternam.* Et *dedisti ei potestatem omnis carnis*, & Io. 13. 3. *sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.*

Matth. 28. Ioan. 17. 2.

36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*] Videtur Ioannes docere his verbis voluisse Filium vnicum esse viam, qua salutem consequi homines possint. Itaque conclusio hæc est superioris disputationis. Quia enim pater tradidit in manus eius, necesse est, vt quisquis vitam æternam, quam solus Deus dare potest habere velit, de eius accipiat manu. Quod facere non potest, nisi credat. Fides enim est, qua ad Deum peruenimus. Notant Chrysostomus Ioannem quamuis cum illis solis suis discipulis loqueretur, qui ægre ferebant, quod Christus baptizaret, & omnes ad eum fluerent, generaliter tamen sententia qua omnes omnino homines comprehendit, *qui credit in Filium* quisquis sit, *habet vitam æternam*: quisquis non credit, non habet. Habere autem

dicitur vitam æternam qui credit, non habiturus esse: vel quia Christum per fidem habet, qui ipsa per se vita est, quia *in ipso viuimus, & mouemur, & sumus*, vt Cyrillus, & Theophylactus interpretantur, *Vita*, inquit, *ego, si eam non ego, viuit vere in me Christus*, Galat. 2. 20. Vel quia arrhabonem quodammodo habet vitæ æternæ, sicut Diuus Paulus ait, *ipse salutis nostræ sumus*, Roman. 8. 24. & Petrus 1. epistola, cap. 1. 5. *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo*. Vel, quod magis credo, verbum illud, *habet*, non actum, sed ius, & potestatem declarat. Quasi dicat, *qui credit in Filium*, ius habet, vt perueniat ad vitam æternam, aut potest habere vitam æternam, quamuis eam non continuo habeat, aut habiturus sit: quem admodum capit. 1. 12. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius*. Ita refellitur hæreticorum interpretatio ad hunc modum scribentium in hunc locum. *Per profusionem in fide positam esse dicet: nec inuitus: quandoquidem per eam possidetur Christus*. Quibus Chrysostomum oppono auctorem haud paulo meliorem sic hoc loco loquentem: *Numquid ergo satis est ad vitam æternam in Filium credere? Minime. Non enim omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: & peccatum in Spiritum vel solum est satis: vt in infernum detrudat. Et quid de parte dicit inaliquet? Nam si in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum recte credideris, non autem recte vixeris, nulla tibi ad salutem vtilitas*. Cum ergo dicit: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, nolimus hæc nobis ad salutem satis arbitrari: opus namq, nihil est fide, nisi vita, & morum puritate pollere*. Sed hanc hæresim apud Matth. c. 9. 2. refutauimus. Quod sequitur, *qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam*, ideo per futurum, non per præsens tempus dictum est, vt maiorem emphasim haberet: sensus enim est, nō habebit vitam, id est, neque habere poterit, neque vnquam poterit quādiu incredulus est. Eodem pertinet quod obseruauit Cyrillus non dixisse, non habebit. sed *non videbit*, vt significaret non solum non posse illum, sed ne visuros quidem, aut gustaturos.

Act. 27. 22.

Qui credit in Filium habet, vt perueniat ad vitā æternā. Calumnia per. uersa existimatione refellitur. Homil 30.

Matt. 7. 21. Matth. 12. 31 32. Mar. 3. 29. Luc. 12. 10. Ioh. 20. 3.

Sed ira Dei.] Adnotarunt Chrysost. & Euthym. nō dixisse Ioannem, ira Filii, sed *ira Dei manet super eum*, quanquam Filius est, qui iudicaturus est, quo magis, inquiunt, auditores deterreret, qui magis à Patre, quē Deum esse non dubitabant, quam à Filio, de quo dubitabant, sibi timerent. Iram autem supplicia vocauit vt Ammonius, & Cyrillus monuerunt.

Inf. 5. 22.

Manet super eum.] Hoc verbum duplicem habet emphasim: alteram August. alteram Chrysost. Theophylactus, & Euthym. obseruarunt. August. quidem significati eo verbo ante iram Dei super omnes homines fuisse. quia omnes erant natura *filij iræ*. Non enim venit, sed manet, quæ prius super illos erat, ira Dei super eosdem, quia credere in filium noluerunt, quæ sola erat via iram Dei à se depellendi. Sic dicit ca. 9. 41. *si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis, quia videmus: peccatum vestrum manet*. Chrysostomus vero, Theophylactus, & Euthymius significari iram Dei non ad tempus, sed perpetuo super eos futuram esse; hoc enim esse manere stabilem: & immotam esse. Non absre ab aliis notatum est, duplicem hic damnatorum pœnam designari. Alteram, non habere vitam æternā, quā Theologi pœnam damni: alteram supplicia pati, quā pœnam sensus vocare solent.

Ad Eph. 2. 3.

Duplex damnatorum pœna, damni & sensus.

CAPVT IIII.

Sap. 3. c. 12.

1. *VT ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes, 2. (quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) 3. reliquit Iudæam, & abyt iterum in Galilæam. 4. oportebat autem eum transire per Samariam. 5. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.*

Gen 33. d. 19. & 48. d. 22. Ios 24. 32.

6. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Iesus: Da mihi bibere. (8. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.) 9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. 10. Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. 11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo hauries habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? 12. Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? 13. Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem bibert ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: 14. sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. 16. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. 17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: 18. quinque enim viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. 19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. 20. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. 21. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. 22. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. 23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. 24. Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. 25. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, (qui dicitur Christus) cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia. 26. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. 27. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? 28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abyt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: 29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. numquid ipse est Christus? 30. Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. 31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. 32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. 33. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? 34. Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.

Deu. 12. a. 6. 4. regum 17. 5. 41.

1. Corinth. 3. d. 17.

35. Nōn

35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. 36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. 37. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. 38. Ego misi vos, metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. 39. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. 40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. 42. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi. 43. Post duos autem dies exijt inde: & abyt in Galilæam. 44. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. 45. Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. 46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. 47. Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abyt ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. 48. Dixit ergo Iesus ad eum: nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. 49. Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius meus. 50. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. 51. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. 52. interrogabat ergo horam abeo in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. 53. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. 54. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudæa in Galilæam.

Matt. 9. d. 37. Luc. 10. c. 2.

Matth. 9. d. 15. Mar. 2. d. 19. Luc. 5. d. 34.

Sap. 2. a. 8.

IN CAPVT IIII.

1 VT ergo cognouit Iesus.] Græca exemplaria legūt, ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος, Dominus, quam lectionem si tamen sequens nomen Iesus probabilem facit. Nec enim verisimile videtur esse eodem versu bis eodem nomen iteratum. Cyrillus hæc cum ver. 26 superioris capitis iungit, vbi narrauit Euangelista discipulos Ioannis quæsitos ad eum detulisse, quod Christus baptizaret, omnesque ad eum confluerent: Ioannem inuidiam suorum discipulorum repressisse. Christum vero inuidiam fugisse Phariseorum, seque in Galilæam recepisse. Quod non ita intelligendum est, quasi statim hoc post illud factum sit. Longum enim inter illam Ioannis concionem, & hunc in Galilæam secessum Christi fuit interuallum. Nam, vt probauimus apud Marcum c. 1. 14. cum Christus ad vitandam Phariseorum inuidiam in Galilæam secesserit, iam mortuus erat Ioannes. Sed nimirum Euangelista non temporis consequentiam, sed rerum similitudinem secutus est. Erant autem res similes discipulorum Ioannis æmulatio, & Phariseorum inuidia: ideo cum de illa locutus fuisset, de hac loqui cepit, narrare que, quid ex ea consecutum fuerit, Christum in Galilæam discessisse, iter per Samariam habentem primum mulierem illam Samaritanam, deinde gentem totam commouisse. Rationes aliæ, quibus alij quidam hæc cum superiore capite coniungunt, ne referendas quidem iudico: & quia probabiles esse non arbitror, & quia facile quisque apud alios vulgares auctores leget. Ita Ioannes loquitur quasi Christus ex aliorum auditione cognouerit, quod ipse per se prius ignorauerit, non quod non omnia tanquam Deus cognita habuerit, atq; per se pecta: sed quod tanquam homo humano more ostendat se ex hominibus scientiam colligere, vt Ammonius, & Cyrillus adnotauerunt.

Non tempus consequentiam, sed rerum similitudinem sequitur Euangelista.

Quia audierunt Pharisæi.] Indicant Chrysostomus, & Theophylact. id Phariseos ex discipulis illis Ioannis audiuisse, qui Christum quod baptizaret, apud magistrū accusauerant. Probabile, sed incertū. Illud obseruandū, nō dixisse Ioannē Phariæos vidisse, sed audiuisse, vt indicaret eos nō fuisse coloros ad Christū venire.

Quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes.] Baptizare Christus dicebatur, cum non ipse, vt statim declarat Euangelista, sed eius discipuli baptizarent: siue quia nuntij illi, qui id ad Phariseos detulerunt, vt res inuidiam augeret, mentiti sunt, dixerunt que ipsummet Christum baptizare, vt Chrysostomus & Theophylactus putant, & Euangelista videtur indicare, cum addit, *quamquam Iesus non baptizaret*, quasi dicat, quamuis ipse non baptizaret, tamen audiuerunt Pharisæi ipsummet baptizare, ideoque ægre tulerunt: siue quia, quod discipuli aut imbente, aut sciente, & non contradicente magistro faciunt, magister ipse dicitur facere, vt Ammonius exponit: sic enim reprehensum Eli fecerdotem, quasi ipse faceret, quod filios suos facere sciebat, nec prohibebat 1. Regum 2. 30. siue vt Augustinus & Beda sentiūt quia ille ipse baptismus, quem Christi discipuli conferebant, Christi erat, ab eo institutus, ab eo virtutem habens, eius datus nomine, & auctoritate. Quod ipsum magis augebat inuidiam. Maioris enim erat auctoritatis per alios tanquam dominum per ministros, quam per se quasi ministris carentem baptizare: & suo nomine, quam aut nullo, aut alieno conferre baptismum. Atque hoc ipsum fortasse significare Ioannes voluit, cum adiecit, *quamquam Iesus non baptizaret*. Quasi dicat, quanquā scirent non ipsum Christum, sed eius discipulos baptizare, tamen id ipsū iniquo animo ferebant, & quod minuere eorum odium debere videbatur, quod non per se, sed per discipulos baptizaret, id augebat. Quæ tunt quidam eius rei causam, cur Christus ipse nō baptizauerit. Caueat lector ne respondeat, quod nonnullos non malos auctores respondere video, ideo non baptizasse Christum, quia nondum per baptismum daretur spiritus, qui non nisi post resurrectionem datus sit, & non decuisse Christū ipsum per se sine spiritu baptizare. Quā de baptismo ante resurrectionem sententiam etsi magnorum auctorū fuisse diximus, tamen c. 3. 22. refutauimus. Neq; sequenda Tertulliani sententia est, qui in lib. de baptismo putat, tunc discipulos Christi non ipsius Christi, sed Ioannis baptismum contulisse. Meliorem eius rei causam D. Thom. & Lyranus indicant, ideo non ipsū per se baptizasse Christum, quod in rebus grauioribus, in docendo, in faciēdis miraculis esset occupatus.

Cur Christus ipse non baptizauerit.

Si-

Sic debere præsules Ecclesiæ res grauiores per se, minores per alios agere. Sic Apostolos institutisse diaconos, quia non erat *bonum relinquere verbum Dei, & ministrare mensis*, Act. 6.2. Sic Moysem consilio Iethro soceri sui cum septuaginta duobus senioribus populi partitum fuisse laborẽ, Exod. 18.19.20. Deut. 1.13.15.

3. *Reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam.* Iterum in Galilæam abiisse dicit, quia cap. 1. 43. dixerat, postquam baptizatus esset, & duos sibi discipulos Petrum, & Andream aggregasset in Galilæam se contulisse. Postea vero narrauerat ex Galilæa in Iudæam tendisse, vt Ierosolymæ diem Paschæ festum celebraret. c. 2. 13. Hanc versum satis apud Marcum cap. 1. 14. explicauimus. Duo hic exponenda, quare Christus ex Iudæa discesserit, & quare in Galilæam potius, quam alium in locum se cõtulerit, præsertim cum illic Herodes dominaretur, qui Ioannem iam occidisset. Vtraque quæstio facile soluitur. Ex Iudæa discessit, vt Ioannes indicat, vt Pharisæorum furori cederet: non dum enim venerat hora eius: itaque tempus non erat eos irritandi. vt Theophylactus, & Euthym. interpretantur. Quid ergo? an in Galilæa non erant Pharisæi? Erant sane, sed pauciores, & minus inuidi, minusque potentes, quam in Iudæa, maximeque Ierosolymis, vbi ea potissimum, vt Iosephus ait, secta regnabat. Herodem vero non erat, quod timeret; cum non ille sibi inuideret, sed Pharisæi. Ioannem enim non propter doctrinam, sed propter Herodiadem concubinam suam occidit Matth. 14. 3. Duplex nobis exemplum, vt notauit Theophylactus, vno facto edidit, & vt mimi eorum cedamus iræ; & vt non temere nos, ac sine vtilitate periculis proponamus. At non poterat Christus Pharisæorum inuidiam cohibere? Poterat, vt Chrysostomus, & Theophylactus notant, sed noluit, vt se verum hominem ostenderet, qui more hominum fugeret. Et si per medium iporum, vt alibi fecisse legimus, inuisibilis factus e manibus eorum eua fisset, maiore eos inuidia, maiore diuinitatis suæ declaratione inflammasset. Et nondum, vt diximus, tẽpus erat, vt id faceret.

Pharisæorum facta terribilia non potest.

4. *Oportebat autem eum transire per Samariam.* Vt hunc locum lector intelligat, recordetur historiæ, cuius hoc loco admonent Ammonius, Chrysostom. Euthym. Theophylactus. Samaritanos inter Gentiles à Iudæis habitos, quod Assyriorum essent colonia. Post ea enim quam decem tribus, quarum regia erat Samaria, in captiuitatem ductæ sunt à Salmanasar Assyriorum Rege, Chaldæus ibi, & Assyrios habitatores pro Israelitis collocauit: sed cum à leonibus propter idololatriam vexarẽtur, misit eo Salmanasar sacerdotem vnum ex iis, qui inde captiui abducti fuerant, vt religiones procuraret. Quo factum est, vt alia gens alios eodem in loco haberet deos, alioque ritu coleret, & mulæ in vnam religionem confunderentur. 4. Reg. 17. 26. 27. 28. Ideo non vocabantur Iudæi Samaritanis, sed eo tanquam Gentiles execrabantur, infra ver. 9. Ideo dicit Christus cum ad prædicandum discipulos mittit, *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* Matth. 10. 5. Ne igitur videretur Christus & Iudæorum consuetudinem, & suum ipsius præceptum violasse, quod ad Samaritanos Iudæorum hostes quasi transfuga se contulisset, duobus verbis Euangelista id factum excusat. Alterũ est, quod dicit, *Oportebat*: quasi dicat, nõ fecisse Iudæorum odio, aut prudentiæ: sed necessario, quia non poterat in Galilæam, quo tendebat, peruenire, nisi transiret per Samariã, vt Chrysost. Cyrill. Theophylact., & Euthymius adnotarunt. Alterum est, quod non dicit, *oportebat ire*, sed διὰ τοῦτο *transire per Samariam*, non vt ibi habitaret, aut diu maneret, sed vt illac iter haberet. Nemo, opinor, nescit Samariam & integræ regionis, & vnius vrbis, quæ in ea regione metropolis erat, nomen esse. Hic igitur, vt ex sequenti versu manifestũ est pro tota regione ponitur. A

Samaritanos Iudæi tenuerunt Gentes exercrabãtur.

5. *Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.*] Omnes docti consentiunt auctore Hieronymo Sichar, & Sichem, aut Sichimam eandem fuisse vrbem. Sed Hieronymus, & alii nonnulli secuti eum. Sichar pro Sichem aut corrupte legi, aut corrupte vrbem dictam existimant: alii vtroq; vocatam nomine Sichem filium fuisse Hemor, à quo Iacob agrum illum centum emit agnis, de quo Ioannes hic mentionem facit, constat ex Genes. 33. 19. Is autem ipse fuit, qui Dinam filiam Iacob curiosè per vrbem vagantem constuprauit Genes. 34. 2. Ab eo nomen datum vrbi. Cum Ieroboam à Roboam Rege Iuda decem subduxisset tribus Regiam ibi constituit, quod locus esset, vt ait Hieronymus, vbertimus 3. Regum 12. 25. quod & Psa. 59. 8. & 107. 8. significatur. *Dividam Sichimam, & convallem tabernaculorum dimetiar*, tanquam de loco enim vbertimo id dicit. Locus deniq; erat multis rebus nobilis, Abrahami peregrinatione, cum primum è patria sua iussu Domini egressus est, Genes. 12. 6. Stupro Dinæ, & cæde ciuium in eius sceleris vltionem facta, Genes. 35. 1. ossibus Iacob, quæ ibi eius filii pascebant, Genes. 37. 12. ossibus Ioseph ibi sepultis Iosue. 24. 32. defectione decem tribuum à duabus reliquis, & nouo regno inibi constituto 3. Reg. 12. 25. bello Abimelech, à quo euersa, & incensa ea vrbs est, Iud. 9. 49. multisq. rebus aliis, quas facile in scriptura lector inuenier. Quæ vna fuit causa, quamobrem tam accurate Ioannes locum describeret. Altera quod id esset non solum vtile ad fidem historiæ, sed etiam ad intelligendam sequentem narrationem necessarium. Dicturus enim erat, quomodo mulier illa Samaritana respondisset, *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum?* ver. 12. B

Ebr. 2.

Arianorum argumẽta futilia.

Psal. 136. 1.

Iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.] Historia est Genes. 48. 22. Hoc autem non erat prædium illud, vt plerique putant, quod iuxta vrbem Sichem emerat Iacob à filiis Hemor cẽtum agnis Genes. 33. 19. Nam illud Iacob emerat, hoc autem, quod dedit Ioseph iure belli acquisierat. *Do*, inquit, *tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Itaque potius agrum illum, quem centum agnis emerat, cæteris fratribus; illum vero, quem ab hoste bello ceperat, Ioseph dedit; sed quia eodem loco erat, hanc vocat partem illius. Dicit autem se eam tulisse de manu Amorrhæi *in gladio, & arcu suo*; quamuis non ipse, sed filii eius Simeon, & Leui armata familia tulissent: cæsis propter sororis stuprum ciuibus Sichimæ ipso potius inscio, posteà vero dolente: quia quod filii fecerant, ipse fecisse putabatur. C

Ebr. 4. Tullius Iuo.

Hora autem erat quasi sexta.] Meridiana. Sæpe enim monuimus in duodecim horas diuisum fuisse diem, itaque sextam fuisse meridianam. Designauit autem tempus Euangelista, vt causam tacite aliam redderet fatigationis, & sitis Christi. Non ipsum enim propter confectam iter pedibus, sed etiam quia meridies iam erat, totoque matutino tempore pedibus iter factiens nõdum cibum sumpserat, & tolis iam ardor vigebat, lassus erat, vt Cyrillus, Ammonius, Theophylactus & Euthym. adnotarunt. Illud quoque obseruantes cauteEuangelistam non dixisse horam fuisse sextam, sed quasi sextam, vt indicaret se summam habuisse curam veritatis, vtique docens et eram in rebus minimis eandem cautionem adhibere. Probè est ingenii dubie dicere, quæ sunt dubia. D

Probè est ingenii dubia dubia dicere.

7. *Venit mulier de Samaria haurire aquam.*] Venit mulier Samaritana Samaria enim hoc loco, sicut & supra ver. 4. non vrbis, sed totius regionis nomen est. Nec venit mulier ex vrbe Samaria, quæ longius aberat, sed ex vrbe Sichem, aut Sichar, quæ proxima erat, vt ver. 5. dictũ est. Quid ergo necesse erat, vt Euangelista notaret mulierem Samaritanam fuisse? Vt causam & originẽ indicaret futuri colloquii inter ipsam, & Christum, quod inde natum est, quod Christus Iudæus cũ E

fontem sedebat: affert enim secum sitim fatigatio: & indicat sedisse Christum, & vt quiesceret, quia lassus erat, & iuxta fontem, vt expectaret, dũ veniret aliquis ad hauriendam aquam, qui sibi potum daret. Quod autem addit, *ex virtute*, causam reddit ipsius fatigationis. Fatigatus erat, vt hominem vt Deus, infatigabilis erat: qui omnia portabat *verbo virtutis suæ*. Itaq; futilis erat Arianorum argutia hoc loco, vt Cyrillus indicat, aburentium. Melius hinc Marcionitæ, Valentiniani, & Manichæi nostris auctoribus refutabantur, qui Christum negabant verum fuisse hominem: quod Irenæus fecit lib. 3. c. 22. Multa hic Chrysost. Augustin. & sedula singulis verbis moraliter disputant, nos nostrum sequimur institutum.

Sedebat sic supra fontem.] Hebraissimus, עַל *supra* pro iuxta. Vt, *Super flumina Babylonis, illic sedimus, & flevimus*, id est, iuxta. Quod autem dicit *sic*, οὕτως, multos vexauit interpretes. Chrysost. Theophylactus, & Euthymius duobus modis exponunt. Primum *sic*, id est, prout casus ferebat, deinde *sic*, id est humi, sine sede, quod eodem fere redit. Alii putant esse mimesim, quasi voluerit Euangelista sedentis habitum repræsentare, quod ego nullo modo probo. Nec enim Ioannes histrionis, sed Euangelistæ, cuiusque non loquẽtis, sed scribentis personam agebat; quo modo non poterat habitu sedentis habitum exprimere. Alii referunt ad verbum *fatigatus*, quasi sensus sit, *sedebat sic*, id est modo, habituque hominis fatigati. Ego illa tiam, aut casu iam de particulam esse arbitror, quo sensu etiam apud Ciceronem poni Latinè dictionem *sic*, nonnulli Grammatici nostrum. *Sic*, inquit, *tot simul vitia, tanta, continentia gravitatis, iustitiæ, fidei defecerunt.* Eodem enim modo Hispani, Itali, Galli quorum linguæ ex Latina manarunt, loqui solent, Venit Petrus de via, & ita sedit, id est, propterea sedit, aut, sedit ergo. Sed Latini fusè quæ tionis dicunt. Itaque hoc ipsum Hebræorum est idioma בן pro עלבן ita, pro itaque, aut ita, pro propterea. Cuius Hebraismi exempla hæc ob oculos ponit Psal. 60. 9. בארבי תשבון לעי *Super psalmum dica nomini tuo in secula in secula*, id est, ergo Psalmum dicam, aut, itaque Psalmum dicam, aut propterea Psalmum dicam nomini tuo. Simile quid iam apud hunc ipsum Euangelistam c. 8. 59. in nonnullis Græcis exemplaribus, & Act. 20. 11. & 28. 14. Quinquam his tribus posterioribus locis potius videtur dictio οὕτως posita esse pro *tamen* posteà. A

Ebr. 2.

B

C

D

E

8. *Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.*] Non satis apparet, cuius rei causam reddat particula illa *enim*. Itaq; nonnulli pro aduerbio sumpta putarunt, quasi dixerit. Discipuli autem eius abierant in ciuitatem. Et quidem sæpe γὰρ pro δὲ poni, id est, *enim* pro autem exempla sunt frequentissima: sed hoc loco proprietatem suam mihi posse videtur retinere. Primum causa reddi potest, cur ipse per se Christus aquã à muliere petiisset. Si enim discipuli affuissent, illi vtique aut hausissent, aut pro illo à muliere postulassent. Petiit ergo per se ipse, quia discipuli aberant in ciuitatem. Potest deinde reddi tacitè ratio, cur Christus solus cum sola muliere locutus fuerit, & posteà admirati discipuli dicuntur ver. 27. Propterea enim locutus cum illa solus est, quia vna ex parte vergebat litis, ex alia discipuli in ciuitatẽ aberant. Quãquam boni auctores Christum non vere sitiuisse putant, sed sitim simulasse, vt sermonis ansam mulieri porrigeret, Maximus hom. de eleemosyna, siue Ambrosius is est. Hic etiam Chrys. & Euthy. quærunt, quare Christus omnes prorsus discipulos aut miserit ipse in ciuitatem, aut abire permiserit, cur non aliquẽ apud se retinuerit, ne solus omnino remaneret. Respondent id Christum simul, & Apostolos humiliare fecisse, illum quod natura humilis esset, neq; ægrè ferret sine comite esse hos, quod Christi moribus essent assueti, ideoq; solum reliquerint. Credibile etiam est voluisse omnes eiusdem laboris participes esse, certatimq; in vrbem festinasse, vt Domino, quæ necessaria erant, emerent, ac putarent. Notant idem auctores, atq; Theophyl. adeo pauperem fuisse Christum, vt viaticum nullum secum ferret. *Christus voluntarium sustinuit ieiunium.*

9. *Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana.*] Quærunt Ammonius, Chrysostomus, Theophylact. & Euthym. quomodo mulier illa cognouerit Christum esse Iudæum? respondent, aut ex habitu, aut ex sermone facile cognoscere potuisse. Valde id vero simile est, cum enim Samaritani origine Chaldæi essent, esti credibile & habitum, & sermonem diuersum habuisse, licet diuersum habebant religionem. Nam & Galilæi cum eiusdem essent gentis, atque religionis, linguæ tamen aliquo discrimine à Iudæis dignoscebantur. *Vere tu ex illis es, & loquela tua manifestum te facit*, inquiunt Iudæi illi, Matth. 26. 73. Quin singulas, aut aliquas certe tribus propriam aliquo modo, quo facile dignoscerentur, idioma habuisse ex illa historia colligitur, quæ Iud. 12. 6. legitur, vbi tot Ephraimi occisi sunt, quod litteram vnam ש more cæterorum Iudæorum pronuntiare non potuerint. *Singulorum tribuum proprium quid fuerit.*

Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.] Non vtuntur, non habent consuetudinem Iudæi cum Samaritanis. Noster interpres, licet minus Latino vocabulo, exprimere tamen voluit vim præpositionis, Græcè συγχρῶνται, cõsuuntur, ad verbum, quod significat non fuisse inter Iudæos, & Samaritanos vtro, citroque consuetudinem, atque commercium. Dubium cuius hæc verba sint, mulierisne Samaritanæ, quæ hoc tũ dixerit, vt sententiæ suæ ratione redderetur Euangelistæ causam asserentis, quare mulier dixerit, *Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis?* Theodorus Mopsuest. in Græca Catena, Chrysostomus,

soſtomus. Theophylactus mulieris verba eſſe putant. Rupertus ſolus, quantum equidem memini, Euangeliſtæ tribuit. Et eſt quidem virumque probabile: ſed illud prius aliquanto probabilius, & quia plures habet auctores, & quia Euangeliſta potius dixiſſet ἀ συνχρῶντο, non cõlitebantur, quam *non communtur Iudæi Samaritanis*. Cur autem non vterentur, ratio eſt nota, quia, vt expoſuimus verſu 4. Samaritani, quia origine Chaldæi erant, pro Gentilibus, à Iudæis habebantur, & non habebant commercium Iudæi cum Gentilibus, ne ab illis contaminarentur, Prohibuerat enim Deus Deuter. 7. 2. ne cum illis inirent fœdus. Eo etiam maiore Iudæi odio Samaritanos proſequebantur, quod cum Iudæi non eſſent, veram ſe Iudæorum religionem habere contenderent. Quemadmodum nunc qui vere Catholici ſunt maiore odio Caluiniſtas, cæteroſque omnes hæreticos, quam Gentiles proſequuntur: quod illi magis ſupplicio, hi magis commiſeratione digni ſint. Maxime vero Iudæi à communicatione cibi, & potus cum Gentilib. abhorrebant, quod ea potiſſimum re pollui ſe putarent. Nam à colloquio quidem cum illis non abſtinebant, in rebus præſertim neceſſariis. Quod adeo inſitum in animis eorum erat, vt vix etiam à factis iam ex Iudæis Chriſtianis poſſet auelli. Chriſtiani enim erant, qui Petrum reprehendentes, dicebant: *Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?* Act. 11. 3. Eademque de te Petrus eſt à Paulo reprehenſus, quod *prius quam venirent qui dam à Iacobo, cum Gentilibus edebat: cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos, qui ex circũciſione erant*, ad Galat. 2. 12. Propterea nõ dicit mulier, *Quomodo tu Iudæus cum ſis*, mecum loqueris: ſed *bibere à me poſcis*: Exiſtimabant Iudæi, vt D. Auguſtinus adnotauit, omnia vaſa Gentilium immũda eſſe, quia multas ſæpe res immundas attingebant, ideo ea tangere nõ potebant. Non poterat autem Chriſtus non bibere ex amphora, qua mulier illa Samaritana aquam hauriebat, cum aliud ipſe vas non haberet. Propterea mulier miratur, quod bibere à ſe petat. Recte etiam ex Thalmudicis traditionib. notatum à quibuſdam eſt, licuiſſe quidem Iudæis à Samaritanis, ſicut & à Gentilibus cibum, & potum emere: dono autem accipere non licuiſſe: quod hoc eſſet non ſolum conſuetudinem, ſed etiam amicitiam cum illis aſſere. ideo dicit *bibere à me poſcis*. Commode etiam Chryſoſtomus, & Theophylactus adnotauerunt, Samaritanis quidem licuiſſe agere, cibum que capere cum Iudæis, Iudæis vero cum Samaritanis non licuiſſe. Propterea mulierem non reſpondiſſe, non poſſum, aut non licet mihi tibi dare; ſed *quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis*: quaſi dicat, non licet tibi, aut petere, aut accipere. Itaque non recuſaſſe illi tanquam inimico potum dare: ſed propriè eum legis admoniſſe, videret, num ſibi liceret petere: nam ſi quidem liceret, libenter daturam eſſe, vt Theodorus Mopſueſtenſis obſeruauit. Etſi mihi potius videtur quaſi Iudæotum, vt putabat, ſuperſtitionem irridens hoc Chriſtum interrogaſſe. *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis?* Vtinam tam diligenter Catholici nunc hæreticorum conſuetudinem euitarent, quam Iudæi Samaritanorum conſortium etiam in rebus nihili fugiebant. Certe periculoſius eſt cum hæreticis, quam cum Samaritanis, quam cum Gentilibus, aut Mahumetanis agere. *Semmo* enim *eorum vt tanter ſe pit.* Et circumeunt mare, & aridam, vt faciant vnum proſelytum, vt cum factus fuerit, faciant illum filium Gehennæ duplo, quam ſe. Quærit etiam Chryſoſtomus, cur Chriſtus contra Iudæorum legem, aut traditionem potum à Samaritana petierit. Reſpondet exemplo docere voluiſſe, non eſſe iam illas Iudæorum traditiones obtemperandas. Alii, ſciuiſſe eum, mulierem ſibi non daturam eſſe: quod non probo: quin exiſtimo te ipſa potum Chriſto dediſſe, illumque bibiſſe: certe obtuliſſe, quamuis id Euangeliſta, dum Chriſti cum illa colloquium recitat, ſilentio prætercrierit. Sunt etiã qui putent, in quibus Ambroſius ſer. 30. Beda, Maximus, Euthymius & grauis iudicii auctor D. Thomas Chriſtum non petiuiſſe aquam illam, quam mulier intellexit, putei, ſed ſpiritualem aquam, quam ſciebat illam ſibi dare non poſſe: petiuiſſe tamen, vt anſam præberet de aqua loquendi, quam ipſe daturꝰ eſſet. Sciuiſſe Chriſtum quid mulier reſponſura eſſet, voluiſſeq; aquam ab ea propterea petere, vt de aqua ſpirituali poſtea loqueretur: dubitari non poteſt: nihil enim, cum Deus eſſet, faciebat caſu. An autem ea tantum de cauſa petierit ſimulans ſe ſitire, vt eaque vellebibere, an re ipſa ſitiens petierit, vt bibaret, dubium eſſe poteſt, probabileque vtrumque eſt: ſed hoc mihi probabilius, vere ſitiuiſſe, vt eaque ratione petiuiſſe aquam. Id enim Euangeliſta, vt ſupra diximus, ſignificauit ver. 6. cum dixit fatigatum fuiſſe, iuxta fontem ſediſſe, horamque fuiſſe circiter ſextam.

10. *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere.*] Donum Dei intelligunt Auguſtin. Rupertus, Beda, & Strabus, Latinique fere omnes Spiritum ſanctum, quem poſtea *aquam viuam* vocari putant, & aquæ illi opponi, de qua mulier Chriſtum loqui intelligebat: vt ait c. 7. 38. 39. *Qui credit in me, ſicut dixit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, Chryſoſt. Cyrill. Theophylact. Euthym. generaliter intelligunt *donum Dei*, id eſt, quidquid Deꝰ poteſt aut ſolet dare: vt donum Dei dono hominis, id eſt, aquæ, quam mulier illi donare poterat, opponat. Alii ſe ipſum *donum Dei* vocaſſe putant, quaſi dixerit, ſi ſcires quantum hominibus donum præſtiterit Deus, quod me ad eos miſerit, & quis ego ſim, qui ab eo miſſus ſũ, ac tecum loquor, tu aliam à me aquam poſtulares. Quo ſenſu interpretatur Ammonius. Magis accommodate ad filium orationis mihi videntur interpreturi, qui hoc ipſum *donum Dei* vocari exiſtimant, quod tam commoda illi mulieri occaſio ſalutis oblata eſſet, vt Chriſtum ad fontem inuenifſet, à quo melioré, magiſque ſalutarem aquam, quam ex illo fonte, quẽ tantopere laudabat, haurire poſſet, ſed auctore eius ſenẽtiæ ſatis grauem neminem inuenio. Ego ſi vera, vt ego quidem exiſtimo, hæc eſt ſententia, quod ſequitur. *Et quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere*, per exegeſin dictum eſſe putandum eſt: idem enim eſt, *ſi ſcires donum Dei*, & ſi ſcires, *quis, qui dicit tibi, da mihi bibere*, ſed hoc illius explicatio eſt. Quod autem dicit, *ſi ſcires quis eſt*, allũſio eſt ad id, quod mulier dixerat: *Quomodo tu Iudæus cum ſis*, ſic enim Iudæum Chriſtũ appellauerat, vt nihil ſupra eſſe putaret: Chriſtus igitur ait, ſi ſcires me non ſolum Iudæum, ſed Regem etiam: & Deum Iudæorum eſſe.

Tu forſitan petiſſes ab eo.] Bibere ſicut ego à te petiui, & dediſſet tibi aquam, non qualem à te ipſe popoſci, ſed *viuam*, id eſt, vinificantem, aut vitam in ſe habentem: Spiritum ſanctum, qui aqua eſt non mortua, vt iſta, quam ego à te poſtulaui, ſed viua. ſicut homo dicitur hoſtia viuens, quia hoſtia eſt oblata Deo, non mortua, quales Deo offerri conſueuerant, ſed viua, & rationabilis, Roman. 12. 1. & lapis viuus, quia eſt metaphoricè lapis Eccleſiaſtici ædificii, & non emortuus, qualis eſſe ſolent qui in aliis ponuntur ædificiis, ſed viuus, & animatus. 1. Petri 2. 5. Sic interpretantur Beda, & Rupertus in cõment. eſſique meo iudicio

iudicio vera ſententia. Nam & c. 7. 38. 39. ipſum Spiritum ſanctum aquam viuam appellat. Alij gratiam Spiritus ſancti aquam vocari putant, vt Cyrillus, Irenæus lib. 3. c. 19. Chryſoſt. in catena Græcorũ citatus, & Theodor. & in Pſal. 1. & 64. Baſil. in Pſal. 45. Theophylactus & Euthymius ſine quod animos lauet, ac putget, quamobrem & per aquam baptiſmi ſignificatur, vt quidam volunt: ſine quia non eſt ſtagnans, & veluti mortua, atque immobilis, ſed vt ait Theophylactus ἀενάου ὕδατος, ἀναπηδῶντος εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἀεικινήτου γὰρ τὸ ἁγιαζον πνεῦμα· ἀεικινήτου δὲ ὄντος ἀνάγκη καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἁγιαζόμενον ἀναβαίνειν ἀεὶ ἐφ' ἃ ἐστὶν ἄνω, *Aquam*, inquit, *dicit Spiritus ſancti gratiam ſcaturientem, exilientem. Nam gratia ſpiritus efficit, vt anima ſemper ad bonum moueatur, nunquã ſemper diſſonans gradum, quibus aſcendat.* Alij doctrinam Euangelicam aquam hic vocari dicunt, viuam vero, quia *viuus eſt ſermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Ita interpretantur Ammonius, & Euthymius, & Theodoretus in Pſalm. 1. Alij baptiſmi aquam intelligunt, quam qui ſemel bibit, non ſitit iterum, quia qui ſemel baptizatus eſt, iterum baptizari non poteſt, vt exponunt Cyprianus epiſtola quadam ad Cæcilium, & Ambroſius aut Maximus in ſerm. de Eleemoſynis, & Auguſtinus ſerm. de tempore 92. & Proſper lib. 1. de promiſſion. c. 39. Inuenio qui *aquam viuam* Chriſtum ipſum interpretantur, vt Mar. Victorinus libr. 1. aduerſus Arium. Probat enim ex hoc loco Chriſtum eſſe Deum, quia viua aut aqua viua eſt; & Procop. in caput. 7. Iſai. & Maximus in homil. 2. de Eleemoſynis. Quod dicit *forſitan*, Græce eſt, τ' ἂν ἴσως ἄιτει, tu petere ab eo potuiſſes. Sed recte noſter interpres tenſum expreſſit. Significatur autem facultas liberi arbitrij, qua poterat mulier aquam petere, vel non petere, ſi vellet.

11. *Domine neque in quo hauries habes.*] Notant Chryſoſtomus, Euthymius, & Theophylactus aliquantum iam ex verbis Chriſti mulierem illam profeciſſe: non enim vulgari verbo, ſed dominum appellaſſe, cognouiſſe enim ex eius ſermone, pollicitationeq; non vulgarem eſſe hominem, qui tam aſſeueranter dixiſſet, *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere.* Apparet tamen, vt aiunt Cyrillus, & Auguſtinus adhuc eſſe carnalem. *Aquam* enim *viuam*, quã pollicitus erat Chriſtus, non aliam quam illam ipſam intellexerat, quam ex illo ipſo puteo hauriebat, aut aliam certe genetis eiuſdem, quam aquam viuam, id eſt ſcaturientem Chriſtus appellaſſet. Propterea dicit, *Nec in quo hauries habes, & puteus altus eſt.* Putauit, vt notat Cyrillus, magnũ fortaſſis eſſe, qui occulta aliqua atte aquam ex alto puteo, ſine vllo inſtrumẽto haurire poſſet. Deo explorat quamam ratione id factum ſit. Reprehenditur nobis hæc mulier animalem hominem, qui *non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*, ſed omnia carnaliter intelligit; maxime vero hæreticos, qui toti in ſenſum ſuos deflexi ſunt, & quidquid alterius eſt, magicũ putant.

12. *Numquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?*] Id eſt, hanc puteum, quem vides tam magnum, tam alcum, tam abundantem aquis, vt non ſolum ipſe, totaque eius familia, ſed omnia etiam eius pecora bibere, aut tam bonæ aquæ, vt ipſe, & filij eius ex ea bibere ſint, aquæ meliorem tu dare non poteris, vt Chryſoſt. Theophyl. & Euthym. exponunt. Iacob patrem noſtrum, id eſt ſanguine, & Chriſti, omniumque Iudæorum, aut noſtrum, id eſt Samaritanorum vocat, indicans etiam ſe, omneſque Samaritanos eſſe Iudæos, ſiue quia quamuis Chaldæi eſſent, tamen quia mixti cum Iudæis fuerant, pro Iudeis ſeſe fetebant, & Iacobi genere gloriabantur, vt Chryſo. Euthym. & Theophyl. interpretantur: ſiue quia eius ſe religionem ſequi putabant, patrem etiam ſuum appellabant, vt Cyrillus exiſtimat: quemadmodum ii Caluiniſtæ nunc veteres auctores, atque doctores Eccleſiaſticos patres vocent, quod eorum ſe doctrinam ſequi mentiantur. Quanquam hoc Samaritanis arrogantiores ſunt, vt nec eos Patres, neque Sanctos, nec vllo prorſus bono rifico titulo vocari velint. Quare oſtendunt ſe eorum non eſſe filios, mentirique, cum ſe illorum doctrinam ſequi tactãt. Duobus modis mulier intelexerat Chriſtum ſibi aquam dare poſſe: aut ex eodem hauſtam puteo, quod ſupra, vt ſibi viſa eſt, refu auerat, dicens, *Nec in quo hauries, habes, & puteus altus eſt*; aut ex alio quopiam, quem in eodem loco repere fodiſſet, quod nunc refellit dicens, *Numquid tu maior es patre noſtro Iacob?* quaſi dicat, non poteris alium hic puteum repente fodere, niſi maior ſis patre noſtro Iacob; atqui vt quamlibet magnus ſis, maior certe illo eſſe non potes, non ergo aquam mihi viuam illa ratione dare poteris.

13. *Omnis, qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternũ.*] Recte Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius obſeruauerunt Chriſtum noluiſſe verbis ad id, quod mulier interre gauerat, reſpondere. *Numquid tu maior es patre noſtro Iacob?* ne arrogans eſſe videretur, qui ſe Iacob maiorem faceret; quod quidem mulier, quæ nondum Deum elle ſciebat, abſurdum, atque temerarium eſſe putauiſſet: re tamen ipſa reſpondiſſe docentem, quid inter aquam illam, quam dedit Iacob, & eam, quam ipſe daturus erat, intereſſet; ſe multo meliorem aquam, quam illam Iacob daturum eſſe; itaque ii propter aquam, quam dederat, tantum putabat fuiſſe Iacob, multo maiorem ſe eſſe exiſtimare debere, qui multo meliorem aquam daturus eſſet. *Tu autem quæſo*, inquit Chryſoſtomus, *Dei ſapientiam conſidera; quam leniter mulierem alluit. Non à principio dixit ſi ſcires quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, ſed poſtquam occaſionem illi præbuit, vt ipſum in eũ appellaret, & criminaretur, hoc propoſuit, inquit. ſi ſcires quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, quibus vti iam ad maiora imbuit, vt patriarchæ meminerit. Nũquid tu maior es patre noſtro Iacob?* Quomodo qui biberit ex aqua illa, quam mulier intelligebat. ſitiat iterũ, facile, vtinquit Auguſtinus, intelligitur. *Et verum, inquit, eſt ſecundum hanc aquam, & verum eſt ſecundum quod figuratè ait illa aqua. Enimis aqua in puteo voluptas ſæculi eſt in profunditate tenebroſa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatem quippe pectus ſummittunt, vt ad voluptatem hauſtam de profundo perueniant, & ſtatim voluptas præcedente, & præmiſſa cupiditate. Nunquid non iterum ſitiet? ergo de hac aqua qui biberit, iterum, inquit ſitiet.* Quo autem modo, qui biberit ex aqua, quam Chriſtus promittit, non ſitiat iterum, ipſe declarat. Vide ſequentem verſum vbi hic explicatur.

14. *Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*] Propterea *non ſitiet in æternum*, quia *fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*, id eſt vſque ad vitam æternam, vſque ad cœlum. Quis enim ſitiat, qui fontem in viſceribus habeat tam alte ſalientem? Metaphora eſt à fontibus ſumpta alte aquam eiaculantibus; quod propter ingentem copiam, & ſcaturiginem aquæ fieri ſolet. Sic enim qui Spiritum ſanctum in ſe habet, fontem habet vſque ad cœlum ſalientem, hoc eſt in vitam æternam, quæ in cœlo nobis propoſita eſt. Loquitur autem de aqua tanquam de planta, aut ſemine aliquo, quod in ſtum in terra naſcatur. Sic enim illam aquam fieri in nobis fontem ſalientem in vitam æternam. Videndum

Samaritani erigenus Chaldæi.

Trall. 15.

A Samaritano dono ibã accipere Iudæi non lubebat.

2. ad Tim. 2. 17 Matt. 23. 15.

Cur Chri. ſtus contra Iudæorum legem potum à Samaritana petierit.

Ad Heb. 4. 12.

Eodem ver. & 13.

Liberi arbitrij facul tas.

Lib. 2. c. 23.

1. ad Cor. 2. 14. Hæreticos ex ſpiritu deſipere.

Caluiniſtæ Samaritanis arrogãtiores.

Rom. 12.

Trall. 15.

quid sit iterum sitire, vel non sitire amplius in æternum. Qui putant sitire esse bona temporalia, aut carnales voluptates iterum concupiscere, nimium videntur allegorici. Sitire ergo iterum, proprie sumitur pro appetitu potus, quem Philosophi appetitum humidi, & frigidi dicunt, sicut aqua, quam qui bibit, iterum sitit, sumitur proprie. Non sitire autem in æternum, metaphorice non proprie dictum est, sicut Spiritus sanctus non proprie, sed metaphorice aqua vocatur. Est autem non sitire in æternum, non esse opus illi, qui semel bibit eadem spirituali, quam bibit, aqua: semel enim potam satis esse usque in æternum. Nec enim consumi, aut per vrinas, & sudores excerni sicut aquam istam, quam bibimus elementarem, sed incorruptibilem, immortalem, & inexhaustam esse, quæ perpetuo sitim sedet, id est, per se ad vitam æternam sufficientem est, nec vllum aliud adiumentum desiderat, quod est sitire, nisi forte qui eam biberit, euomat. Euomit autem, quisquis peccat, efficiens à se Spiritum sanctum. Sola ergo natura, & vis vtriusque aquæ corporalis, & spiritualis declaratur, quod illa natura sua consumatur, eorum puto quæ Immo nisi consumatur, nisi concoquatur, nisi digeratur, minime prosit: hæc contra natura sua neque corrumpi, neque digeri possit, ideoque semel potam in æternum satis esse, & qui eam biberit, nisi forte, vt diximus, culpa sua eam euomerit, iterum non sitire. Cur enim sitit iterum, qui aquam istam elementarem bibit, nisi quia quam semel bibit, aqua calore stomachi consumitur? Si nō quam cō sumeretur, nunquam iterū sitiret. Id ergo in aqua illa spirituali accidit. Hac ratione quæstiones illæ, quas nonnulli in hunc locum inducunt, præciduntur. Altera est, quomodo qui bibit ex aqua Spiritus sancti non sitiat in æternum, cum homines, qui Spiritum sanctum receperunt, peccare possint, & qui in peccato sunt, vtique sitiant, id est aqua illa iterum indigeant, vt spiritualiter viuāt, saluiq; esse possint? Facile enim ex hoc iis, quæ modo diximus, soluitur: vim tantum, naturamq; vtriusq; aquæ hic explicari, Spiritum sanctum eiusmodi naturæ suæ aquam esse, vt qui semel eam biberit, satis habeat in tocum vitam, modo ne euomat, ne eiciat, vomit qui peccat. Altera, quomodo hæc sententia illi Ecclesiastici 24. 29. contraria non sit, *Qui bibunt me, adhuc sitient?* Illic enim sitire est amare, & concupiscere, qui amor, quo magis sapientiam gustamus, magis crescit. Sicut de auaritia poëta ille dixit,

Aristi. 1. de anima c. 3. text. 18.

Iuuenal. Satyr. 14.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Hic autem non sitire non est non concupiscere, sed non indigere vllare alia, aut non opus esse eundem Spiritum sanctum iterum accipere, quod est iterum bibere, quia semel acceptus semper in nobis manet, nisi nos ipsi inuitum quodammodo, & repugnantem eiiciamus. Atque hoc est, quod nos admonet D. Paulus 1. Thessal. 5. 19. *Spiritum nolite extinguere.* Manet in nobis semel hausius, semel accensus, nisi nos ipsi extinguamus, estque in animis nostris veluti perennis fons saliens in vitam æternam. Similis sententia infra c. 6 35. *Qui venit ad me, non sitiet iterum.*

15 *Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.*] Adhuc carnalis est mulier. Nec mirum, mulier ipsa caro est. Cum tam aperte Christus significasset de spirituali se aqua loqui, tamen adhuc in corporali hærret aqua, vt Cyrillus annotat. Quanquā Chrysost. & Theophyl. aliquid supra sensum mulierem existimant concepisse, in eo tamen errasse, quod spiritualem aquam corporaliter intelligebat. Cum enim videret Christum de alia nou corpotea loqui aqua, existimasse eam non aliam habere vim, quam vt corporis sitim extingueret. Itaque non

Gene. 2 25.

A pertinuisse illam, vt haberet vitam æternam, quamuis audiuisse eam in vitam æternam salire: sed vt non amplius sitiret, & laborem illum quotidianum quā hauriendi desitaret. *Ad laborem*, inquit Augustinus, *indigentia cogebat. & laborem infirmitas accusabat. Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Hoc enim ei dicebat Iesus, vt non laboraret, sed illa nondum intelligebat.* Origenes mi ellexisse mulierem putat, sed quod dicit, *vt non veniam huc haurire*, nimis, vt mihi videtur allegorice interpretatur, id est vt non indigeam aqua ista Iacob, scripturis, atque doctrinis quibus opus nobis est, vt diuina mysteria intelligamus: sed sine vllo studio, sine vllo labore, quēadmodum angeli faciunt, intelligam. Illud melius adnotauit hic etiam mulierem illā honorifice Christum Dominum appellasse, vt versu 11. Illic quidem, quia discere ab eo volebat, vnde aquam haberet. & an maior esset Iacob: hic, quia ab eo petebat aquam, itemque illud, re ipsa comprobasse verum esse, quod Christus dixerat vers. 10. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo*; similem enim vt mulier id intellexit, quoquo tandem modo intellexerit, aquam ab eo petiisse. Vtrumque mihi probabile videtur, & mulierē intellexisse Christum de aqua spirituali loqui, tamen non credidisse, quæ dicebat, irrideo doque respondisse, *Domine, da mihi hanc aquam*; & non intellexisse, sed cum putasset eum de vera aqua, veraque corporis siti loqui, sctio respondisse, *Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.* Siue intellexit, & non credidit, sed simulans se credere irrisit, specimen nobis hæreticorum præbuit. Hoc enim eorum ingenium est, quod sanctum, quidquid spirituale, quidquid deuotum supra sensum est, ingeniosa, vt ipsi putant, satanica, vt ego existimo, simulatione irridere. Simon intellexit, exemplum nobis expressit eorum Catholicorum, qui res diuinas non intelligentes, curam tamen earum abiiciunt in sola temporalia commoda intuentes.

Dura dicta huius loci quæ sententiæ explicantur.

Hæreticorum proprium, sacra quæque irridere.

Simonis exemplum.

16. *Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.*] Minime dubium est, quin scierit Christus eam virum non habere, vt illi paulo post declarauit, tamen necesse est, vt aliquo saltem prætextu Christus eam iusserit vocare virum. Is duplex esse potuit: alter quod veller non cum illa sola, sed etiam cum eius vito donum illud, quod promiserat, communicare, & quo maius esset beneficium, quod vito simul, & vxori commune esset; & quod non satis honestum videretur nuptæ mulieri quidquam donari insciο mariro. Hoc prætextu Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius factum putant, vt Christus dixerit, *voca virum tuum.* Alter, quem Augustinus, & Cyrillus attingunt, quod non satis videretur mulier idonea esse, vt, quæ dicturus erat Christus, intelligeret, ideo iussam vocare virum, vt per eum doceretur. Sic enim, vt monet Augustinus, D. Paulum constituisse, vt per viros suos mulieres docerentur, 1. Corinth. 14. 35. At cur non alium potius quærebat prætextum, quam vt de viro illius loqueretur, quem sciebat eam non habere? nec enim illi deesse multi potuerunt. Eo ipso quod sciebat virum eam non habere, eo potius quām alio prætextu visus est. Sciebat enim quid illa iussa virum vocare responsura esset: & volebat occasionem inde captare illi declarandi, quidquid toto vitæ suæ tempore fecisset, vt Ammonius ait. Iubent nos Chrysostomus, & Euthymius modestiam simul, & prudentiam Christi obseruare. Poterat statim principio facere, quod tandem in fine fecit, & omnem illi vitem enarrare. Noluit, sed occasiones quæsiuit commodas, vt quod dictur-

Per virum docuit eam mulieres.

dictum erat, aut necessario re ipsa postulante, aut A vera non esse, itaque hunc sexum, quem illa habebat mulier, matrimonio illi coniunctum fuisse: sed quia sexus maritus erat, adulterum à Christo fuisse indicatum. Quid quinque illi, quid vnus hic vir allegorice significent, non est instituti nostri docere: tamen si quis hoc requirit, Origenem Augustinum, Bedam, & Strabum in hunc locum legat.

Hoc vere dixisti.] Idem ante diterat, sed repetitione confirmat. Nimis mihi videtur argutum, quod Origenes obseruat, hæc verba tacitam habere reprehensionem. Sic enim Christum dixisse, *hoc vere dixisti*, quasi indicaret eam ante vera non dixisse, cum diterat iacob puteum illum effodisse, atq; ipsum, & eius pecora inde bibisse, quod supra retractauimus.

19. *Domine video, quia Propheta es tu.*] Duplex confessio, & propij peccati & virtutis, atque excellentiæ Christi. Cum enim dicit, *Video, quia Propheta es tu*, tacite confitetur vera eum dixisse, se in perpetuis adulterijs vitam duxisse. Quod qui nemine indice cognouerit, non posse non esse Propheram. Obseruauerunt quidam non boni auctores hoc inter prædestinatos, & reprobos esse discriminis, quod prædestinati reprehensi culpam agnoscant, vt fecit hæc mulier. & Dauid 2 Regum 12. 13. Ezechias 4. Regum 20. 19. & Iob. 39. 8. Et illi qui concionanti Petro commoti sunt Actorum 2. 37. reprobi vero aut negent, vt Cain Genes. 4. 9. Giezi 4. Regum 5. 25. Ananias, & Saphira Actor. 5. 2. 8. aut excusent, vt Saul 1. Regum 15. 20. aut etiam vlciscantur, & in eos à quibus repulsi sunt, seuiant, vt Reges Iudæorum in Prophetas, qui à Deo illis mittebantur. 3 Regum 19. 2. Remen. 11. 3. Ierem. 29. 26. & 36. 5. Herodes in Ioannem Mar. 6. 17. Scribæ & Phariſæi in Christum Matth. 21. 45. 46. & 26. 57. Iudæi in Stephanum Actor. 7. 57. Recte dixissent, si non inter prædestinatos, & reprobos, sed inter bonos, & malos diterimen illud posuissent. Nam nec prædestinati semper offensa sibi peccata recognoscunt, sed sæpe admonitionibus resistunt, sæpe obstinati sunt vsque ad vltimum vitæ tempus, quo tempore subito resipiscunt: & reprobi sæpe monitorem audiunt, sæpe resipiscunt, ad extremum vero in peccato moriuntur. Nec quisquam scire potest, an illi omnes, qui reprehensi culpam agnouerunt, prædestinati: & omnes, qui non cognouerunt, reprobi fuerint. Quin Psalmum videmus vnum ex iis, qui in Stephanum sæuierunt, fuisse prædestinatum. Quod enim, qui reprehenditur, peccatum agnoscat, non solum ex gratia, sed ex libero etiam pendet arbitrio: quod isti vt rollant, omnia prædestinationi tribuunt. Illud quidem recte in hac muliere Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius obseruarunt, non egre tulisse à Christo reprehensam, quin conuersam ad meliorem mentem salutem ab eo quæsiuisse. Concepetat ante ex Christi sermone aliquantam de illo opinionem, vt non vulgarem hominem esse duceret, ideoque, vt Origenes ait, dominum appellaret. Nunc vero plusquam hominem non vulgarem, id est Prophetam confitetur, videns quæ occulta erant, sibi patefecisse. Iraque inepte prorsus quidam hæreticorum interpretes Prophetam hoc loco hominem doctum, & in lege versatum intelligunt. Non enim doctrina vlla, sed diuino prorsus spiritu occulta, solique Deo cognita pandiτur. Sed quia nemo melius quam Prophetæ, quę ad legem, religionemque pertinebant, nouerant, quæstionem illi à quam Prophetæ de religione proponit.

Adulterio habuit quinque Samaritana.

20. *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi oportet adorare.*] Non

dicit, Nos dicimus in monte hoc adorandum esse; sed, *Patres vestri in monte hoc adorauerunt*. Siue ait ficio aliquo, vt quidam volunt, vt inducerat Samaritanos exemplo, & auctoritate patrum facere quod faciebant: Iudæos vero exemplo & auctoritate carere, solaque priuata quadam opinione Ierosolymis adorare. *Vos*, inquit, *dicitis*; quasi dicat, dicitis, sed non probatis. Siue, vt ego arbitror, excusans potius Samaritanos, quam Iudæos accusans, ita loquitur. Dubium quos patres intelligat, cum dicit, *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*, Samaritanorumne, an Samaritanorum simul, & Iudæorum. Plerique omnes auctores Iudæorum etiam Patres intelligunt Abraham, Isaac, & Iacob. Nam Abraham in eo monte filium suum Isaac sacrificasse Genes. 22. 2. & Iacob in eodem loco structa ara Deum oblato sacrificio adorasse Genes. 33. 20. Sic interpretantur Ammonius, Chrysostomus homilia 31. Augustinus, Beda, Rupertus, libr. 4. Theophylactus, & Euthymius. Id quidem vel solis auctoribus sine alia ratione probabile est: sed non video, cur non probabile etiam sit solos maiores Samaritanorum intelligi, qui cultu illum in eo monte instituerant: quorum se auctoritate mulier tueri, vt mulierem literarum imperitam decebat. Inepte vero hæretici hodie huius nobis mulieris exemplum obiiciunt, quasi nos idem faciamus, cum maiorum nostrorum allegamus traditiones. Non enim animaduertunt mulierem illam Samaritanam, id est hæreticam fuisse, ideoque cum patrum suorum exemplum, traditionemque protulit, nihil aliud, quam erroris vetustatem protulisse. Vnde sequitur Lutheranos, & Caluinistas, qui hoc nobis obiiciunt, non posse maiorum suorum exemplo sese tueri, quia ipsorum maiores sicut & ipsi hæretici fuerunt, & ab Ecclesia Catholica, sicut Samaritani olim ab Ecclesia vera Iudæorum, discesserunt. Recte mulier illa maiorum suorum exemplo auctoritateque vsa fuisset, si ita vera fuisset Ecclesia. Nam traditio in Ecclesia, veritatis; extra Ecclesiam, errotis confirmatio est.

Caluinus in loum.

Traditio in sola Ecclesia veritatis in confirmatio est.

In monte hoc.] Non dubium demonstrasse montem Garizin, qui vbi Sichimorum, cuius illa mulier erat ciuis, vicinus erat: in eoque omnes conueniunt A auctores. Quæ autem fuerit causa Samaritanis in eo monte adorandi, ex facta intelligitur historia. Ieroboam cum decem tribus à regno Iuda segregasset, nouumque regnum Israëlis constituisset, metuens ne, si populus de more religionis causa Ierosolymam iret, se deserto ad Regem Iuda delaberetur, nouo Regno nouam instituit religionem, & duos illos constauit vitulos, quorum alterum in Bethel, alterum in Dan vltima regni parte collocatos pro diis iussit adorari. Hinc prima orta dissensione religionis. Post Babylonicam vero captiuitatem potientibus rerum Persis Manasses Ierosolymitanus ciuis, & Iaddi Summi sacerdotis frater, & ipse sacerdotalis particeps dignitatis Sanaballetis Cuthæi, & Darij Regis in Samaria præfecti filiam vxorem duxit, nomine Nicasonem. Quamobrem cum & à cæteris Iudæis, & ab ipso suo fratre Summo sacerdote functione sacerdotij prohiberetur; seque apud Sanaballetem excusaret, quod ipsius filiam quam sibi desponderat, ducere non posset, malle se vxore catere ea, quam tanta dignitate sacerdotij. Sanaballetes non solum sumptum illi pollicetur sacerdotium, si filiam suam reuocaret, sed templum etiam sese illi Ierosolymitano æquale ædificaturum. Quod & fecit in monte Garizin, vnde ceperunt Samaritanis sacerdote Manasse in eo monte adorati. Historiam scribit Iosephus lib. 11. antiquit. cap. 7. & 8. Quod autem dicit mulier *adorauerunt*, eam intelligit adorationem, quæ cum sacrificiis, cæremoniisque publicis ac solemnibus ceremonijs coniuncta erat. Nam Deum orare, & flexo venerari genu & Samaritanis, & Iudæis vbique licebat, idque sæpe legimus fecisse Christum. Offerre autem sacrificia, præscriptis à lege cæremonijs vti Iudæis extra Ierosolymitanum templum non licebat sic Deo iubente Deuter. 14. 23. 24. & 26. 3. Eum enim locum Deus elegerat, vt ibi nomen suum inuocaretur, vt scriptura loqui solet. 1. Paralipomen. 17. 12, & 22. 6. & 2. Paralipomen. 6. 6. & Psal. 77. 68. 69.

Adorasti quomodo hic intelligenda.

B 21. *Mulier, venit hora, quando nec in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.* Incipit vti Christus auctoritate sibi à Samaritana concessa. Vocauerat Christum Prophetam; postulat igitur ab ea, vt sibi tanquam Prophetæ credat. Porro non respondet proprie ad id, quod mulier interrogauerat, vtri melius Samaritani in monte illo, an Iudæi Ierosolymis Deum colerent, sine quod id studio contentionis, & gentis interrogasset, vt Chrysostomus insinuat, & noluit Christus constituros ab ea iudex alere contentionem; sine quod noluerit ostendere magis partis vti fauere quam alteri, quo facilius sibi crederetur: ita que vtrosque & Iudæos, & Samaritanos in futurum æquauit, non dicens vtri melius ante Deum colluissent, sed neutros eo loco, quo ante colebant, bene cultores esse. Nam quod Cyrillus ait Christum hoc responso & Samaritanos, & Iudæos reprehendisse, quod etiam Iudæi in eo errore essent vt existimarent non licere sibi extra Ierosolymam Deum adorare, singularis opinio est, & scripturæ minime consentanea. Nam Iudæis alibi quam Ierosolymis adorare, id est sacrificare non licuisse, superiore versu demonstratum est. De qua hora loquatur Christus disputatur. Primum notam pro tempore positam per Hebraismum minime dubium; sed id ipsum tempus quod sit, quæritur, quod Christus iam venisse, aut certe appropinquare dicitur: enim Græce est, ἔρχεται ὥρα νῦν ὅτε *Samaritanorum de Dei errore opinio secundum Chrysost.*

Cyrillus hic de Samaritanorum religione sentit.

Video paulo post dicere, *Nos adoramus, quod scimus*, A quasi sese adoratoribus adnumeret, sed cur eo loco ita loquatur, illic rationem reddemus.

22. *Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus.*] Hactenus quidem docuit supernaculeam esse quæstionem, quia deinceps & qui in monte Garizin, & qui in templo Ierosolymitano adorabunt, non rite, religioseque adorabunt, aliam iam adorationem tempore postulante. Nunc de præterito loquitur, cum inuidiam prius in Samaritanos, & suspicionem erga Iudæos gratiæ remouisset, æquato inter hos, & illos iure, docetque melius ante id tempus Iudæos, quam Samaritanos adoraile, vt Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur, Augustinus, & Beda de futura etiam hic adoratione agi putant. vt paulo post exponemus, quod minus probo. Quid autem sit, *Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus*, aliquanto difficilius est. Primum, quod non videatur ad rem, rectéque respondere. Non enim quærebat mulier vtri meliorem, aut veriorem Deum; sed vtri sanctiore loco eundem Deum adorarent. Deinde quia & Samaritani sciebant, quid adorarent, cum verum adorarent Deum. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius propterea dicunt Samaritanos adorasse, quod nesciebant, quia licet verum adorarent Deum, putabant tamen non esse nisi loci eius Deum. Sic enim Regi Assyriorum nuntiatum fuisse 4. Regum 17. 26. *gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, quod ignorant ritum Dei terræ.* Iudæos vero adorasse, quod sciebant, quia meliorem de Deo habebant opinionem existimantes Deum omnium gentium Dominum esse Eodem pertinet, quod D. Thomas, & Lyranus docent, Samaritanos in eo errore fuisse, vt existimarent Deum esse corporeum. Quod Iudæi nequaquam putabant. Sic etiam Salomonem, cum templum ædificasset, professum fuisse 3 Reg 8. 27. *Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim cæli, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui?* Sic norum fuisse in Iudæa Deum Psal. 75. 1. Sed ego in eo errore Samaritanos fuisse non lego, & Iudæos aliquos fuisse lego apud Hebræum auctorem Rab. Moysem Ægyptium libr. 1. Morech. cap. 1. Quin multos etiam Christianos, & graues auctores, quos opus non est commemorare, ne eorum errorem refricare videamur. Aliquanto igitur mihi magis placet, quod Cyrillus ait, Samaritanos adorasse, quod nesciebant, Iudæos, quod sciebant, quia quamuis eundem adorarent Deum, tamen Iudæi certa doctrina, legeque à Deo sibi præscripta; Samaritani inuento ab hominibus ritu adorabant. Sed verum ego sensum alium esse arbitror: vt Christus non de eo, quod adorabatur, sed de solo loquatur loco, quo Deus adorabatur. De solo enim loco mulier interrogauerat, & credendum est Christum de eodem loco respondisse. Respondet autem, *Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus.* Sensus igitur est, quod vos in monte isto adoratis, nescitis, quid faciatis; quod vero nos Ierosolymis adoremus, scimus, quid faciamus. Nos enim hoc Dei iussu facimus; vos isthuc inuento facitis vestro. Quod autem dicit, *Nos adoramus, quod scimus*, seipsum connumerans cum adoratoribus, Ariani Catholicis obiiciebant vt probarent Christum Deum non esse, qui Deum adoraret, vt apparet ex Cyrillo, & ex Ambrosio libro 5. de fide capite tertio. Auctores Catholici duobus modis respondebant. Primùm quidem, Christum tanquam hominem locutum esse, eo modo quo supra fontem fatigatus sedebat. Sic Ammonius, Cyrillus, & Ambrosius: eiusdem enim fuisse naturæ fatigari, & adorare: ideo paulo ante dictum fuisse sedisse fatigatum, vt intelligeremus de humana eius hic agi natura. vt obseruauit Ambrosius. Deinde non ex veritate, sed ex mulieris opinione locutum fuisse, quæ non Deum, sed hominem Iudæum, Prophetam illum quidem, sed hominem tantum esse putabat: Sic idem Ammonius, Ambrosius, & Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius. Eodé opinor modo Augustinus & Beda respondissent, si quæstionem attigissent. Illud vero singulariter, & præter omnium opinionem dicunt, Christum non de omnibus loqui Iudæis, sed de fede Prophetis, & Apostolis, qui iam incipiebant ab eo docti in spiritu, & veritate Deum adorare. Tritam sequamur viam, credamusque de toto genere Iudæorum loqui. Ego tamen alia ratione suspicor ita loquutum esse, vt se cum cæteris Iudæis connumerauerit; non quidem vt significaret se etiam tanquam hominem more cæterorum Deum adorare, neque vt conuenienter opinioni mulieris loqueretur; sed vt se Iudæum esse confirmaret, vnde Messias originem ducturus erat, gradumq; faceret ad id, quod paulo post dicturus erat, se esse Messiam. Cum ergo dicit, *Nos adoramus*, non significat se adorare, sed Iudæos adorare. Pronomen enim, *nos*, nõ personam, sed genus declarat.

Nos, non personam, sed genus declarat.

Quia salus ex Iudæis est.] Difficile dictu est, qualis hæc sit causa, aut cuius reddatur rei. Sed videndum prius, quam salutem appellet. Duplex opinio. Alij salutem Christum ipsum appellari, qui salus mundi erat, & ex Iudæis ducebat genus: ita interpretantur Origenes, Tertullianus libro 4. contra Marcionem, Ammonius, Chrysostomus, Cyrillus, Rupertus, Theophylactus, Euthymius. Alij cognitionem vnius solius Dei, sine qua nemo vnquam salus esse potuit. Eam enim cognitionem Iudæos singulari quodam beneficio à Deo per legem, perque reuelationem accepisse. Sc ex eo populo non ad Samaritanos modo, sed ad omnes omnino gentes, quæ eam haberent, propagatam. Hoc etiam modo exponunt Ammonius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius. Alij tertiam quandam explicationem afferunt, salutem ex Iudæis esse, quia illis primum prædicatum est Euangelium, & ab illis ad cæteras gentes per Apostolos homines genere Iudæos denatum, Matthæi 10. 5. & Psal. 109. 3. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* & Isai. 2. 3. *Ex Sion exibit lex:* & Luc. 24. 47. *Prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.* Hoc vltimum nullo mihi modo placet. Ex duabus autem primis interpretationibus, lecúdæ primam antefero: quia verisimilius est Christum de se ipso, quam de lege loqui, cum id potius ageret, vt doceret venisse tempus, quo lex abrogaretur, adesseq; salutem illam, in quam lex omnis collineabat. Reddit ergo causam Christus cur maiorem Deus sui cognitionem Iudæis, quam vlli dederit genti; ita que soli illi sciebant, quod adorabant. Quia ex eo nimirum populo decreuerat Deus mundo saluatorem mittere Rom. 1. 3. & 9. 5. Et conueniebat vt ille populus, vnde filius Dei carnem sumpturus erat, singularem Dei haberet cognitionem. Propterea legem illi Deus dedit, & quicquid illi vnquam beneficiorum singulariter contulit, propter nascirurum ex eo Christum contulit.

Cur Iudæis maiorem sui cognitionem dederit Deus.

23. *Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.*] Dictio aduersatiua, *sed*, quæ non videtur hîc conueniemem habere locum, apte apposita est, sed ad illa verba referri debet, *Nos adoramus quod scimus*; quasi dicat, licet hactenus quidem nos meliores quam vos fuerimus adoratores, quia adorabamus, quod sciebamus adorandum, & quo modo adorandum erat; tamen iam hora venit, cum quisquis verè Deum voluerit adorare, ne eo quidem adorabit modo, quo nos hactenus adoraumus, sed *in spiritu, & veritate*. Quod dicit, *Nunc est*, hanc vim Chrysostomus, & Theophylactus habere putant, vt quod Christus dicebat, ab iis distingueret, quæ cæteri Prophetæ dicere solebant. Solebant illi res in longum plerumque tempus expectandas vaticinari. Christus, quem mulier solum Prophetam esse putabat, tem præsentem ostendit, neque suspendit auditorem expectatione. Credo ego propterea Christum addidisse, *& nunc est*, vt magis mulieris animum ad inquirendum accenderet: quoniam modo *in spiritu, & veritate* adorandus esset Deus: interesse enim sua id scire, quandoquidem tam vicinus esset tempus. Veros adoratores non dubium, vt Chrysostomus ait, quin Christianos intelligat. Nam quod auctor ille qq. ad Antiochum, eos solos, qui in solitudine habitant, & extra Ecclesiam Deum colunt, veros adoratores esse dicit, non dixisset Athanasius, cui vulgo quæstiones illæ tribuuntur. Multo diffi ilius quid sit *in spiritu, & veritate* adorare. Primum Calui- *Caluinistarum hæreticorum explositio refellitur.*
nistarum hæreses euellendæ, qui *in spiritu, & veritate* adorare interpretantur sola adorare fide. Sed isto quidem modo dæmones veri essent adoratores. Nam & *dæmones credunt, & contremiscunt*, Iac. 2. 19. & Christum sæpe negantibus Iudæis filium Dei esse confessi sunt Marc. 1 24. Luc. 4. 34. Deinde si sola fide Deus adorandus, cur ipsi precibus? cur Psalmis? cur sacramentis Deum adorant? si tamen adorare hæretici possunt. Vicina huic errori est eorum interpretatio, qui spiritum hoc loco animum intelligunt, quasi solo Deus animo sit adorandus. Quam interpretationem videtur recitatam à se Theophylactus approbare. Sed, opinor, non animaduerterunt illi solere non animo tantum, sed etiam corpore posito genu Deum adorari. Alij Spiritu sancto intelligunt, quem qui accipiunt, Spiritu ipso sancto eundem, quem acceperunt, spiritum adorent. Ita Ambrol. lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. & Rupertus. Alij *spiritu, & veritate*, id est veris virtutibus, corporisque mortificatione, vt Origen. & Ammonius. Alij *in spiritu*, id est in Spiritu sancto, *& in veritate*, id est in Filio, ita vt vnum in tribus personis Deum adoret, vt Athanas. in epistola ad Serapionem contra eos, qui dicebant Spiritum sanctum esse creaturam. Omnium hîc opinionum probabilissima est, quæ communis est maxime, Origenis, Tertulliani in lib. de Trinit. Hilar. 3. 2. lib. de Trin. Chrysostomi, Procopij in cap. 28. Isai. Theophylacti, Cyrilli, Euthy. vt spiritus corporeo opponatur loco, quo & Iudæi, & Samaritani Deum concludere videbantur, dum illi *Quid sit in spiritu, adorari putabant posse, vt recte Tertullianus, & Hilarius edidêrunt; veritas vero figuris, vt supra capite 1. 14. 17. vt sensus sit venisse tempus, quo tempore veri adoratores, adorari Deum.* neque certo vllo loco, neque legalibus illis ceremoniis, & sacrificiis, quæ vmbræ tantum erant rerum futurarum, Deum adorabunt; sed *veritate*, id est rebus iis, quæ per vmbras illas significabantur. Possumus etiam meo quidem iudicio spiritum & veritatem pro eodem accipere, quemadmodum & Cyrillus videtur interpretari, vt gratiam noui testamenti, & quidquid ad illarum pertinet legis Euangelicæ, spiritum appellet; legem vero Moysis corpus fuisse significet, quia Euangelium quasi anima, hoc est spiritus legis est. Animaduerto enim aliquando spiritum pro veritate sumi, & vmbræ tanquam corpori animam opponi. *Cui seruio*, inquit, *in spiritu meo*, id est vere, non figuratè, non adumbrate. Rom. 1. 9. *& circumcisio cordis in spiritu, non littera*, id est non illa quæ figurata erat, sed ista quæ veritas Rom. 2. 29. *Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litteræ, sed spiritus*, id est non vmbratiles ministros, quales illi erant veteris testamenti, sed veros 2. Corinth 3. 9. Eadem ergo res & spiritus dicitur, id est anima, & veritas, id est, corpus, quod per præcedentes illas vmbras significabatur. Vtraque interpretatio mihi placet. & hæc, & quam ante hanc proxime posuimus. Vtrolibet intelligamus modo, vulgaris illa quæstio facile soluitur, quomodo Christiani, quos veros hic adoratores vocari diximus in spiritu adorare debeant. Quid enim? *Christiani quomodo spiritu adorent.* an non debere certa habere templa? non Sacramenta? non vnicum illud, & omnium præstantissimum Eucharistiæ Sacramentum? Maxime vero, sed hæc omnia, & si quæ sunt alia generis eiusdem, siue à Christo, siue ab Ecclesia instituta, quibus Deus à Christianis colitur, quamuis natura sua corporea sint; tamen quia non sunt figuræ rerum futurarum; sed veterum potius figurarum impletio, aut ad significandam impletionem ipsam instituta, non corpus, non vmbra, sed spiritus & veritas sunt. Eadem ratione illa *Num in veteri lege spiritum & veritas fuerint.* aliena quasi filio explicatur, an non lex etiam vetus spiritum habebat, & veritatem? an Prophetæ, sine spiritu, & veritate Deum adorabant? Adorabant illi quidem *spiritu*, id est animo, aut spiritu alter, id est vera fide, charitate, pietate: quæ adorabant *veritate*, id est vere, non simulate, non ficte, non falsis commentis, sed iis modis, quos sibi Deus præscripsisset: sed non adorabant *in spiritu, & veritate*, id est sine figuris: quia illis ipsis figuris Deus eos iusserat adorare. Vna superest obiectio diluenda, quomodo cum his duabus interpretationibus ratio illa, quæ est, tim redditur, cur veri adoratores in spiritu, & veritate adorare debeant, quia *spiritus est Deus*, constare possit? Hæc enim ratio non probat sine figuris, sed sine corpore, solo animo adorandum esse. Sed hanc obiectionem illic diluemus. Abutebantur etiam hoc loco Ariani, *Ariani abutebantur.* ij qui Spiritum sanctum Deum esse negabant, vt Ambrosius auctor est. lib. 2. de Spiritu sancto, cap. 12. Non posse Spiritum esse Deum, quando non Spiritum, sed Spiritu Deum adorare iubeamur. Facilis erat, & expedita responsio spiritum hoc loco non Spiritum sanctum, sed, vt supra docuimus, veritatem, & quasi animam legis significare, & aliter Ambrosius respondet, significare Spiritum sancti gratiam, quam cum accipimus, Spiritum ipsum sanctum adoramus. Cæterum adorandum esse Spiritum sanctum aliis ille probat argumentis, quæ huius non est loci recitare. Iustinus vero martyr in oratione 2. ad Anton. Pio pro Christianis obiicientibus Gen. but. quod Christiani athei essent, quod ipsorum deos non adorarent, ex hoc loco respondet *nos in spiritu, & veritate* verum Deum adorare.

23. *Nam & Pater tales quærit qui adorent eum.*] Duas Christus rationes affert, quamobrem veri adoratores *in spiritu & veritate* adorare debeant. Alteram ex Patris voluntate, alteram ex natura sumptam. Pater, inquit, non vult vmbris, atque figuris: sed Spiritu adorari, ac veritate. Cur ergo, dicet aliquis, instituit in veteri lege vmbras illas, figuraliique sacrificiorum, quibus te inssit adorare? Instituit ad tempus: instituit accommodate ad hominum conditionem, dum emolliebantur, dum idonei fiebant, vt in spiritu, & veritate Deum adorarent, vt Chrysostomus, & Euthymius respondent. Possumus etiam sic intelligere, vt non hic de voluntate ratio sit. Quasi dicat, hoc natura ipsa Patris requirit, vt in spiritu, & veritate adoretur, spiritus enim est. Diximus supra Patrem vocari Deum aut Christi, vt ego arbitror, aut aliorum, à quibus adoratur. Adorantes enim dicimus *Pater noster, qui es in cælis*, & in Spiritu sancto, vt ait D. Paulus *clamamus Abba Pater.* *Matth. 6. 9. ad Rom. 8. 15.*

24. *Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.*] Dictio, *&*. prioloco posita particulæ illatiuæ vim habet ex Hebræorum idiomate, vt si diceret, *Spiritus est Deus*, itaque *qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Referauimus supra in hunc locum quæstionem minime facilem, quo modo hæc ratio cum ea interpretatione conueniat, quam in superiorem versum adhibuimus. Ex eo enim, quod Deus Spiritus est, non videtur sequi *in spiritu*, id est sine vmbris, & figuris. sed in spiritu id est animo. non corpore adorari oportere. Qui tantum attingit quæstionem, non inuenio, & tamen digna, vt arbitror, loco erat. Soluendus mihi, quem feci nodus est. Sic existimo, rationem reddi, cur Deus reiectis figuris veteris legis, *in spiritu, & veritate* voluerit adorari. Quia ille nimirum vmbratilis cultus non erat ad ipsius naturam accommodatus. Nec enim poterat Deus, cum spiritus esset, figuris vllis, vmbrisue repræsentari. Quod corpus non est, vmbram non habet. Hoc est quod in ipso etiam veteri testamento de illis ipsis cæremoniis, quas ipse instituerat, dicit aliquando. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit dominus*, Isai. 1. 11. Et, *cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & qui est ille locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* Qui immolat bouem, *quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat* Isai. 66. 1. 2. 3. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo.* Psalm. 49. 13. Cur ergo vmbras ipse illas & figuras instituit? Supra expositum est, erant non ad suam, sed ad hominum naturam, & temporis conditionem accommodatæ. At- *Cur externum cultum ab homine nobis exigat Deus.* que hoc est quod hoc loco significat, naturam suam, quæ non corporea, sed spiritualis sit, non requirere vt vllus corporeus sibi cultus exhibeatur. Si quando corporeum exigit ab hominibus cultum, id non ad suam, sed ipsorum naturam accommodate facere. Cultum illum legalem, qui totus corporeus, & vmbratilis erat, reiecisse aliumque instituisse, si non omnino, quod propter corpoream hominum naturam fieri non potest. magis tamen certe ad naturam suam accommodatum, sine vmbris, sine figuris, hoc est *in spiritu, & veritate*. Quod attinet ad sensum horum verborum, *Spiritus est Deus*, primum quidem illud certum hominem Dei, etsi posteriore loco positum, esse sub ectam, nomen vero Spiritus attribuum, sensus enim est, Deus est Spiritus. Etsi Athanasium memini in disputatione contra Arium, & in libr. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, aliosque non nullos auctores interpretari Spiritum sanctum esse Deum. Sed quomodo hoc ipsum intelligendum sit, non vna veterum auctorum sententia est. Multi graues alioqui, & magni non omni corpore Deum carere putauerunt, sed spiritum appellari, ficut aëtem, quia tam subtili sit corpore, vt fugiat oculorum aciem. Nam eadem de causa aërem illum spiritum dici. Mitto Sadducæos Iudæorum sectam, quos scriptura ipsa testatur omnem spiritum de medio sustulisse. Actor. 23. 8. quique, vt Epiphanius in eorum hæresi tradit, propterea Patrem, & Filium confitebantur, Spiritum vero sanctum negabant, ne spiritum vllum admitterent: nam Patrem quidem, & Filium esse corporeos. Hoc iuquam mitto, & quitex Christianis postea hæretici prodierunt. Antropomorphitas, & Audianos, aliosque, qui humanam Deo effigiem tribuebant, de quibus frequens apud priscos scriptores mentio est. Tertullianus quidem certe in libro contra Praxeam, Arnobius libr. 3. contra gentes, Lactant. in libr. de ira Dei. cap. 18. aliquam Deo corporis figuram tribuunt, non ob id hæretici iudicati. Quin & Cyrillus hoc loco non aliter dicit Deum spiritum, quam comparatione corporum appellari, quasi ad corpora spiritus, ad se corpus sit. Eum errorem Origenes hoc loco fortitet arguit, probatque Deum omnis corporis expertem esse. Itaque monachi illi Ægyptij, qui Theodosio iuniore Imperato- *Deum omnis corporis expertem esse.* re eam iterum hæresim excitarunt, Catholicos contumeliæ causa Origenistas appellabant, Auctor Socrates lib. 6. hist. Ecclesiast. cap. 7. & Sozom. lib. 8. cap. 11. & 12. & Nicephor. lib. 11. cap. 14. & libr. 13. cap. 10. Refellit Theodoret. q. 20. in Genes. Videtur etiam Ammonius, quem ex quadam Græcorum Catena sæpe citamus, eam propriæ opinionem refutare voluisse. πνεῦμα ὁ θεὸς εἶπεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς ἀσώματον *Ammonius ex manuscripto & ζωοποιὸν ὄντα ἀεὶ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ γινόμενον τῇ αὐτῇ ζωοποιοῦντι δ' ὅσα θέλει τὰ παρελθόντα & ζωῆς χωρὶς. Spiritus, inquit, vocatur Deus, non vt ventus, sed vt incorporea, Græca ci- & viuifica substantia: sicut enim aërem inspirantes viuimus, tatur.* sic & Deum nobis id quod viam præbet, suppeditante viuimus. Recte quidem, sed rectius alii Deum Spiritum appellari volunt, non quod vitam sicut aër nobis tribuat, sed quod sicut aër nullum nobis videtur habere corpus, ita Deus, neque habere videatur, neque re vera habeat, vt in eadem Græca Catena Didymus exponit. Quod vel ex hoc loco minime dubia ratione probari potest. Hoc enim agebat Christus, vt probaret Deum nullum prorsus habere corpus, ideoque non corpore, sed spiritu adorari oportere. Quæ Christi ratio nihili efficeret, si Deus aliquod quamuis subtile, quamuis tenue haberet corpus.

25. *Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit.*] ἔρχεται venit præsenti tempore, id est venturus est, vt Matth. ca. 17. 11. ἐλίας μὲν ἔρχεται quidem venit, id est *venturus est*, vt noster vertit interpres. Aut, quod magis ego hoc loco probo *venit*, id est aduentat, in propinquo est, iam natus esse dicitur, cœpisseque se miraculis ostendere. Hoc enim mulierem illam dicere voluisse ex eo coniecturam facio, quod si alio dixisset sensu abs re dixisset. Quorsum enim ad Messiam soluendam quæstionem reiecisset, si non iam veniffe, aut tam cito venturum putabat, vt ipsa eum videre, & ab eo doceri posset? Nam quod quidam dicunt, iniquo illam animo tuliffe Christi responsum, & ad Messiam quæstionem retulisse, non quod se eum visurum speraret, sed vt ingratam sibi disputationem abrumperet, non video, quomodo probent. Inaudierat igitur de Christo iam aliquid, sperabatque eum se visurum. Credendum enim est mansisse iam late famam, extitisse Christum, qui se doctrina, atque miraculis doceret esse Messiam. Fieri etiam potest, vt ita intellexerit, quod dixerat Christus, *Venit hora, & nunc est*, quasi significasset tempus veniffe Messiæ, qui & laudæorum, & Samaritanorum cultum in melioremest statum restituturus, vt etiam Rupertus interpretatur. Respondet igitur ad id, quod Christus dixerat, accommodate. Quandoquidem, vt significasti, Messias venit, nihil opus est priuatim inter nos de religione disceptare. Ille nobis communis, &

æquus iudex erit, quem vtrique expectamus, cuius vtrique ſtabimus ſententiæ, ad illum diſceptationem noſtram deferamus. Fallor niſi in hunc ſenſum Cyrillus intelligit. Quærunt Origen. Chryſoſt. Theophyl. & Euthym. vnde Samaritani Meſſiam expectarent: præſertim cum quinque tantum Moyſis reciperent libros, vt notat Origen. Reſpondet ex illis ipſis Moyſis libris hoc didiciſſe. Nam. Gen. 49. 10. manifeſtiam de Meſſia prophetiam eſſe, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* Et Deut. 18. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies.* Aliaque illi proferunt iſidem de libris teſtimonia, quæ lector, ſi volet, videre poterit.

Qui dixit Chriſtus.] Inter omnes conuenit hæc verba Euangeliſtæ eſſe nomen Meſſiæ, quod. vt alibi B diximus, Hebraicum eſt, Græco interpretantis verbo, qua lingua ſcribebat.

Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.] Congruentes ſuperiori interpretationi ſic expono. Cum venerit, id eſt cum eſſe nobis Samaritanis oſtenderit, cum ad nos docendo peruenerit, iam enim in Iudæa natum fecerat, docereque ibi cœpiſſe. Aut ex aliorum ſenſu, *Cum venerit*, id eſt cito dicitur naſcituros, cum natus fuerit, ille nobis & quæſtionem iſtam, & cætera omnia, quæ ad religionem pertinent, explicabit.

26. *Ego ſum, qui loquor tecum.*] Quam breuiter, quam perſpicue ſeſe Chriſtus mulieriæ, quis ſit oſtendit. Quam breui tempore, quantum illi confert beneficium. Merito quid cauſæ fuerit, cur nunquam Iudæis ipſis, quorum potiſſimum cauſa venit, ſe tam aperte declarauerit, quæri ſolet. Omnes hoc mulieris eius ſimplicitati tribuunt. Nam Iudæi maligno plerumque animo, hæc mulier diſcendi cauſa Chriſtum togabat. Sic Origen. Ammon. Chryſoſtom. Theophylact. Euthym. & Rupertus. At cur non ſe illi ſtatim, ſed poſt longam diſputationem aperuit? Reſpondet Theophylact. idemque Cyrillus indicat, duabus id de cauſis feciſſe, & vt arrogantiæ ſuſpicionem vitaret, & vt facilius mulieri, quod dicebat, perſuaderet. Etenim ſi ſtatim initio dixiſſet, Ego ſum Meſſias, antequam & verbis, & factis viam ſibi ad fidem muniret, & arrogans, iactatorq. ſui intempeſtiuus viſus fuiſſet, & non fuiſſet creditus. Gradatim eam mulierem, vt D Cyrillus ait, ad fidem duxit. Primum quaſi nihil de hac re cogitans potum ab ea poſtulauit. Deinde ex eius verbis occaſionem ſumpſit hactenus declarandi ſe vulgatem non eſſe hominem, *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, Da mihi bibere*, iam illi ſe Meſſiam eſſe ſignificabat, ſed palam non dicebat. Rurſum ex ſecundo reſponſo mulieris occaſionem ſumit dicendi adueniſſe Meſſiam, *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate.* Denique cum mulier Meſſiam nominaſſet, ſignificaſſetque cognouiſſe ſe iam veniſſe, ſeque illi, quicquid de religione doceret, credituram, vetbum Chriſtus arripuit, ſeque eum ipſum Meſſiam eſſe dicit. Credat ergo ſibi, quando eius quodammodo tribunal appellaſſet. Monet Cyrillus eos, qui docendi in Eccleſia curam habent, vt hoc diſcant exemplo ſeſe ad auditorum captum accommodare, nec omnia illis ſimul tradant, ſed faciant per res faciliores ad difficiliores gradum. Moneo eos ego qui ſe in mundis ſpiritualiter aliis verſari profitentur, vt ex re qualibet occaſionem captent, ſermones omnes ad ſpirituales eorum quibuſcum loquuntur, vtilitatem reuocandi.

Occaſio capienda admonendi ex re qualibet.

27. *Et continuo venerunt diſcipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur.*] Quorſum hoc Ioannes indicat Cyrillus cauſam reddere voluit, quamobrem non vltra inter Chriſtum, & mulierem progreſſus eſſet ſermo, quia interuentu nimirum diſcipulorum interruptus eſt. Contra vero Chryſoſtomus, & Theophylactus diuinitus factum eſſe, vt non ante diſcipuli venerint, quam ſermo ille Chriſti tam ſalutaris finitus eſſet, quo ſe illi Meſſiam eſſe declarauerat, eo vero finito ſtatim veniſſe, quaſi à Deo detenti fuiſſent, ne ante venirent. Cur autem mirati fuerint, quod cum muliere Chriſtus loqueretur, Euangeliſta non docet. Plerique auctores veteres eius humilitatem miratos fuiſſe putant, quod dedignatus non fuerit cum muliere, & quidem alienigena, & paupere loqui. Sic Origenes, Ammonius, Leontius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthym. Eodemque ſenſu videntur D. Auguſtinus, & Beda, interpretari, *Quia quærebat perditam*, inquit Auguſtinus, *quis venerat quærere, quod perierat. Hoc illi mirabantur. Bonum enim mirabantur, non malum ſuſpicabantur.* Aliam Ammonius interpretationem adhibet, miratos fuiſſe diſcipulos, quod cum Samaritana loqueretur, cum non verereretur Iudæi Samaritanis. Sunt inter poſtremos auctores & recentiſſimos, qui exiſtiment propterea miratos, quod ſcirent Chriſtum ſolitum non eſſe cum mulieribus colloqui, mirari enim homines inſolita. Cyprianus in libro de ſingularitate clericorum ideo miratos putat, quod non ſatis honeſtum eſſe videretur, vt ſolus cum ſola miracula loqueretur. Idque videntur verba præ ſe ferre.

Tract. 15.

Nemo tamen dixit, Quid quæris? aut quid loqueris cum ea?] Scientes, vt ait Leontius, non ſine conſilio Chriſtum id facere. Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius exiſtimant aſſueros fuiſſe diſcipulos, & inſtructos à Chriſto, ne eius facta diiudicarent. Quærit autem idem Chryſoſtomus, & Theophylactus, quid cauſæ fuerit, quod modeſtiores ſolito hoc loco fuerint. Nam & alibi audacter interrogaſſe Chriſtum, quis ipſorum videretur eſſe maior, & Ioannem ſuper eius pectus recumbentem de proditore, quiſnam eſſet, ſciſcitatum. Reſpondent illi citens ſuam eg. ſſe. hic alienam. Præclarum exemplum, vnde diſcere inferiores debent, non oportere eos de ſuperiorum conſiliis factisque iudicare. Quam moderationem ſi homines erga homines, multo maxime homines erga Deum tenere debent. *Nunquid dicet lutum ei. qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? & opus tuum abſque manibus eſt.*

inferiores non debent de ſuperiorum conſiliis factisq. iudicare.

ad Rom.

28. *Reliquit ergo hydriam mulier, & abiit in ciuitatem.*] Voluit nobis Euangeliſta, vt etiam Leontius admonuit, hoc facto ante oculos ponere, quanto ſtatim ardore fidei mulier illa fuerit incenſa. Vſque eo prorſus, vt velut rerum omnium oblita, & aquæ, cuius hauriendæ ferendæque cauſa venerat, & ipſius hydriæ, quam ſecum tulerat, nihil iam aliud, quam de Chriſto, deque communicando cum omnibus inuento à ſe theſauro cogitaret. Expreſſum exemplum hominis verè conuerſi, & à Deo inſpirati, omnia ſtatim relinquere, etiam quæ in manibus habeat. Quemadmodum vocatos à Chriſto Apoſtolos fuiſſe legimus, *Et continuo*, inquit, *relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Hoc ſe feciſſe D. Paulus aſſimat, *Cum, inquit, placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem eum in gentibus, continuo non acquieui carni, & ſanguini*, Galat. 1. 15. 16. Notauit exemplum Origenes, & nobis monuit imitandum. Mulier, inquit Auguſtinus, *audito, Ego ſum, qui loquor tecum, & recepto in cor Chriſto Domino, quid faceret, niſi iam hydriam dimitteret, & euangelizare curreret? Proiecit cupiditatem, & properauit euangelizare veritatem. Diſcant qui volunt euangelizare, & proiciant hydriam ad puteum. Venerat mulier ad fontem Iacob, inuenteque Chriſto meliore fonte aqua*

Exemplū hominis verè conuerſi.

matth. 4. 20. 22. &c.

aqua viue ſalientis in vitam æternam illum negligit, ex hoc A haurit, vt Chryſoſt. hom. 33. Theophylact. & Euthym. hoc loco tradiderunt.

29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci, nunquid ipſe eſt Chriſtus?] Pedetentim egit, inquit Auguſtinus, *ne illi quaſi iraſcerentur, & indignarentur, & perſequerentur. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci.* Singula verba plena prudentiæ ſunt. & vt ait Chryſoſtomus, quemadmodum Chriſtus illam paulatim, & ſenſim ad fidem non tam traxerat, quam adduxerat, ſicipſa Samaritanos addu cere conatur, vt facile iam Chriſti diſcipulam agnoſcas. Primum non dicit, Credite mihi Meſſiam veniſſe. ego vidi. Sed inuitat vt & ipſi veniant, non vult ſibi, ſed Chriſto, & experientiæ credere. Neque dicit, Venite, credite. ſed *venite, & videte*, vt Chryſoſtomus, & Leontius adnotarunt. Videte autem hoc loco non ſolum opinor ſignificat vſum, ſed experimentum, atque iudicium. quaſi dicat, Venite, experimini, explorate. indicateque, num ille Meſſias ſit. Conſidebar enim forte mulier, vt ſimulatque videret eum. & aliquid interrogarent, aliquid coram ipſis diceret, facerentue, vnde num Meſſiam eſſe cognoſcerent. *Satis vſui*, inquit Cyrillus, *ſufficiet ad fidem, ſatietes vos illo mira vaguentibus miraculis certiores. Nam qui cordium noſtri ſcrutator, & hæc de nobis poſſidet dignitatem, quomodo non tanti eſſet, quos voluerit?* Nec dicit, Videte Propheram. aut Chriſtum, ſed videte C hominem, quamuis ſupra hominem eſſe crederet, vt Origenes, Chryſoſtomus, & Euthymius obſeruarunt, quia hoc ipſum malait ab iis exploratum credi, quam à ſe dici. Quo enim leuius eos trahere videbatur velle, eo magis trahebat vt Leontius, & Euthym. indicarunt. Necerubuit, vt Theophylactus ait, dicere omnia, quæ feciſſet, ab eo ſibi fuiſſe patefacta, ſed ſe ipſam infamat, vt eos ad Chriſtum adducat. Sic deb ent Euangelici prædicatores *per infamiam; & bona famam*, vt ait D. Paulus, Chriſtum annuntiare. Non dixerat illi Chriſtus omnino omnia, quæ toto tempore vitæ ſuæ fecerat, ſed dixerat quæ præcipua erant, quæque maxime erant occulta, & mulierem poterant commouere. Ex illis enim facete conieCturam poterat, quæ dicebat, omnia, ſi veller, poſſe dicere. Propterea vniuerſe dicit, *Qui dixit mihi omnia, quæcunque feci.* Chryſoſtomus putat. Aut vt ego arbitror, hyperbolica, vel ſynecdochica locutio eſt, qua, vt res quæ dicitur exaggeretur, pro parte totum ponitur. Quod autem addit, *Nunquid ipſe eſt Chriſtus?* nihil abſurdi eſt, ſi dicamus diſſe dubitando, nihil enim mirum, ſi nec dum perfectam habere fidem, cum longo tempore diſcipuli ipſi vix habuerint. Tamen vero ſimilius eſt, & toti orationi congruentius, non dubitando, ſed addubitantis modo dixiſſe, ne de re tanta præiudicare imperita mulier videretur. ſed omne iudicium illis relinqueret, quos ad capiendum experimentum inuitabat, vt Euthym. E interpretatur.

Conſtabat ex re ipſa, non ex verbis mulieris.

Corporalis cibus ſpiritualem ſignificat.

cibus hominumque ſalus poſtponitur.

Ezech. 2. 3. 7.

30. Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.] Propterea dixit Euangeliſta *ergo de ciuitate, & veniebant*, non tabus venerunt, quia volebat narrare, quid interim, dum illi venirent, accidiſſet, quomodo diſcipuli Chriſtum rogaſſent, vt cibum ſumeret, quid que ille reſpondiſſet. Imitari ſunt Samaritani mulieris diligentiam. Illa ſtatim vt Chriſtum inuenit, nullas nec tem moras relicta ad puteum hydria ad euangelizandum cucurrit, illi ſtatim per mulierem audito nuntio vtrem relinquunt, & ad quærendum Chriſtum accurrunt. Et nos Samaritanos, vt Origenes admonet, debemus imitari, ad Chriſtum vel per mulierem commonef. eti relictis vtribus, relictis rebus omnibus,

Diligentia Samaritanorum imitanda.

currere debemus. Recte Cyrillus Samaritanorum in credendo felicitatem cum Iudæorum duritie comparat. *Samaria*, inquit, *ſimilium peccatorum ſuorum non peccauit.* Ezech. 16. 51.

31. Interea rogabant eum diſcipuli dicentes, Rabbi manduca.] Quod Chriſtum diſcipuli rogauerint, vt cibum ſumeret, Chryſoſt. Theophylact. & Euthym. non improbitate quidem vlla, ſed curiate feciſſe interpretantur, quod eum feſſum de via eſſe ſcirent. Notarunt quoque Ammonius, Theophylact. & Euthym. verbum ἐρώτων, quod proprie ſignificat interrogare, accipi hoc loco pro παρακαλεῖν precabantur, exhortabantur vt cibum ſumeret. Vera hæc ſunt. Sed videntur mihi Apoſtoli aliquam, vt eam rogarent, occaſionem habuiſſe. Nam ſi illi quidem ſtatim vt apposiri cibi ſunt, ſumere cœpiſſet, nihil vtique fuiſſet cauſæ, B quamobrem illum rogarent. Eſt igitur vero ſimile, Chriſtum appoſitum iam cibum prius ſumere noluiſſe, ſed hæſiſſe meditabundum, & quaſi aliam in rem, quæ magis ſibi, quam cibus curæ eſſet, animo defixum. At quam ob rem cibum ſumere prius noluerit, aut qua de re cogitabundus hæſerit, probabilis Cyrilli coniectura eſt, ſciuiſſe eum Samaritanos à muliere vocatos venturos eſſe, noluiſſeque ante cibum capere, quam illos ad patrem ſuum adduxiſſet. Hoc enim eſt, quod ſtatim dicit, *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*, & *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Dedit Euangelii prædicatoribus ſingulare documentum, vt cibum, & potum, ne dum aliæ quæ minus ſunt ad vitam neceſſaria, prædicationi poſt habeant.

32. Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.] Quem cibum intelligat verſ. 34. declarat. Illud modo notandum videri Chriſtum de induſtria cibum non ſumere, vt à diſcipulis ſumere rogarentur, occaſionemque ex eorum captare verbis de matura iam ad meſſem ſegete diſſerendi, vt ſeſe illi, qui meſſores futuri erant, præpararent, eoſque ad cibum illum, in quo ille ſumendo totus erat occupatus, inuitaret, vt de Samaritanorum, aliarumque gentium ſalute cogitarent. *Tanquam magiſtros*, inquit Ammonius, *orbis terrarum aſſueſcit corporalem cibum Dei voluntati, hominumque ſaluti poſtponere.* In hanc etiam ſententiam hunc locum Cyrill. edidiſſe, *Arebm*, inquit, *quæ iam inſtabant, reſponſo texit ur, occultaſque ſignificat, quod ſi diſcipuli ſcirent de Samaritanorum conuerſione iam agi, de illo cibo magis cogitarent, quam de corporali conſularent.*

33. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare?] Apparet non magis diſcipulos intelle xiſſe, quod Chriſtus de cibo, quam Samaritanam illam mulierem, quod de aqua dicebat verſ. 10. Nam & illa non niſi corpoream aquam, & hi non niſi corporeum cibum cogitabant, vt Chryſoſtom. Cyrillus, Auguſt. Beda, Theophylactus, Euthymius adnotauerunt. *Quid mirum*, inquit Auguſtinus, *ſi mulier illa non intelligebat aquam, ecce diſcipuli non intelligunt eſcam?* Itaque nihil erat cauſæ, cur Origenes ſuum illum Heracleonem propter hanc interpretationem reprehenderet, quam eo poſt clariſſimi auctores probauerunt. *Dicebant ergo ad inuicem*, id eſt inter ſe, non palam, non ita vt Chriſtus audiret. Non enim audebant reuerentiæ cauſa, vt air Euthymius, hoc ipſum illum interrogare. Dubitant autem eoquis illi ſe abſentibus cibum attulerit, incredibile indicantes eum cibum non ſumere, ſi ante non ſumpſiſſet, cum feſſum de via eſſe ſcirent, tempuſque meridianum verſ. 6. & ieiunum ad eum locum peruenſſe. At quis illi cibum attuliſſet? Aut aliquis, qui eo forte veniſſet, famelicumque videſſet eſſe, ſicut mulier repererat tubun-

siubuadam, à quo se diligentia dolebant esse superatos. Aut, vt Origenes interpretatur, putabant angelum illi aliquem tulisse cibum. Aut, vt ait Leontius, existimabant accidisse illi, quod acciderat Danieli cũ in lacum leonum conclusus esset, Habacuc prandium illi à Deo, quod messoribus suis parauerat, ferre cogeretur. Daniel. 14. 33. Vel quod accidit Eliæ, cui coruus iussu Dei prandium quotidie, cænamque ferebat 3. Regum 17. 6.

34. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.] Clarius discipulis exponit, de quo loquatur cibo, quam exposuerat Samaritanæ, de qua aqua locutus esset. Sicut solebat illis differre, quæ aliis in parabolis, obscure que dixisset Matth. 13. 36. 37. & 15. 15. 16. 17. Aliquid enim discipulis concedendum erat: & discipuli facilius, quam mulier aperte, & sine meraj; horaloquentem intellexissent: & erat magis necessarium hoc discipulis, quã illud mulieri declarare, quia, vt ex Ammonio, & Cyrillo superiore versu diximus, oportebat eos tanquam messores, id est magistros instituere, vt eundem illi cibum rebus omnibus anteferrent. Voluntatem autem Patris salutem hominum intelligit, vt Euthymius admonuit. Itaque significat voluntatem Patris propterea in modum cibi sibi esse, hoc est gratam, iucundam, atque suauem, quia in procuranda hominum salute versatur, non solum quia Patris voluntas est. Salus nostra veluti condimentum illi erat paternæ voluntatis, quæ illam per se iucundissimam reddebat iucundiorem. *Iudicia*, inquit, *Domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia, super aurum, & lapidem pretiosum, & dulciora super mel, & fauum*, Psalm. 18. 10 11. Non dixit vt faciam voluntatem Patris, sed *voluntatem eius, qui misit me*, quia etsi idem est, non eandem habet vim. Dum enim dicit, *eius qui misit me*, indicat in hoc ipsum se fuisse missum, vt eam faceret, id est vt hominum salutem procuraret. Hoc magis declarat cum dicit, *vt perficiam opus eius*, id est negotium mihi ab eo iniunctum, vt ad salutem homines adducerem.

35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?] Subobscurus locus. Primum videndum, de qua messe discipulos loqui intelligat, cum dicunt, *adhuc quatuor menses sunt, & messis venit*: deinde quomodo quatuor illi menses intelligendi. Origenes videtur existimare discipulos de spirituali messe intellexisse, adhuc quatuor menses, id est longum vsque ad illam tempus reliquum fuisse. Adeo enim creditu difficilia docere Christum, vt antequam homines credant, id est ad messem maturi sint, multum temporis supersit. Quod etsi à nullo alio auctore confirmatum video, probabile tamen iudico, modo ita intelligamus, vt sensus sit, Nonne vos existimatis me nunc sementem Euangelicam facere, ideoque longum tempus vsque ad messem superesse, itaque auctores mihi estis, vt non de alia re quam de quiete, & cibo cogitem? Sicut solent agricolæ facta sementequiescere, & superiotis anni frumentum edere, ingruente vero messe dies, nocte sque laborare. Arqui non ita est. Sementis Euangelica iam diu per Prophetas facta est. Itaque non est nunc sementis, sed messis tempus, nec otiandum mihi, vobisque est, sed gnauiter laborandum. *Alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introiistis.* Cæterum si communem omnium aliorum auctorum interpretationem sequamur, Augustin. Cyrilli, Chrysostomi, Bedæ, Theophylacti, Ruperti, Euthym. de messe hoc corporea intelligendum, vt ex illa Christus ad spiritualem argumentetur, quasi dicat, vsque ad messem quidem corpoream, de qua vos cogitatis: quatuor menses sunt. vt vos dicere soletis, sed messis illa, de qua ego solicitus sum, alba iam est, atque matura. De quatuor mensibus maior est quæstio. Omnes quidem auctores, quos legere vnquam memini, sic interpretantur, quasi hæc quatuor ante messem eius anni mensibus dicta fuerint, id est sub mensem Februarij. Maio enim mense in Palæstina messem solitam fieri. Sic Cyrillus, Augustinus, Beda, Rupertus intelligunt. Atque hinc Cyrillus, & Rupertus colligunt hæc vere primo, id est circa Februarium mensem accidisse. Non dissentio libenter ab omnibus præsertim auctoribus, sed proponam lectori interpretationem meam, & doctioribus me iudicãdam relinquam. Existimo prouerbium apud Hebræos fuisse *adhuc quatuor menses vsq; ad messem*, quo significabant satis esse temporis, vt de aliqua re facienda cogitarent, seque ad eam præpararent. Eodem plane modo quo Latini dicunt, *ad hoc segnes in verba sum*. Sumptum autem inde prouerbium fuisse arbitror, quod plerumque inter eum mensem quo sementis, & eum quo messis fiebat, quatuor erant menses. Fiebat enim sementis mense Nouembri, messis mense Aprili ex eunte, inter quos duos menses quatuor erant December. Ianuarius, Februarius, & Martius. Illo autem tempore solitam messem fieri, Exod. 34. 22. & Leuit. 23. 15. manifestum est, vbi primitiæ frugum septem post Pascha hebdomadibus offerri iubebantur. Ergo prouerbium erat, vox erat ottosorum hominum qui sementem iam fecissent, nihilque vsque ad messem, id est vsque ad longum tempus iubebant, quod magnopere agerent. Hoc prouerbium ex sementе, & messe corporea desumptum puto Christus ad spiritualem sementem messemque accommodauit. *Vos dicitis*, id est dicere soletis, *adhuc quatuor menses sunt vsque ad messem*, id est satis esse temporis, vt de aliqua re agenda cogitetur. Non potestis iam nunc de spirituali messe dicere, in quam ego vos missus sum, *leuate* enim *oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem*. Non ergo significat Christus discipulos tunc hoc dixisse *adhuc quatuor menses sunt*. Quorsum enim dixissent etiamsi verum esset? Ac ne alio quidem fortasse tempore vnquam dixerant. Sed est Hebraismus, quo secunda persona pluralis ponitur pro tertia, & pro verbo passiuo impersonali, quo vtuntur Latini, *Nonne dicitur*, hoc est, nonne dicunt, aut nonne dicitur, nonne dici vulgo solet *adhuc quatuor menses sunt vsque ad messem*? Miratus sum, cum apud doctum quendam interpretem, legi quatuor hisce mensibus breue tempus significari, quasi diceret Christus, vos ipsi iudicatis tempus iam esse, vt de futura messe cogitetis, cum dicatis non nisi quatuor menses, vsque ad messem superesse? Sensus meo iudicio verbis Christi contrarius. Opponit enim discipulis se, *ecce dico vobis*. Opponit oculos linguæ: *vos dicitis*, sed ego dico, *leuate oculos vestros*. Opponit tempus tempori quod ipse dicit, ei quod discipuli dicebant, breue longo. Illi dicebant quatuor superesse, ipse dicit nihil, aut perparum temporis superesse, iam enim matura ad messem segete campos albescere. Et si breue tempus significare voluisset, non vtique dixisset *adhuc quatuor menses*, sed non nisi quatuor menses sunt vsque ad messem. Qui enim dicit *adhuc* longum indicat tempus.

Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones.] G. χώρας, campos, agros satos. Prouocat ad experientiam discipulos, & vt diximus oculos opponit linguæ. Quærunt nonnulli quos oculos leuare iubeat, corporis an animi? Vtrosque inquiunt Leontius, & Theophylactus, corporis, vt ad ie venientes Samaritanos viderent, & ex illis caperent coniecturam, quam maturæ aliæ regiones essent, quando illa, quæ quia hostilis erat, maxime immatura debere esse videbatur debatur, tam matura esset, vt falcem postularet, id est ad te veniret. Cyrillus, & Rupertus solos mentis oculos intelligunt, quod est probabilius, cum, vt diximus, de spirituali loquebatur messe. *Regiones* vero voces, vt inquit Leontius, multitudinem hominum, qui quaquaversus erant, non solum, vt putat Euthymius, Samaritanorum. Albentes autem, quia paratæ iam erant ad Euangelium recipiendum. Qui ideo messis appellantur, quia tanquam manipuli ex agro mundi colliguntur, & inferuntur, congreganturque tanquam in aream in Ecclesiam, vt inquit Ammonius. Nam & ecclesia idcirco vocatur area, quod in ea non sola grana, sed grana vna cum paleis contineantur. Matth. 3. 12. & Lucæ 3. 17. Sic vocat messem Matth. 9. 37. 38. *Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* Alio sensu Matt. 13. 30 39 messem consummationem sæculi vocat, quia acea tunc sicut tempore messis ventilabatur, & grana à paleis separabantur, *Sinite*, inquit, *vtraque crescere vsque ad messem*. Notarunt hoc Augustinus, & Rupertus, copiosius autem Origenes.

36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.] Dubium an idem nomine mercedis, & fructus intelligat. Origenes quidem, & Rupertus diuersa esse putant, etsi, quid merces à fructu differat, non confentiunt. Nam Origenes vtrunque ad futuram vitam pertinere existimat, sic tamen vt merces dicatur ea, quæ propter promissiones tanquam ibi debita redditur, fructus vero is, qui supra debitum datur, qui *non fuerit consignatus passionibus istius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Rupertus vero mercedem esse eam, quam in hac vita debent operarij Euangelij. De qua dictum est. *Dignus est operarius mercede sua. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt.* Fructum autem eum, qui in altera reddendus est vita, de quo dicit D. Paulus, *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundũ suum laborem*. Alij ita distinguere videntur, vt merces sit, quæ in cœlo pro cuiusque labore redditur, fructus vero non ad messorem, sed ad dominum messis referatur. Quasi sensus sit messorem mercedem à Domino messis accepturam esse, quia fructum in eius horreum congregauit, id est multos homines in vitam æternam adduxit. Ego Cyrillum secutus mercedem, & fructum idem esse arbitror. Sed mercedem appellari, quia pro labore datur, fructum vero, quia solet messoribus pro mercede fructus, id est frumentum dari ex illo ipso, quod messuerunt.

Vt et qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.] Hoc ideo adiectum esse Chrysostomus putat, ne quis diceret eum alium esse qui seminat, alium qui metit, existimaret aliquis eos, qui seminassent, mercedem non accepturos. Mihi, quia de messe, & eius mercedis quærebatur, tempus illud nobis repræsentare videtur voluisse, quo omnes agricolæ & qui seminarunt, & qui messuerunt, acceptã mercede gaudere solent. Solet enim, vt diximus agricolæ omnem mercedem frumento solutam, & in tempus messis etiam eorum, qui in hyemem apud se laborarunt, differre. Itaque non probo quod Chrysost. & Theophylact. adnotarunt, idco hoc dictum esse, vt differentia inter seminatores temporales, & spirituales significetur. Qui temporalem se mentem faciunt, dolere si alij metant, quod ipsi seminauerunt, qui spiritualem gaudere. Solent quidem id facere qui sibi, non hero suo seminant, vt apud Isai. 17. 10. & 65. 22 intelligitur. Qui autem non sibi, sed hero seminat, gaudent, quod ex semente, quam ipsi fecerunt, magna prouentura sege, per quoscunque tandem siue per se, siue per alios eidem domino metatur. De his loquitur Christus. Nam & Prophetæ Domino, non sibi seminarunt, & Apostoli eidem Domino messuerunt: & vtrique secundum proprium laborem accepta mercede pariter gaudent. Vtrique enim cooperatores erant Dei, etsi illi plantauerant, illi rigauerunt.

37. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.] Non dubium quin prouerbium illud apud Hebræos tritum fuerit, vt Theophylact. & Euthym. adnotauerunt. Quo prouerbio vtebatur, cum volebant significare alium laborasse, alium eius fructi labore. Sementis enim cum magno labore tempore totius anni difficillimo, incerta vero spe prouenit us, atque mercedis fit: messis vero & minore labore, & certo prouentu, atque mercede. Hoc igitur prouerbium ad Prophetas, & Apostolos Christus accommodat. Quod Prophetæ sementem fecissent, id est maiorem laborem subissent, Apostoli vero meterent, id est, minus laborarent. Non quod minor Apostolorum, quam Prophetarum labor fuerit, quin multo fortasse maior, tot ac tantarum orbem peragrare, per ferrum, per ignes, per cruces ire, non iam cum hominibus, qui aliquam Dei haberent scientiam, quales Iudæi erant, sed cum Gentilibus, cum tyrannis, id est bestiis pugnare. Sed quod multo maiorem laborem Apostoli subituri essent, si Prophetæ ante illos non laborassent, & Iudæorum populum excolendo ad recipiendum Christum, eiusque Euangelium præparassent. Adde quod, vt postea dicemus, non loquitur Christus hic nisi de Iudæis.

38. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis.] Omnes consentiunt auctores Prophetas significari, qui antequam Apostoli venirent, in eundendo populo laborauerat. Sic Origenes, Irenæus. lib. 4. c. 40. Augustinus, Chrysostomus, Ammonius, Leontius, Beda, Rupertus, Euthymius, Theophylactus. Solus Heraclæon, vt Origenes refert, angelos intelligebat. Sed minime dubium est homines cum hominibus comparati. At Prophetæ apud Iudæos tantum laborauerant, quid de gentibus? Sunt qui putent etiam de gentibus hi agi, & quemadmodum Prophetas apud Iudæos, ita Philosophos apud alias gentes homines ad recipiendam fidem præparasse, dum licet multis admixtis erroribus docebant aliquem esse Deum, eumque bonum, rerum omnium habentem prouidentiam, immortales esse animos nostros, proposita esse in altera vita bonis præmia, malis supplicia, aliaque huiusmodi multa, quæ cum Christiana religione conueniunt. Multa in hanc sententiam Clemens Alexandrinus in Pædagogo, & libr. 1. Stromat. disputat, Philosophiam prædagogum fuisse Gentilium, hoc fuisse Græcis, quod lex Moysis Iudæis fuerat. Huc pertinet quod Augustinus tradit lib. 3. Confession. cap. 9. & libro 3. aduersus Academicos multa in Platonicorum libris esse, quæ Christianæ religioni consentanea sint, seque multum, vt Christianus fieret, eorum lectione fuisse commotum. Hoc Tertullianus nõ dixisset, notans vbiq; Philosophos & Patriarchas nõ Christianorum, sed hæreticorum nomine appellans. Probabile quidem sit Christum etiam de gentibus loqui, probabilius tamen iudico, vt de solis loquatur Iudæis, in quibus, qua decem successerant tribubus etiam numerat Samaritanos. Probant ex hoc loco Irenæus, & Theophylact. aduersus Marcionistas, & Manichæos eundem fuisse Deum veteris, nouique testamenti, quando & in illo Prophetæ, in hoc Apostoli, illi ad seminandum, hi ad metendum in eundem agrum missi sunt. Ammonius vero, & Leontius colligunt ex illo verbo, *ego misi vos*. Christum etiam Prophe-

tas mississe, ab eodem enim patre familias, & messores, & seminatores mitti. Recte quoque Idacius in libr. contra Varimadum ex hoc loco Christi probauit diuinitatem, neminem enim nisi Deum Propheras, & Apostolos mittere potuisse. Magis hanc quam recentiorum quorundam probo distinctionem, probantium ex hoc loco, anteq iam hoc Christus diceret, Apostolos ab eo ad prædicandum missos fuisse. Quod vt verum sit ex hoc certe loco probari non potest. Quod enim dicit *misit*, necesse non est, vt sic interpretetur, quasi iam re ipsa misisset, sed quasi re ipsa eos elegisset, ac destinasset, vt suo tempore mitteret tempore. Quemadmodum Matthæi 10. 5. dicitur duodecim Apostolos misisse, cum non statim misisset, & Marci 3. 15. dedisse potestatem spirituum immundorum, cum non tunc dederit, vt eo loco probauimus, sed postea cum eos mitteret ad prædicandum. c. 6. 7. Dicitur autem dedisse, tunc, quia tunc eos elegit, vt suo tempore iam illis potestatem daret.

39. Ex ea autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci.] Quod Heracleon in hæc verba commentatus est, malo lectorem ex Origene discere, quam à me sine opere pretio recitari. Illud dubium, quando intelligat Euangelista illos multos Samaritanos *propter verbum mulieris* credidisse, an antequam ex vibe egressi ad Christum venissent, an postquam venerunt? Placet mihi quod inchoant Augustin. & Beda, priusquam exirent credidisse. Hoc enim significat Euangelista, cum prius dicit multos *propter verbum mulieris* credidisse, deinde quasi tam postea factam addit, *cum venissent ergo ad illum Samaritani*. Illa enim dictio, *ergo*, significat propterea eos ad Christum venisse, quia prius credidissent. Aquesta etiam videntur Cyrillus, & Theophylactus intellexisse. Quo autem modo tam facile mulieri credideriut, poterat enim menti i, rationem Leontius, & Theophylactus reddunt, nihil mulieri, vt mentiretur, fuisse causæ. Nec enim conciliandæ gratiæ causa dicere potuisse, cum sepotius infamem redderet, dum fatebatur vera esse, quæ sibi Christo dicta essent.

40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani.] Cum peruenissent. Iam enim dixerat vers. 30. *exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum.* Ad quæ verba nunc post interpositum Christi cum Apostolis colloquium redit Euangelista, docetque quid Samaritani egerint, cum peruenerunt ad Christum, rogarunt nimirum eum, vt apud se maneret. Non solum officii, & humanitatis causa id, vt opinor, faciebant, sed quia volebant quem Messiam esse credebant, apud se retinere, & vt salutem ex eo percipcrent, & quia honorificum erat, Messiam apud se habere. Vix enim quisquam Christum, cum non honorem sibi, sed ignominiam affert, retinere nititur. Credibile est petuisse ab eo Samaritanos, non vt duos dies, sed vt semper, aut longo saltem apud se tempore maneret, vt putaretiam Chrysostomus. Cum enim dicit Euangelista duos bi mansisse dies, videtur indicare, non concessisse illis Christum quantum petebant, sed concessisse tamen aliquid. Duplex hic quæstio, altera cur in ciuitatem Samaritanorum ingressus fuerit, cum ipse discipulos ad prædicandum mittens id facere prohibuerit, Matth. 10 5 Altera, quare ingressus non nisi duos dies manserit? Ad primam multis modis interpretes respondent. Primum Dominum fuisse legis, quam ipse tulisset, portuisseque in ea dispensare, sicut quia Dominus erat sabbati, vt idem alibi dicit, multa in sabbato faciebat, quæ Phariæi indicabant fieri non posse. Deinde id non fecisse nisi rogatum, & ita rogatum, vt necessare humanitatis officium honeste non posset. Deinde non fecisse nisi quia sciebat, vt ait Cyrillus, quam multi si hospitium sibi oblatum accepisset, essent crediturii. Ad hæc quia paulatim offendere volebat etiam gentibus a quentum suum salutarem fore. Hac etiam ratione & Gentilis Centurionis sanauit puerum, Matthæi 8. 13. & Chananææ mulieris filiam à dæmonio liberauit, Matthæi 15. 28. Denique id non quasi suscepto consilio, sed obiter tantum fecisse, ideoque duos ibi tantummodo mansisse dies, ne id sponte sua, dataque opera facere videretur, quæ secunda erat quæstio.

41. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius.] Non dicit credidisse propter miracula, quæ ibi fecit. Est q; probabilis opinio Chrysostomi, & Theophylacti, nullum tunc ibi Christum fecisse miraculum, cum enim explicare Euangelista voluerit causam, quam ob iem Samaritani credidissent, dixisse vtique potuisse miracula credidisse, si miraculum fecisset aliquod, quemadmodum dixit credidisse *propter sermonem eius*. Neque vero quis ille fuerit sermo, narrat Euangelista, contentus, vt videm Chrysostomus, & Theophylactus aiunt: ex effectu nobis ostendere, quæ fuerit efficacitatis, cum tam multos tam breui tempore ad fidem traxerit. Non fuit simplex, vt opinor, sermo, sed doctrinæ plenus. Nam, vt Euthymius ait, doctrinam Christi Euangelista sermonem appellauit. Itaque tum quia non simpliciter, sed docendo, & quæ diceban, vt credibile est, scripturis interpretando probando loquebatur, tum quia, vt notat alcibi Hieronymus, & in vulgu, & in verbis eius vis quædam diuina, & singularis inerat, facile persuasit. Ac vero quidem simile est quæstionem illam, quam illi ad puerum mulier propulerat, iterum à cuibusdam propositam fuisse, multaque eum ea occasione de lege, de templo docendo Deo, deque Euangelio differuisse. Quod Euangelista dicit, *multo plures propter sermonem eius credidisse*, comparatiue inter Christum, & mulierem fit, multos quidem propter mulierem, multo vero plures propter illum ipsum credidisse. Vt ostendat Euangelista Christum opinionem Samaritanorum ex verbis mulieris ante conceptam non ita quasi modo, verum etiam super esse. Idem Regina Saba viso, & audito accidit Salomone, qui hanc de Christi figura erat. *Verum, inquit, est sermo, quem audiui in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa venit, & vidit oculus meus, & probauit, quod medi pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est scientia, & operatua, quam rumor, quem audiui* 3. Reg. 10. 6. 7. Magnam vim verbum Dei habet, per quemcunque tandem annuntietur, multo maiorem, cum suo ipse ore Deus loquitur. *Beatus, inquit, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Propterea gloriatur D. Paulus se non ab hominibus, sed ab ipso Christo Euangelium, quod prædicabat, didicisse, Galat. 1. 12.

42. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi. Non significant se propter mulieris verba non credere, sed propter ea, quæ in Christo viderant, expert que fuerant, magis credere. Latet enim tacita in oratione comparatio, sicut in illa Osee 6. 6. Matth. 9. 13. *misericordiam volo & non sacrificium*, id est magis misericordiam, quam sacrificium. Mulier illa Ecclesiam nobis, vt Origenes indicat, repræsentat, cuius in hac vita creditmus testimonio, *videmus enim per speculum in ænigmate*, cum autem ad Christum peruenerimus, id est *cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est*, & videbimus eum *facie ad faciem*, Ecclesiæque dicemus, *iam non propter loquelam tuam credimus, ipsi enim vidimus, & scimus, quia hic est Saluator mundi.* Consimile quod Augustin. & Beda scribunt. *Sic, inquiunt, agitur hodie cum iis, qui foris sunt, & nondum sunt Christiani. Christum nuntiatur per Christianos amicos, tanquam illa mulier hoc est Ecclesia annuntiante, ad Christum veniunt, credunt per istam famam, manet apud eos biduo, hoc est dat eis duo præcepta caritatis, & multo plures, & firmius in eum credunt, quoniam vere ipse est saluator mundi.* Quod dicunt, *hic est vere Saluator mundi.* Ammonius non aliam vim habere putat, quam hic est vere Christus, aut Messias, quasi idem esset Messias, & mundi Saluatorem esse, quod ea non solum inter Iudæos, sed etiam inter Samaritanos opinio de venturo Messia esset. fore vt Saluator esset mundi. Optime omnium, quos equidem legerim, Leontius hunc locū explanat. Existimat, quod vere Saluatorē vocant, cōparationem ad angelos, & ad veteres propheras fieri, qui ob salutē populi sæpe à Deo missi fuerint. Missus angelus est, cum populus Hebræus ex Ægypto fuit educendus, Exod 14. 19. & 23. 20. Missus alius cum ex Babylonica captiuitate esset libcrandus. neuter eorū vere Saluator fuit. Missus Moyses, missi alij prophetæ permulti, nemo vere Saluator fuit. Quia eti angeli, & homines illi sancti aliqua ex parte populū liberabant, tamen omnino non liberabant, liberabant à seruitute hominum, non liberabant à seruitute peccati: Christus ab hac nos seruitute solus liberauit. Et angeli, at q; prophetæ liberabant populum vt ministri, Christus liberauit vt Dominus. Quod & factis, & sermonibus ostendit: *erat enim docens eos*, vt ait Matthæus, *sicut potestatem habens.* Hoc ergo est vere saluatorem esse Potest & aliius esse sensus, vt alludant Samaritani ad verba mulieris, quæ eū Christum esse dixerat. Quasi illi nūc dicant, vere dixisti hunc esse Saluatorem mundi, aut, vt alij volunt, alludant ad eos, qui paulo ante se Christum esse finxerant. cum nemo eorū vere fuisset Christus. Quales inda ille, de quo Lucas Act. 5. 37. & Iosephus scribunt. Quod autem dicant *mundi*, indicat, vt idem ait Leontius, nō solum Iudæorum, vt ipsi existimabant, sed omnium etiam gentium Saluatorem venisse. Cuius rei aliquod fortasse apud illos argumentum erat, quod ad se, qui abominabiles Indæi essent, venire non recusasset. Vix credibile videretur tantum Samaritanos duorum dierū spatio in fide profecisse, nisi Eusigelista tam aperte dixisset. Sed eo facilius crediderunt, quod Iudæi non erant, exemplumque ediderunt, fore, vt facilius Gentiles crederent, quam Iudæi. Itaque merito Chrysostomus, Cyrillus, & Theophylactus multa de Iudæorum duritie, deque Samaritanorum in credendo facilitate disputant.

43. Post duos autem dies.] Vide, quæ diximus ver. 40.

Abiit in Galilæam.] Peruenerit in Galilæam ire. Eo enim tendebat iter, cum ex Iudæa profectus est, vt vers. 3. 4. dixit Euangelista, sed Samaritanorum rogatu tātulper ad eos diuerterat.

44. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet.] Nō videtur prima specie satis conuenienter hæc ratio reddi, cur in Galilæā Christus abierit, nec enim in patria sua tunc erat, sed in aliena, ac pene hostili Samaritanorum. Duarū syllabarum, *enim*, aut vnius potius γάρ, qua causa redditur, quinq; prorsus diuersas interpretationes inuenio. Augustinus existimat non reddi causam quare Christus Samaria, aut Iudæa relicta abierit in Galilæam, sed cur spatio duorum dierum, quibus apud Samaritanos fuit, tam multi in eum crediderunt, cum tam longo tempore in Galilæa, vbi eius erat patria, tam pauci credidissent, quia nimirum *propheta in sua patria honorem non habet.* Itaque putat Augustinus totam hic Galilæam Christi patriam appellari. Quod nescio an probatum lector sit, mihi paulo violentius videtur. Theophylactus patriam etiam totam Galilæam vocari putat, sed alio exponit sensu, reddi rationem non quare in Galilæam abierit, sed quam ob rem non semper in ea manserit, scilicet, quia eius erat patria, & *propheta in sua patria honorem non habet.* Si enim nunquam à Galilæa discessisset, non diceretur in Galilæam nunc abire. itaque cum redditur causa, quare abeat, non redditur quare abeat, sed quare ab ea discesserit. Et hoc violentum, Chrysostomus, & Euthymius, & Græcus Leontius existimant patriam dici Capharnaum. Nā & Capharnaum patriam vocatam eius fuisse, quia frequēs ibi cōmorabatur, Matth. 9. 1. notauimus. Sensum ergo esse non abisse in Capharnaum, sed in reliquam Galilæam, quia *propheta in patria sua honorem non habet.* In hac interpretatione duo sunt, quæ durioren reddunt sensum. Alterum quod Capharnaum in Galilæa esset, itaque non poterit Galilæa patriæ eius, id est Capharnaum opponi. Alterum, quod me magis mouet, quod tunc Christus non discederet, à Caphatnaum, sed à Samaria. Nam si fuisset in Capharnaum, indeq; in reliquas vrbes discederet Galilææ, haud absurde dici posset in Galilæam discessisse, quia propheta in patria sua honorem non habet. Similem n. locutionem supra notauimus ex 3. 32. Cyrillus Nazareth, vbi Christus nutritus fuerat, eius patriam interpretatur, sensumque esse putat, cum eum, aut ingredienti in Galilæi Christo Nazareth patria eius occurreret noluisse ad eam diuertere, sed in alias Galilææ partes discessisse. Quam expositionem etiam refert, & probat Leontius. Sed iisdem duab. rationibus, quibus ille superior Chrysostomi refelli potest. Quā ergo interpretationem probabilissimam, aut potius verissimam iudico, eius vix auctorem vllum præter Origenem hominem plerunq; allegoricum inuenio. Credo Iudæā totam Christi patriā appellari, vere enim Iudæus erat natus in Bethlehem ciuitate Iudææ. Cum ergo initio capitis Euangelista dixisset relicta Christum Iudæa in Galilæam abiisse, eamque narrationem narranda Samaritanorum historia interrupisset, finita Samaritanorum historia ad eam redit. Cumq; idem repetisset verbum, *abiit in Galilæam* (sub. relicta Iudæa) causam reddit, cur Iudæam reliquerit, cum patria eius esset, & in Galilæam abierit: quia propheta *in sua patria honorē non habet.* Quod vero dicitur Christus testimonium perhibuisse, plerique sic interpretantur, quasi tūc hoc ipsum dixerit se propterea relicta sua patria, quæcunque tandem ea fuerit, in Galilæam secessisse, quia propheta *in sua patria honorem non habet.* Alii hoc quidem non tunc, sed ante dixisse alia occasione simili Matth. 13. 57. Mar. 6. 4. & Lucæ 4. 24. cum causam redderet, quam ob rem discederet à Nazareth, qui ea alio sensu patria etiam eius dicebatur, Itaque *ipse enim* testimonium perhibuerat. Minus hoc quam illud probabile est. Nam si Ioannes significare voluisset Christum alias id testimonium perhibuisse, non dubium quin ad historiam illam allusisset Nazareth, de qua modo dicebamus. At illa nondum acciderat. Apparet enim ex Euangelicæ historiæ consequentia, tum, cum hæc Samaritanæ contigit historia, nec dum Christum multa mitacula feciisse. Illud vero cum accidit Nazareth, multa, magnaque iam fecerat, propterea enim dicebat. *Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice cura te ipsum, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 4. 23. Alii suspicantur Ioannem non significare Christum verbis, sed factis hoc testimonium tunc perhibuisse. Quasi dicat, te ipsa ostendisse, & quodammodo testatum fuisse nullum prophetam in sua patria honorem habere, cum noluerit ipse in patria sua manere, sed se in Galilæam

Expositio auctoris probata.

commiserit. Verum sensum attigerunt, qui dicunt non esse hoc ad id tempus referendum, quo Christus relicta Iudæa in Galilæam abiit, sed ad illud quo postea, cum esset Nazareth, testatus est, nullū prophetam esse sine honore nisi in patria sua Matth. 13.57. Mar. 6.4. & Luc. 4.24. Tanquam si diceret, Relicta Iudæa abiit in Galilæam, quia, vt ipse postea de alia sua patria loquens dixit, *non est propheta sine honore nisi in patria sua.* Frustra igitur à quibusdam disputatur, num hoc eodem tempore à Christo dictum sit, atque illud quod modo ex Matthæo, Marco, & Luca citauimus. Nec enim dubito quin eodem tempore dictum sit. ac fortasse semel. Sed Ioannes quod semel à Christo alia in causa dictum fuerat, aut vt dicam melius, postea dictū est, id ad causam similem accommodauit. Quid sit propheram in patria sua honorem non habere, & qua id ratione fiat, apud Matthæum differuimus. Hoc nunc sciendum, Christum non de honore suo, sed de patria sui gloriæ esse solicitum. Non enim quærebat gloriam suam, sed gloriam eius, à quo missus fuerat. vt ipse alibi testatur. Honorari enim se putabat non cum lauté, honorificeque exciptebatur, sed cum facilem inueniebat audientiam. Qualem, vt statim declaratur, apud Galilæos potius, quam apud Iudæos inuenit.

Inf. 8 v. 50. 54.

45. Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi.] Non simpliciter intelligendum est excepisse, sed excepisse libenter, excepisse tanquam Christum, aut certe tanquam propheram, & virum sanctum. Nam & prius eum receperant, cum apud ipsos toto vitæ suę tempore versatus esset, sed non dicitur excepisse ante, quia non vt prophetam, sed vt vnum de vulgo hominem exceperant. Opponuntur autem tacite Iudæis Galilæi, quod illi, cum populares essent Christi, eum non recepissent, hi, cum essent alienigenæ, receperint. Rarioque cōfirmatur, quam ob rem relicta Iudæa venerit in Galilæam. Euentum docuisse prudenter fecisse eum. Nam à Iudæis irrisus, à Galilæis magna benevolentiæ significatione receptus est.

Dies festus huc dies Paschæ.

Cum omnes vidissent, quæ fecerat Ierosolymis in die festo.] Docet Galilæos magis quam Iudæos doctrina, & factis Christi fuisse commotos. Iudæos enim magis impediebat invidia. Non aliis rebus excitatos fuisse Galilæos, vt illum libenter exciperent, quam quas apud Iudæos fecerat. Quis dies festus hic fuerit, constat ex cap. 2. 13. Nempe dies Paschæ, quo omnes, qui Mosaicam legem profitebantur, Ierosolymam sacrificandi causa ire oportebat, propterea & Galilæi Ierosolymam ascenderant ad diem festum. Nam & ipse Christus ex Galilæa in Iudæam ierat, vt diem festum Ierosolymæ celebraret. Quæ autem ea fuerint, quæ tunc Christus Ierosolymæ fecit, quæque viderant Galilæi c. 1. 14. 23. dictum est.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.] Id est cum libenter à Galilæis esset exceptus, cum nihil in Galilæa obstaculi reperisset, quo minus, quacunque vellet, vagari posset, venit iterum in Cana Galilææ. Hanc vim habet particula, *ergo.* Quod autem dicit venisse iterum, alludit ad id quod dixerat cap. 2. 2. eum cum discipulis suis eo inuitatum venisse. Quærunt nonnulli, quare iterum eo redierit? Leontius, Chrysostomus, & Euthymius propterea redisse putant, vt fidem eorum, qui ad miraculum ibi factum in ipsum crediderant, confirmaret. Cyrillus, quia sciebat se ibi maiore studio receptum iri, & libenter cum gratis hominibus versabatur. Augustinus, & Beda indicant ideo rediisse, quia cum miraculum fecit, pauci in eum credidissent. Probabilior Chrysostomi, & Cyrilli coniectura. Fecit idem Paulus Syriam, & Ciliciam peregrinans, vt ecclesias, quas plantauerat, confirmaret Actor. 15. 41. Quod autem Ioannes addit, *vbi fecit aquam vinum*, quidam idcirco putant addidisse, vt Galilæos cum Samaritanis conferens ostenderet plus hos, quam illos fidei habuisse. Samaritanos enim solo mulieris vnius testimonio nullis visis miraculis credidisse, Galilæos vero non nisi conspectis ante miraculis. Sic Chrysostomus, & Theophylactus. Sed nō videtur id agere Euangelista, vt hos cum illis conferat, præsertim cum paulo ante dixerit Galilæos in excipiendo Christo promptos, & officiosos fuisse. Itaque potius existimo descriptionem esse loci. Quasi is locus facto miraculo nobilitatus fuerat, ex eo miraculo describitur. Quæ autem fuerit Cana, & cur Galilææ dicta sit, expotimus supra c. 2. 1.

Et erat quidā Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.] Dubium, vtrum Regulus dicatur fuisse in Capharnaum, an fuisse Regulus quidam, cuius filius in Capharnaum ægrotus esset. Leontius Regulum non in Capharnaū sed in Cana Galilææ, quo Christus venerat, fuisse indicat. Sed non patiuntur hunc sensum verba Euangelistæ. Addit enim, *Hic cum audisset, quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum.* Non dixisset *cum audisset, quia Iesus aduenisset in Galilæam*, sed in Cana Galilææ, si eo quærendi Christi causa venisset. Probabilius igitur est sensum esse, fuisse quēdam Regulum, vt verbum esse non significet esse in loco, sed, vt Philosophi loquuntur, in rerum natura existisse, cuius filius in Capharnaum esset ægrotus, aut, vt alij volunt, fuisse quendam Regulum in Capharnaum, id est Capharnaitam, cuius filius ægrotaret, vt fit tractio. Non debuit tamē hæreticorum interpres propterea mutare verborum sinum, vt pro scriptura facta suam nobis sententiam exprimeret, sed ambigua verba, ambigua relinquere. Quid n. si alius forte melior est sensus? Non debet, cum scriptura duos probabiles sensus habere potest, alterum præcidere fidelis interpres. Ambiguitas ipsa pars aliquādo scripturæ est. Cur iste quisquis fuerit, cuius filius dicitur ægrotasse, Regulus appelletur, aut, vt Græce é βασιλικὸς regius multi quærunt. Credo ego nostrum interpretem legisse *Basilikos Regulus*, Leontius, Chrysost. Theophylact. & Euthym. regiū vocari putant, aut quia ex Regis Herodis, alteriusue Regis erat genere, aut quod regiū aliquod haberet officium. Quam secundam rōnem Origenes ēt affert. Addit & aliam, quam probabilem etiā existimat, ministrū aliquem fuisse Cæsaris. Referunt Leontius, Chrysost. Theophylact. & Euthymius fuisse auctores, qui eundem hunc dicerēt esse Regulum, atque Centurionem illum, de quo Matthæi ca. 8. 5. Lucæ 7. 2. agitur. Quod multis rationibus refellunt, pluribus vero Leontius. Illum Cēturionem, hunc Regulum, aut regium, id est palatinum fuisse, diuerso prorsus genere dignitatis. Illum volēte Christum in domum eius ire, vt eius sanaret puerum, prohibuisse indignum se tanto ratum beneficio, credentemq; posse Christum quamuis absentem solo curare verbo, hūc recusantem rogasse Christum, vti in domū suam cito veniret, mortē enim filium suum, quasi non crederet Christum absentem sanare posse. Illud accidisse, cum Christus ex monte descendisset, hoc cū venisset ex Samaria. Illius puerū paralysi, huius febri laborasse Iudæusne, an Gentilis fuerit, etiam à nonnullis dubitatur. Origenes, & Hieronym. in cōment. c. 65. Isaiæ Iudæum Gentilem fuisse putant, in eademq; sententia fuisse omnes necesse ē, quos paulo ante diximus eundē hunc atque illum Centurionē existimasse. Sed probabilius fuisse Iudæum, & quia minus habuit fidei, quā Centurionem, & Chananæam illam mulierem homines Gentiles videmus habuisse, & quia hoc ipsum illi exprobrat Christus, q̄ homini Gētili, qui minus credere debebat, non exprobrasset, & quia, vt ait Christus, signa

Calvinus in Harmo. Euang. Regem esse putat.

Cur Regulus appelletur ipse regio patre.

Iudæum fuisse Gentilis hic Regulus.

signa petebat, quod proprium Iudæorum erat, Mat. 12. 38. & 16. 1. 1. Cor. 1. 22.

48. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.] Quorsum hoc Regulo Christus dixit? nec enim signa ab eo petierat. Signum quidem erat magnum, quod petebat, vt morientem sibi sanaret filium: sed id ipsum nō ideo petere videtur, vt credat, sed quia credebat, petere. Vulgaris responsio, quam & Chrysostomus. & Augustinus, & Beda. & Theophyl. & Euthym. afferunt, credidisse quidem aliqua ex parte, sed imperfecte. cū necesse esse putaret, vti Christus domum illā veniret, vt filium sanaret, quasi aliter sanare non posset. Leontius, & Augustinus videntur etiam existimare nullam illum fidem habuisse, sed tentandi causa ad Christum venisse, quod probat Leontius ex verbis Euangelistę, vers. 51. *Interrogabat ergo horam ab eo, in qua melius habuerit.* Nimirum nondum credens per Christum sanatum fuisse, id que experiri volens ducta ratione tēporis, & ex ver. 53. *Credidit ipse, & domus eius tota.* Vnde apparet, inquit, eum antequam miraculum esset expertus, non credidisse. Nollam prorsus, eū ad Christum venire, habuisse fidem credibile non est, cum Christo obuiam processerit. de sanando filio suo cum illo egerit, vbi tentan di non erat locus, cumque dicat Euangel. ista sermoni Christi credidisse. Imperfectam, ac fortasse dubiam, & ex futuro euentu suspensam habuisse satis ex eius verbis apparet, id que solum probant argumenta Leontij. Alius mihi occurrit sensus, vt cum Christus dicit, *nisi signa, & prodigia videritis, non creditis*, non reprehendendo dicat, sed pronuntiando. Quasi dicat, cogor propter incredulitatem vestram facere miracula, quia si non faceremi, mihi non credereris. Non sanabo filium tuum propter preces tuas, sed vt multi in me eo viso miraculo credant, alioqui minime credituri. Itaque reddit rationem, cur Reguli filium curare velit. Quare lectionem illam, quæ in nonnullis Latinis codicibus, & in Græcis omnibus est, magis probo, *signa videritis, non creditis.* quemadmodum non solum Græci auctores Leontius, & alij, sed etiam Rupertus Latinus legit. Docent Ammonius. & Origenes in Græca Catena, quamuis non eodem modo, quid inter signum, & prodigium interfit. Signum, inquit Ammonius, differt à prodigio, quod prodigium sit, quod præter naturā fit, vt cæcorum oculos aperire, mortuos suscitare. signum autem quod præter naturam non est, vt ægrotos curare. Origenes vero ea, quæ præter opinionem sunt, & humanam cōsuetudinem excedunt. *Vocabula*, prodigia, quæ autem aliquid significant, *semeia* signa vocari.

Auxilium Dei nunquam petit.

Hebraismus est, quo significatur eum, qui sanatus est, à certissima, & iam initiate morte fuisse liberatum.

Liberatum periculo, ipse.

Quid inter signum, & prodigium interfit.

Ad Heb. 2. 12.

Preces nostras quomodo, exaudiat Deus.

49. Domine descende prius quam moriatur filius meus.] Ostendit quam de Christo opinionem habeat. Putat enim non nisi præsentem sanare posse, vt Leontius, Chrysostomus, Augustin. Beda, Cyrillus, Theophylact. Euthym. adnotauerunt. Peruersi est ingenij ad naturæ leges quas ipse fecit, Deum obligare. Exemplum simile est 4. Reg. 5. 11. *Putabam*, inquit Naaman Syrus, *quod egressurus ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.* Adeo affuerit instare nos vt etiam miracula, quę supra naturam à Deo postulamus, ad naturæ modum fieri velimus. Præcidit Regulus Christi sermonē, & nihil ad eius obiurgationem respōdens moras quas sibi Christus nectere videbatur rūpit. Missa ea faceret, quæ dicebat, propterē domum suam veniret, filium moribūdum sanaret, antequam exhalaret animam. Quare indicat se non credere posse filium suum, si forte moriatur, à Christo suscitari, q̄ altera erat in fide eius infirmitas. Non est tam festina fides. *Qui crediderit, non festinet.* Isa. 28. 16. simile est illud, *Domine salua nos perimus*, Matth. 8. 25. quasi vero si perissent, ad vitam

In miraculis naturæ leges requirendæ non sunt.

Vocat Deus ea quæ non sunt.

non vane crediderit, gratuletur. Credo hoc esse probabile, nam & nos ad confirmanda ea, quæ omnino credimus, rationes solemus conquirere naturales. Gaudemus enim omnia, quæ vera sunt, cum iis, quæ à nobis creduntur, conuenire. Leontius existimat hactenus tantum credidisse verbo Christi, vt obediret, domumque rediret, vt iussus erat, cæterum filium suũ viuere non credidisse, quo ad à famulis scisciatus didicit eadem hora, qua Christus dixerat eum viuere, sanatum fuisse.

51. *Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei.*] Cyrillus diuina providentia seruos domino putat occurrisse, vt ab illis sciscitaretur, qua hora conualuisset, itaque crederet Christi virtute id factum esse. Leontius, Chrysostomus, & Theophylactus valde, vt mihi videtur, probabiliter existimant seruos prius credidisse à Christo, licet absente, fuisse curatum, vidisse enim non paulatim more naturæ, sed subito & momẽto temporis ex grauissimo morbo in integrum, perfectamque valetudinem restitutum. Itaque occurrunt redeunti Domino non solum, quod filius viueret, sed etiam quod eius precibus, & Christi virtute viueret gratulaturi, quo cariorem eius salutem haberet.

52. *Interrogabat ergo horam ab eis.*] Vide quæ ver. 50. dicta sunt.

Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.] Hora prima pomeridiana. Cana Galilææ ubi Christus erat, cum regulo dixit *Filius tuus viuit*, vnius diei iter plus minus distabat à Capharnaum. Itaque die præcedenti post meridiem inde profectus regulus die altero peruenit Capharnaum, quo appropinquãti serui occurrerunt. Notat Antmonius admirabilem efficacitatem esse fidei, quæ Christum cooperatorem habet. Vno die regulum credidisse, altero die effectũ suæ vidisse fidei.

53. *Et credidit ipse, & domus tota.*] Quid? an non ante crediderat? De ea re vers. 40. & 50. disputauimus. Qui putant ante, aut omnino non credidisse, vt Leontius, exponunt nunc credidisse, id est credere cœpisse. Qui autem imperfecte credidisse ante, vt Chrysostomus, & alii, quos illic nominauimus, interpretantur, credidisse nunc omnino, atque perfecte. Qui etiam ante omnino, perfecteque credidisse, vt Antmonius, & Cyrillus, interpretari possunt perfectius etiam nũ credidisse. Nam & vera, perfectaque fides augeri, perfectior que fieri potest. Veram habebant à postoli fidem, dicebant tamen *Domine adauge nobis fidem*, Luc. 17. 5. Veram ille fidem habebat qui lacrymans exclamabat, *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Mar. 9. 24. Adnotauimus cap. 2. 11. & aliis nonnullis locis vsitatum in sacris litteris esse, vt quod augetur, ita fieri dicatur, vt si factum ante non fuisset. Sic enim ibi discipuli viso illo miraculo mutatæ in vinum aquæ dicuntur in Christum credidisse, cum ante in eum vtique crederent, quia magis perfecteque crediderunt. *Domus eius tota* credidit, quia, vt inquit Leontius, videbant patrem familias assueuerant attestari illo ipso momento temporis, quo febris adolescentem reliquerat, Christum sibi dixisse *Filium tuum viuit*, & non poterant testimonio patris familias nõ credere. Non est bonus pater familias, qui familiam totam suam ad fidem, Ecclesiamque non adducit. De hac enim potissimum re D. Paulus loquebatur, cum dixit. *Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* 1. Tim. 5 8. Lydia illa mulier non contenta baptizari ipsa, omnem quoq; domum suam baptizari voluit. Act. 16. 14. 15. Quod idem custos ille carceris fecit ibidem ver. 33 & Crispus archisynagogus Act. 18.8. Nec equidem intelligo quomodo haberi Catholici velint, qui in multis nunc locis, cum ipsi se Catholicos profiteantur, non solum vxorem & liberos, sed etiam famulos, quos nulla necessitudine naturæ coguntur retinere, hæreticos habent.

54. *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam.*] Non dicit simpliciter hoc secundum fuisse signum ex omnibus, quæ fecit Christus. Nam postquam primum illud fecit in Cana Galilææ, ca. 2. 11. multa alia fecerat Ierosolymæ, cum dies festus ageretur, eodem c. ver 22. sed dicit ex iis, quæ in Galilæa fecit, hoc fuisse secundum. Nec hoc ipsum absolute dixit, nã alia etiam præter hoc, & illud primum fortasse fecerat, sed ex iis q̃ rediens à Iudæa in Galilæa fecerat, hoc fuisse secũdum. Nã & primum illud, quo aquã in vinum mutauit, cum ex Iudæa in Galilæa redisset, fecit. c. 2. 1. At cur potius Euãgelista ea miracula enumerauit, quæ rediens à Iudæa in Galilæam fecisset Christus? Sunt qui ideo fecisse putẽt, quod ea fuissent ab aliis prætermissa, & sibi proposuisset, quæ alij prætermisissent, commemorare. Mihi alia videtur fuisse ratio, quod voluerit declarare, quomodo Christus, quoties ex Iudæa in Galilæã redibat, maior quodammodo & illustrior rediret. Sic redire Christianũ templo, à concione, à die festo feriationes domũ debent. Hoc magis probo, q̃ quod Chrysostomus, Theophylact. & Euth. dicunt, propterea hæc duo miracula numerasse, quia illo vtroq; docere voluit Galilæos inferiores q̃ Samaritanos esse fide, qui vno iam, & altero miraculo apud ipsos facto credidissent, cum Samaritani credidissent omnes nullo viso miraculo.

Quod augetur, ita fieri primum in sacris dicitur, vt si factum ante non fuisset.

Heretici famuli retinendi.

Fides vera perfectior fide imperf.

CAPVT V.

Leuit. 23. 4. 5. Deuter. 16. 1.

1. POST *hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.* 2. *Est autem Ierosolymis Probatica piscina quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens.* 3. *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum.* 4. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacũque detinebatur infirmitate.* 5. *Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* 6. *Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multũ tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?* 7. *Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.* 8. *Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula:* 9. *Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.* 10. *Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* 11. *Respondit eis: Qui me sanum fecit ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* 12. *Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?* 13. *Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit a turba constituta in loco.* 14. *Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus*

Exod. 20. 8. 11. Ieremi. 17. 6. 24.

factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. *Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.* 16. *Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbatho.* 17. *Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* 18. *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* *Respondit itaque Iesus, & dixit eis:* 19. *Amen, amen dico vobis: non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.* 20. *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.* 21. *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat.* 22. *Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio,* 23. *vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.* 24. *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transiit a morte in vitam.* 25. *Amen, amẽ dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent.* 26. *Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso:* 27. *& potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* 28. *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei:* 29. *& procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* 30. *Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* 31. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.* 32. *Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me.* 33. *Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritati.* 34. *Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis.* 35. *Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.* 36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.* 37. *& qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audistis neque speciem eius vidistis.* 38. *& verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.* 39. *Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* 40. *& non vultis venire ad me vt vitam habeatis.* 41. *Claritatem ab hominibus non accipio.* 42. *Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.* 43. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* 44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis?* 45. *Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos sperastis.* 46. *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* 47. *Si autem illius litteris non creditis, quomodo de verbis meis credetis?*

Quis ille homo fuerit sanatus incertum.

Quot Pascha Christus post baptismum celebrauit.

IN CAPVT V.

1. POST *hæc erat dies festus Iudæorum.*] Magna nos Ioannes molestia, contentioneque liberasset, si vel vnum adiecisset verbum, quo quis ille Iudæorum dies festus esset, declarasset. Inter omnes enim & antiquos, & nostros de hac re interpretes disceptatur. Hoc inter omnes fere conuenit, vnum ex tribus illis fuisse, quibus iubebat lex omnes mares coram Domino apparere, id est in templum venire, Pascha, Pẽtecosten, & Scenopegia, id est festo tabernaculorum, quod instante hyeme celebratur, Exod. 23. 14 16. & Deut. 16. 16. Ita enim Ioannes hoc narrat, quasi rationem reddat, cur Christus Ierosolymam ascenderit, nẽpe quia vnus ex tribus illis diebus erat, quibus omnes mares ascendere debebant. Recentiores quidam interpretes hoc vltimum festum fuisse putãt, de quo hoc loco Ioannes agit. Ieiunio meo iudicio cõfectura. Alij festum Paschæ fuisse dicunt, habentque grauem auctorem Irenæũ lib. 2. c. 39. solum opinor inter antiquos, & minoris in hac re, quam in aliis auctoritatis, & fidei. Notus enim de Christi ætate, ac prædicatione eius error, seruit idẽ Rupertus, sed huic non soleo cum illis antiquissimis numerare. Habent tamen rationes minime leues. Primum, quod c. 4. 35. Christus significauerit quatuor vbique ad messem mẽses superesse, id autem dixerat primo iam pascha celebrato cap. 2. 13. hoc igitur fuisse secundum, quo tempore initium messis erat. Deinde quod necessitis Christum, post quam baptizatus est, quater celebralle Pascha cum tres anno, & menses aliquot ex Danielis cap. 9. 26. vaticinio prædicauerit, & in vltimo Pascha prædicandi finem fecerit. Si autem

locum. hoc ergo accidit primo Iudæorum festo, quod erat Pentecostes. Multos fefellit locus ille cap. 4. 35. *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses, & messis venit?* cum explicationem si in nostris in eam commentariis lector quærat, intelliget nullam inde argumentum sumi posse, vt probetur hoc festum fuisse Paschæ, aut Scenopegiam. Cócedimus post baptismum quater Christum Pascha celebrasse, sed nec esse non est, vt id Ioannes explicarit: nec enim id agebat, vt Christi annos numeraret. Quod autem Ioannes dicit fuisse diem festum Iudæorum, propterea dixit, vt supra indicauimus, vt rationem redderet, cur Christus Ierosolymam rediisset, præsertim cum non multis ante diebus inde venisset. Redit ninirum quia dies erat Iudæorum festus, qui proxime post Pascha sequebatur, quo omnes mares in templum ire oportebat, Exod. 23. 17. & Deuteron. 16. 16.

2. Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethesda, quinque porticus habens.] Aliud à Christo factum miraculum, narrare voluerit loci descriptio. Duplex Græce huius loci lectio est. Theophylact. & vt videtur Chrysost. & Cyrillus videntur legisse ἡ προβατικὴ κολυμβήθρα, *probatica piscina*. Theodotus quoque Mopsuest. & Ammonius ita in Græca Catena videntur interpretari, quasi eodem modo legerint. coniungunt enim duo hæc verba προβατικὴ κολυμβήθρα, quanquam in contextu eorum Græco altera lectio, eodem modo Hieronymus in loco Hebraico. & alij auctores Latini legunt, & Theophilus Antiochenus lib. 4 allegor. Codices omnes Græci, quos ego dè viderim, vno excepto Romano Theophylacto legunt ἐφ' ᾗ ἐστὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα. est autem Ierosolymis in probatica, aut ad probaticam, aut iuxta probaticam piscina. Consului multos manu scriptos antiquos codices, in primisque Vaticanum illum vetustissimum, & correctissimū maiusculis scriptum literis, toto anno celebertimū. omnes ita legebant. Vtro cunque modo legamus, sensus est idem. Si legamus ἐπὶ προβατικῇ in probatica aliquid necessario subaudiendum est, quod cum adiectiuo probatica conueniat. Nam qui in tertio casu cōiuncte legunt ἐφ' ᾗ ἐστὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ. erat Ierosolymis in probatica piscina, sub. locus, qui Hebraice dicitur Bethesda, vim mihi videntur verbis inferre. Substantiuum igitur illius adiectiui *probatica* intelligendum est. Sunt qui intelligant πύλῃ forum, aut plateā. quasi dicat, est in platea *probatica*, id est in foro pecuario piscina quædam, quæ Hebraice dicitur Bethesda, Placeret mihi sententia, licet minime boni auctoris sit, si probaretur aliquam Ierosolymis fuisse plateam, quæ probatica vocaretur, sed nullū eius rei vestigium inuenio. Credo igitur intelligendū esse nomen πύλη porta. Erat enim porta quædam vbis, quæ Hebraice שער הצאן *porta gregum*. & Græce πύλη προβατικὴ porta pecuaria vocabatur. 2. Esdræ 3. 32. siue quod ea porta ones, quæ immolandæ erant, inferrentur, quod templo vicina esset, siue quod per eā ex vrbe oues emitterentur in pastum. Oues enim Græce πρόβατα dicuntur. Si legamus ἐφ' ᾗ ἐστὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ ᾗ ἐπιλέγεται Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, *est Ierosolymis in probatica piscina*, idem erit sensus. Verò simile enim est non solum portam, sed piscinam etiam ipsam, quia ad probaticam portam erat, probaticam dictam fuisse. Non quod ibi equarentur pecora, vt nonnulli putant, aut quod ibi immolandę congregue mes ones, aut ibi earum interfectus ad sacrificium lauarentur, vt plerique auctores existimāt. Ammonius Theodorus Mopsuest. Hieronymus, Theophylact. & Euthymius in eo ipso fuisse magna signa rum erat cap. 2. nō solum in mari æneo, & conchis, sed etiam in fonte, quem fuisse Aristeas in historia legationis suæ. & Tacitus lib. 2. ex tēplo copiosissimum profluxisse. Piscina dicitur non a pisces habeat, sed quod similis esset stagno, vbi esse pisces solent, vt multi norauerunt. Græce dicitur κολυμβήθρα, quasi natatoria, vt aliis locis solet nomen idem vertere noster interpres, vt cap. 9. 7. 11. atque ita hoc ipso loco in veteri ante Hieronymum versione fuisse colligimus ex Ambrosio libr. 1. de Spiritu sancto, cap. 7. & libro de iis qui myst. initiantur, c. 4. Hanc dicit Euangelista Hebraice vocatam fuisse Bethsaida, vt quidam & Latini, & Græci manu scripti codices legunt, in iis etiam Theophylactus S. quibus autē Hebraice בית צידה piscatorum locū, aut Bethelda, vt excepti pauci ex illis, quos modo diximus, omnes Latini, & Græci codices habent, quibus & Syriaca suffragantur. Est autē בית חסדא domus, aut locus misericordię aut benignitatis, sic fortasse dictus quod diuinam ibi ergà se benignitatē ægroti recuperata sanitate experirentur. Alij interpretantur בית ישׁת domum, aut locum effusionis, quod in eum locum multæ aquæ ductibus aquæ vndique effunderentur. Quod quinque porticus habuisse dicit, credendum est propter miracula, quæ ibi fieri solebant, locum eum sanctum fuisse multo ne pecore, & iumentis posset accedere, & aut turbare, aut profanare aquam, quæ sancta habebatur, tantum abest, vt ibi aquæ tur, aut vt victimarum intestina lauarentur. Factis autem quinque circum porticibus, quibus homines ingrederentur, & vbi ægroti expectantes aquæ motum considerent. Allegorias si quis amat, Augustin. Bedam, & Theophilum Antiochenum legat.

4. Angelus enim Domini descendebat secundum tempus in piscinam.] Græce κατὰ καιρὸν certis, & opportunis momentis temporis, in eorum quibus. Sunt qui potēt omnibus præcipuis Iudæorum festis id accidisse. Alij in festo tantum Paschæ. Alij in festo Pentecostes, vt refert Ammonius atque ita Cyrillus sentit, & videtur Ambrosius in lib. de iis, qui mysterijs initiantur. ca. 4. certe vnum tātum singulis annis curatum fuisse dicit. Probabilissima in re incerta mihi videtur Euthymij sententia, incertum fuisse tempus, quando descendens angelus erat, & sæpe singulis annis descendisse. Nā & verba hoc præ se ferunt, & si constitutum fuisset tēpus, quo tempore descensurus angelus erat, non fuisset ibi reliquis temporibus tanta ægrotorum multitudo expectantium angeli descensum, quārum semper fuisse indicat. Descendebat igitur certis temporibus angelus ignotis hominibus, nocis Deo. Deus enim quo tempore expedire iudicabat, vt aliquis sanaretur, mittebat angelum. Cur autem non semper descenderet, rationem hāc Chrysost. reddit, ne, si semper id fieret, naturali aquæ vt curationes fieri viderentur. De eo angelo multa quæri solēt. an verus fuerit angelus, bonus, an malus, qui fuerit, quomodo descēderit, itane vt videretur, an ita vt non videretur, & quare deniq; à Deo mittebatur, cum posset efficere, vt sine angelo aqua sanaret. Hebræorū opinio fuit, de qua R. Moyse in More mentionē facit, angelos vocari virtutes omnes Dei, quib. aliquid supra naturam fit. Itaque existimari posset angelum vocatum fuisse eum, à quo aqua illa piscinæ mouebatur, licet non ab angelo vllo, sed à sola Dei virtute moueretur, nisi Euangelista non vulgi, sed ita ipsius opinione loquēs angelum appellaret. Quo auctore dubitandum non est verum angelum fuisse. Nihilo magis dubitandum fuisse bonum. Nec enim solet Deus ad procurādam salutem hominū malos angelos mittere. Quis angelus, fuerit necne rum, nec eorum probo iudicium, qui aut disputant, aut diffinium: Fuisse Raphaēlem, quem ad sanandum Tobiam missum legimus, quod & ipse ad sanandum missus fuerit, & nomē ipsum Raphaēlis medicum fi- A gnificet, cuius officium sanare est. Nec enim credēdū est Deo vnum tantum Angelum vna in re ministrare, cum omnes sint *administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*; & millia millium ministrent ei, & *decies centena millia* assistant ei. Nemo ex nou multos habet medicos, & existimabimus Deum vnum tantum habere? Dubium etiam est, an assumpto corpore descenderet, sic vt ab iis qui aderant videretur; sed est multo probabilius non fuisse visum, cum Euangelista non dicat ægrotos expectasse angelum, sed motum aquæ, quali nō in angelō, quem non videbant, sed in aquam, quam videbant. intenti fuerint. Quo ergo modo sciri potuit angelum esse, qui mouebat aquam? Ex communi traditione, quia quic- B qui fieret, naturam fiebat, per Angelū fieri credebatur. Nō si quis malit à Deo id fuisse per reuelationē declaratum. At quare descendebat? quid opus erat angelo, vt aquā sanaret? Facilis coniectura. Quid ad curandum Tobiam) quid ad educendum populum ab Ægypto? quid ad defendendam apud Danielem populum? quid ad prouidendum Elisæum, & eius puerum? quid ad custodiendos singulos homines angelo opus erat? Vult Deus homines per angelos gubernare, licut in rerum naturalium gubernatione, generatione, corruptione causis vtitur naturalibus. Conueniebat etiam vt homines intelligerēt virtutem illam aquæ non naturalē, sed diuinam. Quod minus intellexissent, nisi aliquem de cœlo descendentem vidissent, qui eā C aquis virtutē imprimeret. Non quod angelum ipsum viderēt, sed quod ex motu subito, & insolito aquæ aut ex alio si quo veluti nutu spiritus animaduertentes angelum de cœlo descēdere. Quo modo motū post Christi resurrectionem cum duo illi angeli descenderunt, *terra motus factus est magnus*, vt mulieres, quæ ad sepulcrum ibant monerentur, angelos de cœlo descendisse, aut aliquid certe acciderisse cælitus Matt. 28. 2.

Et in commotione aquæ.] Quare vero mouebatur? Primum, vt angelus aquæ motu aduētus sui signum daret, Ambr. lib. de iis, qui mysteris initiantur c. 4. *Vt esset, inquit, indicium, quia descēderat angelus, aqua mouebatur.* Deinde vt indicaret motus ipse aquam illam non naturali, sed diuina virtute, & tanquam Dei instrumentū sanitatem dare. Hoc enim instrumenti proprium est, vt nihil quidquam agat nisi quatenus à præcipua motore causa. Ostendebatur etiam contra omnem hominum opinionem, & iudicium Deum miracula facere, quæ eo maiora sunt, quo minus sunt conuenientia humanæ rationi. Legimus aliquando Christum luto oculis cæcum sanauisse infra cap 9 6. 11. quid oculis luto magis contrarium? Legimus in ecto in naturata quæ ligno amarita dinem indulcedinem mutauisse Exod. 15. 25. quid est quod fere magis amaras aquas possit facere quam ligni? Legimus Elisæum iniecto in pestilētes, & eiminie porables aquas sale potabiles reddidisse 4. Regum 2. 21. quid minus potabile, quam sal aquā facit? Si aqua sanatura aliquem E eras, dum maxime quieta, & tranquilla erat, sanare debere videbatur. Non sanabat nisi turbata, vt homines intelligerent, nō humano, sed diuino id fieri iudicio. Humana ratione de Ecclesiasticis iudicemus sacramētis. Quid magis à ratione abhorrēs videri potest, quā sub specie panis corpus, & sub specie vini sanguinem esse Christi? Deo credendū quia humana non capit ratio.

Et quicunq; prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate.] Quia ratione non semper, sed post motionē aquæ sanabat, eadem non sanabat omnes, vt appareret vim sanandi diuinitus illi ad momentum temporis impressam, nō naturaliter datam fuisse. Si enim naturalis fuisset, & semper, & omnes sanasset, quem admodum & semper, & omnis ignis calefacit, aqua frigefacit, Sol illuminat. At cur vnus tantū, & vnus quidē is, qui primus in motam aquam descēdisset? Voluit opinor Deus ex te docere etiam in percipiē dis diuinis donis, quæ gratis nobis, & sine merito vllo nostro dantur, multum nostrum valere diligentiam. Diuinam enim gratiam gratis quidem dari, alioqui gratia non esset gratia: sed nō nisi volentibus, non nisi quærentibus, non nisi conantibus dari. Sic etiam beneficium illud sanitatis nō nisi diligentissimus quisque percipiebat. Proposītum erat rāquam corona in stadio currentibus. qui primus ad metā perueniebat, is præripiebat. Quod addit Ioānes. *Sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate*, vim aquæ diuinitus impressam, & miraculi magnitudinē declarare voluit: nullam adeo grauem fuisse morbū, quem non sanaret. Ex quo etiam apparebat diuina id fieri virtute, cui difficile nihil est. Nam vis quidē nulla est naturalis, quæ vna omnes morbos curare possit, cum contraria contraris curari debeant. Hoc ipsum nunc sit in aqua baptismi; nullum tamen peccatum est, à quo non curet. Piscinam enim figuram fuisse baptismi, voluisse que Deum factis in illis mirabilibus Iudæorum populum ad intelligendum, excipiendumq; futurum Christi baptismum assuefacere, maiot pars veterum auctorum, Tertullianus in li. de Baptismo. Amb. li. 1. de Spiritu sancto c. 7. & li. de iis, qui mysteris initiantur c. 4. & li. 2. de Sacram. ca. 1. Chrysost. Theoph. & Euthym. hoc loco tradidere. *Credo, inquit Amb. quia non sunt vacua aquæ, ideo tibi dictum est, quia Angelus Domini descendebat secundum tempus in natatorium, & mouebatur aqua, & qui primus descendisset in natatorium post commotionem aquæ, sanus fiebat à langore quocunque tenebatur. Illa piscina Ierosolymis erat, in qua vnus annum sanabatur. Sed nemo ante sanabatur, quam descendisset Angelus, vt esset iudicium, quia descendebat Angelus, mouebatur aqua propter incredulos. Illa figura, vbi fides, illic angelus descendebat, tibi Spiritus sanctus. Illa creatura mouebatur, tibi Christus operatur, ipse Dominus creaturæ. Tunc mouebatur vna, nunc omnes sanantur, aut certe vnus solus populus Christianus.* Præter confuetudinem meam mysticum hoc loco sensum expono, quia hunc eundē arbitror esse literalem. Cum dubium non sit alicuius mysterij causa illam sanandi vim piscinæ datam fuisse. Mysterium autem illud fuisse credo, quod modo ex Chryl. & Ambr. disseruimus. Essi Theophilus Antiochenus li. 3. allegor. D. Aug. tract. in Ioann. 17. & lib. de ver. Dom. 42. & eum secuti Rupertus, & Beda. Iudaicum populum, & legem Moysis significari putāt. Dicā ipsis verbis Aug. *Aqua illa Iudaicus populus erat, quinq; porticis lex. Quinque enim libros scripsit Moyses. Ergò aqua quinque porticibus circumdabatur, sicut ille populus lege coercebatur. Aqua perturbatio in illo populo est Domini passio. Qui descēdebat, sanabatur non nisi vnus, qui ipse est vnitas. Quibuscunque ille diffidet Domini passio, superbi fuit, nolunt descendere. Et ego, inquit, credituru sum Deum in carne? Deū natum ex femina? Deum crucifixum? flagellatum? mortuū? vulneratum? insultatum? Absit vt hoc credam de Deo, indignum est. Cur loquatur? Quia crux. Superbe videtur Dominus humilitas indigna, ideo à talibus longe sit sanitas. Noli te extollere, si vis sanari, descende.* Mirum mihi videri potest rei tā insignis, atque memorabilis nullam in profanis historiis esse mentionē: sed nobis Euangelistæ testimonū satis est. Non omnia præsertim ea, quæ ad religionem pertinēt profani auctores tradūt, & cur huius rei mētionem nullam fecerint, probabilis ratio reddi potest, quod vero simile sit, aut tempore tantum Christi, aut nō multo certe ante miracula in ea piscina capta fieri, & paulo post fieri desisse, ita fugisse memoriā historię.

5. *Erat autem homo ibi triginta octo annos habens infirmitatem suã.* Quod Euangelista morbum per triginta octo annos inueteratum fuisse dicit, non alia causa fecisse arbitror, quam vt miraculi magnitudinem declararet. Quemadmodu cum Lazarus quatriduanus fuisse dicitur c. 11. 39. Et mulier illa spiritum infirmitatis annos duodeviginti habuisse Luc. 13. 11. Et altera illa hæmorrhoisa, quæ per annos duodecim ægrota omnes facultates suas consumpserat in medicos Luc. 8. 43. Hũc ergo Christus ex multis, qui in porticibus piscinæ iacebant, ægrotis elegit, vt suam in eo sanandi virtutem demonstraret. Solent enim præstantissimi medici in diuturnis, & iam ab aliis medicis desperatis morbis suam artem ostendere. Augustinus, Cyrillus, & Beda mysterium esse putant, quod quadragenario numero pœnitentia, perfectioque significetur. At ille non quadraginta, sed triginta octo annos dicitur habuisse, & si perfectus fuisset, opus illi nõ fuisset medico. Magis morale est, quod Chrysost. & Theophylact obseruauerunt, hunc ægrotum in exemplum nobis patientiæ propositum fuisse: per annos triginta octo perseuerasse, nec desperasse vnquã fore, vt aliquãdo sanaretur, nõ esse nobis desperandum, aut ab oratione desistendum; si non continuo, quæ à Deo petimus, impetraueremus. Etsi Euangelista non dicit per tot annos ibi fuisse, sed tot annos ægrotasse. Quis fuerit morbus, quo ægrotus ille laborabat, quia Euangelista non dicit, incertum est. Et Chrysostomus quidem, & Euthym. videntur existimare cæcum fuisse. Propterea enim non potuisse per tot annos primum sese in turbatam aquam cõicere, quia alij aquæ motum videre poterant, ipse non poterat. Sed re quidem vera, & ipsi, & alij auctores omnes paralyticum fuisse sentiũt, Leontius, Ambrosius libr. 2. de Sacrament. c. 2. Quod probabili ex eo cõiectura colligi potest, quod in grabato iaceret membrorum impotens. Et vero nonnullos etiam existimasse eũdem hunc fuisse paralyticum atque illum, de quo Matthæus cap. 9. 2. agit, Leontius, Chrysostom. & Euthym. auctores sunt. Sed eam opinionem nihil opus est refutare. Ille enim non in piscina, sed in domo, vbi Christus erat, sanatus est, & ille in Capharnaum, hic Ierosolymis. Ille à quatuor gestabatur hominibus, qui cum viam, qua ad Christum penetrarent, non inuenirent, in tectum ascenderunt eoq; disrupto illum ante Christum dimiserunt Mar. 2. 4. hic hominem nõ habebat, à quo in aquam, cum moueretur, conijceretur.

Quo modo ægro ipse laboraret.

Solet Deus quam fortissimis quibusque hominibus auxilio suæ diffidentiæ. Ps. 26. 10.

Ad Rom. 3. 14. Fides iustificat in eo qui Euangelium ignorauit, sed non saluat.

Term. 11. de ver. hist. Apoc.

6. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia multum tempus haberet, dicit ei, Vis sanus fieri? Quod dicit Euangelista, *Hunc cum vidisset Iesus iacentem*, indicat Christum in illum potissimum veluti casu quodã oculos conieciße, miserationeq; erga illum fuisse commotum, cum iacentẽ vidisset, quasi impotentẽ membrorum hominem, & omnis expertem auxilij. Hanc vim habet illud, *iacentem*. Non quod casu id factũ sit, nihil enim nisi diuino consilio Christus faciebat, sed quia se gerebat vt homo, ita faciebat aliquando quædam, vt casu facere videretur. Quod autem addit, *& cognouisset*, eodem modo accipiendũ est. Sic enim narrat Ioannes quasi tunc primum cognouerit Christus longo eum tempore eo morbo laborasse, non quod tũc primum cognouerit, sed quod ita eum aspexerit, ita eum interrogauerit, ita omnia fecerit, quasi tunc primum cognouisse videretur. Potest & contrarium habere sensum, vt indicare eo verbo Euangelista voluerit Christus sine indice per seipsum morbi diuturnitatem cognouisse, ideo flexum fuisse maiore erga illum, quam erga alios misericordia. Multæ enim fuerunt causæ, cur hunc potissimum Christus ex multis, quem curaret, elegerit, & quia in eius maxime morbo potentiam, diuinitatemque suam poterat declarare, & quia ipsa morbi diuturnitas ad misericordiam eum commouebat, & quia eius patientia, perseuerantiaq; id merebatur. Quæ rationes tres recte Euthymius indicauit. Quibus addere hanc possumus, quod homnem non haberet. Solet enim Deus iis maxime opem ferre, qui omni humano auxilio sunt destituti. *Pater*, inquit, *mew, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Hoc est quod veteri prouerbio dicitur, *Deus de machina*. Idem nobis accidit, nisi nos Christus aspiciat. & motus in nos misericordia sanitatem obtulerit, hominem non habemus, id est non satis habemus virium, vt à grabato peccatorum, in quo quasi dissolutis palsyſi liberi arbitrij membris iacemus, resurgamus. Non interrogat illum Christus an ã se sanari velit, vt Chrysost. Leontius, Theophyl. & Euthym. obseruarunt. Quia cum nondum paralyticus, qui esset Christus, cognouisset, arrogans illi visa fuisset eiusmodi interrogatio, & hominis potentiam suam ostentantis. Eadem de causa, vt Leontius, Chrysost. Theophylact. aiunt, non petit ab eo, vtrum credat, licet ab aliis ægrotis, quos curabat, petere solebat; quia alij qui ex alijs, quæ fecerat, miraculis eum cognoscebant, credere debebãt id posse facere, quod in illis facere volebat. Hic autem, qui eum non cognoscebat, non poterat credere, sed fidem ex ipso in se facto miraculo erat accepturus. At quid opus erat, inquit Theophylact. interrogare, *Vis sanus fieri?* Quid enim dubium erat eum sanum fieri voluisse, quando per tot ibi annos aquæ motum expectauerat? Non exigit ab eo fidem, sed exigit tamen voluntatem. quia fidem habere non poterat, *quomodo enim credent, quem non audierunt? quomodo audiet sine prædicante?* voluntatem habere poterat. Nõ exigit à nobis Deus nisi quod possumus. Videturque hoc loco eorum confirmari sententia, qui existimant in iis, qui sine culpa vlla sua Euangelium ignorant, satis esse ad salutem fidem implicitam; modo faciant, quod in se est, velintq; ex animo sani fieri. Nam & paralyticus ille fidem aliquam in Christum implicitam habebat, explicitã non habebat, quia Christum, quis esset, ignorabat. Certe quod attinet ad voluntatem, quod in hoc paralytico factum est, in omnibus, cum iustificantur, fit adultis. Nemo enim nisi libens, & volens iustificatur. neque sola satis est gratia, nisi nolita quoque libera voluntas aliquid agat. Vere enim ab Augustino dictum est, *Qui fecit te sine te, non iustificat te sine te. Fecit nescientẽ, iustificat volentem.* Habent exemplum Christi administri, qui le animarũ salutem quærere profitentur. Nõ est expectandum, vt homines salutem suam quærãt, quam multi in peccatis secuti iacentes non recordantur. Excitandi, pungendi, regendi sunt, vt sani fieri velint. Primumque verbum, cum eos alloquimur, hoc esse debet, *Vis sanus fieri?*

7. Hominem non habeo. Neminem habeo, qui me iuuet, vt in aquam descendam, & per me id facere non possum. Hebraismus est אין לי אדם homo, id est aliquis, & non homo, id est nemo. Non intellexerat, quod Christus significauerat, velletne ab ipso sanus fieri. Existimauit enim interrogasse Christũ, an in piscina, sicut alij fiebant, sanus fieri veller, ad id que respondet. Videtur etiam intellexisse se à Christo fuisse subrepthẽsum, quasi negligens in procuranda salute sua esset, cum tot iam annos eo morbo teneretur. Eius enim responsio speciem præse fert excusationis, *Hominem non habeo*, quasi dicat. id mea nõ fit culpa. Non voluntas, non diligentia, sed auxilium mihi deest. Et ille quidem paralyticus vere: peccatores autem, qui eodem se modo excusare solent, non vere excusant. Ille hominem non habebat: hi hominem, & quidem hominem Christum habent, qui semper ad eius nũ stat, & pulsat, interrogatq;, an sani fieri velint. Fieri etiam potest, vt hac responsione paralyticus voluerit à Christo per commiserationem eblandari aliquid auxilij; non vt se sanaret, quod nondum credebat eum posse facere, sed vt sibi aliquem daret, à quo cum aqua moueretur, in piscinam conijceretur. Quocunque animi sensu responderit: illud certum, quod Theophylactus adnotauit, eum licet recte ad id, quod Christus rogabat, nõ respondeat, plus tamen respondere, quàm rogabatur. Rogatus fuerat an sanus fieri vellet, non respondet velle, sed hominem non habere, quasi dicat, Maxime vero volo, sed neminẽ, qui me iuuet, habeo.

Iuuat ægrum ipse ægrotus.

Solebat Christus post miracula sua quæpiam agere, quæ pœnitentiam suadere possent.

Cur præceperit homini, quod fabricare nõ licebat Matt. 12. 2.

Exemplũ exactæ obedientiæ.

8. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Non dicit Vade, aut Abi in domum tuam, sed *ambula*, quo magis exprimeret, quorum id illi diceret, nempe vt eius ambulatione cõstaret vere sanatum fuisse: quod nõ quia domum ibat, sed quia suis pedibus ambulando ibat, apparebat. Eodem pertinet, quod non solum surgere iubet, & ambulare, quod etiãsi non omnino sanus esset, facere potuisset: sed etiam grabatum tollere, atque portare, quod facere non potuit, nisi non modo sanus fuisset, sed etiam vegetus, atq; robustus; quemadmodum Chrysost. Leontius, Cyrill. Theophyla. & Euthy. adnotauerunt. Illud quoque idem Chrys. & Euthym. accommodare ad hunc locum admonuerunt, consuetudinem fuisse Christo post facta à se miracula simile quid quam facere. vnde miraculi veritas, ac magnitudo cõspiceretur. Cum paucis panibus multa hominum millia saturauit, fragmenta fuisse colligi, ex quibus quantum fuisset miraculum cognosci posset Matt. 14. 20. & 15 37. Curato à se leproso dixisse, *Vade, ostende te sacerdoti*, Matt. 8. 4. & Luc. 5. 14. Cum mortuã puellam ad vitam reuocallet, dixisse, *Dare illi manducare* Mat. 5. 43. Cum aquam in vinum cõuertisset, iussisse ferri archytriclino Ioan. 2. 8. Deniq; cum altum similem paralyticum sanauisset, itidem præcepisse, vt lectum suum tolleret, & in domum suam abiret Mat. 9. 6. Recte quoque Cyrillus notat ex ipso modo, quo Christus miraculum hoc fecit, manifestum esse plus esse quam hominẽ. Nec enim otiandO, vt viri aliquando sancti solent facere: sed imperando sanauisse. *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Grabatus κράβαττος vocatur Græcè lectica genus, ferendo præsertim ad iacentes in lectulo ægrotos accommodatum.

9. Et statim sanus factus est ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Singula verba miraculi magnitudinem declarãt. Non solum quod dicit sanatum fuisse, quod satis erat, sed etiã quod statim sanatum, quod grabatum sustulisse, quod ambulasse. Hoc enim cõsilio eadem verba repetit Euangelista in declarando facto miraculo, quibus Christum in præcipiendo vtum fuisse dixerat, vt indicaret, ne minimam quidẽ Christi verbam irritum fuisse. Quasi diceret, Dictum factum. Consecutum statim euentum declarasse quantam Christi verba efficacitatem habuissent. *Et quæ procedunt* inquit, *de labijs meis non fiet am irrita*, Psal. 88 35. *Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo: & illuc vltra nũ reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in ijs ad quæ misi illud* Isai. 55. 10. 11.

Erat autem sabbatum in die illo. Erat eo die Iudæorum requies: hoc enim significat apud Hebræos nomẽ sabbati. Itaq; non significat diem illum fuisse sabbatum, etsi re quidẽ vera sabbatum erat: sed ea die fuisse sabbatum, id est sabbatum fuisse celebratum. Quod propterea adiecit Euãgelista, vt ad narrandã Iudæorũ cõtra Christum murmurationẽ gradum faceret. Inde. n. eos criminandi Christi factum occasionem accepisse.

10. *Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Videntur hoc illi non dixisse, qui miraculum præsentes, cum factum est, viderant; sed alij, quibus sanus iam paralyticus, dum domum iret, grabatum suum portãs occurrebat; & quia ita ille respondet vers. 11. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum*, quasi illi à quibus reprehendebatur, hoc ignorarent; quod si præsentes fuissent, cum factum miraculum est, ignorare non potuissent: & quia ipsi etiam eum rogãr; ver. 12. *Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?* nescientes à quo miraculum factum esset; & quia si præsentes fuissent, aut obmutuissent magnitudine miraculi, aut Christum ipsum reprehendissent. Atque ita videtur Chrysost. intellexisse. Quanquam fieri quidem potest. vt etiamsi præsentes fuissent, factum miraculũ reprehenderent: tamen reuerentia, aut metu Christi non auderent illum, sed eum potius, qui sanatus fuerat, accusare, quo accusato etiam oblique Christũ accusabãt, quod & alibi factum animaduertimus Luc. 13. 14 & Matt 9. 11. Non dicunt, non licere illi ambulare; sed non licere tollere grabatum: quia ambulare quidem vsque ad duo milia passuum licebat, vt Act. 1. 12. disputabimus; onus autẽ tollere nec per minimum quidem licebat spatium Ierem. 17. 24. 27. Cur ergo id Christus præcepit, quod in sabbato facere nõ liceba? Primum quidem *dominus erat filius hominis etiam sabbati*. Ipse legem dederat, ipse & dispensare poterat. & abrogare. Deinde erat id quidem contra verba legis, contra sensum autẽ & spiritum legis non erat, vt Beda indicat. Nã portare quidem grabatum humeris contra legem erat, sed portare tanquã publicum testimonium acceptũ à Dei beneficij, non contra sabbatum, sed secũdum sabbatum erat; quod ideo institutũ fuerat, vt in eo homines diuina beneficia recognoscerẽt, & grato animo meditarẽtur. Volebat etiam Christus, vt adnotat Theophylact. paulatim homines docere, quæ esset vera sabbati obseruatio, non à labore, sed à peccatis abstinere. Aliam Rupertus rationem affert, quod illo potissimum die magna hominum frequentia esset, magni vbique cœtus fierent, itaque miracula quæ sabbato fiebant, plures habebant testes. Vtcunq; se ea res habeat, cõstat hoc loco Christum Iudæorum stultitia, & reprehẽsione ad illustrãdam gloriam Dei, & miraculi magnitudinẽ vti voluisse. Fecit enim stultitia illa reprehensio, vt mirãculum, quod paucis videntibus factum fuerat, in totam, dum reprehẽditur, ciuitatẽ euulgaretur. Id hodieq; accidit, quo magis hæretici quo magis homines inuidi, atq; maligni Dei gloriam. Ecclesiæ doctrinã, bonorum hominum opinionem obscurare niuntur, eo magis nolẽtes illustrant.

Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

Cur præceperit homini, quod fabricare nõ licebat Matt. 12. 2.

Exemplũ exactæ obedientiæ.

11. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Non ita hoc paralyticus dicit, quasi culpã in Christum reiiciat; sed quasi optimo auctore factum suum defendãs, & eorum, à quibus reprehendebatur, stultitiam, vt Chrysost. inquit, accusans. Quasi dicat, qui me sanare potuit, multo melius intellexisse, quam vos, quomodo sabbatum obseruandum esset, credendum est; atque ille ipse mihi dixit vt tollerẽ grabatum meum, & ambularem: aut, qui me sanare potuit, & in obseruatione sabbati dispensare potuit, quia re ipsa declarauit se Dominũ esse sabbati, vt Cyrillus interpretatur. Laudant Chrysost. Theophyl. & Euthym. huius hominis libertatem, atque constantiã in Christo confitendo. Poterat enim quasi culpam agnoscens posito grabato reprehẽsoribus suis satisfacere. Noluit, sed pergit grabatum portare, & acceptũ profiteri beneficium, & non alia se ratione defendit, quam quod se Christus id facere iussisset, eiusque præceptum ipsdem repetit verbis, quibus datum ab eo

ab eo fuerat, quasi indicans ad verbum sibi faciẽdum esse quidquid ille præcepisset, & nõdum tamen Christum, quisnam esset, cognoscebat. Vtinam nos eidem tot iam miraculis, tot iam testimoniis cognito, & iis, qui eius locum tenent, tam perfecte, præcise q; obediremus.

12. *Interrogauerũt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum. & ambula.*] Minabundi hoc videntur interrogare. Quisquis ille fuerit, qui hoc illi præceperit. non sanctum, non prophetam, sed violatorem esse legis, ac dignum pœna: nominer, fore vt quæsitum eum, atque apprehensum ex lege puniant. Notauit Theophylactus eorum maliguitatem, qui, cum duo paralyticus de Christo dixisset, & se sanum reddidisse, & sibi dixisse, *Tolle grabatum tuum, & ambula*, quod sine cõtrouersia dignum erat laude, quod paralyticum curauisset, silentio prætereũt; quod speciem habere videbatur culpæ, ad iactant, *Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatũ tuum?* Hoc est ingenium inuidiæ; cæca in bonis, occulta in malis est. Quanquam si hic illis prætextus defuisset, quod grabatum non liceret sabbato portare, illud ipsum forsitã accusassent, quod sabbato curauisset, quemadmodũ aliàs fecisse legimus Luc. 13. 14. 16. Eodẽ pertinet, quod dicunt, *ille homo*, cõtemptam enim dictum videtur. Paralyticus quamuis nõdum fortasse credebat, plus esse quam virum sanctum, tamẽ non dixerat *ille homo*, sed honorificẽtius, *Qui me salvum fecit*; Iudæi tanquam vnum de vulgo non nisi hominem vocant.

13. *Is autem, qui sanus factus fuerat, nesciebat, quis esset.*] Mirum hoc ipsum videtur, quod cum, à quo tantum recepisset beneficium, ignotaret; quod nõ interrogauerit, quis esset, aut qui vocaretur, vt illi aliquando, quibus rebus posset gratificaretur. Sunt, qui putent Christum cum miraculum illud fecit corporis habitum, figuramq; mutauisse, ita que cognosci non potuisse, quod paulo post sumus refutaturi. Potius credo Christum tunc fuisse solum relictis alicubi discipulis, & intra piscinæ porticum, ac sine testibus cum paralytico priuatim colloquium illud superius habuisse, factoq; miraculo confestim subduxisse sese, ita nec à paralytico, nec ab aliis, qui ibi essent, aliud (scilicet à gentibus fuisse cognitum. Et nõdum erat tam notus vulgo, vt quo cunque iret, cognosceretur. Pauca enim tãtum miracula Ierosolymis fecerat superiore die Paschæ c. 2. 23. quæ, qui in piscina erant, videre nõ potuerant.

Sic Erasmus in annot.

Iesus enim declinauerat à turba cõstituta in loco.] Mirot valde quibusdam placuisse verbum Græcum ἐξένευσεν non esse quod est declinare, sed à ξένῳ ab externo, quod est peregrinũ esse; quasi sensus sit fecisse se peregrinum, peregrina apparuisse forma, ne cognosceretur. Sicut Magdalenæ hortulani specie visus est Ioan. 20. 15. & duobus discipulis euntibus in Emaus forma peregrini Luc. 24. 18. Quod mihi quidẽ nullo modo probant. Primum quia auctores omnes Græci, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthym. interpretantur ἐξένευσεν, declinauit. Deinde quia non folebat Christus aliena forma facere miracula, cum id miraculis ageret, vt sese, quis esset, ostenderet. Præterea, quia verba sequentia cum ea interpretatione non hærent. Quis enim sensus, Fecit se peregrinum turba manente in eodem loco? Quod enim quidam interpretantur propter turbam sese peregrinũ effecisse, peregrinum mihi videtur: volebat enim cognosci, sed teneri, aut laudari nolebat. Itaq; cum miraculum fecit, cognosci voluit, sed f. cto miraculo, vt ostenderet se laudem hominum nõ captare, fortim euasit, vt Chrysostom. Theophylact. & Euthym. exponunt; aut, vt Cyrillus putat, aufugit, ne, quia id in sabbato fecerat, à Iudæis comprehenderetur. Non quod illi nolentem tenere possent, sed vt nos exemplo doceret fugiẽdum abiratis.

14. *Postea inuenit eum Iesus in templo.*] Non casu, sed consilio, & prouidentia illum inuenit; etsi ita illum inuenisse videretur, quasi casu illi occurrisset, eodemq; modo narret Euangelista. Quia, vt sæpe diximus, etiã quæ diuinitus agebat, sic agebat, vt humano more agere videretur, ne quid in eo insolens notaretur. Data igitur opera sanato iam occurrit paralytico, & in templo occurrit, loco nimirum ad illum docendum, commonendumque commodissimo. Duas autem ob causas illi videtur occurrisse, & vt scireturi, à quo miraculum factum esset, quod prius ignorabatur; & vt illum ipsum doceret, quem fructum ex curatione percipere deberet. *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.* Solebat etiã animos, nõ sola corpora sanare, & ille paralyticus corpore quidẽ sanatus fuerat, animo omnino sanatus non fuerat, cum nondum Christum cognouisset. Multa ex hoc loco diuersi auctores colligunt. Primum quidem sæpe corporis morbos à Deo propter peccata nobis immitti. Nam hunc paralyticum propter peccata sua egrotasse indicare Christum, cum monet, ne iterum peccet, ne quid peius illi accidat. Its Irenæus lib. 5. c. 15. Chrysostom. Cyrillus, Ambros. aut qui alius est auctor commentar. in epistolas Pauli in c. 1. epist. 1. ad Tim. Augustin. in lib. de fide, & operib. cap. 20. Theophylact. Euthy. Deinde posse hominem post acceptam baptismi gratiã peccare, quod Iouinianus, & al. inscio qui hæretici negauẽre, Cyprianus lib. 3. aduersus Iudæos. Præterea grauius peccare eum, qui postquam à Deo sanitatis siue corporis, siue animi acceperit beneficium, iterum peccat; adiungit enim ad peccatum ingratitudinem, vt Theologi disputant. Comminari enim paralytico Christum fore, vt aliquid illi deterius accidat, si tam curatus peccauerit. *Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti*, 2. Petri 2. 21 Sic Cyprian. in lib. de disciplina & habitu virginum, & Bernardus serm. 3. in Cant. Probauit etiam Pacianus epist. 3. contra Nouatianos ex hoc loco, non esse negandam pœnitentibus veniam: nec enim dixisse Christum, *iam noli peccare*, quia non sanaberis iterum, *sed ne deterius tibi aliquid contingat.*

15. *Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.*] Si spectemus, quo animo Iudæi illum prius interrogauerint, *Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuũ. & ambula*: videbitur eodem ad eos animo detulisse. fuisse Christum. Sed nõ dubium quin diuerso fecerit animo. Illi quærebant, vt illum perse quẽrentur, hic defert, vt Christum illis prædicet, & ne maligne cognitum beneficii sui auctorem celare videatur, vt D. Aug. Chrysost. Cyrillus, Theopyl. & Euthym. interpretantur. Adnotant idem auctores præter Augustinum, non dixisse paralyticũ Iesum esse, qui sibi dixisset. *Tolle grabatum tuũ, & ambula*, quod vnum illi scire auebat, sed qui se sanum fecisset. Vnde coniecturam faciunt bono eum animo dixisse, cum solum prædicet beneficium, id vero silentio prætereat, quod cõtulerit inuidiam. *Non fugit piger*, inquit Augustin. *in euangelic. ando, quem videtur.*

16. *Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.*] Id est, eo prætextu persequebantur. Vera enim causa, cur eum persequerentur, alia, vt opinor, erat, quod homines inuidi atque maligni tantam eius gloriam, quantam ex miraculis colligebat, ferre non possent; sed hoc vnum causabantur, quod sabbatum violare videretur. Semper induit honestam aliquam speciem inuidia, qua turpitudinem suam velet: erubescit enim videri nuda. Recte hoc Euthy. obseruauit.

Christum quæ diuinitus agebat, sic agebat, vt humano more ageret.

Ioan. 9. 2.

Christus exemplo sanctorum iustos adiuuat.

Morbi interdum à Deo propter peccata immittuntur.

Vanitatis est non neganda venia.

Psal. 146. 8. in manibus sanctũ, & verbum seruituti hominum. Et solem suum oriri facit super bonos & malos; & pluit super iustos, & iniustos.

Cur Iudæi Christum persequerentur.

uauit. Cyrillus autem existimat propterea hoc Euangelistã dixisse, vt nobis Iudæorum stultitiam, atq; impudẽtiam irridendam proponeret, quod propter violationẽ sabbati, quod minime violabat, sed vere, atq; spiritualiter observandum docebat, Christum persequerentur. Ergo significare vere quidem Iudæos propter eam causam persecutos fuisse Christũ, sed tamen immerito, atque ridicule: In Græcis codicibus additur post hæc verba, *Persequebãtur Iudæi Iesum, & quærebant eum interimere.* Quibus verbis declaratur, quomodo eum persequerentur, nõ solum nimirum verbis, sed etiam manibus, & factis.

17. *Iesus autem respondit eis.*] Etsi sæpe docuimus respondendi verbum pro loqui, aut loqui incipere simpliciter poni ex Hebræorum idiomate, eodemq; modo hoc loco accipi potest: tamen aliquanto probabilius est aliquid Iudæos Christo ea de re dixisse, quod Euangelista, quia necessarium non putauit, prætermisit. Eorum igitur verbis, accusationiq; Christum respondisse.

Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.] Animaduerunt Chrysost. & Euthym. prudenter Christum, cum ipsius à Iudæis discipuli ob eãdem violati sabbati causam accusarentur, non exemplo patris sui, quia homines erant, sed exemplo sanctorum hominũ defendisse. *Non legistis*, inquit, *quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes sabbatum violant, & sine crimine sunt?* Matth. 12. 3. 4. 5. Cum autem ipsemet accusatur, exemplo patris se tueri, quia & ipse Deus erat. Quod autem dicit, *Pater meus vsque modo operatur*, omnes auctores ad hunc modum exponunt, *vsque modo*, id est etiã die sabbati. Quod enim dictum est Gene. 2. 2. & Exod. 20. 11. requieuisse Deum *die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat*, non sic intelligendũ, quasi postea nihil egerit. *Produxit* enim etiam mundum *ex nihilo*, & *semper* gubernat, & *conservat*, & *quotidie* aliquid *nouum* facit. Sed cessasse tũc à nouis generibus rerum efformãdis, quemadmodum sex ante diebus fecerat. In hanc sententiam Origenes hom. 13. in Numer. Ambr. lib. 7. in Luc. c. 13. Augustin. hoc loco, & lib. 4. de Genes. ad litteram c. 18. & 12. & lib. contra Adimantum c. 2. & auctor lib. de mirabilibus sacræ scripturæ libr. 1. cap. 1. Gaudentius tract. 8. in Exod. Cyrill. Chrysosto. Beda, Theophylact. Euthym. Cæsarius dialog. 2. & Rupertus in comment. Credibile est inter alia hoc etiam Iudæos Christo dixisse, non licere quidquam in sabbato agere, cum Deus ipse die sabbati quieuisset. Christum vero peruersam eorum intelligẽtiam corrigere voluisse, Deum etiamnum operari, seque cum illo operari debere. Se Patris sapiẽtiam esse, sine qua nihil possit facere: per se omnia facta esse, per se etiam omnia gubernari, quemadmodum Cyrillus. & Augustinus explicant. Vera hæc sunt, sed mihi Leõdius, & Theodori Mopsuest. aliarum rerum videntur tetigisse; perinde interpretantur. ac si Christus dixisset, nullum Patrem nullam nobis ad agẽdum tempus esse præscriptum. Omnes homines, reque omnes alias sua constituta habere tempora, quibus agãt, atque quiescant: Deo non esse datam legem, posse pro suo arbitrio, quandocunque velit, agere. Dominum sabbati, dominum temporis, dominum omnium rerum esse; à nulla re pendere, nulla teneri lege. Hoc esse *vsque modo*, id est quoties vult, & quãdocunque vult, sine termino, sine præscripto. עד רגע, vt dicunt Hebræi. Viderat etiam mihi hoc modo sententia refelli posse, quousque Pater meus operatur, & ego similiter operer necesse est; aut ex Hebraismo ad hunc modum: Quemadmodũ Pater semper operatur, ego etiam operor. Nãnec ille sine me, nec ego sine illo quicquam possumus facere, vt paulo post declarat. Particula enim ΚΑΙ, comparationem aliquando significat. Exempla ex Prouerb. multa alia possumus, aut quidquid Pater operatur, & ego operor, itaque quod ego facio, Pater facit, vt apparet ex ver. 19. Sunt qui hoc nõ de qualibet Dei operatione, sed de ea, qua hominum salutem procurat, interpretentur. In iis Cæsarius, sed præstat generalem sententiam generaliter accipere.

Hebraismus in his verbis vsque modo.

Ioan. 9. Mar. 9. 49.

18. *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.*] Dixerat Euangelista ver. 16. quæsiuisse Iudæos Christũ interficere propter violationem sabbati, quemadmodum in Græcis codicibus legi diximus: dicit nunc ad eum prætextum alium speciosiorem accessisse, quod se filium Dei, id est Deo æqualem faceret. Itaque si ante eum interficere volebant, multo magis hoc eo audito verbo interficere voluisse. Iusta necis causa, si vera esset. Nam propter violatum sabbatum quenquam occidere virtutum nõ erat. Si quis vero se, qui non esset, nõ dico Deum, sed tantum prophetam faceret, crimen habebatur diuinæ læsæ maiestatis, capitali dignum pœna. Recte vero Iudæi, quamuis hebetes, & carnales, intellexerũt Christum se alio sensu, quam alij sancti homines vocari solent, filium Dei appellauisse, nempe verũ, legitimum, natura genitum, non adoptionis factum beneficio. Itaque merito veteres Catholici Arianos tanquam nimis tardos irridebant, quod hanc argumentationis consequentiam non intelligerent, quam Iudæi Christi hostes intellexissent, Christum verum esse Deum, si filius erat Dei, vt intelligimus ex Ambros. libro 2. de fide cap. 1. & ex Cyrillo libro 12. Thesauri. Notat etiam Ambrosius hæc verba Euangelistæ non Iudæorum esse. Nec enim recitare tantum, quid illi existimauerint, sed quid re vera Christus significauerit, se Deo, cum filius eius esset, æqualem esse. Nec enim vere filium dici posse, qui non eiusdem, atque pater naturæ sit. Similis locus Ioannis 10. 30. 33. vbi, cum Deum patrem suum Christus appellasset, Iudæi intellexerunt eum se ipsum Deum dicere, atque lapidare voluerunt.

Ariani à Catholicis refelluntur

19. *Amen, amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.*] Primum videndum, quorsum hoc dicat Christus. Haud dubiũ, quin confirmare voluerit, quod dixerat vers. 17. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*, id est quidquid Pater operatur, & ego operor, & cõtra. quidquid ego operor, & Pater operatur, vt illic explicauimus. Hoc ergo confirmat, quia etiamsi vellet, quod velle nullo modo potest, aliud facere, quam Pater facit, nequaquam posset: adeo vnum se cum Patre esse, quo sensu Leo magnus in sermon. de transfiguratione interpretatur. Vt ergo diceret nihil se posse facere, nisi q; idem Pater faceret, ideoq; qui reprehenderent, quod ipse faceret eos quod Pater faciebat reprehẽdere, dicit, *Non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem.* De quibus verbis magna quondam inter Catholicos & Arianos cõtentio fuit, quæ nobis nũc ad enucleandum sensum huius loci vtui esse poterant. Obiiciebãt Catholicis Ariani Filium nõ esse q; qualẽ Patri, quando nihil posset facere, nisi quod Patrem faciẽtem vidisset, auctores Epiphanius aduersus Ariomanitas, Grego. Nazianz. orat. 4. de Theologia, Cyrillus lib. 6. de Trinitate, Ambros. lib. 4. de fide c. 3. Aug. lib. 15. de Trinitate c. 14. & lib. contra serm. Arianor. c. 14. Idacius lib. contra Vatimad. cap. 15. Cæsarius dialogo 5. Cui obiectioni tribus modis auctores illi, quos

Catholicorũ, & Arianorum de hoc loco disputatio.

quos modo nominauimus, respondebitur, quæ totidem sunt huius loci explicationes. Alij in verbo *videtur*, alij in verbo *potest*, alij in verbo *facere* vim esse putantes; Epiphanius, & Cæsarius in verbo *videris* respondent non posse sensum esse, Filium nihil posse facere, nisi quod ante viderit Patrem facientem. Quinvero mundum fecisse, quia *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*: tamen non vidisse ante Patrem mundum alium facientem, quia mundus alius nō est. Necesse igitur est, vt sensus sit Patrem, & Filium vnum semper, & idem facere, neque posse res facere diuersas, cum natura, & voluntate idem sint. Gregorius vero Nazianzenus, & Cyrillus in verbo *potest* vim huius sententiæ suam esse putauerunt. Dixerunt ergo non qualemcumque, sed diuinam etiam potentiam significare, sensumq; esse, non posse, non solū non licere, non solum nolle, non solum naturæ vi, sed ne diuina quidem potestate fieri posse, vt quidquā aliud Filius faciat, quam *quod videri Patrem facientem*. Quædam enim esse, quę ne Deus quidem ipse facere possit, quia si posset, omnipotens non esset, vt ait Augustinus, licut dixit Dius Paulus *impossibile est mentiri Deum*, & *negare seipsum nō potest*. Hinc ergo colligi Christum esse Deum. Nam si Deus non esset, posset profecto aliquid facere, quod Deus facere nō posset; posset peccare, posset mentiri, posset seipsum negare. Quod illi non solum impie, sed imprudenter etiam, & parum caute concedebant, vt & scimus ex Alexandro Episcopo Alexandriæ in epistola ad omnes Episcopos, ex Athanasio in libro de Synodis, ex Concilio Niceno in epistola ad Ecclesiam Alexandrinam, quam legimus apud Socratem lib. 1. histor. Eccles. cap. 6. ex Cyrillo libr. 3. Thesauri cap. 2. ex Sozomeno libr. 1. cap. 14. ex Theodor. lib. 1. histor. Ecclesiast. cap. 9. non solum inquam impie, sed imprudenter etiam, & incaute. Nec enim animaduertebant hac ratione se non modo nostram, sed suam etiam ipsorum religionem funditus euertere. Sic enim peccare Christus potuit, mentiri potuit; si mentiri potuit, omnis prorsus & nostra, & ipsorum religio concidit, quæ hac vna nititur basi, quod quidquid nobis à Christo traditum est, non possit non esse verum. Ambrosius, Augustinus, & Idacius hærebant in verbo faciendi, quod dicebant non posse veram, & propriam actionem significare; multa enim fecisse Filium, quæ nunquam eadem Patrem facientem vidisset. Quando enim vidisse nascentem Patrem? quando humanam sumentem naturam? quando patientem? quando morientem? quando resurgentem? atqui hæc omnia fecisse Filium. Necesse igitur esse vt verbum illud faciendi non externam significet actionem, sed consensum, & voluntatem. Itaque sensum esse, Filium nō posse facere quicquam, nisi quod Patrem velle intellexerit. Facere enim Pater dicitur, quod sine per se fieri vult, sine per alium. Poterant dicere, quod scholastici postea Theologi subtiliter docuerunt. Patrem non solum volendo, sed vere etiam agendo fecisse, quidquid fecit Filius, fecisse tamen vt efficientem causam, non vt terminum. Filius natus est, Pater generauit; Filius naturam humanam sumpsit, Pater dedit; Filius mortuus est. Pater eum tradidit; Filius resurrexit, Pater eum suscitauit. Itaque in omnibus his rebus eadem à Patre, & Filio actio edita est: sed propterea Filius non Pater genitus, incarnatus, mortuus, suscitatus esse dicitur, quia hæc nomina non solum actiones, sed actionum etiam terminos significant, qui Filio propter personæ distinctionem, quæ terminus est, non Patri conueniunt. Vere hæc omnia dicta sunt: sed quæso cur non dixit, *non potest Filius à se facere quicquam*, nisi quod facit Pater? cur potius dixit, *nisi quod viderit Patrem facientem*? In eo enim verbo hærebant Ariani, quasi Christus significasset se discipulum esse Patris; eius artem, manumque imitari, quæ Patrem prius facientem viderit, ea se facere. Eum sensum & paulo supra, & capit. 1. 3. refutauimus. Tantum reddenda nunc ratio est, cur ita locutus fuerit. Voluit ita se Patri natura coniunctum ostendere, vt tamen distinctum esse significaret. Coniunctum ostendit, cum dicit, se facere non posse, nisi quod facit Pater; distinctum, cum dicit, *nisi quod viderit Patrem facientem*. Alium enim esse, qui videt; alium, qui videtur, necesse est. Præterea voluit ita se Patri æqualem dicere, vt tamen moderate, & conuenienter filio loqueretur. filij est non præire, sed sequi patrem, & eius obsequi voluntati. Cæsarius dialog. 3. & Seuerus Antiochenus in Epistola ad Sergium adnotarunt: nisi quod videntur existimare Christum hoc tanquam hominem dicere, quod paulo post confirmandum à nobis est. Hoc causæ fuit quam ob rem nusquam de Patre dictum legamus, non posse eum quicquam facere, nisi quod Filium faciētem viderit, quamuis re quidem vera dici potuerit. Quia licet vera nimirum fuisset oratio, conueniens Patri non fuisset. Duo reliqua sunt verba, quæ apud neminem interpretem satis explanata legat. Quid est *à se*? & quid est *nisi quod*? An eum addit *à se*, indicat se aliquid posse facere, quod facientem Patrem non viderit? cæterum non à se, sed aliena virtute id posse facere? Enim quippe verba sensum obiciunt. Minime vero. Nam nec à se, nec ab alio Christus quicquam facere poterat, quod non idem Patrem facientem videret. Neque quod Patrem facientem videbat, à se facere poterat, sed à Patre. Sic ergo resoluenda oratio est, quę propter Hebraismum, qui in ea latet, insolens est, atque difficilis. Nihil Filius ex se facit, sed auctore Patre, hoc est non *à se, nisi quod viderit Patrem facientem*. Itaque illud *à se* non significat idem quod propria virtute, & auctoritate: propria enim virtute, atque auctoritate omnia Christus faciebat: sed significat idem quod solus, sine auctore, sine consensu, & voluntate Patris. Sicut dicit alibi à seipso non loqui: non quod non propria virtute & auctoritate, sed quod non sine Patris voluntate atque approbatione loqueretur Ioann. 7. 17. & 12. 49. & 14. 10. sic dicit cap. 8. 38. *quod vidi apud Patrem, loquor*. Idemque dicit de Spiritu sancto, cap. 16. 13. *Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur*. Quod autem dicit *nisi hoc ipsum*, positum est pro ἀλλ' ὅ, sed, vt sæpe ponitur εἰμὴ Matth. 12. 4. *Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, nec his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus*, pro, sed solis sacerdotibus. Et ad Galat. 2. 16. *Scientes, quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi*. Simile exemplum est infra cap. 15. 4. *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite*, id est non potest ferre fructum separatus à vite, sed in vite manens. Itaque imperitè hoc loco vertit quidam hæreticorum interpres. Non potest Filius à semetipso operari, id est nisi viderit Patrem operantem.

Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.] Ex iis quæ modo diximus, intelligitur non esse sensum Filium quasi Patrem suum æmulantem facere, quæ ipsum prius facientem viderit: sed nihil facere nisi quod velle, facereque Patrem nouerit. Particula ergo illa *similiter* non imitationem, sed naturæ, voluntatis, & actionum vnitatem consensumque significat. Similiter facere est eadem potentia, eadem auctoritate facere, vt recte Gregor. Nazianz. orat. 2. de Filio explicauit. Obseruauit autem Leontius non dixisse simpliciter, Quæcunque Pater facit, hæc & Filius facit; sed addidisse *similiter*, vt doceret non solum eadem opera, sed eodem modo, eadem auctoritate facere.

Christum Patri se similem ostendere hic videtur, & ab eo distinctum.

Sup. c. 5. 3.

D. Aug. 22. de Ciuit. c. 23. & 26. cont. Faust. l. 1. ad lib. 6. ex 2. ad Tim. 2. 13.

Pater Filio non admodo, sed eodem modo demonstrat.

Pater vere fecit quidquid Filius fecit. Psal. 109. 3. Sup. c. 3. 16. 1. Ioan. 4. 9. ad Rom. 9. 32. Act. 17. 31. ad Eph. 1. 20.

Theod. Bezain Ioan.

20. *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.*] Oppositum Elias Cretensis in oratione Gregorij Naz. 4. de Theologia, Seuerus Antiochenus, Cæsarius, quos paulo ante citabamus, monuerunt, Christum hic tanquam hominem loqui: propterea verbis vti ad magistrum, & discipulum accommodatis. Nam de Patre dicere, *omnia demonstrat*, de se autem ipso, *nisi quod viderit Patrem facientem*, eodemq; sensu videntur Chrysostomus, Theophylact. & Euthymius intellexisse. Quanquam ego quidem verbum δείκνυσι, *demonstrat*, non existimo hoc loco accipi pro docere, aut ostendere, sed pro facere, dare, impartire, sensumque hunc esse: Pater dat Filio potestatem omnia faciendi, aut Pater omnia opera sua cum Filio communicat, vt Act. 9. 16. *Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati*. Non enim ostendit docendo, sed agendo, id est, pericula illi obiiciendo, & gratiam illi patientiæ largiendo. & 1. Regum 14. 12. *Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem*, id est, faciemus, & Exodi 33. 19. *Ego ostendam omne bonum tibi*, idest, dabo. Psal. 4. 6. *Quis ostendet nobis bona?* & Psal. 59. 5. *Ostendisti populo tuo dura*, & Psal. 70. 20. *quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas*. Propterea non dicit, demonstrauit, sed *demonstrat*, vt Rupertus animaduertit, quia quotidie cum illo sua opera communicat. Sic facile intelligitur, quamobrem omnia illi demonstret. Nec enim dubium, quin cum dicit: *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei*, indicet propter ea omnia illi demonstrare, quia eum diligit. Nam quidam dicunt non causam, sed signum designari, non probo. Cum ergo amor causa esse significetur, cur Pater Filio omnia demonstret, non potest hoc de Christo, quatenus Deus est, intelligi, vt videntur Augustinus, & Cyrillus intelligere. Pater non Filio, quatenus Deus est, nihil amando, sed generando demonstrat; quatenus homo autem est, multa illi tribuit a motis causis, vt quod paulo post dicitur, quod omne iudicium dederit Filio.

Et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.] Hæc quæ hactenus feci, & propter quæ à vobis accusor, illius auctoritate feci; plura, maioraque eiusdem auctoritate faciam: itaque maiorem admirationis, & falsæ accusationis materiam habebitis. Videtur ad ea potestatem alludere, quam in iudicio ostensurus est, qua nullam vnquam maiorem demonstrauit: de ea enim statim loquitur.

Quando & quomodo Pater Filio omne iudicium dederit.

21. *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat.*] Dubium quorsum anne de mortuorum suscitatione agat. Augustinus & Beda putant exemplum eorum poni, quæ maiora tibi Patrem demonstraturum dixerat. Nullum dum mortuum suscitauerat, tantum paralyticum vnum curauerat v. 9. & moribundum ex febri Reguli filium ca. 4. 50. & aquam in vinum conuerterat. c. 2. 9. aliaque eiusmodi fecerat signa. cap. 2. 23. Maiora ergo facturum indicat, quia tres postea mortuos suscitaturus erat, quod multo erat maius, quam ægrotos curare. Mihi, vt superiore versu dixi, ad iudicialem potestatem alludere videtur. Et quia proprium iudicis est ab soluere, vel damnare, hoc est viuificare, vel occidere, proponit suscitationis, id est, viuificationis exemplum. Itaque suscitare hoc quidem loco non ad sola corpora, sed ad animos quoque refero. Quod enim hoc loco dicitur Filius mortuos, quoscunque vult, suscitare, & viuificare, dicitur Apocalyp. 1. 18. habere *claues mortis, & inferni*. Sicut in veteri testamento dicebatur viuificare, & mortificare Deus, Deuteronom. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Tob. 13. 2. Sapientiæ 16. 13. Recte Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius verba illa expendunt, *quos vult, viuificat*, significari profecto propria, æqualique Patris Filiū auctoritate mortuos suscitare. Chrysostomi pro commentario apponam verba: *At qui nihil potest à se facere si facit, quod vult, contradicit. Nam si quos vult, viuificat potest à se facere, vbi enim potestatem est, quod si non potest à seipso, tam quos vult, non viuificat. Ideo igitur particula, sicut Pater suscitat mortuos, indicet tam potestatem illa autem, quos vult, æqualem demonstrat.* Hom. 37.

22. *Nec enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.*] Tria hoc loco sunt, quæ explicationis indigent. Primum quorsum hoc addatur, aut cui usnam rei reddatur causa. Deinde quomodo *Pater non iudicat quemquam*. Postremo, quomodo *omne iudicium dedit Filio*. Diximus superiore versu, cum dixit: *Sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult, viuificat*, ad suprremum iudicium alludisse. Reddit nunc causam, cur se iudicaturum indicauerit, id est, quos vellet, viuificaturum, quos vellet, cōdemnaturum; quia Pater non est quenquam iudicaturus, sed omnem sibi iudicandi concessit potestatem. Alij minus probabiliter ad omnia superiora referunt, vt Cyrillus. Pater autem dicitur neminem iudicare, non quod reuera non iudicet, quicquid enim vna persona facit extra se ipsam, vt Theologi definiunt, omnes simul personæ faciunt: sed quia non iudicat sumpta persona iudicis, quæ ab hominibus, quos iudicat, videatur; cum illis loquatur, sententiam verbis proferat, denique externo ritu, formaque iudiciali non iudicat, dicitur neminem iudicare. Filius autem hoc sensu solus iudicet, quia solus homo est, qualem eum, qui homines iudicet, esse conuenit. Propterea vet. 27. tanquam ratio, cur omne iudicium Pater Filio dederit, redditur, quia *Filius hominis est*. Sic Augustinus lib. 1. de Trinitate, capite 13. & in libro 50. homil. homil. 22. & Ieda hoc loco interpretantur, veraque interpretatio est. Nam Chrysostomus, Theophylactus, Leontius, Ambrosius, & alij, qui existimant non propterea omne iudicium datum Filio, quia homo, sed quia Filius Dei est, minus probant. Quando, & quomodo Pater Filio omne iudicium dederit, similis est quæstio. Nam auctores illi, qui existimant Filio tanquam Deo datam à Patre esse iudicandi potestatem, vna cum æterna generatione datam putant, generando enim Filium Pater eum iudicem fecit, quia hoc ipso, quod Filius erat, potestas illi iudicandi tanquam primogenitæ Patris sapientiæ debebatur: sicut in regnis, quæ hæreditaria obuenient successione, eo ipso quod Rex Filium primogenitum generat, regem facit, nec aliter regem facit, quam generando: ne Ambrosius lib. 1. de fide, c. 4. *Omnia iudicium dedit Filio, dedit vtique generando, non largiendo*. Augustinus vero, & cæteri, qui tanquam homini Christo eam potestatem datam docent, in humana datam putant generatione, vbi factus est Rex. eo etenim ipso quod Rex est, iudex est. Tunc enim *constitutus est Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius*. Psalmo secundo, versu 6.

Ad Philip. 2. 6. 7. 8.

23. *Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.*] Causas duas reddit Christus, quare sibi Pater omnem iudicandi potestatem tradiderit; alteram vet. 27 *quia Filius hominis est*, quam rationem supra exposuimus; alteram hic, *vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*, id est, æquali virtutique honore prosequantur. Quod dicit, hoc opinor, est, quia Filius, *cum in forma Dei esset, exinanit semetipsum formam serui accipiens, & factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*, ita prorsus, vt ne homo quidem æstima-

retur, sed *verum, approbatum hominum, & abiectio plebis.* A *sicut Filium, non honorificat Patrem*, quia nimirum qui non honorificat Filium, Patri non credit, testanti eum filium suum esse, & à se missum; aut, vt Cyrillus videtur interpretari, cum prius dixisset, *qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem*, id est, quid mali sequatur eum, qui Filium non honorat, docet nunc, quid cum sequatur boni, qui illum honorat, id est, in illum credit; nempe eum etiam Patri credere, vnde id consequatur, vt vitam habeat æternam. Consequentia verborum postulare videbatur, vt diceret, qui audit verbum meum, & credit mihi, aut credit in me, sicut alijs locis dicit, cap. 1. 12. & 3. 16. 18. 36. At non dicit; Et credit mihi, sed *credit ei, qui misit me.* Rationem eius rei hanc Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, esse putant, quod voluerit arrogantiam deuitare. Sed potius credo concisè locutum esse ea, quæ facile intelligi poterant, resecantem. Quasi diceret, *qui verbum meum audit*, id est, qui credit mihi, (hoc enim est verbum eius audire) *credit etiam ei, qui misit me*, quia ille restatus est me à se missum esse; qui autem credit ei, qui me misit, *habet vitam æternam.* At eum hoc ipsum dixit, cuius satis dictu esset, qui audit verbum meum, habet vitam æternam? In promptu ratio, aggerabat cum Iudæis, qui Patrem agnoscebant, Filium ignorabant, ideo Patri tribuit, vt qui quis in eum credit, habeat vitam æternam, cum soleat vbique alijs id sibi tribuere. Erex auctoritate Patris suam ipse auctoritatem probat, perinde enim esse in se credere, atque in Patrem. Quomodo intelligendum qui in Christum, aut in Patrem credit habere vitam æternam capite 3. 16. disputauimus. Habere autem dicitur, non habiturus vitam æternam, quia etsi nondum reipsa habet, habere tamen ipsa ad illam ius, pignusque quoddam illius, vt capite 1. 12. & capite 3. 16. exposuimus. Quod sequitur, *in iudicium non venit*, non significat non esse iudicandum *omnes nos manifestari oportere ante tribunal Christi*, sed condemnandum non esse.

Iudicium enim pro condemnatione ponitur, vt c. 3. 17. 18. & sæpe alibi. Quod autem addit, *sed transijt à morte ad vitam*, Hebraica repetitio est: idem enim est transire, id est, translatum esse de morte ad vitam, vt idem Ioannes loquitur epistola 1. cap 3. 14. & in iudicium non venire. Sæpe alibi monuimus Hebræorum idioma esse, vt quæ per negationem dixerunt, per affirmationem repetant, & è contrario: vide quæ diximus c. 1. 3.

25. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est.*] Græce ἔρχεται, venit, præsenti tempore; id est, venturæ est, vt Matt. 17. 11. aut venit, id est, aduentat, appropinquat, vt cap. 4. 23. Videndum, quomodo hæc superioribus adhærere clarent. Ammonius, Augustinus, & Beda, non de morte corporis, sed animi hæc intelligentes facile cum præcedentibus copulant, quia enim dixerat eos, qui verbum suum audirent, habere vitam æternam, transire que de morte ad vitam, id ipsum nunc alijs verbis dicere. Cyrillus vero, Theophylactus, & Leontius, quod ante dixerat, id modo pollicetur ipsa ostensurũ esse; multos enim suscitaturum mortuos, vnde intelligant, qui mortuos suscitare potuit, eum vitis vitam æternam dare posse. Et vero pulchra videtur analogia inter mortuos corpore, & animo esse. Sicut qui corpore mortui sunt, audientes Christi vocem, reuiscunt de morte corporis ad vitam; ita qui animo mortui sunt, dum audiunt, vt paulo supra dixit, eius verbum à morte sempiterna, ad vitam æternam reuocantur. Sed vt illic docuimus, cum dixit versu vigesimoprimo: *Sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, quos vult, viuificat*, ad vitimam resurrectionem, supremumque iudicium alludebat. Itaque hoc loco confirmat, atque explicat, quod illic dixerat, venire tempus, cum id expectantia probatura sit, futurum vt mortui vocem Filij hominis audiant, & viuant. Quærunc multi quomodo intelligendum, quod dicit: *Nunc est.* Ammonius, Augustinus, & Beda, qui de sola hoc spirituali resurrectione, id est, de iustificatione interpretantur, facile quæstionem expedimus, hotam iam tum venisse, quia iam tum Christus homines incipiebat iustificare. Alij eodem moti verbo non ad generalem illam, sed ad particularem eorum, quos Christus, dum in hac vita esset, suscitauit, resurrectionem referunt, vt Cyrillus, Leontius, Chrysostomus, Theophylact. & Euthymius, suscitasse enim paulo post Lazarum, & B filiam Archisynagogi, & filiũ viduæ. At multis adducor rationibus, vt eredam de vltima potissimum, & generali resurrectione loqui. Primum quod ver. 21. quem, vt diximus, locus hic confirmat, eo spectauerit. Deinde, quod ver. 28. 29. haud dubiè de generali loquatur resurrectione: *Nolite mirari hoc, quia omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Loquitur autem de eadẽ re continuata sententia. Nam quod Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus dicunt à particularia l generalem transire resurrectionem, & ex hac illam approbare, aliquanto mihi videtur durius. Quo ergo modo dicit, *& nunc est*, cum nondum generalis resurrectionis tempus aduenerit? Quæro vicissim ego, C quomodo Ioannes 1. epist. cap. 2. 18. dixerit, suo tempore nouissimam horam fuisse, manifestum enim est eodem modo esse, & quod hic Christus, & quod illic Ioannes dicit intelligendum. Nouissimam horam vocat, vel quia, vt Petrus ait: *Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus*; vel quod magis credo, vocat nouissimum tempus, statum vltimũ, post quem in hac vita ante finem mundi alius expectandus non sit. Primum in statu illo simplicissimo legis naturalis homines fuerunt. Deinde in statu veteris legis Christum venturum expectantes. Venit Christus, post quem nihil expectandum est aliud, ultimi iudicium. Hoc ergo est illic: *Nouissima hora est.* Hoc est hic, *Venit hora, & nunc est.* Horam enim Hebraeorũ idiomate, tempus appellari, quamuis longum sit, modo opportunum, εὐκαιρίαν Græci vocant, nescio an quisquam ignoret.

Quando mortui audient vocem Filij Dei.] Mortui omnes, qui in sepulchris erunt, vt ver. 28. explicatur, & paulo ante probauimus. Vocat se Filium Dei potius, quam Filium hominis, quamuis se alibi frequentius Filium hominis appellare soleat, quia hoc loco id agebat, vt se Filium Dei approbaret. Hæc enim thesis erat v. 17. proposita, quæ omnem istam disputationem excitauerat. *Vocem Filij Dei* vocat, aut quia ipse per se mortuos ad iudicium vocaturus est, aut quia per archangelum, & tubam, vt ait D. Paulus 1. ad Thessal. 4. 16. & Matt. 13. 30. & 24. 31.

Et qui audierint, viuent.] Qui superiora non de vera, E sed de spirituali resurrectione intelligunt, facile hoc interpretantur, non omnes mortuos victuros esse, sed eos tantum, qui Christi vocem audierint, id est, qui in eum crediderint, quia illi soli à peccatis liberabuntur; sed iam probauimus de vera resurrectione agi. Alij hinc probant non agi de generali resurrectione, quia significatur non omnes resurrecturos, & id à nobis supra refutatum est, & ex hoc ipso loco, quo illi probant, refutari potest. Etenim fingamus de piuata tantum eorum resurrectione agi, quos Christus in hac vita suscitauit; quomodo interpretabuntur, non omnes suscitatos esse, sed eos tantum, qui Christi

A sti vocem audierunt? an vocauit aliquos mortuos, qui non audierint? aut suscitare et auit aliquos, quos suscitare non potuerit? Minime vero, dicent: sed dicuntur non omnes audisse, quia nõ omnes vocauit. Ac id ipsum quam durum est? Quid ergo? Noluit opinor, quemquam excipere, cum paulo post dicat auditures esse omnes; sed voluit vim, & efficacitatem quæ vocis suæ declarare, fore, vt quicunque eam audierit, obediat, & ex imo puluere suscitatus præsto sit ad iudicium.

26. *Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.*] Duabus in rebus huius loci sententia vertatur, quid sit vitam habere in semetipso, & quomodo id ipsum Filio Pater dederit. Videtur enim ista pugnare, vitam habere in semetipso, & ab alio acceptam habere. Quidam hoc philosophice videntur interpretari, quasi idem sit vitam habere in semetipso, & per se metipsum, hoc est non acceptam ab alio, sicut Sol lumen, ignis calorem per se dicitur habere; non quod Filius à Patre vitam nõ acceperit, sed quod ita acceperit, vt per se habeat, non mutuo, & quasi ad tempus daram, sed naturalem, & sempiternam. In quem sensum multis locis D. Augustinus exponit in libro contra sermon. Arian. cap. 17. lib. 15. de Trinit. cap. 26. & tractatu in Ioan. 19. & Ambros. libro 4. de fide cap. 5. & lib. 5. cap. 2. & Idacius libro 3. contra Varimadum, Beda, & Elias Cretensis in commentariis in orat. 5. de Theologia Gregor. Nazianz. Fateor tamen me intelligere non posse, quo modo C non repugnet vitam à Patre habere, & per se, id est, non ab alio acceptam habere. Præterquam quod cõcedendum non est, Filium vitam acceptam non habere. Quis enim essentiam à Patre acceptam habet, quid ab eo acceptum non habet? Etsi hoc quidem sensu dici potest vitam per se habere, quamuis à Patre acceptam habeat, quia non participata, sicut erea tunæ, quæ viuere dicuntur, sed totam, eandemque Patris vitam habet, vt videntur Ambros. & Idacius exponere. Sed Christus hoc loco non dicit, *sicut Pater habet vitam per se metipsum, ita dedit & Filio vitam habere per semetipsum*; sed *in semetipso*, quod quis aliud esse non videt. Euthymius mihi videtur rem attigisse. *Vitam*, inquit, *habet in semetipso, id est, ad modum fontis scaturientis facit vitam.* Loquitur igitur de filio, qui tanus homo est, vt Cyrillus ait, cui dicit dedisse Patrem, vt vitam in semet haberet, id est, vt quemadmodum Pater omnis vitæ fons, & cui vult, eam dat, cui vult, rollisita Filius omnis in se vitæ fontem contineret, & eam cui vellet, daret, cui veller, auferret. Hanc esse filiũ sum, ex eo perspicuum est, quod nihil aliud voluerit his verbis Christus probare, quam quod ante dixerat versu 21. *Sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult, viuificat.* Hoc eodem modo intelligendum esse diximus, quod est cap. 1. 4. *in ipso vita erat*, nisi quod illic de spirituali, hic de corporali potissimum vita sermo est. Hinc secunda intelligitur quæ- *Quomodo Pater Filio dederit, vt vitam haberet in semetipso.*
stio, quomodo Pater Filio dederit, vt vitam haberet E in semetipso. Nam Augustinus & auctores illi omnes quos modo diximus, hunc locum de Filio, quatenus Deus est, interpretant, per æternam generationẽ hoc Patrem Filio dedisse dicunt. Nos cum Cyrillo hoc illi dedisse, cum fecit, vt homo ille Christus in vnam cum Filio suo personam vniretur, cum constituit illum Regem, & redemptorem, iudicem viuorum, & mortuorum. Hoc enim illi necessarium erat tribus illi muneribus, vt vitam, quibuscunq; vellet, daret posset. Dederamen non dono, sed natura; quia ex eo ipso, quod homo ille factus est Deus, omnem, quam Deus habebat, potestatem naturaliter habuit.

Psal. 81. 7. & Isa. 43. 27.

Zach. 12. 10. Ad Philip. 2. 9. 10. 11.

Argumentũ aduersus arian. pro Filij æquali tate.

Trall. 19.

Quid sit vitam habere in semetipso.

2. Pet. 3. 8.

2. ad Cor. 5. 10.

Hebr. 9. 28.

Hora apud Hebraeos quando tempus opportunum.

1. Ioan. 2. 18.

Idioma Hebraeũ.

27. *Et potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia filius hominis est.*] Aliis verbis mihi dicere, explicareque videtur, quod antea dixerat, Patrem dedisse Filio, vt vitam haberet in semetipso, id est, cui veller, dare posset, quia ni huiusmodi iudicialem ei in omnes homines dederat potestatem. Mirum persuasisse tibi Chrysostomum, & qui Chrysostomum sequi solent Theophylactum, & Euthymium hunc locum mutato puncto vno à Paulo Samosateno fuisse corruptum. enim uero vltima hæc verba, *quia filius hominis est*, non cum præcedentibus, sed cum sequentibus verbis esse iungenda, vt sit sensus, Potestatem dedit ei iudicium facere, & posito hic puncto noua sententia sequatur, quia filius hominis est, nolite mirari, quasi dicat, ne miremini quod me filium hominis videtis esse, quia et iam filius Dei fuit. Paulum vero Samosatenum, quia putarit hominem Christum fuisse docebat, lectione ad eum modum, quo nunc apud nos extat communitasse, vt sensum hunc efficeret, Deum dedisse filio potestatem iudicium exercendi, propterea quod ex homo tantum esset, nisi Pater ei dedisset, minime sua pte auctoritate habere potuisset. Miror, inquam, hoc tibi auctores illos persuasisse, cum tam perspicuum sit nostram lectionem, quam illi Samosateno tribuunt, esse meliorem. Primum quorsum nunc diceret Christus: *Et potestatem dedit ei iudicium facere*, cum idipsum v. 22. ante dixisset: *Omne iudicium dedit Filio*: si nihil ad eam sententiam additurus erat? Nam vt nos quidem legimus, etsi eadem sententia repetitur, additur causa: *Quia filius hominis est*, quæ efficit, vt nec frustra addita esse videatur. Deinde si hæc verba, *Quia filius hominis est*, cum sequentibus iungenda essent, sic dixisset Christus. Quia filius hominis est, nolite mirari, peruersa, & inuersa verborum collocatione. Sed nolite mirari, quia filius hominis est. Hic n. naturalis erat ver borum fluxus. Præterea quid faceret pronomen illud ἕτι, *hoc*, addicum ad finem? *Nolite mirari hoc.* Si enim superiora verba ad verbum *mirari*, referuntur, iam verbum suum habebat accusatiuum, nec alterum poterat admittere. Denique & Augustinus hoc loco, & lib. 1. de Trinit. c. 15. & lib. 50 hom. homil. 22. & Vigilius lib. 5. contra Eutychem, Beda, & Latini omnes, Græcus vero Cyrillus ita legunt, quem admodum in Latinis codicibus habemus. Et non erat difficile Samosateni explicationem refutare. Nã illo quidem tantum argumento, quo Chrysostomus vtitur, quod si Pater Filio propterea iudicandi dedisset potestatem, quia homo erat, omnibus hominibus eandem dedisset potestatem. Hoc n. facile solui potuisset, eadem ratione probati posse omnes homines Apostolos esse debuisse, cũ illi, qui Apostoli facti sunt, propterea Apostoli facti fuerint, quia homines erant. Etenim si homines non fuissent, Apostoli vtique facti non fuissent. Causa enim fuit, cur Filio Pater potestatem dederit iudicandi, quia homo erat, sed tamen vnica non fuit causa, si enim purus fuisset homo, non fuisset constitutus Iudex. Non hoc, inquam, argumẽto, sed hoc multo maiore, quod Christus hic non id ageret, vt quid non posset, sed vt quid posset, declaret. De ipsa nunc causa disputandum. Sunt, qui existiment nullam reddi causam, sed rationem tantum explicari, quatenus ea Filio potestas data fuerit, nempe non quatenus Deus, sed quatenus homo erat. Nã vt Deus quidem ipse eam per se habebat. Itaq; Græcam dictionem ὅτι, Latinè vertunt, quatenus homo est, quasi positum sit ὅτι pro καθ' ὅτι, aut καθ' ὅσον. Inf. mem interpretationem tribuunt auctores mali. Mihi autem initio non solere me alios hoc nomine, quam hæreticos appellare. Reuerentiam tamen affert magnam præ se ferentem speciem probabilitatis; Græce est, potestatem dedit ei ὡς υἱῷ ἀνθρώπου, *etiam* iudicium faciendi. Vbi manifestum est particulam, *etiam*, non copulatiuam, sed emphaticam esse. Non posse autem aliam habere emphasim, quam vt significet datam esse potestatem iudicandi Filio non solũ quatenus Deus, sed etiam quatenus homo erat. Cõtra ego, si ea dictio eam haberet vim, vtique sensus esset, Filio etiam tanquam Deo datam fuisse iudicandi potestatem. At iam probauimus hic non de Filio, quatenus Deus, sed quatenus homo erat agi. Nam et si etiam vt Deus, & potestatem, & naturam ipsam accepit per æternam à Patre generationem; tamen non agitur hic de ea potestate, quam ab omni habuit æternitate, sed quam in tempore habere cœpit. Itaque vt dictio *etiam*, emphatica sit, quod negari non potest, aliam vim habeat, necesse est, quam nemo, quem legeim, explicant. Ea duplex meo quidem iudicio esse potest. Aut vt significet Patrem Filio non solum eiusmodi miracula faciendi, non solũ suscitandi mortuos, vt paulo ante dixerat, sed etiam vitos, & mortuos iudicandi dedisse potestatem. Aut non solum Patrem ipsum iudicandi potestatem habere, sed eam etiam omnem in Filium transtuliisse, *quia Filius hominis est*, id est, quia personam gerebat ad fungendum officium iudicis accommodatam. Quod quemadmodum intelligendum sit, supra explicauimus vers. 22. Illud hic confirmandum, quod recte à quibusdã notatum est, Filium hominis hoc loco significare proprie Christum, quemadmodum vbique fere alias, sed generaliter hominem, quamuis pro solo ponatur Christo, quia ipse de se solo loquebatur. Propterea neutrum nomen, neque hominis, neque filij Græce articulum habet.

28. *Nolite mirari hoc.*] Incertum, quo pronomen hoc referri debeat. Diximus superiore versu, Chrysostomum, Theophylact. & Euthymium ad præcedentia proxime verba retulisse, quasi sensus sit. Nolite mirari, quod Filius hominis sit nam & Filius Dei est. Cyrillus refert ad paralyticum, cuius curatio materiam disputationis dederat. Tanquam dicat, nolite mirari, quod tanto opere miraminis, esse à me sanatum paralyticum; veniet tempus, cum non solum paralyticos sanabo, sed omnes etiam suscitabo, qui mortui in sepulchris iacent. Leontius ad id, quod v. 25. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent*; quod ille de Lazari, & aliorũ, quos Christus dum in hac esset vita, suscitauit, resurrectione interpretatur. Sensum igitur esse, nolite mirari, quod dixerim me paucos quosdam suscitaturum esse. Veniet enim tempus, cum non paucos, sed omnes omnino mortuos suscitabo. Aug. ad id, quod dixerat vers. præcedenti. *Et potestatem dedit ei etiam iudicium facere*: quasi dicat, nolite mirari, quod dixerim datam mihi potestatem exercendi iudicij, plus enim est solo verbo omnes mortuos suscitare, at qui id ipsum factuus sum. Hoc præbo, quia ipsum filiũ orationis cum sensum præ se fert, & mihi repugnat.

Quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius.] Monet Augustinus non esse additum hoc loco, Et nunc est, sicut ver. 25. quia illic agebatur de resurrectione priuata querundã, quos paulo post suscitaturus erat; hic de communi omnium hominum, cuius nondum tempus aduenerat. Sed eo loco probauimus etiam illic de generali mortuorum resurrectione locutum fuisse Christum. Itaq; potius existimo, aut idem hic à Christo dictum esse, sed ab Euangelista, vt alia multa, prætermissum, aut Christum ita non dixit, intelligi voluisse, sicut paulo ante dictum fuerat. Solemus enim, cum eadem sententiã modi-

modico interuallo repetimus, aliquid, ne omnia A prorsus cum fastidio iteremus, præterire. Aptius mihi videntur Leontius, & Euthymius, obseruasse hac petiphrasi: *Omnes qui in monumentis sunt*, mortuos omnes, etiamsi in monumentis nõ sunt, significari: quia plerique in sepulchris esse solent. Multos enim à bestiis denoratos, multos igne consumptos, multos alios caruisse sepultura; sed nimirum ex maiore parte rorum intelligi. Inuenio in Græca Catena propositã hic nomine Chrysostomi quæstionem, quid causæ fuerit, quamobrem hoc loco Christus tam multa de resurrectione, de iudicio, deque data sibi à Patre potestate differerit. Respondet hæc fuisse Iudæis omnium creditu difficillima, quæ qui credidisset, nihil non esset crediturus. Catera quæ pertinere ad hunc locum poterant, v. 25. expositimus.

Quæstiones Iudæis creditu difficiles.

29. *Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.*] Non duas resurrectiones, sed duos resurrectionis exitus facit. Omnes enim resurgent, sed alij ad vitam æternam, qui è resurrectio vitæ vocatur; alij ad condemnationem sempiternam, quæ dicitur resurrectio iudicij, id est condemnationis. Peruersa est Caluiniano ſi in hunc locum interpretatio; Christum non significare bona opera causam esse vitæ æternæ, sed tantum prædestinatos à reprobis ex operibus, tanquam ex fructibus arbores distinguere, solam enim fidem causam salutis esse. At hic non solum de sola fide, quam nunquam illi probare potuerunt, sed ne de ipsa quidem inde litteram vllam legimus. Cuius ergo insaniæ est, fidei, de qua Christus nihil dicit, salutem tribuere, bonis vero operibus, quibus ille salutem tribuit, salutem auferre? Refutauimus eam hæresim & similem interpretationem illorum, Matth. 25. 35. Sed videamus, num ex hoc ipso loco possit refutari. Primũ quis credat, Christum prædestinatos à reprobis distinguere voluisse. Quid enim nostra interest, vt eos internoscere mus? Deum scire id facere voluisse, non bene ex operibus dixisse, nec enim opera bona certa sunt signa prædestinationis, cum tam multi præsertim infantes sine vllis bonis operibus salui sint. Deinde quis non videt rationem ipsam postulare, vt vbi de resurrectione, & supremo iudicio agebatur, non signum proponeretur, sed vera redderetur causa, quamobrem alij ad vitam æternam, alij ad iudicũ sempiternum resurrecturi essent? Neque dubium est quin eodem modo hoc loco de bonis operibus loquatur, quo apud Matthæum cap. 25. 35. illic bona opera causam salutis facit: *Esurij enim, & dedistis mihi manducare.* Nam eorum, vt eum locum depraueut, commenta illic refutauimus. Denique non dubium, quin eodem contextu, eodem tenore, eodem sensu de bonis, & malis operibus agat. Mala autem opera profecto significat causam fore, vt quidam procedant *in resurrectionem iudicij*; ergo è contrario significat bona opera fore causam, vt alij procedant *in resurrectionem vitæ*. Quanto melius Ammonius, & Theophylactus colligunt ex hoc loco solam fidem ad salutem satis non esse. Theophylactus omnium veritatur manibus; Ammonij, qui in solis manuscriptis Græcorum Catenis citatus reperitur, verba recitabo.

Ammonij ex manuscr. Græc. Catena de sola Fide.

30. *Non possum ego à me ipso facere quicquam.*] Quia iudicandi potestatem sibi à Patre datam fuisse dixerat, docet, non posse malè se iudicare, ne quis forte existimaret pertinaciam esse iudicium ipsius, cum homo esset, & *omnis homo mendax*. Eam suspicionem remouet, nam quamuis homo quidem sit, tamẽ errare in iudicando non posse, cum nihil faciat, nisi ex Patris iudicio, atque voluntate. Ad eundem ferme modum Chrysostomus, Cyrillus, & Theophylactus, assuetos fuisse Iudæos frequenter audire Deũ futurum iudicem. *Quoniam Deus*, inquit, *iudex est*, Psalmo 49. 6. & 74. 8. *Exurge Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius*, Psalm. 67. 2. & *iudicare populum tuum in iustitia*. Psalm. 71. 2. & *exurge Deus, iudica causam tuam*, Psalm. 73. 22. & *surge Deus, iudica terram*, Psal. 81. 8. Ergo nec offenderentur quod Christus, cum homo esset, diceret se iudicaturum omnes homines esse, docet se id non sua id est non humana, sed Patris, id est diuina auctoritate futurum esse. Eodem redit, quod Augustinus ait. *Quia*, inquit, *Iudæi dicturi illi erant se tu iudicabis, & Pater non iudicabit, quia omne iudicium dedit Filio, non ergo secundum Patrem iudicabit, adiecit: Non possum ego à me ipso facere quicquam. Sed sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est.* Quomodo dicat, se non posse ex se facere quicquam, ver. 19. diximus.

Iudæi dicturi erant se Patrem iudicaturum.

Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est.] Particula, ὅτι, pro ita que posita videtur, quod Hebraice fieri solet. Ex eo enim quod non pro suo, id est, humano iudicat arbitrio, sed prout audit à Patre, qui errare iudicando non potest, colligit se errare non posse, sed recte semper iudicare. Vers. 19. dixerat, nihil se facere, nisi quod videret Patrem facientem, hic dicit, nihil iudicare, nisi quod audiret à Patre. Idem vtrũque significat, nihil se neque iudicare, nec aliud quid putare facere, nisi quod sciat, consentaneum esse Patris iudicio, atque voluntati. Sed illic videndi, hic audiendi verbo vsus est; quia illic de faciendo agebat, hic de iudicando. Et solent qui ex alterius præcepto agunt ita eum quasi in exemplar intueri; qui autem iudicant ex alterius voluntate, auscultare quid ille, & quomodo iudicandum esse dicat.

Et sequitur.

Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.] Confirmatio est superioris rationis, qua probauit se recte iudicare, quia non ex se, sed ex Patris voluntate iudicat. Idem nunc aliis verbis dicit, se non quærere voluntatem suam, sed voluntatem Patris. Vna enim res maxime omnium eũdi causa est, quod suam quisque sequatur voluntatem, pessimum plerumque consilium. Memini elegantem Oratoris Græci sententiam, *Demosthenis Olynth. 3.* ἐγὼ γὰρ ἀνθρώπου τοῦτο ἡγοῦμαι τὸ θεῶν δῶρον εἶναι, ὃ τὸν υἱὸν ἐποίησεν, inquit, Augustinus tractatu 22. *Non quæro voluntatem meam, & hominem volunt facere voluntatem suam?* De humana Christus loquitur voluntate, quæ quatenus humana quidem erat, poterat à diuina dissidere voluntate; quatenus autem eius erat hominis, qui idem Deus erat, minime poterat. Potuit dicere, sed voluntatem Patris, malunt dicere, *eius qui misit me*, quia etsi idem est, tamen hoc est magis emphaticum; explicat enim tacite causam, cur ex eius voluntate iudicare debeat, non solum quia Pater est, sed quia se ad hoc ipsum miserat, vt iudicaret.

Demosthenis Olynth. 3.

31. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.*] Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius existimant hoc Christum non ex sua, sed ex Iudæorum opinione dicere, tanquam diceret, quia ego de me ipso testimonium perhibeo, existimabitis testimonium meum nõ esse verum. At non ita est. Atque ad hunc modum eam tollunt repugnantiam, quæ inter hunc, & alios nonnullos locos videtur esse, in quibus dicit Christus, etiamsi ipse de se testimonium perhibeat, suum testimonium verum esse, vt capite octauo 14. Probabilis fuit sententia. Beda, & Alcuinus ex tua opinione Christum loqui putant, sed tanquam hominem, nõ tan-

tanquam Deum; vtfi dicat, meum quidem de me ipso testimonium, si vt testimonium solius hominis, vt esse videor, consideretur, non erit verum; at si consideretur vt testimonium Dei, verum vtique erit. Ego modum illum loquendi prouerbialem fuisse arbitror. Quod vel ex eo perspici potest, quod eo Christus tanquam ex vulgari sermone sumpto frequenter vtatur. Obiciunt illi Iudæi cap. 8. 13. *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum*, eodem vti prouerbio. Necesse erat, quia accusabatur, vt se defenderet. Respondet ergo versu 14. *Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum.* Hoc loco non accitaris, sed sponte dicit, se iuxta vulgare prouerbium nolle de se ipso testimonii perhibere, quia testimonium suum non esset verum; non quod re ipsa verum non esset, sed quod pro vero habendum non esset, vt vulgari prouerbio dicebatur. Perinde ergo est ac si dicat, nolo mihi de me testificanti quicquam credat, ne id contra vulgare prouerbium postulare videar; credat Ioanni, credat Patri, qui maius, quam ego de me ipso testimonium reddiderunt. Loquitur igitur & ex concessione, & ex hypothesi, & ex sensu prouerbij, id est, communi hominum opinione. Ex concessione, quia, cum suo iure postulare posset, vt sibi soli de se testanti crederetur, de suo remittit iure, & *ἐκ συγκαταβάσεως*, non vult, vt sibi credatur. Ex hypothesi, quia idem est, ac si dicat, Nolo ego de me ipso testimonium perhibere, quia si perhibeam, videbitur non esse verum. At iam de se ipse dixerat testimonium, iam se Filium Dei appellauerat, iam dixerat se suscitaturum mortuos, hominesque iudicaturum, quo nullum de ipso maius testimonium dici poterat. Verum quidem hoc est, sed hæc alia est figura; aliusq; rhetoricus color. Postquam enim dixerat ipse de se testimonium, dicit se nolle dicere, ne suspectum haberetur, nihil vt aliis credatur testibus. In hanc sententiam videtur Cyprianus intellexisse, epistola 10. lib. 4.

Ironia locutionis quando ipse morticulus a quod tiebat.

32. *Alius est, qui testimonium perhibet de me, & scio, quia verum est testimonium eius, quod perhibet de me.*] Hanc Alium Cyrillus, Beda, Rupertus Patrem intelligunt, de quo dicit ver. 37. *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me.* Melius Chrysost. Leontius, Theophyl. Euthymius intelligunt Ioannem, quia de Ioanne ita tum sequitur: *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati.* Mihi & Patri, & Ioanni, & Moysi, Prophetæque omnes videntur intelligi sed singularem numerum pro plurali posuit. Non credo tamen, quod malus quidam dicit interpres *ἐκδοχικῶς* dictũ esse, *alius est*, quasi dicat, longe alius est, longe maior est, quam me vos esse putatis, qui testimonii de me perhibet. Semper enim intenduntur diligenter est, quid agatur. Non agebatur de qualitate, sed de numero testium. Quod autem dicit, *& scio, quia verum est testimonium eius*, eo, vt mihi videtur, pertinet, vt indicet, se ne aliorum quidem de se testimonio credi voluisse, nisi certo sciret verum esse. Modestiæ igitur incredibilis hoc est, quo magis moderatur orationem suam, digniorem fide facit.

33. *Vos misistis ad Ioannem.*] Multiplicem habet emphasim. Primum conuincit eos proprio ipsorũ teste, quasi dicat, nolo ego meo de me ipso vti testimonio, vestro vtar teste, quem eo ipso, quod produxistis, & non solum testem, sed iudicem etiam quodammodo fecistis, dignum fidei iudicastis. Atqui ille ipse constituit us in hac eadem causa à vobis iudex sententiam se secundum me pronunciauit. Hoc sensu Chrysost. & Euthym. Deinde quod dicit, *Misistis*, indicat, vt Cyrillus inquit, Ioannem non sua sponte, quod suspectum esse poterat, sese obtulisse, vt testimonium de Christo diceret, sed rogatum dixisse. Præterea nõ de Christo sed de se ipso rogatum, vt Chrysostomus obseruat. Non enim Iudæi legatos ad eum misérant, vt de Christo, sed de ipsomet interrogarent, num esset Christus, vt Ioan. 1. 19. & Luc. 3. 15. manifestum est. Itaque si vere Ioannes potuisset eam dignitatem à Christo auferre, & sibi populi præiudicio oblatam attribuere, factum fuisse; & tamen in propria causa, in qua pro se, si potuisset, iudicaturus erat, contra se pro Christo iudicasse. Denique quod ait, *ad Ioannem*, vim etiam habet. Is nimirum Ioannes erat, quem illi putabant esse Christum; qui si eam meruit opinionem, vt Christus esse putaretur, multo magis meretur, vt credetur sibi dicenti nõ se, sed Iesum esse Christũ. Quod sequitur *Et testimonium perhibuit veritati*, Ammonius, & Cyrillus sic interpretantur, testimonium mihi per hubit, se etenim ipsum veritatem appellasse. vt alio quodam loco, *Ego sum via, & veritas, & vita.* Sed non video, quid potuerit esse causæ, cur potius dixerit, *testimonium perhibuit veritati*, quam testimonium mihi perhibuit, si idem vtrumque erat, cum illud & breuius, & clarius, & efficacius esse videretur. Credo ergo veritatem ipsam causæ æquitatem appellari; ideoque non dixisse Christum, testimonium mihi perhibuit, sed, *testimonium perhibuit veritati*, vt ostenderet mihi Ioannem gratiæ tribuisse; sed quod dixit testimonium, ipsa coactum veritate, & æquitate causæ dixisse.

Veritas dicitur hoc causa agit tur.

34. *Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis.*] Chrysost. Leontius, Rupertus, & Euthym. existimant sensum esse, ego humano testimonio non indigeo. Non vt indicet Ioannis testimonium humanum fuisse; diuinum enim fuisse constat, quamuis per hominem pronuntiatum. Nam & Ioannem ipse beatum cursum nullum *à Deo, vt testimonium perhiberet de lumine* cap. 1. 6. & mox ipse testatum esse, *Ego nesciebam eum sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto.* Propterea non dixit, inquit Rupertus, Ego testimonium per hominem, sed ab homine testimonium accipio. At Christus de Ioannis loquitur testimonio, quale ille perhibuerat, id est, non ex se, sed ex Deo; atque id ipsum Christus dicit se non accipere. Cyrillus per cõparationem hoc dictum putat, non quod Ioannis nõ acciperet testimonium, sed quod maius testimonium quam Ioannis haberet, vt dicit vers. 36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.* Itaque vtitur eodem colore, quo ver. 31. visum diximus; postquam Ioannis produxit testimonium, dicit se eo vti nolle, aliud maius habere. Ego hoc loco nisi interpretor, quem & Leontius, & Theophylactus indicarunt, quod Ioannis testimonium produxerim, non propterea feci, quod indigeam hominum, aut Dei etiam per homines exhibito testimonio. Deus enim cum sim, & ipse per me edendis miraculis, quis sim, declarare possim, nõ indigeo testimonio cuiusquam. Vsus tamen sum Ioannis testimonio, non propter me, sed propter vos: vt qui mihi etiam miracula facienti non creditis, Ioanni quem vos iudicem constituistis, testimonium de me dicenti credentes salui fitis. Sicut cũ vox de cœlo intonuisset: *Et clarificaui, & iterum clarificabo*, dixit. *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.* cap. 12. 29. 30.

35. *Ille erat lucerna ardens, & lucens, vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.*] Cyrillus ideo hoc à Christo adiectum putat, quia cum paulo ante dixisset; *Ego non ab homine testimonium accipio.* Ioannis testimonium contemptisse videri poterat; ideo eum nũc comparatione lucernæ commendare. Aliquanto aliter

Matth. 3.

aliter Chrysostomus, *Ne dicerit*, inquit, *Quid ad me? si ille testimonium perhibuit, id nos non recipimus; recepisse ostendit.* Itaque Chrysostomus hæc verba non cum ijs, quæ proxime præcesserc, sed cum illis versus 33. coniungit, *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati.* Mihi hoc sensu adiectum videtur, diuerat se Ioannis testimonio vsum esse, non quod ipse indigeret, sed vt illi salui essent; addit eius testimonio, si ei credere voluissent, saluos fieri potuisse. Etenim ardentem, & claram fuisse lucernam, quæ Christum salutis viam ostenderet. At eos inconstantes, & leues fuisse, qui non nisi ad horam ea lucerna exultauerint. Quod ergo graues etiam auctores dicunt Ammonius, Leontius, Cyrillus, Theophylact. Rupertus, Euthy. & Ambr. serm. 14. in Psal. 118. ideo vocatum Ioannẽ lucernam, quia non ex se, sed ex Christo lumen habebat, & quia apparente Christo quasi iustitiæ est obscuratus, quod vtrumque proprium lucernæ est, etsi res quidem ipsa per se vera est, illum non ex se, sed ex Christo lumen habuisse, tamen non videtur ea fuisse causa, quamobrem lucernam potius hoc loco, quam alio aliquo nomine Christus eum appellauerit; nec enim id agebat, vt eius extenuaret testimonium, sed vt commendaret. Extenuasset autem, si propterea lucernam vocauisset, quia non ex se se lumen haberet, quia non nisi absente sole luceret, quia parua, quia subobscura esset. Lucernam igitur nominauit contraria potius ratione, vt indicaret, quamuis homo esset, lucernam tamen fuisse, qua si vti Iudæi essent, facile salutis viam cognoscere potuissent, vt Tertullianus in libr. contra Iudæos videtur intellexisse. Eademque de causa epithetum illud additum puto, *ardens, & lucens*, id est non qualiscunque lucerna erat, sed clara, lucens, illustris, quæ ad communstrandum salutis auctorem satis esset. Idem ergo est, *ardens, & lucens*, sed repetita sententia maiorem habet emphasim. Nam quod quidam subtiliter distinguũt, nescio an aliquod faciant operæ pretium. Si quid discriminis velim ponere, Gregorium hom. in Ezech. 11. & Rupertum in commentariis ad hanc locum sequi malim, quia si minus forte proprie, moraliter tamen certe, & vtiliter interpretantur. *Ardens*, inquit Gregorius, *per cœlestia desiderium, lucens per verbum. Vt ergo fructuose verbi prædicandi, tenendæ necesse est altitudo vitandi.* Vel, vt Rupertus ait, *ardens incrementum testificandæ veritatis amore illuminis extrinsecus verbo, & opere.* Quomodo Christus Ioannem lucernam fuisse dicat, cum hic idem Euangelista c. 1. 8. dixerit, *Non erat ille lux, illic declaraturus.*

Quid illud sit, ad horam.

Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.] Id est principio magnum pretio eum, eiusque testimonium habuistis, vsque adeo vt ipsum Christum esse putaretis, postea vero cum maxime illi credere oportebat, cum de me testificatus est, cum me demonstrauit, minime credidistis. Hoc est *ad horam*, id est, ad modicum tempus. Quo verbo eorum inconstantiam, & leuitatem notat, quod in ea opinione, quam de Ioanne initio conceperant, non perseuerauerint. Si enim perseuerassent, credidissent eius de Christo testimonio, & ad ipsum venissent Christum, salutemque ab eo habuissent. In hanc sententiam Leontius, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius edisserunt. Beda, Rupertus, & quidam alii sic; *Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius*, id est, hæsistis in gloria eius temporali, quod Prophetam in populo haberetis, gloriam vero illam veram, & sempiternam, quam ille prænonstrabat, ad quam homines inducebat; neglexistis. Illud primum probabilius. Dignum vero quæstione est, cur his Christus verbis vsus sit, *in luce exultare. In luce* quidem dixit, quia lucernam eum ardentem, lucentemque appellauerat. Lucernam vero appellauit, quia id agebat, vt docete satis superque ab eo salutis viam fuisse demonstratam, quod proprium lucernæ est. Solemus enim in tenebris, vt viam videamus, ardentem præferre facem. *Lucerna* inquit ille. *pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Exultare* autem dixit potius, quam recipere, aut aliquid eiusmodi, vt affectum & vehementem studium exprimeret. Consueuimus, cum in tenebris sumus, & lux aliqua nobis affulget, non quoquomodo gaudere, sed gestire, efferri, exultare gaudio. Hoc eos fecisse dicit; amplificatq; eorum in principio studium, & ardorem; quo maiore reprehẽsione digni esse intelliguntur, quod tam breui tempore refrixerint. Accidit sæpe hoc in hominũ moribus, vt qui maiore primum ardore & religione, pietateque animum adiciunt, ij citius in cõtrarium transiliant; *conuersi, vt ait Dauid, in arcum pravum*, id est fallacẽ, atq; dolosum, qui cum maxime tensus fuerit, subito terẽditur. Inconstantis ingenij indicium est, in partes contrarias vehementem esse; ita que est natura comparatum, vt diutnum esse non possit, quidquid consuetum modum excedit.

Psal. 77. 38. Inconstantia est ingenii in partes ex diametro contrarias vehementer esse.

Ioannes cur lucerna dicatur.

36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.*] Maius Ioannis testimonio, quem sensum magis, Græca, quam Latina patiuntur, ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου. Chrysostomus, Cyrillus, & Theophylactus hæc cum superiore versu coniungunt, quasi dicat, magnum quidem Ioannis fuit testimonium, *erat lucerna ardens, & lucens*; sed maius mihi testimonium opera mea præbent. Si illi de me testificanti non credidistis, operibus saltem meis credite. Possunt & ad vers. 34. referri, *Ego autem non ab homine testimonium accipio*; confirmat enim se ab homine testimonium non accipere, quia maius humano habet testimonium.

Opera enim, quæ dedit Pater vt perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.] Videndum, quomodo opera quæ Christus faciebat, maius de ipso testimonium, quam Ioannes perhibebant, vt his verbis ipse significat. Chrysostomus, & Euthymius, indicant, propterea operum, quam Ioannes maius fuisse testimonium, quia Ioannes cum homo esset, videri potuerat gratiæ potius rationem habere, quæ veritatis; quod de operibus dici non poterat, quam nemo nisi accepta à Deo potestate poterat facere. Recte enim Nicodemus dicebat. *Rabbi scimus, quia à Deo venisti magister; nemo enim potest facere hæc signa, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*, Ioan. 3. 2. Et cæcus ille, c. 9. 32. 33. *A sæculo non est audituin, quod aperuerit quis oculos cæci nati. Nisi hic homo esset à Deo, non poterat facere quicquam.* At & falsi Prophetæ aut eadem, aut similia opera facere possunt, vt ipse testatur Christus, Matth. 24. 24. & Marc. 13. 22. & 2. Thessal. 2. 9. & Apocalyp. 13. 13. Verum sed quid interest, apud Matthæum disputauimus. Quæri etiam merito potest, cur non dixerit, *Opera* quæ ego facio, sed *quæ dedit Pater, vt perficiam ea.* Solutionem Theophylactus indicat. Accusatus fuerat à Iudeis Christus, quod Sabbato iussisset paralytieum grabatum tollere, 9. 10. & vt. Volunt igitur ostendere nihil se facere, nisi auctore Patre, quodque ab eo sibi non solum permissum, sed etiam præscriptum, atque præceptum esset. Hoc est, *quæ dedit Pater, vt perficiam ea.* Loquitur enim vt homo, quemadmodum Cyrillus monet; vt homo autem præceptum à Patre acepiebat. Aut cum dicit, *quæ dedit Pater*, non significat præceptum, sed consensum, &, vt ita dicam, cooperationem Patris. Quemadmodum cum dicitur Pater eum misisse, non significatur præcepisse illi, vt homo fieret, sicut Pater

Christus hic loquitur vt homo.

homo homini filio præciperet soleret, sed factum fuisse hominem Patre, qui genuit rat, volente, & simul cum illo decernente. Hæc ratio nec etiam tanquam Deus hoc loco potest loqui; sed illud verius. Quod addit, *ipsa opera quæ ego facio*, etsi nihil aliud, quam Hebraica repetitio videri potest, tamen suam habet epitasim, non verba, non voces, non homines, sed *ipsa*, inquam *opera*, non quæ pro me alius, sed quæ ego ipse facio testes mihi sunt. Quærunt Leontius, Chrysostomus, & Euthymius, quam ob causam non dixerit, testimonium perhibent de me, quia Deus sum, aut quia Patri sum æqualis? cum id ipsum opera testarentur. Respondent quæstionem fuisse, cum à Patre missus esset, & ea, quæ faciebat, auctoritate Patris faceret. Ideo hoc unum, de quo disputabatur, concludere voluisse, quod si illi credidissent, facile essent & illud creditura æqualem esse Patri. Quanquam, vt Cyrillus putat, hoc ipsum concludit; cum enim Deum Patrem suum vocat, satis docet se illi æqualem esse.

37. *Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me.*] Chrysostomus, & Rupertus de testimonio illo Patris, quod voce de cœlo delapsa exhibitum fuerat interpretantur. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*, Matth. 3. 17. Sed hoc non conuenit iis, quæ statim sequuntur, *neque vocem eius vnquàm audistis.* Nam illam quidem vocem omnes, qui aderant, audiuerant, & paulo post docebimus non posse hoc de illo intelligi testimonio. Minus etiam de voce illa Patris in transfiguratione edita, Matthæi 17. 5. de qua alii hoc intelligunt. Cyrillus, Theophylactus, Beda, & Euthymius de lege, & Prophetis interpretantur, in quibus Pater loquens sæpe se missurum testabatur filium. Confirmat hanc explicationẽ quod sequitur v. 39. *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Probabile hoc est, sed videtur Christus opera ipsa, quæ faciebat, testimonium Patris appellare, quia auctore faciebat Patre, & quod ipse faciebat, Pater faciebat, & operibus ipsis de clararet Christum filium esse suum. Hoc enim est, quod aliis locis dicit solet, filium suum clarificare, id est, factis miraculis adeo clarum reddere, vt facile appareat filium esse Dei, capite 12. 23. 29. & 13. 31. & 17. 1. 4. 5. Quod ergo posteà dicit, *Scrutamini scripturas*, diuersum est testimonium.

Testimonium Patris per opera ipsa.

Quid sit Patrem Filiũ clarificari.

Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis.] Primo loco videndum, quomodo hæc tam generalis sententia intelligatur. Ac de specie quidem, & figura Dei, quam nunquam ab illis visam dicit, haud difficilis est quæstio. Nam etsi multi vidisse dicuntur Deum, nemo tamẽ vllam in eo veram corporis imaginem vidit, cum expers omnino sit corporis, vt ca. 1. 18. disseruimus. *Non vidistis*, inquit, *aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis* Deut. 4. 15. De voce dubitatur, quia sæpe alibi Iudæi vocem Dei dicuntur audisse Deut. 4. 12. Recte Chrysost. Leontius, Cyrillus, Theophyl. Euthym. & Rupertus hæc explicãt, audiuisse quidem Iudæos ali. quando Dei vocem, sed quemadmodum figura illa, quam videbant, qui Deum videre dicebantur, vera Dei figura nõ erat; ita illam, quam audiebant, veram Dei non fuisse vocem, sed vocem Dei dictam esse, ga ex aëre, aliaue re aliqua corporea à Deo formabatur. Deum enim, sicut os, & linguam naturalia vocis instrumenta non habet, ita naturalem vocem non habere. Maior quæstio quotsum hæc dicta sint? Omnes fere interpretes Chrysost. Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius existimant propterea hoc Christum dixisse, quia sciebat gloriari solere Iudæos, quod Deum sibi loquentem audissent, quod Deus cum Moyse locutus esset, quemadmodum alio loco dicunt; *Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit* cap. 9. 29. Docet ergo eos nunquam veram Dei vocem audiuisse, nunquam veram eius speciem perspexisse, ideoque non debere ea re confidere, sed fidem credere. Rupertus alio exponit sensu, ille, cuius nec vocem audistis vnquam, nec speciem vidistis, id est verus ille Deus, q nec videri oculis corporis, nec audiri auribus potest, testimonium mihi perhibet; itaq; testimonium habeo maius quam Ioannis. Quidam putãt hac phrasi nec vocem, nec speciem significari, sed hunc tantum esse sensum, eos familiares non esse Deo. Solere enim familiaritatem visu, & auditu contrahi; ideoque eos duos potissimum sensus, & quæ illis respondent obiecta, speciem, & vocem nominasse. Sinullam his meliorem interpretationem inuenirem, primam eligerem. Videant tamẽ qui me doctiores sunt, an non hæc sit probabilior. Vt quoniam Christus modo dixerat Patrem sibi nõ verbis, sed operibus ipsis, atque miraculis testimonium perhibere, quia poterant illi esse tardi ad genus testimonii veluti mortuum, & mutum esse, velle se expectatum Dei ore audire testimonium, dicat expectandum illis aliud testimonium non esse, quod ipsis visus, atq; auditus Pater afferat; Patrem enim neq; audiri, neq; videri posse; opera eius esse colorem, eius voces, quibus videatur, quibus audiatur. Cæli, inquit, *enarrant ipsi gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Credant igitur operibus. Certe hæc interpretatio, cum illa superiore conuenit, quo paulo ante docuimus miracula, quæ Christus faciebat, Patris testimonium appellari.

Vox Dei dicta quæ ex aëris forma fiebat.

Quorsum hæc dicta sint à Christo.

38. *Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis.*] Sermonem, aut λογον verbum Chrysosto. Theophylactus, & Euthym. scripturas sacras interpretantur, & *ho logos* verbum, aut sermonem ἀπὸ τῆς φωνῆς à voce ita distinguunt, vt vox sit, quæ à Deo ipso proprio ore pronuntiatur, quæ quia pronuntiari non potest, auditi etiam non potest; *verbum* autem, aut sermo, quidquid à Deo per Prophetas dictum est, qualis omnis est scriptura sacra. Ergo sensum esse nõ solum vocem Dei, quod fieri non poterat, eos non audiuisse, sed ne verbum quidem eius, quod in scripturis sæpe legerant, sæpe audierant, in animis suis inculptum retinere. Hoc est, *In vobis manens.* Enimuero si verbum Dei, quod in sacris legebat literis retinuissent, credidissent in Christum; illic eum viderent, illic audirent; omnia enim Christum sonare, quæ à Moyse cæterisque Prophetis scripta sunt. Probabilis sensus. Nec multum ab eo Rupertus abest; abest tamen aliquantulum, vocem quidem Dei non audiuisse, verbum tamen audiuisse, ita tamen audiuisse, vt in auribus, & in ore illud haberent, in intimis animis alte fixum non haberẽt; hoc esse, *Non habetis in vobis manens.* Aliud hoc sensu videntur exponere, non solum eius vocem non audistis, & eius speciem non vidistis, sed ne idonei quidem estis, vt, cum verbum Dei audieritis, alte illud impressum retineatis, quod ex eo constat, quod in me non creditis, cum tot, tamque aperta miracula videatis. Itaque coniunctio illa, *Quia*, non tam causam, quam effectũ, & signum declarat; quem eius vsum alibi quoq; obseruauimus.

Quia, non tã causam, quam effectũ, & signum declarat.

39. *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in illis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.*] Quia dixerat v. 37. *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me*, poterant Iudæi dicere, inquit, Leontius, vbi Pater id de ipso testimonium præbuisset; docet Patrem de se in scripturis loqui. Aliud aliud hoc testimonium esse putant. Quatuor enim testimonis

Cur ad scrip. monisse visum hic fuisse Christum, Ioannis, & reliquis A Valentinianos, quia alium veteris, alium nõui testa-
turam mittat Iudæos Christus.

aliis matoribus quam Ioannis, operum, quæ faciebat Pater, & scripturarum. Augustinus autem, & Beda propterea ad scripturas nunc eos mittere, quia illi propterea ipsi non credebant, sed potius repugnabãt, quia existimabant Moysi, & scripturis eum adueri sari, quasi dicat, si attente scripturas legaris, & consideretis, reperieris non solum me illis non aduersari; sed etiam illas mihi testimonium perhibere me eum esse, quem illæ venturum mundi redemptorem prædicabant. Perstringit obliquè eorum ignorantiam, & cæcitatẽ, qui cum se in scripturis valde versatos esse putarent, Christum in illis non viderent. Quemadmodum si homini, cui Cicero, vt impie quidam loquuntur, Deus sit, eiusque lectione magnopere gloletur, Ciceronianum aliquod vocabulũ ignoranti dicas, legetum Ciceronem, quem tu Deum tuum facis. Similis reprehensio Matth. 22. 3. *Non legistis, quod fecerit David, quando esurit, & qui cum eo erant?* & Matt. 19. 4. *Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos?* & 21. 16. *Nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem?* &c. 22. 31. 42. *De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis, ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Existimat Cyrillus verbum *scrutamini* non imperandi, sed indicandi modi esse, quod ita rursus sequatur, *Quia vos putatis in illis vitam æternam habere*, quæ verba non videntur posse bene cum imperandi verbo cohærere. Melius Chrysost. Theophyl. Augustinus, & omnes, opinor, præter Cyrillum auctores graues imperandi modo dictum putant. In eo enim & vis testimonii & orationis gratia consistit, quod eos Christus ad suas ipsorum scripturas mittat, in quibus omnem illi gloriã suam collocabant. Qui si dicat, quandoquidem tantum scripturis tribuitis, vt in illis vitam vos æternam habere existimetis, scrutamini eas, sic omnia bene cohærent. Apte adnotarunt Chrysostomus, & Euthymius non dixisse legite, sed *scrutamini.* Nam legeb tur illi quidem, sed non scrutabantur, non excutiebant, non enucleabant. Quod ait, *quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere*; non intelligit eos in scripturis ipsis vitam æternam posuisse, sed sine scripturis neminem vitam æternam habere posse, quia sine Dei cognitione nemo saluus esse potest, & Deo cognitio vix sine scripturis parari potest. Scripturique videntur interpretari, quanquam mihi quidem alius videtur subesse sensus. Apparet enim Christum reprehendendo hoc dicere. Atqui non reprehendisse, quod eo modo in scripturis vitam æternam posuissent; alio igitur sensu reprehendit. Hoc, vt arbitror, quod Iudæi ita in illis veteribus scripturis inhærerent, vt nihil, quod in illis esset, abrogadum putarent, & se illarum cæremoniarum obseruatione vitam æternam existimarent consecuturos, quod ex tota epistola D. Pauli ad Romanos, & ad Galatas intelligitur. Hanc vim habet pronomen illud *vos*, tanquam dicat; Vos quidem ita sentitis, ego, & qui vera sentiunt, non ita sentimus. Et verbum illud *Nostri putatis* quasi dicat, vos quidem putatis in ipsis vitam æternam habituros, sed re ipsa non habebitis: quemadmodum recte Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius adnotarunt, verbum præsens *habere*, pro futuro positum est, habituros esse. Sic cum hæreticis agendum, vt Chrysostomus monet. Nam & hæretici quemadmodum Iudæi scripturis valde gloriantur; sed extra Ecclesiam lectitant illi quidem, memoriter recitant, cantillant, sed non seruantur; & quia Spiritus sancti, & Ecclesiæ clauem non habent in veros eius sensus ingredi non possunt.

Quomodo Iudæi vitã æternam in scripturis ponerent.

Ipsi habetis in illis scripturis, quam ego & fratres mei.

Ipsi habetis verbum apud vos manens.

Ego ex Deo processi.

Ioan. 19. 11. *Significatus est eum illis Iudæ.* Refellit Irenæus ex hoc loco

Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.] Docet in quam ab surdos errores labantur ij, qui caritatem, & Spiritum Dei in se non habent, quippe obstinato contra veritatem animo resistunt. *Eo quod caritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio*, 2. Thessal. 2. 10. 11. Dicit se qui in nomine Patris sui, id est, Patre suo missus venisset, non receptum. Si quis alius nomine suo, id est, priuata auctoritate sua nec à Deo missus veniret, fore vt ipsum recipiant. Omnes veteres auctores putant Antichristum notari, quem

Ego ab hominibus testimonium non accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis.] Potest etiam repetitio esse, atque conclusio per epiphonema illius sententiæ v. 36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.* Id enim cum hactenus, & tot tantorum operum, & Patris, & scripturarum testimonio probauisset, concludit vehiti dicens; itaq; verum est quod dixi me testimonium habere maius Ioanne, non enim ab hominibus claritatem, id est, vanam gloriam accipio; hoc est non indigeo hominum testimonio, vt mihi gloriam comparem, cum tanto maiora habeam.

Claritatem ab hominibus non accipio.] Existimant Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius propterea hoc Christum addidisse, quia, cum tot ad probandam auctoritatem suam testimonia vsus esset, suspicati Iudæi poterant id eum fecisse aliqua cupiditate gloriæ; eam nunc opinionẽ removere, non enim vt sibi gloriam apud homines colligat, sed vt ipsos ad Dei caritatem adducat, qua eos carere sciat, fe id fecisse. Quemadmodum vers. 34. *Ego ab hominibus testimonium non accipio, sed hæc dico, vt vos salui sitis.* Potest etiam repetitio esse, atque conclusio per epiphonema illius sententiæ v. 36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.* Id enim cum hactenus, & tot tantorum operum, & Patris, & scripturarum testimonio probauisset, concludit vehiti dicens; itaq; verum est quod dixi me testimonium habere maius Ioanne, non enim ab hominibus claritatem, id est, vanam gloriam accipio; hoc est non indigeo hominum testimonio, vt mihi gloriam comparem, cum tanto maiora habeam.

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.] Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius hoc sensu exponunt. Vos videri vultis propterea mihi repugnare, qui Deum diligitis, & eius gloriæ studiosi estis; atqui ego scio vos Deum non diligere. Si enim diligeretis eum, recipereti me, quem ille misit. Sicut dicit cap. 8. 42. *Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me; ego enim ex Deo processi.* Cyrillus vero, ego claritatem ab hominibus non accepio, sed propterea hæc adduxi testimonia vt ostenderem vos claritatem Dei non habere. Quod minus probabile, quam primum est. Potest & hic esse sensus; Ego quidem me Seruatorem esse mundi non humanis, quibus haudquaquam indigeo, sed diuinis probaui testimoniis; scio tamen apud vos ne diuina quidem testimonia valitura, quia dilectionem Dei non habetis; quam si haberetis, plus eius tribueretis testimoniis.

Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.] Docet in quam ab surdos errores labantur ij, qui caritatem, & Spiritum Dei in se non habent, quippe obstinato contra veritatem animo resistunt. *Eo quod caritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio*, 2. Thessal. 2. 10. 11. Dicit se qui in nomine Patris sui, id est, Patre suo missus venisset, non receptum. Si quis alius nomine suo, id est, priuata auctoritate sua nec à Deo missus veniret, fore vt ipsum recipiant. Omnes veteres auctores putant Antichristum notari, quem

sint

sint Iudæi potissimum recepturi, Irenæus lib. 5. ca. 25. Ambrosius in commentar. in Psal. 45. Rufinus in expos. symboli, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Beda, & Euthymius, in commentariis, & Theodorus Mopsuest. & Apollinarius in Græcorum Catena. Quod autem dicit *si quo*, non est dubitantis, sed generaliter potius affirmantis, quasi dicat: Quisquis alius nomine suo veniet, eum recipietis: adeo perueretsi estis iudicij, Quare magis conuenit vt non solum de Antichristo, sed de omnibus falsis Prophetis generaliter interpretemur, qui currebant, cum non mitterentur. Familiare enim Iudæis erat eos potius, quam veros recipere Prophetas. Sub Christi tempora nonnullos venisse, qui se Messiam esse mentiti fuerint, partim ex Luca Actor. 5. 36 37. partim ex Iosepho lib. 18. antiq. 14. & 2. & ex Eusebio lib. 4. hist. Eccles. cap. 6. discimus. Idem Christus monuit Matth. 24. 5. 23. Neq; contra sunt, quæ illis & hic dicit, quod ille in nomine Christi, hic proprio ipsorum nomine vēturos dicat. Illic enim venire in nomine Christi, est mentiri se Christum esse, & à Deo missum, cum re vera non sit: hic *in nomine suo* venire est, non venire à Deo missum.

Hieremia 23. 21.

Gloria hominum, & gloria Dei inter se pugnant.

44. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis?*] Gloriam ab inuicem accipere est gloriam ab hominibus homines, alios ab aliis aucupari, atque captare. Quo autem modo ea humanæ gloriæ cupiditas eos, quo minus crederent, impediret, apte Leontius, Cyrillus, & Theophylactus edisserunt: dum principes, sacerdotes, & Pharisæi religiosi, & diligentes legis Moysis, veterumque traditionum obseruatores apud populum videri volebant: contra vero populus, dum apud principes sanctitatis opinione gratiam inire, non solum ad Christum venire noluisse, sed illi etiam & omnibus quæque docebat, quæque faciebat repugnasse. Ita, inquiunt illi, *discipulus illius sit, nos Moysi discipuli sumus*. Ioann. 9. 28. Potuit, inquit Cyrillus, tanquam rem certam, vt reuera est, gloriam hominum, & gloriam Dei inter se pugnare, neque magis conuenire simul posse, qua sapientiam Dei, & sapientiam hominum, quarum altera alteri stultitia est. 1. Cor. 1. 21. 23. & 2. 14. & 3. 19. Hoc est, quod ait idem D. Paulus ad Gal. 1. 10. *Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus non essem.* Hoc hodie multis hæreticis, nonnullis etiam Catholicis accidit. Apud illos multi, vt suam aliis fidem probent, aut ne inconstantiæ, & leuitatis notam fubeant, non solum ad Ecclesiam, vnde malo consilio exierunt, redire nolunt, sed crudelissimi etiam in Catholicos sunt: lacerare conuitiis Christi Vicarium, videre sacra, simplicis tem: & fidem nostram stultitiæ appellare, vt satis idonei ministri esse videantur apud hos nonnulli, dum gratiam apud principes vitos quærunt, Christi seruos repugnante sæpe conscientia persequuntur, ac vexant.

45. *Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos sperastis.*] Ex iis quæ modo diximus intelligitur, quorsum Christus hoc dixerit. Videri Iudæi volebant studio seruandæ legis Moysis aduersari Christo, dixerat eos id nō apud Deum, sed apud homines gloriam captantes facere, addit nunc fore, vt id in extremo iudicio manifestum fiat futurum sit, vbi ille ipse Moyses, cuius studio fingebant se cum Christo bellum gerere, accusaturus eos sit, quod ei non crediderint, quem ipse eis demonstrauerat. *Propheram*, inquit, *de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitauit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies*, Deut. 18. 15. *& non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.* Genes. 49. 10. Omnes etiam ceremoniæ, omnes fere hostiæ, quas Moyses scripsit, Christum demonstrabant, illi adeo peruersi erant iudicio, vt umbris crederent, veritati non crederent. In hunc ferme sensum Chrysostomus & Cyrillus exponunt. Quo autem modo dicat se eos non accusaturum, præsertim cum alio loco dicat, *Qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælo est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo* Matt. 10. 32. 33 Recte, quamuis non aperte, Cyrillus docet accusaturum quidem esse Iudæos Christum, nec id enim hoc loco negare voluisse, sed hoc tantum significasse, non opus fore, vt ipse eos accuset, Moysem ipsum in quo ipsi confiderent, abunde eos accusaturū esse. Aliquanto aliter Euthymius: etsi id me facere oportebat, minime tamen factura, quia clemens sum. *Ezech. 33. 11.*

B Beda, vero, ideo non accuso, quia non veni damnare, sed saluare. At quomodo accusaturus Moyses? quia ex ipsius libris in iudicio conuincentur, Christo, cui credere debebant, non credidisse. *Et libri*, inquit, *aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex iis, quæ scripta sunt in libris*, Apoc. 20. 12. Quod autem addit, *in quo vos speratis*, apte admodum adiectum est, vt testimonij grauitatem augeat, quasi dicat, non ego vos accusabo, cuius testimonium tanquam hominis à vobis offensi, & proprium vlciscendi iniuriam suspectum esse posset: accusabit vos Moyses, in quo vos spem omnem vestram collocatis, cuius vobis testimonium suspectum esse non potest. An hoc reprehendendo dicat, quod in Moyse spem haberent, non ibi re potest dubitari. Leontius quidem valde probabiliter existimat esse reprehensionem: debuisse enim Moysi quidem credere, sperare autem non in illo, sed in Deo debuisse. Contra vero illi faciebant: Moysi non credebant, & in illo sperabant. Quem admodum ergo ante eos reprehendens dixit, *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: illa sunt quæ dicit de Moyse, In quo vos speratis*, vt Euthymius obseruauit. Vnde colligitur Moysem hoc loco scripturam Moysis appellari, in qua illi dicuntur spem suam positam habuisse, quia existimabant se ceremoniarum, & legalium mandatorum observatione vitam æternam consecuturos, *quia ex operibus legis*, vt ait D. Paulus, *non iustificatur omnis caro coram illo*. Rom. 3. 20. & ad Galat. 2. 16.

C

D

46. *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis.*] Duplex in his verbis latet antithesis, ex qua

Cur scripta valuerint ad incredulitatem Christum.

qua Christus à maiori ad minus pernegationem argumentatur. Altera est inter Christum, & Moysem, quorum Moyses quidem apud Iudæos maximam, Christus minimam habebat auctoritatem. Altera inter scripta, & verba; plus enim scriptis, quam verbis credere solemus, quia magis meditati, atque attenti, magisque vacuo affectibus animo solemus scribere, quam loqui. Itergo Moysis, cui tantum tribuebant, scriptis non credebant; quomodo Christi verbis poterant credere, quem legis violatorem, & populi seductorem arbitrabantur? Quærit Rupertus, qui fieri potuerit, vt in Moyse sperarent, & tamen illi non crederent? Respondet his verbis, *Res*, inquit, *nunc exigit, illam, quæ à sanctis Patribus tot per spatia est, non præterm ittere distinctionem fidei. Audenter dicunt, quia sine fide nec infidelis vnus. Nam si infidelem per cunctari velis, quem patrem, aut quam matrem habuerit, protinus respondet illum, atque illam. Quem si statim requiras, rerum nouerit, quando concaA pue sit, vel quando natus; nihil horum se nosse fatebitur, & tamen, quod non vidit, credit. Habent etenim infideles fidem, sed vitiatam in Deum, quam si haberent, infideles non essent. Cum itaque sit fides, quam infideles quoque habere possunt, optime tenebant, & nunc tenent Iudæi nobiles, & sanctos patres se habuisse Abraham, Isaac, & Iacob. Propter, ac ductu, Regesque, & sacerdotes & turgidam spem magno vento superbia gestabant, de illorum meritis nimium præsumentes. At vero spem in Deum, vel fidem per quam Abraham, cæteriique patres iustificati sunt, illos non habere, vel habuisse satis est, quæ hodie manifestum est. Breuius erat, & clarius, credidisse eos Moysi, quia generaliter credebant omnia, quæ ille scripserat, esse vera; non credidisse, quia alio credebant sensu, quam ab eo dicta erant. Nec enim legem illis dederat, vt in lege securi hærerent, sed vt per legem ad Christum venirent: illi vero relicto Christo in sola lege sibi placebant.

CAPVT VI.

1. POST hoc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. 2. & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. 3. Subiit ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. 4. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. 5. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes: vt manducent hi? 6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. 7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. 8. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: 9. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? 10. Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinq; millia. 11. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus similiter & ex piscibus quantum volebant. 12. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. 13. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. 14. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. 15. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem fugit iterum in montem ipse solus. 16. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. 17. Et cum ascendissent nauim, veuerant trans mare in Capharnaum. & tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Iesus. 18. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. 19. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinq; aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. 20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. 21. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant. 22. Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim sed soli discipuli eius abiissent: 23. alia vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino. 24. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. 25. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? 26. Respondit eis Iesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. 27. Operamini non cibum, qui perit sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei? 29. Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. 30. dixerunt ergo eis: Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? 31. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare. 32. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. 33. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. 34. Dixerunt ergo ad eum: Domine semper da nobis panem hunc. 35. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. 37. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eiciam foras: 38. quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 39. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. 40. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis, qui videt Filium, & credat in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 41. Murmurabant ergo Iudæi de illo quia dixisset: Ego sum panis qui de cælo descendi. 42. & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi? 43. Respondit

Matt. 14. 1. 13. Marc. 7. 31. Luc. 9. 10.

Matth. 14. 13. Marc. 6. 32.

Exod. 16. 14. Num. 11. 8. Psal. 77. 24. Sap. 16. 20. Eccle. 24. 6. 29.

Matth. 3. 4. 17. 25. Ioan. 3. 23. Exo. 6. 14.

spondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in invicem: 44. nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in novissimo die. 45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt Isa.54.13. *omnes docibiles Dei. Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. 46. Non quia Patrem vidit* Matt.11.d 27 *quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. 47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet* Exo.16.c 13 *vitam aeternam. 48. Ego sum panis vitæ. 49. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. 50. Hic est panis de cœlo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. 51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. 52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. 53. Litigabant ergo Iudæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem* 2 Cor.11.f. 27. *suam dare ad manducandum? 54. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die. 56. Caro enim mea vere est cibus: & sanguis meus, vere est potus. 57. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. 58. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me. 59. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. 60. Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.* Sap 3.6.13. *Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? 62. Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent, de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? 63. Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? 64. Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam, verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. 65. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. 66. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. 67. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo ambulabant. 68. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid &* Matt.16.c 17. *vos vultis abire? 69. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. 70. & nos credidimus, & cognovimus quia tu es Christus Filius Dei. 71. Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duo-* Act.8.c 19 *decim elegi: & ex vobis unus diabolus est? 72. Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat tra-* Luc.3.f.22. *diturus eum, cum esset unus ex duodecim.*

IN CAPVT VI.

1. POST hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.] Quo tempore gesta fuerint, quæ hoc loco Ioannes narrat, apud Matth.c.14.15. disputauimus; ibi non solum temporis, sed totius etiam historiæ huius explicationem videri lector poterit. Duo tantum hic quæri possunt, quæ illic non sunt à nobis explicata. Alterum quantum temporis spatium per particulam illam *Post hæc*, significetur, id est quantum temporis interfuerit inter ea, quæ superiore capite narrata sunt, & ea quæ modo narrantur. Alterum cur Ioannes tam multis prætermissis rebus Ioannis Baptistæ morte, missione ad prædicandum Apostolorum, aliisque multis, quas gerit à Christo eo interuallo necesse fuit, & alii Euangelistæ commemorarunt, solam hanc recitet historiam, quæ satis iam ab aliis narrata esse videbatur, præsertim cum ea se tantum voluisse scribere profiteri videatur, quæ ab aliis essent tribus Euangelistis prætermissa. Prima quæstio ex iis, quæ diximus cap.5.1. facile soluitur. Probauimus enim illic ea, quæ superiore capite dicta sunt, in festo Pentecostes facta fuisse; quæ autem hic Ioannes narrat, appropinquante iam Pascha contigisse dicit ℣.4. Necesse ergo est decem circiter menses inter illam, & hanc historiam intercessisse. Nam non diuerso, sed eodem accidisse anno, nemo dubitat. & facile ex iis, quæ illic diximus, probari potest. Altera quæstio ex coniectura eorum, quę in hoc capite scribit Ioannes, explicari potest. Scribit multa, quæ Christus huius occasione miraculi & de corpore, & sanguine suo disputauit, quæ explicare Ioannes, vt gesta fuerant, nisi explicata occasione non potuit. Adde quod in hoc ipso miraculo multa narrat, quæ fuerant ab aliis Euangelistis prætermissa, factum hoc esse prope Paschæ tempus ℣.4. Philippum à Christo interrogatum, *vnde emento panes, vt manducent hi?* ℣.5. turbam viso miraculo clamasse, *hic est vere Propheta*, ℣.14. voluisse Christum Regem facere, eum ea de causa fugisse ℣.15. Cætera vsq; ad ℣.14. apud Matth. explicauimus.

Ioannes ab aliis præter missa scribere profitetur.

14. *Illi ergo homines cum vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant, quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.*] Exponit Euangelista, quis fructus miraculum consecutus sit, quod alii Euangelistæ non dixerant; homines magnitudine miraculi commotos existimasse eum esse Prophetam illum, qui promissus fuerat Deut.18.15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies*, quam ad eum locum hic tubam alludere dubium non est, & omnes auctores notant. Nec enim quemcumque Prophetam esse dicunt, sed addito emphatico articulo ὁ προφήτης Prophetam illum, & adiuncto aduerbio ἀληθῶς *vere*, & descriptione, *qui venturus est in mundum*, ὁ ἐρχόμενος & qui venturus erat, quæ expectabamus. Sic enim Messiam describunt. Prophetam vocant non à rebus futuris prædicendis, quum nihil dum ab eo prædictum scirent se Hebræorũ consuetudine, qui vt alibi docuimus, omnes viros sanctos, omnes doctores à Deo missos Prophetas vocant, sicut & Ioannes Baptista cum nihil futurum inueniatur prædixisse, *Propheta* tamen, & *plus quam Propheta* dictus est Matthæi 11.9. & 14.5. Quanquam D. Augustinus tract. 24. propter prædictionem Prophetam putat vocatum hoc loco Christum. Duplex hic quæstio, altera est, quid causæ fuerit, cur cum tam multa iam ante, & maiora fortasse, quam hoc tempore miracula vidissent, nunquam ante Propheram, & Regem esse existimauerint; hoc viso miraculo Prophetam esse dixerint, & Regem facere voluerint. Causam hanc eius rei Cyrillus indicat, quod qui alia miracula viderant, Iudæi; qui hoc viderunt; Galilæi fuerint, & propensiores Galilæi, quam Iudæi ad fidem fuerint. At plura prius Christus in Galilæa, quam in Iudæa miracula fecerat. In Galilæam aquam mutauerat in vinum, capite 2. 9. Reguli filium curauerat, cap.4.50. & multa alia, quæ Matthæus capit. 8. & 9. præscribit. In Iudæa vix aliud ab eo ante id tempus miraculum factum legimus, quam quod illum

Christus quoniã Rex esset.

Prophetæ venturus dictus est.

Isa.42.16.

Ebræi simul Prophetas vocant, & Dei nuntios, & à Deo missos viros sanctos.

Exo. 2. de sermone Domini in mon. cap. 19. vide 12. ad Troban.

Epist. 109 1. Tract. 25. Matt. 6.19.

illum in piscina sanauerat paralyticum, capite 5. 9. Melius Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius hoc tribuunt; Prophetam acclamasse, quia pane eos saturauerat, quasi proprium Prophetæ esset homines pane, ac non potius verbo Dei pascere, increpare, corripere. Ego auaritiæ potius, & carnali luxuriæ eorum sensui, quam galeæ tribuo. Adeo in bona temporalia defixi erant, vt nihil supra cogitare viderentur, suumq; Messiam potissimum re deberent, quod se omnes diutius factum esset. Cum ergo vidissent eum paucos panes ita multiplicasse, vt quinque hominum millia saturasset, intenisse se, qualem animo sibi finxerant, Messiam putauerunt; qui omni se rerũ copia locupletare posset. At etiam videram aquam in vinum mutauisse, quod eandem auaritiam mitigare poterat. Viderant sane, sed pauci priuata in domo; hoc autem miraculum pluribus quinque hominum millia viderunt. Et illud erat primum, itaque minus commouere homines potuit, vt Messiam esse cogitarent; hoc in eo genere erat secundum, vnde colligere potuerunt Messiam esse, qui non semel, sed bis iam, quæ ad vsum vitæ necessaria sunt, mirabiliter suppeditasset. Altera quæstio, cur non maiorem ex eo miraculo opinionem de eo conceperint, quam vt exilis marent esse Prophetam, vt Leontius, Augustinus, & Rupertus admonuerunt. Solutio eadem, quæ superioris quæstionis esse potest. Terrent & carnales homines, vt ait Leontius, nihil nisi terrenum, & carnale cogitabant. Et cum colligere deberent esse Deum, qui, quas ipse fecisset, creaturas, prout vellet, multiplicare; Prophetam modo esse, vt Regem fingunt, qui, quæ ipsi maxime cupiebant, bona dare posset.

15. *Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.*] Cognouerant ex verbis, vel signo aliquo; aut, quod multo est probabilius, ex solis, quas ipse perspiciebat, eorum cogitationibus, vt & Leontius existimat. Hoc ergo modo cum cognouisset eos venturos esse, hoc est venire velle, aut forte vt venirent, si expectaret, vt ipsum raperent, ac Regem facerent, aufugit. Quid? an verus non erat Rex? Erat sane, sed generis alterius, quam illi eum fieri volebant. Erat tanquam Deus omnium hominum, omnium rerum Rex; volebant illi non vt Deum, sed vt hominem, priuum sibi Regem facere. Præterea etiam vt homo Rex erat, sed spiritualis *Regnum*, inquit, *meum non est de hoc mundo*: illi autem volebant Regem eum temporalem facere. Deniq; regnum illud ipsum spirituale nondum aduenerat; *quomodo* enim, vt ait Augu. *vt aduenit rogamus. Aduenit cum positi fuerint omnia eius scabellum pedum eius*; illi vero volebant regnandi tempus præuenire. *Venerat modo*, inquit Augustinus, & Beda, *non tam regnare, quomodo regnaturus est in eo, quod dicimus, Aduenit regnum tuum. Semper ille quidem cum Patre regnat, secundum quod est filius Dei, verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Prædixerant autem Prophetæ regnum eius, etiam secundum quod homo factus est Christus, & fecit fideles suos Christianos. Erit enim regnum Christianorum, quod modo colligitur, quod modo congregatur, quod modo emittit sanguine Christi. Erat aliquando manifestum regnum eius, quando aperta tristitia sanctorum post iudicium ab eo factum; quod iudicium supra ipse dixit, quod filius hominis faturus sit; deque etiam Apostolos dixit, Cum steterint reges regnum Deo & Patri. Videretiam ipse ait, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. De capite autem, & turba credentes in eum putauerant eum sic venisse, vt etiam regnaret. Hoc eli velle rapere, & Regem facere, præuenire velle tempus eius, quod ipse apud se occultabat, vt opportune produceret, & opertanem in si-*

Cur fugerit Christus.

Sap. 2.23. ad Ephes. 4.

Cap 3.27. 1. ad Cor. 15. 24. Matt.25 34.

eius diei, quo Iesus solus aufugerat, & discipuli ex altera ripa discesserant.

Turba quæ stabat trans mare.] Græce ὁ ὄχλος, quæ steterat pridie eius diei trans mare, id est in loco, vbi Christus panes multiplicauerat, vnde sese sub duxerat, & vnde discipuli soluerant, vt venirent Capharnaum. Quo autem modo dicat *trans mare*, cum vterque locus, & vnde soluerant, & quo appulerant ad eandem lacus ripam esset, facile explicatur. Quia sinuosus lac erat, nec terra ab vno loco in alium eiusdem etiã ripæ nisi per longas ambages venire poterat; mari vero breui compendio trajiciebatur, trans mare vterque locus alterius comparatione dicebatur. Hæc communis omnium sententia est. Nos alia etiam ratione posse fortasse explicare, trans mare omnia loca dicebantur, quæ venientibus ab Ægypto Iudæis, antequam Iordanem traiecissent, vltra Iordanem, & lacum erant, vt Matth. 4. 15. multis docuimus exemplis. Maior hic nobis quæstio explicanda esset, quomodo hæc Capharnaum accidere potuerint, cũ Matthæus, & Marcus tunc accidisse dicant, cum in terram Genesareth nauigarent; nisi eam iam apud Matthæum explicassemus. Narrat igitur Ioannes turbam illam hominum, quæ pridie eius diei in altera parte sinus quinque panibus saturata fuerat, venisse Capharnaum, vidisseq; non nisi vnam ibi esse nauiculam, qua discipuli trajecissent, cum scirent Christum in eandem nauim non introisse, cum discipuli soluerent. Quod ideo Ioannes narrat, vt ostendat non solum discipulos, sed totam etiam quinque millium hominum turbam cognouisse Christum sine vllo nauis adiumento mare traiecisse, eiusque miraculi innumerabiles fuisse testes. Non intelligo, quod Euthymius dicit, imperfectum hic esse sermonem.

Trãs mare dicebatur essentia, quæ vltra Iordanem erant venientibus ab Ægypto.

23. *Alia vero superuenerunt naues à Tiberiade.*] Poterat lector addubitare, si non erat alia nauis, quam ea, qua Christi discipuli trajecerant, quomodo potuerit tanta hominum multitudo trajicere. Occurrit Euangelista dubitationi, venisse alias postea naues à Tiberiade, quibus trajecerint, venerintque Capharnaum, vt Christum quærerent.

Iuxta locum, vbi manducauerant panem gratias agente Domino.] Venerant, inquam, aliæ naues à Tiberiade vsque locum illum, vbi miraculum illud quinq; panum ad Christi benedictionem factum fuerat. Hoc enim est ευχαριστήσαντος τοῦ κυρίου, id est, panes benedicente, vt multi putarunt, vt Matth. 14. 19. disputauimus.

24. *Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius.*] Cum se, & a Christo, ac ab eius discipulis relictam viderent, credentes non esse eo Christum redimitũ, cum non solum ipse, sed tota etiam eius familia discessisset, decreuerunt ire Capharnaum, vt eum ibi conquirerent. Eo enim viderant eius discipulos nauigasse.

25. *Et cum inuenissent eum trans mare.*] Traiecto mari, id est stina lacus, qui erat inter locum, vbi miraculum panum factum fuerat, & Capharnaum. Vide quæ ỳ. 22. dicta sunt.

Rabbi quando huc venisti?] Videbant eũ non potuisse eo tetra nisi longo mari rum dictum tinere venire, & vnam tantum interc isse noctem. Videbant mari nauigando venire non potuisse, quia vt dixit ỳ. 22 nauim non habebat. Interrogant ergo non quomodo venerit, ne quid de eius per mare ambulatione suspicati videantur, sed quando venerit, vt ex tempore, & ex eius responsio colligant quomodo venerit. Nam si tunc venerat, credi poterat aliqua alia, naui, quam alibi postea inuenisset, aduectum esse; sin iam nuper venerat, non poterat nisi miraculo, per mare, aut per aëra momento breui temporis venisse.

26. *Respondit eis Iesus, Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*] Non respondet Christus ad id, quod illi rogabant, quando eo venisset, credo, quod indignam iudicauerit, sine quod curiosa, sine quod adulatoria esset, vt Chrysostomus, atque Cyrillus indicant. Non vt bis, sed animo respondet. Videbantur illi blande, & adulatorie rogasse, *Rabbi quando huc venisti*, vt indicarent se nosse eum; eos enim esse, qui pridie eius diei quinque ab eo multiplicatis panibus saturati fuerant, vt aliud ab eo similе miraculum elicerent, quo iterum saturarentur, vt Chrysostomus, & Theophylactus existimant. Propterea relicta quæstione, quam verbis proponebatur, ad mentem eorum, cogitationemque respondet indicans se ea ratione Deum esse, qui eorum cogitas haberet cogitationes, eosque, vt ait Theophylactus, ad maiorem mutare fidem. Respondet autem non simpliciter, sed reprehensione quadam, vt Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius obseruant. *Et ostendat se*, inquit Chrysostomus, *hominem ignorum non quærere, neque vllis delectari adulationibus.*

Thoodor. Beæ in hunc.

Vitium autem non prorsus aspera, atque austera, sed moderata reprehensione, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius animaduertunt. Nec enim dicit, O homines gulosos & intemperantes, O ignauos ventres, sed blandiore mam vultus leuiter attingit. *Quæritis me, non quia vidistis signa.* Non ait, *quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus*, & *saturati estis.* Nempe sanare eos, non perdere volebat. Quid autem est quod dicit? *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus?* An illud ipsum, quod ex tam paucis panibus tam multa hominum millia manducauerant signum non fuerat? & quia id viderant, eum sequebantur? An non Ioannes dixerat versu 2. *sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat?* Volunt Christus dicere in illis ipsis miraculis non quærere eos, quod spirituale, sed quod carnale erat; non ruditum animæ, sed corporis. Erat enim Christus animæ erat, vt ex miraculis crederent Christum verum Dei filium, verumq; Deum esse, quod illi non credebant: sin ctus corporis vt saturarentur, vt sperarent fore, vt se Christus locupletaret frumento, vino, oleo, cæteris que rebus ad vitam necessariis multiplicatis. Per panem enim hoc loco res omnes ad vitam sustentandam necessarias intellegit, vt Gregorius obseruauit lib. 25. Moralium, capit. 26. Hoc sensu Augustinus, & Beda interpretantur. *Propter carnem non quæritis*, inquit Augustinus, *nam propter spiritum. Quam multi non quærunt Iesum, nisi vt illa faciat vere fidentibus tempor. alius negotium habet, quærit interessentem clericorum; alius permittit à potentore fugit ad Ecclesiam; alius pro se vult intercedere ad eum, apud quem parum valet. Ille se, ille sic impletur quotidie talibus Ecclesia. Vix quæritur Iesus propter Iesum.* Hoc ipsum quod D. Augustinus queritur, D. Paulus suo iam tempore querebatur. *Omnes*, inquit, *quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.* Vero simile est non omnes, qui eo ad Christum venerant, eo animo venisse, vt ab eo iterum pane saturarentur, sed quia plerique eo animo veniebant, quod plerique faciebant, visitato loquendi more omnes facere dicuntur.

In mira. 3. in mira quæ fiunt a malis. Tract. 25. Vide quæ dicta sunt ỳ. 22. Vide quæ scripsimus Matth. 6. 33.

27. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.*] Sumpta occasione à corporali, quem illi quærebant cibo, ad spiritualem cibum transfert. Quemadmodum Samaritanam illam mulierem ab aqua corporea, de qua loquebatur, ad spiritualem traduxit, cap. 4. 10. vt D. Augustinus adnotauit. Quæri potest, quid hoc loco significet *operamini*. Quod ante dixerat *quæritis*, nunc dicit *operamini. Quæritis*, inquit, *me, quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Hoc est non quæritis me, sed panem, ne quæratis panem, sed me. Hoc est, *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Maiorem tamen vim habet operandi verbum quam quærendi, & illi quodammodo opponitur. Quærere enim hoc loco est cibum nullo labore, sed ab alio suppeditatum habere velle. Hac enim ratione Christum illi sequebantur, vt ab eo otiosi, & nihil agentes pascerentur, experti factam ab eo multiplicationem panis. Exhortatur ergo eos, & vt alium quærant meliorem panem, & vt alia ratione quærant, non otiosi, non desides, sed laborantes, & quem admodum primo homini dictum est *in sudore vultus tui.* Hoc est ἐργάζεσθαι *operamini.* Eodem enim modo dicit, *operamini cibum*, quo dicit D. Paulus Philip. 2. 12. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini*, id est, propriis operibus, & diligentia Dei adiuuante gratia meremini. Sic Iolemus Hispanice, Italice, Gallice vulgo loqui, lucrari suam vitam, id est operari cibum. Itaque inepte magnus quidam, vt sibi ipse videtur, hæreticorum interpres vertit, Operemini cibo. Nam vt operari cibum minus Latine dicatur, significantius tamen dictum est. Vsui ergo hic locus est, ad confirmandum Ecclesiasticum dogma, nos etiam cum diuina gratia iustificationem nostram operari: sic enim loquar, nec otiosos, sed aliquid agentes iustificari. Quem intelligat cibum, *qui non perit, sed permanet in vitam æternam*, disputari solet. Hinc enim initium magnæ illius, & hoc temporis nimium agitatæ quæstionis nascitur, num Christus hoc capite de Eucharistiæ loquatur sacramento. Quam quæstionem postea vers. 32. explicaturi sumus. Interim hoc habeamus, illic quidem de sacramento proprie agere: hic communiter, & de sacramento, & de fide, & de gratia, & de rebus omnibus, quibus vita æterna parari potest. Se igitur ipsum cibum vocat, quemadmodum D. Augustinus, & Beda docent: sed tamen ipsũ non solum fide, cui si nihil accedat, ad vitam æternam satis non est: sed vt caritate, & sacramento, & bonorum operum imitatione, & quocunque alio sine corporali, siue spirituali modo apprehensum. Non enim est generalis restringenda sententia, aut ad fidem, vt Appollinarius in Græcorum Catena, & Philastrius in catalogo hæreticorum faciunt; nec ad solam Dei voluntatem, de qua Christus alibi dixit; *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me*, vt exponit Basilius in regula 207. Nisi voluntas Dei generaliter etiam accipiatur pro omnibus rebus, quas ad consequendam vitam æternam facere debemus. Dicit hunc cibum non perire, sed in vitam æternam permanentem vocari diximus, & singula momento temporis sicut & mala: & cuncta huius vitæ termino finiuntur. Das eleemosynam, iciunas, aut aliquid aliud operis boni facis, statim opus transit, quemadmodum cum facis homicidium. Et vt bonis operibus bona opera toto vitæ tempore continues: tamen post hanc vtique vitam ea non exercebis. Transeunt igitur actu, manent fructu, manent effectu. Dixit autem, *qui non perit*, vt alludaret ad corporalem cibum, qui perit, *in ventrem* enim *vadit*, vt alibi dicit. *& in secessum emittitur.* Illi ergo cibo hunc opponit. Non igitur eodem sensu hunc manere, illum perire dicit: sed hunc quidem effectu manere, illum subitantia perire. Nec hac ambiguitate absurde ludit, sed eleganter. Sicut Matth. 8. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*: & supra cap 4. 13. *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Alio enim sensu, qui sepeliunt, alio qui sepeliuntur, mortui appellantur: & non eodem modo sitire, & non sitire dicitur. Pertinet etiam ad explanationem huius loci, vt dicamus cur non dixerit, qui permanet in æternum: sed *qui permanet in vitam æternam.* Agebat de cibo, cuius proprium est vitam alere, atque producere, opponitque spiritualem cibum corporali: quod corporalis ad breue tempus vitam præstet, statimque corrumpatur: spiritualis det vitam æternam. Quod dicit hic Christus metaphora cibi, dicit D. Paulus Galat. 6. 8. metaphora sementis, & messis. *Qui seminat in carne sua, de carne & mater corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Hoc Cyrillus adnotauit. Cur ad didit, *quem filius hominis dabit vobis?* Græce quidem ambigua oratio est, potestque relatiuum, ὃν & ad cibum, & ad vitam æternam referri, sed multo melius ad cibum. quia de eo disputabatur. Cur igitur hoc addidit? ob tres opinor causas. Primum vt alluderet ad panem illum, quem pridie eius diei illis dederat, quasi dicat. Qui illum vobis panem dedit, alium vobis, si in ipsum crediderit is, meliorem dabit. Deinde vt alluderet ad eorum studium, quibuscum loquebatur. Venerant ad eum eo animo, vt cibum ab eo corporeum quærerent: respondet meliorem se illis quam quem ipsi quærebant, datutum cibum, si in se credant. Denique vt eos ad fidem, id est, ad credendum in se alliceret promissione melioris cibi quem nemo ipsis præter se vnum dare posset. Eodem enim modo Samaritanam attraxerat c. 4. 10. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Vocauit se hic filium hominis non solum ea consuetudine, qua alibi frequenter vocare solet, sed partim modestia, partim vt significaret se etiam, vt hominem eum panem daturum esse. Hoc olim loco Messalianos hæreticos, qui & Euchetæ, id est, precatores dicti sunt, abusos fuisse, vt probarent errorem suum, non esse homini Christiano manibus laborandum: sed vsq; orationi, id est, spirituali cibo insistendum Chrysosto. Leontius, Theophylact. & Euthym. indicant in huius loci commentariis, & Basilius regula 207. Quem illi errorem ex D. Paulo facile refutarunt. *Si quis non vult operari, nec manducet.* 2. Thessal. 3. 10. &, *Laboramus operantes manibus nostris.* 1. Cor. 4. 12. & *qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti*, Eph. 4. 28. &, *Operamini, vt quietem habeatis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis.* 1. Thes. 4. 11.

Thom. 3. 19.

Bona opera transeunt actu, manent fructu, & effectu. Mat. 15. 27.

Messaliani quædam hoc loco abusi vestitum.

Hunc enim Pater signauit Deus.] Locus difficilis. Mitror Ammonium Græcum, & eruditum auctorem ad panem de quo agebatur, hoc referre. Quod quidem si ratio Grammaticæ pateretur, sententiam redderet concinnam, & elegantem. Solet pars sigillum imprimi, vt appareat, à quo sit factus: vocauerat autẽ se Christus cibum, id est, panem: dicit ergo le panem esse sigillo à Patre obsignatum: id est, panem non terrenum, sed cælestem, non ab hominibus, sed à Deo factum. Sed, vt dixi, Grammaticæ ratio non patitur. Quia nomen σφραγὶς cibus fœmininum, relatiuũ verò masculinum est. Itaque dubium non est, quin ad Christum ipsum sit referendum. Eademque ratione Ruperti expositio refutatur, qui & ipse quamuis sententia alia ad cibum refert. *Hunc*, inquit, *cibum signauit Deus, id est, à communibus distinxit cibis, vt cum*

alios bonis, ac malis communes fecerit, solum hunc panem, hîc cibum vnquam dare velit nisi dignis. Quidam ergo sic interpretantur, Filium obsignatum à Patre esse, quasi signari sit declarari, demonstrarique, referuntque ad Patris de Filio testimonium. *Hoc est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, Matth. 3. 17. & ad miracula quibus eum Pater filium suum esse declarauit. Ita Chrysostomus hom. 45. Theophylactus & Euthymius, eandemq; interpretationem inter alias adhibet, & probat Ammonius in Græcorum Catena. Hoc plerisque hoc tempore placere video; sed alium ego sensum magis proptium esse arbitror, quem paulo post explicabo. Augustinus & Beda signatum à Patre Filium interpretantur, id est, à cæteris hominibus segregatum. *Ipsum filium hominis*, inquit Augustinus, *non aliter fas est accipere, quasi alios filios hominum, de quibus dictum est, filii hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus, & secundum carnem filius hominis excepta à numero hominum filius hominis est. Iste & filius hominis, & filius Dei est. Iste homo etiam Deus est.* Hoc habet hæc opinio probabilitatis, quod præterquam quod est Augustini, solemus, quæ ab aliis distinguere, ac segregare volumus σφραγίζειν sigillo obsignare, quo Græco verbo vsus hic Ioannes est. Et à D. Paulo ad Hebr. 7. 26. Christus *segregatus à peccatoribus* dicitur, Hilarius 9. de Trinitate, & Cyrillus videntur de vnione, quam vocant, hypostatica interpretari, quasi signatus filius hominis à Patre dicatur, *quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Sigillum est ipsa diuinitas. Quæ sententia, quamuis via alia, eodem, quo opinio D. Augustini redit. Leontius exponit *signauit*, id est, in hoc ipsum misit, vt cibum hunc hominibus afferret. Aliam Ammonius, & Cyrillus interpretationem afferunt, vt idem sit *signauit*, quod vnxit. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Recte fortasse, si exposuissent, quod in primis dicendum erat, quid vnctioni cum cibo. Alii signatum, id est, clausum, & absconditum exponunt. *Tuti*, inquit, *Deus absconditus, & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Christum igitur illum esse librum, qui apud eundem Ioannem in Apocalypsi septem sigillis signatus fuisse dicitur. At nemo doctus ignorat librum illum non Christum, sed Prophetias veteris testamenti significare, quas propterea nemo præter agnũ aperire potuit, quia solus eas agnus impleuit, implendoque effecit, vt, quæ prius non intelligebantur, facile ex euentu ipso possent intelligi. Hoc enim est aperire. Alij hoc modo, *Hunc Pater signauit*, id est hoc signum in illo posuit, quo vos cognosceretis illum Regem esse vestrum, quod vobis hunc panem daret. Illi enim propterea temporalem Regem esse putabant versu 15. quia panem illis corporeum suppeditauerat; Christum ergo respondere alio signo cognoscendum esse Iudæorum, qui expectabatur, Regem. Datorum quidem illis panem, sed cæleste, & immortalem, non terrenum, & breui tempore peritum. Alias minus probabiles interpretationes sciens prætermitto, nullum ratus operæpretium recenseri. Meam ponam, quam ego non tam meam, quam veterum autorum esse arbitror, nisi quod illi minus fortasse declararunt. Cum Christus ageret de cibo illo in vitam æternam permanente Iudæis dando, non dubito his verbis auctoritatem, qua eum illis daturus erat, ostendere voluisse. Quorsum enim hoc adiceret, si quid aliud dicere vellet? Docet ergo propterea se eum cibum dare posse, quia eam ibi Pater auctoritatem dederat, vt eum hominibus daret. Cum enim se filium hominis appellasset, poterant illi merito dubitare, quomodo, homo cum esset, cibũ

Augustini exposicio significauit, id est, à cæteris segregauit, & distinxit. Psal. 35. 8.

Ad Coloss. 2. 9.

Psal. 44. 8.

Isa 41. 15. Coloss. 2. 3. 2. 5. 2.

Auctoris interpretatio, qua & veterum.

A in vitam æternam permanentem dare posset. Respõdet obiectioni tacite se, quamuis homo sit, diuina id Patris auctoritate facturum esse. Signare igitur est auctoritatem dare, quia solemus litteris impresso sigillo auctoritatem, & fidem adhibere. Quemadmodum c. 3. 33. dixit. *Qui autem accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est*, id est, quasi adhibito sigillo cot firmauit. Quomodo hanc Pater Filio auctoritatem dedit? ethciendo nimirum, vt homo ille simul Deus esset, filiusq; Dei naturalis, vngendo illum Spiritu sancto, & inhabitante in ipso diuinitate, declarãdo filium esse suum. Ita fit vt & Chrysõ. & Augustini, & Cyrilli, & Ammonii interpretatio & eadem, & ad hunc modum explicata vera sit. Sic Hilarius, *Vnigenitus vero Deus, & per sacramentum salutis nostræ hominis filius voluns proprietatis nobis paternæ in se significare spectem signatum se à Deo ait; & hoc ideo, quia vitæ æternæ escam Filius esset daturus, vt per hoc potestas in eo dandæ ad æternitatem vitæ intelligi posset, omnem in se paternæ formæ plenitudinem signantis se Deo contineret.* Dubitari posset cur Christus præter consuetudinem suam an nomen Patris Dei quoque adiecerit? *Hunc* inquit, *Pater signauit Deus.* Aliquid enim fuisse causæ locutionis nouitas ostendit. Dixerat, *Quem filium hominis dabit vobis*, opponit ergo Filio Patrem, homini Deum; quasi dicat, quamuis Filius hominis, id est homo sim, dare vobis hunc cibum potero, quia mihi Pater, qui Deus est, hanc auctoritatem dedit. Sed cur non dixerit, Hunc Pater Deus signauit; sed interposito verbo, *Hunc Pater signauit Deus*, aliquem mihi persuadeo fuisse causam. Circa Græcum articulum, ei, vim habere relatiui, itaque non esse sensum Deus Pater signauit, sed, *Pater signauit*, qui Deus est. Quod etsi re idem est, hoc est dictum efficacius.

Ab. 6. 28. 38.

Fides dicitur opus Dei.

Lib. 3. de Trin.

Cur Christus ad nomen Patris Dei nomen addiderit.

Trad. 9.

28. *Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* Videntur intelligisse Iudæi, quod Christus dixerat, *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, de operibus, quæ eos ad consequendam vitam æternam facere oportebat. Sic Augustinus, & Beda, *Dixerat*, inquit, Augustinus *illis. Operamini escam non quæ petit, sed quæ permanet in vitam æternam. Quid faciemus inquiunt, quid obseruando hoc præceptum implere poterimus?* Significat Augustinus propterea de operibus eos interrogasse, quia Christus dixerat *Operamini.* De animo, quo id interrogauerint, cum nihil Euangelista indicet, non est nostrum iudicare. Chrysostomus tamen, Cyrillus Theophylactus, Leontius, & Euthymius non discendi causa, sed superbo, arrogantiq; animo interrogasse putant, existimantes nullum aliud opus Christum ipsis prolaturũ, quam quæ Moyses ante præcepisset; quæ non minus ipsi, quam illi sciunt, vt Leontius ait. Credi hoc magis, quam probari de Iudæis potest in solis legis operibus confidentibus. Sed probabile etiam est eos existimasse aliquid noui præter ea, quæ à Moyse præcepta essent, dicturum Christum, quemadmodum noua etiam, & ante non visa miracula faciebat. Non dixerat Christus, operamini opus Dei. Illi tamen respondent, *Vt operemur opera Dei*, non contenti dicere, quid faciemus boni? aut quid faciemus, vt cibum istum, quem nos operari iubes, operemur? Voluerunt enim, vt suspicor, cautionem adhiberes, quasi significantes paratos se esse facere, quidquid ibi Christus præcepisset, modo opus Dei esset. Opus enim Dei vocant, non quod à Deo præceptum esset; id enim se non putabant ignorare; sed quod Deo gratum esset, atque conueniens, quemadmodum exponunt in Catena Græcorum Appollinarius, & Leontius. Hoc ergo cum dicunt, diuini honoris studiosi videri volunt.

29. *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille.*] Præter

A Præter ipsorum prorsus, opinionem respondet. Aliquid eum aliud responsurum sperabant. Ille vero apte prorsus ad homines nihil nisi opera legis cogitantes respondet iisdem vteus verbis, quibus illi interrogantes vsi fuerant. Interrogauerant, *quid faciemus, vt operemur opera Dei?* Respondet, *hoc est opus Dei.* Illi multa interrogauerant, quasi indicantes omnia, quotquot essent, le facturos. Christus vnum respondet, *hoc est opus Dei.* Illi opera aliqua magna, atque difficilia cogitabant, quæ magno cum labore facienda essent. Christus vnum tantum ostendit opus, quod æque ab omnibus sine vllo labore, sine manibus, sine pedibus fieri potest, vt credant. Illi pietatis studium affectasse videbantur, cum dixerunt, *Vt operemur opera Dei*; Christus illis pietatis exprobrat ignorantiam, quod quale sit verum opus Dei nescire videantur.

B Fidem vocat *opus Dei*, non quia Dei donum est, etsi re quidem vera est, sed quia Deo gratum est, atque conueniens, vt superiore versu ex Apollinario, & Leontio dicebamus. Non dixit, Vt credatis in me, partim, vt arbitror, modestiæ causa, ne seipsum commendare videretur; partim vt simul doceret, quamobtem credere in se deberent, nempe quia ab illo ipso Deo missus fuerat, cuius illi opera se facturos polliebantur; & in hoc ipsum missus, vt omnes, qui salui esse vellent, in illum crederent. Emphatica ergo illa verba sunt, *Quem misit ille.* Apta huic loco quæstio est, quamobrem Christus fidem opus appeller, cum fides non solum vbique fere aliis, sed hoc etiam ipso in loco operibus opponi videatur. Facilis ex iis, quæ modo diximus, coniectura capitur, propterea fidem opus appellasse, cum enim operibus legis opponeret, vt alluderet ad eorum verba, & ea quodammodo imitaretur, ficut cap. 4. 10. propterea gratiam, aut doctrinam suam potum, & aquam appellauit, vt ad verba mulieris alluderet, quæ dixerat, *Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* & vers. 14. propterea Patris voluntatem cibum nominauit, quia discipuli dixerant, *Rabbi manduca.* & Matth. 12. 50. ideo eos, qui voluntatem patris sui faciunt, fratres suos, & sorores, & matrem appellauit, quia auditores illi dixerant, ver. 47. *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te.* Maior quæstio, cur Christus generaliter interrogarit, quid opus facto esset, vt cibum illum permanentem in vitam æternam, aut vitam ipsam æternam consequerentur, de sola fide respondet: *vt credatis.* Exultant hic hæretici noui stolida confidentia victores; sola nos profecto fide iustificari, quando consultus Christus quid agẽdum, vt salui esse possemus, nobis esset; hoc vnum respondeat, vt credamus. Non vident cæci eodem argumento probari posse operibus nos sine fide iustificari, cum interrogatus alibi Christus quid ad eõsequendam vitam æternam facere opus esset, nulla de fide mentione facta per sola opera responderit, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Matthæi 19. 17. Quemadmodum ergo ex illo loco colligi non potest solis nos operibus iustificari; ita ex hoc non colligitur iustificari sola fide. Sed ex hoc quidem colligitur nos iustificari fide, ex illo iustificari operibus; ex vtriusque collatione & fide nos, & operibus iustificari, quæ Ecclesiæ Catholicæ doctrina, atque fides est, sine qua nemo quisquam quantacunque, & quantacunque habeat opera, iustificari potest. Cur ergo Christus de sola fide respondit? Primum quidem negare possum de sola respondere fide. Fidem enim hic totam legem Euangelicam, quæ & fidem, & caritatem, & bona opera complectitur, videtur appellare, cum eam veteri opponat legi, in qua illi, quibuscum agebat, nimium hærebant. Possem, in-

Fides dicitur opus Dei.

Cur fides opus dicitur, cum operibus sæpius opponatur.

Hæretici hoc loco abutentes de iustificatione ex sola fide refelluntur.

Cur Christus de sola fide respondeat.

C quam, hoc dicere, & grauissimo confirmare auctore D. Paulo, qui cum *legem factorum*, seu operum, & *legem fidei*, distinguit Rom. 3. 27. haud dubie *legem fidei*, non fidem solam, sed totam etiam Euangelicam legem vocat, in qua & fides, & opera continentur. Sed hæc responsione, alia sufficiente, opus non est. Loquebatur cum iis Christus, quibus nihil, vt salui essent, præter fidem, deesse videbatur, nam ad opera omnia alia facienda promptos se esse declarabant. Adhibendũ igitur illis id, quo maxime indigebant, medicamentum fuit. Adolescenti vero illi per opera respondit, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, quia cum sibi ita omnia mandata seruasse videretur, vt nihil præterea mains posset facere, voluit illi Christus ostendere aliquid illi deesse, vt ad Christianæ vitæ perfectionem perueniret. *Si vis*, inquit, *perfectus esse vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Scribunt hoc loco Augustinus, & Beda id, quod perperam intellectum hæretici contra veram corporis, & sanguinis Christi perceptionem nobis non minus imperite, quam insolenter obũciunt. *Hoc est opus Dei*, inquit Augustinus, tractat. 25. *credatis in eum, quem misit ille. Hoc est ergo manducare cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, vt quid paras ventri & dentes? Crede, & manducasti.* Acclamant hæretici ad hæc verba, nos non re ipsa, sed spiritualiter, hoc est per fidem corpus, & sanguinem Domini sumere. Credere enim interprete Augustino esse manducare. Primum rogo homines istos acutos, cur ipsi ad sumendam profanam illam cænam suam parent dentes, & ventrem, si credere est manducare? Deinde affirmo eos nequaquam intelligere, quid sibi velit, aut qua de re loquatur Augustinus. Putant enim de Eucharistiæ loqui sacramento, cum ne in mentem quidem illi venerit, vt de eo hic ageret. Nam si de sacramento loqueretur, profecto non diceret paratos non esse dentes, & ventrem, id est, nullare corporea opus esse, cum sexcentis locis doceat adeo esse omnibus Eucharistiam ad salutem necessariam, vt ne infantes quidem nisi ea sumpta salui esse possint. Locos Augustini versu 53. vbi ea de re disputaturi sumus, indicabimus. Non ergo de Eucharistia loquebatur, sed interpretabatur, quod Christus dixerat v. 27. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, quemadmodum existimauit Christum his ipsis verbis interpretari, *Hoc est opus Dei, vt credatis*, id est, hoc est, quod facere debetis, vt cibum illum operemini, credere in me, se enim ipsum cibum appellasse, fidem operationem eius, id est consequutionem. Per fidem enim Christum consequimur, apprehendimus, & possidemus, quod est illum tanquam cibum manducare. Itaque qui Catholici existimant Augustinum hoc loco de Eucharistia dissidere, etsi melioie errant animo, nihilo tamen melius, quam hæretici Augustinum intelligunt. Denique vt concedamus de Eucharistia Augustinum loqui, quid inde Caluinistæ conficient? Corpus Christi non re ipsa, sed fide sola à nobis sumi? Non profecto magis, quam si colligerent non fuisse in lege veteri re ipsa, veriisque hostias, sed sola misericordia Deo sacrificandum, quia non iam Augustinus, sed Deus ipse dicit, *Misericordiam volo, non sacrificium.* &, *quo mihi multitudinem victimarum vestrarum?* Quemadmodum ergo Deus noluit dicere non esse ub. hostias sacrificandum, sed magis sibi misericordiam sine hostiis, quam hostias sine misericordia placere; ita profecto Augustinus, si hoc loco de sacra Eucharistia loqueretur, noller significare non esse re ipsa Christi corpus nobis sumendũ, sed plus nobis prodesse, magis Deo esse gratum, vt sola fide sine sacramento, quã

Augustini verba explicantur.

Osee. 6. 6. Matt. 9. 13. & 12. 7. Isa. 1. 11.

vt re ipsa, ac sacramento sine fide sumeremus. Quod quis neget esse verum?

30. *Quod ergo tu facis signum, vt videamus vt credamus tibi? quid operaris?*] Dixerat Christus se missum à Deo, quemadmodum olim Moyses missus fuerat, indicás se eum esse, de quo Moyses dixerat Deuter. 18 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me ipsum suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Itaque iure suo, vt in se crederent, postulant. Iudæi intelligentes quo Christus alluderet, memoresque Moysem ipsum non aliter sine auctoritate signa faciendi sese liberandi populi ducem profiteri. *Esto*, inquit, *Ego vadam ad filios Israël, & dicam eis, Deus Patrum vestrorum misit me ad vos; sed dixerint mihi quod est nomen eius? quid dicam eis?* ideo ergo similia ab eo signa petunt. Sed mirum hoc ipsum est, quo fronte signum ab eo postulent, quem prídie viderant quinque panibus, & duobus piscibus quinq; hominum millia satiasse, quod vsque adeo nunc magnum esse miraculum putauerunt, vt dixerint. *Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum* supra v. 14. Respondent Augustinus, & Beda, magnum quidem id fuisse signum; atque ita eos confessos fuisse, cæterum non qualecunque nunc signum; sed manna de cœlo postulare; propterea statim adiungunt, *Patres nostri manducauerunt manna in deserto.* Videntur mihi signum petere, non solum vt sibi manna daret, sed vt experirentur, an quod semel fecerat, vt quinq; panibus, quinq; hominum millia saturaret, semper aut posset, aut vellet facere; propterea exemplum manna protulisse, vt Christum quodammodo irritarent pronunciatq; vt quidpiam simile faceret. Quanquam Chrysostomus, Leontius, Theophyl. & Euthy. ad solum manna hanc petitionem restringere videtur. Ergo quę causa sufficere debere videbatur, vt signum non peterent, ea vt peterent effecit, quod paulo ante multiplicati panis signũ vidissent. Inde enim in gessit in spem erant, fore, vt semper sibi Christi suppeditaret; quod an posset, aut vellet efficere hac interrogatione ab eo eliciere voluerunt.

Exod. 3. 33. Cur à Christo Iudæi signum petãt.

Exod. 16. 4. 14. Psal. 77. 24. Sap. 16. 20.

31. *Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit eis manducare.*] Dominus modo ex Chrysost. Leontio, Theophylacto, & Euthymio ideo hoc eos vlos exemplo, vt Christum quodammodo cogerent aut idem, aut simile facere miraculum, quo otiosum nutriret populum. Indicant sé Moysi quidem merito non temere credere: populi enim annos quadraginta non serentem, non metentem aluisse, eadem se facilitate in ipsum creditoros, si aut idem, aut simile faciat. Ostendunt etiam le, vt inquit Cyrillus, non nisi carnalia ac terrena, quæq; ad ventrem pertinent cogitare. Singula verba suum habent pondus. Comparant se tacite cum patribus, quasi insinuantes nihil se postulare, quod non sibi vel uti hæreditario iure debeatur. Patres, maiores q; olim suos cibum à Moyse petiisse, accepisseque celestem ab eo panem; se similem ab eo panem postulare, qui Moysis similis haberi velit. Cum dicunt *patres nostri* numerum etiam hominum ingentem significant, sexies enim centena hominum millia circiter erant. In patribus tuis se quodam modo panem illum comedisse intelligũt. Dicunt autem, *manducauerunt*, id est reipsa experti sunt, quod à Deo Moyses impetrare posset. Non sola opinione, sed experientia ipsa cælestem ederunt panem; idq; in deserto, vbi difficilius erat patare cibos. *Nunquid*, inquiebant, *poterit Deus parare mensam in deserto, Nunquid & panem poterit dare?* Alia etiam vana nomine deserti iactat, quod ibi patres annorum quadraginta a quibus in deserto Hebræi vel fatis fuisse, significatur. Quasi dicant, non semel, aut iterũ, sed per totos annos quadraginta, id est quamdiu in deserto versati sunt, cælestem edisse panem. Denique ne fabulam narrare videantur, scripturæ testimonio confirmant, *Sicut scriptum est, panem de cœlo dedit eis manducare.*

Iudæi superbe se cum maioribus suis comparant.

Exod. 12. 37. 38. Psal. 77. 19. 20.

32. *Dixit ergo eis, Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.*] Cum magna Christus asseueratione, respondet, *Amen, amen dico vobis*, quia rem illis dicebat admodum contra ipsorum opinionem. Porro cum illi non se, sed patres suos panem illum cælestem dixissent accepisse; ipse non de patribus, sed de illis respondet, *Non Moyses dedit vobis, quia* vt superiore versu diximus se in patribus suis intellexerant eum panem comedisse. Duplex hic latet antithesis, in qua vis tota sententiæ consistit. Altera inter Moysem, & Deum, alter inter panem, & panem, id est inter manna, & Christum ipsum, qui verus de cœlo panis erat. Ex prima secundam facile probat. Nam ex eo ipso, quod Moyses, vt illi gloriabantur, manna eis dederat, colligi non fuisse verum panem, atque cęlestem, qua verum, cælestemque panem putas homo dare non potuit; se vero indicat verum esse panem, quia non à Moyse, non ab homine vllo, sed à solo Deo datus, id est missus est. Ex diuersis igitur auctoribus diuersum panem, alium alio meliorem esse probat, quemadmodum si quis, vt vnum panem meliorem probet esse, quam alium, à meliore pistore factum fuisse dicat. Atmanna etiam Deus dederat. Moyses minister tantum fuerat, ac ne minister quidem; nec enim ipse vel tanquam minister manna fecerat. Ita est, sed Christus ex Iudæorum loquitur opinione, qui Moysem eius miraculi auctorem facere videbantur. Quærit Chrysostomus cur non seipsum Christus, sed Patrem opponat Moysi, & non dicat, sed ego do vobis panem de cœlo verum, cum id vere dicere potuerit, & Samaritanæ non Patrem, sed seipsũ aquam illam vitam, & in vitam æternam salientem datorum dixerit. cap. 4. 10. 14. Quin hoc ipso capite versu 17. seipsum panem hunc, de quo nunc loquitur datorum dixerat. Respondit ideo id fecisse, quia Iudæi idonei auditores non erant, vt ad eum modum cum eis loquererur, voluisseque declarare modo ipso loquendi diuerso, quantum inter Samaritanæ mulieris in credendo facilitatem, & Iudæorum duritiem interesset. At his ipsis Iudæis paulo ante dixerat se hunc panem datum esse. Itaque aliter explicandam quæstionem arbitror. Primum illic nondum illi Moysi obiectus fuerat, hic iam fuerat obiectus. *Patres*, inquiunt, *nostri manducauerunt manna in deserto*; tacite enim illi, quemadmodum diximus, opponunt Moysem, propterea non se, sed Patrem illi rursus opponit, ne quod probandum erat, pro argumento sumere videatur. Deinde cum v. 17. dixit se panem illum datorum esse, dare erat in mortem tradere, & edendo in sacramento relinquere, quod sibi sine arrogantia potuit attribuere. Cum autem hoc loco dicit, *Pater meus dat vobis panem de cœlo, verum*, dare est mittere; quod non de se, sed de Patre dicere potuit, nec enim à se, sed à Patre missus fuerat. Theophylactus videtur existimare nullam inter Moysem, & Patrem comparationem fieri; sed solum panem pani opponi, quod ille, quem Moyses dedit, verus, cælestisque non fuerit; hic, qui à Patre datur, cælestis, ac verus sit. Et quidem non diffiteor panem præcipue cum pane comparari; sed cum videamus tam diligenter Moysem in vna parte, Patrem in altera nominare, dubitandum non est voluisse Christum Moysis auctoritatem minuere, vt ab eo Iudæos auelleret, & ad Patrem traduceret. Cum dicit, Moysem nõ dedisse illis panem

Antithesis prior inter Moysem, & Deum.

Manna non propriè panis de cœlo

Verum latinis exemplaribus deest Latinis.

panem de cœlo, intelligit, vt existimat Theophylactus, non dedisse verum de cœlo panem, sicut in altero orationis membro dicit: *Sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Quinquam in hi non solum videtur negare Moysem verum dedisse panem, sed etiam panem de cœlo dedisse. Duobus enim in rebus panem, quem Moyses dederat, cum eo, quem Pater dare dicit, confert, quod hic de cœlo sit, ille non fuerit, quod hic verus, ille non item. Secũdum ex primo sequitur. Nã quia hic panis de cœlo erat, verus erat; quia ille de cœlo non erat, verus non erat. Hæc fortasse fuit causa, cur in priori membro non dixit: *Nõ Moyses dedit vobis panem de cœlo verum*, quia si de cœlo non erat, nec verus erat, contentus in secundo membro id explicare. Videndum nũc est, quid sit panem esse, vel non esse de cœlo; & panem esse, vel non esse verum. De cœlo propriè esse, est de cœlo ipso vero descendisse, quemadmodum Christus solus descenderat, id eoq; vere cœlestis panis erat. Manna vero illud nõ de cœlo, sed de aere pluerat; dicebaturq; impropriè panis de cœlo, quemadmodum volucres ecce appellãtur, siue quia aer ipse per catechresim cœlum dicitur, siue quia quod alte de aere cadit, de cœlo cadere videtur, vt Chrysost. Leontius, Theophylactus, & Euthym. interpretantur. *Verum* autem iidem auctores quatuor, & Augustinus, Beda & Rupertus sic accipiunt, vt figurę opponatur, quasi dicat, panis ille, qué dedit vobis Moyses, non erat veritas, sed figura; hic quem Pater vobis dat, veritas est, quæ per figuram illam adumbrabatur. Probabilius interpretatio, sed plus quidã in videtur Christus significasse. Agebat enim non tam de natura, quam de vi, & efficacitate panis. Nam si naturam quidem spectes, neuter illorum verus erat panis; sed ille ros, hic Deus & homo erat. Si efficacitatem, ille ad breue tãtum tempus vitam corpori, hic sempiternam animo vitam suppeditabat. Cum ergo proprium sit panis vitam dare, hic verus erat panis, ille huius comparatione non erat. Sic lib. 1. aduersus Arium Victorinus interpretatur.

Panis vitæ, i. vitalis.

33. *Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.*] Sic Græci fere codices habent. Latini multi legunt: *Panis enim verus est*, quæ lectio si panibus probatur auctoribus, magis mihi quidem placeret, quia melioremvidetur habere sententiam. Probat enim quod dixerat, verum esse panem, quem Pater dat, duobus rebus, & quia de cœlo descendit, vnde nihil falsum, nihil adulterinum potest descendere; & quia vitam dat mundo. Si legimus, vt Græci legunt, dicemus probare Christum, quod dixerat, Patrem suum panem de cœlo verũ dare, quia de cœlo est, & à Deo datus, hoc est *panis Dei, qui de cœlo descendit*: & *verus est, qui dat vitam mundo.* Proprium enim est panis vitam dare. Cum dicit: *Qui dat vitam mundo*, videtur alludere ad id, quod v. 31. Iudæi dixerant: *Patres nostri manducauerunt manna.* Quemadmodum enim hunc panẽ mannæ, ita mundum vniuersum Iudæorum patribus opponit. Manna solos Hebræos ad tempus aluit, panis hic vniuerso mundo quancum in se est, vitam præbet, quemadmodum Chrysost. Cyrillus, Leontius, & Euthym. adnotauerunt. Quem vitam intelligat corporis, an animæ v. 49. & 50. loco magis idoneo fusius disputabimus.

34. *Dixerunt ergo ad eum, Domine semper da nobis panem hunc.*] Videtur, quod Christus dixerat, de sola vita corporis intellexisse, vt Cyrillus, Chrysost. Augustin. Beda, Theophylact. Euthym. existimant. Cum enim audissent panem illum vitam non solum Iudæis, sed toti etiam mundo præstare posse, & vitam quidem non breuem, sed sempiternam, vt dixerat vers. 27. togant, vt semper sibi eum panem det. *Quomodo mulier illa Samaritana.* In quit Augustinus. *cui dictum est: Qui bibet ex hac aqua, non sitiet vnquam, continuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia volens, da mihi, inquit, Domine, de hac aqua sic & ipsa, Dominem da nobis panem hunc, qui non reficiat, nec deficiat.* Probabile hoc est, sed non minus probabile mihi videtur esse, recte eos intellexisse Christum nõ de vita corporis, sed de vita animi locutum fuisse; quam enim vitam æternam, nisi animi cogitare poterant; sed intelligentes quid diceret, quod maioris fuit culpæ, non credidisse, irridentes q; respondisse; *Semper da nobis panem hunc*, quasi dicant, nec vllis eiusmodi panis est, nec si esset dare eum posses. Eadem enim irrisione Samaritanam illam respõdisse, dixilleq; *Domine, da mihi hanc aquam, vt nõ sitiam, neque veniam huc haurire.* Atqui hoc illis Christus v. 36. videtur exprobrare, quod cum audissent, intellexissent que, non crederent.

De vita corporis, an animæ locuti sint Iudæi.

Adimit Iudæis Christus patientiã.

vers. 27.

35. *Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam.*] Siue Iudæi, quod Christus dixerat, non intellexerant, vt auctores illi, quos modo nominauimus, putauerũt, siue intellexerant quidem, vt nos diximus, sed non crediderunt, quin potius irriserunt, quæ ab eo dicebantur: admiranda nobis, imitanda que est Christi patientia, & humanæ salutis cura. Non est indignatus iniuria, aut tarditate erassitieque Iudæorum, sed simpliciter, ac placide respõdet se panem illum esse, qué à se petant, in ipsorum esse potestate, eo frui. Panem vitæ Hebraica phrasi, id est vitalem, vimificum appellat, quia ipse est, qui vere hominibus vitam præstat. Putant Chrysostomus, Theophylactus, & Euthym. solam hic diuinitatem suam panem appellare; melius Cyrillus humanitatem ipsam vocari panem, sed eam non nisi propter coniunctam in eandem personam diuinitatem vim habere vitam dandi. Sensum autem esse: *Ego sum panis vitæ*, id est, ego panis ille sum, qui per mysticam figuram abs me petitus. Videbatur orationis consequentia postulare, vt diceret: *Ego sum panis vitæ*, qui edent me, semper viuent, aut nunquam morientur. Sed hunc eundem sensum aliis expetiit verbis: *Qui venit ad me, non esuriet*, vt simul explicaret, quid esset hunc panem edere, nempe ad se per fidem venire. Cum autem de solo pane quæstio esset, de potu etiam respondet: *Et qui credit in me non sitiet vnquam.* Noe dixit sicut prius: Qui venit ad me, sed, *qui credit in me*, vt declararet, quid esset ad se venire, nimirum credere. Melius locum totum verbis Augustini hoc loco explanabo: *Qui venit ad me*, inquit ille, *hoc est, quod ait, & qui credit in me. Et quod dixit, non esuriet: hoc intelligendum est, & non sitiet vnquam. Vera quia significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Panem de cœlo desiderauit: ante vos habetis, & non manducatis.*

36. *Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.*] Quæritur hic à plerisque, vbi hoc illis Christus dixerit. Quærendum etiam erat, quid illis dixerit. Nam quod omnes tanquam certum statuunt, hoc ipsum illis dixisse, quod sequitur: *Vidistis me, & non creditis*, probabile non videtur, vt ex vera postea interpretatione apparebit. Cyrillus ergo ad Isaiæ hoc prophetiam refert. cap. 6. 9. *Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere.* Alij ad id, quod illis dixerat ver. 26. *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Chrysostomus & Euthymius credendum esse alicubi hoc illis dixisse, quamuis id scriptum nõ fuerit. Nescio an hæc aliorum iudicio satisfaciant, meo quidem certe non satisfaciunt. Primũ Christus nec dicit, nec, vt opinor, indicat se illis hoc ipsum dixisse: *Vidistis me, & non creditis*, quod qui statuunt, verũ, vt mihi videtur, sensum reperire nõ possunt; quia, vbi nõ est, quærit. Nõ ergo

hoc se dixisse indicat, sed se panem esse vitæ, quem illi petebant. Reddit rationem causam, quamobrem dixerit se illum esse panem, cum sciret eos non solum non credere, sed insuper etiam irridere. Nimirum vt faceret, quod sui erat officij; vt per se non staret, quo minus salui essent. Ergo particula, *Quia*, idem hic valet, quod *quamuis*, quasi dicat, dixi vobis me panem esse vitæ, quamuis vos audientes, ac videntes me minime credatis. Eum aliquando vsum habere particulam ὅτι, *quia*, alicubi notauimus. Potest & alius, ac fortasse facilior adesse sensus, vt causam Christus reddat, cur non aperte, sed per metaphoram locutus fuerit, seque panem appellauerit, quia nimirum etiam videntes non crederent, sicut alibi dixit: *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.* Matth. 13. 13. Quod ergo dicit: *Dixit vobis*, ad id refertur, quod v. 27. *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, & ad illud ver. 33. *Panis enim Dei est, qui de cælo descendit.* At enim, quid est, *Vidistis me?* An omnes qui Christum videbant, eo ipso, quod videbant, in eum credere debebât, sine vllo miraculo, sine vlla prædicatione, sine vlla institutione propter solum corporis aspectum? Nequaquam vero. Videre ergo hoc loco ponitur, eam Christi notitiã habere, quæ ad credendum in illum satis esset, quamquæ si aliqui alij habuissent, credidissent, vt apparet ex ver. 40. *Hæc est voluntas Patris mei, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Illic enim videre est cognoscere, etiamsi corpore nõ videris; alioqui qui enim oculis non viderunt, vitam æternam habere non possent, quod absurdum profecto est. Quemadmodum ergo multi, qui Christum oculis non viderunt, dicũtur vidisse eum, id est cognouisse; ita multi, qui eum oculis viderunt, dici possunt, non vidisse, quia non cognouerunt. Itaque videtur ex his duobus locis colligi posse, quod graues Theologi docuerunt, excusari eos, qui ideo in Christum non credunt, quia nullã de eo notitiam habuerunt: cum Christus fidem non nisi ab iis exigat, qui se viderint, id est, cognouerint, simile illud est: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* c. 15. 22.

37. *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non ejciam foras.*] Quorsum hoc dicat, omnes fere consentiunt, reddi causam, cur illi, quibuscũ loquebatur, ad se non venirent, id est, in se non credẽrent. Ita fere Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylact & Euthym. At hoc non fuisset accusare eos, sed potius excusare, cum manifestum esse videatur eos accusare voluisse. Si enim venire ad Christũ non poterant, nisi a Patre darentur, & Pater eos non daret, culpa vacare videbantur, quod non venirent. Ita que potius credo eorum pertœsam accusari voluntatem, quod a Patre se dari non sinant, quod Patri nõ credant; si enim crederent, ad se venirent, id est, in se etiam crederent. Patrem enim Filio nõ dare, nisi eos qui maturi sint, qui idonei vt Christi discipuli fiant; idonei sunt, dũ Patri credũt de filio suo telt. ficant; quo minus credant, non nisi per ipsos stare. Perinde ergo est, ac si diceret, si vos Patris mei essetis, fi in illũ crederetis, vt gloriamini, ad me vtiq; veniretis, *omne* enim *quod* Pater habet, mihi dat, & omne quod mihi dat ad me venit. Hoc sensu videtur aliis, licet verbis Theodorus Mopsuest. interpretari. Certè Iudæorum culpam notari, quod Patris se fisterẽt voluntati; aperte dicit / Vt doctiu. beant, vnde vel hunc, vel alium fortasse meliorẽ sensum eliciant, eius adscribã verba:

Theodori Mopsuest. locus ex ma nuscript.

διὸ καὶ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη, ὅτι ἡ τῶν πάντων συγχώρησις ἐπὶ τοῖς πιστεύουσιν ἦν καὶ οὐκ ἀνεξαιρέτως ἐδίδοτο πᾶσιν· ἐξ ὧν ἔδει τοὺς ἀκούοντας ἐπιστρέφειν ἑαυτοὺς καὶ πιστεύειν εἰς αὐτόν· ἐπειδὴ οὐκ ἐβούλοντο ταῦτα ποιεῖν, διὰ τοῦτο καὶ ἐλάμβανον τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' ἑαυτοὺς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ἀπεστερήθησαν τοῦ δοθῆναι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐκ ἐβούλοντο πιστεύειν.

Quia pro quamuis.

Vsus particulæ ὅτι.

Videri ibi valet, quod cognoscere.

B

C

Ammonius locus ex manuscr. Catenæ.

D

Quod sit foras eiicere.

Deus in Christo voluntatem efferuntem eò tùs Eutych. & Monotheliar.

Theod. 25.

Mat. 25. 21.

E

Arianj quo modo abutantur hoc loco aduersus Filij æqualitatem.

Mat. 26. 39

Mat. 25. 41

Esa. 44. 15.

Ruperti error pejora vom

Id est: Propterea hoc Iudæis dixit, quia omnium venia non ita data est, vt omnes indifferenter, & sine vlla discretione peccata remitterentur, sed ijs tantum, qui conuerterentur, & in eum credere vellent. Quia igitur hoc facere nolebant, ideo & causam accipiebant, quia per se ipsos non credebant, cum ipsis non esset datum credere. Quod sit a Patre dari, intelligitur ex versu 45. Et *erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me.* Dari ergo a Patre est docibili esse Dei; docibilem autem esse Dei est sinere se ab eo doceri, sicut statim exponitur audire, & discere; dari ergo a Patre est audire, & discere a Patre, id est, audire ab illo, & illi credere. Quia illi Patri nõ credebant, cum ab eo, & per Prophetas, & multis aliis modis audirent, non dabantur a Patre; quia non dabantur a Patre, non veniebant ad Filium. Indicat ergo le adeo coniunctum esse cum Patre, vt qui in vnum credit, in alterum credat; & qui in vnum non credit, nec in alterum credat, quantumuis credere videatur. Hoc est, quod aliis etiam locis argumentari solet, Iudæos in se non credere, quia in Patrem non credunt, vt capite quinto ver. 38. *Verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis* & capite octauo 54-55. *Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Pater vester est, & non cognouistis eum. ego autem noui eum; & si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax.* Quod neutro dixit genere: *Omne quod dat mihi Pater*, potius quam omnis, quemadmodum dicẽdum videbatur, cum de hominibus loqueretur, recte videtur Rupertus indicare, eo pertinere, vt maiorem significet vniuersitatem, quasi dicat, quidquid mihi Pater dat, ego admitto, quodcunque genus animalis, siue mundum, siue immundum, vt viso illo Petri declaratum est, Actor. 10. 12. 15. cum illi cœlesti dictum est voce: *Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.* Quodcunque genus hominum siue Iudæorum, siue Gentilium. Quod autem addit, *& eum qui venit ad me, non ejciam foras*, eo etiam pertinet, vt ostendat, eiusdem se, atque Patrem esse voluntatis; & quemadmodum per Patrem non stat, quo minus ad se omnes homines veniant; ita per se non stare, neminem enim venientem repellere, neminem reiicere.

Quid sit foras eiicere, non omnibus conuenit. Augustinus & Beda de cœlo interpretantur, quasi promittat se Christus eum, qui ad se venerit, de cœlo, id est, de cœnaculo illo magno, vbi cœna illa nuptialis fuit, in tenebras exteriores eiectorum non esse, quem admodum ille, qui vestem nuptialem non habebat, eiectus est. Matth. 22. 12. *Quale est intus illud*, inquit Augustinus, *vnde non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce secretum. O secretum sine tædio, sine amaritudine malorum cogitationum, sine interpellatione tentationum, & dolorum. Nonne illud secretum est, quo introibit ille, cui dictum est Dominus tuus? Intrede gaudium Domini tui?* Atrinde dicit se Christus non eiecturum foras, quoad se venite dixerat, qui sibi a Patre datus esset; cum autem dicit, *ad me venit*, non significat ad se in cœlo, vbi fides non est, sed in hac vita per fidem venire; ergo cum dicit, *non ejciam foras*, non de cœlo, sed de hac loquitur vita.

Eadem ratione non videtur interpretatio Cyrilli conuenire de supremo iudicio hoc intelligenti, quasi tunc se Christus non eiecturum foras dicat, cum dixerit *Ite qui a sinistris estis: Ite maledicti in ignem æternum.* Non enim illuc homines ad Christum per fidem venient, de quo hic aduentu loquebatur: Simile est, q alij quidam dicunt, *non ejciam foras*, postquam eum recepero, sed dabo illi perseuerantiam, de solis hoc prædestinatis interpretantes, quod alienum prorsus a mente Christi videtur esse. Verum ergo sensum esse arbitror, quem Rupertum secutum esse video, neminem ad me venientem repellam, omnes admittam, omnes amplectar; quemadmodum si publicus

dicat hospes, neminem qui ad hospitium venerit eiiciam; non significat, neminem se hospitem, postquã domo exceperit eiecturum; id enim dubium nõ erat; sed neminem prohibiturum hospitio, neminem nõ admissurum.

58. *Quia descendi de cœlo, non vt faciem voluntatem meã, sed voluntatem eius, qui misit me.*] Causam reddit, vt Cyrillus & Augustinus dicunt, quamobrem eum, qui ad se veneret, non sit foras eiecturus; voluntatem n. Patris esse, vt omnes, qui ad se venerint, recipiat, amplectatur, doceat, contestetur, & ad vitam æternam ducat; & se de cœlo descendisse non vt suam, sed Patris faceret voluntatem. Quod dicit se de cœlo descendisse, hanc habet emphasim, vt significet se tam longum, & tam laboriosum sibi iter non suscepisse, vt suam, sed vt Patris faceret voluntatem; non enim se nisi mittente ad id Patre venturum fuisse. Ambiguum est, vtrum significet his verbis duas esse, aliam suam, qua homo est, aliam Patris volũtates, an suam, Patrisque voluntatem vnam, eandemque esse, ideoque non venisse, vt suam, id est, propriam, & a Patris voluntate distinctam, sed vt Patris faceret voluntatem; non quod vellet suam ad voluntatem Patris cõformare, sed quod suam propriam, id est a Patris voluntate distinctam voluntatem non haberet. Hoc secundo sensu videntur Greg. Nazian. orat. 4. de Theolog. Elias eodem loco, & in oratio. 3. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius; Ammonius, & Leontius exponere. Verba huc ex Græca manuscripta Catena Ammonij trãscribam, quæ eadem Leontij sunt in huius loci commentariis: Ἀκούσας τινὸς ὅτι ἐκ διαφόρων οὐσιῶν ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ ἄλλη, φησὶν, ἡ θεότης τοῦ υἱοῦ, ἄλλη δὲ ἡ τοῦ πατρός· ἵνα δείξῃ ὅτι μία ἐστὶν ἡ θεότης ἀμφοτέρων, ἐπάγει· ὅτι καταβέβηκα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. Notat Gregorius Nazianzenus eam phrasim vsitatam in scripturis esse, vt cum ex persona Christi Dauid dicit Psalm. 38. 5. *neque iniquitas mea, neque peccatum meum*, non significare se peccatum habere, sed potius non habere. Et eum dicit Daniel. cap. 9. 18. *Neque enim in iustificationibus nostris profertimus preces ante faciem tuam*, non indicat se iustificationes habere; sed potius non habere. Quæ interpretatio, si Christus, vt Deus loqueretur, vera esset, sed videtur, vt homo loqui, cum se dicat a Patre missum. Itaque melius, vt opinor, Cyrillus interpretatur, ita vt inquiat hic his verbis duas se habere voluntates, alteram cũ Patre communem, quatenus Deus est, alteram sibi propriam, quatenus est homo, non ergo descendisse de cœlo, vt humanam, sed vt Patris suamque, id est, diuinam faceret voluntatem. Hac ratione Eutychis refutatur error, vnam tantum in Christo voluntatem contitentis. Quid ergo? An humana Christi voluntas aliud quam diuina volebat? Hoc enim videntur hæc verba præ se ferre. Volebat quidem aliquando natura sua, vt Cyrillus exponit, quemadmodum in passione declaratum est: *Pater si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu.* Sed ratione, & coniunctione diuinitatis humanam Christus voluntatem cum diuina conformabat. Discimus ex Athanasio in lib. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ex Epiphan. hæres. 69. ex Gregorio Nazianz. oratio. 4. de Theologia, ex Idacio in lib. contra Varimad. cap. 8. Arianos hoc, & aliis similibus locis abuti solitos, Filium profecto Patre minorem esse, qui non suam, sed Patris fecerit volũtatem. Quomodo Gregorius, & Elias Cretensis respondent, diximus modo. Athanasius vero non, si Filius voluntatem Patris faciat, continuo sequi minorem esse Patre. Nam & de Patre dictum esse: *voluntatem timentium se faciet*, tamen minorem non esse iis, quorum dicitur facere voluntatem. Non potuit satis hoc facere hominibus arguris. Nam Deus dicitur quidẽ hominum facere voluntatem; sed non dicitur suam non facere; at Christus dicit se non suam, sed Patris voluntatem facere, quod nõ solum minoris, sed etiam serui videtur esse. Melius igitur Idacius, facere quidem Christum non suam, sed Patris voluntatem sed idipsum sponte, ac voluntate sua, non coactum facere; itaque non se quasi esse minorem. Subtilius etiã Epiphanius argumentum in Arianos retorsit, propter Christum dixisse se non suam, sed Patris voluntatem facere, vt alterum eorundem Arianorum refelleret errorem, non esse in Christo animam humanam, ac proinde nec humanam voluntatem. Nam in eo etiam eos errore fuisse auctor est non solum Epiphanius, sed etiam Athanasius dialogo 4. contra Arianos, & Augustin. in lib. de hæres. ad Quod vult Deum. cap. 49. & in lib. contra serm. Arianor. cap. 5. & in dialogo contra Felicianum Arian. cap. 3. & Cyrillus in epistola ad Successum Episcopum Hsauriæ. Vera solutio est hæc Epiphanij, quæ eadem, vt paulo ante dicebamus, Cyrilli hoc loco est, Christum tanquam hominem locutum esse, cum dixit, se nõ suam, id est, humanam, sed Patris, id est diuinam facere voluntatem. Quod non dicat voluntatem Patris, sed *voluntatem eius, qui misit me*, cum idem esset, & illud hoc clarius & breuius; ideo factum, quia rationem simul explicare voluit, quamobrem non suam, sed Patris voluntatem faceret, quia nimirum ad hoc ipsum a Patre missus fuerat, vt eius faceret voluntatem. quæ in hoc potissimum versabatur, vt quos ad se Pater mitteret, foras non eiiceret, sed reciperet, amplecteretur, seruaret. Id statim explicat.

Ariani quo modo abutantur hoc loco aduersus Filij æqualitatem.

Esa. 44. 15.

Ruperti error pejora vom

Christus tanquam homo locutus.

Ammonius locus ex manuscr. Catenæ.

Deus in Christo voluntatem efferuntem eò tùs Eutych. & Monotheliar.

Nominem perdit Christus.

Sup. c. 3. 18.

39. *Hæc est enim voluntas eius, qui misit me, Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo; sed resuscitem illud in nouissimo die.*] Gr. ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ. hæc autem est voluntas, quemadmodum & manuscripti codices Græci habent, & Augustinus, Theophyl. Euthymius, Rupertus. Quinquam Chrysostomus & Cyrillus videtur legisse ἵνα enim. Vtraque lectio congruum habet sensum. Si enim legamus, *Autem*, argumentum erit hoc. Ego descendi de cœlo, non vt meam, sed vt Patris facerem voluntatem; voluntas autem Patris est, vt ex iis, quos ipse ad me miserit, neminẽ eiiciam, neminem perdam; hoc ergo facere debeo. Si legamus *enim*, erit sic conformandum argumentum. Descendi vt facerem voluntatẽ Patris; ergo neminẽ ad me venientẽ eiicere debeo; hæc enim est Patris voluntas, vt eorum, quos mihi ipse dederit, neminem eiiciam, neminem perdam. Nominatim *omne*, Hebræorum more veluti absolutus est, non habens vnde regatur: Hebraismus sic est Latinè resoluendus: Ex eo omni, quod dat mihi Pater, nihil perdam. Cur dicat, *omne*, neutro genere, potius quam omnes, v. 37. ex Ruperto docuimus. Quod autem illic dixit: *Non ejciam foras*, dicit hic, *Non perdam ex eo*; perdere est non admittere, non iuuare, non facere quod in se est, vt ille, qui sibi a Patre dati sunt, non pereant. Nec enim perdere Christus dicitur, quia proptie perdit, sed quia non iuuat, & quia omnes, quantum in se est, adiuuat, neminem perdit. Qui dicitur a Patre Filio dari v. 37. docuimus. Causa nunc explicanda est, quare non simpliciter, ac generaliter dicat neminem se eiicere, neminem perdere, sed ex iis, quos sibi Pater dederit. Vtrumque dicere potuit, vtrumque enim verum est, & ex iis, qui illi a Patre dantur, & ex omnibus prorsus hominib. neminem perdere. Sed propterea de iis tantum loquitur, qui sibi a Patre dantur; quia qui non dantur, iam perditi sunt, *qui enim non credit, iam iudicatus est.* Loquitur etiam congruenter naturæ Filij, cuius officium est conseruare, quæ sibi a Patre tradita sunt. Laus enim

Quod sit foras eiicere.

Theod. 25.

Mat. 25. 21.

Mat. 25. 41

Theodori Mopsuest. locus ex manuscr.

Videri ibi valet, quod cognoscere.

Quia pro quamuis.

Vsus particulæ ὅτι.

Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Matth. 13. 13.

Dixit vobis, ad id refertur, quod v. 27. *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, & ad illud ver. 33. *Panis enim Dei est, qui de cælo descendit.*

Vidistis me? An omnes qui Christum videbant, eo ipso, quod videbant, in eum credere debebãt, sine vllo miraculo, sine vlla prædicatione, sine vlla institutione propter solum corporis aspectum? Nequaquam vero. Videre ergo hoc loco ponitur, eam Christi notitiã habere, quæ ad credendum in illum satis esset, quamquæ si aliqui alij habuissent, credidissent, vt apparet ex ver. 40. *Hæc est voluntas Patris mei, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Illic enim videre est cognoscere, etiamsi corpore nõ videris; alioqui qui enim oculis non viderunt, vitam æternam habere non possent, quod absurdum profecto est. Quemadmodum ergo multi, qui Christum oculis non viderunt, dicũtur vidisse eum, id est cognouisse; ita multi, qui eum oculis viderunt, dici possunt, non vidisse, quia non cognouerunt. Itaque videtur ex his duobus locis colligi posse, quod graues Theologi docuerunt, excusari eos, qui ideo in Christum non credunt, quia nullã de eo notitiam habuerunt: cum Christus fidem non nisi ab iis exigat, qui se viderint, id est, cognouerint, simile illud est: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* c. 15. 22.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non ejciam foras.] Quorsum hoc dicat, omnes fere consentiunt, reddi causam, cur illi, quibuscũ loquebatur, ad se non venirent, id est, in se non credẽrent. Ita fere Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylact & Euthym. At hoc non fuisset accusare eos, sed potius excusare, cum manifestum esse videatur eos accusare voluisse. Si enim venire ad Christũ non poterant, nisi a Patre darentur, & Pater eos non daret, culpa vacare videbantur, quod non venirent. Ita que potius credo eorum pertœsam accusari voluntatem, quod a Patre se dari non sinant, quod Patri nõ credant; si enim crederent, ad se venirent, id est, in se etiam crederent. Patrem enim Filio nõ dare, nisi eos qui maturi sint, qui idonei vt Christi discipuli fiant; idonei sunt, dũ Patri credũt de filio suo telt. ficant; quo minus credant, non nisi per ipsos stare. Perinde ergo est, ac si diceret, si vos Patris mei essetis, fi in illũ crederetis, vt gloriamini, ad me vtiq; veniretis, *omne* enim *quod* Pater habet, mihi dat, & omne quod mihi dat ad me venit. Hoc sensu videtur aliis, licet verbis Theodorus Mopsuest. interpretari. Certè Iudæorum culpam notari, quod Patris se fisterẽt voluntati; aperte dicit / Vt doctiu. beant, vnde vel hunc, vel alium fortasse meliorẽ sensum eliciant, eius adscribã verba:

διὸ καὶ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη, ὅτι ἡ τῶν πάντων συγχώρησις ἐπὶ τοῖς πιστεύουσιν ἦν καὶ οὐκ ἀνεξαιρέτως ἐδίδοτο πᾶσιν· ἐξ ὧν ἔδει τοὺς ἀκούοντας ἐπιστρέφειν ἑαυτοὺς καὶ πιστεύειν εἰς αὐτόν· ἐπειδὴ οὐκ ἐβούλοντο ταῦτα ποιεῖν, διὰ τοῦτο καὶ ἐλάμβανον τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' ἑαυτοὺς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ἀπεστερήθησαν τοῦ δοθῆναι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐκ ἐβούλοντο πιστεύειν.

Id est: Propterea hoc Iudæis dixit, quia omnium venia non ita data est, vt omnes indifferenter, & sine vlla discretione peccata remitterentur, sed ijs tantum, qui conuerterentur, & in eum credere vellent. Quia igitur hoc facere nolebant, ideo & causam accipiebant, quia per se ipsos non credebant, cum ipsis non esset datum credere. Quod sit a Patre dari, intelligitur ex versu 45. Et *erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me.* Dari ergo a Patre est docibili esse Dei; docibilem autem esse Dei est sinere se ab eo doceri, sicut statim exponitur audire, & discere; dari ergo a Patre est audire, & discere a Patre, id est, audire ab illo, & illi credere. Quia illi Patri nõ credebant, cum ab eo, & per Prophetas, & multis aliis modis audirent, non dabantur a Patre; quia non dabantur a Patre, non veniebant ad Filium. Indicat ergo le adeo coniunctum esse cum Patre, vt qui in vnum credit, in alterum credat; & qui in vnum non credit, nec in alterum credat, quantumuis credere videatur. Hoc est, quod aliis etiam locis argumentari solet, Iudæos in se non credere, quia in Patrem non credunt, vt capite quinto ver. 38. *Verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis* & capite octauo 54-55. *Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Pater vester est, & non cognouistis eum. ego autem noui eum; & si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax.* Quod neutro dixit genere: *Omne quod dat mihi Pater*, potius quam omnis, quemadmodum dicẽdum videbatur, cum de hominibus loqueretur, recte videtur Rupertus indicare, eo pertinere, vt maiorem significet vniuersitatem, quasi dicat, quidquid mihi Pater dat, ego admitto, quodcunque genus animalis, siue mundum, siue immundum, vt viso illo Petri declaratum est, Actor. 10. 12. 15. cum illi cœlesti dictum est voce: *Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.* Quodcunque genus hominum siue Iudæorum, siue Gentilium. Quod autem addit, *& eum qui venit ad me, non ejciam foras*, eo etiam pertinet, vt ostendat, eiusdem se, atque Patrem esse voluntatis; & quemadmodum per Patrem non stat, quo minus ad se omnes homines veniant; ita per se non stare, neminem enim venientem repellere, neminem reiicere.

Quid sit foras eiicere, non omnibus conuenit. Augustinus & Beda de cœlo interpretantur, quasi promittat se Christus eum, qui ad se venerit, de cœlo, id est, de cœnaculo illo magno, vbi cœna illa nuptialis fuit, in tenebras exteriores eiectorum non esse, quem admodum ille, qui vestem nuptialem non habebat, eiectus est. Matth. 22. 12. *Quale est intus illud*, inquit Augustinus, *vnde non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce secretum. O secretum sine tædio, sine amaritudine malorum cogitationum, sine interpellatione tentationum, & dolorum. Nonne illud secretum est, quo introibit ille, cui dictum est Dominus tuus? Intrede gaudium Domini tui?* Atrinde dicit se Christus non eiecturum foras, quoad se venite dixerat, qui sibi a Patre datus esset; cum autem dicit, *ad me venit*, non significat ad se in cœlo, vbi fides non est, sed in hac vita per fidem venire; ergo cum dicit, *non ejciam foras*, non de cœlo, sed de hac loquitur vita.

Eadem ratione non videtur interpretatio Cyrilli conuenire de supremo iudicio hoc intelligenti, quasi tunc se Christus non eiecturum foras dicat, cum dixerit *Ite qui a sinistris estis: Ite maledicti in ignem æternum.* Non enim illuc homines ad Christum per fidem venient, de quo hic aduentu loquebatur: Simile est, q alij quidam dicunt, *non ejciam foras*, postquam eum recepero, sed dabo illi perseuerantiam, de solis hoc prædestinatis interpretantes, quod alienum prorsus a mente Christi videtur esse. Verum ergo sensum esse arbitror, quem Rupertum secutum esse video, neminem ad me venientem repellam, omnes admittam, omnes amplectar; quemadmodum si publicus

dicat

enim est filij nihil de paterna hæreditate minuere. Ita- A
que Naboth ille non est veritus Regi respondere,
Propitium sit mihi Dominus ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. 3. Reg. 21.3. Illi autem, quos Pater ad Filium adducat, quasi hæreditas eius sunt. Sicut populus ille verus, quem sibi Deus aggregauerat, eius hæreditas vocabatur. 1. Reg. 26. 19. & 1 Reg. 14. 16. & 20. 19. & 21. 5. & 4 Reg. 21. 14 Esther. 10. 12. & 15. 15 & 14. 9. Psal. 27. 9. & 32. 12. & 67. 10. & 77. 62. 71. & 134. 11. Eodem enim modo Christianus populus hæreditas Christi dicitur illi à Patre data. *Dabo*, inquit, *gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ* Psalm. 2. 8 Quæ cum ita sint, qui, idque ad explanationem huius loci non nihil pertinet, quorsum de resurrectione mentionem faciat. Causam Chrysostomus hanc reddit, vt osteuderet se non præsentium modo rerum, sed etiam futurarum habere prouidentiam. Voluit, vt mihi videtur declarare, quid esset non perdere quenquam ex iis, quos Pater sibi dederit, nempe et recipere illum, & quantum in se est, fouere, tuaque, conseruaque, & vsque ad portum salutis ducere, hæc est resurrectio; propterea dicit, *sed resuscitem illud in nouissimo die*. Quêadmodum si nauclerus vectoribus dubitantibus, an in eius nauim ascendant, dicat, nolite diffidere, quicunque mecum venire volent, eos ego vsque ad portum incolumes veham. Quid enim ij, qui à Patre Filio non dantur, non suscitabuntur? Suscitabuntur quidem generali illa resurrectione omnium; sed nõ propria iustorum. Duplicem enim resurrectionem esse; alteram, qua à peccato, alteram, qua à morte corporis homines resurgant, sicut duplex est mors, altera animæ, altera corporis, vt docet D. Ioannes Apocaly. cap. 20. 5. Omnes ergo homines à morte corporis resurgent; à morte corporis simul, & animæ nõ omnes. Qui solo corpore resurgunt, non nisi vna parte resurgunt; ideo videntur significari hoc loco non resurrecturi. Qui autem corpore simul, & animo resurgunt, quia vtraque resurgunt parte, absolutè, & vere, si cũ cæteris comparentur, resurgere dicuntur. Hoc modo licet minus explicate Augustinus, Ammonius, Theophylactus, Beda, & Euthymius interpretantur, nisi quod illi solent dicere bonos absolutè resurgere, quia ad vitam æternam resurgant; malos ita resurgere, vt resurgere non videantur, quia ad supplicium, mortem quæ resurgant, τοὺς δὲ ἀναστησομένους ἀνάστασιν, μόνον δὲ κατὰ τὸ σῶμα ἀναστήσεσθαι, inquit hoc loco Ammonius. Notat Theophylactus resurrectionem, quã *proprie vero* ipse vocat, & ἀναστασιν, id est, communem, & generalem vocat, dicit ἀνάστασιν resurrectionem apud D. Paulum; eam vero, qua soli resurgant boni ἐξαίρεσιν, ἀφ' ὧν τοὺς ἁγίους ἐκαλεσεν, *exurrectionem* appellat, *propter elevationem à terra*. Id est, quia boni tapientur *in aera obviam Christo*, mali in terra damnati remanebunt. Videtur etiam mihi aliquid esse causæ, quamobrem Christus bonos, non malos dicatur suscitare, cum nõ solum bonos, sed etiam malos ipse idem sit suscitaturus. Nimirum quod boni ad vitam æternam resurgant, consecuti sunt beneficio meritorum Christi, ideo Christo propria quadam ratione eorum resurrectio attribuitur. Probat Leonius ex hoc loco diuinitatem Christi, eiusque & Patris æqualitatem, quia sicut Pater in scriptura dicitur suscitaturus mortuos, Actorum 26. 8. & 1. Corinth. 6. 14 & 2. Corinth. 1. 9. ita Christus dicat se mortuos suscitaturum. Hoc est, quod alio loco dicit: *Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat, ita & Filius, quos vult, vivificat.* capite quinto, versu 21.

40. *Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Melius hoc loco legerur: *Hæc est enim voluntas Patris mei*, quemadmodum Augustinus, Cyrillus, Beda, & Rupertus legunt, & multi etiam Græci manuscripti codices habent. Redditur enim causa proximorũ verborum, cur dixisset, *sed resuscitem illud in nouissimo die*. Nimirum quia voluntas Patris est, vt omnis qui in Filium credit, suscitetur, & viuat. Sic enim Christus propria quadam ratione, vt superiore versu dicebamus, iustos dicitur suscitare, quia illis ipse meruit, vt ad vitam æternam suscitentur. Quia corpus, & membra erant Christi: itaque cum Christo, id est cum suo capite resurgant, & in cœlum ad eandem vitam æternam ascendant. Quid vero est, quod dicit, *Omnis qui videt*, supra v. 36. diximus, videre esse cognoscere, aut notitiam habere, ideoque adiectum videri, vt significetur mirum non esse, si non credant in Christum, qui nullam eius notitiam habuerunt. Quinquam illic alio, quam hic vsus est verbo, illic dixit ἰνα βλέπῃ, vi dictus, hic dicit θεωρῶν contẽplans, quod verbum adnotauit ex Trismegisto Firmianus: est ũ propriè esse diuinarum. Quod autem quidam verbo nudã Christi fidem sine operibus, quales dæmones etiam habent, notari putant, non satis probant, & male sonat. Quomodo omnis qui credit iam habeat vitam æternam, supra v. 29. & c. 5. 16 explicauimus.

41. *Et murmurabant Iudæi.* Non tam murmurabant, vt apparet, quod se panem appellasset, quam quod se de cœlo dixisset descendisse, hominem cuius patrem vt ipsi dicunt v. 42. matrem que, fratres, & sorores ipsi cognoscerent. Et si Augustinus tract. 26 Beda, & Theoph. propterea murmurasse putant, quod se panem appellasset. *Ideo murmurabant*, inquit Beda, *quia panem hunc non intelligebant, panem hunc non esurichant, hunc panem non amabant. Nam si amarent, vtique non murmurarent.* Euthymius vero existimat, idem que Theophylactus videtur significare propterea murmurasse, quod, cũ ipsi panem ab eo corporeum expectarent, spirituale eum panem promittere videret, quem, vt Augustinus & Beda dicunt *non esurichant*. Animadverterunt Chrysostomus, & Euthymius paulo ante, cum pane illos corporeo saturasset, statim clamasse verum illũ Propheram esse, qui in mundum venturus erat, v. 14. nunc cum illis meliorem, id est, cœlestem promittit panem, quem qui edat, non iterum esuriat, murmurare. Recte Cyrillus ait, videri sibi in veteres sub Moyse Iudæorum mores, & nouos sub Christo intuenti eos quasi hæreditatem à patribus suis murmuratione accepisse, nam & illos in deserto nunc propter cibum, nunc propter potum passim murmurasse.

42. *Et dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* Ioseph filium appellant ex vulgari opinione. *Putabatur* enim *filius Ioseph* Lucæ 3. 23. Videntur satis intellexisse Christum, cum se de cœlo descendisse dixit, significasse se verum filium Dei esse, qui non è terra, sed è cœlo originem habuisset. Propterea enim dubitant, quomodo de cœlo descenderit, cum patrem ac matrem in terris habeat, vt ait Ammonius, ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὅτι ἐκ μητρὸς καὶ πατρὸς ἐπίγειον ἔχει τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου τὸν ἐν αὐτῷ θεὸν λόγον, ὃν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε καὶ ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἢ οὐκ ἐκ παρθένου γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ παρθένου προελθόντα καὶ σαρκωθέντα. Potest dubitari, quomodo Capharnaitæ Ioseph, & Mariam Christi matrem cognoscerent, cum non in Capharnaum, sed in Nazareth soleremt habitare? Primum vbi est illæ duæ non longe distabant. Deinde necesse non est, vt intelligamus eos, qui hoc dicebant, fuisse Capharnaitas, poterant esse Nazareni, aut ex vicinissimis locis eius vrbis, qui illocti miraculis Christum sequerentur.

Denique Ioseph & Mariam sæpe fuisse in Capharnaum, illicque vulgo, aut propter se, aut propter Chri-

Christum notos fuisse credibile est. Nam & cap. 2. 12. A
Christum cum matre, & fratribus suis dicitur descendisse in Capharnaum, illicque per aliquot dies fuisse, estque vero simile illic matrem reliquisse, dum ipse veniret Ierosolymam ad agendum diem festum, vt Euangelista videtur significare. Simulà Iudæorum murmuratio narratur apud Matthæũ, c. 13. 55. & apud Marcum, c. 6. 3.

44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum.* Videndum qualis hæc sit ratio, deinde quis verborum sensus. Cum videatur probare volusse non debere Iudæos murmurare, non satis apparet, quomodo ista ratione probet, quod nemo possit ad te venire, nisi Pater traxerit eum. Inde potius videtur sequi minime non esse, si ad Christum illi non venirent, sed de illo potius murmurarent, quia à Patre non trahebantur. Quo ergo modo murmurare desinent, si non trahuntur? Hæc quidem interpretum nemineni attigisse video, mihi vero contexta oratio videtur esse, ideoq; subobscura: hæc clariora si nonnulla subintelligamus verba. Perinde ergo intelligendum hoc est, ac si Christus diceret: Nolite murmurare de iis, quæ non intelligitis, ideo autem non intelligitis, quia à Patre meo non trahimini, *nemo* enim *potest venire ad me*, quod est intelligere, ac credere, *nisi Pater meus traxerit eum*. Verbum, *venit*, notarunt quidam interpretes non temotam, vt Philosophi vocant, sed proximam actu potentiam significare. Nam etiam qui à Patre non trahuntur, potentiam habere naturalem, vt si à Patre trahantur, ventaturi ad potentiam remotam esse, necactum eos reduci posse, nisi gratia trahentis Patris adiuuetur. Quemadmodum ante quam lumen ad videndum habeamus, naturalem habemus videndi facultatem, sed nisi ea facultas lumine iuuetur, videre ea pia non possumus. Sic se prorsus habet liberum arbitrium, quia naturalis in bonum, & malum facultas est. Sed in malum per se solum valet: in bonum non nisi gratia iuuetur. Vera hæc sunt. Venire quid sit, ver. 37. declarauimus. Venire est credere, vt versu postea 65. explicatur de verbo *traxerit* maior est quæstio. Cum multiplicem vim id verbum habere possit: hæretici eam solam arripuerunt, quæ vna poterat absurdam efficere sententiam. Significat aliquando vim quandam, atque coactionem. *Cum vadis*, inquit, *eum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab eo, ne forte trahat te ad iudicem* Luc. 12. 58. quanquam illic κατασύρῃ est, hic ἕλκῃ, sed sensu eodem. *Et non valebant illud trahere præ multitudine piscium*, Ioan. 21. 6. vbi idem, quod hic, est verbum ἕλκυσαι, itemque ver. 11. *et traxit rete in terram*. & Act. 21. 30. *Actus trahit Paulum: trahebant eum extra templum*: & Iacob. 2. 6. *Ipsi trahunt vos ad iudicia*. Quibus locis omnibus idem verbum ἕλκειν, quod hoc etiam loco ponitur, manifestum est vim quandam significare. Hanc igitur verbi significationem & Manichæi olim, vt Chrysost. hom. in Ioan. 45. & Theophyl. in commentariis docent, & nouo nunc hæretici Lutherani, & Calviniani præripuerunt, nullum relinqui liberum arbitrium, quando vi homines trahantur. Itaque nobis quidam eorum interpres hoc epiphonemate commentarium in hunc locum concludit. *Comedit ergo liberum hominis arbitrium, & virtutem humanarum facultat.* Vt hanc refellamus interpretationem, docendum primis est, aliquando hoc idem verbum non vim, non coactionem, non necessitatem significare, neque referit quicquam vtrum Græce ἕλκειν, an ἕλκυειν legatur, eiusdem enim, vt diximus, significationis sunt. Si enim nihil aliud quam vim repetitur significare, idem hoc loco videbitur significare tam aliquid aliud

Trahendi verbum vi semper non necessitatem significat.

Virgil. Eclo. 2. Te pro ri-chia pasta.

Psal. 36. 4.

Liberum arbitrium in malis per se solum valet, in bonis nisi gratia iuuetur.

Quid sensi sectatores Manichæi.

Arrogantia et malitia Lutheranorum.

aliquando significat, probabile erit & hoc loco, aliud significare. Quod si probauerimus, satis hæreticorũ interpretationem refutabimus. Prou. 7. 21. *ignorans, quod ad vincula stultus trahatur*, non enim adulescens, de quo loquebatur, vi, sed meretricio amore trahebatur. & Cant. 1. 4. *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum*: & Osee 11. 4. *in funiculis Adam trahebam eos*, id est, non vi, sicut trahi leguntur boues solent; sed amore & benignitate, vt statim explicat. *In vinculis charitatis* Apoc. 12. 4. Draco tertiam partem stellarum traxisse secum dicitur, vi vique non traxit, sed exemplo. Idem constat ex vsu loquendi, trahi dicimur, non solum cum cogimur, aut impellimur; sed etiam cum ducimur, & conamur, mimo & cum voluptate allicimur: *Trahit sua quemque voluptas*, dixit olle, & trahi nos ft dicit laudis alter egiegius bene dicendi artifex dixit. Obseruatum hoc ipsum D. Augustinus tractatum hunc locum in 26. & seemone 2. de verbis Apost. *Nolite cogitare*, inquit tract. 26. *inuitum trahitur animus & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba proponũnt, & à rebus maximis diuinis longe remoti sunt, iudex sit quarum sanctarum euangelio verbo forsitan reprehendamur, & dicatur nobis, quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico, parum est voluntate ire, etiam voluptate trahero. Quid est trahi voluptate? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quidam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cœlestis. Porro si potest à dicere licuit, Trahi sua quemque voluptas, non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio, quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur sum? vita? Et infra: Ramum viridem ostendis oui, & trahit illum. Nucem putamen demonstratur, & trahitur. Et quod currit trahitur, amando trahitur, sine ullum corpore is trahitur, cordis vinculo trahitur. Sic ergo ista, quæ inter delitias, & voluptates terrenas cantantur, amantibus trahunt, quoniam verum est Trahit sua quemque voluptas, non trahit res ultra Christus à Patre? Quidenim? fortius desiderat anima, quam veritatem? Et sermo. 2. de verbis Apost Nemo, inquit, venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Non dixit, dixerit, sed traxerit. Ita vult: nitatem carni. Quid ergo mirarus? crede, & venies, ama, & trahitur. Nã arbitrem ipsum asperam, ma lestam, violentam? dulcedo illa, suauitas ipsa fruentis te trahit. Nonne cum trahitur, cum efferitur, thorea monstratur? & puto, quia non corpore imperatur, sed delectatio collocatur. Sic ergo venias ad Christum, noli longe ultra credere. Vbi credis, ibi venis. Ad illam enim, qui vbique est, amando venitur non ambulando.*

Ostendimus trahendi verbum non semper vim, necessitatem; significare; probandum nunc est ita etiã hoc loco accipi, vt vim non significet, sit necessitatem. Primum videamus, quomodo Pater trahat. Trahit nimirum sicut Rex illes, qui nuptias filio suo fecisse dicitur Matt. 22. 2. Rex enim ille Deum procul dubio significabat, qui Christo filio suo nuptias faciebat. At ille non cogendo, sed inuitando homines traxit. Si enim coegisset: Omnes venissent; at multi venire noluerunt; illi ergo ipsi, qui venerunt non coacti, non necessitate vlla compulsi venerunt. At dicit ipse, *Compelle intrare*, Luc. 14. 23. Illa ipsa compulsio nihil aliud quam diligentem, vehemẽtem que exhortationem significat populari genere loquendi, quo cõpelli nos dicimur, cum vehementer rogamur. Non alius opus est argumento, quam quod eidem illi, qui tracti à Patre non sunt, hoc ipso loco, & alijs pene innumeris reprehendantur, quod ad Christum venire noluerint; venire igitur potuerunt: & cum nemo ad Christum nisi trahente Patre venire possit, & trahi potuerint, si voluissent; quia ergo tracti sunt, ideo tracti sunt, quia trahi voluerunt; non ergo aut coacte, aut necessario, sed libera voluntate tracti sunt.

Tene-

Tenemus verbum trahendi hoc loco non violentiſ, A
aut neceſſitatem vllam declarare. Reliquum eſt, vt
quæramus, quam hic vim habeat; nec enim ſine cau-
ſa credendum eſt eo potius verbo quam alio Chriſtũ
vſum eſſe. Graues auctores ſunt, qui exiſtiment etiam
hoc loco violentiam quandam ſignificare, non qui-
dem eiuſmodi, vt libertatem tollat arbitrij, qualem
hæretici ſomniant, ſed eiuſmodi vt ſignificetur ma-
gnum eſſe pondus hominis peccato mortui, quale
ſoleret eſſe non cadauerum, ſed hominum grauiter æ-
grotantium, qui quo minus habent vtium, eo plus
habent ponderis, maiore, vt moueantur, opus eſt ni-
ſu. Qui penitus mortuus eſt, nullam habet, qua mo-
ueri poſſit facultatem. Itaque ſi mouendus eſt, ſola vi
externa ægritis mouetur, neceſſe eſt. Qui motus pro-
prie violentus eſt, quia paſſum, vt Philoſophi tradũt,
vim ad eum motum nullam confert. Huiuſmodi ca-
daueri hominem peccatorem illis antẽ omnes ſunt
peccatores Caluiniſtæ, & Lutheriani ſimilem facitis;
tanquam truncum, aut ſaxum à Deo moueri, actu
hominis ipſius agere, nihil conari, nihil conniti, quin
contra reſiſtere, renitique. Qui vero ſanus omnino
eſt, is ſuis ipſe viribus, ſine vllo externo adiumento
mouetur, cui imilem Pelagiani faciebant peccato-
rem, ſanum, fortem, vegetum, qui ſolis liberi arbitrij
viribus ſine gratia Dei ad Deum, cum vellet, venire
poſſet. Vtraque hæreſis ex hoc ipſo, in quo verſatur,
loco refutatur. Illa quemadmodum paulo ante di-
ctũ eſt, hoc loco refutatur. Sed quia aperte Chriſtus docet neminem
non tractam, id eſt, non adiutum, vt leuiſſime inter-
pretemur, à Patre venire poſſe. Itaque omnes, qui ad-
uerſus Pelagianos diſputarunt, hoc vſi ſunt loco, Au-
guſtin. in lib. de prædeſt. ſanct. cap. 8. & lib. 1. contra
duas epiſtolas Pelagianor. cap. 1. & 19. & lib. de gratia
& lib. arbit. cap. 5. & epiſt. 107. Hieronym. libr. 3. contra
Pelagian. Proſper in epiſt. de lib. arbit. ad Ruffinum,
& frequenter in lib. contra Collatorem. Semper Ec-
cleſia media inter duos hæreticos, vt ait Tertullian.
ſicut Chriſtus inter duos latrones crucifigitur. Homi-
nem peccatorem, neque ſanto, neque mortuo, ſed æ-
grotoſimilem dicit, qui habeat quidem aliquid na-
turalium vtrium, ſed non tantum, vt gratia non adiu-
tus venire poſſit: venire tamen adiutum, & ipſum a-
liquid agentem: quia tamen ægrotat, magno opus
eſſe adiumento gratiæ, vt moueatur, & adducatur ad
Chriſtum, grauitatem illam, & pondus hominis e-
languidi verbo trahendi declarat. Non quod vere,
proprieq; trahatur, cum aliquid ipſe conferat, ſed q
tam multũm ponderis, tam parum habeat vtium,
vt trahi quodammodo videatur. Scientiſ igendum,
quod Hieronymus ait libro 3. contra Pelagian. *Simul*
& hoc, inquit, *animadvertendum, quod trahitur, non ſponte*
currit, ſed aut retrectãs & tardus, aut inuitus adducitur. Qui
non poteſt ſuis viribus, & labore venire ad Ieſum, quomodo po-
teſt omnia ſimul peccata vitare? Hoc, inquam, dicere Hie
ronymus voluit, cum dixit retrectantem, tardum, in
uitum hominem trahi, magna vi trahi, quali grauem
& motho hominem. Sed hoc ipſum iis dixit verbis, qui
bus liberum arbitrium tolli videatur, quia contra Pe
lagianos nimios liberi arbitrij defenſores diſſerebat.
Cæterum liberum arbitrium Hieronymum poſſuiſſe
ex ſexcentis eius locis perſpicuum eſt, & ne hæretici
quidem ipſi negant. Legat, ſi quis hoc ignorat, epi-
ſtolam ad Cteſiphontem; legat illos ipſos tres aduer
ſus Pelagianos à Hieronymo conſcriptos libros. Ea-
dem ratione intelligendum, quod ait Auguſtin. ſer-
mone 2. de verbis Apoſtoli, violentiam, qua trahi di-
cimur, cordi fieri, non carni. Violentiam enim vocat,
non quod vis nobis inferatur, ſed quod magno opus
ſit adiumẽto vt à peccato trahamur. Simile eſt, quod
Ammonius, Chryſoſtomus, & Theophylactus do-
cent non tolli trahendi verbo liberum arbitrium,
ſed ſignificari magno nobis Dei auxilio opus eſſe. Am
monius quidem nondum in lucem exiit, adſcribam verba,
quæ eadem fere Theophylactus ex illo tranſtulit in
ſuos commentarios, τὸ δὲ ἕλκειν οὐκ ἀναιρεῖ τὸ ἑκούσιον
τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ δείκνυσι τὴν θείαν ἀνάγκην ἐπιτιθεμένην τῷ
ἀνθρώπῳ πρὸς τὸ ἀγαθόν. *Trahere non tollit hominis voluntatem,*
ſed oſtendit diuinam neceſſitatem impoſitam homini ad bonum.
Aliæ etiam in eo verbo mihi videntur poſſe vis eſſe,
vt neceſſitatem quandam ſignificet, quæ modi quidẽ
proprietas eius poſtulat, non neceſſitatem, quæ ab-
ſolute imponatur iis, qui à Patre trahuntur; ſed quæ
ex hypotheſi inferatur. Pater trahat neceſſario homi-
nes ad Filium hoc ſenſu, quia quiſquis nouit Patrem
& in eum credit, neceſſario ad Filium venit. Hun?
enim eſſe ſenſum videntur verba illa, quæ ſequũtur
indicare. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.*
Vulgaris, & moleſta quæſtio eſt, cur Pater non om-
nes ad Chriſtum trahat? Tribus modis ab auctoꝛib.
reſponderi video. Ammonius, Cyrillus, Theophyla-
ctus, & Euthymius reſpondent, non omnes trahi,
quia non omnes digni ſunt. Quod nimis affine eſt Pe
lagianorum errori. Quaſi vero homo antequam per
gratiam ad gratiam ipſam trahatur, mereri poſſit gra
tiam, quod eſt dignum fieri, qui trahatur. Auguſti-
nus, & qui eius de prædeſtinatione ſententiam ſe-
quuntur, in prædeſtinationem referunt, hunc trahi,
illum non trahi, quia hic prædeſtinatus fuerat, ille
non fuerat. Itaque non magis quærendum eſſe, qua-
re hic trahatur, ille non trahatur, quam quare hic præ
deſtinatus fuerit, ille non fuerit. Necenim eius rei
quærendam eſſe cauſam, quæ præter diuinam volun
tatem cauſam nullam habeat. In hanc enim ſenten
tiam Auguſtinus dixit, quod omnium ore decantatur. *Quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat,*
& illum non trahat, nolle iudicare, ſinon vis errare: Sentl
accipe, & intelligе. Non trahit inuitum ſed trahendo. De prædeſ-
tinationis cauſa non diſputo. Is auctor eſt Auguſti-
nus, vt eius ſententia ſi vel nulla ſcriptura, nulla ratione, nullis alijs auctoribus probaretur, ſola perſo-
næ reuerentia ſatis magnam auctoritatem mereretur. De huius loci interpretatione ago. Aliud certè
videtur eſſe quærere, quare hic prædeſtinetur, ille nõ
prædeſtinetur, quod hoc loco non quæximus, aliud
quare Pater hunc trahat, illum non trahat, quod ad
explanandum hunc locum neceſſarium eſt quærere.
Nam etſi omnes, quos Pater prædeſtinauit, trahit,
tamen nec trahere idem eſt, quod prædeſtinare, ne-
que proprius prædeſtinationis effectus, cum multi
non prædeſtinati trahantur. Nec enim hic agitur,
quomodo homines ad vitam æternam, quæ prædeſ-
tinationis finis eſt, ſed quomodo ad Chriſtum per fi-
dem trahantur, quam multi vtique non prædeſtina-
ti ſuſcipiunt. Ratione ergo cur hic trahatur, ille nõ tra-
hatur, non eſt, quod hic prædeſtinatus ſit, ille non ſit.
Itaque quidquid de prædeſtinationis cauſa ſentien-
dum ſit, de qua non eſt huius loci dicere, certe proba
bilior, & magis expedita reſponſio aliorum auctoꝛ-
um eſt hunc trahi, illum non trahi, quia hic tractan-
tem Deum ſequi voluit, ille noluit.

Quod ipſe D. Auguſtinus de duobus hominibus
Pharaone, & Nabuchodonoſore, quos ambos Deus
eodem modo, eadem vi conatus eſt trahere, coactus
eſt confiteri lib. de prædeſtinatione, & gratia, cap. 15.
Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad di-
gnitatem, ambo Reges; quantum ad cauſam, ambo cauſam
populum Dei poſſidentes, quantum ad pœnam, ambo flagella
clementer admoniti. Quid ergo ſimes eorum fecit eſſe di-
uerſos? niſi quod vnus manum Dei ſentiens in retardatione
propria iniquitatis ingemuit; alter libero contra miſericor-
diam

diam Dei veritatem pugnauit arbitrio. Cur ergo de o- A
minibus non dicamus, quod ille de duobus dixit.

45. *Erit ſcripti in Prophetis, & erũt omnes docibiles Dei.*]
Probat propheratũ teſtimonio, quod dixerat nemi-
nem poſſe venire ad ſe, niſi Pater eum traxerit, vt Cy-
rillus, Theophylactus, & Euthymius interpretantur.
Probat autem non totam ſententiam, ſed eius partem.
Necenim Prophetæ dixerant fore, vt nemo ad Chri-
ſtum venire poſſet, niſi Pater eũ traxiſſet, ſed dixerant
fore, vt Deus ſuos doceret, id eſt traheret: nec dixerãt
verbis iiſdem, ſed eodẽ ſenſu. Quod dicit in prophe-
tis ſcriptum eſſe, plerig; putant in ſolo Iſaia id reperiri
c. 54. 13. *Omnes filij tuos doctos a Domino.* Chri-
ſtus autem, aut Euangeliſta, non verba, ſed ſenſum cita-
pit, *Erũt omnes, docibiles Dei.* Itaq; pluraleꝫ numerum B
Hebraorum idiomate pro ſingulari poſſimus eſſe, *in*
prophetis, id eſt in vno propheratum, ſicut *Habet aut in*
tribubus Aomon id eſt in vna ex tribibus. Alij ad plures
propheras referunt, qui nõ iiſdem verbis, ſed ſenſu ta-
mẽ eodem dixerant fore, vt homines à Deo docerentur. Ier. 31. 33 34. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, &*
in corde eorum ſcribam eam; & ero eis in Deum, & ipſi erunt
mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum ſuum,
& vir fratrem ſuum dicens: Cognoſce Dominum, & Ezech.
11. 19. & 18. 31. & 36. 25. 26. *Dabo vobis cor nouum, & ſpi-*
ritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum
de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & Ioël. 2. 28. *Ef-*
fundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. Pondus ha-
bet, quod dicit, ſcripturn eſſe, quaſi dicat negari, aut C
ignorari nõ poſſe, eſſe apud prophetarum literis con-
tignatum, quod plus eſt, quam ſi ſimpliciter dictũ eſſe
diſſet à Prophetis. Plus enim auctoritatis ſcriptur,
quam verbis adhibetur. Sic dixit c. 5. 47. *Si autem illius*
literis non creditis, quomodo verbis meis creditis? Quod ſe-
quitur, *Et erunt omnes docibiles Dei*, Græce eſt, καὶ ἔσονται
πάντες διδακτοὶ θεοῦ. Et erũt omnes docti Dei. Quod etſi
contendunt quidã plus eſſe, quam διδακτοὶ θεοῦ, *docti Dei*, id eſt
diſcipuli Dei, quod plus eſt, quã docilem eſſe Deo, pau-
lo vero minus, quam doctum eſſe. Quod intelligens
fortaſſe noſter interpres neq; dociles, neq; doctos, ſed
docibiles vertit, nõ eos ſignificans, qui docere poſſunt; D
ſed eos, qui doceri tanquam diſcipuli à Deo debeant.
Malui patum Latine, quam patum fideliter ſenſum
exprimere. Necenim declarantur his verbis, meo qui-
dẽ iudicio, quid aut fiat ipſa, aut fieri ab hominib.
poſſit, hoc eſt aut ipſius ipſa à Deo doceri, aut do-
ceri poſſe: ſed quid Deus remote Euangelij, quan-
tũm in ipſo erat, facturus eſſet, & quid inter legem no-
ſtam, & veterẽ intereſſet, quod in veteri homines, per
prophetas, per ſacerdotes, per ſcripturam in noua per
Spiritum ſanctum poſſimum docerentur, vt ex lere.
Iſai. & Ezechielis teſtimonijs perſpicuum eſt. *Ipſe*, in-
quit, *non docebit omnes*: & cur non, *ipſe vos docebit omnem*
veritatem, Omnes nimirum dato, ſi tales que in corda E
hom. num Spiritu ſancto dictarus eſset. Itaque ſupe-
nacanea eorum videtur labor, qui multis verbis hoc
loco diſputãt, quomodo omnes à Deo doceantur, aut
omnes diſcipuli Dei ſint, cum tam multos videamus
ne ab hominibus quidem doctorin ignorantiæ tene-
bris remanere. Docentur omnes à Deo, quantum in ſe
ipſo eſt, ſi non illuminat omnes homines, venientes in hunc
mundum. Docetur omnes à Deo, quod attinet ad legis
Euangelicæ conditionem, quæ eius naturæ eſt, vt in
cor le ponius quam in charta, & atramento conſtitat:
& ab Spiritu ſancto patiur, quam ab vllo alio magi-
ſtro imprimatur animis. *Nõ neceſſe habeat*, inquit Ioan-
nes, 1. epiſtola cap. 2. 27. *vt aliquis doceat vos, ſed ſicut*
vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt
mendacium. Ad hunc ferme modum Theophylactus: Οὐκ
ἀναγκαῖον ἔχειν τινὰ διδάσκαλον, ἀλλὰ πάντας τοὺς θεοδιδάκτους
Non neceſſe eſt habere aliquem magiſtrum, ſed omnes eſſe Deodoctos.
Quæ eadem ſunt Chryſoſtomi, & Ammonij verba in
Catena Græcorum, ex quo fampſiſſe Leonium cre-
dendum eſt, Theophylactus ex eodem quidem fam-
pſit, ſed ſecundam tantum interpretationem, ἀκούσας
παρὰ τοῦ θεοῦ τὸν Πατέρα πάντες, *audientes à Deo Patrem omnes,*
hoc eſt qui volunt. Hanc interpretationem multo magis probo, quam illam Au-
guſtini: Docetur omnes à Deo, non quia omnes doce-
antur, ſed quia ex omni hominum genere docentur
aliqui, aut quod nemo ex iis, qui docentur, non ab eo
doceatur, de quibus diximus ca. 1. ver. 9. Si quo modo
præter eum, quem modo diximus reſtringẽda ſenten-
tia eſt, ad eos reſtringenda eſt, qui ſunt in Eccleſia. De
iis enim proprie apud Iſaiam Deus loquebatur: ij ſoli
docentur, qui ad Eccleſiam, id eſt ad ſcholam Dei ve-
nire volunt. Qui extra hanc ſunt ſcholam, aut vocem
Dei non audiunt, aut non intelligunt. Recteq. Hila- *Can. 11. in*
rius ſolos diſcipulos Chriſti, qui in eadem eũ illo na- *Matth.*
ti erant, inter illos ea, quæ ab ipſo dicebantur, cæte-
ros, qui extra erant in hiſtore, non intelleciſſe, Mar. 13.
2. Omnes ad ſcholam vocantur. *Venite Filij, audite me, Pſal. 33. 12.*
timorem Domini docebo vos. Qui nõ veniunt, properea
non veniunt, quia nolunt; quare, ſi non docentur, eo-
rum eſt culpa.

Omne, qui audit à Patre & didicit, venit ad me.] Quaſi
dicat, Omnis, qui à Patre docetur, venit ad me. Hoc e- C
nim eſt audire & diſcere à Patre ab eo doceri. Perinde
ergo eſt, ac ſi diceret, nemo venit ad me. Conſulto vi-
derur duo co.nunxiſſe verba audire, & diſcere: quia
non omnes, qui audiunt, diſcunt, vt Ammo. & Theo-
phylactus obſeruarunt. Omnes enim audiũt, *In omnẽ* *Pſal. 18. 5.*
enim terram exiit ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver- *Ro. 10. 18.*
ba eorum. & *illuminat omnem hominem venientem in hunc* *Ioan. 1. 9.*
mundum; & *Sup. montis ſuper prædicat, in plateis dat vocem* *Prou. 1. 20.*
ſuam, ſed non omnes diſcunt, quia diſcere eſt credere, *& 8. 2.*
& non omnes volunt credere. Adnotanr hoc ipſum
Latinus. *Audit* potius dixit quam vidit, ſicut dixerat,
eum de Filio loqueretur v. 40. *Omnis qui videt Filium,*
& credit, quia illic de miraculis agebat, ex quib. Chri-
ſtus cognoſcebatur hic agit de doctrina. Miracula au-
tem videntur, doctrina auditur. Multis autem modis *Quam multis modis loquatur nobis Deus audire noſtrum.*
Deum in nobis animi noſtri loquẽtem audimus. De
ea enim hic voce agitur, quæ animi, nõ de ea, quæ cor-
poris auribus hauritur. Primum audimus, cum ratio
ipſa nos docet aliquid, quod ad ipſum pertinet: de-
inde cum nobis intus ipſe reuelat, quod ratione con-
ſequi non poteramus, qualis illa fuit Petro facta re- *Mat. 16. 17*
uelatio, *beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non*
reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Obſeruauit
hoc Didymus grauiſſimus auctor in Catena Græ-
corum.

46. *Non quia Patrem vidit quiſquam.*] Quid vitio
cum auditione commune habet? Non enim dixerat,
Omnis, qui videt Patrem, & didicit, venit ad me, ſed
Omnis, qui audit, & didicit; & poſſumus audire, quẽ nõ
videamus. Scilicet ne exiſtimaretur ſe de auribus loqui
corporis, aut de voce Dei corpore, docet Deum cor-
poream vocem non habere, cum ſpiritus ſit, qui cor-
poris ſenſu percipi non poſſit, hoc eſt videri non poſ-
ſe, quemadmodum Cyrillus, Theophylactus, & Eu-
thymius interpretantur. Putant etiam Cyrillus, & Le-
ontius in commentariis, & Theodorus Heracleen ſis
in Catena Græcorum citatus Chriſtum, cum dicit, *non*
quia patrem vidit quiſquam, ad Moyſem alludere, quem
Iudæi exiſtimarent vidiſſe, & audiſſe Deum. Sed ig tur
tacite Moyſi opponere, tanquam dicat, non Moyſem,
ſed ſe vidiſſe Deũ. Nolnille tamẽ Moyſem nominare,

Quam vim habeat hic trahendi verbum.

Iſaiæ 54. & Ier. 31. 6. 2. &c.

Hæreſibus Caluiniſtarum, ſuis temerarijs, & falſis aſſertionibus refellitur.

Hieronymi locus quomodo intelligendus.

Auguſtini locus quomodo intelligendus.

Verbi vis, quæ neceſſitatem ſignificat.

Apud quẽ Propheram hæc verba reperiantur.

Cur aliqui hæreſ. non trahantur.

Iſai. 54. 13. & 1a. 19.

Ioan. 1. 9. Quomodo dicatur Deus docere omnes.

ne Iudæos in eo confidentes offenderet. Quomodo Patrem nemo viderit, c.1.18 disputatum est.

Nisi is, qui a Deo est, hic videt Patrem.] Se intelligit, qui per æternam generationem à Deo est. Exscribam hoc loco, quæ apud Ammonium, & apud Theodorum Heraclęæ Episcopum lego, quia ad confirmationem Catholicæ pertinent fidei. *Ἐγὼ παρὰ τοῦ πατρός*, inquit Ammon. *τὸ ἐκ, οὐ τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ τόπου. Ὁ παρὰ τοῦ πατρός*, id est, *solus Filius Patrem videt, utpote qui apud eum omnes emineat. & solus ex substantia sit Patris.* Theodorus vero sic. *οἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὸν πατέρα ἴδον ἢ οἱ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ὄντες. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν, ὁ μόνος ἐκ τοῦ πατρός, εἰ μὴ μόνος ἐκ τοῦ πατρός*, id est, *solus Filius videt Patrem, extra omnia est, & super omnia.* Quid *ἐξ quod sit*, inquit Augustin. *Ego vidi Patrem, vos non vidistis Patrem: & tamen non venistis ad me, nisi* B *verbum hominis à Patre? Quid est autem nobis verbi à Patre, nisi discere à Patre? Quid est discere à Patre, nisi audire à Patre? Quid est audire à Patre, nisi audire verbum Patris, id est me? Ne forte ego tam dico vobis. Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, dicatur apud vos, sed nemo quam vidimus Patrem? quomodo ergo discere potuerunt à Patre? Ame ipso audire.* Videtur Augustinus existimare, idem esse à Patre audire, & Christum, quasi Patris vocē audiret sed Christus ipse haud obscure distinguit.

Deut 34.

47 *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.*] Non satis apparet, quorsum hoc dicat. Reddit, vt mihi quidem videtur, ad thesim, quam ver. 40. proposerat, *vt qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Nam quæ mediò inter mallo dicta sunt, C quasi per parēthesin dixit, vt causam redderet, cur sibi non crederent, quod nimirum à Patre docerī nollent. Quam causam cum exposuisset, redit ad eandem propositionem, eamque quasi adhibito iureiurando magis affirmat, *amen, amen dico vobis.* Sciebat Christus, inquit Cyrillus, Iudæos homines esse rudes, ac ne prophetarum quidem testimoniis satis credere; ideo adhibito quodammodo iureiurando, conatur ad fidem trahere. Quomodo qui credit in Christum, habeat vitam æternam, c.3.15. disseruimus. Habere autem non habiturus vitam æternā dicitur, qui in Christum credit, quia quamuis vitam iam æternam non habeat, ius ad illam habet. *Iamna & via ad vitam æternam*, inquit Cyrillus *facit*, itaque quisquis credit, intra ianuam est, si velit, ad vitæ fruitionem: tamsi velit, nisi ad fidē prius veneris, salvus esse non poterit.

Luc. 4. 25.

Iamna vitæ ad vitam æternam.

48 *Ego sum panis vitæ.*] Quia dixerat fore, vt qui in se crederet, habet et vitam æternam, eius rei rationem reddit, quia nimirum ipse est panis, qui hoc animibus vitam præstat, hoc est, *panis vitæ* Hebraica phrasi, id est panis vivificus, vide quæ diximus ver. 35.

49. 50. *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.*] Putat Euthymius redire nunc Christum ad superiorem illam disputationem ver. 31. *Patres vestri manducaverunt manna in deserto*, & ver. 32. *Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.* Eam enim hīc persequitur disputationem, exponit, atque probat, quod illic dixerat, non manna, quod Moyses illis dederat, sed Ie. quem Pater de cælo miserat, verum, ac cęlestem esse panem. Id ex effectu vtriusq; panis probat genere argumenti illi cacissimo: quod manna vitam edentibus dare non potuerit; qui enim eum panem edere sūt, esse mortuos: hunc vero panem, quem ipse daturus sit, qui comederit, non esse moriturum. quod non dicit absolute: *Patres vestri manducaverunt manna*, sed addit, *in deserto*, ideo Theophylactus fecisse putat, vt indicaret ne illum quidē corporeum cibum nutrientis tantum corporibus longo tempore sussecisse, sed tantisper dum in deserto versati sunt. Potest & hanc habere vim, vt significet eiusmodi fuisse panē, vt non alibi quam in deserto, vbi omnis cibi erat inopia, fuerit appetendus. Quibus duobus modis paris illius dignitas extenuatur. Potest etiam angeri, vt sit sensus partes quidem vestri manducaverunt mānā in deserto, vbi maius miraculum fuit eum panem suppeditare posse, vt v. 31. explicauimus, sed illum ipsum panē tanto factum miraculo, qui comederūt, mortui sunt. Quod autē adiungit, *Hic est panis de cælo descendens*, se ipsum intelligit, de quo paulo ante dixerat, *Ego sū panis vitæ*, sed loquitur per tertiā de se persōnam, aut modestiæ causa, aut vt hunc illi, id est præsentē præterito mate vi orationis opponeret. Simile est exemplum ver. 30 cum dicit *vt si quis ex ipso manducaverit, nō moriatur*. particula vt duplicem vim habere potest, prout ad vnū è duobus verbis potest referri. Si referatur ad verbum *descendens*, hunc sensum efficiet, *Hic est panis*, qui propterea de cælo descendit, vt quisquis ex eo ederet, non moreretur. Si referatur ad aliquid quod videtur intelligi oportere, vt, *Hic est panis de cælo descendens*, etiamnum nunc, *vt si quis ex ipso manducaverit, non moriatur*, nemo non videt id esse sensum. Quem ego sensum idem comagis probo, quia etsi vterque verus est, hic videtur ei ad id, quod agebatur magis accommodatus. Nec enim id agebat Christus, vt doceret quam ob causam panis ille de cælo descendisset, sed vt ostenderet quid inter vim, atque naturam huius, & illius panis inter esset, quod illic te vitam quidē corpori vltra conflictum à natura tempus dare posset, hic vitam æternam animis etiam tribuat. Explanauimus singula verba horum duorum versuum: tota nunc sententia declaranda quę in vulgaris quidem illius, sed difficilis admodum quæstionis explicatione sita est. Quo modo verum sit eos, qui manna comederunt, mortuos fuisse, eos verò, qui hunc panem, quem Christus pollicetur, comederint, non esse morituros. Cum enim duplex sit mors, corporis, & animæ: ii, quidem de morte corporis egitur, illos, qui manna comederunt, mortuos quidem esse: sed etiam mori eos, qui corpus Christi, quod panis hic de cælo descendens appellatur, siue in sacramento, siue extra sacramentum, alio quocunque modo comederunt. Si de morte animæ, nec eos omnes, qui manna comederunt esse mortuos: nec omnes, qui corpus Christi ederunt, non mori. Nam Moysem quidem, Aaron, & Iosue manna comedisse, sed tamen mortuos animo non fuisse: & multos ex iis, qui corpus Christi comederunt, mori testari D. Paulum 1. Corinth. 11. 30. *Idea*, inquit, *inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Latini omnes auctores, si minus quæstionem explicant, tamen omnes tractant: Græcos miror homines alioqui perspicaces, non nisi vnum, aut alterum leuiter attigisse. Tribus modis responderi solet, primum non comparari panem pani, sed personas personis. Nam quod attinet ad vnum, & alterum panem, neutrum, neque manna, nec illum, quem Christus pollicetur vitam corpori dedisse: vtrisque enim mori, & qui illum tūc comederunt, & qui illum nunc comedunt: vitam vero animi, si non rectè sumatur, neutrum: si rectè, vtrum que præstare. Discrimen igitur non rerum, sed personarum esse: quod qui manna illud comederunt, plerique male comederunt, nihil aliud in eo, quam corporeum cibum intelligentes: propterea spiritualiter fuisse mortuos: si bene, & spiritualiter comedissent, credentes se non corporeum tantum cibum, sed etiam spiritualem, nempe corpus Christi comedere: mortuos non fuisse spiritualiter. Hanc vim habere verba illa *patres vestri*, id est quibus vos similes estis, homines improbi, & incredduli: *man-*

Ver. 31.

ducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Nam Moy- A ses, Aaron, & Iosue, & si qui alij viri sancti manna illud ederunt, & mortui non sunt: ij partes vestri non erant, nostri erant, vtaque de illis D. Paulus dicit. Cor. 10. 3. *patres nostri omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.* In hanc sententiam interpretatur D. Augustin. tract. in Ioan. 26. & qui eum secuti hīc multi, vt Beda, Strabus, aut quisquis auctor est glossæ, quam vocant, ordinariæ. &, vt videtur Rupert. Re tutatum hoc ab aliis posterioribus auctoribus est manifestum esse Christū hoc loco non de personis, sed de rebus agere, nec nos cum antiquis illis patribus: sed panem cœlestem, quē ipse promittebat, cum manna confere. Deinde de partib. Iudęorū in vniuersum agere: cum enim Iudæi dixissent, *Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare*, v. 31. Christum ad ea Iudæorum verba aliudentem respondisse, ver. 32. *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt.* Iudæi autem de omnibus patribus suis locuti fuerant, ergo & Christum de omnibus loqui. Rē ego tam perspicuam esse arbitrātus, vt unius argumentis opus nō sit. Hoc dico, perfacilem me habere D. Augustini nostra fuisset ætate, longe aliter sentirent fuisse, homines omni hæreticorum genere intimicissimum, cum viderent ad eundem fere modum Caluinistas, & hunc, & illum D. Paulū locutum interpretari. Melius alij respondent, panem cum panem, non quocunque modo, sed vi, & natura sua comparari, agi autem de sola vita, & morte animæ, non corporis. Quo sensu nulla sit in quæstione difficultas. Nam etsi non omnes, qui manna manducauerunt, mortui sint spiritualiter animæ morte, tamen quod animo non moreretur, id eos non ex eius manna, sed alia ratione fuisse consecutos, quia nimirum vna cum manna Christum, qui per mana significabatur, inde cum caritate coniuncta sumpserunt. Etenim si solam vim, & naturam mannæ cōsideretur, neminem vinificasse, sed omnes mortuos esse. Contra verò, quamuis multi non sint, qui corpus Christi sumpserunt, tamen non propterea mori, quia sumpserunt, sed quia, vt ait D. Paulus, male, indigneq; sumpserunt, aut quia si digne sumperunt, in eo statu sumpserunt, aut quia si digne sumperunt, in eo statu non perseuerauerunt, sed, vt ait Petrus, tanquam *canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti*, ad peccata redierunt: corpus Christi per se vim habuisse in perpetuum illos vinificandi. Vera hæc est sententia, sed non credo veram sensum huius loci esse. Duo igitur in ea desiderio alterum quod de sola morte animæ agi putet, quod ego ideo probare non possum, quia non dubium est, voluisse Christum ex effectu, tanquā ex re cadenti conuincere Iudæos: non autem conuincisse, si de sola morte animæ egisset. Quo enim modo probare illis poterat partes ipsorum animo fuisse mortuos: oportere autem mortuos fuisse negare illi nō poterant. De morte igitur corporis agit. Alterum est, quod notes sententiæ auctores nolint hic de corpore Christi agi sumpto per sacramentum. Quod paulo post ver. 51 sumus ex futurum. Credat interea lector, aut ti non credit, ex illo loco discat vtroque modo de corpore Christi agi, & in sacramento, & extra sacramentum sumpto. Vere mihi videntur qui tionem explicare, qui respondēt ego tamen hoc loco de morte vitaque corporis & animæ. De morte quidem corporis, cum Christus dicit ver. 58 *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt*: de morte vero animæ, cum dicit ver. 50. *Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Itaque sensus est, manna non potuisse dare vitam corporis; hunc autem panem dare vitam animæ, quod multo maius sit. Miror hinc sensum etiam hominibus non malis indicio; ideo nō placuisse, quòd non intellexerint, quomodo diuerso genere mortis, ac vitæ vnus panis cum altero cōferatur. Atqui in eo meo quidem iudicio non solum sententia, sed vis etiam, & elegantia totę consistit, quod non in eodem genere, sed in maiore, maiorisq; cōparentur. Manna non potuisse vitam dare corporibus, quod minus erat, quam hunc, quem Christus promittit, vt ē etiam nemini dare, quod longe maius est. Hæc est quæ in his ver. bis occulta latet argumentatio à minore ad maius per negationem, & à maiore ad minus per affirmationem. A manna sic, manna non potuit vitam dare corporibus, quod tamen est, ergo multo minus potuit vitam præstare animis date, quod est maius. A maiore hoc modo. Panis hic qui de cælo descendit, dat vitam animis æternam, quod est maius: dabit igitur vitam corporibus: quod est minus, eam quę ex effectu affirmata panis debeat, multo melior, magisq; expetendus hic panis, quam manna est. Gratia vero in hoc certatur, quod in genere diuerso comparatio fiat, quod sæpe monuimus Christum facere solere, vt ho- mines à cœlestibus ad terrena, à diuinis ad humana, à spiritualibus ad corporea traduceret. *Deinde mortem spiritus mortuus fuit.* Matth. 8. 22. alteros mortuos animo, alteros corpore ego censeo. *Et anima, qui bibet ex aqua hac, fiet iterum: qui autem bibet ex aqua, quam ego dabo ei, non fiet in æternum.* Superiore loco de aqua corporea, & animis de spirituali, itemque priore de hac corporis, secundo de hac animæ loquitur supra ca. 4. 13. Eodem modo illud explicamus Matt. 16. 19. *Non bibam amodo de hoc genimine vitæ, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.* Altera ita hac ipsa explicatione quæstionis quæ illo relicta est, an Christus intelligat panē illū, quem quæra pollicetur sub animę, an animę simul & corporis vitam dare: Huius quidem sententiæ auctores de tota vita animæ hoc intelligi, sed plenior erit sensus & loco magis congruus, si de vita etiam corporis intelligamus, quasi dicat: manna non solum vitam corporis dare non potuisse; hunc vero panem non solum corporis, sed etiam animæ vitam dare. Hoc cōfirmat, quod ita tim Christus dicat. *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Sed explicandum tamen est, quomodo hic panis animo, quomodo corpori vitam præbeat. Animo quidē quomodo præbeat, nō difficile intelligitur, siue in sacramento sumptum, siue extra sacramentū percipiendum, & caritatem apprehendum: cum enim Christus ipse vita sit, necesse est, vt eorum animos, qui sum in ipso est, gratia vitaficet. à quibus sumitur, vt Leōtius interpretatur. Si quis obiciat non omnes, qui corpus Christi siue in sacramento, siue extra ederint recte sumunt, vitam æternam cōsecuturos: quot enim quotidie videmus homines recte credere, bene viuere, tū de corpus Christi sumere, posses aut Ecclesiam Catholicam deserentes, aut in ipsa Ecclesia Catholica manētes in peius mortem, siue per aliena iudicia, siue per suam impietatem? Omnes in hac auctores conuenitur, esse hoc de corpore Christi, quantum in ipso est, intelligendum, quod enim aliqui animæ mortem subeant, id est dānentur, id non defectu corporis Christi: sed ipsorum culpa fit, qui, vt diximus, aut corpus Christi digne nō sumunt, aut potius quam digne sumpserunt, vitam, & gratiam, quam ex illo hauserant, nouis perdūt peccatis. In hoc igitur comparatio versatur, quod manna natura sua non dabat vitam corporis, nisi ad breuissimū tempus, interim dum consumebatur digerebatur q;, ideoque immortales homines reddere non poterat. Hic autem panis natura sua vel semel sumptus vitam præstat æternam, ita ve qui eum edunt, nisi ipsi sese velint occidere, nunquam sint animo morituri. Loquimur autē de morte animæ metaphorica, id est de condemnatione, quam solines mortem secundam appellant. Nam morte quidem naturali etiam impiorum

Quomodo corpora vitã tribuat corpori Christi.

animæ immortales sunt. De vita corporis maior est quæstio, quemadmodum corpus Christi corporibus nostris eam tribuat, cùm nõ minus nos, quàm illi, qui mõra olim comederunt, corpore moriamur. Quemadmodũ animi, ita etiam corporis duplex est vita; altera spiritualis, & metaphorica: duplex item mors altera alteri vitæ respondẽs. Vitam naturalem corporibus non magis Christi corpus, quam verus illud manna tribuit, quamuis possit natura sua tribuere si veller.

Ad Heb. 9. 27. Sed morimur omnes, quia *statutum est omnibus hominibus semel mori.* Vitam spiritualem, id est felicem illam, atq; beatam immortalitatẽ, quam beatorum in cœlo habebunt corpora, manna non dabat; corpus Christi dat, idq; duobus modis, primum, quia dum vitam, id est gratiam animo tribuit, tribuit illi pignus, & veluti B initium quoddã beatitudinis, quæ vite æternæ nomen habet. Beatitudo autem animi redũdat in corpus, sicut & merita illius in illud redundaverant, vt docet Aug. in epist. ad Dioscor. Deinde quia corpus Christi cum propter hypostaticam cum diuinitate coniunctionẽ vitam in se infinitam, & diuinam habeat, eam cõtactu suo corporibus nostris ingenerat, cum illud re ipsa in Eucharistię sacramento sumimus, itaq; semen corporibus nostris quoddam immortalitatis imprimit, quo postea, nõ quouis modo, sicut damnatorum corpora sed peculiari quodam modo resurgant, ad eam nimirum modum, quo corpus ipsum Christi resurrexit, nõ ad mortem secundam, id est ad supplicia, sed ad beatitudinem, & vitam æternam. Hoc sibi, vt opinor, vetères illi auctores voluerunt, cùm ex eo probarunt corporum nostrorum resurrectionẽ, quod carnẽ Christi in Eucharistia comedimus. Quo argumẽto Ignatium vsum legimus in epistol. ad Ephes. dum vocat corpus Christi in Eucharistia φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτον τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, medicamẽtum immortalitatis, antidotum cõtra mortem, item q; Irenæus lib. 4. c. 34. & lib. 5. contra Valen. Tertullianum in lib. de resurrect. carnis, & Cyprian. in libr. de cœna Domini, Gregor. Nyssen. in oratione Catechetica cap. 38. Cyrillum Alexandri. lib. 4. comment. in Ioan. c. 14. & 15. & lib. 10. c. 13. Apollinarium in Græca Catenæ citatum. Docet Irenæus, quemadmodum in grano frumenti vis quædam genitalis est, qua ædum in terram, atque putrefactum germinat hic prorsus ex corpore Christi vim quandam veluti seminalem corporibus nostris accedere, qua etiam in pulverem redacta resurgant, & quodammodo renascantur. Docet Gregorius Nyssenus, sicut modicum fermentum totam massam calefacit, atque in aliam quodammodo naturam meliorem, præstantiorẽque transmutat: ita corpus à nobis sumptum carnem nostram ex mortali immortalẽ efficere. Describam Apollinarij verba, vt hæretici nunc etiam scriptis antiquis contribuere, ἄκουε τοίνυν ἀκριβῶς τί λέγω· ἐπεὶ γὰρ ἐκ γῆς ἦν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἀφθαρσίαν δὲ οὐκ εἶχεν ἐξ ἀρχῆς, εἰ μὴ ἄρα τὸ τοῦ θεοῦ δένδρον ἐφύτευσε τὴν ἀθανασίαν, ἣν ἔμελλε τοῖς ἐσθίουσιν ἐκ τοῦ καρποῦ χαρίζεσθαι· ἐπειδὴ δὲ παρέβη τὴν ἐντολὴν, ἐκβέβληται τοῦ παραδείσου, καὶ ἐν τῇ γῇ ἐργάζεται, ἐξ ἧς καὶ ἐλήφθη· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ γῇ ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ γῆ· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ θανάτῳ ἐστὶν, καὶ ἐν τῇ φθορᾷ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ γῆ· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ φθορᾷ ἐστὶν, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ γῆ· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐστὶν, καὶ ἐν τῇ κατάρᾳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ γῆ· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ κατάρᾳ ἐστὶν, καὶ ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ γῆ· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ ἀπωλεί

quomodo viuet, si nō viuet quomodo dabit? *De Deo,* inquit Cyrillus, *non sine magna impietate cencamur, nec in mentem venit nihil esse impossibile apud Deum. Nā quod animales essent, vt ait Paulus, spiritualia intelligere non poterant. Sed tam magnum mysterium fatuum quiddam ipsis videtur esse. Nos vero magnū quasi ex peccatis aliorum profectum facimus; & firmam fidem mysterijs adhibentes nunquam in tam sublimem rebus illud, Quomodo, aut cogitemus, aut proferamus. Indicium enim hoc verbum est, & extremi supplicij causa. Ideo Nicodemus etiam cum diceret, Quomodo hæc fieri possunt? increpito audiuit. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? aliorum igitur, vt diximus, culpa perdoli, cum Deus operetur non quæramus, Quomodo, sed operis sui viam, atque scientiam illi soli concedamus.* Multis in hanc sententiam verbis Cyrill. eo loco differit de adulterio illo, *Quomodo*, contra Iudæos: idemque Chrysost. Leontius, & Theophylactus faciunt in comm. & Gaudentius tractatu 2. ad Neuphytos.

53. *Dixit ergo eis Iesus, Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*] In hunc locum quæstionē sæpe illam retexuimus, num quæ Christus in hoc capite de carne, & sanguine suo dicit, de Eucharistia velit intelligi. Eam prius quæstionem explicemus necesse est, quam verba singula huius loci edisseramus. Ex eius enim quæstionis explicatione cætera pendēt. Tractatum copiosè à multis hoc argumentum est. nō solum scriptis in hunc locum, vt nos facimus, cōmentariis, sed propriis etiā in scholis quæstionibus, & editis de ea re iuſtis in lucem libris. Quotum ego diligentia, & labore contentus iudicare potui laborem hunc meum non esse necessarium, nisi & locus ipse moneret me, vt eam, quæ ex ea nata est, quæstionem nouā præteritem, & viderem nonnullos etiamnum Catholicos cum hæreticis hac in re quām nobiscum sentire malle. Accidit nobis commode quod ipsis etiā hæreticis inter se non conuenit. Nam Calainus, & plerique eorum, qui eius se discipulos profitentur, ne cogantur confiteri Christum in Eucharistia sacramēto carnem, & sanguinem suum, quemadmodum hi pollicentur, vere nobis dare, negant agi de sacramento. Alij cōtra, vt probent vtrumque sacramenti speciem populo necessariam, de sacramento hæc interpretantur, vt qui Wicleffum, & Ioannem Hussum secuti sunt. Illi refutādi, his nobis respondendum est. Impediunt nos quo minus acriter, ac vehemēter in hæreticos inuehamur, Catholici quidam, qui nescio qua imprudentia se hæreticis inxerunt. Neminem nomino, neminem violare accuso religionis. Scio Catholicos, scio doctos, scio religiosos, ac probos viros esse: sed minime profecto vellem, atque indolem in hac re operam Ecclesiæ nauaturum, quod cōtra scripturæ sensum, contra Patrum omnium interpretationem, cōtra tacitum, imo minime tacitum, sed satis superq; explicatum cōsensum Ecclesiæ dixerint, atq; contenderint hoc loco de sacramento non agi. Quod vt benignissime dicam, est temerarium: gratioribusq; condemnarem verbis, ni si compertum haberē homines bene Catholice sentire magis animo, quā vtio in hæreticorum sententiam impegisse. Ordiamur ab hoc ipso loco, in quo versamur, *Amē, amen dico vobis, nisi māducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quæso, si de sacramento Eucharistiæ agere voluisset, illudq; omnino depingere, quibus clationibus verbis vti potuisset? Cor carnem, & sanguinem, cur esum, & potum distinxit? nisi quia de carne, & sanguine suis ad modum cibi, & potus, specie panis, & vini dandis loquebatur? Si nullum poſtea specie panis, & vini sacramentum instituisset, aliam quæreremus interpretationem, conaremurque quocunq; posſemus

quens dicit hoc loco, *Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c.* 53. *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei.* Tam est igitur temerarium negare agi hic de Eucharistia, quam illic agi de baptismo, quod soli hæretici negant, sed satis, vt opinor, à nobis eo loco refutati, atque proriti.

Argumētū à persona Christi dicit, & Euangelista. Matt. 26. 26. 28. Luc. 22. 19.

Consideremus Christi personam, qui est verisimile nunquam Christum vim, fructum quæ tanti sacramēti explicauisse copiosius, quam his verbis, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur?* Illic enim tantum dicit, quod nobis tradat corpus suum, & sanguinē suum, quem autem ex eo fructum percepturi simus, aut nullo modo, aut vno tantū verbo, eoque obscuro, & ambiguo declarat, *Quod pro vobis datur.* Quod si alicubi de huius sacramenti fructu differit, hic certe differit, alius enim locus, vbi id agat, nullus est. Præterea quis sibi persuadeat Christū de hoc percipiendo sacramēto re cum primis necessaria præceptum nullum tradidisse? Atqui si hic non tradidit, cū dixit, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, nusquam tradidit. Nam quod dicit in vltima illa cœna, *Accipite & manducate, & accipite, & bibite*, illis solis dicit, qui tum aderant. At dicit, *Bibite ex hoc omnes*, ergo omnibus etiam, qui non aderant, hominibus dicit. Sic hæretici exponunt, sed quām in eo iram ignoram iam ostendant, apud Matth. cap. 26. 27. docuimus. Quod autem addit, *Hoc facite in meam commemorationem*, præcepti formam non habet, tantum explicatur, quem ob finem, cum id fecerint, facturi sint. Deinde dubium nō est Eucharistiæ, & Baptismi, cum diuersa sint sacramenta, diuersa oportere esse præcepta. Quod si hæc verba de apprehendenda per fidem Christi morte intelligantur, non aliud hic præceptum traditur, quam vt baptizemur, excepto enim Eucharistiæ sacramento, nullo melius Christi mortem, & per fidem, & per aliquod etiam externum sacramentum, quam cum baptizamur, apprehendimus. Ipse enim baptismus & professio quædam fidei est, & mortem, sepulturam, & resurrectionem Christi etiam rebus externis nobis repræsentat. *Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quemodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus*, Rom. 6. 4. Gal. 3. 27. & Colos. 2. 12. Atqui nemini puto venit in mētem dicere nos in baptismo carnem Christi manducare, & sanguinem bibere, quia etsi aqua in baptismo potabilis est, etsi caro, & sanguis Christi fide illic apprehēditur, tamen nihil per modum cibi, nihil per modum potus sumitur. Nā illa ipsa aqua, quæ adhibetur, non id potandum, sed ad lauandum adhibetur. Adde contra modum fuisse Christi maiora mysteria, antequām re ipsa fierent, insinuare, vt ad ea cum fierent, excipiendā animelli gēdaque discipulos erudiret. Atque hoc est, præpararet eos ad quæ rei ratione crederet, *Vt cum factum fuerit credatis. Vt non scandalizemini: vt eorum reminiscamini, quæ ego vobis dixi.* Antequam baptismum instituret, dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ante quā moreretur sæpe discipulis dixit se tradendum esse *gentibus ad illudendum, & flagellandū, & crucifigendum*, tertiaq; die exiturum. Antequā in cœlū ascenderet, dixit, *Modicū, & videbitis me, & iterum modicū, & non videbitis me, quia vado ad Patrem.* Antequā mitteret Spiritū sanctum dixit, *Ego rogabo Patrē, & alium paracletum dabit vobis.* Ge dendum profecto est & de Eucharistiæ sacramēto, quo vix maius vllum mysteriū est. ante q̄ te ipsa instituerat, dilexisse. Nam si nihil dū scientibus discipulis de improuiso dixisset, *Hoc est corpus meum*, vtiq; exhorruissent, aut certe dubitassent, interrogassentq; quid ea verba sibi vellēt. Atqui nō ex horruerunt, nihil addubitant, nihil interrogant, iam igitur Christum de ea re ante disserentem audierant. Vbi quæso, nisi hic? Conuertamus nunc animum ad Euāgelistæ personam, hoc idem inde cōprobari reperiemus. Quis enim credat Ioannem nihil prorsus in tam longo Euāgelio de Eucharistiæ mysterio dixisse, cum hoc ipsum sibi proposuisse videatur, vt maxima quæque mysteria consecrtaretur. Arquisi hoc loco de Eucharistia non egit, nusquam egit. Est igitur verisimile mortē eum suo, quæ ab aliis Euangelistis de ea re dicta fuerāt, præteriſſe, dixisse vero hoc loco ea, quæ fuerant præteritta.

Christum mortuū vnde in solā fidem fuerint, antequam sumerent. Iof. 12. 32. & 16. 16. & 20. 17. & 20. 22. Matth. 16. 21. & 17. 22. & 20. 18. Luc. 9. 22. & 18. 31. & 24. 7. Iof. 16. 16. Iof. 14. 16.

Denique & Iudæorum personā, & huius disputationis occasionem cōsideremus. Iudæi illi erāt homines increduli, qualis & Nicodemus erat c. 3. 1. Panē à Christo inter frangendum, dū tribuē dumq; multipli caro satiati fuerant, panem iterum quærebā. Ex ætate Nicodemi occasionem Christus capturus, vt tub regenerationis metaphora de sacramēto baptismi, etiāque necessitate disputaret, quēadmodum eo loco docuimus. Hic ex persona Iudæorum panē quærentium occasionē sumpsit, vt de sacramento Eucharistiæ loqueretur. Illic iterū atq; iterū dubitante. Nicodemo, quomodo renasci homo senex posſet, eadem iterū, atque iterum repetit, hic non solum Iudæis, sed etiam discipulis dubitantibus, quo modo carnem suā date posſet ad manducā dum, idem grauiter, constāter eque respondet. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

A persona Iudæorū, & occasione disputationis.

Sed vt res esset ambigua, modesti non est ingenij, & Ecclesiasticis moribus, pietatique infirmi, omnia veterum Patrū consensum, contemptim, fastidiosq; repudiare, non solum non frangi, sed ne commoueri quidē eorum auctoritate. Nemini enim fere auctori bono, maloue ante Lutherum venit in mētem, vt diceret hoc loco de Eucharistia non agere. Si quis dubitat, Origenem legat hom. in Numer. 16. legat Cyprianū in lib. de cœna Domini in lib. de oratione dominica, & lib. 2. contra Iudæos c. 21. legat Hilariū lib. 8. de Trinitate, legat Basiliū in regulis moralibus reg. 22. c. 1. legat Chrysost. hom. 45. & 46. in Ioannem. legat Epiphanium hær. 55. legat Ambr. lib. 4. de sacramentis c. 5. & lib. 5. c. 1. & lib. 6. c. 1. & lib. 4. de fide c. 5. legat Aug. lib. 1. de peccat. mer. c. 20. & 24. & lib. 1. cont. Iulian. & ser. 2. de verbis Apostoli: legat Hier. in cōment. in c. 1. epist. ad Ephes. legat Theophil. lib. 2. Paschalis, legat Greg. Nyssen. in Ecclesiaſte. & lib. de pe fecta Christiani hominis forma, legat Cyrillū hoc loco: legat Theodoret. in Impatibil. & lib. 4. hist. Eccles. c. 11. legat Procopium in comment. in c. 31. Isai. legat Gaudentiū tract. 2. ad Neophytos. legat Maximum Taurin. in ser. in illo verbo Ps. 21. *Deus Deus meus respice in me.* legat Leonē ser. 6. de ieiunio septimi mensis: legat Prosperū in illa verba Ps. 135. 25. *Qui dat escam omni carni*: legat Hesychium lib. 6. in Leuiticum c. 21. legat Iſid. in lib. de officiis Ecclesiaſt. c. 18. legat Euseb. Emissenū hō. 5. de Paschate: legat Cassiodorum in Ps. 109. legat Damascenum li. 4. de fide c. 14. legat Bernardum ser. 1. in Ps. *Qui habitat in adiutorio Altissimi*, legat hoc loco Theophyl. Euthym. Rupertum, vt posteriores præteream. Testis etiam ego sum idem Leontium, idem Ammonū, Theodorū, Apollinarii, & auctores eos omnes, quos in Græca Catena habui, sentire. Quid? quod Cœlia omnia quæcunq; hunc locū citauerē, de Eucharistiæ sacramento intellexerūt Ephesin. in epistola ad Nestorium, Tridentinū sess. 13. c. 2. & sess. 21. c. 1. Conc. Cabilon. 2. c. 48. & Concilium Sen. cap. 10. Audacius nunc dico, quod dixi in principio, neminé sine temeritate posse à tot Patribus in re tam grauidissentire. Neq; equidē

Christum mortuū vnde in solā fidem fuerint, antequam sumerent. Ver. 2.

Aff. 2. de cœna de euchar. 4. vsu sacrarum librorum.

intelligo vbi Tridentini Concilij decretum valere debeat, ne quis contra vnanimem Patrū consensum sacras literas interpretetur, si hic non valet, vbi de re agitur inter nos, & hæreticos maxime controuersa.

Patrem, qui contra sentire videntur, loca expenduntur.

At non omnes auctores, inquiūt aliqui, ita sensēre. Quinam quæso alii? Augustinus & Innocētius, vt alios omittamus. Bene factum, quod eos solum auctores proferāt, quos quisquis legit, ignorare non potest nō solum eos sensisse de Eucharistia hoc loco agi, sed hoc etiam testimonio adductos fuisse, vt crederent infantes etiam baptizatos, nisi Eucharistiā percipierent, salvos esse non posse. Quo ergo modo sentire potuerūt de Eucharistia hoc loco non agi, quam propter hunc solum locum, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, etiam infantibus necessariam esse ad salutē putauerunt? Sed videamus, vbinam Augustinus dicāt sensisse aliter. Libro, inquiunt, 3. de doctrina Christiana c. 16. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis facinus*, inquit, *vel flagitium videtur iubere, figura ergo est præcipiens passionibus Dominis esse communicandum, & suauiter atque vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata est.* Mitor homines & Catholicos, & doctos, & ingeniosos, qui hunc locum proferunt, nō animaduertere, aut nihil, aut nimium probare. Nēpe vero nos carnem Christi non edere, & sanguinem bibere facinus enim vel flagitium videtur esse. Quemadmodum igitur ex hoc testimonio probari non potest Augustinū existimasse nos carnem, & sanguinem Christi vere nō sumere, cum ex aliis Aug. locis, vt ipsi fatentur, maximeque ex serm. 1. in Psal. 33. perspicuum sit eum cōtra sentisse, ita non potest probari eum existimasse hic de Eucharistia non agi, cum tam multis aliis locis probet ex hoc Ioannis testimonio Eucharistiā etiam infantibus esse necessariam, idq; non vt opinionem suā, sed vt fidei, & totius Ecclesiæ dogma ad refellendos Pelagianos dicat. Quid igitur sibi hīs verbis, quę modo recitauimus Augustinus voluit? Id ex Bernardo intelligemus, qui cum eodem modo, ac ille fere verbis interpretetur ser. 1. in Psal. *Qui habitat in adiutorio Altissimi*, tamen simul de Eucharistia intelligi hunc esse docet. Solemus eas bestias, quarum edimus carnes prius occidere, quam edere. Ita Iudæi, quod Christus dixerat, intelle xerāt debere se eum prius occidere, deinde eius carnem in frustra cōcidere, aut coctam, aut assam edere, hoc proculdubio facinus, & flagitiū eiusmodi igitur mortis, non veram mortē esse, non debere eos Christū occidere, sed eius doctrinam sumēdo Eucharistiæ sacramento figura, quadāte, re sentate, eiusq; mortem suis moribus exprimere, nō debere eos Christū occidere, sed se ipsos mortificare, facere-

Coloss. 2. 24. que quod se fecisse dicit D. Paulus, *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Docet igitur D. Augustinus hoc esse genus mortis, quo occidere debemus Christum, vt bene, atq; vt decet, eius vescamur carne, sanguinemque bibamus. Bernardi verba sunt, *Quid autem est manducare eius carnem, & bibere eius sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibatum illud altaris sacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus, vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sicut nouimus per eam, quam in terris habuit conuersationem ipsum intrare in nos ad habitandum per fidem in cordibus nostris.* Credo locus Augustini satis intelligitur. Ad Innocentium veniamus, scribit in epistola ad Patres Mileuitani Concilii, quæ est in epistolis Augustini 93. *illud vero, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare parvulis æternæ vitæ præmium etiam sine baptismi gratia posse donari, profatum est. Nisi enim manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, nō habebitis vitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regenerationē defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant hos habere, quod in eum nō credunt, nō nisi baptismate confecrandum.* Decepti his verbis sunt viri docti, & in eam impulsi sententiam, vt existimarent Innocentium hunc locū Ioannis non de Eucharistiæ, sed de baptismi sacramento interpretari: partim quia vim argumenti, quo Innocentius vtitur, non cōprehenderunt, partim quod non animaduerterunt locū esse corruptum. Voluit Innocentius argumentari nō posse infantes sine baptismo saluos esse, cum sine Eucharistia salvi esse non possint, & Eucharistia sine præcedente baptismo non possit dari. Corruptum vero locum esse ex eo perspicuum est, quod vix sensum vllum congruentem, ita vt legitur, habere possit. Vbi ergo est, *defendunt*, legendum est *defruunt*, & vbi est *nisi baptismate*, legendum puto, *sine baptismate*, & sensus est facilis atque perspicuus. Alios potuissent auctores maiore proferre specie probabilitatis, Origenem hom. 7. in Leuit. Clementum Alexandrin. lib. 1. Pedagogi, Leontium, & alios nonnullos, qui hunc cibum, de quo Christus loquitur, eius verbum atque doctrinam interpretari solent. Sed facilis responsio, id non proprie, & existimantes eum litteralem esse sensum, sed vt sæpe veteres illi auctores solent, allegorice, & concionatorie dicebant.

Aliis quoque argumentis, qui contraria sunt sententia, vti solent, quorum nonnulla supra inter disputandum dissoluimus, alia iā quam leuia prætermittimus. Eo modo diluemus, quæ putantur esse fortissima. Ex his vnum est, quod toto superius eodem capite Christus de sola spirituali per fidem manducatione loqui videatur, ver. 27. *Operamini*, inquit, *non cibum, qui perit, ver. 29. Hoc est opus Dei, vt credatis*, ver. 32. *Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.* Pater autem non dicitur panem de cælo dedisse qui Eucharistiam dedit sed qui filium suum misit, & in morte tradidit. Et infra ver. 63. *Caro nō prodest quicquā verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt*, quod creditur apertissimū esse testimonium. Ad hoc vltimum illo ipso loco explicando respondebimus. Quod attinet ad reliqua, non diffitemur de spirituali intelligi manducatione, etsi illa ipsa grauissimi auctores Chrysost. Theophyl. Cyrillus de sacramento etiam interpretātur. Sed non idcirco sequitur hoc loco de sacramento non agi. Prouehebat enim Christus auditores paulatim ad hoc mysterium, docens prius eos, quid facere deberent, vt pane verum cœlestemq; mererentur. *Operamini non cibum, qui perit, & hoc est opus Dei, vt credatis.* Deinde explicauit, quis ille esset panis, quē Pater de cœlo misisset, quēq; ipse daturus esset, ver. 33. *panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo*, & ver. 35. *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet.* Deniq; obstinatis adhuc Iudæis, & non intelligentibus quomodo panis vinus esset, declarauit quomodo panē illum, de quo locutus fuerat, illis ad manducandum daturus esset. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. & Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis.* Aliud obiicitur, nō posse hoc præceptum de Eucharistiæ intelligi sacramēto, quia Eucharistiæ sumēdæ præceptum minus obligat. Multos enim non solum infantes, sed adolescētis ætatis saluos esse, qui Eucharistiæ sacramentum non perceperunt. Missam facio Augustini, & Innocētij primi sententiam, quæ sex centos circiter annos viguit in Ecclesia, Eucharistiā etiam infantibus necessariam. Res iam ab Ecclesia, & multorū sæculorū vsu, & decreto Con-

Aff. 21. & can. 4.

Concilij Tridentini explicata est, non solum necessarij illius non esse, sed ne decere quidem dari. Negāt hæretici ipsi iis hæc re dissentiunt. Non ergo de Eucharistia, sed de fide passionis Christi præceptū hoc intelligendum est. Iode argumento probari potest non esse de manducatione, quæ per fidem fit, intelligendum, quo modo infantes baptizati carnem Christi per fidē manducāt, quos certo tamē credimus saluos fieri? Habent, dicet aliquis, habitū fidei, qui cum cęteris diuinis virtutib. per baptismum infunditur. Esto, tamen qui per fidē carnē Christi manducare dicitur, non habitū, sed actū fidei dicitur mādūcare, nihil n. solo habitu agimus. Quēadmodum ergo illi ad hoc obiicū, ita nos ad illud illorum argumentum respondebimus. Illi sic respondeant necesse est, omnia præcepta accōmodare ad personas, quibus dantur intelligenda. Nā & præceptum baptismi, quod magis est necessarium, eos non obligare, qui baptizari non possunt. Eodem nos modo respōdemus præceptum de Eucharistia pcipienda, quamuis iisdem tradatur verbis, tamen eos, qui recipere non possunt non obligare. Cęterum autem non posse, qui reuerenter non possunt, eusmodi infantes omnes sunt. A hoc modum non olim Rupertus respondit, cuius hæc verba sunt, *Sane quare reperuntur in cohibentur infantia, priusquam ex hac luce migrāt, quam manducare, aut bibere possint, vel qui articulo temporis constringuntur, sicuti nonnulli confessi sunt, quæ nec baptismi aqua, persecutione, & mortis instantia permissi, nō prædicentur hac sententia veritatis. Nec enim iudicatus apud Deum non manducasse, nisi qui manducare noluit, quinon curauit, qui neglexit.* Alii contra obiiciunt non posse de Eucharistia hoc præceptū intelligi, quia multi, q Eucharistiā percepērunt, in Christo non mānent, & vitam in se nō habent. Nō minus ab hæreticis hoc obiici, qui argumenta hucusque nulla arte, nullo iudicio versare solent, miror obiectum a Catholicis esse, nec vidisse eos idem cōtra ipsos de fide, idē de baptismo, idem de omnibus fere præceptis, quæ ad iustam pmissionem habēt, dici posse. Nam & per fidem multi carnem Christi manducant, & pereunt, & nō omnes, qui baptizantur, salui fiunt. Ergo huiusmodi promissiones, vt supra docuimus, de vi, ac natura rerum, de quibus præcepta dantur, intelligi debent. Carnē Christi, quātum in se est, illis a quibus manducatur, æternam vitam dare, baptismum natura sua regenerare hominem, & vitæ æternæ hæredem efficere. Atq; hunc sane non minimam sumitur argumentū non posse hoc de sola per fidem manducatione accipi, quia fiout sola fides natura sua non iustificat, ita sola manducatio per fidem iustificare, & vitam æternam dare non potest.

Illud reliquum est, quo alteram Lutheranorū errorem cōtineri diximus. Arguimur, autem hoc de Eucharistia intelligi nō posse, aut certe vtiq; de sacramēti specie omnibus esse necessariam, eodem modo dicti. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Indissolubile hoc esse putant argumentum. Itaq; Catholici illi quos supra contra scribere diximus, cum soluere hoc argumentum non possent, ne contra Ecclesiæ cōsuetudinem, atq; sententiam dicere vtramque speciem sacramenti omnibus esse necessariam, dicere maluerunt de Eucharistia hoc loco non agi, nō animaduertentes vtramque Ecclesiæ esse sententiam, & vtramq; speciem licite non esse necessariam, & de Eucharistia hic agi. Respōdeamus prius iis, qui de Eucharistia agi negant, deinde iis, qui dicētes agi de Eucharistia vtrūque speciem omnibus necessariam esse cōcludunt. Illi hic disputant. Si hic de Eucharistia ageretur, vtraq; Eucharistiæ species omnibus esset necessaria, at nō omnibus necessaria est, non ergo agitur de Eucharistia.

Lutherani refutantur de communione sub vtraq; specie.

Conueramus in illas argumentum: Sic agerentur hic de manducatione per fidē, oandueatio per fidē esset omnibus necessaria, at non omnib, est necessaria, non enim infantibus, igitur de manducatione per fidem non agitur. Docēt illi nos respōdere. Dicent, opinor, ea cōmodate ad personas, vt modo dicebamus, intelligendum esse præceptum, debere eos Christū manducare, qui fidem habere possunt. Ea esse, debere eos verāque speciē sumere sacramenti, qui celebrāti mysterij causa, peragendiq; in illorū a Christo facti cū sūt, cum sacramentum, & sacrificium cōfert veram, partem. Sed ii soli sunt sacerdotes, cæteros vero, qui nō alia de causa sumunt, quam vt eius fructum percipiāt, vnam tantum speciem sumere necesse esse, cum tamen idem ex vna, quam ex duabus fructus percipiāt. Alio etiam modo idem in illos argumētum retorquere nobis licet: Si de mā ducatione per fidem agitur, ergo qui eum Christum pro nobis crucifixum fide apprehendit, non satisfacit, nec talem erit, nisi figillatim carnē, & sanguinem eius apprehendat, quod nemo, credo, hene tamus dixerit, is ergo in mānducatione per fidem hoc non sequitur, cur in sacramentali manducatione sequi volunt? Atque hoc argumentū vtroq; prosternat aduersarios. & eos, qui negant agi de sacramento, & eos, qui concedamus de sacramēto eis agi concludunt vtramque speciem esse necessariam. Nā & alti postremi negare non possunt etiam mā ducationem, quæ fide fit, eam ex, quæ sit per sacramentum debere esse coniunctam, & tamē necessaria non est distincta sanguinis per idem potatio à manducatione carnis, quæ simili ter fide. Nam cur nihil aliud dicam, quod tam ruſtici, & tardi homines sunt, quę id facere non possint? Quemadmodum ergo cum fide fiminum Christum, non debemus necessario sanguinem a carne separatum aut fide, aut cogitatione sumere, quamuis hæc verba de spirituali per fidem manducatione intelligemus, sed satis esset, vt totum sumeremus Christum, qui scilicet toto partes sunt, & si non omnes simul essent, tantum vna qualibet earum, quantum omnes simul virtutem haberet, intelligendum quæ esset non propter ea Christum hoc loco carnē a sanguine separasse, quod dimidiē per fidē sumere deberemus, sed vt p. fidem nos eam explicaret, quæ in separatione sanguinis a carne consistit, ex qua passione omnem mundationē naturam habet: ea prorsus ratione hoc de Eucharistiæ intelligitur sacramento, non propterea tamē Christus sanguinem a carne dimisit, vt indicat et omnes necessario vtramque partem sacramenti percipere debere, sed vt os nos edocet se agere de sacramēto, quod totum constat duabus partibus, deq; carne sua, & sanguine, quatenus per hoc sacramentum in cruce separata fuisse significetur. Quod autē ad sumptionē attinet, tantum iubemur Christum sumere per sacramentum, quem cum per vtramliber sumamus partem, non sequitur nos vtramque simul accipere debere. Id Christus ipse declarauit, quē admodum Concilium Tridentinum animaduertit Sess. 21. c. 1. *Sed neque ex sermonibus, inquit, illo apud Ioannem sexto velle collegitur vtriusque speciei sumptionem a Domino præceptam esse, vtcumq; iuxta varias sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligantur. Nam qui dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, dixit quoque, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternā, dixit etiam, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denig, qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, dixit nihilominus, Quod nō tantum hic panē, viuet in æternū.* Poterant hæc, & q supra diximus, satis esse ad respōdendū etiam.

Ioan. 6. 54.

Ver. 55. Ver. 51. Ver. 54. Ver. 52. Ver. 58. Ver. 52. Ver. 56. Ver. 52.

eciam iis, qui dicentes agi hoc loco de sacramento, colligant vtrumque; à Christo peccatum esse præceptum. Sed coarguamus eos propria sententia. Respondeo: Si vtraque omnibus est necessaria, multo magis vna, at vna non est, nam ne ipsi quidem infantibus Eucharistiam porrigunt, multo igitur minus vtraque. At enim hoc saltem sequitur, quibus vna pars necessaria est, vtramque esse necessariam, cum idem de vtraque præceptum detur. Respondeo non minus probari vnam omnibus etiã infantibus esse necessariam, quam quibus vna necessaria est, ita vtramque necessariam esse, quemadmodum ergo illis illud, ita nobis hoc adhibita aliqua congruenti interpretatione exprimere licebit. Congruentissimam autem interpretationem paulo ante ponimus, etiam, si possint, refellant. Enasimus ex longa, molestaque disputatione, singula quæque verba ponderemus. Cur dixerit *Amen amen*, imo docuimus, contra obliminatas Iudæorum incredulitatem vnicum erat remedium iuramentum, *vt perditos et immobiles, quibus in persuasione esse mirati Deum*, durissimi ad credendum animi molirentur, mobiliti tamen non sunt. Quod de carne dicit manducare, de sanguine bibere, facile ratio intelligitur, caro quia solida, modo cibi, sanguis quia liquidus, modo potionis sumitur. Ceterum cur non dixit, *Si manducaueritis carnẽ filij hominis, & bibueritis eius sanguinem, habebitis vitam in vobis, sed, nisi manducaueritis, & biberitis non habebitis?* Illa promissio erat, hæc comminatio. Expertus ante fuerat promissionibus ad fidem allici auditores non posse, contra minis trahere. Quare non dixit, Nisi manducaueritis carnem meam, sed *nisi manducaueritis carnem filij hominis*, cum idem vtrique esset. Promiserat illis panem vitæ panem de cœlo verum, quem mãne præposuerat, ut illis fuerat, quod tam vile, & abiectus, ne videbatur, homo cuiusmodi panem polliceretur. Respondet eos si salui esse velint, eo debere subiici, vt ejus, quem videbant, abiectissimi hominis carnem edant, & sanguinem bibant, alioqui perituros. Illud denique postremum, *Non habebitis vitam in vobis*, putandum non est emphasi carere. Significat igitur eos nutu esse mortuos, ac similes cadaueribus, in quibus nulla anima, nullus motus, nulla actio, nullum signũ vitæ sit, in eoque eos statu manifestos esse, nisi carnem filij hominis manducauerint, & sanguinem biberint. Eo pertinet quod Græce tempus præsens est, οὐκ ἔχετε, non habetis, id est mortui manetis. Ergo phrasis illa Hebraica, non habetis vitam in vobis idem significat, ac si diceret, N. hil habebitis vitæ.

54. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.] Ne videamus parum vera, aut certa ante dixille, ea atque eiã affirmat. Hoc verbum, & præcedenti scientia connexum, omnes, & solos eos, qui carnem Christi manducauerint, & sanguinem biberint, vitam habere. Verba præcedenti docuit solos eos, qui manducarent, vitam habere posse, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis*: hic docet omnes, qui manducauerint, habituros. Quid sit manducare carnem, & bibere sanguinem Christi superiore versu diximus. Quid autem sit vitam habere, & cur vtatur tempore præsenti, docuimus versu. 47. Si quis obiiciat multos carnem Christi mãducare, & sanguinem bibere, qui non vitam, sed mortem potius habeant, indicium enim sibi manducant, & bibunt, facile solutio. Omnia huiusmodi propositiones vniuersales, quæ coniunctas promissiones habent, vt partim verũ supponere, partim exhibitæ docuimus, duobus modis intelligendæ sunt. Primum, vt nõ tam effectus, quam vis, & natura rei, cui annexa promissio est, significetur. *Qui credderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, quæstionem in natura fidei & baptismi est. *Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit*, id est nomen eius Dei saluum eum facit natura sua, nisi quid aliud impediat. Sic quicunque manducauerit carnẽ Domini, & biberit eius sanguinem, vitam habebit, si vim, & naturam carnis sanguinisque consideres, tamen si quid aliud obstiterit, non habebit. Deinde intelligẽda semper est aliqua conditio, quæ aliquando, si nõ eodem loco, alibi explicatur. *Omnes quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit*, Ioel. 2. 32. & *omnis qui petit*, inquit, Mat. 7. 8. Si ita inuocauerit, itaq; petierit, vt debet. Id Iacobus exponit ca. 4. 3. *Petitis, & non accipitis eo quod male petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis.* Et insigniter exemplis, in quibus conditio hæc vno loco prætermissa alibi exprimitur, intelligere debemus eandem, cum nullibi exprimitur, intelligendam. Sic hoc loco, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*, intelligendum, si manducauerit, & biberit, vt debet, & si potius quam vitam æternam, id est ius ad vitam æternam in manducando, bibendoq; acquisierit, nõ perdiderit suo aliquo modo peccato. Itaque ineptus est nouorũ hæreticorum magister, & interpres Caluinus, qui ex his verbis probare nititur de sacramento hic Eucharistiæ non agi, quia nõ omnes, qui sacramentum Eucharistiæ percipiunt, vitam æternam habent. Quasi vero non idem dici possit de iis, qui tale solũ, velle vult, mandicare, & bibere. Veritum fingimus, quod falsissimum profecto est, solũ fidem ad salutem satis esse, quid si postquã fide aliquis manducauit, fidem perdat? Non potest, inquit, perdere. Illud vero comminuto refutandi nõ eger, latis vel ipsa experientia refutatum. Nam illa quidẽ ratione nemo fere est Catholicus hæreticus vnquam fieri posset, quales multos quotidie etiam iudicio Caluini fieri videmus, & scriptura non solum fieri posse, sed etiam necesse esse testatur.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Cur hoc addat, & quid sit resuscitare illum in nouissimo die, vide supra ver. 39. Sunt qui præpositionem &, *ac resuscitabo*, causalem accipiant, *quia ego resuscitabo illum.*

55. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.] Rationem superioris sententiæ reddit, quamobrem qui manducat eius carnẽ, & bibit eius sanguinem, habeat vitam æternam, quia nimirum *caro eius vere est cibus, & sanguis eius vere est potus.* Cuius rationis vis in hoc vertitur, quod propria cibi, & potus natura sit vitam manducantibus, & bibentibus dare. itaque quidquid manducatũ, & bibitum vere vitam tribuit, id vere cibus, & potus est, & contra, quidquid veracibus, & potus est, vere vitam tribuit. Nota hunc locum, & explicarunt Augustinus, & Ileda. Illud ergo ex his verbis, aut vt Apollinarius in Catena Græca, & ceteri, qui Catenæ legunt, item quia, Leontius in textu, & in cõmentario τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἀληθὲς βρῶμα καὶ πόμα, *hoc est verum esca, & verus potus*, nõ naturam significat, sed effectum. Nã etsi caro, & sanguis Christi vere à nobis in sacramento sumitur, tamen hõ vocatur vetus cibus, quod vere mandicetur, & verus potus, quod vere bibatur, multi enim vere mandicantur, & bibuntur, quæ non vitam, sed mortem potius afferunt, &, vt diximus, volunt Christus probare carnem suam vitam mandicantibus dare, quia verus est cibus. Verum igitur cibũ, & verum potum vocat, quia vere animas nutrit, & virã æternam illis præbet, ficut vers. 32. vocauit se panem verum, non vtique natura, necenim vere, ac proprie, si naturam spectes, panis est, sed effectu, quia vere præstat, quod panis præstare solet, cum ad id fiat, vt vere homines viuant, & cap. 15. 1. vocat se vitem veram, non quod vera sit vitis, sed quod id, quod vitis facit, vt sarmẽta sua nutriat, atq; salueret, multo ipse verius facit.

Mimus

Minus enim nos sine illo, quam sarmenta sine vite vivere possumus, atque vivescere. Non dubium, quin cum carnem suam verũ cibum, & sanguinem verum potum appellat, comparatione alterius cibi, potusq; loquatur, quem tacite significet, si cum carne, & sanguine suo conferatur, nec verum cibum, nec verum potum esse. Sed dubium ad quem cibum ac potũ alludat, Cyrillus ad manna, & ad aquam illam, quam de petra Moyses duxerat, alijudi putat: sicut supra vers. 32. *Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum*, & ver. 58. sequitur *Hic est panis, qui de cœlo descendit, non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt.* Apte & probabiliter id dictum est, sed mihi cũ omni alio cibo, ac potu carnem, & sanguinem suum videtur comparare, significare que præter carnem, & sanguinem suum nullam prorsus verum cibum, nullum verum potum esse, cum nullus alius cibus, & potus vitam animæ, ac ne corpori quidem, nisi ad breue admodum tempus dare possit, caro vero, & sanguis ipsius & animæ, & corpori vitã præstet æternam. Hæc plenior, nisi fallor, sententia est, & est Augustini, Bedæ, Leonti, Apollinarij, & Theophyl. *Cum cibo, ac potu assuperaret hominem*, inquit Augustinus, *vt nec sperari, nec fieri posset: hoc vera caro non præstat nisi ipse cibus, & potus, qui est, a quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, id est societatem ipsa sanctorum, rebi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta.*

56. Qui mãducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Explicat iterum Christus quo modo, qui mandicat suam carnem, bibitque ipsius sanguinem, habeat vitam æternam, quia nimirum ipsum habet Christum, qui vitam æternam secũ affert, atque adeo ipsa vita æterna est. *Quæ nam res diffidẽtiã tollit, & audaciã*, inquit Cyrillus, *multũ, atque verisimile ut mer abitem eum vitã æternam exponit.* Manere in Christo, & Christum in nobis, est corpus nostrum cum Christi corpore misceri, ita prorsus vt cum illo vnum efficiamur, itaque suam nobiscum participet vitam. Quod e si extra sacramentum per fidem, & caritatem fit, quemadmodum in epistol. 1. cap. 4. 16. Idem Ioannes ait. *Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo*: tamen in Eucharistiæ sacramẽto sumpto vero corpore, & sanguine Christi longe verius fieri Patres nostri docuerunt. Postulant hæc tempora, quibus de nulla re magis adueritis hæreticos, quam de Eucharistia disceptatur, vt ipsa hic, licet aliquãdo sim longior, verba recitem veterum auctorum. Non possum, quin Valentinianorum errorem arguam, qui de Christum esse filium eius Dei, qui mundum condidit, & carnem suscepit, negant. Quomodo autem consentiat eis eum panem, *in quo gratias actus est, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinem eius: si non ipsum fabricatorem mundi filium dicit, id est verbum eius, per quod legnum fructificat, & defluunt fontes, & terra dat primum quidem semen, post deinde spicam, deinde frumentum repletum in spica? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ a corpore Domini, & sanguine alitur: Ergo aut sententiam mutent, aut abstine ant offerendo, quæ prædicta sunt. Nostra autem consona est sententiæ Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter communicationem & vnitatem prædicantes carnis, & spiritus. Quemadmodum enim qui est è terra panis percipiens invocationem Dei, iam non cibus communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans terrena, & cœlesti, sic & corpora nostra percipientia Eucharistiã iam non sunt corruptibilia spem resurrectionis habentia, & lib. 5. c. 2. Quomodo, inquit, carnem negant capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ sanguine, & corpore Christi nutritur, & membra eius quemadmodum & beatus Apostolus ait inquit. quæ ad Ephesios scribit, quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius?* Nã de spirituali aliquo, & immisibili homine dicens hæc, & spiritum neque esse, neque carnes habere, sed de ea dissolutione, quæ est fidelium vermis hominem, qui ex carnibus, & vermis, & ossibus consistit, qui de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pane, qui est corpus eius, augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terra suo fructificat tempore. Et granũ tritici decidens in terram, & dissolutum multiplex surgit per spiritum Dei, qui continet omnia, quæ deinde per sapientiam in vsum hominibus veniunt, & percipiendo verbum Dei Eucharistiæ fiunt, quod est corpus, & sanguis Christi, sic & nostra corpora ex ea nutrita, & reposita in terrã, & resoluta in eam, resurgent in suo tempore verbo Dei resurrectionem ei dante in gloriam Dei Patris. Hilarius vero lib. 8. de Trinitate sic probauit Patrem, & Filiũ nõ solum voluntate, sed etiam natura, eo q; ipsa vnum esse, quia & nos cum Christo, & inter ipsos per corporis eius perceptionem non solum consensu, caritate q; sed re ea re vnum sumus, vt ipse dixerat, *Vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus. Ego in quit, non quæ mihi Patrem, & Filium voluntate ingerunt vnitate, intersero, verum ut per naturæ vnitatem hoc Christus in nobis sit, an per concordiam voluntatis? Sit vero verbũ caro factũ est. & nos vere verbum carnem sibi Dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimãdum est, qui & naturã carnis nostræ assumpsit, & naturam carnis suæ naturam æternitatis sub sacramento nobis communicande carnis admisit? Vnitas enim omnes vnũ sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est.* Et rursus Hilarius, *Si vera igitur carnẽ corpora nostri Christus assumpsit, & vere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosq; vere sub mysterio carnẽ corpora sui sumimus, & per hoc vnũ erimus, quia Pater in eo est, & ille in nobis, quoniam de voluntatis vnitas asseritur, cum naturalis per sacramenti proprietatem per fecta sacramenti fides vnũ nos efficiat?* Atq; idem rursum. *Quæ scripta sunt legamus, & quæ legerimus intelligamus, & vbi perfecta fides esse nos fatigemur. De natura alicuius in nobis Christi vera est, quæ dicimus, nisi ab eo dissimus, stulte, atq; impie dicimus: Ipse enim ait, caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus, nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra vere caro est, & vere sanguis est. Et hæc accepta, atq; hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deũ negant.* Videmus igitur illustrium auctore Hilarium, satis superq; tutum esse existimare, negare carnẽ, & sanguinẽ Christi vere in Eucharistia à nobis sumi, vere nos in Christo per eam coniungi, & Christũ in nobis manere, atq; negare Christũ verum esse Deum. Et nos Hilario subscribimus. Simile est, quod Amb. lib. 9. de S. Agnete refert dixisse eam, cum tam mortuæ Christi corpus accepisset, *Nunc*, inquit, *cui pro Domini mei corpori mee offeritur cibus, & sanguis illius ornabit genas meas.* Et Chrysostomus hom. in Ioan. 45. *Vt autem nõ solum per dilectionem, sed etiam re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. cum enim suũ in nos amorem indicare vellet: per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnũ nobiscum redegit, vt corpus cũ capite vniretur.* Et Cyril. lib. 10. in Io. 4. c. 14. *Quoniã igitur saluatrix caro, verbo Dei, quod natura aliter vita est, conuncta vinifica effecta est, quando eã comedimus, tunc vitam habemus in nobis, illi coniuncti, qua vita effecti sumus. Hac de causa in excitatione mortuorum non sola nuda verbi, atque imperia, vt Deus verbum est, verum etiã carnem suã quasi cooperatricẽ nonnunquam adhibuit, vt se ipsa offendere carnẽ quoque suam, quoniam sibi con-*

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA

sibi coniunctã est, viuificam esse, atque si dicat docuit suum
non alterius corpus esse. Et c. eiusdem lib. 11. *Qui carnem*
Christi manducat, vitam habet æternã. Id ubi enim hæc caro
Dei verbum, quod naturaliter vita est, propterea dicit, quia
ego resuscitabo eum in nouissimo die. & paucis interpositis
Quemadmodum si quis scintillam ignis in fœnum, aut palæ ac-
cenderit, ita in ipsum ingreditur necessario fiet, sic verbum Dei
ad quam susceptus in naturam nostram immixtum, totam in-
de in se transmutauit, atque ad vitam interius penitus destructo
reduxit. Et cap. 17. Qui manducat, inquit, carnem meam, &
bibit sanguinem meum in me manet, & ego in illo. Sicut n.
si quis liquefacta cera aliam ceram infuderit, alteram cum
altera per totum commisceat, sic necesse est, si qui carnem, &
sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coalescatur, vt Chri-
stum in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quid ait no-
do apud Matthæum reperiet. Similis est, inquit, regnum cælo-
rum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinæ sa-
tis tribus. Quid igitur femina sit, & quæ farcimen trimisa,
aut omnino fatum quid sit, fo. 20 sua dicetur, nunc autem de
fermento solum dicamus. Sicut parum, vt Paulus ait, fermen-
ti tota massam fermentat, sic parua benedictio totã ho-
minem in ipsum attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo
in nobis Christus manet, & nos in Christo. Vere enim totum
fermentum in totam massam penetrauit. Ecclibro 10. ca. 13.
Qui manducat carnem meam, ait, & bibit sanguinem meum
in me manet, & ego in illo. Vnde tanti ædum est, non ha-
bitudine solum, quæ per caritatem interuenit, Christum in
nobis esse, verã etiam, & permixtione naturali. Nam quã-
admodum si quis ignis liquefactam ceram alia cera, similiter
liquefacta sua miscuerit, vt vnum quid ex vtriusque factum
videatur, sic etiam nos attingendo corporis, & sanguinis
Christi ipse in nobis est, & nos ipse. Non poterat enim aliter corrup-
tibile hoc naturæ corporis admixtum incorruptibilitatem, & vitã tra-
duci, nisi naturalis vitæ corpus ei copulatum fuerit. Nam credis mihi hoc dicenti? Christe, te obsecro, fidem præbe. Amen, amen,
inquit, dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis,
& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui
manducat meam carnem, & bibit sanguinem meum habet
vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et
Greg. Nyssen. hom. 8. in Ecclesiasten, *Propter eos nobis se-*
ipsum comedendum proponit, qui semper est, vt cum ipsum
in nobis ipsis acceperimus, illud quoque, quod vile est, Ammo-
nius vero hoc modo scribit, διὰ τοῦτο ἐσθίειν ἡμᾶς δίδωσι τὸν ἑαυτοῦ
λόγον, ἵνα μὴ ἐν ἀφανείᾳ τοῦτο μένῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ σώματι τῆς ἀνθρωπότητος
ἐνεργὸν γένηται. Ad eundem sensum Damascen. li. 4. de fi-
de, c. 14. & Theophylactus, & Euthymius in commen-
tariis huius loci scribunt. Atque ita nos maiores nostri
sentire, loquique docuerunt, à quibus qui dissentiũt,
hæretico ducitur spiritu. Obsecrasti hæc phrasim ma-
nendi propriam esse Ioannis, qua mirum in modum
est delectatus, significat autem aliquanto plus, quam
in alio esse, aliquando quidem motum, & quasi habi-
tum, vt ita eundi verbo opponi videatur, vt c. 11. 33.
& 36. & 38. Aliquando vero mutuã coniunctionẽ,
vt hoc loco, & 1. epi. c. 3. 9. & 4. 16. Quod hæreticus qu-
dam dicit in codice quodã Græco manuscripto se re-
perisse post finem huius versus hæc addita Καθὼς ἐστὶν
ἐμοὶ ἐντολὴν, οὕτως ἐγὼ οὐ πάντα λέγω, ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, καὶ
μὴ πιστεύετε ἐὰν μή τις ὑμῖν εἴπῃ τὰ ἐμὰ τὰ ἐμοῦ, ἐὰν
μὴ ἐγὼ ὑμῖν τὸ εἰπω. *Sicut Pater in me est, & ego in Patre, a-*
men, amen dico vobis, nisi acceperitis corpus filij hominis, vt
panem vitæ, non habebitis vitam in ipso, videtur mihi ex a-
liquo Græco sumptum commentario.

17. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Pa-
trem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.] Ob-
scurus, & impeditus locus. Illud tamẽ constat voluisse
cõfirmare Christum, & adhibito Patris exemplo ma-
gis explicare, quomodo qui carnem suam manduca-
ret, viram æternam habiturus esset, quia nimirũ sicut
ipse cum Patre coniunctus vitam ab eo trahit, ita qui
carnem suã manducat, coniunctus sibi vitam à se hau-
riat. Cæterum duo sunt, quæ difficilem locũ reddunt.
Alterum, quod non satis constet, in quo, alterũ, quod
non satis constet inter quas personas hæc comparatio.
Hoc verba. *Sicut misit me viuens Pater*, videntur indica-
re inter missionem, & vitam, aut certe inter missionẽ,
& manducationem comparationem fieri. Quod quia
absurdum videtur, difficilis est sensus. Cæterum non
dubito, etsi id à nemine animaduersum inuenio, cõ-
parationem non fieri inter missionẽ, & vitam, aut in-
ter missionem, & mãducationem, sed inter vitam, &
vitam. Quis enim ignorat cõparationem in rebus e-
iusdem generis fieri debere? Sed nimirũ Hebraismus
obscuritatem reddit orationem, quæ sit in Latinitatẽ
resoluatur, erit facilis. Resoluendã autem hoc modo
est: Sicut Pater, qui me misit, viuit, *& ego viuo propter Pa-*
trem, & qui mãducat me, & ipse viuet propter me. Maior
de personis quæstio. Augustinus, Cyrillus, & fere pa-
tres, vnam tantum comparationem esse inter nos, &
Christum, quod quemadmodum ipse à Patre missus
propter Patrem viuit, ita nos eius manducantes car-
nem propter ipsum viuamus. Chrysostomus, Theo-
philactus, & Euthym. duas esse cõparationes; alte-
ram, Sicut Pater, qui me misit, vivit, ita ego, *propter*
ipsum vivo: alteram. Sicut ego vivo, ita qui man-
ducat meam carnẽ, propter me vivit. Hoc magis pro-
bo, etsi concisa oratio comparationem occultat. Ce-
terũ qui Hebraismi vim animaduerterit, facile intel-
liget. Solent Hebræi particulam כ, quæ cõparationi-
bus seruit, sæpius subinde tollere, quam exprimere, &
eius loco ponere ו, &, quod apud Ioannem, qui ma-
xime omnium Euangelistarum Hebraismis delectã-
tur, est frequentissimum, cap. 10. 11. *Sicut nouit me Pa-*
ter, & ego agnosco Patrem, id est, sicut nouit me Pater, ita
ego agnosco Patrem, & c. 15. 9. *Sicut dilexit me Pater, &*
ego dilexi vos, id est, ita ego dilexi vos, & 1. epist. c. 2. 18.
Sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc Antichristi
multi facti sunt, pro, sic etiam nunc Antichristi multi
facti sunt. Sic igitur hoc loco, *Sicut me misit viuens*
Pater, & ego viuo propter Patrem, id est, sicut Pater, qui
me misit, vivit, ita ego per illum vivo. Nam & in
secundo membro, in quo nemo comparationem esse
negat, eadem vitæ ratio patuit, *Et qui manducat me, & ipse*
viuet propter me, id est sic etiam, qui manducat me, vi-
uet propter me. Confirmat hunc sensum, quod capit.
5. 26 hanc eandem sententiam, quam hoc loco ponit,
iis ipsis verbis, quibus nos interpretamur, pronun-
tiauit. *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Fi-*
lio habere vitam in semetipso, & eodem cap. ver. 21. *Sicut*
Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult,
viuificat. Confirmat etiam, quod si hic non esset sensus,
frustra hæc prima verba posita viderentur, *sicut misit*
me viuens Pater. Facilius enim, & breuius dicta erat, si-
cut ego vivo propter Patrẽ, sic qui manducat me, vi-
uet propter me. Cùm ergo dixerit, *Sicut misit me vi-*
uens Pater, voluit proculdubio inter se, & Patrem cõ-
parationem facere. Viuentem addit Græce articu-
lo τὸν πατέρα Patrem appellauit, vt significaret ipsum
per se Patrem non solum viuentem, sed vitam ipsam,
atque omnis vitæ fontem esse. Cur ergo dixit, *misit*,
cum, vt supra docuimus, non de missione, sed de vi-
ta ageretur, & satis fuisset dicere, sicut vivit Pater, &
ego vivo propter Patrẽ? Voluit, opinor, simul ratio-
nem declarare, quare ipse propter Patrẽ viueret, quia
ab eo missus fuerat, id est homo factus, vt l. cõtra ex-
ponit. Alii putant rationem indicare voluisse, quare
missus à Patre esset, vt vitam nimirum ab eo acceptam
cum hominibus cõmunicaret. Quæsitũ à multis est,
quid sit, *vivo propter Patrem.* Græce est διὰ τὸν πατέρα,
quod

quod potest Latine reddi *per Patrem*, aut, *propter Pa-*
trem. Augustin. & Beda existimant finalem, vt vocant,
causam significare, *propter Patrem*, id est ad gloriam
Patris. Sed manifestum est ex sequenti membro non
eam esse sensum. Cum enim dicit, *& ipse viuet propter*
me, non significat propter gloriam suam victurum ef-
se, sed propter se, id est se illi vitam impertiente victu-
rum. Causa ergo efficiens, non finalis significatur, quæ
aliquando etiam exprimitur per præpositionem *pro-*
pter. Cæterum alia huic mouentibus Arianis existebat
quæstio, quomodo Filius per Patrem viuere dicere-
tur. Obiiciebant enim Deum esse non posse, qui per
alium vitam haberet, vt ex Gregor. Nazian. orat. 5. de
Theolog. & ex Ambros. lib. de fide, ca 5. & ex Basil.
libr. 4. aduersus Eunom. & in apolog. ad Cæsarianos,
& ex Cyrillo hoc loco, & in lib. de recta fide ad Regi-
nas intelligimus. Quæstio in eo fere versatur, vt intel-
ligamus, de qua loquatur vita, cum dicit, *& ego vivo*
propter Patrem, & an loquatur de se, quatenus Deus,
an quatenus homo est. Gregor. Nazian. Chrysostom.
Ammonius, Theophylact. Cyrillus, & Euthym. de
Christo, quatenus Deus est, videntur exponere. Nam
& secundum diuinam naturam propter Patrem viue-
re, non quod participatione vitæ eius vivat, sicut nos
*17. 12. *in ipso viuimus, & mouemur, & sumus*: sed quod vt per se
vivat, ac vita ipsa sit, à Patre per æternam generatio-
nem accepit. Quod autem non per participationem
Patris viuere dicatur, ex eo Ammonius, & Cyrillus
probant, quod non solum viuens, sed vita etiam ipsa
dicatur, Ego *sum via, & vita*, ipsa autem vita per
participationem esse non potest. Vera responsio, sed
verior, & magis expedita illa Basilij, Ambrosij, Au-
gustini, & Bedæ, Christum de se vt homine loqui, a-
gebat enim de carnis suæ manducatione, & non mã-
ducatur vt Deus, sed vt homo. At de qua vita? Nam in
illo ipso homine Christo & diuina, & humana, & na-
turalis, & mortalis, & supernaturalis vita erat. Vide-
tur Chrysostomus de mortali vita hoc interpretari, vt
sensus sit, sicut Christus propter Patrem, id est quia à
Patre missus est, bene, sanctèque vixit, ita qui eius e-
dentes carnem, bene victuros esse. Credo ego, eam-
demq; omnium fere auctorum sententiam esse arbi-
tror, non de mortali, non de naturali, sed de diuina, &
supernaturali vita loqui, quam vitam æternam appel-
lamus, quæ in Deo naturalis est, in Christo, quatenus
homo est, & in nobis diuino beneficio per participa-
tionem quandam concessam diuinæ naturæ. Eam e-
nim sempiternam vitam atque diuinam, quam Deus
natura sua habet, Christus, vt homo, per coniunctio-
nem cum diuinitate hypostatica habuit, per quam
quicunque Dei erant, in humanam naturam deriua-
ta sunt: nos vero per eam coniunctionem habemus,
qua sumpto corpore, & sanguine Christi, cum eo vi-
num quiddam efficimur. Sicut enim per vnionem il-
lam hypostaticam sit, vt vita illa diuina, & feliciter
tamen mortalis humanæ Christi naturæ facta sit: ita per
coniunctionem nostram cum corpore eius efficitur
nostra. Atque hoc est, *Si ut misit me viuens Pater, & ego*
viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet pro-
pter me. Potest etiam quæri, vt nihil, quod ad huius
loci explicationem pertineat, prætermittamus, cur
cum soleat dicere, *Qui manducat meam carnem*, hic non
dicat, Qui manducat meam carnem, sed *qui manducat*
me? Notauit Cyrillus lib. in Ioan. cap. 15. se ipsum car-
nem suam appellasse, & è contrario aliquando par-
tem pro toto, aliquando totum pro parte ponendo,
vt in illo loco D. Pauli. Rom. 7. 18. *Scio quia non habi-*
tat in me, hoc est in carne mea bonum. Verum, sed aliqui
tamen causam fuisse suspicor, quam ob rem potius
dixerit. *Qui manducat me*, quam qui manducat meam
carnem, nempe quia non dixerat, caro mea vinis pro
pter Patrem, sed *ego vivo propter Patrem.* Monent Chry
sostomus, Leontius, & Theophylactus Christum ite-
rum, atque iterum hunc de carne sua manducanda
sermonem vertere, vt eum in auditorum mentibus
imprimeret. Tanti esse momenti de hoc mysterio re-
ctè sentire.

58. Hic est panis, qui de cælo descendit.] Hic panis, de
quo loquor, id est, ego. Quomodo dicat de cælo de-
scendisse, vide supra ver. 42. & 33. Concludit disputa-
tionem, reuocans eam ad initium. Dixerant illi Iu-
dæi versu. 30. & 31. *Quod ergo tu facis signum, vt videa-*
mus, & credamus? Patres vestri manducauerunt manna in
deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. Inde disputatio hæc omnis nata fuerat. Respondit
enim Christus non illum, quem dedisset Moyses, sed
quem ipse daturus erat, verum esse panem, atque cæ-
lestem. In qua re probanda, explicandaque hactenus
versatus est. Id nunc concludit comparatione huius,
& illius panis.

Non sicut manducauerunt patres vestri manna.] Hebraismus est לֹא כַאֲשֶׁר id est, hic panis, qui de cælo
descendit, non similis illi, quem patres vestri come-
derunt. Duplex autem inter hunc, & illum panem
breui & concisa oratione discrimen esse indicat, alte-
rum, quod ille terrenus fuerit, hic cælestis sit, dicut di-
xerat versu. 32. *Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit*
vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo
verum. Hanc differentiam indicat, cum dicit, *Hic est*
panis, qui de cælo descendit, cum enim addat illarum, *Non*
sicut manducauerunt, id est non qualem manducaue-
runt patres vestri, perinde est, ac si dicat, Hic est panis,
qui de cælo descendit, non ille, quem patres vestri
manducauerunt. Alterum discrimen est, quod hic vi-
tam edentibus conferat, ille conferre minime potue-
rit, cum ipsorum patres, qui illum comederunt, mor-
tui fuerint. Quod qua ratione intelligi debeat, supra
docuimus, ver. 49.

59. Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum.] Qui-
dam hoc non alia de causa additum putant, quam vt
historiæ ex loci descriptione fides fieret. Chrysosto-
mus vero auditorum ducitiem, & incredulitatem no-
tari docet, quod cum hæc Christus in Capharnaum,
id est in ea dixerit urbe, in qua tot miracula fecisset,
illi nemo fere crederet. Magis probo, quod Leon-
tius, & Cyrillus tradunt, voluisse Euangelistam do-
cere hæc, quæ narrarent, non clam, & in loco ali-
quo solo, sed in loco celeberrimo, & frequentissimo,
& quam plurimis ad eundem facta esse, ne quis,
quod solus ipse narrasset, fictum putaret, nã & vrbs
ipsa Capharnaum celeberrimum erat emporium, &
in ea ipsa non quouis loco, sed in media synagoga,
quo omnis populus conflueret, hæc contigisse. Simi-
lia notauimus exempla Mar. 1. 21. & 3. 1. & c. 2. Sed
nascitur hinc quæstio, quam Ammonius, & Theo-
phylact. excitarunt, cur Christus de tanto mysterio in
tanta frequentia disputare voluerit, cum non ignora-
uerit vix quemquã credeturum. Respondent voluisse
ostendere se legi non esse contrarium, cum in synago-
ga Iudæorum more disputaret, simul etiam captare
multitudinem. Nam etsi plerique etiam discipuli nõ
credidissent, tamen vero simile ex tanta multitudine
non paucos credidisse.

50. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt, Du-
rus est iste sermo, & quis potest eum audire.] Quod Euan-
gelista præteriit alios solos discipulos dixerit oratio-
nis eius difficultate fuisse deterritos, eo, vt opinor per-
tinet, vt doceat, quam perum Christus persuasisset,
cum ne ipsi quidem eius discipuli credidissent, vt Au-
gust. & Beda notauerunt. Ergo cum dicit multos ex

discipulis eius hoc audientes dixisse, *Durus est hic sermo*, tacite insinuat, multo magis cæteros, qui discipuli non erant, aut idem, aut aliquid simile dixisse, cogitasse. Non fuisse ex duodecim Apostolorum numero monent Theophylactus, & Euthymius, idque ex versu 67. manifestum est. Durum sermonem vocant doctrinam creditu difficilem, quod nemo nisi Christi carnem manducaret, & sanguinem biberet, vitam æternam habere posset. Sic Chrysostomus & Euthymius exponunt. Quod autem dicunt, *Quis potest eum audire?* periode valet, ac si dicant, quis potest credere? Hebræorum idioma, vt, *si audieritis me bona terra comedetis*. Sed habet malorum vim, quod dicunt, *Quis potest eum audire?* quam si dicerent, Quis potest credere? quasi dicant ne cuiusquam quidem aures eũ sermonem ferre posse. Hæreticorum vox, qui cum diuina mysteria suo metiantur ingenio, quid quid non intelligunt, deliramentum putant. Afferant Caluinistæ quam speciosas velint causas, quamobrem non credant, quod illi non crediderunt, vere nos corpus Christi manducare, & sanguinem bibere, dicant se Dei potentiam non negare, sed voluntatem sequi, potuisse quidem, sed noluisse, voluntatem autem eius ex aliis scripturæ locis se colligere. Mentiuntur, nam cum in disputatione premuntur, ad philosophiam, rationemque naturalem confugiunt, fieri non posse, vt corpus vnum pluribus locis sit. Non alia igitur illis non credendi causa est, quam illis fuit, quod durus illis sermo esse videretur. Dictum ergo de se putent, quod eorum magister Caluinus de illis dicit, duntaxat non in Christi persona, sed in spiritu illis auditoribus fuisse, qui sermonem durum esse dicebant, & intelligant se illis similes esse animales, *qui non percipiant, quæ sunt spiritus Dei*. Hoc pestores, quam discipuli illi Caluinistæ sint, quod illi non palam, & Christo audiente dixerunt, vt Augustinus & Beda obseruarunt, & ex ver. sequenti perspicuum est. Caluinistæ vero palam dicunt adiunctis etiam quibusdã in Christum blasphemiis.

Subauditur ipsum. Ioan. 2. 25.

In Cæsarem in Ioannem.

1. ad Cor. 2. 14.

61. *Sciens autem Iesus apud semetipsum.*] Id est nemine indicante, vt modo ex Augustino, & Beda notauimus. Ita enim discipuli inter se taciti murmurauerant, vt audire Christus non posset. Sed Deum, quem corda non latent, quomodo verba etiam non audita latere potuisse putant? Itaque recte ex hoc loco Chrysost. Cyrillus, Theophylact. & Euthymius, atque Theodorus Heracleensis in Catena Græcorum Christi diuinitatem probant.

Act. 1. 24. Christi diuinitas multis locis probatur.

62. *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius?*] Difficilem locum & oratio concita, & interrogatio facit. Cum enim ad explendam orationem, atque sententiam aliquid necessario subintelligendum sit, incertum quid debeat intelligi. Vnum e duobus intelligatur necesse est, aut tunc non scandalizabimini, *cum videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius*, aut contra. Tunc magis scandalizabimini. Priorem sensum pleriq; sequuntur. Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, Theophylactus, Beda, Rupertus, Euthymius, & Theodorus Heracleensis in Catena Græca, & Leontius in Commentariis. Sed hi ipsi auctores in eo inter se dissentiunt, quod alij hoc referant ad id, quod dixerat de se e cœlo descendisse vers. 41. Nam eum etiam ob causam Iudæi murmurauerant. Quasi dicat, cum videbitis *Filium hominis ascendentem, vbi erat prius*, tunc animirum scandalizari desinetis, intelligentesque me de cœlo descendisse, cum eodem ascendere in cœlum potuit, *nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlo*. Sic Chrysostom. Theodorus Heracleensis, Theophylactus, & Euthym. Alij referunt ad id, quod dixerat vers. 54. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam.* Quasi probet modo carnem suam vitam æternam dare posse, quia caro Dei est, quod ex eo probat, quod in cœlum sit ascensurus. Sic Cyrillus, & Leontius. Alij ad id, quo offensi discipuli illi fuerant vers. 52. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quasi modum doceat, quo carnem suam illis ad manducandum daturus sit, nimirum non concisam, vt illi putabant, in fruitrs, cum eam integram, atque incorruptam in cœlum esset illaturus, sed sub sacramento. Sic Augustin. Beda, & Rupertus. Quæ interpretatio in eo cæteris præstat, quod sententiam referat ad id, quod discipuli dixerant, *Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum?* Id enim haud dubie probabilius. Sed ego non libenter, vt sæpe dicere soleo, scripturæ sacræ restringo sententiam. Itaque malim ad totam Christi superiorem disputationem referre. Generaliter enim discipuli illi dixerant, *Durus est hic sermo*, vbi sermonem, vt diximus, totam superiorem Christi de carne, & sanguine doctrinam appellauerant. Illud mihi difficile persuadere possum, intelligendum esse. Tunc scandalizari desinetis, aut tunc intelligetis, tunc credetis, quemadmodum omnes, quos memini legere, auctores interpretantur. Necenim ita loqui videretur Christus, quasi doceat, & probet, sed quasi reprehendat, *Hoc vos scandalizat?* cum adhuc vobiscum sim? cum facile intelligi potest, posse me vobis carnem meam dare ad manducandum, præsertim præsentibus? Quid facietis, cum videritis me in cœlum ascendentem? quanto magis scandalizabimini? quanto minus credetis? cum videatis me in cœlo, vos in terra esse? Solet enim Christus auditores, qui non credunt ea, quæ faciliora reditu sunt, sic obiurgare, quod cum ea non credant, multo minus quæ ioriora, difficiliora que sunt, fore credituti. *Si terrena*, inquit, *dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis* ca. 3. 12. Enentus ipse, hanc interpretationem probat. Nam Caluinistæ, qui fallis illis, & incredulis Christi discipulis successerunt, hoc potissimum argumento non credunt, Christum vere nobis carnem suam dare ad manducandum, quod in cœlo sit, quod eum cœlum continere oporteat vsque in diem resolutionis omnium, non ergo in Eucharistia esse posse. Ego contra propterea in Eucharistia esse posse, quia in cœlo est. Ex eo enim quod propria in cœlum ascendit auctoritate, sequitur Deum esse, ex eo quod Deus est, sequitur corpus suum vbicunque velit posse ponere, sic adeo vt abeo loco, in quo est, minime discedat. Præterea ex eo ipso quod hoc Christus prædixerit, non ignoras quid discipuli illi, quid Caluinistæ eorum discipuli dicturi essent, probo non solum esse posse, sed re etiam vera in Eucharistia esse. Si enim non vere, sed spiritualiter carnem suam ad manducandum se daturum pollicereture, declarasset vtique se non vere, sed fola fide carnem suam datorum esse, cum tam multos sciret & tunc aliter intellexisse, & postea intellecturos, posseque vno omnes verbo magno errore liberare. Non declarauit, sed vsque duxit iterum, atque iterum fore, vt nisi eius manducaremus carnem, vitam non haberemus. Prædixit fore qui propter suum in cœlum reditum minus etiam non crederent, nec lententiam, nec orationis tenorem mutauit, volebat igitur quæ dicebat, non figurate, sed propriè à nobis intelligi. At enim explicauit, cum dixit, *Caro non prodest quicquam?* Eum errorem eo loco refutabimus. Non nego me huius interpretationis auctatem neminem habere, sed hanc eo magis probo, quam illam alteram Augustini cæterarum aliquipro babilissimam, quod hæc cum Caluinistarum sensu

sensu magis pugnet, quod mihi magnum est probabilitatis argumentum. Cur se hoc loco *Filium hominis* appellauerit, varias etiam rationes auctores afferunt. Chrysostomus, Theodorus, Heracleensis, & Theophylactus conuenienter superiori sententiæ suæ putant ideo se Filium hominis appellasse, vt indicaret eundem se, quem illi solum Filium hominis esse credebant, Filium etiam esse Dei. Alij, vt ostenderet non duos, alterum Dei, alterum hominis, sed vnum Dei, eundem & hominis esse filium, vt Cyrillus contra Nestorianos hoc loco disputat, & vt indicat in Catena Græcorum Ammonius. Propterea non dixit, *si videritis Filium hominis ascendentem* in cœlum, sed *vbi erat prius*, vt indicaret prius se in cœlo, vt Dei, fuisse, tunc se in cœlum tanquam hominem ascensurum, quia idem Deus, & homo est. Exposita sunt hæc verba. c. 3. 13.

Cur hic se Filium hominis appellarit.

1. ad Cor. 15. 28.

63. *Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam.*] Difficilis etiam & ipse per se, & interpretationum varietate hic locus est. Primum Caluinistarum errorem euellendus, nec enim inter bonorum interpretum sententias recitandus. Probare ex hoc loco nituntur, Christum carnem suam nobis in Eucharistiæ sacramento non dare, quia *caro non prodest quicquam*, quorsum autem daret nihil profuturam? Non illi primo nium hæreticorum his abusi sunt verbis, vt Ecclesiasticam fidem refutarent. Nam & Tertullianus in libro de resurrectione carnis scribit hæreticos illos veteres, qui carnis negabant resurrectionem solitos dicere, quorsum caro, quæ nihil prodesset, esset resurrecturа? Non vident homines valde, vt sibi videntur, acuti, ita ratione se non hoc solum mysterium, sed omnem prorsus Christianam religionem euertere. Si enim *caro non prodest quicquam*, cur etiam Christus assumpsit eam, pro nobis eam cruci suffixit? Profuit fortasse dicent ad nascendum, profuit ad patiendum, non prodest ad edendum, qui id sciunt? Nam omnibus modis prodesse posse, quibus eam Christus prodesse voluit, quamvis impudentes sint, negare non possunt. Voluisse autem vt non tantum crucifixa, sed etiam manducata prodesset, quibus ipse verbis apertius docere potuit, quam, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis?* Et si naturam, & vim spectemus carnis, quis non videat magis manducatam, quam crucifixam solere prodesse? Quanto mirabilius Gentilibus olim videbatur, carnem Christi affixam cruci, quam commanducatam vitam attulisse? Dicent rursus carnem Christi, non quia sola caro, sed quia caro cum spiritu, & diuinitate coniuncta erat, prosuisse. Quid ergo? an quisquam in Eucharistia sine spiritu, ac diuinitate esse dicet? Quemadmodum ergo in cruce, ita & in sacramento non sola caro, sed caro cum diuinitate coniuncta nobis prodest. At fatis, inquunt est, si sola manducaretur fide. Satis vtique fuisset, si Christus voluisset, sicut fatis fuisset si ira Deus statuisset, si non ex ipsa, sed fide, aut figura morierent, sed nostrum non est Deo legem dare. Quemadmodum quia voluit ex ipsa mori, aliter qui pet eam eius mortem salui esse non possumus, ita quis voluit ex ipsa carnem suam à nobis manducari, non possumus esse salui, nisi eam re ipsa manducemus. Sed hæreticorum, vt dixi, habenda non est ratio. Catholici interpretes, quid dixerint videamus. Tollatur ex rebus omnis humanæ loci verfatur quæstio. De quo loquatur spiritu, cum dicit, *Spiritus est, qui viuificat*: de qua carne, cum dicit, *Caro non prodest quicquam*, quid sit viuificare spiritum: & non prodesse carnem. Quidam spiritum excipientis fidem, & cattitatem, cæteraliquæ omnes dispositiones

Caro non prodest quicquam, & carnem hic figuratè accipiunt.

vocari putarunt, quas qui carnem Christi recipit, vt dignè recipiant, habere debet. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Ita Augustin. serm. 2. de verb. Apostoli. Gaudentes tractatu 2. in Exod. Paschasius in libro de corpore, & sanguine Christi. Itaque sensum esse solam Christi carnem sine fide manducatam nihil prodesse, cum spiritu, id est cum fide manducatam viuificare. Quæ vera quidem sententia est; an vera quoque sit leo, postea videbimus. Alij spiritum ipsum Christi diuinitatem interpretantur, carnem vero eius corpus. Vtrumque esse carnem per se consideratam, si eius spiritu, id est diuinitate coniuncta non esset, nihil profuturam: spiritum viuificare, id est caro tribuere, vt viuificare possit. Quemadmodum ad naturalem vitam caro sola nihil prodest, coniuncta, id est cum humano spiritu coniuncta prodest, ita ad spiritualem vitam nihil prodesse solam per se Christi carnem, tamen cum spiritu, id est diuinitate coniunctam maxime prodesse. Ad hunc modum D. Augustinus tract. in Ioan. 27. & libro quarto de consen. Euangel. cap. 10. & libro decimo de ciuitate cap. 24. & in comment. Psalm. 98. Cyrillus lib. 4. cap. 25 Leontius, Rupertus, & Bernard. serm. 3. in Cantic. Vera quoque sententia, sed quod attinet ad interpretationem loci, hoc in ea, & superiore desiderari posse, vt magis esset ad id, quo agimur, accommodata. Necenim id agere Christus videbatur, vt doceret, qua ratione caro sua viuificaret, sed vt doceret posse ie carnem carnem suam ad manducandum: aut certe, vt ostenderet, quid causæ esset, quamobrem illi non crederet, quod dicebat, quemadmodum paulo post sumus explicaturi. Alij intelligunt Spiritum sanctum tertiam personam Trinitatis, sine quo ne ipsa quidem Christi caro viuificare posset, Basilius libro de Spiritu sancto ad Amphiloch. cap. 24. Victorinus libro quarto adversus Arianos. Victor Vticensis in confessione fidei ad Hunericum Vandalorum Regem. Minus probabile hoc est, quam quod modo ex Augustin. & aliis auctoribus dicebamus. Alij existimãt Christum verba sua spiritum viuificantem appellasse, vt Tertullian. in libr. de resurrectione carnis, & vt videtur Cyrill. Ierosolym. catech. 16. sed ij ipsi non eodem modo sentiunt. Quidam enim eorum putant vocasse verba sua spiritum, id est non carnaliter, sed spiritualiter intelligenda, idque statim declarare cum dicit, *Verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Sic Tertullianus de resurrectione carnis. *Exequitur etiam quid velit vocari spiritum, verba, quæ locutus sum vobis. Spiritus sunt, vita sunt, sicut & supra. Qui audit sermones meos, & credit in eum, qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit.* Putat quisque Tertullianus ea de verba sua carnaliter intellecta vocalle carnẽ, sed peteri quam id speciem probabilitatis habet. Quidam vero verba sua vocalle spiritum, quia verba Christi, quibus conficitur Sacramentum, vocem spiritus habent, consecrant enim substantiam panis in substantiam corporis Christi, eamque animant, atque viuificant. Quem etiam ad modum Rupertus interpretatur. Iouenio, qui de carnem ipsam Christi per se consideratam, carnem, eandem vero quatenus diuino, ac viuificante spiritui plena est, spiritum appellasse dicant. Quod à D. Augustini sententia, quam supra posuimus, non distat nisi modico discrimine. Eius auctor Ammonius, *οὐτως δὲ καὶ τὸν κύριον ἡμῶν λέγειν σάρκα τὴν ἐμπνευσθεῖσαν ὑπὸ τῆς θεότητος τοῦτ' ἐστὶ πνεῦμα*, id est, *spiritum hic vocat plenam vnitate spiritus veritatem carnem*, nempe enim carnem. Alij spiritum modum intelligendi spiritualem, carnem, modum intelligendi carnalem interpretantur. Iudæos carnaliter intellexisse, quod de

Quid sit spiritum, & carnem hic figuratè accipere.

Cap. 3.

Ee 2 mandu-

manducanda carne sua dixerat Christus, putantes A eum concisam suam carnem, & auriendam, aut elixam ad manducandum daturum esse. Respondisse igitur Christum carnem suam spiritualiter, id est sub sacramento intellectam, ac sumptam vitam dare, carnaliter, quemadmodum ludæi intelligebant, nihil profuturam, ad hunc ferme modum Athanasium in orat. in verba illa. *Qui dixerit verbum Spiritum sese fore, non remittetur.* Chrysostomus homil. in Ioannem. 3. Augustin. in Psal. 98. Beda, Theophylactus & Euthymius. Sic ut intelligendum quod dicit Augustinus. *Non hinc corpus, quod videtur manducaturum esset, & bibiturum esse sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendans, spiritualiter intelligi oportet. Vivificabit vos.* *Etsi non esset dictum, spiritualiter intelligi, oportet tamen hoc modo intelligere.* Quibus verbis quia hæretici ad erroris sui confirmationem abutuntur, demonstrandum est non ita intelligenda, quam vult Augustinus dicere nos non mortua, sed vivificatrix esse, vt hæretici volunt, carnem Christi manducare, & sanguinem bibere, sed hæc ita esse significare, nos non carnaliter, non sanguinolenter, non denique modo cæteris rerum carnium, sed sublato isto omnino, sed inuisibiliter, sed admirabili, & mysticali quodam modo manducaturos. Primum eodem modo Chrysost. Theophylactus, & Euthymius, videmus, quo Augustinus, interpretatur, & tamen certum est (vt dixi ex Theophylacto) neque Euthymium, quæ omnes Catholici uiri, talle sententia, vt crederent verè, ac re ipsa carnem Christi a nobis sumi. Si quis dubitet, quod nemo nostrum dubitabit, Chrysostomum legat homil. 46. Matth. 83. Theophylactum hoc loco, & Euthymium, Matth. 26. ergo & Augustinum eodem modo intelligere illos. Qui nisi prius legat Augustinum concion. 1. in Psal. 33. dubitare desinet eum ibi præsentia in Eucharistia corporis Christi minime dubitasse. Quid enim aliud illa eius verba declarant? *Et ferretur in manu sua. Ita vos fortasse quomodo posse fieri in homine, quo ratiocinio? Quo enim pertinet vt manum suam manibus aliorum porrigat, vt alius sua tradat manu porrigendum? Quomodo intelligatur scio, & quidem ita vt non dubitem, non intermittam, in Christo carnem transmutam fuisse?* declarat eum Christum in manibus suis, quæ in manibus aliorum ipsius corpus suum, *id, hoc est corpus meum. Verbum enim illud corpus in manibus suis.* Dicant Catholici, quomodo Augustinus dicat Christum tulisse corpus suum in manibus suis, si non ferme habuerit ipsum in ore illo sacramento, quod Apostolis porrigebat? Percipiet, inquit, figura, non veritate. Eodem modo non solum Dauid, sed alius etiam quilibet homo se ipsum, id est figuram corporis sui in manibus suis ferre poterat, quid enim repugnabat? Atqui Augustinus id Christi fecisse dicit, quod nemo alius facere potuerit. Legat eundem Augustin. epistola. 120. & in Psalm. 98. vbi docet neminem carnem Christi in Eucharistia accipere, quin eam prius adoret. Nam quod Calminiæ respondere solent adorari carnem Christi à fidelibus non in Eucharistia, sed in cœlo, tam ineptum, atque ridiculum est, vt refutatione non egeat, & verendum non sit, ne quis credat, qui modo sanæ sit mentis. Nolim igitur in loco illo Psal. 98. Augustinus dicere, aliud corpus Christi, quam quod discipuli videbant, manducaturos fuisse eos, sed non eo modo, quo videbant, id est non visibiliter, non eo modo manducaturos. Virtutem enim non solum apud Ecclesiasticos auctores, sed in ipsis etiam sacris litteris est, vt eem visum duobus modis se habentem duas vocent, aut duplicem esse indicent. Sic D. Paulus duplex corpus nostrum esse dicit, animale ante resurrectionem, spirituale post, cum vnum tamen, idemque sit

1. Reg. 21. 13 secundum Septuagint.

Matt. 26. 26.

Rom 12. 2 docet nos deo ita seruandi, vt in ipsum transformemur, & non figuram eius effingamus.

corpus, *seminatur, inquit, corpus animale, surget spirituale. Est corpus animale, est & spirituale. 1. Cor. 15. 44.* Sic Hieronymus loquitur in commentariis in epistolam ad Ephes. cap. 1. *Duplicitur, inquit, sanguis Christi & caro intelligitur vel spiritualis illa, atque diuinissima, de qua ipse dixit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, &, Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam. Vel caro, & sanguis, quæ crucifixa est & qui milites effusi sunt. Iuxta hanc duplicitatem & in scriptis suis dicere solet sanguinem, & carnem accipitur, vt alia sit caro, quæ vos carnali sapitis, alia caro & sanguis, quæ regnum Dei non possidebit.* Non significat ex tiquet Hieronymus aliam esse carnem Christi, quam in Eucharistia à nobis sumimus, aliam, quæ crucifixa est. Quod ne Calminiæ quidem dicunt. Qui enim nobis Eucharistia prodesset, si non eadem esset, atque illa, quæ fuit crucifixa. cum præterea nobis profit, quia fuit crucifixa? sed significare eandem carnem alio modo fuisse cruciatam, nimirum visibiliter, patibilem, alio autem modo in Eucharistia mandicari inuisibiliter, impatibiliter. Ille exemplo, quo vtitur maxime fautus est. Nam manducari eum vere etiam est caro, sed aliter se habet manducatio, vt modo dicebamus, subiecta materia, subiecta peccatis, quomodo regnum Dei videre non potest, aliter per hanc manducationem ab his omnibus libera. Nam id eadem non esset caro, non esset vestra nostram carnem esse manducari, quum non hæc eadem, quæ cedit in escam, sed alia pro ea danda nobis esset. Necesse fuit paulo longius hæc dicere, vt Augustinum auctorem nostrum ab hæreseos vindicaremus. Redeamus vnde ad interpretationem loci. Multi gattes auctores in eadem re exposuisse, quali caro non pro vera carne, sed pro carnali hominis ingenio, & spiritus, non in spiritum vero, sed pro spirituali, & a Deo per fidem illuminato homine intelligi. Sed longe melius, *spiritus est, qui vivificat*, id est, vbi est, quæ homo ingenium ex carnali spirituale reddatur, est ut vt percipiat, quæ sunt Dei, hoc est vivificatæ: *caro non prodest quicquam*, id est carnale ingenium, humana ratio nihil iuuat, sed potius impedit ad percipiendas diuinas mysteria. Itaque non explicare Cyrillum quomodo carnem suam ad manducandum daturus esset, aut quo modo caro sua à nobis manducata daturam vitam æternam. quod ludæi intelligere non poterant, sed eos reprehendere, quod nos fortia, quæ illis de carne sua mandicanda proponebat, carne, id est humana ratione, carnalique ingenio metientes, ideoque intelligere non possent, intelligi uerit fuisse, si non carne, sed spiritu, id est fide ducerentur. Diu mihi hæc placuit interpretatio, nec omnino modo displicet, & quia ita etiam Tertullianus in libro de resurrectione carnis, ceere Cyprianus in hbr. de Cœna Domini interpretantur, eamque interpretationem Ch. vos sequimur hoc loco cæteris præsertim: & quia videbam apte ad id, quod agebatur conuenire, vt Christus ad suam tarditatem, catholique ingenium reprehenderet, eamque declararet, quam ob rem, quæ illis dicebat, intelligere non possent, quemadmodum etiam eius loco non intelligebant, quæ dixerat, discipulis dicit, *actus & vos scandalizat illud?* Matth. 15. 16. & quis in hanc sententiam non dixerat vers. 37. *Omne quod mihi dat Pater, ad me venit*, id est qui fidei mihi, ad me venit, mihi credit. quo uno semper vngor o, interdumque rationibus, quas suo loco proferam, ad me venire, pertendere non potest, & ea capere, quæ docebo & vers. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*: & quia paulo post vers. 65. dixit, *propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum*

datum à Patre meo. Vbi similiter ratione reddit, quare A illa dixerat, intelligere non posse nt: & quia obstrepebamus in litteris sacris, quoties caro, & spiritus

Caro sanguis opponuntur quæ significant sensa.

opponuntur, carnem non pro carne, sed pro homine, aut ingenio, & natura carnali hominis, & spiritum non pro spiritu, sed pro homine spirituali, aut spirituali hominis ingenio, atque natura sumi. Innumerabilia exempla notari possunt. Matth. 16. 17. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus*, & ca. 26. 41. *Spiritus prompta est, caro autem infirma.* Ioan. 3. 6. *Quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Roman. 8. 1. *Quinon secundum carnem ambulant:* & vers. 6. *Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax.* Galat. 4 29. *Quomodo tunc qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spiritum:* & quia hæc sententia maxime displicebat hæreticis, maxime mihi placebat. Video tamen nonnullis postea Catholicis displicuisse, quia etsi mihil me eorum rationes mouent, pertinaciter repugnare nolo. Nam quod dicunt, cum semper ante de sua Christus carne locutus fuisset, credendum non esse eodem orationis contextu significationem variasse, & carnale hominis ingenium vocasse carnē, non solum mihil habet ponderis, sed potest etiam cōtra ipsos retorqueri. Nam & nomen spiritus eodem cōtextu prius ponitur pro Christi diuinitate ipsorum opinione, cum dicit, *Spiritus est, qui vivificat*, proximis vero verbis pro verbo Christi, aut pro modo illud intelligendi spirituali, vt iidem ipsi interpretantur, *verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Et in eo potius versatur vis, & gratia sententiæ, quod acute Christus nominis lodat ambiguitate. Quasi dicat vos miramini, quod dixerim daturum me vobis carnem meam manducandam, idque creditu difficile putatis, non in mea, sed in vestra carne difficultas, & impedimentum credendi est, quod vos ipsi caro, non spiritus, id est carnali, non spirituali situ ingenio. Quo minus mihi quam iolebat, hæc placeat interpretatio, aliæ potius rationes faciant, quod illiid, *vivificat*, non satis cum ea conuenire videatur, quod quæ proxime sequuntur, non bene hærere. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Itaque malo secundam illam Augustini, & Cyrilli eo modo, quo explicauimus, intellectam interpretationem sequi. Nam quod vnum in ea desiderari diximus, vt magis esset ad id, de quo agebatur accommodata, id etiam habet, si bene intelligatur. Nec enim Christus, cum hæc dixit, quæstioni illi respondere voluit ver. 52. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* sed verbis illis discipulorum vers. 60. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* durum autem dicebant esse sermonem, quia dixerat neminem vitam habere posse, nisi carnē suam manducaret. Itaq; docet qua ratione caro sua vitam tribuat, non quia caro, sed quia cum spiritu coniuncta est. Itaque probabiliter D. Augustinus existimat hæc verba Christum non omnibus auditoribus, sed solis discipulis suis dixisse, postquam cæteri recessissent, *verba, quæ ego locutus sum vobis spiritus, & vita sunt*, id est, non de sola, & nuda carne, quemadmodum vos intelligitis sed de carne diuino plena spiritu, de spiritu vivificante sant intelligenda, sola enim carnis nihil prodest, cum spiritu vero coniuncta vivificat, vt supra ex Ammonio, & aliis multis auctoribus dicebamus, sic Cyrillus. Atque hic verus est sensus. Hoc tantum in hac interpretatione durius videri potest, quod in solens appareat, vt verba spiritus appellentur, id est de spiritu intelligenda. Sed desinet durū, insolensque videri, si recordemur sæpe in scriptura

Subsitium pro adiectiuo, & contra in mutatur sæpe in scriptura.

Gene. 6. 3.

1. ad Cor. 15. 50.

Isai. 7. 9. secundum Septuagint.

Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.] Nonnulli Græci codices legunt, sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credētes, quemadmodum & Cyrillus legit, contrario quidem sensu, sed eodem pene redeunte. Vtrumq; enim sciebat Christus & qui credentes, & qui non credentes essent, nec vnum sine altero scire poterat. Sed si legamus, vt Cyrillus legit, qui essent credentes, intelligēdum est tecdi causam, quam obrem non dixerit generaliter Christus, vos non creditis, sed alios ab aliis, credentes à non credentibus discernens. *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt.* Si legamus, vt Chrysost. Leontius, Theophylactus, & alii omnes Græci, & Latini tum auctores, tum codices legunt, *Sciebat ab initio Iesus, qui essent non credētes*, causa redditur, cur dixisset nō credere nonnullos eorum. Addidit autem hoc Euangelista eodem consilio, quo à Christo dictum fuerat, vt ostenderet se cognitas habere animorū cogitationes, ac proinde Deum esse, vt Cyrillus, Leontius, & Theophylact adnotauerūt. Ad quid mirū id cognouisse, cum tam aperte murmurassent? Primum illam ipsam murmurationem Christus non audita cognouit, vt ex vers. 61. manifestum est. Deinde cum dicit, *quidam*, indicat se omnes non credentes, etiam non

murmurantes ab omnibus distinguete credentibus. Adde quod, vt Augustinus existimat, hęc Christus solis duodecim discipulis dixit, quod credibile est minime murmurasse, vt ver. 60. docuimus, & ex illis ipsis indicat se scire, qui non credant. Itaq; quod Christus dicit, *Sunt quidam ex vobis, qui nō credunt, & sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes*, D. Aug. & Beda de solo Iuda putant intelligendum, illum enim solum ex duodecim Apostolis non credidisse, sed loqui de illo numero plurali vsitata figura, aut ne forte indicato numero, ipsum quoq; personam indicare viderentur, quare quod sequitur, *& qui traditurus esset eum*, quasi explicationem esse verborum præcedentium. Magis Chrysostomi probo sententiam, hæc non solis duodecim, sed multis etiā aliis, tum auditoribus dicta esse, & cum hoc dixit, duodecim Apostolos excepisse, ex filo enim orationis apparet, cū illis ipsis Christum loqui, qui offensi eius sermone fuerant, & murmurārēs dixerant, *Durus est hic sermo*. Et ver. 66. dicit Euangelista post hęc multos discipulorum eius retrorsum abisse, & eorum est neminem tunc ex duodecim ab eo discessisse, nō ergo hæc solis discipulis dicebat, deniq; ver. 67. *dixit Iesus ad duodecim, Numquid & vos vultis abire?* Qui ergo fuerunt illi, quos notauit Christus, quod credentes non essent? illi quidem omnes, qui retrorsum abiere, an etiam aliquis aliorum, nostrum non est audere. Credibile tamen est Iudam esse inter eos comprehendisse, ac propterea eum Euangelistam nominasse ad id a etiam intigni proditionis nota, vt indicaret Christum non solum, qui non crederent, verum etiam, quis se traditurus esset, id est nō solum præscientia, sed etiam futura cognouisse. Dubium quid sit, quod dicit, *ab initio*, quodnam initium significet? Theophylactus, & Rupertus ab initio, id est ante mundi constitutionem interpretantur, paraq; Rupertus ad diuinam alludi prædestinationem, quasi dicat, sciebat quinam essent prædestinati, qui non, ideo addidisse ver. 65. *Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo*. Quod ipsum, etsi minus aperte, sentire videntur Aug. & Beda. Vera quidem sententia: ab omni enim æternitate Christus omnia sciebat, sed non videtur tam longe Euangelista respexisse. Chrysostomum ergo, Leontium, & Euthymium sequi malo, idem esse *ab initio*, & antequā murmurare inciperent. De hac enim re agebatur. Et si de æternitate loqueretur, non diceret, *Sciebat, qui essent nō credentes*, sed, qui non essent credituri. Debet hic versus per parenthesim legi, vt sequens cū aliis cohæreat.

Vers 44.

65. *Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.*] Quasi dicat, non sine causa id vobis dixi, sciebam enim vos à Patre non trahi, sed vestro ingenio adhuc pingui, adhuc carnali, vestris affectibus duci, propterea ad me venire non posse. Nusquam hoc ante iisdem dixerat verbis, sed, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*. Sed quia sensus idem est, hoc se illis dixisse dicit. Vnde intelligimus idem esse trahi à Patre, & dari à Patre. Quid autem hoc sit, illic disseruimus. Verba hic Chrysostomi recitabo. *Cum autem audiret, inquit, dedisse Patrem, nolis simpliciter priuilegium arbitrari, sed illud crede, quod qui se accipiendo dignum reddit, ipse accipit.* Nō significat Chrysostomus nos primā mereri fidem, non enim ignorabat donum esse Dei, vt ait D. Paulus ad Ephes. 2. 8. sed illud ipsum donum fidei à Deo omnibus offerri, externum illi se ipsa non dari, qui sua illud culpa reiicerent, illis dari, qui illud recipiendo quodammodo mererentur. Quæ non Chrysostomi solū, sed omnium etiam veterum auctorum, Augustini, & paucis Augustini discipulis Prospero, & Fulgentio exceptis, sententia fuit.

Fidem suam non meremur, sed eam nobis à Deo offertur.

66. *Ex hoc multi discipulorum eius abierūt retro, & iam non cum illo ambulabant.*] Ex hoc tempore. Cæterum non est hoc ad proxima verba referēdum. Non enim propterea retro abierunt, quia Christus illis dixerat, *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt*, sed quia dixerat ver. 53. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, & cætera, quæ in eandem sententiam disputauit. Hic enim fuit sermo ille durus, quem ne discipuli quidem omnes ferre potuerunt. Itaque quasi falsi spe, & opinione sua à Christo defecerunt. Cum enim panem ab illo sine vllo labore suo ad saturitatem percepturos esse sperarent esse, sicuti illis Christus exprobrauerat ver. 26. viderentque illum loco panis, quem ipsi quærebant, carnem suam manducandam polliceri, multaque de illa inaudita, & vt videbantur, absurda philosophari, delirare pene putauerunt, indignumque esse, quem ducem, magistrumque sequerentur. Quærunt quidam quomodo intelligendum, quod multi dicuntur retrorsum abisse. Cyrillus corporaliter interpretari videtur retro abisse, id est à Christi discessisse comitam Chrysostomus, Theodorus Heracleensis, Leontius, Theophylactus, & Euthymius spiritualiter. abisse retrorsum, id est à fide, quam habebant discessisse, & ad priscorum Iudaicæ incredulitatis statum rediisse. Propterea non dixisse Euāgelistam ἀπῆλθον, sed ἀνεχώρησαν, non dicesserunt, sed *abierunt*. Eodem fere sensu Augustinus, & Beda, nisi quod existimant nunquam istos, qui retro dicuntur abisse, habuisse fidem, itaq; interpretatur Augustin. abisse retro, nō à Christo, quē nunquam fide secuti fuerant, sed post Satanā, quem etiam ante sequebantur. Quanquam cum hac interpretatione eius exemplum minime cōuenit. *Ipsi, inquit, si redierunt retro, quemadmodum de quibusdam semina dixit apostolus, Quidam conuersi sunt retro post Satanam.* Nam viduæ illæ, de quibus Apostolus loquitur, Christum prius secutæ fuerāt. Nisi in hoc forte illi adduxit exemplum, vt doceret, quemadmodum viduæ illæ non corpore, sed animo retro abierunt, ita discipulos istos dici animo, id est non credendo abisse. At addit Euāgelista, *& iam non cum illo ambulabant*, quod pertinet ad corpus. Itaque ex Cyrilli, & Chrysostomi sententia veram collegeris interpretationem. eos corpore simul, & animo à Christo discessisse. Quærunt nonnulli, qui discipuli isti fuerint, qui retro abierunt. Curiosa quæstio, tametsi eam graues etiam auctores proposuerunt. Epiphanius hær. 51. Marcū & Lucā Euangelistas eorū duos fuisse tradit, qui Christi de carne sua mā ducanda audita disputatione ab eo offensi discesserunt. Sed eam opinionem in præfatione Marci, & Lucæ melioribus auctoribus refutauimus.

Durus est hic sermo.

Ver. 66. Ex hoc multi discipulorum eius abierūt retro, & iam non cum illo ambulabant.

Abire ab illo, id est à fide discedere.

Ver. 53. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Ver. 26. Quia manducastis ex panibus & saturati estis.

Ver. 64. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.

Ver. 65. Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

Ver. 2. Semina dixit Apostolus, Quidam conuersi sunt retro post Satanam.

Ver. 2. Tim. 3. 11.

67. *Dixit ergo Iesus ad duodecim, Numquid & vos vultis abire?*] Particula *ergo* allusionem quādam ad aliorum discipulorum defectionem significat. Tāquam dicat Euangelista, Cum Iesus vidisset alios discipulos suos à se discedere, rogauit duodecim, num & ipsi abire vellent? Hanc etiam vim habet coniunctio illa, Et, & pronomen, *Vos, Numquid & vos*, qui non solum discipuli, sed Apostoli etiam, & domestici mei estis. *abire vultis?* sicut alij discipuli abierunt? Simile quiddam ratione alia Rupertus obseruauit. *Et vos*, inquit, *quos dedit mihi Pater, quos attraxit Pater ad me, quibus datum est à Patre meo, vt veniretis ad me, numquid vultis abire?* Non interrogat, quod eorum ignoraret voluntatem, vt Chrysostom motuit, sed variis de causis quas varii auctores indicauerunt, primum ne putarentur non tam certo consilio, quam ignorantia, aut verecundia non abisse. vt Cyrillus ait. Deinde ne vi tenere eos Christus videretur. vt Chrysostomus, & Euthymius adnotarunt. Præterea vt ostenderet se eorum opera,

Cur interroget Christus Apostolos an abire velint.

opera, & ministerio non indigere, vt idem Chrysostomus, & Euthymius, ac præterea Theodorus Heracleensis, Leontius, & Theophylactus docuerunt. Ad hæc vt iuberium illis arbitrium relinqueret, quo in suscipienda fide maxime opus est. Sic Cyprianus lib. 1. epistola 3. *Seruans, inquit, scilicet legem, qua homo sua libertate relicta, & in arbitrio proprio constituta sibimet ipse vel mortem apperit, vel salutem.* Denique quo magis in fide confirmaret discedendi potestatem facit, vt Cyrillus. & Rupertus animaduertunt. Nescio enim quo humano ingenio, vt quæ non prohibentur, minus appetamus. Sic cum pueris agere solemus, vis me parem, vis me magistrum habere? si minus vis, alium tibi quære, qui te magis amet, qui te indulgentius tractet. Quo magis hoc illis dicimus, hoc magis incendimus eorum ad manendum nobiscum desiderium. Sic Iosue c. 24. 19. optionem videtur populo dare, vt à cultu Domini discedat. *Non poterit, inquit, seruire Domino, Deus enim sanctus, & fortis æmulator est.* Quibus illi verbis magis accensi respondent vers. 21. *Nequaquam ita, vt loqueris, erit; sed Domino seruiemus.* Et Elias 3. Reg. 18. 21. *Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus sequimini eum; si autem Baal sequimini illum.* Itaque non licet ex hoc loco colligere non posse eos, qui iam baptizati fidem professi sunt, vi ab Ecclesia, quo minus discedant, retineri. propterea quod Christus iam baptizatis, vt creditur, Apostolis potestatem fecisse videtur discedendi. Primum, quia non faciebat illis propriæ discedēdi potestatem, quin maxime volebat, vt ne discederent, idque agebat his verbis, vt eos in fide retineret. Deinde quia si potestatem illis abeundi propriæ fecisset, *Dominus erat etiam sabbati*, qui in lege sua dispensare poterat; nos non possumus. Notarunt Theodorus Heracleensis, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius prudenter nō dixisse Christum, Abite & vos: hoc enim expellentis fuisset, fecisse quæ cōtra id, quod maxime volebat, vt non abirent. Quærunt Chrysostomus, & Theophylactus, cur eos non laudauerit, cum digni essent laude? Respondent duas ob causas id non fecisse. & ne gloriarentur, quasi aliquid ille contulisset beneficij, quod deserentibus aliis ipsi in eius manssissent fide: & vt de eorum, & gratuitatem magistri statuaret. Et illud notat Euthy. Christum non indignatum iis, qui discessissent, sed patienter eorum tulisse defectionem.

Libere arbitrio in fide suscipienda maxime opus est.

Deut. 30. 19.

Iosue 24. 19.

Prosunt sacramenta baptismi ad remissionem peccatorum, non ad retinendam fidem.

Matt. 12. 8.

Sanctorum suffragia defuncto non obsunt.

Traff. 27. in 1. ad Tim. 5. 11.

68. *Respondit ergo ei Simon Petrus.*] Illud, *ergo*, aut ponitur pro *autem*, vt pro 3. vt sæpe alias, aut hanc habet vim. Prouocatus igitur Petrus interrogatione Christi respondit. Cur solus respondeat Petrus non aliena ab hoc loco quæstio est. Cyrillus causā hanc reddit, quod Apostolorum esset primo prius aque ad eum pertineret, vt pro omnibus vnus loqueretur. Chrysostomus, & Theophylactus tribuunt caritati, qua fratres amaret, qua incertus non pro se modo, sed etiam pro illis responderit. Leontius, quod optime omnium verba Christi intellexisset. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Alij, quod plus quam cæteri haberet: fidei, quod redit eodem. Respondisse pro omnibus & omnes seruant auctores, Cyprianus lib. 4. epist. 9. Augustinus, Chrysost. Cyrillus, Theophylactus, Euthym. Rupertus, & eius docent verba. Non enim dicit, vt Theophyl. obseruat, *Quo ibo? sed quo ibimus? nec ego credidi, & cognoui, sed. Nos credidimus, & cognouimus.* Denique Christi interrogationi respondet, Christus autem non vnum, sed omnes interrogauerat, *Numquid & vos vultis abire?*

Cur solus Petrus respondeat.

Sup. ver 53. 54.

Ver. 71.

Ille vt dedit respondet Christum Apostolos an abire velint.

Dominus ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.] Duas indicat causas, cur nolint à Christo discedere. Alteram est quod in eo fons omnium bonorum esset, quæ expetere homines possunt, id est vitæ illius æternæ, quo omnes taciti tendunt; hoc est *verba vitæ æterna habet*, id est quibus quisquis credideris, si velit, vitam æternam habebit. Quasi iterum dicat, *Bonum est, nos hic esse*. Alludit, vt ait Chrysostomus, ad id, quod dixerat Christus vet. 63. *Verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quasi dicat, Verum est, quod modo dixisti, *Verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Altera causa est, quod etiamsi velles à Christo discedere, nemo esset, ad quem ire possent, in quo inuenirēt vitam æternam. *Repellu nos à te*, inquiunt Augustinus, & Beda, *da nobis alterū te. Et à te recedimus, ad quem ibimus?* Videtur Petrus dicere, abeant, qui voluerint, nobis *adhærere Deo bonum est.* Exemplum illustre constantiæ fidei, vt fratribus nostris à fide discedentibus, vt Chrysostomus admonit, nos licet pauci, licet soli in fide maneamus: certe neminem esse, ad quē relicto Christo ire possimus, qui salutem dare nobis possit. Inepte vero hoc loco hæretici abutuntur. Errare nos, quod relicto Christo ad homines nos mortuos cōferamus, (sic enim homines religioni sanctos illos appellant, qui beatam cum Deo agunt vitam) vt in illis salutem quæramus. An ipsi Christum relinquunt, cum se ad abhorum hominum preces conferunt, quod quotidie magna sanctitatis ambitione faciunt? Minime, resp. debunt. Cur ergo putant nos, cum cōfugimus ad Sanctorum preces, Christum deserere? Isti, inquiunt, sunt mortui, illi viui. In hoc vero suam nō solum ignorantiam, verum etiam stupiditatē penitus produnt. Quid enim refert qua ratione deseras Christum, siue vt viuos, siue vt mortuos sectere? In hoc enim crimen est, si quidem vllum est crimen, quod Christus deseritur, vnicus salutis auctor; quod ad viuos, vel mortuos cōfugiamus, aut nihil interest, aut hoc tantum interest, quod meliore consilio certiore que spe ad mortuos, si sancti sint, quam ad viuos confugere possimus. Primū quod illi amici Dei sint, illique familiares, atque domestici, hi plerumque inimici, & maius est crimen ad hostes, quam ad socios amicosque tranfugere. Deinde quod illi nulla iam te indigentes quicquid apud Deum possunt, nobis possint: his vero si quid precibus possint, sibi potius quam nobis obtinent. At non audiunt, inquiunt. Alia hæc est quæstio. Qui scitis inquam ego, eos non audire? Quia, inquiunt aures non habent. Idcirco magis audiunt. Impediunt enim corporis aures, quo minus, quæ longe absunt, possimus audire, quas si animus noster non haberet, melius, ac longius audiret. Habent enim corpora inter certum locorum spatium actiones suas definitas, spiritus à loco non pendet. Aut dicant quomodo angeli, quomodo Deus audiat, cum aures vtique non habeant. At fingamus Sanctos preces nostras non audire. Quid si videant? an refert aliquid audiant, an videant, vt & inuocate nos illos debeamus, & inuste nos illi possint? Audiunt enim uero, sed hæreticos non audiunt. Locus, quo eorum terminatur auditus. Ecclesia est, qui extra suos, ab illis audiri non possunt.

Libere arbitrio in fide suscipienda maxime opus est.

Deut. 30. 19.

Iosue 24. 19.

Prosunt sacramenta baptismi ad remissionem peccatorum, non ad retinendam fidem.

Matt. 12. 8.

Sanctorum suffragia defuncto non obsunt.

Traff. 27. in 1. ad Tim. 5. 11.

Ver. 69. Et nos credidimus, & cognouimus; quia tu es Christus filius Dei.

Hæretici hoc loco abutuntur ad sanctorum suffragia euertenda.

Qui extra Ecclesiam sunt à sanctis audiri nō possunt.

69. *Et nos credidimus, & cognouimus; quia tu es Christus filius Dei.*] Summam ompem fidei paucis verbis complectitur. Petrus, Iesum Christum illum esse filium Dei viui. Quo vno capite omnia, quæ ad fidem pertinent, continentur. Si enim filius Dei erat, omnia, quæ dicebat, vera erant. Itaque quisquis eum filium Dei esse credebat, omnia credebat necesse erat, quæ ab eo dicebantur. Quod ait *credidimus* (sic enim legendum ex Græcis apparet) & *cognouimus*, confirmationis gratia dictum est, ideo vno verbo non contentus alterum adiecit, quod euidentiorem significat cognitionem. Quasi dicat,

Non solum, quia tu docuisti, credidimus, sed etiam cognouimus, id est re ipsa sumus expecti te filium esse Dei. Sic dixit Ioannes 1. epistola cap. 2.3. *Quod audiuimus quod vidimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Sic Samaritani illi mulieri, quæ Christum eis annuntiauerat, dicebant, *Iam non propter loquelam tuam credimus, ipsi enim audiuimus, & vidimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.* Propterea prius dixit, *credidimus*, postea *cognouimus*, quia plus quiddam est cognoscere, quam credere, & debuit tutio gradatim crescere. Quanquam D. Augustinus, Cyrillus, Beda, & Rupertus aliam eius rei afferunt causam: quod diuina mysteria nemo possit intelligere, nisi prius credat. *Nisi enim credideritis, non intelligetis.* Tempus præteritum, quo vsus est Petrus, & *credidimus, & cognouimus*, aliquid etiam habet ponderis, quasi dicat, non id modo ex oratione tua, sed iam diu longa experientia didicimus. Notarunt Cyrillus, & Leontius nomen Christi & filij Græce articulum habere à τὸν τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν, Christum ille, filium ille Dei, quo Petrus significauit non eo modo, quo sacerdotes, & alios Reges Christum; nec eo, quo omnes sanctos viros filium Dei, sed singulari, ac propria quadam ratione appellari, Christum, videlicet illum expectatum, qui redemptorius erat Israël, & filium Dei vnicum, & naturalem. Eo vsus filium Dei vocasse dicit, vt ostenderet non esse filium Ioseph, quemadmodum putabatur. A diuisse *tu nos* vt verus Deus significaret. Omnes enim Dij, qui p. esse putabantur, non vini, ac veri, sed mortui erant, truncі, lapides, stipites. Quæritur hic à Chrysostomo, Theophylacto, & Euthymio, quid causa fuerit, cur cum apud Matth. c. 16. 16. eadem Petrus confessione vsus esit, laudarus à Christo fuerit, *B. autem Simon Barionæ, quia caro & sanguis non reuelauit tibi*: hic nullam tulerit laudem. Respondet Theophylactus ideo Christum hic eum non laudasse, etsi laude dignus erat, ne illi propterea quod alijs deserentibus in fide perstiterat, allentari videretur. Melius Euthymius, illic suo, hic omnium nomine respondisse, ideo illic propriam ei redditam fuisse laudem, hic reddi non potuisse.

70. *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?*] Quorsum à Christo hæc subiecta fuerint, duplex sententia. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius existimant voluisse Christum Petri sententiam quodammodo corrigere. Dixerat Petrus, *Nos credidimus, & cognouimus*, quasi omnes duodecim Apostoli idem credidissent cognouissentque. Respondet Christus non ita esse, vnum enim eorum esse, qui non credat. Cyrillus vero voluisse Petrum, cæterosque Apostolos, qui fidei præclara confessione gloriari videbantur, commonefacere vt timerent, nec sibi ipsis fiderent, vnum eorum esse, qui, cum Apostolus esset electus, diabolus factus esset. *Tu fide stas*, inquit D. Paulus, *noli altum sapere, sed time.* Vtrumque probabile, sed mihi alia etiam, cur Christus hoc dixerit, videtur fuisse ratio, vt ostenderet non solum se non ignorare, quid animi Petrus, & cæteri Apostoli erga se haberent, quamuis illos ignorantis modo ignorasset: sed etiam scire, qualis quisque illorum futurus esset, quod solus scire poterat Deus: vnum enim eorum diabolum futurum esse, qui se esset traditurus. Cur ergo non id simpliciter dixit? cur hac vsus ambage dixit, *Nonne ego vos duodecim elegi?* Opinor, vt ostenderet alios se Apostolos elegisse, quam quidam illorum fuerit erant. Iudam, sicut & cæteros omnes bonum, idoneumq; ad Apostoli munus elegisse, sed muratum esse factam que proditorē, aut certe mutandum, proditorem que futurum esse. Nec enim constat, an iam tum consilium de Christo prodendo agitaret, quod videtur postea accepta à Iudæis occasione cepisse. Nam etsi dicit Christus præsenti tempore, *ex vobis vnus diabolus est*, ad futurum respicit, quia, vt Euangelista declarauit, *erat traditurus eum.*

Quod ergo dicit, *Nonne ego vos duodecim elegi?* perinde est, ac si diceret, nonne cum à me electi estis, boni omnes eratis? quo ergo modo vnus ex vobis mutatus est? Hanc enim vim habet verbum illud *elegi* absolute positum: nō enim eligimus, nisi bona, nisi aliquo fortassis mentis errore, qui in Christum cadere non poterat. Eandem emphasim numerus habet, ac quam si diceret, nonne ego vos idoneos, dignosq; duodecim Apostolos elegi? quomodo nunc nō estis nisi vndecim? Nam etsi videmini duodecim esse, mihi, qui non numerum tantum capitum, sed animos cernimus, duodecim, sed vndecim estis: nam vnus non tam Apostolus, quam diabolus est. Nam illa altera interpretatio, quam Augustinus affert, numerum duodenarium Iudam non comprehendere, sed duodecim vocari, etsi desset vnus, vt sæpe alibi legimus, aut Matthiam cōprehendi, qui Iudæ loco suffectus est; verbis Christi non satis mihi conuenire videtur, quorum vis in eo consistit, quod Iudas vnus ex duodecim esset. Loquitur tā quam pastor lustrans, ac numerans gregem suū, & recte cognoscens oues suas. Loquitur, vt diximus, spectans non tam præsens quam futurum; aut loquitur nō de officio, sed de dignitate. Adhuc enim Iudas verus, quanis minime fortasse bonus Apostolus erat: nam ab eo officio numquam à Christo, qui solus remouere poterat, remotus est, donec spōte sua, vt prodiderit Christum, ipse discesserit. Itaq; non potest ex hoc loco Anabaptistarum, & quorundam huius temporis hæreticorum error confirmari qui existimant Ecclesiasticos ministros, similesq; magistratus eo ipso, quod peccatores sunt, officio priuari, omnemq; gerere potestatem. Ex his autem, quæ diximus, opinio illa corroboratur, quam apud Matth. cap. 10. 4. probauimus, Christum nō solum postquam Apostolos elegit idoneos, vt dicit D. Paulus, effecisse, sed etiā elegisse eos, quos omnibus cōsideratis rebus sciebat esse secundum præsentem statum ad munus illud Apostolicum maxima omnium idoneos. Hoc enim est, vt diximus, *elegi vos*, vt rectissime Ammonius, Leontius, & Cyrillus obseruarunt. Itaque Augustino, & Bedæ assentiri non possum, qui existimant Iudam à Christo malum, qualis postea fuit, sciente electum fuisse, eo ipso consilio, vt esset aliquis ex suis, qui se proderet. Quærunt nonnulli, quomodo hæc verba cum illis non repugnent, c. 13. 18. *Ego scio quos elegerim*, quasi non omnes Apostolos elegisset. Facilis solutio. Illic agit de electione ad gloriam, hic ad Apostolatum. Quod dicit, *& ex vobis vnus diabolus est*, quidam tanquam nomen Satanæ proprium interpretantur, quasi dicat, diabolus est, id est facit opera diaboli, non me, sed diabolum sequitur, vt Cyrillus, & Leontius. Alij, vt nomen sit appellatiuum, qualemcunq; calumniatorē significans, hoc enim est διάβολος: & quemadmodū nomē Satan Hebraice aliquando proprium diaboli, aliquando commune omnis aduersarij est, vt Matt. 4. 10. diximus: ita & diaboli nomen aliquando proprium, aliquando commune est, sic multi intellexerunt, vt refert Euthymius. Sed magis probo, vt nomen proprium hoc loco sit maiorē enim emphasim habet, vt diabolus ipse, qua vt cōmuni nomine calumniator esse dicatur. Diabolum autem vocat, non quod natura, sed quod imitatione diaboli esset. *Quia sicut qui adhæret Domino, vt ait* Cyril. *vnus spiritus sit cū Domino, ita qui adhæret diabolo, vnus cum diabolo spiritus efficitur, & ipse quodammodo diabolus.* Sic vulgus loqui solet, *Est diabolus*, id est, est homo callidus, fraudulētus, diabolicus. Notatū lego, cur Chri-

cut Christus hac phrasi hoc loco vsus fuerit, an non satis habet ea dicere, *vnus ex vobis defuit*, aut *vnus ex vobis dignus non est?* Duas ego eius rei causas inuenio: alteram, quod voluerit alludere ad casum de cœlo diaboli: comparat enim ruinæ Apostolos angelis, qui cum omnes boni à Deo conditi essent, *Diabolus in veritate non stetit*, id est fidelis Deo non fuit cōditori suo, sed ab eo lapsu hebet defecit. Hæc ego frōtis, aut fictarum esse Iudam inter Apostolos quod inter Angelos diabolus fecerat, Hinc que diabolum vocari posse. Alteram, vt diabolum Apost. is opponeret, de quibus tamen nomine loquebatur. Nihil enim Apostolis officio magis contrarium, quam officium diaboli. Vt ergo ostenderet Christus quantopere Iudas mutatus esset dixit ex Apostolo, qualem ipse elegerat, factum esse diabolum. Non vna re est, quod Rupertus queritur, quam nolerent Christus, quis ille vnus esset, non declarauerit, quem tamen non exprimit, veritus fortasse, ne quispiam præsentes opinaretur, quos ipse præsentes optimos esse iudicium suum reddit? Nam etsi id multorum indicium sæpe comperitur, cum priorum fides ex eventu, aut præsentium conficiendis sagacitate comprobatur, non sua quia, metuendum de futuris videri possit, ne quid ponderis adhibeant.

71. *Diabat autem Iudam Simonis Ischarioten: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.*] Consilium hoc loco Euangelista videtur fuisse reliquos Apostolos à suspitione proditionis indicare. Cum enim Christi verba recitaret dicentis, vnum ex numero duodecim Apostolorum diabolum esse, neque quisquis vnus esset in cœtu, poterat lector de singulis, an hic, vel ille esset, dubitare. Ne igitur dubitaret, & male de numerentibus suspicaretur, narrauit Ammonius, Leontius, & Theophylactus eisdem pene verbis, vt ne quis putaret alium ab alio suffectum locum, quamuis Euangelistam quasi admirabundum dixisse, *Et quam erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.* Vere enim admirabile, & prope incredibile fuisse locus, quod cum discipulus esset Christi, & discipulus quidem non vnus è multis illis, qui Christum gregatim sequebantur, sed ex duodecim Apostolorum numero, Christum tradiderit. Auferat hæc Iudas, & non dubium, quin indies confessus cognouerit se norasse; hæsit tamen in pernicioso scelerato consilio. Hoc duo ex eius discipulo, in quem locum, quibusnam hæc via statuum esse, in quo secum esse deberemus, & postquam in ea fuerimus, homines peccata exercere, adeo hebetes, & sensus fere expertes fieri solere, vt nunquam ostentationis aculeus maxime pungantur, nihil propemodum sentiant.

CAPVT VII.

1. POST hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. 2. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenopegia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transfer hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifestum te ostende mundo. 5. Neque enim fratres eius credebant in eum. 6. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sint. 8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. 10. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto. 11. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? 12. Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. 14. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. 15. Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? 16. Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. 17. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. 18. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in eo non est. 19. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? 20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Demonium habes, quis te quærit interficere? 21. Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbato circumcidis hominem. 23. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non solvatur lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? 24. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. 25. Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere? 26. Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? 27. Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit. 28. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & a me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. 29. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. 30. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manum: quia nondum venerat hora eius. 31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? 32. Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt Principes, & Pharisæi ministros vt apprehenderent eum. 33. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit. 34. Quæretis me, & non invenietis me: & vbi ego sum, vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia nos non inueniemus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? 36. Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, & non invenietis me: & vbi sum ego, vos non potestis venire? 37. In nouissimum autem diem magnum festivitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 38. Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 39.

Hoc au-

Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. 40. Exilla ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est vere Propheta. 41. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid à Galilea venit Christus? 42. Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus? 43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. 44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. 45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos, Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum illum? 46. Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo sicut hic homo. 47. Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis? 48. Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? 49. sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. 50. Dicit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: 51. Numquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? 52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. 53. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

Iudic. 5. 28. Act. 2. 2. 17.

Matth. 1. 2. Marc. 2. 6. 9.

Ezech. 2. 2. Dan. 27. 2. 3. & 40. 2.

IN CAPVT VII.

1. POST hæc ambulabat Iesus in Galilæa.] Dubium, quod tempus hic Ioannes notet, post quod in Galilæa Christum semper versatum dicat. Si enim loquitur, quasi eum hæc dicerent, aut cum ea, quæ in superiore capite narrata sunt, acciderunt, in Iudæa fuisse, postea vero venerit in Galilæam, quod Iudæi interficere eum vellent. Hoc quidem indicat verborum species, sed constat ex capite præcedenti omnia, quæ in eo dicta sunt, in Galilæa cogisse. Vix quisquam grauis auctor est, qui hoc non attigit. Inter recentiores autem interpretes nonnulli ad versum 4. referant superioris capitis, vbi dictum est proximum fuisse Paschæ diem festum Iudæorum, quo tempo, quo minus id Euangelista non dicat, voluit Christum, quia ita præceptum in lege erat, Ierosolymam ascendisse, rediisseq; donec festum tabernaculorum veneret, quo tempore, vt dicitur ver. 14. in templum ascendisse. Hoc mihi probabile non videtur esse. Ita enim Ioannes historiæ illam multiplicati panis, & disputationem Christi de carne sua commemorauit, vt obliuium non fit eum significare potius voluisse Christum non iisse Ierosolymam ad Paschæ celebrandum. Itaque si ad eum locum hæc verba referre placet; malim dicere rationem potius Ioannem reddere, quare Christus ad Paschæ celebrandum Ierosolymam non ascenderit, quia eum vellent eum interficere Iudæi, in Galilæa sese continebat. Alij referunt ad id, quod cap. 5. 18. dictum fuerat, *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere.* Quasi omnia, quæ post ea verba dicta sunt, velut per parenthesim dicta fuerint. Malo hoc est probabilius. Nam & infra ver. 21. dicit Christus, *Vnum opus feci, & omnes miramini*, loquens nimirum de eo paralytico, quem illic curauerat, & historiam hoc capite sequentem eam illa coniungens. Hoc mihi non displicet; sed non video, quid opus sit tam longe quærere ser. tentiam, cum ante pedes habeamus. Cur enim non dicamus voluisse Ioannem rationem reddere, cur Christus paulo post recusauerit cum fratribus suis ad diem festum ascendere, quia non audebat in Iudæa ambulare: Itaque quod ait, *post hæc*, non significat post curationem illam paralytici cap. 5. 9. sed significat tempus, quo Christus ex Iudæa in Galilæam postremo venerat, vt Ioannes dixerat c. 6. 1. *Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ*; cum quibus verbis hæc sunt ita connectenda, quasi dixerit, Post hæc abiit Iesus in Galilæam trans mare Tiberiadis, in eaque deinceps versabatur, non audens versari in Iudæa, quia volebãt eum Iudæi interficere. Quod enim dicit, *ambulabat*, Hebraismus est significans versari. Nisi malimus eo verbo Christi discursum significari, qui nunquam diu vno consistebat loco, sed huc illuc prædicandi causa vagabatur.

Hebraismus ambulare ad significandum.

Non enim volebat in Iudæa ambulare.] In quibusdam Latinis codicibus & supra Galilæam, & hic Iudæam corrupte legitur. Quod autem legimus, *volebat*, Chrysostomus, & Euthymius legunt, non poterat in Iudæa ambulare, οὐκ ἤθελεν, aut οὐκ ἦν ἐξουσίαν, non habebat potestatem, atque eodem modo Augustinus & Beda legere videntur, sensu eodem. Nam vt alibi ex Gregorio Nazianz. orat. 4. de theologia adnotauimus, lepe non posse, idem est, quod nolle, vt Mar. 6 5. *non potest ibi virtutem vllam facere.*

Non potest ibi virtutem vllam facere.

Quia quærebant eum Iudæi interficere, &c.] Hebraismus. Quærebant, pro volebant, aut quærebat interficere, id est ad interficiendum, aut quærebant occasionem interficiendi. Alludit ad cap. 5. 18. Quærunt graues rectores, cur timuerint in Iudæam propterea ire, quod vellent Iudæi eum interficere, cum nihil ipse veller, interfici non posset. Nam & alias, cum Iudæi eum tenere vellent, elapsum fuisse de eorum manibus diuina quadam, & mirabili ratione Ioan. 8. 59. Et cum Nazareni præcipitem eum de monte agere voluissent, euasisse eodem modo Luc. 4. 30. Duobus modis ad obiectum respondent. Augustinus & Beda exemplum nobis præbere voluisse pericula declinandi, cuius ratio, cur id fecerit, non postulat, vt vitam effundamus. Chrysost. Ammonius, Leontius, Theophyl. Euthym. voluisse se hominem offendere; itaque ex hoc loco Marcionitæ, qui hominem; ex illis autem, vbi ex medijs periculis mirabiliter euasit, Paulum Samosatenum, qui Deum esse negabat refutari.

Quia quærebant eum Iudæi interficere.

2. *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia.* Ideo hoc Ioannes notat, vt occasionem declaret sequentis historiæ, quo præterea inuitatus à fratribus suis Christus fuerit, vt in Iudæam iret per speciem festi celebrandi Scenopegia Græce tabernaculorum festionem significat. Sic Græci vocarunt festum tabernaculorum, quod Hebraice סכות, appellabatur. Vnum erat ex illis tribus, quibus omnes viri in templum ascendere debebant Exod. 23. 16. Leuit. 23. 34. Deut. 16. 13. & 31. 10. Institutum fuerat, vt Iudæi antiquarias eius diei celebratione recordarentur se in deserto, cum ab Ægypto venirent per annos quadraginta in tabernaculis habitasse. Celebrabatur autem fixis in campo tabernaculis, vt ea ipsa veterem historiam repræsentarent. Inchoabatur decima quinta die mẽsis septimi, qui nostro Septembri, aut, vt alij volunt, Octobri respondebat, & per dies septem agebatur. Leuit. 23. 34.

Scenopegia festum tabernaculorum.

3. *Dixerunt autem ad eum fratres eius.*] Cauendus hic Græcorum error interpretum, qui fratres Christi filios Ioseph vocati putant, Leontij, Cyril. & Euthymij. Nihilo probabilior Chrysostomi, & Euthymij, & vt apparet viderint, Cyrilli sententia, qui Iacobum, & Iudam eius fratrem Apostolos eos fuisse existimant, qui hic Domini

Fratres Iesu non sunt filij Ioseph.

mini fratres appellantur, vt Gala. 1. 19. Dicit enim Euangelista ver. 5. eos fratres Christi, qui hoc illi dixerũt, nondum tunc in illum credidisse. Et credendum non est, nondum Apostolos credidisse: iis igitur assentior, qui existimant fratres hoc loco cæteros eius cognatos appellari, vt Dei iam Augustinus putat; siue ex matre, qui vere secundum eatnem cognati erant; siue ex patre, qui etsi vere cognati non erant, tamen esse putabantur, vt Matth. 13. 55. & loqui Euangelistam, non sua. sed aliorum opinione.

Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Reprehendentium verba sunt, simul & hortantium. Nam & illius nimiam timiditatem notant, quod cum tam clarus miraculis fit, in obscuro loco delitescat, nec satis habeat animi, vt debitam sibi ab hominibus gloriam consectetur; & vt id fac at, reprehensione ipsa cohortantur. Hanc vim illa habent verba, *Transi hinc, & vade*, quasi dicãt, quid hic obscurus delitescis? excede domo, & te, quis sis, omnibus hominibus ostende, maximeq; Ierosolymæ; quo omnium Iudæorum concursus fit hoc potissimum tempore.

Vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Hæc altera videtur esse ratio, qua persuadere illi volunt, vt in Iudæam eat, vt discipulos, quos illic habebat, miraculis confirmaret. Sed præstitus hic potius, quam vera erat ratio. Nec enim illi de disciplinorum cõfirmatione, sed de sua ipsorum gloria videntur fuisse soliciti. Volebant ex Christi miraculis Ierosolymæ in maxima frequentia hominum factis conciliare sibi aliquid gloriæ, demonstrari digito, illi sunt cognati Christi eius, qui tanta, tam quæ multa miracula facit. Quod enim paulo post dicit Euangelista, fratres eius nondum in eum credidisse, non sic intelligendum, quasi nullo prorsus modo, sed quasi non omnino credidissent. Volebant igitur experiri in loco celebri, an ea posset facere miracula, quæ hactenus eo alibi narrabantur, vt aliquid ad sequendum adiungeret. Exprimitur nobis in illis cognatorum ingenium: nihil sciunt ex nobis nisi honorem, aut vtilitatem suam quærere.

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse.] Quod noster vertit interpres, *In palam esse*, Græce est, *ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι*. Significat autem proprie *παῤῥησία* non quamuis, sed loquẽdi libertatem; quod non animaduertentes quidam interpretes exposuerunt. In libertate esse: id est liberum, tutumq; à persecutionibus esse, sensu profecto alieno. Quæ enim cohærentia rationis est, nemo in occulto quid facit, & quærit in tuto esse? imo vero qui vult in tuto esse, non facit in publico, sed in occulto opera sua, ne tibi consilies inimicum: inuidia autem, periculum sibi aliquod creet. Alij aliquanto melius, sed tamen violente, & præter vocabuli vsum passiue interpretantur, In libertate loquendi esse, id est in ea existimatione, vt libere de eo homines loquantur. Etiamsi id nomen significaret, non posset hic esse sensus. Nam præterquam quod bene, & male de illo homines libere loquiposserant; manifestum est, aut ibi esse interhęc duo membra, *in occulto facere*, & esse in *παῤῥησίᾳ*. Itaq; non dubito *παῤῥησίαν* hoc loco locum publicum, celebritatemque significare, esse in luce, celebrari omnium sermonibus, spectari omnium oculis, digito demonstrari. Nam & alibi *ἐν παῤῥησίᾳ* pro in aperto, in publico positum legimus, vt in hoc ipso capite ver. 13. & Mar. 8. 32. quemadmodum Leontium expositisse video. Quare optime omnia licet minus Latine vertit noster: interpres, *In palam esse*. Nos animus alibi quærere Hebraorum idiomate idem esse, quod velle: itaque tensus est & vult, aut capite esse celebri. Quibus verbis, quemadmodum Chrysost. & Euthym. obtenerunt, gloriæ in Christo cupiditatem notauerunt. Tanquam argumententur; nemo gloriam, & famæ celebritatem affectans, præclara opera sua in occulto facit: sic enim inuertenda sunt verba; tu gloriam affectas: non ergo debes in occulto miracula facere, quæ facis. Cum dicunt, *Nemo in occulto quid facit, illud, quid* non quidvis, sed aliquid egregium, & singulare designat, vt cum dicitur mater filiorum Zebedæi accessisse ad Christum, vt peteret *aliquid ab eo*, id est magnũ quiddam, Matth. 20. 20.

Nemo in occulto quid facit, quærit ipse in palam esse.

Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.] Incertum an hæc dubitando, an exhortando cognati Christi dixerint. Quod si tarim Euangelista subijcit, *Neque enim fratres eius credebant in eum*, indicat dixisse dubitando, quasi dixerint, si vera sunt, quæ de te narrantur, quæque tute iactas, face ea publice, vt omnes videant, & manifestem inde gloriam consequare; sicut illi dicebant, *Christus rex Israël descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus*, Mar. 15. 32. Si ex hortando dixerunt, sensus est: Quandoquidem hæc tanta, tamque multa facis miracula, ostende teipsum mundo. Mihi vtroque modo dicere videntur. Nam, vt supra diximus, verbisque sequenti dictum iterum sumus, cum dicuntur fratres Christi in eum non credidisse, non ita intelligendum est, quasi nullo modo credidcrint, sed quasi non bene. Itaq; de eo, de quo eius miraculis, an vera essent, dubitabant. Dubitando igitur dicunt, *si hæc facis*. Alia ex parte apparet eos ex miraculis Christi in publico, facendis aliquam sibi gloriam ambisse; propterea exhortatore ũ fuisse, vt Ierosolymam ires. Quod dicunt, *Ostende teipsum mundo*, Ierosolymam intelligunt, quæ eo, quod caput erat regni, & quod templum habebat celeberrimum, frequentissime habitabatur. Sic loquuntur Pharisæi c. 12. 19. *Ecce mundus totus post eum abiit.*

Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

Ecce mundus totus post eum abiit.

5. *Nec enim fratres eius credebant in eum.*] Reddit causam Euangelista, cur ita fratres eius locum essent, quod nondum eo usi miracula satis credere viderentur. Qui isti fuerint fratres, qui in eum non credebant, supra disputatum est ver. 3. Hoc certe nondum, nec filios fuisse Iosephi, quemadmodum Græci sectatores omnes, nec ex duodecim Apostolorũ numero, vt Chrysostom. Cyrillus, Theophylactus, Euthym. & ante hos anepigraphus citatus in Græca Catena semimet. Nam, vt recte Rupertus argumentatur, iam supra c. 6. 68. omnes Apostoli, vno per Christum, excepto Iuda, ore Petri respondebant. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Dicuntur autem nondum in illum credidisse, non quod nullo modo crederent, sed quod non satis crederent. Etenim, si nullo modo credidissent, nullam habuissent spe aliquid ex eius ostentis gloriæ colligendi, quam se vtique habere indicant, cum vt se le mundo ostendat, exhortantur. Euthymius existimat, credidisse quidam in Christum, sed non tanquam in Deum. Recte Augustin. Chrysostomus. Theophylactus, propterea nõ credidisse, quia cognati erãt. Ac vere illi quidem dicunt: nullum enim maius impedimentum esse solet & credendi, & omnino melioremsequendi vitam, quam cognationes, quam caro, quam sanguis. *Loquebatur*, inquit Aug. *caro carnis, sed caro sine Deo, caro enim Dei. Loquebatur enim prædicta carnis verba, quod caro sallum est. & habet aut in nobis.*

Nullum maius impedimentum credendi, quam caro & sanguis. Tract. 28. Iuxta.

8. *Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum.*] Diuus Augustinus, Beda, & Rupertus tempus suum Christum vocare putant tempus cum opprimendæ gloriæ, cuius consequendæ causa fratres eum hortati fuerant, vt Ierosolymam se conferret: sed de alia respondere gloria, quam ad quam illi consectandam adhortabantur, illi humanam intelligebant gloriam, illum de diui-

na re-

na respondisse, *Tempus meum nondum aduenit*. Quasi dicat, maior mihi gloria, quam vos potestis animo concipere, proposita est, vt exalter, vt sedeam ad dextetam Patris, vt detur mihi *nomen, quod est super omne nomen*; sed eius gloriæ consequendæ tempus nondum aduenit; multa mihi prius patienda sunt. Cyrillus, &, vt videtur, Ammonius tempus manifestationis intelligunt, quasi respondeant ad vltimum illud verbum, *Ostende teipsum mundo*, dicens, tempus ostendendi me nondum aduenit. Apollinarius in Græcorum Catena tempus meum ad festa celebranda; tempus enim mihi passionis est, atque afflictionis, non gaudij atque lætitiæ. Quidam simpliciter interpretantur, tempus ascendendi Ierosolymam, vt vos petitis, nondum aduenit. Vetus sensus est, quem Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius expoluerunt, nondum venisse moriendi tempus, quod sibi a Patre præscriptum fuerat. Hoc enim tempus suum, aut, quod idem est, horam suam Christus vocare solet, vt infra versu 30. & cap. 8. 20. & 13. 1. Et propterea in Iudæa versari nolebat, *quærebant eum Iudæi interficere*, vt versu 1. dictum est. Ipse vero nolebat morti ante constitutum a Patre tempus; & quamuis posset vi, aut miraculo effugere Iudæorum manus, malebat tamen id sine vi, ac sine miraculo facere. Quia ergo cogniros habebat Iudæorum animos, scieba q ie fore, vt Ierosolymam ier, se occidere conarentur, pio eodem habet ire Ierosolymam, & ad mortem ire; & quia moriendi tempus nondum aduenerat, dicit se Ierosolymam ire non posse. Putat etiam Leontius probabile esse voluisse fratres Christi inflammatos multis tradere illum in Iudæorum manus, ideoque respondisse. *Tempus meum nondum aduenit*, quasi dicat. Quid vultis cogere me ante tempus mori? At posse ait? Ita est; sed vt hoc loco significare, quid sibi tanquam homini faciendum foret: periculum, quod alia ratione superare non posset, fuga declinandum; posita eundo declarauit, quid tanquam Deus facere valeret; in medio nimirum periculo sine periculo versari. Quid ergo est, *Tempus vestrum semper est paratum?* Augustinus, Beda, & Rupertus contendentes ex sententiæ, tempus humanæ quærendæ gloriæ, quam vos solam quæritis, semper est opportunum, quia ad eam sine labore, sine morte venitur. Quam etiam interpretationem, aut illi non dissimilem Cyrillus probat, *Quamquam*, inquit, *maiori dissimulatione res subeamus, non quouis tempore commodè aguntur; quales erant res Christi, vestrum autem eorum, qui maiora negligunt, humiliora sequuntur, quouis tempore suscipi possunt*. Melius Ammonius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius existimant, propterea dixisse tempus eorum semper paratum, id est opportunum esse, quia nullum illis, quocunque tempore Ierosolymam itent, periculum imminebit: posse quocunque tempore, quocunque loco eum mundo versari, cum ipsi de mundo sint: ie non posse, qui mundo sit inimicus: quemadmodum in exercitu, qui amici sunt, quouis tempore interdiu, noctu, mane, vesperi, tuto versantur: hostes non item. Hoc est, quod statim subiicit. *Non potest mundus odisse vos, me autem odit*. Alio ergo ista iunxit sunt, & fratrum suorum tempus: suum patiendi, fratrum eundi Ierosolymam. Sæpe docuimus id non solum non absurde, sed etiam elegantes fieri solere. Continent igitur hæc verba taciturn quandam reprehensionem. Fratres Christum subreprehendentur, quod in Iudæam ire nollet: Christus eos contra subreprehendit, quod ire tuti possent, quod esset argumentum eos homines esse mundanos quales mundus Iudæ quæ diligerent. Vtraque loco non [illegible], sed [illegible] Græce legitur, quod non qualecunque, sed idoneum, opportunum ad aliquid agendum significat tempus. Id tamen ipsum addito epitheto magis expressit, *tempus paratum*, id est opportunum.

Mat 26.18. Act. 7.16. ad Philip. 2.9.

Quid tempus suum Christus. Et horam suam vocare soleat.

7. *Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.*] Non dubium quin causam reddat, cur eorum tempus semper paratum sit, id est cur quouis tempore sine periculo in mundo, hoc est inter Iudæos tuti versari possint: quia & ipsi similes illis sunt, & mundi ipsius membra, & non potest mundus quæ sua sunt, habere odio. Similis sententia cap. 8. 23. *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo*, & c. 15. 19. *Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret*, & cap. 16. 20. *Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit*. In hanc sententiam Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, Leontius, Beda, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus exponunt. Animaduertit autem Chrysostomus alluisse Christum ad id, quod eius fratres dixerant *manifestè te ipsum mundo*, vers. 4. Quia enim hortati fuerant, vt se mundo, quis esset, declararet, respondit, ipsos id tuto posse facere, quia de mundo essent, & mundus non posset odisse suos. Mundum, vt obseruant Ammonius, Leontius, Cyrillus, & Eutymius, Iudæos vocat, *de quorum operibus mundanis sapiebant*.

8. *Vos ascendite ad diem festum hunc; ego non ascendo ad diem festum illum, quia nondum tempus meum impletum est.*] Curiubeat, aut concedat fratres suos ad diem festum ire, se vero significet ire non posse, manifesta ex superioribus est ratio, quod illis nullum a mundo periculum imminet, sibi imminebat, nisi aut fatebris, aut diuina declinet potentia. Illud hoc loco multos, præsertim Latinos, vexat interpretes, quomodo dicat se non ascendere, aut ascensurum non esse ad diem illum festum, cum postea ascenderit. Obiicebat Porphyrius hunc locum Christo, vt prouaricatorem. Obiicebat esse mentitum, aut non satis sibi constitisse, vt auctor Hieronymus est 2. contra Pelagianos libro. Ex loci difficultate lectionum quoque varietatem natam fuisse arbitror, dum vt ad suum sensum locum flectat, alius addit, alius demit. Nonnullorum huc membrum præciderunt, *Ego non ascendo ad diem festum hunc*. Itaque in quibusdam etiam Græcis codicibus non est. Alij non legunt *τοῦτον* hunc. Alij legunt *οὐκ ἀναβαίνω*, nondum ascendo, Alij *οὐκ ἀναβαίνω νῦν*, non ascendo nunc. Interpretationes varias recitemus; nam simul & quæ vera interpretatio, & quæ vera sit lectio, declarabimus. Si legamus *οὐκ ἀναβαίνω*, nondum ascendo, omnis tollitur quæstio. Qui enim dicit se nondum ascendere, non dicit se postea non ascensurum: itaque quod paulo post ascenderit, nihil contrarium dicta fecit. Huic autem lectioni multa argumenta auctoritatem pepèdent. Primum innumeri pene codices Græci, in quibus eo modo legitur; maxime vero antiquissimus ille Vaticanus toto terrarum orbe celebertimus. Deinde auctores graues Nonnus, Chrysostomus, & Euthymius, qui ita non solum legunt, verum etiam exponunt; eodem que modo arbitror Theophylactum legere, etsi in Aldino codice *οὐκ* legitur; sed, vt opinor, pro *οὐκ ω*, vitio manifesta. Leontius, & Ammonius videntur legisse *νῦν*, nunc. Sententia eadem. Sed vix mihi persuadere possum, aut *οὐκ ω*, nondum, aut *νῦν* nunc esse legendum. Primum, quia multi & Græci, & Latini non legunt auctores. Non Cyrillus, non Euthymius, nō Beda, non Strabus, non Rupertus, non quisquam, quod sciam, Latinus auctor. Itaque non dubito, Latinum nostrum interpretem non ita legisse, quemadmodum & ex omnibus vetustis codicibus, & ex Latinis apparet commentariis. Deinque illa altera lectio non videtur cum Christi

Ierom. lib. 2. contra Pelag.

Lib. 4. 11.

Christi consilio bene conuenire. Volebat enim pro cuiusdubio cognatis suis significare se nec tunc, neque postea ad festum ascensurum; vt ipsi tunc ie ascenderent. Quod si dixisset, *Nondum ascendo, aut, Non ascendo nunc*, haud obscure illis significasset paulo post ascensurum esse: itaque sine illo ire noluisset, id expectasse sent. Sentiarum igitur legendum esse, *Non ascendo ad diem festum hunc*, & veritus horum verborum quærimus sensum. Nam si secus legendum est addita particula *eo dem*, opus non est quærere, cum nulla sit quæstio Augustb. & Beda exponunt, *Non ascendo ad diem festum hunc*, id est, ad humanum festum, ad humanam celebritatem, ad quem ideo vos me cupitis accedere, vt illum nam colligam gloriam. Similis alia est eiusdē Augustini interpretatio. *Non ascendo ad diem festi hunc*, scilicet Scenopegiam, quam eo festo ego tum periculo ego figuncor, tanquam per figuram veritas. Quia te non opus est, vt ego ad illum accedam, sed vt ille ad me descendat. Alio sed simili modo Strabus interpretatur, Non ascendo ad pariēdum de qua passione antea dixerat, *Tempus meum nondum aduenit*, in hoc die festo rabernaculorum, quia non id mihi ad patiendū constitutum est tempus, i. d in festo Paschæ quo festo passurus sum. At hæc explicatio nodum non tulit. Si enim dixerat se ad festum Scenopegiæ ascensurum non esse, quomodo post ascendit? Nisi dicat ascendisse quidem, sed non ad pariendum, quēadmodum se negauerat ascensorum. Verum hoc ipsum est durum. Euthemius in quæstionibus in Ioannem putat, cum Christus dixit se ad diem festum illum non ascensurum primum eius festi intelligendum esse diem, qui proprie festus dies appellabatur. Per septem enim dies rabernaculorum festum, vt ver. 2. diximus celebrabatur. Non ergo ascendit Christus ad festum, id est, ad primū diem, sed *tam festi sui mediante*. vt ver. 4. tradit Euangelista. Quam interpretationem etiam probant Augustinus, Cyrillus, & Ammonius: *Non ascendo ad diem festum hunc*, id est, huius festi celebrandi causa. Ascendisse autem postea, non vt festū ageret: sed vt Iudæos docerer. Quæ interpretatio deteo mihi minus videtur apta, quia dubium non est ideo postea Christum ascendisse, vt festum celebraret, ne legem violare videretur. Nolim arrogantiæ tribui, si inter tam graues auctores meam ego cum illis minime comparandus dicero sententiam. In domo omnes Domini laboramur, vnusquisque in eius ornamentum confert, quod ab eodem Domino sibi datur. Credo ego Christum ex cognatorum suorum opinione locutum esse. Illi quidem putarunt hominem esse putabant, an aliquid supra cęteros haberet homines, de eo dubitabāt, volebant que an ita esset faciendis Ierosolymæ miraculis experiri tanquam hominem, quod in obscuro latet loco, repiehendebant: tanquam homtrem hortabantur, vt ascenderet ad diem festū, ibiq; ederet miracula ea, quę edisse alibi ferebatur, vt aliquid ad le inde rediret gloriæ. Eodem sensu negat Christus se ad eum diem festum ascensurum esse, quia si purus ascēdisset homo, qualem illi esse arbitrabantur, non potuisset Iudæorum reuellere potestati occiarete se voletum, & tempus eius moriendi nondum aduenerat. Hoc modo, quo se negauit ascensurum, ne postea quidem ascendit: verum ascendit dominitate plenus, atq; E manitus, quæ effecit, vt nihil in se desiderare posset: quantumuis insit mortalium Iudæorum odium. Soler Christus sic loquitur, vt hanc ad audientium opinionem accommodet. Christus frequenter hoc modo loqui, qimsi solum esset horum accommodatæ ad eorum, quibuscum agit, opinionem. Verum adolescenti illi dixit, *Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus Deus*, indicans se neque bonum, neque Deum esse non quidem sua, sed adolescentis opinione. Ita mihi Rupertus videtur, alijs licet explicet verbis, hunc locum intellexisse. Certe longe non abit ab hoc sensu. Cur ergo dicet aliquis non ita sum Christus cum illis ascendit eo ipso modo quo postea dicens ascēdisse? In prompta ratio est, noluit eorum de se prauam opinionē confirmare. Si enim tunc cum illis ascendisset, visus fuisset eorum votis assentiri, ideoque ascendere, vt humanam sibi pararet gloriam, quem ad modum illi desiderabant. Ascendit ergo postea, vt & legi satisfaceret, & vt suo, non illorum se fu ascendere videretur. Cur ergo *se manifestat, sed quasi in occulto*, vt ver. 10. dicit Euangelista, cum Deus esset, qui sine occulte, sine palam ascenderet, iuxta potuit periculum de uitare? Nolebat diuinitate sua, & miraculis vti, nihil in rebus omnino necessarius, vbi humana deficiebat industria, qua quamuis ex satis erat vtebatur. Vt homo igitur, ascendit occulte: cum celari non posset, & in medio periculo versatur, celebratur vt Deus. Quæ ad versus 9. & 10. expositionem pertinent, vt de supra, & infra ver. 11.

Vers. 9.

Quo modo Christus ascenderit festum.

11. *Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, vbi est ille?*] Iudæos vocat Euangelista Ierosolymitanos ciues, neque eos quidem omnes, sed primores, sacerdotes, Scribas, Phariſæos, & populi principes. Hi enim erant, qui Christo insidias ponere solebant, vt Leontius, & Theophylactus obseruarunt. Nam populum eum fuisse, qui dicebat, *Bonus est* ver. 12. Quæ rebant autem eum ad necem, vt Chrysostomus, Cyrillus, Theophylact. & Euthym. existimant id ex ver. 13. perspicuum est, vbi Iudæi timbæ opponuntur. Dictum enim fuerat c. 5. 18. propter sanatum ad probatica piscinam paralyticum Iudæos eum interficere voluisse. Aut quæretur, vt Leontius ait, vera ne quod viderent: ab eo fieri miraculum, vnde calumniandi ac riperent occasionem, quemadmodum in sanato fecerant paralytico. Cæterum quocunque tandem præte xtu interficere voluisse, non modo ex c. 5. 18. quod remoram eis argumentum: sed multo maxime ex hoc ipso c. ver. 13. perspicuum est, *Non tu hic est, quem quærunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt*. Itaque recte Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius obseruarunt tum maxime eos scelus in die festo quem maxime sanctificare oportebat, patrare voluisse. Quo die potissimum quærere debebant Christum vt illum crederent, quæ rebant, vt occiderent. Idem hodieq; multi Christiani faciunt dies festos, quos in colendo, adorandoq; Deo impendere debebant, in blasphemando, in offendendo, in crucifigendo consumunt. Obseruarunt etiam Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus verba illa, *Vbi est ille?* odium, atq; contemptum quendam præ se ferre. Non enim dixisse, vbi est Iesus, aut, vbi est Christus? sed *ille*, non solum non appellantes, quod est honorificum: verum etiam ignominiosum aliquid verbum, intelligentes, quasi dicant, Vbi est seductor ille? Vbi est violatorille legis? Eum dicunt vers. 12. *Non, sed seducit turbas*. Et Matthæi 27. 63. *Recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam*. Potest & illud quæri, nō quam ad rem, sed qua occasione Iudæi Christum qui rebant, cum non veniisset eum cognatis suis ad diem festum. Augustinus, Cyrillus, & Beda putant ideo quæsisse, etsi nescirebant, an venisset, quia ctedebant eum, qui tantam sanctitatem profiteretur, qui tot miracula edere soleret, festo non defuturum. Potest etiam probabiliter dici non quæsisse eum, nisi poste aquam Ierosolymam ascendit. Inaudisse enim eos ab iis, qui eum Ierosolymæ vidissent, in vrbe eum esse. Nam 9. ab omnibus dici solet. Christum non primo die, sed quarto post cognatos suos die venisse Ierosolymam, quod dicat Euangelista ver. 14. ascendisse *die festo mediante*, non videtur mihi pro-

huti posse. Quin existimo primo ascendisse die, non A tamen cum fratribus suis. Cum enim ideo ascenderit, vt legi satisfaceret, & lex iubebat, vt per dies septem festum illud celebraretur, quis credat Christum non integrum celebrasse? Nec ex Euangelista colligitur eum non ante dimidiatum venisse festum, sed contrarium potius colligitur. Non enim dicit *die festo medio*, Ierosolymam, sed *in templum* ascendisse; festum autem nō in templo, sed in vrbe, & in campo positis tabernaculis celebrabant. Imo non significat Euangelista tunc primum in templum ascendisse, sed tūc primum ad docendum ascendisse. Contra vero vers. 10. haud obscure indicat eum statim ad primum ascendisse diem. Cum enim dicat, *Cum autem ascendissent fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum*, aperte profecto indicat statim, postquam discesserunt, & ipsum discessisse: nec quid quam expectasse aliud, quam vt primus fratres discederent, ne cum illis iret. Itaque ita dicendum est eodem die, sed aliquanto post fratres suos discessisse. Quid? quod potuit fortasse vno, vel altero die post fratres discedere, & tamen ad primum diem adesse festi: siue quia credibile est fratres eius vno, vel altero die ante quam festum inchoaretur, Ierosolymā peruenisse, vt quæ necessaria erant ad festi celebrationem, sibi compararent, siue quia potuit Christus tempus momento peruenire, quemadmodum alibi fecisse legimus c. 6. 21. Duorum sequentium versuum explicationem quære partim supra in hoc ipso versu, partim vers. 26 sequenti.

15. *Nemo tam palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.*] Ad eos hoc referendum est, qui bene de illo loquebantur, vt Augustinus, & Beda admonuerunt. Nam qui male de eo loquebantur, nihil Iudæis metuebant. *Qui dicebant, seducit turbas*, inquit Augustinus, *sentiri eorum audiebatur tanquam aridorum fol erum. Seducit turbas, clerno sonabant: Bonus est, propius sussurabant.* Hoc non solum in Christo, sed etiam in membris Christi, in vitis sanctis, & religiosis vsu venit. *Deus nimirum seruos eius*, inquit idem Augustinus, *hoc docuit modo. Qui cunque enim se in aliqua sparta, per institutum professus, alia dicunt, quæ bona sunt, alia non, sed seducit turbas. Vnde hoc? quia vita nostra non est sancta, sicut Christus in Deo.* Constat ex hoc loco solos principes, sacerdotes, Scribas, & Pharisæos & si qui alii in populo eminebat, Iudæos hic, & paulo supra vers. 11. vocari. D Hi enim Iudæi, & populus, aut quod idem est, turba opponuntur. Qui enim dicebant vers. 12. *Non sed seducit turbas*, haud dubie de turba non erant. Turba ergo dicebat, *Bonus est*; principes dicebant, *Non sed seducit turbas*, vt recte Chrysostomus, & Theophylactus animadvertunt. principes pala, & clara voce loquebantur, turba *palam propter metum Iudæorum*, id est, principium, loqui non audebat. Nam & illi ipsi de turba, qui dicebant, *Bonus est*, quinque propter metum Iudæorum non audebant palam loqui, Iudæi vtique erant, vt Cyrillus notat; sed tanquam non Iudæi, Iudæis opponuntur, aut enim turba ex omnigen E & mixta erat; principes autem esse non poterant nisi Iudæi; aut quia cum principes omnium Iudæorum personam sustinerent, Iudæi absolute vocabantur.

14. *Iesu autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.*] Docuimus vers. 1. festum illud. Stenopegæ, siue tabernaculorum per septem dies, sicut azymorum festum celebrari debuisse. Exod. 23. 16. Leuit. 23. 34. Deuter. 16. 13. Dicit ergo Euangelista *iam die festo mediante*, id est tertio, vel quarto festi die Christum in templum ascendisse. Non dicit tunc ascendisse Ierosolymam, sed in templum. Nam Ierosolymæ quidem ipso primo festi die fuerat, vt vers. 11. disputauimus. Quæri vero solet, quamobrem ante in templum non ascenderit. Docuimus v. 11. non cessare tunc primum in templum ascendisse, sed tunc primum ascendisse docendi causa. quin probabile esse potius ad orandum ascendisse, ac inde fortasse murmurisse illo de illo natum varium, quod visus fuisset in templo, ansamque de se variæ loquendi hominibus præbuisse. Quod si quæras, cur docendi causa non prius in templum ascenderit, causas eius rei duas graues auctores afferunt. Altera est, quod voluerit, vt prius nimis inflammata contra se Iudæorum ita deferuescerent, vt Ammonius, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius scribunt. Altera, vt maius sui audiendi ipsi expectatione desiderium inijceret, vt Theophylactus sit. Addit idem auctor voluisse, vt libentiores auditores ad audiendum essent, minusque aliis curis occupati. primis autem festi diebus omnes occupatos fuisse in parandis rebus ad diem festum necessariis. Aliter Augustinus, & Beda, quod ante latuerit, exemplum fuisse, & infirmitatis humanæ, quod postea prodierit, potestatis fuisse diuinæ. Moualiter præter consuetudinem Cyrillus suam notat non dixisse ingressum in templum fuisse, sed ascendisse, quod ardua res sit in templum, & sancta cōscendere, id est docendi munus suscipere. Quidea C concione Christus docuerit, Euangelista non dixit, vt Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus animaduertunt, qui vellem eius rei causam aliquam reddidissent. Credendum est nihil nisi vtile, ad salutem imprimis necessarium docuisse, sed quia non id Ioannes agebat, vt singula narraret, quæ Christus docuisset, aut referre, sed vt colloquium, disputationē eg cum Iudæis Christi, & vnde occasionē habuisset, exponeret, eadem præteremisit, hoc vnum dicere contentus, ita docuisse, vt ipsi etiam aduersarii mirarentur. Itaq; absurde plane, & inepti hæretici sunt, qui nihil ex sermone, quod ad salutem nostram fuerit necessarium, in sacris litteris præteremissum.

15. *Et mirabantur Iudæi dicentes, quomodo hic litteras sit, cum non didicerit?*] Non dubium, quin hoc etiam loco Iudæos solos principes, sacerdotes, Scribas, & Pharisæos vocet, quemadmodum supra v. 11. & 15. Quo magis mirum est, eos ipsos eius doctrinam mirari potuisse, qui paulo ante ad calumniam eum, necemque conquirebant. Atque hoc ipso consilio Euangelista notauit, vt inde intelligeremus, quanta vis doctrinæ, verborumque eius fuerit, vt Leontius admonuit. Non admirantur doctrinam ipsam, vt Chrysost. Theophylactus, & Euthymius obseruarunt: nec enim ere debant, quæ dicebat, vera esse; sed quia oratorem eius non vulgarem, sed doctam, & litteratam esse videbant, mirabantur, vnde tantum illi doctrinæ esset, cum minime didicisset. Atqui sciebant eum nō didicisse, eam paulo præterimante significassent, eū se non nosse dicentes, *Vbi discisse*, vers. 11. quemadmodum Cyrillus obseruat. Sciebant sacerdotes, Scribas, & Pharisæi, scholas siue puerum non frequentasse, eaque ea ætate gestantia, vt existimarent nihil earum scholas (siue litterarum esse posse. Cauendum ne nos Pharisæis istis similes simus, neminemq; putemus quicquam scire posse, nisi sub nostra fuerit ferula; doleamusq; iuuenes succrescere, qui nescio vnde repente eruditi egentes, ea sciant, quæ nos senes, canoq; doctores capite ignoremus.

16. *Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.*] Hanc, vt arbitror, ob eam causam Christus in templum ascenderat, docereque cupierat, quod sciret Iudæos admiraturos, indeque sa captare occasionem posse de se, de doctrina, deque officio suo copiose disserendi: eodemq; consilio ce-

dendum est Euangelistam commemorasse, vt quod A Iudæos Christus, id nos ipse doceret. Nota hoc loco est Augustini quæstio, quam & Chrysostomus, & Leontius, & Beda mouerit. *Hæc est prosunditas prima*, inquit Augustinus. *Videtur enim paucis verbis quæstionaria loutus. Non enim ait, Ista doctrina non est mea, sed, mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua? Tuam in duas vtrumque & mea, & non mea, Nam si diuisset. Ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio.* Explicatio quæstionis ex huiusmodi loci explicatione pendet. Varie autem à diuersis auctoribus explicatur locus. Omnes in hoc conueniunt, alio sensu Christum dicere doctrinā suam, alio non suam, cum de vna, eademq; doctrina loqueretur. Sed in eo dissident, quod alii alio modo doctrinam suam vocare putant, item que non suam. Augustinus, Beda, Strabus, suam, id est, sespsum vocare dicunt. Esse enim Christum ipsum doctrinam, quia verbū erat Patris: ac perinde esse, *Mea doctrina non est mea*, ac si diceret, ego non sum verbum meum, sed verbum eius, qui me misit. Vereor, ne nimis hoc subtile sit. Melius idē Augustin. lib. 1. de Trinitate c. 11. & 12. suam vocasse, vt Dei, non suam, vt hominis. Alii suam vocasse, id est, quam à nemine didicisset, sed quam vt Deus haberet ex Patre, non suam, quia Patris erat. Atque hac ratione recte ad Iudæorum admirationem respondere dubitarunt, quo modo litteras sciret, cum non didicisset; se non didicisse, sed ex Patre accepisse. Sic Chrysostomus, Leontius, & Euthym. &, vt videtur, Græcus Ammonius, Chrysostomi verba sunt. *Quomodo idem ipsam potest esse, & non esse? Esse, quia à nullo alio loquebatur, non esse, quia Patris doctrina erat. Quomodo ergo dicit, Omnia, quæ sunt patris mea sunt; & quæ mea, Patris? Si quia Patris doctrina est propterea non est tua. ipsum illud est. Ideo enim tua esse debuit. At hoc verbum, Non est mea, maiorem in modum patris, & suam vnam doctrinam esse indicat; quasi dicat nihil habet diuersum tanquam alterius. Quod si persona alia sum, idem tamen & dico, & facio, vt non cessem à meis aliud à Patre, sed idem me & dicere, & facere.* Alii suam vocasse, quam Iudæi suam, id est à se inuentam esse putabant, & non suam sensu contrario, quam non ipse excogitasset, sed à Patre accepisset, vt Euthym. Alii suam, id est quam suo nomine docere videbatur, non esse suam, id est non suo, sed Patris no mine docere. Vetissimum ego sensum arbitror, qui simplicissimus est, vt suam vocet, quam docebat, non suam, id est non à se inuentam, sed acceptam à Patre. Id enim agebat, vt probaret, vnde doctrinam haberet eam, quam docebat, quia de ea potissimum re Iudæi dubitabant. Et statim addit, *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipse loquar.* Suam ergo vocauerat, quam docebat, quia loquebatur, non suam, quia non ex se, sed ex Patris præscripto loquebatur. Dicit autem non esse suam, id est, non ex se habere vt homo erat, sed esse Patris. Quemadmodum & Ambrosius exponit aduersus Arianos disputans lib. 2. de fide c. 4. & lib. 5. c. 5. Nam & Arianos hunc locum obiecisse, vt Filium confirmaret minorem esse Patre, ex eodem Ambrosio, & ex August. lib. 1. de Trin. c. 11. & lib. 2. c. 5. colligimus. Poterat eorum obiectio non eo tantum, quo diximus, modo, veraq; explicatione loci, sed alio etiam propulsari; particulam illam, *Non*, scripturæ vsu non solam aliquando negationē significare, sed vim etiam habere exclusiuæ particulæ, idemque valere atque *non solum*; ita que sensum esse, doctrina mea non solum est mea, sed etiam eius, qui misit me. Multa eiusdem generis exempla reperiuntur, *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est, non vos soli, sed etiam spiritus patris vestri, & *noliteputare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem: est, qui accusat vos Moyses*, id est, non ego solus; &, *qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Cur ergo hoc loco non dixit, Mea doctrina non est humana, sed diuina, aut, Mea doctrina non est ex homine, sed ex Deo? quod vtiq; & breuius erat, & clarius. Volait, inquunt Cyrillus, & Ammonius, etiam doctrinam, quam sibi ipsi tanquam tribuere potuit, Patri tribuere, vt plus apud Iudæos haberet auctoritatis.

17. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.*] Ad experientiam eius, quam tradebat, doctrinæ prouocat. Optimum, & efficacissimum probationis genus. Si autem expetiendam doctrinam ipsam inuitasset, nihil argumentum haberet obscuritatis; sed quia iubet Patris facere voluntatem, non satis apparet, quomodo, qui Patris fecerit voluntatem, continuo, cognaturus sit Christi doctrinam, diuinam, non humanam esse. Cyrillus non de quauis Dei interpretatur voluntate, sed de ea, qua neminem perire vult, etiamsi violendum sabbatum sit propter salutem hominis; quēadmodum ipse in sabbato Patris ieuntus voluntatem sanauerat paraliticū. Ad illud enim factum alludere, in quo facto, si Dei obseruatrem voluntati volētis perire nemanem, cognoscerent Christi doctrinam, qui etiam in sabbato curandum esse docebat, consentaneam esse Patris voluntati. Hæc interpretatio præter hoc, quod nimium sensum restringit, non utitur loco. Nulla enim hic mentio facta fuerat de cuisse Christum in sabbato curandum. Erelit Probabile nihil ea de re dixisse, cum neminem tum in sabbato curasset. Melius Auguit. & Beda, ideo, qui Patris fecerit voluntatem, cogniturum esse vtrum Christi doctrina ex Deo sit, quia nisi crediderimus, non intelligemus, quasi Patris voluntatem vocauerit, vt in eo omnes homines credant. *Si non intellexisti*, inquit, Augustinus, *crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere vt credas, sed crede, vt intelligas, quoniam nisi crediderit is, non intelliget.* Sed hoc etiam sensum restringit. Optime omnium Chrysost. Theophyl. Euth. & Rupert. voluntatem Patris generaliter omnia eius præcepta vocari, quæ qui facit, is Patrem amat; qui Patrem amat, & Filium à Patre missum amet necesse esse, qui autem Filium amauerit, facile cogniturum eius doctrinam cum Patris consentire voluntate, illique credituram. Ipsam enim per se Christi doctrinā diuinam esse, atque credibilem; nihil impedire quominus eī Iudæi credant, nisi quod alieno à Christo animo essent, odio illis intellectum, atq; iudicium occæcante. Tollant odium, amentPatrem, cuius faciant voluntatem, facile discussis tenebris clarissimam doctrinæ suæ veritatem visuros esse.

18. *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit.*] Hæc altera est ratio, vt Chrysost. Leontius, Theophylactus, & Euthym. admonent, qua probat, quod dixerat v. 16. doctrinam suam non esse suam, id est, non humanam, sed diuinam esse: quad non quærat suam, id est, humanam, sed Patris, id est diuinam gloriam. Concludit hoc syllogismo: *Qui à semetipso loquitur*, id est qui suæ doctrinæ ipse auctor, & inuentor est *sua quærit*, id est, ingenii, atque inuentionis propriæ gloriam quærit; *ego gloriam meam non quæro, non ergo ex* me ipso loquor, id est, *doctrina mea non est mea.* Morale non necessarium argumentum est. Fieri enim potest, & vero ita fieri deberet, vt aliquis eius sententiæ, quem inuenerit, gloriam non ad se, sed ad Deum referat. Sed huc raro accidit, contrarium morale est. Itaque non argumentatur ex causis veris rei, sed ex corruptis hominum moribus. Putant August. & Beda Antichristum his verbis designari, qui cum vene-

rit, non Dei, sed suam gloriam quæsturus sit: sed generalis sententia est, qui ex se, & non ex Deo loquuntur, Nam & qui aliquid ex se, hoc ex propria inuentione loquitur, si non suam, sed Dei gloriam quærit, non ex se, sed ex Deo loquitur, quia id ipsum, quod inuenit, ex Deo, id est, Dei incitatus amore, & propter Deum inuenit.

Qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in eo non est] Nunc proprie de se loquitur, & minorem syllogismi propositionem, & conclusionem simul ponit, quasi ad hunc modum dicat: Ego non quæro gloriam meam, sed gloriam eius qui misit me, ergo ex me ipso non loquor, sed ex Deo, qui me misit. Cæterum pro ex me ipso non loquor, quod ante dixerat, sequebatur recte concludendum erat, dixit, *verax est, & iniustitia in eo non est*, id est, veritas B sum, & neminem fallo: Loquitur enim de se ipso per tertiam personam. Cur ergo non concludit, quemadmodum concludendum erat, ergo ex me ipso non loquor? Vt id ipsum diceret efficacius. Propterea quippe disputabatur, vtrum ipse ex se, an ex Deo loqueretur, vt intelligeretur, an eius doctrina vera esset, an fallax. Aliquin nihil referebat, quomodo loqueretur, ex se, an ex Deo. Est ergo duorum in vno syllogismorum implicatio, qui hoc modo, vt intelligantur, sunt resoluendi. Qui ex se loquitur, gloriam suam quærit: Ego non quæro gloriam meam, ego non ex me loquor. Rursus, qui non quærit gloriam suam, sed gloriam Dei, is vera dicit, & non fallit, (nullam enim fallendi causam habet, qui se ipsum non quærit:) ego non quæro gloriam meam, sed eius, qui misit me; vera ergo dico, nec fallo. Vidit hoc acute Rupertus pleruntque bonus auctor. Iniustitiam vocat fraudem. C

19. 20. *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?*] Omnis huc loco disputatio est, quomodo hæc verba cum superioribus hæreant. Nos quidam auctores sunt non esse viam quærendam cohærentiam, vbi nulla sit. Etenim sæpe Euangelistas tolere res sine vllo ordine narrare, & veluti in cumulum conficere, quod hoc loco Ioannes fecerit. Hac regula vtendum esset, si nullam possemus omnino sententiarum coniunctionem reperire: at posse mus fortasse si quæramus. Omnes veteres auctores, quos equidem me vidisse memini, docent propterea Christum hæc subiecisse, vt crimen, quod sibi Iudæi ob- D isciebant, in ipsos retorqueret. Accusatus ab illis fuerat, quod legem Moysis non obseruaret quod sabbato paralyticum curauisset. cap. 5. 9. 10. dicit eos esse, qui legem Moysis minime seruent. Moysem enim prohibere, ne insontem hominem occidant, velle autem se occidere hominem innocentem: propterea illatum addere, *Quid me quæritis interficere?* Sic Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus, Leontius, Theodorus Mopsuest. & Theodorus Heracleensis. Solus Augustinus, & eum secutus Beda, paululum dissident. *Ideo*, inquiunt, *quæritis interficere, quia nemo ex vobis facit legem, nam si legem faceretis, in ipsis litteris Christum cognosceretis, & proinde non occideretis.* Hactenus his auctoribus assentior, vt existimem propterea dixisse Christum, *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* quia accusatus à Iudeis fuerat, quod legem Moysis non obseruaret, & E tanquam legis violator ad necem ab eis quærebatur. In eo postulo, vt dissentire mihi ab illis liceat, quod illi putent violationem legis, quam Iudæis Christus obiicit, hanc esse, quod se innocentem contra legem velint occidere, ego non eam violationem legis vocare arbitror, sed quod in sabbato hominem circumcidant, vt explicat vers. 22. Si enim de nece tua loqueretur, eamque violationem vocaret legis, non dicet neminem eorum legem facere, quia non omnes ipsum interficere volebant: at omnes in sabbato circuncidebant filios, cum is octauus illis à natali dies erat. Deinde si necem suam violationem legis appellaret, proferret legem, quæ innocentem occidere prohiberet, quam videmus non protulisse. Denique probaret se innocentem esse. Sensus igitur est, quid me tanquam legis transgressorem vultis occidere, quod paralyticum in sabbato curauerim, cum multo magis vos legem violetis, filios vestros in sabbato circuncidentes? Nam si semel in sabbato totum curare hominem violatio legis est, multo maior erit omni sabbato, vt vos facitis, circumcisionem facere. Quod si vos circumcidendo legem non violatis, nec ego in sabbato curando legem violo, cur ergo me quæritis interficere? Cum ergo dicit, *nemo ex vobis facit legem*, non ex veritate, sed ex ipsorum ratione loquitur. Nam etsi aliis quidem in rebus legem re vera transgrediebantur, tamen non agit nisi de circuncisione in sabbato facta, quæ re quidem vera violatio legis non erat, sed ipsorum ratione erat: nam si hominem sine vllo labore solo verbo in sabbato curare violatio erat legis, multo magis erat hominem circuncidere, vbi opus erat aliquo labore, vbi oportebat manibus aliquid facere. Non videtur vacare causa, quod non simpliciter dicat. Nonne vos ipsi legem violatis, cum in sabbatos circuncidatis? sed *nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Quod duplicem vim mihi videtur habere posse. Altera, est, si vos legem non qualemcunque, sed eam C quam gloriamini à Moyse vobis datam, in qua speratis, in qua putatis (vt supra dixit) vos vitam habere, minime seruatis, quid me vultis occidere, quod eam non seruem, quem vos existimatis Moysi esse contrarium: Altera, si vos legem à Moyse vobis datam non obseruatis, cur vultis, vt ego eam obseruem, cui data non est? Nec enim ego Moysi, sed patri meo subiectus sum, nec illius teneor legibus: ipse sum legislator, qui & eam tunc per Moysem legem dedi, & aliam nunc per me ipsum meliorem trado. Hanc emphasim habet nomen, *Moyses*, & pronomen, *Vobis*, quasi seab eo tum numero excipere voluerit, seq; Moysi tacite opponere. Aliud quidpiam Ammonius, & Theophylactus animaduertunt, legem à Moyse datam dixisse, quasi ipse eam non tradidisset, ne Iudæos à se tam alienos, & Moysis, vt videri volebant, studiosissimos, magis offenderet.

Euangelistæ sæpe res sine vllo ordine narrant.

Aug. Tract. 30.

Respondit turbæ, & dixit Dæmonium habes, quis te quærit interficere?] Plerique auctores putant turbam hoc loco non promiscuum vulgus, sed sacerdotes, principes, Scribas & Pharisæos appellari, eos nimirum qui Christum ad necem quærebant supra vers. 11. & c. 5. 18. Chrysost. Augustt. Cyrillus, Theophylact. Euthym. Rupertus. Et vero simile quidem est Christum non nisi eos tanti criminis accusasse, quos sciebat in necem suam animo conspirasse, & cum turba respondet, *Quis te quærit interficere*, non respondet, non est vos, quid me quæritis interficere, sed sacerdotes. Scribæ, ac Pharisæi, illi ergo ipsi, qui negant se velle eum interficere, maxime interficere volebant, sed cum viderent cogitationes suas esse deprehensas, impudenter, & contumeliose negant, vt solent facere, quorum consilia deprehenduntur. Solus Leontius videtur hoc non sacerdotibus, & cæteris Iudæis, qui Christo insidiabantur, sed simplici, & innocenti turbæ tribuere, quæ cum alienam se ab eo crimine esse sentiret, & Christo potius fauere sibi videtur, irritata Christi criminatione, quasi ab eo homicidii accusaretur, acerbe, & contumeliose respondent, *Dæmonium habes.* Hoc mihi videtur probabilius: nusquam enim

Iudæorum principes nequam to ex se loquuntur.

sacerdotes, & Iudæorum principes turba vocantur, A sed turbæ potius opponuntur, vt supra v. 12. 13. & infra vers. 46. & apparet Euangelistam Iudæo hic turbam à principibus Iudæis distinguere voluisse, & ex proximis verbis manifestum est de illis Christum agere, qui se ob curatum sabbato paralyticum occidere tentauerant cap. 5. 18. Cur ergo generaliter Christus omnes accusat? Non accusat singulos, sciebat enim esse in turba maiorem partem, quæ ab eo crimine immunis esset; sed accusat genus vniuersum, cuius personam gerebant principes, qui necem sibi parabant. Quod dicunt, *Dæmonium habet*, quidam existimant, verum intelligere dæmonium, quo putarent Christum correptum esse, vt Leontius, Augustinus, & *Tract. 30.* B Rupertus. *Quasi non prius fuerit dicere* (inquit Augustinus) *dæmonium habet, quam eum occidere. Et quippe dictum est, quod dæmonium haberet, qui dæmones expellebat. Quid posset aliud dicere turba turbulenta? quid posset aliud dicere eorum comitatus? Turba turbata est. Vnde à veritate. Turbam lippitudinis turbauit claritas lucis.* Oculi enim non habentes sanitatem non possunt ferre hominis claritatem. Alii vulgarem dicendi modum fuisse credunt, dæmonium habere, quibuscunque delirare, & absurda loqui videretur, sicut Ioannem hominem turbulentum, & calumniatorem dicunt correptum à Diabolo esse, non quod dæmonium habere credant, sed quod diabolico moueri spiritu. Vtrumq; probabile.

21. *Vnum opus feci, & omnes miramini.*] Omnes consentiunt auctores vnum illud opus, quod se Christus C fecisse dicit, curationem fuisse paralytici c. 5. 9. Conuenit etiam inter omnes interpretes verbum illud, *Miramini*, idem hoc loco significare, quod tu admini, ostendimini, tumultuamini, Chrysost. Cyrillus, Leontius, Augustt. Theophylact. Euthym. Cæterum totam sententiam non eodem modo omnes interpretantur. Cum enim aliquid necessario ad complendā orationem, atq; sententiam sit intelligendum, alii aliud intelligunt. Augustt. Cyril. & Beda videntur intelligere, Si propter vnum opus, quod feci, omnes tanto opere miramini, quanto magis si plura fecerē, aut si omnia, quæ feci, videretis, miraremini? Horum auctorum opinione nomen *Opus*, pro signo, aut miraculo positū esse oportet. Potius credo, idemq; mihi fallor, Chrysost. Theophylact. Leontius, & Euthym. quamuis multum D aperte indicent, credunt, non comparare Christum vnum opus cum multis aliis suis, sed eū multis Iudæorum, & opus non miraculum, sed operationem, & laborem appellare eum, qui in sabbato prohibitus esse videretur. Quasi dicat, Ego vnum tātum opus in sabbata semel feci, & quod paralytico sanitatem reddidi, & omnes offensi estis: vos multa in sabbato, ac sæpe facitis. Si quæritur enim in sabbato circumcidatis infantes, & eorum curatis plagas, & non offendimini. Opponit ergo pronomina Ego, & *Vos*. Opponit opera, vnum, & multa.

22. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem.*] Particula *Propterea* obscurum reddit locum, omnesq; vexant interpretes. Cum enim causalis sit, non apparet, E cuius rei causam reddat: nec enim quia illi, q. Christus faciebat mirabātur, propterea Moyses circumcisionem illis dedit. Euthymius cum aliis difficultatis eximum non reperiret, dicit dictionem eam, *Ista ratione propterea*. Hebraico more redūdare, sed nescio quibus ex plis eiusmodi apud Hebræos idioma probare possit. Alii non tam causalem quam inchoationem, aut illationem esse putant, quasi dicat. Itaq; aut, ergo Moyses dedit vobis circumcisionem. Sed nec exēplis, quibus id probant, satis sunt accōmodatis; & si essent, tamen ea significatio in hunc locum non conueniret. Itaque lectionem, interpretationemque Theophy-

Prothosmi randi sæpe inuenitur in eā re propter quam aliquid fit.

Gen. 12. 17. Exod. 32. 9.

lacti maxime probo, qui hanc dictionem, cum superioribus iungit hoc modo, *Vnum opus feci & omnes miramini propter hoc.* Solet enim rebus mirandis cum ea præpositione iungi, vt Matth. 6. 6. *Nisi Dominus dies abreviasset, & mirabantur propter turbas discipuli eorum.* Hoc modo sensus est eos loquentes, & facies. Potest etiam ex Hebraicorum consuetudine *Ista ratione*, pro *ista* positum esse, id est, *propterea*. pro propterea quod, sicut illi dicunt, בער אשר pro לכן propter quod pro propterea quod, cuiusmodi italibi exempla sæpe notauimus; illustre lector reperies apud Septuaginta Amos. 5. 11. 16. Cæterū non reddit causam eius, quod dictum fuerat; sed eius, quod intellectū. Cum enim Christus dixit, *Vnum opus feci* (in sabbato) intellexit Iudæos, vt illic declarauimus, non vnū, sed multa in sabbato opera facere. Probat hoc, propterea q. *Moyses*, inquit, *dedit vobis circumcisionem*, & tamen *in sabbato circumciditis hominem*; quod cum frequenter accidat, plura vos in sabbato quam ego opera facitis. Cur ergo dixit, *Moyses dedit vobis circumcisionem*, cum ad probandum id, quod volebat, satis esse dicere, propterea quod in sabbato circumciditis hominem; & illa aute posita verba, *Moyses dedit vobis circumcisionem*, impedire potius quā iuuare probationem videāmur? docere enim videtur eos, quibus cum Christus loquebatur, qua ratione respondere ad eius tacitam accusationem possent, nempe propterea fe in Sabbato hominem circumcidere, quia Moyses præceperat, vt mu- *Gen. 17. 12.* nuis masculus octauo die circumcideretur; itaq; si *Leuit. 12. 3.* dies octauus in sabbatum incideret, lege ipsa cogebantur in sabbato circumcidere. Quod iudicio non erat violare sabbatum, quia non contra legem, sed ex legis præscripto fiebat. Hanc vero nodum à nemine obiectum ita soluendum arbitror. Credo ea verba ideo Christum addidisse, vt maiorem argumēti vim, quo vrebatur, vim adhiberet. Voluit tacite à minore ad maius argumentari; quasi dicat, si vos propter Moysis de circumcisione præceptum non solutos sabbatum, cum in eo hominem circūciditis, quomodo dicitis me sabbatum soluere, quia hominem totū in sabbato sani facio, quod non tam Moysis, sed Dei præceptum est, qui vult omnes viuere, ac nemine perire. Verba illa, *Non quia ex Moyse est, sed ex patribus*, per parenthesim legi debent, loco; cui etiam addita sunt, ne circuncisionem Moysi, tanquam primo omnium tribuere videretur, cum non illi à Deo primū, sed patribus, id est, Abrahamo, Isaac, & Iacob data fuisset. Genes. 17. 10 & 21. 4. & 34. 24.

23. *Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato?*] Cyrillus ita legit, & interpretatur, vbi hæc verba, *Vt non soluatur lex Moysi*, non cum præcedentibus, sed cum sequentibus iungit, *mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato, vt non soluatur lex Moysi*: Quod vix cuiq; mentem sensumq; habere posse. Communis aliorum auctorum lectio, *Leuit. 23.* & interpretatio melior tem habet sensum, propterea Iudæos iustos hominem in sabbato circumcidere, ne lex Moysis de homine octauo die circūcidendo solueretur, itaq; vt legem de circumcisione non solueret, legem de obseruando sabbato soluebant. Atq; hanc iustam vim habet nomen *Moysis*, quasi dicat vt fernetis legem Moysi, solum a lege an Deo. Non quod vtraq; lex non esset Dei, sed quia Iudæi legem circumcisionis Moysis appellarent, & in ea, qd Moysis esset, plus nimis cōsiderent. Nec, significat eos vere, cum homine sabbato circumcidebāt, solusse sabbatum, sed loquitur ex ipsorum opinione, qui putabant violari sabbatū homine circuncidendo violari? Quod dicit, quæ-

totum hominem sanum fecit, non dubium quin totum hominem opponat parti, non quod pars in circumcisione sanaretur, quæ potius laedebatur, sed quod spiritualiter sanari censeretur, dum præputium pars corporis superuacua, atq; vitiosa reciebatur; quemadmodum si manus brachium dicatur, cum pars eius putata abscinditur. Quinquam Cyrillus, & alii nonnulli nō ad circumcisionem ipsam, sed ad curationem sabbati referri volunt: cuius, vt mihi videtur, probabiliter Quoniam modo intelligendum sit, quod Christus dicit totum se hominem sanauisse, disputari solet. Duas inter generationes Euthymius affert, alteram, vt de filio intelligatur corpore, quod eum sanauisset, quia totum assumpserat, quæ post circumcisionem fieri solebat, referri volunt: cuius, vt mihi videtur, probabiliter Quoniam modo intelligendum sit, quod Christus dicit totum se hominem sanauisse, disputari solet. Duas inter generationes Euthymius affert, alteram, vt de filio intelligatur corpore, quod eum sanauisset, quia totum assumpserat, quæ post circumcisionem fieri solebat, referri volunt: cuius, vt mihi videtur, probabiliter Quoniam modo intelligendum sit, quod Christus dicit totum se hominem sanauisse, disputari solet. Duas inter generationes Euthymius affert, alteram, vt de filio intelligatur corpore, quod eum sanauisset, quia totum assumpserat, quæ post circumcisionem fieri solebat, referri volunt: cuius, vt mihi videtur, probabiliter

24. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.*] Iudicare secundum faciem, hoc est vulgo, vt est quod aliis verbis scripturæ dicit, *accipere personam*, nam in iudicio, quod lex facere prohibebat Deuter. 1. 17. & 16. 19. Personam autem accipere est non ex sola æquitate causæ, sed aut odio, aut amore, aut alia aliquo affectu alterius litigantis personæ iudicare. Significat ergo Christus inter se, & Mosem iudicio suo iudicis item esse, vter ipsorum labbi iram violet, ipsene totius tam diuino homine, an Moyses circumcidendo sabbatho odio in se, gratia in Mosem, illum absoluere legendum esse, monuit ita ne id faciant, tenoc as illa in mentem legem Dei, qua personam in iudicio accipere prohiberentur. Hoc sensu Leontius, Chrysost. Cyril. Augustin. Beda, Theophylact & Euthym. exponunt. Rupertus aliquanto aliter videtur exponere, *nolite iudicare secundum faciem*, id est, secundū ea, quæ exterius sensu apparent, sed secundum veritatem. Putatis enim Moysen per circumcisionem animi bonum inuenisse, idcoque licuisse sabbato circumcisionem operari, ne autem non cauisse nisi corpus, ideoq; curare non licuisse. Acqui si non specie rectus, sed toto penitus perfectus recte iudicaretis, intelligeretis me non solum corpus, sed etiam animum sanauisse. *Nolite igitur iudicare secundum faciem.*

Quid sit per faciem accipere in iudicio.

25. 26. *Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nonne hic est quem quærunt interficere? & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt.*] Ex clamosa Ierosolymitani, non ex alia, qui vndique ad diei festi celebritatem conuenerant. Propterea autem Ierosolymitani potius, quam alii dicebant, quia illis fuerant principum eius mortis cessilia, vt Leontius obseruauit. Putat Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, propterea Ioannem id explicasse, vt ostenderet Ierosolymitanos, qua propter visi in ira vehementiori motu esse in Christum fide esse debebat, minore fuisse, dubitasse enim, an esset Christus, disputasseque ex eo non posse, quem scirent, vnde esset. Mirantur Ierosolymitani, quod cum principes paulo ante Christum ad eundem quærerent, & nunc coram, atq; inermem haberent liberos; loquentem, eosq; magis ac magis irritantem, nihil cause illi dicāt, id est nihil illi faciant. Hoc enim aliquando significat dicere. Nisi forte dicere, & facere tanquam opponuntur, vt sit sensus, non solum nihil illi faciūt, sed ne dicunt quidem. *Quos minitantes* inquit Augusti. *quæ sanitas quærebatur, imitabantur. quæ potentia non tenebatur: deinde non placentibus, quæ videbantur in potentem, putauerunt principatum esse*

Trall. 31.

scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christum, idq; pepercerunt ei, quem tantopere occidendum quærebant.

27. *Sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.*] Pro sensu pro iuncto. *Nemo scit*, pro nemo sciet, aliaquin ratio non concludit. Vulgatis quæstio, quomodo Ierosolymitani dicant neminem scituruin, cum venerit, vnde sit Christus, cum hoc ipso capite v. 42. dicant, *Nonne scriptura dicit, quia ex semine David, & de Bethlehem castello vbi erat David, venit Christus?* Augustinus, Theophyl. existimant hoc de diuina Christi generatione intelligendum, quod Isaias dixisset, *Generationem eius quis enarrabit*, & Micheas, *Et egressus eius à diebus æternitatis.* At mihi illi, vt opinor, de diuina Christi generatione cogitabant, quam vix discipuli, qui longo tempore ab ipso Christo doctifuerant, credere potuerunt. Euthymius putat odio, & malitia impeditos, sibi non constitisse, vt videre soleritis, qui non iudicio, sed affectu dicuntur. Sunt qui ita soluāt, scitum quidem fuisse vnde id est quo ex genere, & quæ ex vibe venturus esset, quēadmodum v. 42. dicunt, at quo parte, qua matre esset nasciturus, scitum neminē. Quod nec illi ex vllo scripturæ testimonio discere potuerunt, & res ipsa falsum esse docet, cum mater Christi notissima fuerit, & in omnia secula celebrata, & qualis futura esset, etiam Prophetæ prædixissent. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, & illum quo quidem iudicio, & probabilius dicuntur eadem scitasse, & qui dixerunt. *Nemo scit vnde sit*, ex stimantes nihil de ea re in scriptura traditum esse, quia plebei, & ignobiles homines erant, & quippe illos dixerunt, *ex semine David, & de Bethlehem castello*, idque ex vtroque loco perspicuum est nam & ex hoc constat eos plebeios fuisse homines, & ex illo, illos fuisse doctiores, quia & genus, & patriam Christi ex scriptura protulerunt.

Ioa. 7. 14.

Ita Origen. exponit. in Ioan.

28. *Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens.*] Non ita Ierosolymitani dicebant, *Christus cum venerit, nemo scit vnde sit*, vt Christus, si solum esset homo, nō de posset: cognouit tamen eos, quia Deus erat, quid apud se dicentes, & vt ostenderet se non putā esse hominem, cuius & occulta ipsorum murmuratione ostendit se nouisse, & augendæ conscientiæ. Hoc est, quod Euangelista dicit, ergo. Id est, quia eos hoc dixisse cognouit, ex eo, quod certe mendacii, & *mos sitis, & vnde sim scitis.* Itaque dixit non superbi, vt illi murmurando, voce, sed clamando, vt ex audite nemo non posset. Christi ergo clamorem Iudæorum murmurationi tacite opponit Euangelista. Eodem pertinet, q cum ante dixisset Christum in templum ascendisse, tribuique suppressionem huiusmodi contigisse facta in dicasset verba, dicat denuo hunc Christi clamorem in templo editum fuisse, vt doceret Christum & clamissima voce, & in loco frequentissimo dixisse, quod dicuntur, ne quis posset ignorare.

Et me scitis, & vnde sim scitis.] Hæreticorum opinio, qui hoc omnino dicendum putarunt, iudicio carere mihi videtur. Non enim dubito, quin voluerit potius docere Christus scitis illis, quis, & vnde sit, non esse, sive id vos celere ex propterea dignos non esse veritate, qui eum eum cognoscerent, minime recipiant. Illud hunc sententiam videtur obstare, quod Ierosolymitani non dicerent se non nosse illum, sed minimum potius nosse. Iam, non potest Christus eos coarguendo dicere, *Et me scitis, & vnde sim scitis*, quemadmodum D. Chrysostomus argumentatur. Sunt qui putent hæc verba non separata sed coniuncta cum sequentib. legenda esse, ac si quasi diceret, Scitis quidem me secundum carnem, quis, & vnde sim, secundum autem diuinitatem nescitis, ideoq; Christus esse possum, quāuis me, vnde sim, cognoscatis; quia eo modo, quo Christus

cum venerit, vnde sit, nemo sciet, me quoq; nescitis, A vnde sim. In hanc sententiam exponunt August. Beda, & Rupertus. Contra Chrysost. Theophylact. Euthym. Leontius, & Apollinarius, &, vt videtur, Theodorus Heracleensis, id est, Græci omnes auctores, scitis me esse, non solum illo modo, quo vos me cognoscere profitemini, quis, & vnde sim scitis, sed alio etiā modo, quem maligne dissimulatis. Nec enim solum scitis me filium esse Mariæ, & ex patria Bethlehē, aut Nazareth, quod ipsum argumentum vobis esse oportebat me esse Christum, cum inde Christum venturum esse scriptura dicat, sed scitis etiam me filium esse Dei, & ab eo missum, cuius & Ioannis de ea re testimonium audientis, & eam me opera videritis, quæ nemo nisi à Deo missus facere potuisset. Huc ego arbitror verum esse sensum. Agit ergo eos arguendo, quod dixerant verbis istidem, sed sensu alio. Dixerant illi: *Hunc scimus, vnde sit*, intelligentes esse Galilæū, & filium fabri: respondet ille, enimuero me scitis vnde sim, non ita solum modo, sed eo etiam, quo opus est scire, vt verum Christum esse cognoscatis, nempe filium esse Dei; sed vos homines maligni, quod humile in me est, scire vos dicitis, quod celeste est, atq; diuinum scire dissimulatis.

Ioan. 5. 19. Christi genuinum in disputatione Christi.

Ita & vos scitis me, & scitis vnde sim, & à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.] Hæc est, quod modo dixerat, *& me scitis, & vnde sim scitis*, id est, me à Deo missum esse. Verum vocat Deum, id est, se ipsum, ac veracem, qui quamuis illi meminerant tum dissimulantes scire Christum ab eo missum esse, ipsi memini non poterāt, quæ cum ita sanum esset, declarauit Matth. 5. 17. eodem prorsus modo, quo dixit D. Paulus, 2. Timoth. 2. 13. *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.* Sed altera hic est quæstio, quomodo Christus dicat eum Deum à quo missus fuerat agnosci, cum proximus, vt plerique sanum, verbis dixerat *& me scitis, & vnde sim scitis*, in quam eos fecerat à Deo se missum esse, quo autem modo scire potuerant à Deo missum, si Deum non nouerant? Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur nosse. Iudæos Deum, quia fatebantur eum verum esse Deum, & posse eum non esse alium, non nosse, quia non tenebant, non amabant, quemadmodum de quibusdam dicit D. Paulus: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*, Tit. 1. 16. & alibi: *Et nunc quidem scitis Edissa, quod detineat, nescientes Dominum.* 1. Regum 2. 12. Probabilis sententia, sed illa, vt opinor, probabilior, eos dixisse missi Christum ex operibus à Deo missum fuisse. Sed Deum ipsum ignorasse, id est, manifestum illi fecisse dixit capite 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* &c. 6. 46. *Non quia patrem vidit quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Locus est planè similis 2. Cor. 5. 19. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Et Paulus dicit, *Deum ignorare non posse sanctum Dei, qui ignorat, ignorabitur.* 1. Cor. 14. 38. Exempla sunt nota Ioan. 1. v. 8. & 9. 31. Act. 3. 17. & 13. 27. Præterea cum est Ioannis maxime propria Hinc Eudum, vt hora Christi motiendi pietemque tempus intelligerent, quia negotium, cuius perficiendi causa venerat, erat mors, vt c. 8. 20. & 12. 23. & 13. 1. Disputant: Seuerus Antiochenus, Augustinus, & Beda contra gentilitios hoc loco. *Quod est*, inquit Augustinus. *Nondum venerat adhuc? Non enim Dominus sub fato natus erat: hoc vos dare credendum est, quante minus de illo, per quem facta sunt omnia, sidera voluerunt astra, illum horā quā ille voluit esse natum? Non ergo horam dicit, qua regeretur vteri sed qua dignaretur exire.*

Trall. 31.

31. *De turba autem multi crediderunt in eum.*] Videtur ita Euangelista loqui, vt indicet eos, qui à patio superiori dicerat volusse Christum apprehendere, de turba non fuisse, atque ita Chrysostomus, Augustinus, Beda intelligere videntur. Sed cum opinionem superiore vera esse arbitramur. Rupertus hic asseruos

sentior, qui turbam hoc loco non Ierosolymitanum populum, cum is ipse paulo ante Christum apprehendere voluerat, sed conuenarum multitudinem, qui concurrerant ad diem festum, interpretantur. Ex illis enim, quia minus alieno in Christum animo erant, multi in eum credidêre. Atque illi ipsi non satis credidêrunt, vt Chrysostomus & Euthymius animaduertunt, quemadmodũ perspicitur ex proximis verbis: Qui enim dicebant. *Christus cum venerit, num quid plura signa faciet?* satis significabant nondum se credere vere Christum. Quanquam id ita interpretari licet, vt sensus sit, quis alius venire possit, qui plura signa faciat, quibus se Christum esse doceat, quam hic faciebat Christus. Quæ mira Chrysostomus & Theophylact. quæ nam ea fuerint signa tam multa, quæ turba illa videre potuerit. Respondeo non ea solum fuisse, quæ à Ioanne supra cõmemorata sunt, curatum paralyticum, mutatam in vinum aquã, multiplicatum panem, sed alia multo plura, quæ Euangelista prætermiserit.

32. *Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes sacerdotum; & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.* [Græce nunc legitur, ἀκούσαντες οἱ φαρισαῖοι τοῦ γογγύζοντος, &c. ἀπέστειλαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑπηρέτας, & miserunt Phariſæi, & ſacerdotes miniſtros. Incertum quam murmurationem turbæ à Phariſæis auditam fuiſſe dicat, qua incitati illi miniſtros ad comprehendendum miſerint Chriſtum: eamne, qũ plebs Ieroſolymitana itrirata voluit manus in illum iniicere, vt verſu 30. dictum eſt, an eam, qua conuenarum turba in eum credens dixit: *Chriſtus cum venerit, numquid plura ſigna faciet, quam hic facit?* Vtraque enim cauſa prouocare Phariſæos, & ſacerdotes potuit, vt Chriſtum apprehenderent; illa quidem, vt audirent, quod ante auũ non fuerant, metu populi, manus in Chriſtum inicere, cum viderent ipſum populum, quem vnum verebãtur, in eum incitatum, hæc autem, quod cum viderent, turbam in Chriſtum eſſe propenſam, eiuſque fectari parteſ, timuerunt, ne ſi impunem relinquerent, omnem à ſe populum auerterent, quemadmodum capite vndecimo 47. 48. mſto conſilio dixerunt: *Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum.* Hic poſteriorem ſenſum eſſe probabiliorem, quo plures habet auctores, Amm. auũ, Leontium, Auguſtinum, Bedam, Theophylactum, Euthymium, Rupertum. Itaque murmurandi verbum, ũ hanc ſequamur interpretationem, non ſumetur proprie pro murmuratione aduerſus Chriſtum, ſed potius pro honorificis de illo ſermonibus tacite collatis inter homines populares, quales illi erant, *Chriſtus cum venerit, numquid plura ſigna faciet?* Iſtis verſimile eſt, quod madix Euthymius, turbam in Chriſtum credẽtem contra principes, & Phariſæos murmuraſſe, quod eum tam multa facientem ſigna inuidia vellent occidere. Putat Chryſoſtomus propterea non ipſos ſacerdotes, & Phariſæos ad apprehendendum veniſſe Chriſtum, ſed miniſtros miſiſſe ſuos, quia nõ ſunt auſi meta plebis ipſi venire. Probabile etiam eſt eos magis Chriſtum, quam plebem timuiſſe, ne ab eo, vt ſæpe alias, cum magna ſua coarguerentur ignominia.

33. *Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum, qui me miſit.*] Dubium quotſum hæc Chriſtus fubiciat; ſed omnium fere auctorum opinio eſt, Chriſtum cum Phariſæorum, ac ſacerdotum de capiendo ſe conſilia quantumuis occulta diuinitate ſua cognouiſſet, ad eos orationem ſuam cõuertiſſe. Erant enim in eadem illi concione, audiebantque quidquid vel à Chriſto, vel à turba dicebatur, etſi non erant prope Chriſtum, ſed aberant aliquanto longius, ne tanquam auditores, ſed tanquam iudices doctrinæ eius intereſſe viderentur, quemadmodum hodie etiam ſolent facere, qui magni ſibi videntur eſſe magiſtri. Ex eo ergo loco, vbi erant, miniſtros ſubmiſerunt, qui caperent Chriſtum, aut non auſi, aut non digni ipſi per ſe accedere. Sunt, qui ita ſtiment Chriſtum hæc verba miniſtris ipſis, quibus à Phariſæis miſſi venerant, dixiſſe, in quibus Euthymius. Sed probabilius eſt id, quod omnes fere interpretes ſentiunt, dixiſſe illis ipſis, qui eius conſilij nõ miniſtri, ſed auctores fuerunt. Illud vnũ videtur obſtare, quod ver. 45. & 46. dicat Euangelista miniſtros, qui miſſi fuerant, ad Pontifices, & Phariſæos redijſſe, rogatoſque quam ob rem eum non adduxiſſent, reſpondiſſe: *Nunquam ſic locutus eſt homo.* Vnde colligi videtur, pontifices, & Phariſæos in ipſa non fuiſſe concione. Cæterum illud tantum colligitur, tum, cũ miniſtri ad eos redierunt domi fuiſſe. Credibile enim eſt, ſimul atque miniſtros ſubmiſerunt, domum ſe recepiſſe, verbi Chriſtum à miniſtris paulo poſt adducendum expectauerunt. Fieri etiã poteſt, vt in ipſa concione conſilium caperint de Chriſto comprehendendo, quo cognito Chriſtus illis continuo dixerit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum,* poſt ſe dominum receperit, & inde miniſtros ſuos miſerint, ſed Ioannes prius miniſtros miſſos fuiſſe narrauerit per anticipationem, quia, cum turbæ in Chriſtum propenſo cotum mitterendorum cauſa fuiſſet, voluit effectum ũ cauſa in ipſa narratione conungere, etiam ſi medium aliquid accidiſſet. Chriſtus igitur Phariſæorum, & ſacerdotum de ſe comprehendendo animaduerto cõſilio, ſubiecit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum,* quaſi dicat, non eſt, quod me ad eæ ſem quæ atis; nihil enim ante conſtituturn à Patre tempus efficietis, id tempus perbrene eſt, tunc vobis cõprehendere, tunc occidere licebit. Nolite fruſtra tempus accelerare, paulũper expectate, cito venier. & ipſe me vltro tradam in manus veſtras, ipſe me in mortem offeram. Ad hunc modum Chryſoſt. Leontius, Auguſtinus, Theophylactus, Beda & Rupertus ed. iſerunt. Sic dixit alio loco Phariſeis timorem obiicientibus, quod Herodes enim velles interficere: *Ite, & dicite vulpi illi. Ecce ejicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſummor. Verumtamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare,* Luc. 13. 32. 33. id eſt dicite Herodi, me, non quando ille, ſed quando ego voluero, eſſe moriturum. Simile eſt, quod dicit Matth. cap. 26. 17. *Noli me tangere, non dum enim aſcendi ad Patrem meum.* Commodè vero aliquis quæret, quãnobrem hunc ipſum ſenſum Chriſtus his potius, quam alius dixerit verbis, cum clarius dicta eſſet, nolite me in hanc comprehendere, nec enim potentis b. eus tempore non ſolum volentem, ſed etiam offerentem me comprehendetis. Habent verba illa Chriſti maiore emphaſim. Cum enim dicit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum,* non ſolum indicat non poſſe ſe ab illis capi, quia non vult, ſed etiam cur nolit, rationem declarat, quia oportet id tempus illud impleri, quod ipſe ſibi cum Patre ad docendum, ad patiendum, ad moriendum conſtituiſſet, eiuſque temporis exiguum quiddam reliquum eſſe. Illud etiam pronomen *vobiſcum*, emphatice poſitum eſt, vt ſcite Rupertus, & Theophylactus obſeruarunt. Volebant ſacerdotes, & Phariſæi Chriſtum abſte ſemouere, ac de medio tollere, quod eius magis in dies creſcentem apud populum auctoritatem, & gloriam ferre non poſſent; quemadmodum dicam in Sapientia Salomonis, cap. 2. ſt. 13. 14. 15 *Circumuenerunt nos iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.*

Promit-

Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat, & facta eſt nobis in tentationem cogitationum noſtrarum ut ergo ea eſt nobis etiam ad videndum, quia diſſimilis eſt aliæ vitæ illius. Volentibus igitur illum à ſe remouere Chriſtus opportune dicit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:* id eſt, adhuc quoad tempus meum, quod breue eſt, explicatur, non ſolum viuam, non ſolum in hoc mũdo ero, ſed etiam inter veſtras verſabor manus, nec me tamen comprehendere poteritis, quidquid machinemini, quantumcunque me petſequamini: *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* Exiſtimat Euthymius modicum tempus, quod dicit, quod à feſto tabernaculorum, in quo hæc acciderũt, v. 2. vſque ad diem Paſchæ reliquum erat temporis, id eſt menſes circiter ſex ſignificare. Quod magis credi, quam probari poteſt. Nam ratio illa, quam in numerandis annis, ac rebus Chriſti geſtis ita quidam ineunt, vt hæc in vltimum annum incidernt, ſatis meo iudicio compertã non eſt. Quod addit: *Et vado ad eum qui miſit me,* hunc habet ſenſum: Poſtquam modicum adhuc tempus vobiſcum fuero, vadam ad eum, aut iturus ſum, in me oportet *ad eum, qui miſit me,* itaque *quæretis me, & non inuenietis,* aut adhuc modicum tempus me vobiſcum eſſe oportet, antequam vadam ad eum, qui miſit me. Præſentia enim tempora pro futuris poſita ſunt. Hoc ipſum ſuam, & quidem ſingularem habet vim. Potuit dicere, adhuc modicũ tẽpus vobiſcum ſum, antequam moriar, aut antequam me occidatis, quemadmodum vultis, quod magis videbatur eſſe ad Phariſæorum cõſilium accõmodatum: non id dixit, ſed *adhuc modicum tempus vobiſcum ſum,* & *vado ad eum, qui miſit me,* quo magis declararet morte ſuam fatuam eſſe voluntariam, eamq; violentæ opponeret mortẽ, quã illi miſere ſibi volebant; ſe enim non tam moriturum, quam per voluntariam mortẽ ad eum, qui ſe miſerat, tranſiturum eſſe; non enim te licturum animam ſuam in inferno, nec datnum ſanctum ſuum videre corruptionẽ. Attigit hunc ſenſum Leontius, & Theophylactus.

38. *Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire.* Manifeſtum etiam eſt hoc loco verbũ, *ſum*, pro ero, & poteſtis, pro poteritis poſſe; id exigente ſenrẽtia. Omnis hoc loco quæſtio eſt, quomodo ſacerdotes & Phariſæi, quibus hæc dicebatur, Chriſtum eſſent poſt mortem quæſituri, quem non modo non videntur quæſiuiſſe, ſed viſu, & viſu perſecuti eſſe. Maior pars veterum interpretum Chryſoſt. Leontius, Theophyl. & Euthym. ſenſum eſſe putant fore, vt poſt Ieroſolymitanæ vrbis excidium intelligentes eam ibi calamitatẽ ob occiſum iniquè Chriſtum euenuſſe, eum ſibi, quem offenderant, auxiliatorem quærerent. Quam interpretationem ipſa non probat; nec enim ex vlla conſtat hiſtoria Iudæos poſt Ieroſolymitanum excidium Chriſtum quæſiuiſſe, & conſtat re ipſa vſq; ad hodiernum diem, odio illum habuiſſe. Aliam idem Chryſoſt. & Theophylact. explicationem adhibent, quæſiſſe Chriſtum mulieres, quæ eum ad mortem eam tempiangentes ſequebantur. At illa minime nemini. Auguſtinus, & Beda, fore, vt poſt reſurrectionem videntes miracula, quæ eius diſcipuli facerent, ducti pœnitentia, atque dolore illũ quærerent, quod nihilo magis probat euentus. Tunc enim in Chriſtũ, & in eos, qui eius ſe diſcipulos profitebantur, maxime ſeuierunt, cum viderunt eos nomine tam multa fieri miracula. Malim Rupertiexpoſitionem ſequi, qui ſimiſſe Iudæos poſt reſurrectionem Chriſtum, non vt crederent, ſed vt maxime perſequerentur, eiuſque nomen aboleren t, ſed non inuenſſe, quia aholere non potuere. Mihi tamen proprius, atq; germanus ſenſus alius videtur eſſe, quem, ni fallor, Theodorus Heracleenſis ſolus inter graues auctores animaduertit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum*, cito mortar, cito ex viuis in cœlum emigrabo: itaque etiam ſi me quæratis, non reperietis, quia vbi ego ero, vos non poteritis venire. Quod non ideo dicit, quod Iudæi ſere vera quæſituri eſſent, ſed quod quamuis quærent, inuentuis non eſſent. Nihil ergo aliud hæc phraſis ſignificat, quam Chriſtum de tenuis ſublatum iri, ita vt inter viuos repertu nõ poſſit. Solent ad hunc modum Hebræi loqui (nam ſchic Hebraiſmus eſt) cum ſignificant perire, aut non extare in terris aliquid Pſal. 9. 35. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur*, Pſal. 36. 10. *Quæres locum eius, & non inuenies.* Iſai. 41. 12. *Quæres eos, & non inuenies, viri rebelles tui, erunt, quaſi res non ſint.* Oſeæ 2. 7. *Sequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet.* Cum dicit: *Vbi ego ſum, vos non poteſtis venire*, indicat eos nunquam in cœlũ introitutos, ſed de ſe ſuturos cum damnatis in infernum.

35. *Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos.*] Gr. πρὸς ἑαυτοὺς, inter ſeipſos, non dixerunt Chriſto, ſed inter ſe tantũ aliy alijs in murmurarunt.

Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum?] In quem tam remotum locum abiturus eſt, vt inuenire eum nequeamus? Aut, quonam tam longe eſt abiturus, quod dicit, nos ſe inuenturos non eſſe? Vtrumque enim ſenſum dictio τὸν, *quia*, habere poteſt ad ſimilitudinem Hebraice, 2. Reg. 7. 18. *Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus patris mei, quia adduxiſti me huc vſque*, id eſt, vt me in regiam euehere is dignitatem. Simile exemplum ſupra c. 2. 18. & Matth. 8. 27. Quod dicit, *Hic*, non appellantes Chriſtum, contemptus eſt, vt ſupra ver. 11.

Numquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & doctturus gentes?] Diſperſionem gentium quidam interpretantur Iudæos, qui inter gentes diſperſi erant, vt Iacob. 1. 1. & 1. Petri 1. 1. Non mala prorſus eſſet interpretatio, niſi & auctorem haberet malum, & ſequentibus verbis repugnaret; cum enim dicant: *Et doctturus gentes*, non dubium, quin gentes ipſas diſperſionem vocẽt. Quemadmodum Chryſoſt. Cyrl. Auguſt. Leontius, Beda, Theophylact. Euthym. Rupertus exponunt. Id etiam ex eo conſtat, quod hoc velut accuſando dicant, quod ad diſperſionem iturus eſſet. Non poterant autem accuſare, quod ad Iudæos iret, qui inter gentes diſperſi erant, ſed poterant accuſare, quod iret ad gentes, quibuſcum non licebat verſari vt Iudæo. Cauſam, quam ob rem Iudæi gentes diſperſionem appellent, hanc Chryſoſt. Leontius, Theophylact. & Euthym. adducunt, quod Iudæi olim in vna omnes Paleſtinæ regione collecti fuiſſent, quod ſingulare diſperſio dicebant laudi, gentes vero toto terrarum orb quadrifariam diſperſæ eſſent. Itaque & dium Iacobi 1. 1. & illum 1. Petr. 1. 1. locum ad eundem modum interpretari licet, vt diſperſio illic non Iudæorum, ſed gentium intelligatur, in qua illi Iudæi, aut Chriſtiani eſſent, ad quos illi epiſtolas ſcribebant ea, quas καθολικὰς, vniuerſales, aut ἐγκυκλίους circulares Græci vocant, quæ ad totum terrarum orbem ſcribebantur, quẽ Hebraica phraſis diſperſionem vocat. Nihil terra ſublimius Iudæi carnales homines cogitabant; nullum locum, quo Chriſtus ire poſſet, ipſi non poſſent, niſi diſperſionem gentium, quo neſas ſibi eſſe dicebant ire, de cœlo nulla apud illos mentio, nulla cogitatio. Atqui cœlum erat, quo illi niſi acta prius pœnitẽtia, ire non poterant; diſperſio vero gentium, in quam paulo poſt euerſus à Romanis Ieroſolymis in ſeruitutem venduti iturí erant.

37. *In nouiſſimo autem die magno feſtivitatis.*] Diximus v. 2. tabernaculorũ feſtum per dies ſeptẽ ſolitũ celebrari.

brati. Primus ergo, & vltimus, i. septimus, vt Theophyl. & Euthym. volunt, aut octauus, qui septem adiiciebatur, vt constat Leuit. 23. 36. dies erat celeberrimus, sex intermedij minus celebres, propterea vocat Euangelista vltimum diem magnum diem festuitatis. Notauit autem diem, vt indicaret in maxima hominum frequentia dixisse Christum: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Verosimile enim est vltimo die festi, cũ celeberrimus esset, maiorem concursum hominum fuisse. Ea ipsa de causa Christus copiosius quam alio lio die, & quia maior frequentia erat, & quia vltimus erat dies, nec aliud tam commodum habiturus erat tempus, & quia omnes postridie in suam quisque domum discessuri erant, disseruit, & valde clamauit, vt exaudire omnes possent. *Volebat*, inquiunt Chrysost. & Euthy. *dominum abiturum viaticũ dare.* Præbuit exemplum concionatoribus, vt in extrema potissimum parte concionis aliquid inprimis vtile dicant, quo abeuntes statim aduitores quasi nouissima verba perpetuo recordentur. *Scripsalum*, inquit ille, *abeuntis.* Quod testisse dicit Christum, eius Hebraeorum phrasi multa potest alia significare, vel aggressum loqui, & magno cõstantiq; animo locutum, quemadmodum nonnullis iam in locis expositimus; tamen hic potius videtur significare Christum stetisse in loco edito, atq; conspicuo. Hoc enim ipsum eo pertinebat, quo ille pertinebat clamor; hic vt ab hominibus audiretur, illud, vt ab omnibus conspiceretur, atque confpectus facilius etiam intelligeretur. Aliam etiam significationẽ ille habebat clamor, vt ostenderet Christus se nihil occulte dicere. *Ego*, inquit, *palam locutus sum*; & loqui ex intimis animi sensibus; clamamus enim, cum serio, & magno loquimur sensu. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Sic concionator debet dicere, sic clamare, cum opus est, vt appareat ipsum ex animo loqui. Putant etiam Chrysost. Theophyl. & Euthym. propterea clamasse Christum, vt ostenderet, se neminem timere, sed libere & confidenter loqui, q ipsum concionatoris Christiani documentum est. *Twergo ac cinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: ne formides a facie eorum, nec eorum timere facias vultus eorum.* Ieremiæ 1. 17. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Ezech. 3. 8. Hoc erat, quod postulabat D. Paul. Ephes. 6. 19. vt sibi daretur *sermo in apertione oris cum fiducia, notam facere mysterium Euangelij.* Cum ergo lucei Christum occidere voluissent, & eorum adessent ministri, vt eum comprehensum ad sacerdotes ducerẽt, ostẽdit se in medio periculo sine metu vestari, & quo illi magis impedire volũt, ne loquatur, magis clamat, quasi triumphum de illis agat. *Si quis sitit, veniat ad me & bibat.* Aperit, & ostendit omnibus fontem gratiæ suæ, ex quo, qui non biberit, salvus esse nõ possit. Sæpe se Christum per metaphoram fonti, fluminis, aqnę solere comparate nemo nescit, & nos ea de re c. 4. 13. 15. copiose disseruimus. Cur ea ipsa metaphora hoc loco vsus fuerit, ratio quæri potest, nam c. 4. 13. vt se fontem, aut aquam appellaret, ex re subiecta occasionem habuit. Erat iuxta fontem Iacob, petierat aquã a muliere Samaritana, excusauerat illa ipsum esse Iudæum, cui non liceret à Samaritana potum petere. Hic nullam videmus eiusmodi occasionem habuisse. Probabilis est multorum opinio voluisse ad Isaiæ locũ alludere, c. 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Quod si, vt est probabile, & verum est, non dubium quin propterea de se tanquam de fonte aliquo, aut flumine locutus fuerit. Sed quia certum hoc non est, non est supervacaneum aliam quærere rationem. Volebat se Christus docere omnibus publice hominibus ad salutem propositum esse: erat consentaneum, vt

A se rei maxime publicæ, vade omnium salus, & vita pendeat, compararet. Nihil magis eiusmodi est, quã tons publicus, aut flumen, vnde omnes, qui volunt, b bunt, omnino prohibere. Propterea ergo se comparauit fonti. Volebat enim docere se non inuitis, & repugnantibus, sed volentibus, cupientibus, & vehementer desiderantibus profecturum. Solet autem, quemadmodum cap. 4. 15. diximus, per tum vehementes desiderium significari, quia vehementissimus est bibendi appetitus, cum sitimus. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum.* Propterea non absolute dicit: Venite omnes ad me, sed *qui sitit, veniat ad me & bibat*; sicut apud Prophetam, *Omnes sitientes venite ad aquas*; notatum hoc Chrysost. Euthy. & Ammonius in Catena Græcorum, & Theodoret. in comment. in c. 3. post. epistolæ ad Thessal. & Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinian.

38. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Ratio, consequentia quæ verborum postulare videbantur, vt diceret: Qui venit ad me, & bibit: Dixerat enim: *Si quis sitit, veniat ad me* sed id ipsum dixit clarius. Nam venire ad eum, & bibere, erat credere, ideo dicit, *qui credit in me.* Duplex hic quæstio; altera quo modo intelligendum ex ventre credentium flumina fluere aquæ vivæ; altera, vt hoc scriptura dicat? Priorem quæstionem c. 4. 14. magna ex parte explicauimus. Breuiter tamen sensus indicandus est. Nihil aliud significat, quam animam eius, qui in se crediderit, omni gratiæ copia abundaturam esse, nihil illi defuturum. Intelligit, qui credidit, non quemadmodum *dæmones credunt, & contremiscunt*, sed qui crediderit, quemadmodum credere oportet, itavt cum fide coniunctum habeat charitatẽ, vt cap. 4. 14. disputauimus. Hanc, quam diximus, copiam duobus verbis declarauit, & quod vocat, *flumina*, plurali etiam nomine, non contentus flumen appellare, vt Orig. ho. 12. in Numeros, Chrysost. Leontius, & Euthym. & Ambros. lib. 10. epist. 82. obtenuerunt; & quod dicit, *fluent*, quo verbo, vt ait Ammonius, indicat, qui in se credere voluerint, non id tantum habituros gratiæ, cœlestiumq; donorũ, quãtum satis sibi sit, sed ita eum abundaturos, vt possint ea cum aliis hominibus communicare. Hæc summa est. Si quis vult singula subtiliter excutere, dicat Christum se ipsum fontem appellare, vt Psal. 35. 10. *apud te est fons vitæ*, ex quo fonte qui biberit, id est, qui in illũ crediderit, in eius animo hausta, acceptaq; gratia ita natura sua crescere, ita exundare, vt ex parvo fonte, quem biberat, multa, magna q; flumina erumpere videantur: sicut solent magna flumina ex nõ magnis sæpe fontibus originem trahere. Itaq; quod dixerat cap. 4. 14. *fiet in eo fons aquæ vivæ salientis in vitam æternã*, dicit hic, *flumina de ventre eius fluent.* Augustinus & Beda per flumina redundantem charitatem intelligunt. Alij autem spiritualem, vt Ammonius & Basilius in Psal. 45. sic interpretantur, quod eodem dicitur Psalmo v. 5. *fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Et quid flumen illud in Apocalypsi cap. 22. 1. splendidum vt crystallus, quod per medium illam cœlestem ciuitatem interfluebat, non dubium, quin copiosam beatorum significet voluptatem. Alij de ecclesia: Euangelicam, quam qui perfecte in Christum credebat, quemadmodum Apostoli, tanquam flumina apertis fontibus emittebant, vt Ambros. lib. 10. epist. 82. & Gregorius libro 18. in Iob, cap. 23. & homil. 10. in Ezechiel. & Elias Cretensis in orat. 4. Gregor. N. 22. de Theologia, & Rupertus in comment. ad hunc locum. Veteres est sensus, quem supra retigimus, quemque Chrysost. Leontius, Origen. homil. 12. in Numer. Hilarius

Hilarius in comment. in Psalm. 64. & Hieron. 9 quæ A re voluisse, cum ad dixit: *Hoc autem dixit de spiritu quem Hedib. & Euthym. hoc loco tradiderunt, flumina, gratiæ, & omnium donorum Spiritus Sancti abundantia significare. Id enim statim Euangelista declarat: Hoc*, inquit, *autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes.* Et manifestum est idem Christum hoc loco nomine fluminis, & c. 4. 14. nomine fontis *aquæ vivæ salientis in vitam æternam* significare voluisse, illic amẽ, vt ibidem probauimus, dubium non est, quin nomine fontis aquæ vivæ Spiritus Sancti gratiam intellexerit. Per ventrem Hebraico idiomate institui hominis partem intelligit, id est, rationem & voluntatem, vt Elias Cretensis exponit; aut quod idem valet, cor, qui quasi venter animæ est, vt Gregor. Nyssen. hom. 14. in Cant. Chrysost. Leontius, Theophylact. & Euthym. interpretantur; aut, quod eodem redit, animi conscientiam, vt August. & Beda volunt, quæ hoc est in animo, quod venter in corpore. Cur autem nomine ventris hoc loco Christus potius, quam alio idem significante vius fuerit, non est difficilis coniectura. Loquebantur de potu, *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*, & folet potus in ventrem primum descendere, & inde omnes corporis partes per venas, quas per flumina irrigare. Aliquanto difficilior secunda quæstio est. Hic vnus est locus ex multis, quos solet Hieron. in exemplum producere, vt doceat Christum, & Apostolos multa ex Hebraica citasse veritate, quæ in Septuaginta versione non reperiantur. Sic ille lib. 1. contra Rufinum, & in comment. in c. 6. Isaiæ, & in prologo in Paralipomenon. Vtinam eadem indicasset opera, vbinam hoc testimonium in Hebraicis libris reperiretur. Nihilo enim magis in Hebraicis nunc, quam in Græcis inuenimus libris. Rupertus, D. Thomas, & alij nonnulli Latinorum interpretum ex Prouerb. cap. 5. 15. 16. testimonii simpetum esse putant, idemque Hieronymo tribuitur: *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Derivantur fontes tui foras, & in plateas aquas tuas dimitte.* Sed hic locus non minus apud Septuaginta, quam apud Hebr. legitur; itaque credibile non est Hieronymum eum locum deligisse voluisse præ eo quem quod eo loco non de Spiritu Sancti donis, sed de vxore, & liberis agebatur. Alij retulerunt ad locum Isaiæ 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Alij ad illud eiusdem Isaiæ c. 48. 21. *Non sitierunt, in deserto cum educeret eas; aquam de petra produxit eis, & fodit petram, & fluxerunt aquæ.* vt videtur sentire Cyprianus epistola 63. Leontius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius referunt ad verba præcedentia: *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, & postea illum locum legunt: flumina de ventre eius fluent.* Atque ea ipsa lectio potest duplicem habere sensum, aut qui credit in me, non quocunque modo, sed quo modo scriptura credendum esse docet, tanquam in verum filium Dei, verum Deum, verum Christum, verum redemptorem, vt Theophylactus exponit: aut quemadmodum alij, qui credit in me, sicut scriptura dicit, omnes in me credere oportere. Placeret multi hæc lectio, & vtraque eius interpretatio, si melioremquæstionis exitum non repperirem. Sed probabilius mihi, & ab omni dubitatione magis expedita eorum videtur esse sententia, qui existimant his verbis, *flumina de ventre eius fluent*, ad scripturam alludi, non quod hæc eadem verba in illo veteris testamenti loco reperiantur, sed quod sensus idem non vno, sed multis apud Prophetas locis sit. Quid enim aliud sibi Deum velle, quoties pollicetur, se Spiritũ Sanctum largiturum omnes homines fidelium, aut nomine spiritus, vt Ezechielis 11. 19. & 36. 25. & 39. 29. aut nomine aquarum, vt Ezechielis 36. 24. Isaiæ 44. 3. & 55. 1. Hoc ipsum videtur Euangelista declara-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

tus. Alij ascensionem in cœlum, qua perfectam illam accepit gloriam, vt exaltaretur, iuxta illud: *ad dexteram Patris*, & daretur *illi nomen, quod est super omne nomen.* Hoc verum. Hanc enim ipsam rationem reddit alibi Christus, cur dandus spiritus esset, quod ipse esset in cœlum abiturus, & si non abiret, dandus non esset. *Si non abiero*, inquit, *paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos*: cap. 16. 7. Sic interpretatus Leo serm. 2. de Pentecoste. *Dominus*, inquit, *ascensio deinde spiritus sancti erat, quem ille occisset, vt nequit datum, qui ad cœlestem patrem dextera veritus in Christo hominem negat esse prouectum.* Secunda quæstio varie etiam ab auctoribus explicatur. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, quod ante Christi glorificationem, intimi cultores Dei, & non conuicti erant, vt inimicis daretur Spiritus Sanctus; post glorificationem autem amici facti sunt, itaq; date nobis potius. Sed hi auctores Christi crucem, glorificationem eius vocant; quam opinionem cum paulo antea refutauerimus, alia nunc ratio explicandæ quæstionis quærenda est. Augustinus, qui, vt modo diximus, resurrectionem Christi eius glorificationem vocat, mysterium hoc in carne esse putat. *Quære*, inquit, *Dominus Spiritum, cuius maximæ beneficia sunt in nobis, quia charitas Dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suam dare voluit? Quid significauit? vt in resurrectione nostra charitas flagret, & ab amore seculi separetur, vt tota currat in Deum.* Causam huius rei veram ipse mihi Christus videtur indicare, cū dicit: *Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quasi superuacaneum esse docens duos simul eodem tempore paracletos. Apostolis dari, cum vnus satis esset; vtrum autem, qui eos regeret, dari esset necessarium; ideo quam diu ipse, qui alter erat paracletus, vt ait cap. 14. 16. cum Apostolis erat, superuacaneum esse videbatur alterum illis dare. Cum autem in cœlum ipse abisset, fuit necessarium alterum mittere. Notant Theodorus Heracleensis, Leontius, & Theophylactus. Spiritū Sanctum hoc loco non diuinam ipsam Spiritus Sancti personam, sed eius dona significare, quæ fuerunt in Apostolos effusa.

40. *Ex illa ergo turba.*] Intelligitur, quidā ex illa turba; significaturque partitio, alios hoc, alios aliud dixisse. Hebraismus enim est, quo partitio designatur, vt Matth. 23. 34. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris*, id est, alios occidetis, alios flagellabitis. Sic apparet nostrum interpretem hoc loco legisse, ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου τούτου ex turba ergo illa. Quanquam omnes nunc fere codices Græci legunt, ἐκ τοῦ ὄχλου τούτου ex turba, cum antiquissimi hos sermones, dicebant: *Hic est vere Propheta*, ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης, licet vere Propheta ille, additur enim Græcus articulus nomini Prophetæ, quem qui dem emphaticum esse putant, quo Propheta ille, qui mittendus esse dicebatur, id est, Christus significetur Deut. 18. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus.* Repugnat, quod sequitur: *alij*, inquit, *dicebant, Hic est Christus.* Illi ergo alij nō dicebant esse Christum, sed vere Prophetam. Itaque Græcus articulus aut otiosè ponitur, que mad modum sæpe apud Ioannem poni obseruauimus, aut tantum significat non vulgarem, sed eximiæ sanctitatis, atque virtutis Prophetam esse. Deinde deinde Euangelista varia multitudinis de Christo iudicia vsque ad vers. 44. alios dixisse non solum Prophetam, sed etiam esse Christum; alios Christum esse non posse, qui Galilæus esset, cum scriptura doceret ex genere Dauidis, & e vico patria Bethlehem Christum esse venturum. De qua re apud Matthæum cap. 2. 6. disputauimus. Alij ascensionem in cœlum, qua perfectam illam accepit gloriam, vt exaltaretur, iuxta illud: *ad dexteram Patris*, & daretur *illi nomen, quod est super omne nomen.* Hoc verum. Hanc enim ipsam rationem reddit alibi Christus, cur dandus spiritus esset, quod ipse esset in cœlum abiturus, & si non abiret, dandus non esset. *Si non abiero*, inquit, *paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos*: cap. 16. 7. Sic interpretatus Leo serm. 2. de Pentecoste. *Dominus*, inquit, *ascensio deinde spiritus sancti erat, quem ille occisset, vt nequit datum, qui ad cœlestem patrem dextera veritus in Christo hominem negat esse prouectum.* Secunda quæstio varie etiam ab auctoribus explicatur. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, quod ante Christi glorificationem, intimi cultores Dei, & non conuicti erant, vt inimicis daretur Spiritus Sanctus; post glorificationem autem amici facti sunt, itaq; date nobis potius. Sed hi auctores Christi crucem, glorificationem eius vocant; quam opinionem cum paulo antea refutauerimus, alia nunc ratio explicandæ quæstionis quærenda est. Augustinus, qui, vt modo diximus, resurrectionem Christi eius glorificationem vocat, mysterium hoc in carne esse putat. *Quære*, inquit, *Dominus Spiritum, cuius maximæ beneficia sunt in nobis, quia charitas Dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suam dare voluit? Quid significauit? vt in resurrectione nostra charitas flagret, & ab amore seculi separetur, vt tota currat in Deum.* Causam huius rei verā ipse mihi Christus videtur indicare, cū dicit: *Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quasi superuacaneum esse docens duos simul eodem tempore paracletos

CAPVT VIII.

1. IESVS autem perrexit in montem Oliueti: 2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, 4. & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. 5. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9. Audientes autem unus post vnum exibant incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? 11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & iam amplius noli peccare. 12. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. 14. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio, vnde veni, & quo vado: vos autem nescitis, vnde venio, aut quo vado. 15. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam: 16. & si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Nec me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. 21. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moremini. Quo ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potestis venire? 23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. 27. Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor: 29. & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt eius, facio semper. 30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: 32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis? 34. Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. 35. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. 36. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. 37. Scio, quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. 39. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 40. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ergo ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex Deo processi, & venio. Neque enim a meipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius. 45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. 48. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49. Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me. 50. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. 51. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. 53. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? 54. Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus noster est, 55. & non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. 56. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. 57. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 58. Dixit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

59. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

IN CA-

Leui 20 a. 10 Deut. 17 b. 17.

Ioh. 1 b. 8.

Deut. 17 b. 6 & 19 a. 15.

Matt. 18 b. 18. 2 Cor. 13 a. 1 Hab 2 a. 20.

Rom 3 a. 4

Rom 6 c. 35 2 Pet. 2 d 19.

Ioh 5 b. 2

1 Ioh 4 a 6

Aug. 4 decis. de Canonic. scriptur.

testimonia vera quæ non indigent testibus.

IN CAPVT VIII.

1. IESVS autem perrexit in montem Oliueti. Monuimus A diximus, à Chrysostomo homil. in Ioannem 60. magis q; probabile est eum propterea non illustrasse hoc loco commentariis, quod facilem esse iudicauerit, aut quod ille, qui in eius Ecclesia legebatur, codex eam non haberet, (nam eius in Ioannem commentarij homiliæ ad populum habitæ sunt) quam ab aliquo in homil. 60. insertam. Quis enim hoc credat? Citatur ab Ambrol. lib. 5. de Spiritu Sancto, ca. 2. & lib. 7. epist. 58. & lib. 9. epist. 76. Tractatur multis locis ab Augustino non solum hic tract. 33. sed etiam serm. 47. de verbis Domini, & lib. 2. de adulter. coniug. cap. 6. & 7. & lib. de vera, & falsa pœnitentia. ca. 13. & epist. 54. & lib. 4. de consens. Euang. c. 10. Tractatur à Prospero in lib. de promiss. p. 1. c. 12. Tractatur à Gregor. lib. 1. Moral. cap. 6. & hbr. 14. c. 15. Vtitur ea historia ranquam Euangelico testimonio Iacinus ad refellendã Arianorum hæresim in lib. contra Varimadum. Quin & Hieron. lib. 1 contra Pelag. minime eo testimonio ad refutandos Pelagianos vlus fuisset, nisi præsset esse canonicum, quamuis in multis Græcis, Latinisque codicibus non reperiretur. Denique Sedulius, qui multa alia ab Euangelistis scripta præterire solet, hãc historiam minime præterijt, sed copiolo, & eleganti carmine descripsit. Adde quod si vltimum versum capitis septimi, & historiam hanc totam deleas, vix bene reliquas hærere videbuntur, ita vero & tota cæteris hæret historia, & cætera inter se quasi vinculo quodam colligãtur, vt minime inductã aliũde, sed ipso in loco nata esse videatur. Quid ergo causæ putemus fuisse, cur in multis olim libris non legeretur? Primũ quam Euangelico testimonio Iacinus ad refellendã Arianorum hæresim in lib. contra Varimadum. Quin & Hieron. lib. 1 contra Pelag. minime eo testimonio ad refutandos Pelagianos vlus fuisset, nisi præsset esse canonicum, quamuis in multis Græcis, Latinisque codicibus non reperiretur. Denique Sedulius, qui multa alia ab Euangelistis scripta præterire solet, hãc historiam minime præterijt, sed copiolo, & eleganti carmine descripsit. Adde quod si vltimum versum capitis septimi, & historiam hanc totam deleas, vix bene reliquas hærere videbuntur, ita vero & tota cæteris hæret historia, & cætera inter se quasi vinculo quodam colligãtur, vt minime inductã aliũde, sed ipso in loco nata esse videatur. Quid ergo causæ putemus fuisse, cur in multis olim libris non legeretur? Primũ quam

Cur in multis olim libris non legeretur hæc historia.

B Græcorum codices multos, nullus ex manu scriptis habebat præter vnũ in quo Leontij sunt commentarij: & ille ipse ita habebat, vt tota historia vera tranasosa esset, & Leontius ne mentionem quidem de ipsa vllam faceret: sed eas præterita, reliqua explicaret: Non habebat antiquissimus ille Vaticani codex, quæ per Concilium Tridentinum, non solum libros omnes, quos nunc habemus in vsu, sed singulas eriã eius partes tanquam canonicas approbauit. Quæ ratione non modo hanc historiam canonicam esse, sed etiam à Ioanne fuisse scriptam, eiusque Euangelij partem esse declarauit. Vt nullus prorsus iam aut dubitationi, aut eorum coniecturis locus sit, qui aut ex apocrypho Hebræorum Euangelio in hunc locum sulpicatur fuisse translatam: aut scriptam quidem à Ioanne, postea quasi in Euangelium edidisse, retractato à se præterimissam, aut ab alio quo ex Papia eius interpretem Euangelio, & ab eo tanquam veram approbatam: ideoque in quibusdam rc peritj exemplaribus, in aliis non reperiri. Nihil enim horum de eo, qui Spiritu Sancto assistus scripserit, dici potest. Ad Ecclesiæ auctoritatem nihil rotam etiam veterum codicum auctoritas accedit, quemadmodũ testarum Hieronymum diximus. Ammonios etiam Alexand. antiquissimus auctor in Harmonia Euangelica eam ponit. Ponit etiam in Synopsi Euangelij Ioannis. D. Athanas. & ipse Græcus auctor. Citatur, vt

Cur in multis olim libris non legeretur hæc historia.

C Græcorum codices multos, nullus ex manu scriptis habebat præter vnũ in quo Leontij sunt commentarij: & ille ipse ita habebat, vt tota historia vera tranasosa esset, & Leontius ne mentionem quidem de ipsa vllam faceret: sed eas præterita, reliqua explicaret: Non habebat antiquissimus ille Vaticani codex, quæ per Concilium Tridentinum, non solum libros omnes, quos nunc habemus in vsu, sed singulas eriã eius partes tanquam canonicas approbauit. Quæ ratione non modo hanc historiam canonicam esse, sed etiam à Ioanne fuisse scriptam, eiusque Euangelij partem esse declarauit. Vt nullus prorsus iam aut dubitationi, aut eorum coniecturis locus sit, qui aut ex apocrypho Hebræorum Euangelio in hunc locum sulpicantur fuisse translatam: aut

D scriptam quidem à Ioanne, postea quasi in Euangelium edidisse, retractato à se præterimissam, aut ab alio quo ex Papia eius interpretem Euangelio, & ab eo tanquam veram approbatam: ideoque in quibusdam rc peritj exemplaribus, in aliis non reperiri. Nihil enim horum de eo, qui Spiritu Sancto assistus scripserit, dici potest. Ad Ecclesiæ auctoritatem nihil rotam etiam veterum codicum auctoritas accedit, quemadmodũ testarum Hieronymum diximus. Ammonios etiam Alexand. antiquissimus auctor in Harmonia Euangelica eam ponit. Ponit etiam in Synopsi Euangelij Ioannis. D. Athanas. & ipse Græcus auctor. Citatur, vt

Aug. 4 decis. de Canonic. scriptur.

testimonia vera quæ non indigent testibus.

Calumn. & Beza dissensio.

E Spiritus Caluino suggerit mihi hanc historiam non esse, quod Apostolico spiritu indignam videri possit. Confiat, inquit, *Græcis quoque codicibus non defuisse, qui hanc historiam non agnoscerent, quod Apostolico spiritu indignam videri possit. Sed quia semper à Latina Ecclesia recepta fuit, & in plerisque vetustis codicibus reperitur, & nihil Apostolico spiritu indignum continet, non est cur eam in vsum nostrum ac communem reiiciamus.* Idem spiritus eius discipulo Bezæ reuelauit nihil in ea Apostolico dignum spiritu cernineri. *Ad me quidem quod attinet* (inquit ille) *non dissimulo mihi merito suspectum esse, quod veteres illi tantæ consensu vel reiecerint, vel ignorarint. Deinde quod narrat Iesum solum fuisse relictum cum*

mulierem in templo, nisi id quam fieri probabile, & quod scribit Iesum digito scripsisse in terra, nouum mihi, & insolens videtur, nec possum coniectare, quamobrem potuerit facta commode explicari. Ipsi le haeretici coarguunt, qui audiendo, & non diuino, sed humano, aut potius haeretico spiritu de rebus diuinis iudicare, cum alter alteri repugnant, *non enim est diffensus in Deo, sed pacis.*

1 cad Cor. 14.33.

2 *Adducunt autem Scribae & Pharisaei mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio.* [Gr. Καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ λέγουσιν αὐτῷ, &c. Et cum statuissent eam in medio dicunt.] Vitae enim est, hos nunc in historia narranda verbis praesentis temporis, vt rem praesentem, quasi praesentem ante oculos poneret *adducunt & dicunt.* Quo animo id fecerint, non erat difficile diuinare, & Euangelista ver. 6. declarauit, vt nec illorum de captura ea aliquam Christum criminandi. Quam vero inde occasionem caperate poterant, illic explicabimus. *Statuunt in medio*, tanquam ream, fingentes se Christi iudicio hanc velle. Sunt qui putent, ideo Scribas & Pharisaeos mulierem adduxisse, vt Christi iudicium experirentur. Quidni de maligno Pharisaeorum animo credi posset; sed probabilius est propterea id fecisse adulterii adductile, quod facilius illis fieret adulterii, quàm adulterii capere, vt eque in flagranti delicto, vt loquuntur, in ipso facinore deprehensus, hoc est cum *ipso ipso*, in flagranti delicto, vt loquuntur, in ipso facinore, sed forte vtrius vi, aut arte sese prompere, foeminae eius imbecillis facile tenentur, ad similitudinem in viri senes illi Susannae accusatores mendacium suum compositurunt; adolescentem quidem, quicum ea concumbebat, se, quia fortior erat ipsis, tenere non potuisse. Susannam autem remansisse. Dan. 13. 39. 40. Aut maiorem se in mulierem, quàm in vitro calamum inditi Christi magistratum speraruntibentes: Christum facilius mulieris, quam viri commissarium, & gratia, pro lege, & rectore, iudicio discessurum.

3 *Magister, ista mulier modo deprehensa est in adulterio.* Magistrum appellant Christum, sicut vel hoc ipsum eadem sua contegine; non enim ille vero famulae animo quaerunt magistrum vocem, sed eius discipulos praeuertant. Simile exemplum Matt. 12. 38. & 22. 16. 36.

Modo deprehensa est in adulterio. Gr. ἐπ' αὐτοφώρῳ κατειλημμένη, *super ipsum furtum*, deprehensa est in ipso facto, dū adulterium perpetraret. Quod propterea additum, ne Christus probationes requiram, eam esse certam, atq; compertam, quam ne ipse quidem ea negare queat; ferat ergo de iure sententiam, nam de facto quidem omnino constare. *Nemo enim relictis legis iuratis*, inquit Prosper in lib. de promiss. & praedict. part. 2. c. 22. *fecredulitate ausus fuisset falsum se mentiri testem, cum sciret, Moysi. Quae obiectio ita hac responsione diruitur. Qui, inquit, reus sine peccato est, primus in illam lapidem mittat.*

Prosper.

5 *Lex autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.* Ille ex multorum iudice adulteram lapidare, sed sola sponsam, quae ob sponsa corrupta fuerat inuicta Deu. 22. 20. 21. aut quae postquam desponsata est, compressa ab alio viro in ciuitate, quam sponsi, alto, quia non clamauerit, Deut. 22. 23. 24. eadem quae poena qui eam compressisset plectebantur. Quae autem a viro iam non corrupta adulterium cum viro alio experiebantur, iubebantur quidem occidi eam adulterio, lapidibus tamen non inbebantur, Leuit. 20. 10. & Deut. 22. 22. Sed simile vero est, cum mera adulteriorum populi multitudo relicta esset, consuetudinem introductam fuisse, vt omnes etiam adulteri lapidarentur. Nam & senes illos, qui falsum Susannae crimen obtenderant, lapidatos fuisse inde colligitur, quod populus eos interfecisse dicitur, Daniel. 13. 62. Non potuit autem totus populus interficere, nisi lapidando. Affirmant autem eos vt eodem loco dicitur, eadem poena, qua Susannam, si probatum eius fuisse adulterium erat afficiendos. Adulteri ergo lapidibus obruendi erant. Proferunt Christo legem Moysis, vt illum auferum quodammodo Moysem esse docerant, qui perfectorem, quam Moyses legem tradiderat, quo pius illi dent animi, atque ibertatis aliquid contra Moysis legem pronuntiandi, indeq; occasionem aripiant eius accusandi. Hoc est, q dicunt: *In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare, tu ergo quid dicis?* Quasi Moysin illum opponant, quasi Moysem illi inducant. Tu autem, qui maior es Moyse, qui eius non reueris legibus, quas melliores, & perfectiores duces, quid dicis? probasne, an reprobas Mosaicae legis severitatem? Omnibus denique modis eum prouocant, vt audeat contra Moysem apud homines, qui plus ipsi, quam Moysi tribuere vincitur aliquid dicere.

Quamobrem Christum in terra scripserit.

Vers. 5.

Quid scripserit.

Deut. 27.

Quorsum scripserit digito Dei scriptum.

B

6 *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum.* Tum mutat opinor Euangelista, ne putaremus Scribas, & Pharisaeos tantum Christo inuidisse, vt magistratu ap. ellauerint, & adulterae iudicium illi commissum inuidere, malo fecisse animo, nō vt ab eo discederent, sed vt eum tentarent. At quomodo tentarent? Tentare enim aut eius scientiam, aut eius erga Moysem reuerentiam, & obseruationem tentare velle? Scientiam quidem eius tentare noluisse satis constat. Nec num legem illi Moysis protulisset, si tentare voluisset, quam vt latius esset in lege, sed generaliter rem rogasset, quid de adultera fieri oporteret? Experiri ergo voluerunt, ecquid contra Moysem pronuntiaret. Augustinus hoc loco, & sermo 47. de verbis Domini, & Ambrosius lib. 7. epist. 81. & lib. 9. ep. 76. Beda, Rupertus, & Euthymius existimant cornutam illi quaestionem proposuisse, in qua quid quid respondisset, capere eum Scribae, inquiunt, ex mandatorum lege, & manifesto crimen probare: si ergo lapidandā respondisset, clamarent eum tam misericordem, atq; clementem non esse, quam videri vellet, qui mulierem capitis damnasset, si non lapidandam, ipsum, qui gratis lapidandum, quae legem violaret. Moysin violasse dolum Christo, quem nihil latere poterat, itaque neutrum respondit, nec lapidandam esse, nec non lapidandam, sed *inclinans se deorsum*, inquit Euangelista, *digito scribebat in terra.* Eadem mirabitur. Vtique adeo vehemens cum iudicem Christum, ac nullum hominibus Christi. Adeo intelligens animo suo hoc habebat mores Christi, vt statim possit diudicare, quid cum illis conueniret, quid cum illis ageret. Tacere mentem Christum fleri non habet, sed nihil mihi tam commentis moribus Christi alienum videri potuisse. Primū nihil ad captionem quae illum respondendo inclinauit in terram digito aliquid scribere, quod illi tacite minitarētur. Sed fleri a illustris de religione sincere iudicare, & omnes omnes ut videre ceremonias, ceteraq; huiusmodi, nisi in quid superstitiosi in ea sapere, quod nihil *ipse* 5. 6. Christo esse videretur. Ito quidem iudice, quod Christus esset oculos into ex telum sua conferto terrifico in Apostolos in nullis mentis superstitiosum est. Sed tibi, quia in omnibus semper cōtrahus leuia fuerant, nullus non est loco mouere. Haec quia in nonnullis, vt diximus, recta olim non sunt, mirum nam accipiunt occasionem veluti superstitiosa reiecandi. Portio de scriptione facta in terra Christi tria quae potuit, quomodo in terra digito scribere potuerit, cui in templo esset, quod lapidibus strata erant: quantum id fecerit,

Quid

Quid scripserit. Duae quaestiones primae à nemine, q A fecerit, explicatae sunt, tertia; nostram in ea coniectura cogemur sequi. Quomodo in pauimento scribere potuerit, duplex probabilis coniectura esse potest, altera, scripsisse ita vt non essent formatae eir characteres, tamen aliquid scribendo signaui caueri, quemadmodū solēt muti quidam homines docti legere, scribere q, in aere digito describere, quae, si loqui possent, dicturi erant, vicissim q; qui cum illis sermones conferunt digito scribendo loquuntur, fugientibus charactribus, sensu manente. Altera potuisse in puluere, qui in ipso erat pauimēto, characteres efformare. Atq; hoc ipsum, quod Christus scripserit in pauimento, putat Augustinus mysterium habuisse. Significatum enim legem Moysis, quam illi produxerant, digito Dei scriptam fuisse, sed in lapideis cordibus sua dorum. Secūda quaestio ex tertia magna ex parte dependet: nam si constare potest, quid scripserit, non difficilis coniectura erit, quorsum scripserit. Si enim aliquid scribebat, q ad Scribas & Pharisaeos pertineret, haud dubiē voluit eos à malitia accusatione ad suam ipsorū cōscientiam explorandam accusandamq; reuocare. Potest tamen & alia probabilis reddi causa, nihil aliud scribendo voluisse, quam Pharisaeorum tentationem eluere, atque dissimulare, declinare q; arbitrium, q sibi deferebant adulteri: quasi aliud ageret, quasi aliquid in terrā defixus altius cogitaret, neque vacaret ad eorum nugas animum attendere. Ita sentiunt Euthym. & Beda: August. vero lib. 4. de consens. Euangelist. c. 10. putat voluisse scribendo in terra significare eos in terra scribendos esse, non in coelo. Tertia quaestio à grauioribus etiam tractatur auctoribus.

Matt. 17. 22.

Quid scripserit Christus.

Ambros. lib. 7. epist. 38. videtur indicare scripsisse nō adulteræ, sed accusatorum eius sententiam. Quid, inquit, *scribebat, nisi illud propheticum: Terra, terra scribe hos viros abdicatos: quod de ieconia dictum est in Ieremia.* Libro autem 9. epistolar. epist. 76. putat scripsisse, quod illis ipsis apud Matth. dixit. cap. 7. 3. *Festucam quae in oculo est fratris tui, vides, trabem autem, quae in oculo tuo est, non videris?* Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos putat eorum, qui accusabant, & omnium mortalium scripsisse peccata, secundum quod scriptum est in propheta, *recedentes à te in terra scribentur.* Idemque videtur Ambrosius significare lib. 3. de Spiritu Sancto c. 2. Sunt qui existiment ipsum scripsisse, quod postea erectus accusatoribus dixit: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illum lapidem mittat.* In qua sententia grauis iudicij auctor est D. Thom. Mihi valde placet, quod quidam dicunt, nihil scripsisse, quod legi posset: nullos enim certos formasse characteres, sed incertas, nihil que significantes figuras delineasse, quales homines meditabundi solent facere. Atqui ita, etsi minime dicunt, eos omnes auctores sensisse arbitror, q quod Christus scripserit, nō declararunt eo enim ipso indicantur, nihil scripsisse certum, atque significant. In his sunt Augustinus, Beda, Rupertus & Euthym. Si in aliquid scripsisset, quod legi à Pharisaeis potuisset, nō vtique visum illum, vt ad propositam quaestionem respondere: praesertim si ad eos ipsos scripturā pertinebat, sed nouam de scriptura ipsa litem instituissent. Deinde non videretur ita post responsionem inclinasse Christus, iterumq; scripsisse, quod scriptum ante fuerat. Adde, quod si aliquid significans scripsisset, vtiquam id Euangelista praetermisit. Sobrie est ingenij hac sententia esse contentum. Cur ergo scribebat si nihil significabat? vt quaestionem faudis auerteret et paulo supra ex Beda, & Euthymio dicebamus. Hoc ipsum indicat, quod statim addit Euangelista eum inclinasse, quod poruit, tefugisse, nequicquam respondisse nisi coactum.

Ioan. 22. 32.

Matt. 23. 37.

Ioan. 8. 6.

7 *Cum autem perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis.* Id erit, cum cogerent quodammodo eum respondere, cum non posset tam amplius illis improbe vrgentibus dissimulare *erexit se*, id est, desiit aliud agere, vt hoc ageret. Inclinauerat se, vt illis pareret occupationis simulatione, coegerantq; illum sententiā suam dicere: *erexit se*, vt eos perciperet, quibus ante pepercerat. Indicat illos non minus peccatores esse, quam adulteram.

Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Non est captus, inquit Augustinus, *cui tendebatur: sed potius capti sunt, qui tendebant, quia ex eorum, qui sine peccato est laqueis erutus, non erubuerunt. Quid ergo respondit Dominus? Si quis ergo erubescit confiteri se? quid re pondit sapientia? quid respondit ipsa, cui omnium aperiebantur cogitationes? non dixit: Non lapiderer, nec contra legem dicta resisterem: ubi autem, vt dicerent, lapidetur: venit enim non peccare, quod nemo est, sed quaerere, quod peccatur. Quid ergo respondit? Videte q; sit plenum sit iustitia, plenum misericordiae. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Quod dicit, *sine peccato*, hoc est, *si quis sine*, duobus modis intelligi potest, aut, non posse peccare, quod Graecum verbum proprie significat, aut peccare quidem posse, sed re tamen ipsa peccatum non habere. Quidam priorem hoc loco sensum sequi malunt, quasi moneat Christus Scribas & Pharisaeos vti propriae conditionis, infirmitatisque recordentur, & ab accusatione adulterae desistant, quamuis ipsi adulteri non sint, nec aliud simile peccatum habeant, homines tamen esse, qui possint aliquando aut in idem, aut in aliud eiusdem modi labi: hoc erant erga adulteram, quod, si ipsi in simili delicto essent deprehensi, fieri erga se vellent. Nimis bene ij auctores mihi videntur se tire de Pharisaeis. Vehementius meo quidem iudicio eos pupugit, & non solum peccare posse, quod omnibus hominibus naturale est, nec solum esse peccatores, id est, multa habere peccata, quod commune etiam est omnibus sed hypocritas esse significauit, qui cum intus multo cum sceleris plenissent, sancti foris, ac religiosi videri vellent: qui studio religionis, ac legis adulteram lapidari vellent: quemadmodum alio loco dixit eos sepulchris dealbatis similes esse. Iungit ergo consentiēte eorum vultus, cum dicit: *Qui sine peccato est vestrum, eos mittat in illum lapidem mittat.* Indicans eos aut nullos, aut alia non minora habere peccata. Sed hoc ipsum tam prudenter dicit, vt non ipse illis, sed sua cuique conscientia dicere videatur. Ad suam namq; quemque conscientiam reuocat, & suae quemque conscientiae non ipse eam ignoraret, indicē facit. Videtur autem ita quo dammodo inire debere eum, qui alium accusat, atque condemnat, aut eodem, aut alio simili, aut certe simili carere crimine. Quod dicit, *primus in illum lapidem mittat*, putant nonnulli consuetudinem fuisse lapidandi, vt in quibusdam criminibus, quae non nisi de reipublicam poterant, idem, qui primi peccatum deprehendissent, & accusatores, & testes, & in diceres essent: & si lapidandi testes essent, primi in eos primo lapide mitterent, hunc Christi alludisse. Vellem aliquo testimonio sententiam tuā mihi probaret. Certe si eo Christus alludere voluisset, nō dixisset: *Qui sine peccato est vestrum*, qui primus eam in adulterio deprehendit, primus in eam lapidē mittat. Quia continuo verbis Christi colligitur. Cum enim dicit: *qui sine peccato est, primus in illum lapidem mittat*, permittit, vt quisquis eorum sine peccato sit, quamuis non in eam primus in adulterio deprehendisset, quemuis accusare nō esset, primus in eam lapidē mittat. Quod minime permitteret, si cōtra consuetudinem lud eorum, aut legem esset cū diligenter Christus in toto hoc responsio caueille videatur, ne quis faceret, diceretque contra

legem, consuetudinemque laudatorum, ne audaciam illis nouarum contrahere calumniarum daret.

8. *Et iterum se inclinans scribebat in terra.*] Cur iterum se inclinauerit, & in terra scripserit, eadem ratio fuit, quæ ante, cum idem fecit. Voluit initio in Phariseorum conscientia responsionis aculeo, quasi aliud haberet, quod ageret ad priorem, quã simulauerat, occupationem negotium, vt illis spatium daret clam, & sine rubore discedendi. Id euentus comprobauit dum n. ipse promptus in terram esset, quasi eos, qui aderant, videre non posset, silentio dilapsi sunt.

9. *Audientes autem unus post unum exibant, incipientes à senioribus.*] Græce ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων ἐξῆλθον εἷς καθ' εἷς· *Qui autem audierunt, & à conscientia arguebantur, exibant vnus post vnum*, id est, alius post alium. Non timui, ne vitio, atque confusi fugere viderentur, sed sensim, ac figillatim, quasi suo quisque consilio discederet: *Vnus post vnum*, Hebraismus est, ficut Hispani dicunt, vnus advnũ. Quod dicit Euangelista sumpsisse à senioribus initium, indicat eos primum ac maxime omnium sensisse reprehensionis aculeos, vt qui in peccatis maxime erant inueterati. Cum ergo seniores quasi stimulis punctis abiissent, idem fecisse alios eorum exemplo.

Vnus post vnum exibant.

Ex reman sit solus Iesus, & mulier in medio stans.] Hoc probare non potest Beza hæreticorũ interpres, Christum cum muliere, eaq; adultera mansisse solum. Sed quis vir Beza tã pudicus, qui abhorret ab omni suspitione adulterij? Nemo Gallus ignorat, nec apud alias gentes quisquam ignorauit, hæc eius amoribus libri, nihilo castiores, quã illi Tibulli, illi Catulli, illi Ouidij, illi Martialis, legi possent. Sed prudenter cautum est, ne libri legerentur hæreticorũ. Manserit Christus omnino cum muliere solus, an propterea murmurare hæreticus debuit, cum discipuli in simili causa, vt idem narrat Euangelista, tãsi non fuerit illũ interrogare, cur cum muliere loqueretur? Si hunc locum indicisco delet, quod solus cum muliere manserit Christus, inducat & historiã totã Samaritanæ, aut Christum accuset, quod solus cum sola nõ in templo sed in loco item solo in agro lõge ab omni teste locutus fuerit. Quid quod hunc locum hæreticus interpres non intellexit? Putat enim Christum solum omnino cum muliere remansisse, quod credibile profecto nõ est. Nec n. concio, quæ frequens aderat, & ad quam Christi responsio non pertinebat, sed soli Scribæ, & Pharisæi, qui adulteram accusabant, dicuntur alius post alium exisse. Et vero, si Christus cum muliere solus mansit, quomodo mulier, vt ait Euangelista, mansit *in medio? In medio* quorum, si solus erat Christus? Ex ipsis igitur Euangelistæ verbis perspicuum est non omnino cum sola muliere mansisse solum. Et si alia cõiectura non esset, tamen certe Apostoli, ac discipuli cum illo manserũt. Cur n. concionantem, docentemq; deseruissent, qui nunquam deserebant? Cum ergo solus mansisse dicitur, ad solos accusatores, aut ad personas, quæ ad iudicium illud pertinebant, refertur. Id est, neminem mansisse ex omnibus præter iudicem, & ream, id est, Christum, & adulteram, cæterum auditores eosdem, qui ante erant, remansisse, in quorũ medio manserat adultera. Quæ ideo non fugit, quia Christi ergà se fauorem sentire cœperat.

Terra sensu sacra exitus.

10. *Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant: nemo te condemnauit.*] Sciebat vtique Christus vbi essent, qui mulierem accusauerant, & neminem eorum condemnare autum. Sed ideo mulierem rogat, vt intelligat id sibi ex ipso beneficium prouenisse, ipsius virtute, aut prudentia eius fuisse accusatores dilapsos, vt cognosceret medicum, vt cognosceret redemptorem, & integram ab eo salutem quæ-

A retet. Quod dicit, *Nemo te condemnauit*: alludo est ad id, quod paulo ante Pharisæus dixerat: *Qui sine peccato vestrum, primus in illam lapidem mittat*: quasi dicat: Nemine inuentus est sine peccato, qui te condemnaret: Timere potuit mulier, ne à Christo, q sine peccato erat, condemnaretur, quando à Phariseis no ob aliam causam condemnata non erat, nisi quia nemo eorũ repertus fuerat sine peccato. Et *quia* (*illa*) inquit Augustinus *hoc audierat: Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat, abijlle se perabat pumendam, in quo peccatum inuenire non poterat. Ille autem qui aduersarios cum regulerat lingua insana, sic audiendo eam oculos mansuetudinis, interrogauit eam. Nemo te condemnauit? Respondit illa.*

Tract. 33.

B

11. *Nemo Domine.* Dixit autem Iesus: *Nec ego te condemnabo: vade, & iam amplius noli peccare.*] *A quo te forte damnare te nisti*, inquit Augustinus, *quia in me peccatum non inuenisti, nec ego te condemnabo. Quid Domine? sanari ergo peccato? Non plane sic attende, quod sequitur, vade, deinceps iam noli peccare. Ergo & Dominus damnauit, sed peccatum, non hominem. Nam si peccatorum fautor esset, diceret: Nec ego te condemnabo, vade, & vina tu vade de taberna liber ad tuum esto securus: ego quotidie nunquam peccaueris, te ab omni pœna, etiam Gehennæ, & inferni terroribus liberabo. Nec hoc dixit, sed vade & vltra noli amplius peccare.*

12. *Iterum ergo locutus est eis Iesus.*] Incertum quomodo intelligendum quod dicit Euangelista, *Iterum*: Qui historiam adulteræ alium de insertam esse putant, nõ C existimant hæc cum illa cohærere posse, sed sensum esse, alio quodam die rursus concionantem Christũ hæc dixisse. Sed cum opinionem supra refutauimus. Ego eodem die, atque eodem loco, in eademque cõcione hæc, & quæ septimo capite commemorantur, à Christo dicta fuisse arbitror. Sed cum Christus concionaretur, Scribæ, & Pharisæos supermenisse adulteram adducentes, & interrupere concionẽ, Christum, quid illi facie ndum esset, interrogasse. Igitur Euangelista rem eo ordine, quo acciderat, narrare volens, tacere vnam, & alteram concionis partem historiam adulteræ commemorauit, deinde ad concionem redijt dicens, *Iterum ergo locutus est eis Iesus*, id est, cum cõcionari propter adulteræ quæstionem desijsset, ea terminata, iterum concionari cœpit. Huius etiam rei argumentum est, quod Euangelista dicat, *to.* quod re larium ante cedente carebit, nisi ad eosdem audirores, eandemque concionem referatur. Atque eãdem quidem fuisse concionem Ammon. Theod. Mopsuest. Euthen. Leontius, Chrysost. & Theophylactus existimant.

D

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.] Quo sensu Christus dicatur *lux*, c. 1. 4. 5. disseruimus. Quod autem dicit, *mundi*, emphatim habet: significat enim non vnius tantũ hominis, non vnius gentis, sed totius mundi, omnium gentium, omnium hominum lucem esse, illuminareque, *omnem hominem venientem in hunc mundum.* c. 1.

E

Adnotauerunt hoc Ammonius, & Theodorus Mopsuest. Leontius, Chrysostomus, & Theophylactus. Et quidem plerique eorum putant allusisse Christũ ad id, quod Pharisæi dixerant Nicodemo. cap. 7. 52. *Scrutare scripturas, & vide, quia a Galilea propheta non surgit*; voluisse ex scripturis tacite probare ex Galilea surgere prophetam, & quidem magnum, seq; eum esse. Sic enim ab Isaia Propheta dictum esse. c. 9. 1. 2. quemadmodum Matthæus recitat. c. 4. 14. 15. *Terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Iordanem Galilea gentium: populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Propterea dixisse: *Ego sum lux mundi*, id est, non solum Galilææ, sed omnis etiam terrarum orbis, vt Theodorus Mopsuest. & Leontius interpretantur. Ammon. vero putat ad illum alterum Isaiæ locum c. 49. 6. allusisse,

A fisse. *Dedi te in lucem gentium.* Theophylactus ad solum quod significauit, *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum*, quia Deus sum, an non bene probasset testimonium suum verum esse? Maxime vero. Eodem ergo modo pro bat cum dicit, *Quia scio vnde veni, & quo vado.* Cur ergo aperte non dixit, quia Deus sum? Id est, quod Paulo supra dicebamus, vium fuisse insinuationis figura ad personas, quibuscum loquebatur, accommodata, & pene necessaria. Non enim ferre potuissent, si aperte se Deum, aut Dei filium esse diisset. Dixit ergo, quod verum erat, quodque erat causæ necessarium: sed ita dixit, vt aduersarios suos verborum ambiguitate, obscuritateque delideret. At satis erat dicere, quia veni ex cœlo, aut à Patre, & eo redeo; cur potius dixit. *scio vnde veni, & quo vado?* Primum id ipsum nimis erat expressum, quia ex cœlo, aut à Patre veni, & voluit obscure loqui. Deinde dicturus erat, *Vos autem nescitis*, & oportuit antithesim implere. *Ego scio*, propterea confidenter ipse de me testimonium prohibeo; *vos autem non scitis*, propterea non creditis, propterea testimonium meum suspectum habetis. Quamquam Chrysosto. & Euthymius interpretantur, nescire simulatis, cum te vera sciatis.

Quid sit in tenebris ambulare.

B

Quid sit habere lumen vitæ.

15. *Vos secundum carnem iudicatis.*] Omnes fere interpretes in hunc sensum conueniunt. *Vos secundum carnem iudicatis*, id est secundum corpus, quod in me videtis: videtis hominem infirmũ, pauperẽ, humili loco natum, nihil de me maius cogitatis: Ita Ammonius, Leontius, Augustinus, Theophylactus, Euthymius. Solus Chrysost. videtur exponere, *secundum carnem*, non meam, sed vestram, id est non prout rarie, sed prout casu vobis suggerit; non ex æquitate cautæ, sed ex carnali affectu vestro iudicatis. Sed ille prior melior est sensus. Probat enim, quod paulo ante dixerat, *Vos autem nescitis, vnde veni, aut quo vado*, id est, nescitis me esse Deum, ita, non iudicatis nisi secundũ quam videtis humanam, infirmamq; naturam. Ego aliam etiam sensum non minus forte probabilem animaduerto. vt carnem vocet, quidquid apparet, sensibusq; percipitur; quasi dicat. Vos vt homines non iudicatis, nisi ex sensibus, & ex iis, quæ sensibus subiacent, sicut alio loco dicitur, *Nemo vidit eam quæ parent Dominum autem intuetur eor.* 1 Reg. 16. 7. Vt illudat ad id, quod Pharisæi dixerant, *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Vos, inquit, quia non iudicaris nisi secundum ea, quæ ex iudicijs apparent, vtiminime principio illo vulgari, nullius de seipso testimonium pro vero habendum esse. Si secundum ea, quæ latent, polliceis iudicare, videretis principium illud in me lorũ habere non posse, quia Deum me esse intelligeretis. Leontii, & Theophyl. non probo sententiã, qui iudicare hoc loco pro condẽnare, hoc est. *accusare, arcere & coercere*, positum putant. Amplior enim est sensus, non solum male condemnatis, sed male etiam iudicare, etiamsi minime condemnent, qui secundum carnem solum iudicant.

C

Ego non iudico quemquam.] Incertum an absolute intelligi velit se neminem iudicare, an eo modo iudicare, quo Pharisæos iudicare dixerat, id est secundũ carnem, vt id *non* intelligatur. August. Beda, & Rupertus hoc postremo modo interpretantur. Chrysostomus. Leontius, Theophylactus, & Euthy. priori. Quia enim dicere Pharisæi potuerunt, Si nos secundum carnem, iniuste que iudicamus, cur nos non coarguis? ei obiectioni respondisse Christum se neminem iudicare, id est, quamuis iudicandi habeat potestatem, nolle tamen exercere vlq; ad secundum aduentum suum, cum veniet ad iudicandos viuos, & mortuos, nunc non ad iudicandos, sed ad liberandos venisse homines. *Non misit*, inquit, *Deus filium suum*

D

E

Insinuatione eleganti vtitur Christus.

in vestrum, vt iudicet vestrum. Sed vt saluetur mundus per ipsum, supra, cap. 3. 17. Hic, vt opinor, melius est id nihil quia melius eum eo conueniunt, quæ sequuntur, *Et si iudico ego iudicium meum verũ est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater.* Si enim reprehendum esset, *Ego non iudico quenquam sum tamen verum,* similiter esset hoc loco repetendum, *Et si iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me.* Hoc autem loco id reperi non potest: nunquam enim Christus iactandum carnem iudicat, etiam cum iudicet vna cum Patre. Ergo neque supra id reperi potest. Ego tamen, quemadmodum paulo ante dixi, iudicare hoc loco, pro testari accipi puto, quod est iudicare, id est actum vnum iudicialem exercere. De ea enim re sermo erat. Tu, inquiunt illi, *de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Si enim acciperetur proprie iudicare, hoc est pro forte sententiam, non bene hæc inter se cohærerent. *Et si iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me.* Nõ enim iudico, vt iudicium pro vero: sed testor, vt testimonium pro legitimo habeatur, plures esse ne cesse est. Cõsumat etiam hunc sensum, quod additur vet. 17. *Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verũ est,* de testimonio igitur loquebatur cum dicebat, *Ego non iudico quenquam: & si iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum.* Quo ergo modo negat se iudicare, id est testimonium de quoquam perhibere, cum paulo ante concessisset de seipso dicere testimonium? *Et ego de meipso testimonium perhibeo, testimonium meum verum est.* Primum illic non affirmat se de ipso perhibere testimonium, sed fore, vt id præbeat, verum sit: sic enim intelligendum est illud, *Et si ego testimonium perhibeo de meipso.* Deinde quod hic dicit, se neminem iudicare, id est de nemine dicere testimonium, intelligit nõ esse necessariũ, vt ipse de quoquam testimonium perhibeat: alios esse qui perhibere possint: sicut dixit cap. 5. 45. *Nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem: est, qui accusat vos Moyses, in quo vos sperastis,* & vt ver. 31. & 32. dixit, *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum: alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium, quod perhibet de me.* Superius ergo dixit se de seipso testimonium perhibere: hic solum negat nõ esse necessarium, vt ipse, de quoquam testimonium perhibeat, ramen si perhibuerit, pro vero habendum esse testimonium suum, quia solus non est, atque ad hunc, vt videtur, sensum Ambrosius exponit li. 4. epi. 20. Alias quasdam interpretationes, quas apud nonnullos minime bonos auctores lego, consilio prætermitto, quod parum mihi habere videantur probabilitatis. Alii intelligunt, *Ego vos iudico quemquam,* quatenus homo sum, vt Cæterenis orat. 4. de Theolog. Greg. Naz. Alii ad causam præsentem restringunt, quod Christus in carne, de qua disceptabatur, neminẽ iudicet.

17. *Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.*] Apte, ac scite contra Scribas, & Pharisæos, qui lege gloriabantur, legis offert testimonium. Itaq; quod dicit, *in lege vestra* non eam tantum vim habere arbitrot, quam Augustinus, & Beda habere putãt, *in lege vestra,* id est, in qua vos Scribæ, & Pharisæi gloriamini, quam vestra propria quodammodo putatis, quasi nemo eam præter vos obtenderet, vt recte ab notatur Euthymius. Emphasim etiam habere videtur, quod dicit, *Quia duorum hominum testimonium verum est,* quasi tacite argumentetur: Si duorũ hominum testimonium verum est, cum *unus homo* mẽ- *Psal. 115. 2.*

dax sit, quanto erit verius meum, patris q; mei testimonium, qui Deus sum? Necenim in lege Deuter. 17. & 19. 15. quorum locorum alludit, hæc ipsa sũt verba, sed illa, quæ Matthæi 18. 16. ab eodem Christo proferuntur, *In ore duorum, vel etiam testium stabit omne verbum,* sed commutantur Christus sententiam in hæc verba, quo plus emphasis argumento adhiberet. Quin autem sentiat dicat duorum hominum testimonium verum esse, cum manifestum sit non solum duorum, sed multo etiam plurium hominum testimonium falsum esse posse, & multa exempla habeamus, qui contra Naboth testificati sunt. 3. Reg. 21. 13. qui contra Christum Matth. 26. 60. 61. qui contra Stephanum Act. 6. 11. qui contra Susannam Daniel. 13. 34. hoc, inquam, ex iis, quæ diximus ver. 13. & c. 5. 31. facile explicarem, loquitur Christus iudice, duorum hominum testimonium verum esse, id est pro vero, legitimoque haberi oportere. Augustinus, & Beda ad mysterium reterum Trinitatis, sed nos sensum explicuimus literalem.

Quæ sit doctrina Ambrosii verum. 4. caute.

Indicare pro testari hic accipitur.

18. *Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.*] Quasi dicat, de me autem duo etiam sunt, qui testimonium perhibent alter, ego ipse sum, alter pater meus, verum igitur nostrum est testimonium. Propterea nõ dicit, Ego testimonium perhibeo meipso. Sunt quæ his verbis colligant Christum de se nunc tanquam Deum, nunc tanquam hominem loqui, tam tanquam Deũ de seipso, tanquam homine testimonium perhibere, cumque eundem le & Deum, & hominem esse dicat, *de meipso,* inquit, indicant profecto vnam tantum esse personam, naturas duas. Recte illi quidem. Colligũt etiam Chrysostom. Theophylactus, Ammonius, Cyrillus, & Leontius in Græcorum Catena, & Ambros. lib. 5. de fide c. 2. & 5. & Fulgentius lib. 3. ad Thrasimũdum. Patrem, & Filium eisdem auctoritatis eiusdẽ esse naturæ: æquat enim suam, Patrisque testimoniũ cum dicit, *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.* Illud certe colligitur contra Sabellianos Patrem, & Filium duas re ipsa distinctas esse personas: nec enim duo essent testes si, vt Sabellius volebat, sola esset inter eos nominum differentia. Sic Tertullianus in lib. de Trinit. aut quisquis alias est auctor sic Ammonius, sic Theodoretes in Græca Catena, sic Fulgentius, sic Theophylactus hoc loco argumentantur. Quomodo intelligas Patrem de se testimonium perhibere. c. 5. 31. 32. disputauimus.

Quod sit hoc Christi testis.

Contra Sabellianos distinctio personarum probatur.

19. *Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus?*] Quo animo hoc Pharisæi Christum interrogauerint eam inter graues auctores sententia dici potuit. Cyrill. in Græca ex eis Catena, & Leontius in commentariis ex illi maior pars horum causa hoc ab illis dictum quasi indicantibus Christum vulgo natum esse, qui patrem suum ostendere non posset, putasse enim Beatam Virginem ex adulterio concepisse. Eius opinionis etiam Theophylact. meminem facit. Augustinus, & Beda nõ intellexisse Pharisæos, quem patrem suum Christus appellasset, putasseq; de patre secundum carnem loqutum esse, quem quia non cognoscebant, interrog. isse, *Vbi est pater tuus?* Probabilior Chrysostom. Theophyl. Euthymii & Ruperti opinio recte eos intellexisse Christum patrem suum Deum appellasse, quemadmodum longe ante intellexerãt. c. 5. 18 & postea c. 10. 30. sed quia obscurius id dixerat, finxisse se non intellexisse, quem patrem suum nominasset, vt aliquid ab eo clarius elicerent, q; traherent in calumniam. Volebant ergo, vt aperte diceret patrem suum esse Deũ aut quod idem valet, in cœlo esse, vt cum accusarent, aut potius sine vlla accusatione lapidaret, vt c. 5. 18. & 10. 31. Ita

Quod sit doctrina Ambrosii verum. 4. caute.

Dominicæ Christi sed legitur ex hoc loco.

10. 31. Interrogant autem specie studii credẽdi, quæ de A se dixisset, quotumq; testem patrem haberet, quasi ei credituri, vt ei crederent, testimonium audire vellent.

Respondit Iesus, Neq; me scitis neque patrem meum.] Dubium quotiens hoc Christus respondeat: nec enim videtur ad Pharisæorum interrogationẽ recte respondere. Rogauerunt illi, *Vbi est pater tuus?* respondet, *neq; me scitis, neq; patrem meum.* Potuerunt illi respondere, atqui propterea rogamus, vbi pater tuus sit, quia neque patrem tuum novimus. Augustinus, & Beda putant hunc esse sensum: non mirum si interrogetis vbi sit pater meus, quia nec me, nec illum nostis. Si enim cognouissetis, fecissetis in cœlo esse, nec eũ in terra quę reperis. Ideo autem patrẽ non nostis, quia me non nostis, quia me solum hominẽ esse existimatis. Si enim me nosses plus esses, quam hominẽ, id est filium esse Dei, & patrem meum scirent non hominem esse, sed Deum. Apollinarius, Leontius, Theophyl. & Euthym. eodem fere sensu, respondisse Christum accommodate ad eorum opinionem, notatum ab illis fuisse, quod ex adulterio natus esset, aut quod filius esset Ioleph hominis abiecti; respondere illum, vos putatis recte vos tres, patrem meum nosse. Atqui errastis, neque me, neq; patrem meum nostis. Eodem te pertinet, quod Rupertus indicauit, ideo Christum non recte ad quæstionẽ respondisse, quia sciebat malo animo eos interrogasse, vt occasionem caperent eum accusandi, quemadmodum supra nos explicauimus. Itaq; hunc esse eum huc sequimur sensum. De ipsa sententia q; æstiuolet, quid ũr Christum, quid patre eius nosse? Qui hoc ad relationẽ referunt, quasi Christum nosse ut nosse eum, quatenus filius Dei est, ideoque recte colligere, *si me scretis forsitan & patrem meum scretis*, quod vno cogasto relato necessario & alterũ cognosci, vere cor nemmis fabulitet in verbis Christi, ghilotabuntur. Qui autem nosse pro amare, vero gnoscere, recipere dicẽ putant, vt cap. 10. quemadmodum tomo 19 in Ioan. Origenem exponit, id videntur efficere, vt Christi responsio parum sit ad Phariseorum quæstionem accommodata. Rogabant illi, ut carne vocarent se fingebant non recipiendi, sed iudicandi causa; ille adeo ergo scientes Christus respondit, *neque me scitis, neque patrem meum.* Augustinũ ergo, & omnium, quos modo nominauimus, interpretationem probo. Nosse Christum hoc loco est, nosse nõ solum hominem, sed etiam Deum esse; & nosse patrem eum, nosse non filium: eum enim terrã patrem, sed in cœlo. De hoc enim agebatur, *Vbi est pater tuus?* rede q. Christus argumentari, *Si me scretis forsitan & patrem meum scretis*, id est, si scretis me non tantum hominem, sed etiam Deum esse, facile cognoscerẽtis meum non habere pat. é hominem in terra, sed Deum in cœlo. Verũ est, quod quidam adnotauerunt, particulã *ce*, quam nostri interpres reddidit *forsitan*, non dubitantis esse, sed affirmantis. Alio igitur modo hoc loco dictum est, *Si me scretis, & patrem meum scretis*, &c. 14. 9. *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum.* Nam hic loquitur, vt Theologi dicunt, de existentia quidem meesse Deũ, dcit patrem meum non hominem, sed Deum etiam esse oportere; *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum*, qui videt eius imaginẽ meã, & Patris illius imaginem videt, quæ eadem est, quam quidẽ & ipsum sensum ille locus habet. Recte tamen colligunt ex utroq; loco diuinitas Christi, vt Theophylactus in commentariis ad patrẽ aduersus Arianos.

Diuinitas Christi colligitur ex hoc loco.

20. *Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo.*] Eo continuo Euangelista notauit cõcionis locum, vt indicaret Christum ea, quæ supra cõmemorauerat, in maxima hominum frequentia dixisse, tamen capi ab illis non potuisse, *quia nondũ venerat hora eius*, id est quia nolunt capi, ante quam constituta fi- B

Quod hic gazophylacium significet.

si mortendi tempus aduenisset. Docuisse igitur nõ in obscuro loco sed in templo, nec in angulo quopiam templi, sed in loco hominum capacissimo. Eodẽ fere sensu Apollinarius in Græcorum Catena, Leontius, Augustinus, Beda, Theophylactus, Euthymius, nisi quod putarunt Christi in dicendo libertatẽ significari, qui hæc in templo tam ita, in gazophylacio autem sit clara voce dicere. Sed illud, quod expositi, videtur loci huius fuisse consilium, etũ ex eo ipso appareat Christi libertas. Itaque quod Rupertus ait gazophylacium locum fuisse, in quẽ soli sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi ad locum intenti ingredierentur, alii vero nõ nisi singuli, vt tes in illud inferẽr, quasi volnerit significare Ioannes Christũ apprehensum non fuisse, cum in gazophylacio, id est audientibus sacerdotibus, Scribis, & Phariseis adnefanis suis tam multa dixisset; à mente Euangelistæ alienum puto. Necenim gazophylacii hoc loco arcam significat, in quã pecunia templo ob- *Quod hic gazophylacium significet.* lata conijciebatur, sed aut totam eam templi partem, *Iosat.* in qua ea erat arca, quæ proprie gazophylacium vocabatur, vt Mat. 12. 41. & 4. Reg. 12. 9. 10. aut aliam aliquam templi regionem. Origenes mysterii causa dictum existimat hæc Christum in gazophylacio docuisse. Gazophylacium diuinos esse sermones, imaginem magni Regis imprẽssam habẽtes, sicut pecunia, quę in gazophylacio conijciebatur, imaginem habebat Cæsaris. Allegoricum hoc est, non litterale. Quomodo intelligendum tum fuisse Christum apprehensum, *quia nondum venerat hora eius*, cap. 7. 30. dictum à nobis est.

21. *Dixit ergo eis rursum Iesus.*] Anterũ dixerit, id est alio die, aliaq; concione, an in eadem eodem die incertum est. Origenes in eadem concione dictum putat, quod ipsa continuatio sermonis, & illa imprimis particula *ergo* probabile reddit. Sed probabile etiam est duas fuisse conciones, quia cum Euangelista dixit, *hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio*, videtur ea persona claruisse concionem. Rupertus illud, *iterum*, refert ad verbum *Ego vado*, quasi dicat, dixit ille iterum, *ego vado*, quia ante semel idem dixerat, cap. 7. 33. Recte. Quamobrem hæc dicã fuerint, opportune quæritur quid tibi velit dictio illa *ergo*. Possemus simpliciter dicere inceptum esse; sed mihi, vim aliquam videtur habere maiorẽ. Rupertus acute interpretatur ea, vt ad Phariseorum malitiam referatur, quasi dicat Euangelista, Ergo eũ Christus videre pecteneare eos in peccatis suis cõsilio se cupiens, occidendi q; dixit ille, *Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Mirad id, quod v. 19. dixerat, aliã dicte videtur, *Neque me scitis, neque patrem meum*, vt hic *ego vado*, quis eum & me Deum esse & gnoscerẽ, & quæreremine, & nõ in mentis in peccatis vestris morerimini, aut, vt vere tempus, cum quæretis me, id est cognoscere voletis, sed non poteritis, quia peccatis veritas non dilectabit.

Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire.] Quæruntur Chrysostomus & Theophylactus, quam obrem tam frequenter de tuo ex eo loco aduentu, deque suo rursum in cœlum reditu loquatur. Putant ea ro rorem Iudæis incutere volusse, dum indicat se de cœlo venisse, & in cœlum rediturum, sicut soles dicere. *Peramicus videbitis filium hominis venientem in nubibus*, Matth. 24. 30. & 26. 64. Ego & eadem occasione, & eo sensu eodem hoc dictum puto, atque illud c. 7. 33. 34. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit. Quæretis me, & non invenietis; & vbi ego sum, vos non potestis venire.* Vt si quæ enim ideo dixit, quia Iudæi volebant ipsum antetempus occidere, quasi dicat, nõ si quod me vos ad mortẽ quæratis, ego sponte, cum tempus venerit, eã admo-

admodũ breue est, iturus sum, ita vt etiamsi quæratis, me non inueniatis. Itaq; verum sensum huius loci in illo altero loco quære. Quod hic addit, *in peccato vestro moremini*, eo modo intelligendũ est, vt Leontius exponit, propterea enim non potestis ire, quo ille ibat, id est, in cœlum, quia in peccato suo obstinati eranr moritumi. Credo ego singulariem nomeruma liquam vim habere, quod non dixerit, in peccatis vestris, sed *in peccato vestro moremini*, vt non omnes, sed peccatũ in fidelitatis significaret, de quo eos potissimum reprehendebat; indicatq; que propter ea damnati eos iri, quod in se credere noluissent. Hoc est, quod dicit. c. 16.8. *Cum venerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iustitia. & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me.*

22. *Dicebãt ergo Iudæi, Numquid interficiet semetipsum quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire.*] Capite 7. 35. cum eadem Christus sententiam pronuntiasset, similiter dubitarunt. *Quo hic iturus est, quia non inuenemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?* Sed illic etiam, quam hic eius abitum suspicati sunt. Iturum ad gentes, vt eas doceret. Hic, qa viderant eũ ectiam illam non processisse, aliam ineunt suggerente, vt opinor, odio, forte, vt ipsum occiderent. Suspicati enim sunt, non quod rationi, sed quod tão desiderio consentaneum erat. Nam ratio quidem non pulsabat, vt, quod Christus diceret, de morte inter prætarentur. Etenim si non aliõquam, in mortem iturus erat, & ipse eo ire poterant, & iph se poterant occidere.

23. *Et dixit ad illos, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum; vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.*) Græca vero omnes interpretes Chrysostõ. Apollinarius, Ammonius, Theodorus Mopsuest. Leontius. Theophylactus. & Euthymius, Latinus, etiam Augustinus, & Beda existimãt ideo hoc Christũ subiecisse, quod illi de occasione interpretati fuissent, quod de sua in cœlũ assectione diceret, nihil supra hominẽ, nihil supra carnẽ, nihil infra terram cogitantes. Hoc esse, *vos de deorsum estis*, id est de terra, ideoque nõ nisi terrena sapitis; ego non sum de terra, sed de cœlo, ideo quæ de meo itu dixi, de re ditu in cœlũ intelligenda sunt. Rupertus putat reddi causam non cur Iudæi nõ intellexissent, quod dixerat Christus; sed cur nõ possent ire, quo Christus iturus erat. Qui a tenerent terant, acsi minus graues. Vtrumque probabile.

24. *Dixi ergo vobis, quia moremini in peccatis vestris.*) Tamquam dicat, propterea dixi vobis fore, vt in peccatis vestris moretemini, quia facio vos terrenos esse, ideoque in me nõ creditu ros, quia *terrena nemo nõ capit in vobis*, vt postea dicit ver. 37. Sic enim propterea venit inquit Chrysost. vt tolleret peccata mundi, neq; aliter tolli poterant, nisi per lauacrum, cui cessantium erat eum, qui nõ crederet, cum vetere homine esse peritu rum. Eodem modo Theophylactus, & Euthym. exponunt. Quod dicit, *Nisi crediderit is, quia ego sum*, quidam interpretantur, nisi credideritis, quia ego sum de supernis, sicut paulo ante dixerat, vt Rupertus. Alii, si non crediderit is, quia sum absolute, id est, quia ego sum, qui sum, quod proprium est Dei Exo 3.14. vt Augustin. & Beda. Nescio an tamen hoc fabule sit. Itaque meliorem mihi sensum secutus Lyranus videtur, *si nõ crediderit is, quia ego sum* Christus, quem me esse profiteor, quemq; Prophetæ vobis prædixerunt, *morieminis in peccatis vestris*. Nam *qui non credit, iam iudicatum est, quia non credidit in nomine vnigeniti filii Dei*, vt dixit cap. 3.18. in quo solo salus est act. 4. 12.

25. *Dicebat ergo ei, Tu quis es?*] Quia dixerat Christus, *si non crediderit is, quia ego sum*, nõ intelligentes, aut dissimulantes se intelligere, quem se esse significaret, interrogant, *Tu quis es?* Augustin. *Non enim cum dixerit, Nisi crediderit is, quia ego sum, addidisti, quid esse: quies? vt crederemus.* Adnotauit Cyrillus citatus in Græcorum Catena, & Leontius in commentariis hoc à Iudæis per cõtemptionem dictum esse, hanc q; vim habere pronomen illud Tu, quasi, *tu quis es*, qui ita loquaris? quid de te magni, & splendidi potest dici, cum nihilo nobis maior sis?

Principium, qui & loquor vobis.] Locus obscurus. Obscuritas vero magnam vim hersi solet, interpretationũ varietatem peperit; dum quisque in re difficili, quã quodammodo euadat, exitum quærit. Omnis difficultas pendet ex duobus verbis, τὴν ἀρχὴν, *principium*, & ὅτι, *quod, aut quia*. De priori vbo duæ omnino sunt opiniones. Nam alii nomen, alii aduerbium, aut qđ idem valet, nomen aduerbialiter positum esse putãt. Eorum rursus, qui nomen esse existimant, duæ sententiæ sunt. Nam cum illi omnes in eo consentiãt, vt putent Christum ipsum hoc loco principium appellari, alii tamẽ existimant nomen principii in nominandi apud Latinum interpretẽ, alii in accusãdi casu esse. Qui nominativum esse putant, hunc sensum esse dicunt, *Tu quis es? Ego sum principium qui*, aut, quod *loquor vobis*; principium, inquam, id est, *primum, & nouissimum*, vt vocatur in Apocal. c. 1. 17. & 2. 8. & 22 13. aut, principium omnium rerum, per quod omnia facta sunt, *& sine quo factum est nihil*, & vt vocat D. Paulus, *primogenitum omnis creaturæ*. Col. 1.15. Sic Ambrosius libro 3. de fide cap. 4. & lib 5 cap. 5. & lib 1. hexamer. cap. 2. & 4. & Augustinus lib. 5. de Trinit. c. 13. & libr. 11 Confession. c. 8. & lib. de Genes. ad litteram imperfect. c. 3. & lib 1. de Genes. ad litter. cap. 5. aliiq; nonnulli locis. Fulgentius lib. 2. ad Thrasim. Prosper in commenta. in Psal. 109. Bertrandus lib. 5. de considerat. & Rupertus in huius loci commentariis. Iunat hunc sensum, quod nõ solum verum sit, Christum omnium rerum esse principium, sed etiam ita in scripturis vocati solerat. Apoc. 3. 14. Iunat, quod noster interpres eum sensum secutus esse videatur; nec enim ũ alium sensum ex iis, quos multi postea explanatores adhibuerunt, esse potuisset, ita vertisset. Sic, haud dubiũ, Hieron. intellexit, cum locum non emendauerit, dum veterem editionem recognouit. Magna cõiectura non legisse veterem interpretem, quem ad modum nunc legitur τὴν ἀρχὴν, sed ὁ ἀρχὴ *principium*. Vix enim credibile est versutum fuisse, *principiũ*. si in accusandi casu legisset τὴν ἀρχὴν. Illud huic lectioni, interpretationique videtur obstare, quod non satis cũ hoc sensu verba sequẽtia cohærere videantur, *Qui & loquor vobis*. Quo sensu enim ad nomen principii hoc addidisse? Emolliunt tamen asperitatem Augusti. & Beda; quasi dicat, Ego sum principiũ, qui cum huiusmodi sim, tamen eo me vsq; demitto, & vobiscum loquor. Sed hoc ipsum nõ satis videt esse mollie. Alii conantur sic emollire, Ego loquor vobis; id est, quẽ loquẽtem auditis, sum principiũ sum Deus, sum auctor rerum omnium, quamuis vobiscum humano more loquar. Obstare etiam illud videtur, quod interrogatus Christus, quisnã esset, nec satis perspicue, nec satis apte respondere videatur se esse principiũ. Quin respondisset potius se esse Christum & esse mundi redemptorẽ, cum de ea re ageretur. Qui vero animaduerterunt Græce quartum esse casum τὴν ἀρχὴν, quod solus videtur inter veteres Latinos auctores Aug. & Beda ab eo doctus perspexisse, ij tenentes illud, quod certum esse putabant, Christum ipsum hoc loco principium appellari, dutioté meo iudicio sensum reddiderunt. Cum enim videret non bene accusatiuum, per quem Christus respõdet, cum nominatiuo, per quẽ Phariſæi interrogauerant, cõuenire, quod in nomine principii, quia nemũ esse non apparet, apparebit autem in nomine veritatis, si fingamus, vt ait Augustinus, interrogasse Phariſæos, *Tu quis es?* respondisse Christum, veritatem, non bene vtique & conuenienter respondisse. Hoc, inquam, cum viderent, dixerunt, quod Phariſæi rogarunt, *Tu quis es?* perinde fuisse, ac si rogassent, Quẽ te esse dicis? aut, Quem te esse credere debemus? hoc sensu respõdisse Christum, *principium* (in accusatiuno) *qui & loquor vobis*, id est dico me esse principium, principiam me esse credere debetis. Hæc sententia eo minus quam prior probabilitatis habet, quod eadem illa dico, quæ priori obstare diximus, & illi obstent, & præterea est coactior, atq; violentior. Difficile enim est fingere, quæ, vt ea interpretatio horreat, fingere Augustini sententia nece sse est. His duobus modis omnes auctores interpretantur, qui verbum principii nomen esse putãt. Videamus qua ratione explicent, qui, quod Græce est, τὴν ἀρχὴν, loco aduerbii positum esse putant, quod apud Græcos vlitatum esse nemo Græce doctus nescit; & multi multis profanorum auctorum exemplis probauerunt. Sed habet etiam cũ aduerbium est, varias significationes; aliquãdo idem significat, quod primũ, aut in primis, aliquando idem, quod omnino, vt paulo post ex multorum Græcorum auctorũ sententia dictum fuit; aliquando idem est, quod à principio, vt ponatur ἀρχὴν, pro ἀπ' ἀρχῆς. Quidam ergo primo modo hic sumunt, quasi sensus sit, primũ quidem fuisse, quod vobis dico. Sed recte quidã animaduertũt dre lle aliquod aliud membrum, quod se posterea dicturus significaret, si sensus hic esset. Alii secundam significationem secuti sunt, vt Chrys. Leontius, Theoph. Euth. & auctor anepigraphi citatus in Catena Græca videnr exponere. Sunt qui eius significationis exempla in profanis auctoribus obseruauerint, sed in sacris litteris nullum, vt ego puto, exemplũ notari potuit. At ne ij quidem auctores interpretatur eo de sensu. Nam Euthym. & vtex eo colligitur. Chrysost. mus, & Theophylactus, obscure enim, & concise loquuntur, hunc sensum eliciunt, omnino superuacaneum, aut indignum est, vt vobis loquar, id est vt vobis, quis sim, dicam, cũ me tentandi causã interrogeris. Itaq; dictionẽ ὅτι, quæ, vt diximus, altera est, vnde sententia dependet, coniunctẽ legunt, & vnã dictionem faciunt, accipiũtq; pro explicatiua particula, vt, aut vt barbari loquimur, quod, indignũ est, vt vobis dicam, quis sim; & verbum λαλῶ videntur in subiunctiõ modo ponere. Leontius vero, & anepigraphus ad hunc modum, propterea spernitis me, propterea cõtemptum interrogatis, *Tu quis es?* quia protius vobiscũ loquor, aut ideo omnino me contẽnitis, quia vobiscum loqui soleo, quare indigni estis, vt vobis quis sim dicam. Vtraq; interpretatio & superiori Chrysostomi & hæc Leontii videtur protius esse coacta, præterquã quod ex emplum in sacris litteris nõ inuenio, vbi τὴν ἀρχὴν pro ὅτι accipiatur. Alii quidam recẽtiores auctores eã de secuti significationem, Omnino id sum, quod vobis loquor, id est quod vobis sepe dixi, quã vitem interpretationem, quia facilis, & expedita videbatur, amplexi sunt multi. Alii denique τὴν ἀρχὴν accipiunt tertio modo pro, *à principio*, quo ego modo prius asseuerandum esse arbitror, & quia sensum, meliorem efficit, & quia obseruatus huic vsus eius Græci auctoris, qui de Iudæis in scripturis apud Septuaginta esse frequẽtissimũ. Solent illi, vbi Hebraice est בראשית, aut בראשונה vertere, τὴν ἀρχὴν, vt Gen. 13. 4. & 41. 21. & 43. 18. 20. & Dani. 8. 1. Itaq; dubium non est non solum bene Græcã, sed etiam ecclesiasticam esse phrasim, τὴν ἀρχὴν *principium*, pro ἀφ' ἀρχῆς, aut ἐξ ἀρχῆς, *à principio*. Sed neq; omnes, qui hoc ipsio sensu adhibuerunt illud accipiunt, inter se conueniunt. Multas faciam diuersas interpretationes etiam eorum, q adducunt hoc significatu accipiẽtes in alios transeunt sensus tellus iam tot opinionibus recitandis. Solam Cyrilli Alexandri grauissimi auctoris sententiã recitabo, quibus verbis in Catena Græca scripta reperi, ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ τοῦτο ὑμῖν λαλῶν. ἢ τὸ αὐτὸ ἐστὶ τοῦτο, ὃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον. ἐπεὶ οὖν ἐπὶ πολὺ ἀνέχομαι, καὶ οὐκ ἐπιτίθεμαι τοῖς ἁμαρτήμασιν ὑμῶν, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπιστεῖτε, καὶ ἀναισθητεῖτε. καθάπερ οὖν καὶ πάλαι μου τὴν ἀρχὴν, ἔφην, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ τοῦτο ὑμῖν λαλῶν. Iusta, inquit, patior, quod apud vos loquendi principium fuerim; si quid vobis dixi, nunam sunt consilium prodesse, atque seruare; sed ea vetamus vobis apud vos, atque contemptus habitus sum. Non displiceret mihi explicatio vel auctore Cyrillo, si eam aliquanto magis Christi verba iuuarẽt. Ego & versissimũ, & simplicissimũ sensum esse arbitror, quẽ Nonnus poẽta tribus expressit versibus, & multi ante me docti, & Catholici interpretes approbauere;

Τίς σὺ πόθεν; ἐς ποῖον ἀνάγεαι; ἦτοι ἐμὸς ἦσθα
Ἐξ ἀρχῆς καταβὰς, ἦ καὶ πάλιν ἔκποθεν ἦλθες.
Καὶ λαλέειν, ἁπλοῦν ἔπος ἐκβαλέειν, ὅτε μοι βροτὸς ἦεν
Ἀξύνετος σοφίαις.

Ex quibus versibus constat sic Nonnum hunc locum intellexisse, vt sensum esse putauerit, Ego sum id, qđ vobis à principio loquor, id est quod iam inde ab initio, quod semp vobis dico; semper dixi vobis, me esse Christum, me esse filium Dei, ab eo ad liberandos à peccatis homines missum, panem vitæ, mundi lucẽ, & cætera, quæ supra sæpe dixit. Illud videtur hanc interpretatione apud homines bene Catholicos min' probabilem reddere, quod à sensu veteris interpretis discedere videramus; cui nemo minus tribuere debet, quã tribuit Ecclesia, quæ illi, vt par est, q̃ plurimum tribuit. Ego vero non cõcesserim alio sensu nostrum interpretem reddidisse. Nec enim aliter eũ, quã nunc legimus legisse arbitror, cum nullũ alterius lectionis vestigiũ, nullum in dicium, aut in vllo Græco codice, aut apud auctorem vllum vererẽ apparet. Sed fecit prudenter interpres, quod cũ legisset τὴν ἀρχὴν, quod ambiguum erat, reddidit ambigue, & verbum de verbo, *principium*, volens nimirum, vt eodem modo Latine principiũ intelligeremus, quo Græce τὴν ἀρχὴν, id est principio, vel à principio contra consuetudinẽ quidẽ Latinæ linguæ, sed non contra fidẽ interpretis. Videmus idem eum alias, & quidem in hoc ipso nomine facere solere. *Tecum principium in die virtutis tuæ*, Psa. 109. 3 *principiũ*, pro principatu dixit, minime quidem Latine, sed fideliter, ne nomen idem Græcũ ἀρχὴν, quod ambiguum erat, & vel principatũ, vel initiũ significare poterat, ad vnã tantum significationẽ restringeret, si vertaret principatum. Illud ego concesserim nostrum interpretem pro, ὅτι, aut, ὃ, τὸ, quæ nunc legitur, legisse ὃν λέγω, *qui loquor vobis*, non quod loquor vobis, seulu re quidẽ eodẽ, elegantia, & conueniẽtia meliore. Interrogauerant enim eũ Phariſæi 6 6 quid, sed quis esset. Vero simile est non quid sed quis, aut q̃ esset respondisse *principiũ qui & loquor vobis*. Itaq; quibus in libris pro *qui* legitur *quia*, & lectio, & sententia deprauata est. Vnus restat scrupulus, qui lectorem angat, non fuisse dicturum Christum, si id dicere voluisset, principio, qui loquor vobis, sed clarè, qui vobis à principio loquor. Hoc nõ mouebit lectorẽ si ꝑfatum in Ioanne, qui frequentissime vti solet eiusmodi trasectionibus c. 15. 20. & Apoc. 11. 6. Alium alii quidam senserunt, quod non dicat, Qui loquor vobis, sed *qui & loquor vobis*, ἅπαξ λεγόμενον vbi particula illa ὃ, ἐς, pro encludubio emphatica est. Non potest autẽ emphasim habere, si ea, quam maxime probauimus, interpretatio vera est. Quis enim vim habet, *Ego sum qui & loquor vobis*? Respondeo nec esse non esse, vt emphatica sit; aliquando eleganter, apud Græcos auctores redundare, quemadmodum obseruarunt quidam. Synesius exemplum omnibus doctis notum est, & valde

ad rem

Tu quis es? Augustin.

Vna notis illum participia tribus ἀρχὴν.

Cyrillum ea de re citamus

Nonnus hunc locum intellexit

primum vobis à principio loquor, id est semper dixi vobis

Ego sum qui & loquor vobis.

ad rem accommodatum, ἐκ τῶν λόγων, ἵνα τί λέλεκται, eodē A
enim modo dicit, vt *videatur*, *quid & à quo* quo Chri-
stus dicit, ἵνα αὐτὸν γνῶσι, *qui & loquor vobis*. In
Iacris vero literis plura, quam apud prophanos auctō
res exempla reperiuntur quia Hebraicum frequen-
tissime redundat, cuius imitatione solent auctores lati-
ni Græcum τὸ, otiosum ponere, Genes. 21.1 Matth. 9.
10. & 28.9. Quanquam hoc loco vim etiam aliquam
habere potest, qualem verbum illud habet præsentis
temporis, λαλῶ *loquor*, quasi dicat. Ego sum, quod se-
pe hactenus vobis dixi, atque etiam non dico. Aliud
hic ego animaduerto, quod nostra interpretationem
magis impedit, quod non debuerit Christus dicere ἐγὼ
εἰμὶ ὃ λαλῶ *qui loquor vobis*, sed εἶναί με ὃ λαλῶ, quem vo-
bis dico, id est, quod nos interpretati, dicere voluisse.
Fateor sensum interpretis nostri non esse, Ego sum, B
quem à principio vobis dico, sed ego sum, quia prin-
cipio vobis loquor, id est ego sum, quem, si velleris ex
verbis ipsis cognoscere poteris quibus verbis
celare mihi videtur, quæ esset, voluisse quando
ipsi dicenti quis esset, credere voluissent, quemadmo
dum Samaritanæ dixit, *Ego sum qui loquor tecū*. Lectio
autem, quam nunc habemus, Græca hunc habet sen
sum, Ego sum ὃ à principio vobis dico: sed quia vter-
que scriptus eodē redit dixi paulo supra te non differre.

Sup. 5.39. 46.

Gratum & otiosum sæpe ponunt auctores latini.

26. *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare.*] Non satis
apparet, quorsū Christus hæc verba subiecerit. Chry.
Theoph. Euthy. & Leontius conuenientes superioti
ipsorum interpretationi sic hæc verba coniungunt: in
digni omnino estis, quibus dicam quis sim, aut cum
quibus loquar, etsi multa habeo, quæ de vobis dicere G
possim, atq; iudicare. Nonnus poeta sic ego sum, ὃ à
principio vobis dico, multa habens de vobis dicere,
ac iudicare. Ego eodem fere sensu: ego quis sim, satis
apparet, ex meis verbis manifestum est: qui vos sitis, ra
ceo, etsi nō deest mihi materia ea de re loquēdi. Quod
attinet ad verborum sententiam, Chryf. Leontius, &
Theophyl. existimant τὸ λαλεῖν, loqui, idem hic esse, ὃ
τὸ ἐλέγχειν, reprehendere, aut arguere, & τὸ κρίνειν, in-
dicare, idem quod τὸ κολάζειν, punire. Ego simplicius
interpretor, multa habeo, quæ possim de vestris moti
bus dicere, ac indicare, id est cū queri, Hebraismꝰ, dis-
ceptare, expostulare. Transferam in hunc locum quæ
Cyrillus ex Græca Catena Græce scribit. Nō *Cyrillus ex Catena Græca citatus.*
*mentior sicut vos possum condemnare vos tanquam incredu
los, & infideles, tanquam arrogantes, tanquam contumelio
sos, tanquam Deo repugnantes, tanquam imprudentes, tan
quam ingratos, tanquam malignos, tanquam voluptatū po
tius quam Dei amatores, tanquam humanam captantes glo
riam, Dei vero gloriā non quærentes*. Quæritur Augustin, D
& Beda quomodo Christus hoc loco dicat multa se
habere iudicare, cum alio dicat loco, *Ego nō iudico quē
quam* v. 15. Respōdent non dicere hoc loco se quen-
quam iudicare, sed multa habere iudicare, id est mul-
ta illis accusare posse. hoc. n. est habere, Græca phrasi.

*Sed qui misit me verax est, & ego, quæ audiui ab eo, hæc
loquor in mundo.*] Hæc vero prorsus videntur aliena es-
se, & vt Græci vocant, ἀσύνδετα. Chryfost. Leontius,
Theophylact. & Euthym. sic ista coniungunt, etsi
multa habeo de vobis dicere, ac iudicare, sed non di-
cam modo (hoc enim subintelligendū est) quia Pater E
qui misit me, non misi nunc ad iudicandos: sed ad sal-
uandos homines. Cæterū non dicunt, quod imprimis
dicendum erat, quorum dixerit, *qui misit me verax est*,
Augustinus, & Beda putant his verbis ratione reddi,
cur de Phariseis Christus iudicare posset, quia nimirū
Pater, à quo missus fuerat, verax erat, & q̄ quid Chri
stus loquebatur, ex Patre acceperat, & eā loquebatur
nomine. Rupertus vero sic: Etsi principium sum tū

Act. 2.41. & 4.4.

Ariani hoc loco abusi.

Dicit Christo, quatenus homo est, hæc tribuit pater.

Duplex in hoc loco sensus Græcorum Latinorum.

Christum hic tanquā homo loquitur.

Sup. 5.5.

Quia & quoniam, ὅτι causam essentiæ significant.

Psal. 16.6.

à meipso non venerit vobiscum loquor, tamen à me
ipso non loquor: sed & à Patre missus sum, & quæ lo-
quor, ab eo accepi, qui cum verax sit, mentiri non po
test, quare necesse est me non posse mentiri. Theodorus Heracleensis
ad hūc modū: Etsi vos de hac re, id est, de iudicii tem-
pore nihil cogitatis, tamen pater meus verax est, qui
quemadmodum sæpe promisit, suo tempore vnicuiq;
que reddet secundum opera sua. Alii sic: Multa pos-
sem in vobis accusare, quæ prætereo, hoc vnū dicens,
patrem meum à quo missus sum, veracem esse, qui suo
de vobis tempore iudicauit. Alii, Etsi vos nō credatis
me esse Christum, tū pater meus verax est, id est fide-
lis, qui fidem nō fallet suam, sed quemadmodum p-
misit, ita cum credentib. & increduliis facier, sicut D.
Paulus dicit 2. Tim. 2.13. *Si nō credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.* Ego hunc cæterum error esse sen
sum, Multa possum de vobis vere, ac meo iure dicere
atq; iudicare, quod si fecero, nemo poterit iudicium
meum reprehendere, quia, *qui misit me verax est, & ego
quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Sed quod ego nūc
explicandi causa plurib. verbis dixi: dixit breuiter, &
obtenere Christus, *Multa habeo de vobis dicere, & iudicare:
sed qui misit me, verax est, & ego, quæ audiui ab eo, hæc lo-
quor in mundo.* Similis locꝰ supra c. 7. 28. *A meipso nō veni,
sed est verus, qui misit me.* Quid sit Filiū à Patre audire,
vide c. 5. 37.

27. *Et nō cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum.*]
Gr. ὅτι τὸν πατέρα αὐτῶν ἔλεγεν, ὃ pattem suum eis dice-
bat, id est, ὃ de patre suo illis loquebatur, quemadmo
dum Chry. Leontius, Theoph. Euth. & Nonnus poe-
ta inter Græcos auctores legunt inter Latinos Aug. &
Beda. Cui lectioni & Syriacum exemplar suffragatur.
Non dubito nostrum interpretē legisse ὅτι τὸν πατέρα
αὐτῶν ἔλεγε θεὸν, ὃ pattem eius (id est suum) dicebat
Deum, quemadmodum & in vno quodam Græco co
dice legimus, sensu meo quidē indicio multo melio-
re. Nā si legimus ὃ *patrē eius dicebat*, nō pōt nisi ad pri-
ma verba referri, ὃ non cognouerint Christum de pa-
tre suo illis locutū fuisse cum dixit, *Qui misit me verax
est & quæ ab eo audiui, hæc loquor in mundum*, ὃ non ima-
gnopere mirum est. Si sic tem legamus, *quia patrem eius
dicebat Deū*, referetur ad omnem superiorem de Patre
disputationem. Etenim cum multa Christus de patre
suo diuisset, permanent ab eo, *Vt ipse pater eum* vet. 19.
nihil de Patre eius nisi humanam intelligentes: cum
ergo multa iterum de eodem patre suo illis diuisset,
ne sic quidem cognouerunt, eum Deum patrem suū
appellare, ὃ quia merito mirum videri poterat, Euan-
gelista notauit, quasi prestringens obiter eorum stupi
tatem: & vt præcedentia cum sequentibus necteret.
Atque hoc sensu Apollinarius interpretatur.

28. *Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltauerit is filiū hominis,
tunc cognoscetis quia ego sum: & à meipso facio nihil: sed
sicut docuit me Pater, hæc loquor.*] Dictio illatiua, *ergo*, re-
fertur ad superiorem versum: quasi dicat, cum nō co-
gnoscerent, quem Christus patrem suum appellaret,
dixit eis fore, vt post mortem suam cognoscerent, vt
Rupertus adnotauit. Exaltationem crucem suam, &
mortem appellare nemo dubitat, vt c. 3. 14. & c. 12. 32.
34. Cur autem dicat tunc Iudæos, quis ipse, quia Pater
esset cogniturus, sic omnes auctores explicant, Augu
stinus, Chrysostomus, Leontius, Ammonius, Cyrillꝰ,
Beda, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus, fore
vt visis miraculis, quæ & in ipsa eius morte, & postea
facienda erant, si non omnes multi tamen eorum co-
gnoscerent ipsum filiū esse Dei. Euentus eam sententiam comprobauit. Nam turba, quæ aderat, cum cru-
cifigeretur, *videntes quæ fiebant, percutiētes pectora sua re-
uertebātur*, Luc. 23. 48. Et Centurio homo Gentilis, *qui
ex aduerso stabat* crucis *vidit*, ὃ *sic* clamās *expirasset, ait*,
Vere,

30. *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.*] Existi-
mant Chryfost. Theophy. & Euthym. hæc, ad id, quod
proxime præcessit, esse referendum; quasi causa, cur
ante non crediderint, modo vero crediderint, fuerit,
quod prius fabulare, præsertim que, modo humiliter, &
apte ad auditorum ingenium locutus fuerit. Sed non
video quomodo Christus humilius de se locutus fue-
rit, cum dixit, *Qui me misit, mecum est, &c. quia ego, quæ
placita sunt ei, facio semper*, quam ante toto capite lo-
cutus fuerat. Nam & hic nō obtenire missum se à Deo
Filium à Patre dicit. Ad omnē igitur superiorem con-
cionem refero, credúq; ex Euangelistam, quia sæpe de
Iudæorum incredulitate locutus fuerat, docere vo-
luisse nec omnes omnino incredulos fuisse, nec Chri-
sti concionem tam fuisse infructuosam, vt nemo cre-
diderit. Nam etsi sacerdotes, Scribæ, & Phariæi non
crediderint, multos tamē vulgo homines credidisse.
Id frequenter Christianis accidit concionatoribus, vt
pateāt se, quia viri primarij non commouentur ad
pœnitentiam, aut ad fidem, operam perdere. At non
perd unt, quum aliqui de media plebe homines com-
mouentur: quod sæpe fit illis ipsis, qui concionan-
tur, minime scientibus. Nam & concionante Chri-
sto, nisi id Euangelista declarasset, neminem patare-
mus credidisse. Volunt etiam Euangelista hoc dicere,
vt quæ proximo versu sequuntur, apte adnecteret
præcedentibus. Cum enim dictum esset, Christum
dixisse eis, qui in se crediderant, *Si manseritis in sermone
meo, vere discipuli mei eritis*, oportuit prius dicere ali-
quos credidisse.

31. *Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæi.*]
Particula *Ergo*, hæc cō pœ. edentibus iungit, tanquam
si diceret, cum multi in eum credidissent, dicebat ad
eos, qui credidérāt, Iudæos vero dixit, aut vt à Galilæis
& cæteris alienigenis eos distingueret, qui facilius
credere solebant, aut vt distingueret à sacerdotibus, Scri-
bis, & Phariæis, & principibus Iudæorum, ne sibi re-
pugnare Euangelista videretur, qui cum sæpe ante si-
gnificasset eos non solum nō credidisse, sed modis o-
mnibus Christo resistisse, eum q̄ occidere voluisse,
nunc dicat credidisse multos. Addit ergo fuisse Iu-
dæos, id est homines populares. Nam vt alibi diximus,
aliquando Iudæi vocantur soli principes, populoque
opponuntur; aliquando solus populus, opponitur
quę principibus. vide c. 7. 11. 13. *Iud æi dicū tur aliquā do princi pes, aliquā do plebes.*

Et vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis.]
Pronomen, *Vos*, emphatice poni videtur, quasi dicat, *Vos*,
qui iam credidistis, qui iam per fidem ab iis, qui non-
dum crediderunt, discreti estis. Duo explicanda sunt,
quid sit in sermone Christi manere, & quid vere eius
esse discipulum. Manere in sermone omnes interpre-
tantur, in fide, doctrinaque tam accepta perseuerare,
Augustin. Chryso. Leontius. Beda. Theophylactus. Eu-
thymius, & Rupertus. Putant autem Chryfost. Leon-
tius. Euthymius, & Theophyl. alludere Christum ad
eos, qui cum iam in eā credidissent, terrorem abier-
unt ca. 6. 66. tanquam dicat, si vos etiam discessuros
sicut illi, non eritis vere discipuli mei; si autem perse-
uerantes, vere discipuli mei eritis. Hinc intelligitur, *Quid sit esse Christi discipulum.*
quid vocet vere discipulū esse suum, scilicet ita discī-
pulum esse, vt discipuli finem consequatur, vt vsque
ad vitam æternam sequatur Christum, sicut alio loco
dicit, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit* Qui *Mat. 10. 22. & 24. 13.*
enim vere in Christum credit, is id in fide non perseue-
rat, hactenus verus discipulus eius est, quod veram
habet fidem: sed eatenus non est, quod non consequa-
tur verum discipuli finem, & quā Christo debet,
constantem fidem non præstet.

32. *Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*]
Græci, quos legi, omnes, Chrysostomus, Leontius,

Theophylact. Euthymius, & Cyrillus in Græca Catena citatus, veritatem Christum ipsum interpretantur, qualis dicat, si permanseritis in fide mea, cognoscetis me, & ego cognitus liberabo vos. Veritatem autem ipsum Christum appellare, vt opponat figuris, & vmbris legis, quemadmodum ca. 14. 17. & 4. 23. 24. Ideo ergo per veritatem, id est per ipsum eos in libertatem asserendos, quia prius sub legis seruitute tenebantur. Nam & D. Paulus Christianos, qui iam lege veteri exsoluti erant, in libertatem vocatos dicit, & legis ceremonias tugum seruitutis appellat, 1. Corinth. 10. 29. Galat. 2. 4. & 5. 1. 13. His auctoribus quo minus assentiar, duæ me rationes tenent, altera est, quod non satis apte hoc loco videretur Christus se veritatem appellare, cum de legis vmbris non ageretur: altera, quod ipse paulo post explicet, de qua loquatur libertate vers. 34. *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.* & rationem ipse ita vertit. tem appellasset, vt legis opponeret ceremoniis consequens esse, vt libertatem etiam ab iisdem intelligeret ceremonias. Videtur quidem innuere eos, quod vers. 36. dicat, *si ergo filius liberauerit vos, vere liberi eritis.* Est quidem filius, qui vere liberat, sed hoc loco eius fides, atque doctrina dicitur liberare, quia filius non liberat, nisi credentes in se. Magis Augustini, Bedæ, & Rupertii opinione probo, veritatem appellare doctrinæ suæ, quam credere cœpissent. In hoc tamen Rupertius ab Augustino & Beda dissentit, quod Augustinus, & Beda ad vitam hoc nomine referant, ubi vere cognoscitur eorum veritas, quæ hic non cognoscuntur, sed credantur. *Quid promittis credentibus, fratres?* (inquit Augustinus) *Et cognoscetis veritatem. Quid enim? non eum cognouerant, quando Dominus loquebatur? Sinon cognouerant, quomodo crediderunt? Nequia cognouerunt crediderunt, sed vt cognoscerent, crediderunt: præmissa enim, vt cognoscamus, fides est, cognitum, vt credamus: quod enim cognitum habemus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fides, nisi credere, quod non videt? Fides ergo est quod nõ vides, credere; veritas, quod credidisti, videre.* Rupertus vero refert ad aduentum Spiritus sancti, de quo Christus alio loco dicit, *ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæ ego dixero vobis.* Et rursus, *docebit vos omnem veritatem.* Ego ad nouitum statu vellem restringere. De futura quidem vita ideo mihi non videtur loqui, quia cum dicit, *veritas liberabit vos,* non dubium, quin significet eo nomine veritatem causam fore libertatis: cognitio autem illa vitæ beatæ, de qua hunc Augustinus locum interpretatur, non est libertatis causa, sed effectus. Etenim prius homines à peccato liberantur, deinde ad vitam æternam ideo perueniunt, quia à peccato liberati sunt. Simpliciter igitur inter pretor, i. e. vt in fide, & doctrina Christi, quam degustare, & amplecti cœperant, perseuerent, experientia ipsa discant se non fuisse deceptos, sed vera esse omnia, quæ de Christo crediderint. Quæ cognitio, id est magis perfecta fides accedente caritate à peccatorum illos seruitute liberatura sit, & asserturam libertatem filiorum Dei. Quod dixit, *Veritas liberabit vos,* proprie significat, ex seruis liberos facit, hoc enim est libertatem, quod & D. Augustinus obseruauit. Itaque hoc de loco Calumus clamat. *Eam vim* (Catholici) *& liberam arbitrium fastuose extollant: nos autem seruitutis propriæ notitiam confiteamur, non nisi Christi liberatore gloriemur.* D. gna verborum, aut ingenii ponius ignorantia. Quasi nos diceremus à peccato per solum liberum arbitrium nos sine Christo liberari, quod nemini vnquam Catholico venit in mentem; aut liberum arbitrium esset liberare à peccato. Quod si Bustardum in libro de gratia, & libero arbitrio atque Catholicos legisset auctores, non ignorasset. Nec animaduertit insanus hoc ipsum, quod nobis obiicit, sibi aduersari maxime. Nam si propterea liberum non habemus arbitrium, quod sub peccati seruitute sumus, liberati iam per Christum à seruitute peccati, liberum vtique arbitrium habebimus. Quid ergo generaliter negat nos in hac vita vllam habere arbitrij libertatem? At numquam, inquit, in hac vita sine peccato sumus. Nunquam igitur in hac vita liberi sumus; Christus vero hoc loco, & D. Paulus non vno, sed pluribus in hac ipsa vita docet nos esse liberatos. Ro. 6. 18. 22. & 8. 2.

33 *Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis?*] Quidam hoc non eos ipsos, qui iam in Christum credidierant, sed alios aliquos ex iis, qui aderant, qui nondum credidissent, respondisse putant. Sed probabilius est hoc ab illis dictum, qui paulo ante dicti sunt in Christum credidisse. Cum illis enim Christus loquebatur, illos dixerat, *si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Est vero simile eos respondisse, qui horum loquebantur. Quicunq; tandem fuerint, recte intellexerunt Christum de libertate, ne à seruitute in libertatem locutus. Id enim, vt diximus, significat Græcũ verbum ἐλευθερόω. Sed in eo erretunt, quod putarũ Christum non metaphorice, sed propriè de seruitute, ac libertate locutum esse: cum nemo sit, cui hæc locutus fuisset, qui nesciret quemadmodum verũ sequens exponat. Iactant igitur genus suum, vt probent se non solum eos non esse, verum valde etiã esse obsequentes Abrahæ, cuius genus decere, ejus nobilitate nulla apud eos peruaneturi esse maior. Quod dicunt, *Nemini seruiuimus vnquam,* dubitant quidã, an recte verum de se solis, an de omni & tota Abrahæ iam inde à prima origine posteritate dicant. Ego non dubito de toto eos loqui genere. quod glorientur nemini vnquam seruisse. Atque hoc modo omnes veteres, & graues auctores intelligunt. Chrysost. Augustinus Leontius, Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Putant enim dixisse illum, vt facile qui gloriantur, mentiri solent. Seruierant enim Ægyptio olim, seruiebant postea Babyloniis, & tunc, cum ita dicebant, Romanis seruiebant. Nisi dicamus non de ista eos seruitute loqui sed de simili, quã veritate mancipia seruire solent. Nam etsi Ægyptii, Chaldæique seruierant, tamen venditi non fuerant, sed subiugati. Nec in hoc præcipuum eorum versatur error, sed quod de seruitute peccati, de qua Christus loquebatur, nihil cogitantes, de sola ciuili seruitute differant. N hil enim illis magis doluit, quam quod humile ipsis, & seruile genus Christus obiecisse videretur. Itaque cum duo illi dixisset, *Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos,* principium membri ignorantiam, posteriorem seruitutem in illis notare videretur: neglecta ignorantia, ad asserendam libertatem, nobilitatemq, suam profiliunt, quemadmodum Chrysostom. Leontius, Theophylactus, & Euthymius admonuerunt. Molti etiam Christiani his Iudæis similes sunt: si adulteria, si homicidia illis obiicias, nihil communentur: si gressus attingas, illuc vero furere, illic ignominiose cadere, illic occidere. Putas Rupertus Iudæos maligno, atque captioso animo dixisse, *Nemini seruiuimus vnquam,* speratures fore, vt Christus responderet. Quid ergo? non ne modo Romanis seruiis? vr ansam acciperent eum accusandi, quasi populi Dei sub Romano imperio seruitutem approbaret.

34. *Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.*] Quia rem Christus dicturus erat longe præter Iudæorum opinionem, suo illo more asseuerat. *Amen amen dico vobis.* i. *Amen, amen dico vobis,* inquit Augustin. *verum dicit, & quale est Dominus noster*

sti dicere. Amen, amen dico vobis? Multum timendi est, quod ita pronuntiat. Docet autem eos de easerunture se loquutum fuisse, quam ipsi maxime seruirent, minime vero animaduerterent, quæque omnium miserrima atque durissima seruitus esset. *O miserabilis seruitus,* inquit Augustinus, *plerumque homines, cum dominos malos patiuntur, vindices se petunt, non quærentes dominum non habere, sed saltem mutare, seruum peccati quid faciat? Quem interpellet? Apud quem se vendem petat? Deinde seruus hominis, aliquando sui domini duris imperijs fatigatus, fugiendo requiescit. Seruus peccati quo fugiet? secum se trahit quocunque fugerit. Non fugit seipsum mala conscientia, non est quò eat, sequitur se, immo non recedit à se: peccatũ enim quod fecit, intus est.* Emphatice vero vsus est Christus vniuersali nomine, *Omnis,* vt nullum hominem, cuiuscunque tandem conditionis esset, excepteret: quanquam mihi ad id, quod Iudæi dixerant, videtur alluisse se filios esse Abrahæ, neminique seruisse vnquã. *Omnis,* inquit, etiamsi Abrahæ filius sit, etiamsi nemini vnquam homini seruierit, *qui facit peccatum, seruus est peccati.* Potuit planius dicere, Amen, amen dico vobis, serui estis peccati, sed noluit eos perstringere nominatim. Eadem sententia apud D. Paulum Rom. 6. 14. & apud Petrum 2. epistola cap. 2. 19. & apud Salom. Prouerb. 5. 22. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Funes enim seruitutẽ, captiuitatemque significant.

35. *Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.*] Cyrillus in Græcorum Catena citatus, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius putant Christum his verbis Iudæorũ iactatæ obiectioni occurrere voluisse. Poterant, inquiunt Iudæi, dicere, quamuis serui peccati simus, tamen hostias habemus, & sacrificia per Moysem institura quę nos à peccato liberabunt: quibus Christus respõdeat non posse Moysem ipsos liberare, cum non filius, sed seruus sit, & seruus non maneat in domo semper, id est non habeat in domo potestatem alios seruos vendendi, alios liberandi. Fefellit opinor, quod D. Paulus cõparant Christum cum Moyse dicat Moysem fuisse seruũ in domo fidelẽ, Christum vero filium Hebræor 3. 2. 3. 5. Cæterum de alia hic agitur seruitute, quã qua Moyses seruo appellatur. Hic agitur de seruis peccati; Moyses vocatur seruus, non quod peccatis seruiret, sed quod non esset naturalis Dei filius, quemadmodum Christus. Melius Leontius, probare voluisse, quod dixerat, non posse quenquã nisi filium eos liberare, cum solos filij maneat in domo in æternum. Mihi illud videtur probare, omni seruo ejus esse libertate, de qua paulo ante dixerat, *veritas liberabit vos,* quia nullus seruus habet ius in domo dominj sit perpetuo manendi, cum sua cõditione vendibilis sit, possitque à domo distrahi. Nam etsi aliquando seruus semper in domo manet, id casu, & raro fit: argumentum autem sumptum est ex eo, quod plerumque fieri solet. Domum vocat, vt monent D. Augustin. & Beda, Ecclesiam Dei, in qua filius Dei semper manet, seruus autem non nisi ad breue tẽpus. Manẽt enim peccatores in Ecclesia dum vnum cum filiis mixti, vtaque ab illis discernuntur: post mortem autem eiiciuntur, vt ait Cyril. in tenebras exteriores: nisi fuerint prius à peccatis seruitute liberati, à qua nemo eos liberare potest, nisi Filius Dei, qui manet in æternum in domo, id est qui dominus qui hæres est domus, potestque quos velit, seruos vendere, quos velit manumittere, & in libertatem asserere. At non sunt eatn serui, sed diaboli, & nemo potest alienũ seruum aut vendere, aut liberare, *domino enim suo stat, aut cadit.* Ita est. Sed Christus alienos, id est diaboli seruos vendere diabolo dicitur, cum non emit ab eo, cui se ipsi vendiderint; liberare, id est libertate donare, cum emit, & ex peccatoribus iustos, ex seruis diaboli filios Dei & cohæredes suos facit. Hoc est, quod versu sequenti concludit.

36 *Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis.*] Quam vim habeat dictio illatiua, *ergo,* ex iis, quæ modo diximus, apparet. Cum filius in domo maneat in æternũ, id est dominus domus sit; si ille vos liberauerit, vere liberi eritis. Cum dicit, *vere,* duo mihi videtur indicare: alterum est, eam libertatem, quam iactabant, quod filij essent Abrahami, veram non esse. quemadmodũ Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius animaduerterunt: alterum, non posse eos alia ratione veram consequi libertatem, nisi eos Filius liberauerit.

37. *Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.*] Duo Iudæi dixerant, inquit Rupertus, se filios esse Abrahæ, & nemini vnquã seruiuisse. Hoc posterius hactenus Christus refutauit, docens eos vere seruos esse, cum vendũdati essent sub peccato. Prius nunc refellit, probatq; eos non esse vere filios Abrahæ, cum Abrahami opera non imitẽtur, idque longa persequitur disputatione. Sed oditur leuiter, ne eos inirio abalienet. & ad audiendã ex- *Iudæi Abrahæ filij non ipse probat Christus.*
teta minus aptos reddat, vt Chryloft. Theodorus Heracleotes, Theophylact. & Euthym. adnotarunt. At blanditur illis, & mulcet quodam modo eo tum arrogantiam, dicens scire se eos filios esse Abrahæ. nec propterea velle se occidere, quod alient ab Abrahami genere sint; sed quod prauis affectibus occupati capaces non sint sermonis sui: *Sermo meus non capit in vobis,* dixit, pro, locum non habet in vobis: pleni quippe estis odij, atque inuidiæ, ita vt sermo meus nullum in vobis locum inueniat. Nolter interpres Græcismum *Græcismus* retinuit. Obseruauit Chrysosto. homil. 55. non dixisse, *noster interpretatio est.* Non capitis sermonem meum, sed *sermo meus non capit in vobis,* vt sermonis, id est doctrinæ suæ sublimitatem declararet. Verebat, ne nimis subtile sit. Nãte quidem ipsa idem est, sermo meus non capitur à vobis, & vos non capitis sermonem meum. Si autem spectes quid agatur, non id agebat Christus, vt doctrinæ suæ magnitudinem laudaret, sed vt Iudæorum vituperaret animos, qui prauis affectibus pleni doctrinam suam capere non possent. Putant quoq; Origenes, & Chrysost. eos, qui interficere volebant Christum, illos fuisse ipsos, qui ver. 30 dicti sunt in illum credidisse, atque hinc probant non bene eos credidisse, quia tam breui interuallo mutati illum, in quem modo crediderant, interficere volebant. Magis credo de toto loqui genere. Dicit enim, *quæritis me interficere,* non quod illi ipsi, quibuscum proprie loquebatur, interficere eum vellent, sed quod Iudæi vellent, & illi quibuscum loquebatur, Iudæi essent.

38. *Ego quod vidi apud Patrem meum loquor, & vos, quæ vidistis apud Patrem vestrum facitis.*] Probat non ideo doctrinam suam locum in illis non habere, quod digna non esset, quæ ab illis, & ab omnibus reciperetur: sed quia illi bene ad eam recipiendam affecti non erant. Se enim nihil loqui, quod non didicerit ex patre suo, loquitur enim vt homo more humano. Quid sit Christum apud Patrem videre, vel audire, vt dixit supra c. 5. 30. eodem c. 5. 19. disputauimus. Quod sequitur magis indiget explicatione. Primum quidem Græca quædã exemplaria non legunt ὃ ἑωράκατε quod vidistis, sed ἃ ἠκούσατε quæ audistis apud patrem vestrum, nullo discrimine sententiæ. idẽ enim est, vt modo diximus, videre, & audire, cum nihil aliud vtrumq; significet, quam cognoscere, & scire, quemadmodum & Apollinarius, & Theophylact. adnotarunt. Illa maior quæstio an verbum *videre,* indicandi, an imperãdi modi sit: vtriusq; enim esse potest. Cum qua quæstio- *Chryso. hic.*

Quem hic Iudæorum patrem dicat Christus.

ne altera coniuncta est, quem hic Iudæorum patrem dicat. Abrahamũ an diabolum? de quo dicit vers. 44. *Vos ex patre diabolo estis.* Nam si quidem verbum *auditis* impetrandi est. Facite, minime dubium, quin Abrahamum eorum patrem dicat, ne enim iuberet eos Christus, vt diaboli, sed vt Abrahami opera facerent. Sin præsentis temporis, & indicandi modi verbum est, diabolum ipsorum patrem intelligat necesse est. Reprehendens enim dicit, *& vos, quæ vidistis apud patrem vestrum facitis*, vtiq; quæ vidistis apud diabolum. id est quæ ab eo didicistis, non apud Abrahamum. Nam apud Abrahamum non mala, sed bona viderant. ipsi vero non bona, sed mala faciebant, vt paulo post illis dicit, *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ fuisse.* Omnes fere graues auctores Augustinus Leontius, Beda, Appollinarius, Theophylactus. Euthymius, & Rupertus *facitis* legunt, partem q; eorum diabolum vocari putãt, quem sensum nostes reddidit interpres, illudq; cõfirmat, quod videamus id Christum agere, vt doceat eos non Abrahæ, sed diaboli filios esse, quando non quidem Abrahæ, sed diaboli opera imitarentur. Sed id nunc obscure tãtum insinuat, aperte postea dicturus. Cæterum alius sensus nonnullis placuit, quibus Origenes est auctor, quibusque videtur Græca dictio ὃ nonnihil suffragari, quam nostet interpres aut nõ legit, aut non reddidit. Græci autem codices, quos ego viderim, legunt. Quod si ita sit, vertamus q;, & vos ergo quæ apud patrem vestrum vidistis, magis cõtentum videbitur, vt dicamus, facite, quam facitis, eũ ea particula vim habere videtur exhortandi. Verum non ita est. Nam etiam si legamus, rectè sententia cohærebit, *Ego quod vidi apud patrem meum, loquor, & vos ergo quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis*, id est, sicut ego loquor, quæ vidi apud patrem meum, ita vos facitis, quæ apud patrem vestrum vidistis. sicut Chrysostomus interpretatur. Porro cum de se loquitur, dicit *loquor*: cum de illis *facitis*, ideo, vt opinor, quia verba, id est doctrinam suam approbare; facta vero illorũ reprehendere volebat. Nam de ipsius doctrina, non de factis agebatur, *sermo*, inquit, *meus non capit in vobis.* V debarut ratio postulare vt cum dicturus esset, *loquor*, prius diceret audiui. cum vero dicturus esset, *facitis*, prius diceret, vidistis. nunc autem in quibusdã, vt dixi, codicibus ῥῆσιν loco est, *Vidi*: secundo. *Audiuistis*, quemadmodum & Chrysostomus, & Leontius, & teste Græce Carena, & qui eximie antiquitatis, & auctoritatis est, Vaticanus codex legunt. Sic etiam Origenes interpretatur, & legit. Cæterum, vt diximus, videre, & audire pro eodem accipiuntur.

Rup. in 37.

Videre, & audire pro eodem accipiuntur.

39. *Respondérunt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est.*] Non videntur satis intellexisse, quem dixisset ipsorum patrem cum dixit, *& vos, quæ vidistis apud patrem vestrum facitis*, sed tamen suspicati esse aliquem alium præter Abrahamum intellexisse. Ideo repetunt, *Pater noster Abraham est*, partim vt magis affirment, quod antea dixerant, *Nos semen Abrahæ sumus*, partim vt eliciant à Christo, eo quem alium patrem ipsorum dixerit. Quibus Christus prudenter respondet, neque affirmat, neque negans patrem eorum esse Abraham, sed rem in medio relinquens, *Si filij*, inquit, *Abrahæ est, opera Abrahæ facite*, id est probate vos non verbis, sed factis filios esse Abrahæ. *Ecce*, inquit Augustinus, *ille laudatus, ille dominati. Non negat eorum originem, sed facta condemnat: Caro eorum ex illo erat, sed vita non erat.*

Tract. 42.

Græce nisi codices legunt, *ἐι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἂν*, si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Origenes tamen, Augustinus, & Beda aiunt legunt, vt nostet interpres: eodemque modo videtur legere Chrysostomus. Putat Origenes propterea non singulari, sed plurali numero dixisse, *Si filij Abrahæ estis*, vt indicaret non esse satis, si vnum aut alterum opus facerent, nisi facerent omnia.

Græce legi ἐι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἂν. Latina desunt.

40. *Nũc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.*] Probat eos non facere opera Abrahami, cuius genere gloriabantur. Quia neminem vnquam Abrahamus voluit interficere, quod veritatem à Deo auditam loqueretur, *Hoc*, inquit, *Abraham non fecit*, id est nihil simile fecit.

41. *Vos facitis opera patris vestri.*] Clarius nunc dicit eos Abrahæ filios non esse. Cum enim dixisset eos nõ facere opera Abrahæ, addit facere opera patris sui, vnde apertè colligitur eos non esse filios Abrahæ, sed alterius. Nõdum tamen declarat quis ille alter sit, cuius essent filij: intelligit tamen, vt paulo post explicat, esse diabolum. Illi vero non omnino id assecuti, sed tamen suspicari respondent, *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum.* Non tam dicunt patrem habemus Abraham, sed Deum, quia nimirum intelligerant Christum nõ de carnali, sed de spirituali patre loqui. Itaque respondent se non esse filios diaboli, vt velle videbatur Christus significare, sed vnũ patrem habere Deum. Potest dictio illa, *vnum*, & ad Deum, & ad patrem referri. si referatur ad Deum, erit sensus. Nos non multos, sicut aliæ gentes, sed vnum tantum Deum pro patre habemus, si ad Patrem. Nos non habemus alium patrem, quam Deum; atq; hunc solum magis verba præ se ferunt, Quod dicunt, *Nos ex fornicatione non sumus nati*, quidam interpretantur, non sumus filij Ismaël, sed Isaac, non ancillæ, sed liberæ, quem admodum exponunt Euthym. & Rupertus. Alij putant fornicationem eos appellare coniugia inter iudæos, & alias gentes illegitime copulata, ex quibus se natos esse negent, quod eos, qui ex eiusmodi coniugiis nati essent, spurios esse diderent. sic Theodoru. Mopsuest. & Theophyl. Alij de vera fornicatione eos loqui dicũt, propterea dicere se vnum tantum habere patrẽ, quod spurij, qui ex adulterio nati sunt, duos patres habere soleant, à teetum verum, alterum opinione. Notasse igitur Christum, quod duos haberet patres, alterum verum, ex cuius cum matre eius adulterio natus esset, alterum hominum opinione, nempe Ioseph, qui matris eius maritus esset: sic Origenes, Cyrillus in Græca citatus Carena, & Leontius in commentariis, quam opinionem & Euthymius refert, & non improbat. Verus videtur esse sensus, quem Rupertus vidit, & refutauit, vt fornicationem idololatriam more scripturarum vocent: itaque se hoc eloquio à gentibus aliis distinguant; quæ ex fornicatione natæ erant, id est filij erant idololatrarum, ipsæque idololatræ. Hunc enim sensum confirmat, quod statim sequitur, *Vnum patrem habemus Deum*, id est non sumus idololatræ: vnicum enim Deum colimus, eumque pro patre habemus. Non repugno iis, qui dicunt alludere eos ad prophetiam Oseæ c. 1. 2 *Sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* Obicit Rupertus, si hic, quem sequimur, esset sensus, eos fuisse dicturos Christo. Nos ex fornicatione nati non sumus, sed vnũ patrem habemus Deum. nunc autem non ita dixisse, sed tantum, *vnum patrem habemus Deum*, quasi aliud quiddam sit ex fornicatione non esse, & vnum patrẽ habere Deum. Facilis responsio. Sæpe huiusmodi particulas, aut adversativas, aut causales elegantius intelligi, quam exponi.

Exceptio auctori probata.

42. *Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, & veni.*] Refellit Christus, quod ludæi modo dixerant se patrem habere Deum, probatque eos ex Deo natos non esse, quia si filij Dei essent, se diligerent, qui & ipse filius Dei sit, ab eoque

que processerit, ac venerit. Duo hæc verba *processi & veni*, multa ita distinguũt, vt *processi*, referatur ad æternam Christi ex Deo generationem, *veni*, ad incarnationem. Sic Ammonius in Græca Catena, Leontius in comment. Hilarius, Augustinus, Beda. Alij vtrumque ad incarnationem. & aduentũ in hunc mundum permeare putant, vt Origenes, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus. His potius assentior: etsi recte quidam monuerunt, ex hac ipsa interpretatione bene Christi diuinitatem colligi. Nec enim ex Deo processisse, veniísse que per incarnationem diceretur, si ante non fuisset; nec ante fuisset si Deus non esset. Nec enim venisse Prophetarum more missum à Deo, cum natus iam esset: sed in hoc ipsum natus, in hoc homo factus est, vt ad homines veniret, eosque non docendo modo, sed multo maxime moriendo à peccatis liberaret. Dictum quidem est Ieremiæ, *Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te*, c.1. 5. sed non dicitur illum ideo natum esse, vt in gentibus Prophetæ esset: sed cum esset alioqui nasciturus, Deum illum ab ipso vtero ad Prophetæ officium destinasse.

Christi diuinitas ex dictis colligitur.

Nec enim à meipso veni, sed ille me misit.] Loquitur vt homo, qua ratione non venit à seipso, quia homo ille nõ genuit se, sed à Patre, Idio, & Spiritu sancto factus est, quemadmodum Rupertus exponit. Putat autem his verbis ad fallos alludere Prophetas, seque ab illis segregare, qui veniunt & prophoticum officium vsurpant, cum à Deo missi non sint. *Non mittebam*, inquit, *Prophetas, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Hoc hodie hæretici Calumniẽ, & Lutherani faciunt. Singulari Christus modestia vsus est. Erat filius Dei, eoque ipso auctoritatem habebat quidquid ergà homines faciendi: probat tamen vocationem suam, nec sibi vult credi nisi probãti. *Nec quisquam sumit sibi honorem*, inquit D Paulus, *sed qui vocatur tanquã Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eũ, Filius meus es tu, Ego hodie genuite.* Hæretici tamẽ sibi credi volũt, nihil aliud, quam sua scelera probantibus. Euthymius quatenus Deum loqui putat non à se venisse, id est sola sua voluntate Patre repugnante.

Ier. 1. 5.

Heb. 5. 4.

Psal. 2. 7.

43. *Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.*] Græce non est διὰ τί, aut διὰ τοῦτο quare, id est propterea, sed διὰ τί quare. id est propter quid? Itaque per interrogationem legendum est, quemadmodum Origenes, Chrysostomus, Augustinus, Leontius. Beda, Theophylactus Euthymius, & Rupertus legunt: omnesque iidem auctores post primum orationis membrum interrogationem ponant. *Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.* Id est, quid est causæ, cur λαλιὰν τὴν ἐμὴν, locutionem meam, linguam meam, aut idioma meum non intelligitis? nempe quia non potestis sermonem meum audire, id est quia cum alieno à me animo sicis, sermonem meum aures vestræ ferre non possunt. Nec enim possumus rectè, perfectèque intelligere, nisi quæ attentis & benevolis auribus audimus, præsertim si res sint cælestes atque diuinæ. Verebatur Christus cœlesti, ac diuina quadam lingua, quia de cœlestibus, ac diuinis rebus loquebatur, quam linguam homines carnales, atque terreni intelligere non poterant, etiamsi attenti audirent, atque libenter, quomodo poterant intelligere, cum tam abhorrentibus animis, vt ne ferre quidẽ Christi sermonem possent? Ergo audiẽdi verbum emphasin est, nec idem significat, quod intelligere, vt Origenes putat, sed idem, quod auribus excipere: hoc enim masorem habet vim. Obtrectationis alicubi ex Gregor. Nazian. orat. 4. de Theolog. non posse in scriptura sacra idem aliquando significare, quod nolle. Id hoc loco significare, *non potestis*, Chrysost. Leontius, Theophylactus, & Euthymius obseruarunt: idemq; videntur Augustinus, & Beda indicare.

Non posse eiusmodi quod nolle.

44. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.*] Quod sæpe illarante obscure significauerat vers. 41. nunc palam dicit eos filios esse diaboli. Filios autem diaboli vocat non natura, sed imitatione, vt Augustinus contra Manichæos. & Epiphan. aduersus Caianos, & Archõticos, hæres. 38. & 40. distinant. Quanquam in eo singulari est opinionis, quod diabolum hoc loco Iudam vocari putet, cuius filij Iudæi appellẽtur, quia illi potius prodenti Christum, quam Christo regnum Dei prædicanti, & tot miracula facienti crediderint. Addu ctus in eam sententiam est, quod paulo supra Christus cap. 6 70. Iudam diabolum appellauerit. Auctor vero qq. veteris, postquæ testamenti, quæ Augustino falso tribuuntur qu. 98 Cain dicit hoc loco diabolum vocatum. Cæterum ex verbis sequentibus satis constat diabolum hic vocari eũ, qui primus peccauit, angelorum, quisque cæteris peccandi auctor fuit. Quo enim modo in Iudam conuenire eum homicidam fuisse ab initio? in veritate non stetisse? mendacem esse, & patrem eius? *Vnde Iudæi*, inquit Augustinus & Beda, *filij diaboli? Imitando, non nascendo. Audite scripturæ familiæ consuetudinem. Prophetæ dicit ad ipsos Iudæos, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Amorrhæi gens erat quædã, vbique extincta. Iudæi non debebant. Cethæi & ipsi gentem suam habebant omnino alienã à gente Iudæorũ, sed quia erant impij Amorrhæi, & Cethæi, Iudæi antè imitati sant impietates eorũ, innexerunt filij parentes, non ex quibus nati erantur, sed quorum mores scilicet pariter damnarentur.* Idem Ammonius, & Leontius monuerunt: *Et Iudæi*, inquit Ambros. lib. 4. in Lucã, *ex patre diabolo, nõ vt q, carnis successione, sed criminis.* Quod addit, *& desideria patris vestri vultis facere*, τὰς ἐπιθυμίας, *desideria*, aut cupiditates, vt opinor, vocat, quæ Hebraice יִצְרֵי לִבּוֹ, ani: יִצְרֵי לִבּוֹ opera, studia, cõsilia, cogitationes. &, vt Latinus interpres ea nomina solet vertere, *adnotationes* appellasset. sicut dixit vers. 39. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Itaque quod Chrysost. Leontius, & Theophyl. obseruarunt, ideo non opera, sed *desideria* diaboli vocasse, vt indicaret nõ quocunque modo, sed magno studio, cupiditateque diaboli mores imitari, etsi speciosum, & non improbabile omnino est, tamen non est satis firmum. Nam vt diximus, Hebraismus est: & si quid aliud Christo causæ fuit, quamobrem ita loqueretur, potius dixerim ideo *desideria*, aut cupiditates diaboli vocasse, quia eas diabolus in eorum animos inficiebat. Quæ autem sint ea desideria, statim Christus declarat, homicidium, & mendacium. Nam & illi Christum diabolum imitati occidere volebant, c. 7. 25 44 & multa passim aduersus eum mentiebantur, Galilæum esse, dæmonium habere, & alia generis eiusdem.

Ille homicida erat ab initio.] Prima hic quæstio est, de quo initio loquatur Christus, cum dicit, *Ille homicida erat ab initio.* de initione ipsius diaboli? an hominis? an mundi? Qui ex istimarunt angelos ante mundum hunc visibilem creatos fuisse, de mundi initio sic interpretabantur, quasi sensus esset, cum mundus factus est, hoc est ab initio, tam diabolum homicidam fuisse, non quidem re ipsa, quia nondum homines erant, quos occideret: sed animo, atque voluntate, quod tam peccasset, & occidere futuros homines cogitaret. Diximus alibi magnos olim auctores in ea fuisse sententia. Isidorum libro 1. de summo bono, cap. 12. Gregorium lib. 28. Moral. cap. 14. & libro 31. cap. 10. & Beliam q. 9 in libr. 4. Regum. Nonnullos fefellit verbum illud *erat*, quod hunc sensum

In cap. 6. Mat. ver. 5.

Diabolus quia hic vocetur.

videtur præ se ferre, iam ante initium diabolum homicidam fuisse, nō animadvertentes *Iob, erat*, pro fuit, positum esse, quemadmodum idem noster interpres alibi reddidit, 1. Ioannis 3.1. Fingamus ergo hoc loco vertisse. Ille homicida fuit ab initio, nihil vtique difficultatis esset. Alij ad ipsum diabolum initium retulerunt, eum, ex quo factus est, homicidam fuisse, quomodo Manichæi, Priscillianistæ, & quicunque alij aut à malo principio, vt illi; aut ab ipso Deo, vt nonnulli olim angelos malos, malos natura fos, atque origine esse dixerunt. interpretarentur necesse erat. Sed ea hæresis vno refutatur verbo, *Omnia per ipsum facta sunt, &c, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Origenes, & Augustinus hoc loco, & libr. 11. de Genes. ad litteram, cap. 16 & libro 11 de Ciuitat. cap. 13. Beda, & Rupertus ad inuitum hominis referunt, quasi dicat, *homicida erat ab initio*, id est, ex quo homo esse cœpit, quem posset occidere. *Ex illo*, inquit Augustinus, *ille homicida, ex quo primus fieri homicidium; & ex illo potuit fieri homicidium, ex quo factus est homo. Non enim posset occidi homo, nisi prius fieret homo.* Alij mundi principium intelligunt, quibus ideo meam potius sententiam adscribo, quod phrasis scripturæ sit mundi originem absolute initium appellare. *In principio erat verbum. Quod fuit ab initio, antequam quicquam faceret a principio, & antequam terra fieret. Ab initio, & ante sæcula creata sum.* Atque hoc sensu red idit Nonnus. Sed non est existimandum nomen initij hoc loco punctū temporis significare, quo primum factus est mundus: sed totum illud dierum spatium, quo factus, & ornatus est: sub illud enim initiū homo diabolo suggerente peccauit. Itaque vere dicit, ille *homicida erat ab initio*. Quomodo dicatur homicida, alia est quæstio. Augustinus lib. 2. contra litteras Petil. cap. 13. auctor est Pelagianum, nescio an omnes etiam Pelagianos, legisse. *Ille accusator erat ab initio*, quam lectionem Augustinus reprehendit. Homicidam autem diabolum fuisse, & idem Augustinus, & Beda, & Hieronymus, aut quisquis auctor ille est comment. in librum Iob, capit. 24. de spiritali intelligunt homicidio, quo diabolus primos occidit parentes, dum eos ad peccandum induxit. Peccatum enim mors animæ est. Alij interpretantur de vera morte corporis. Quorum diuersæ quoque sententiæ sunt. Rupertus putat homicidam appellari, quia iam inde ab initio conatus est Christum occidere, cum ei in dixit, *In cælum conscendam, & similis ero altissimo*, filio Deo inuidisse, & eum quodammodo occidere cœpisse, perfecisse vero postea per Iudæos eius necem. Propterea dixisse Christū, *& desiderata patrū vestrū vultis facere.* Coacta videtur interpretatio. Alij dicūt homicidam vocatum esse, quia primum primus illis parentibus per peccatum de inde omnibus hominibus causa fuit, vt etiam corpore morerentur. & Cain ad necem fratris incitauisse. Theodorus Heracleens. & Euthym. Atque hic sensus mihi placet: nisi quod de morte Cain non intelligo, quia etsi credendum est illum ad cædem fratris fuit à diabolo incitatum fuisse: tamen id Scriptura non dicit; & videtur Christus ad aliquod diaboli factum alludere, quod confignatum facta litteris sit. Vt autem ad mortem corporis primorum parentum hoc referam, in quam propter peccatum incurrerunt, hæc me ratio mouet, quod cum Christus dicit, *si desideria patrū vestrū vultis facere*, significet eos velle seipsum occidere, non spiritualiter, sed corporaliter: quare & cum dicit, *Ille homicida erat ab initio*, non loquitur spiritualem, vel corporalem etiam homicidam intelligere credendū est. Quanquam illam ipsam corporis mortem non peccatum corporis, sed animæ intulit. &. vt Augustinus, *Non gladius animam, non forte auxiliatum ad hominem pe-*

A *nit, verbum malum seminauit, & occidit*, & libro 2. contra litteras Petil. c. 23. *Quarum vnde tandem factus est homicida ab initio, & inuentus, quod primū hominem occidit, non gladium stringendo, aut aliquam vim corpori aliter infligendo, sed persuadendo peccatum, & aparabilis filius ira declinando.* Auctor qq. veteris, nouiq; testamenti, quæ falso Augustino tribuuntur qu. 90. & 98. non diabolum, sed Cain ab initio homicidam fuisse intelligit, quod ne refutare quidem opus est.

Et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo.] Disceptatur inter interpretes, quid hoc loco Christus veritatem appellet. Sunt qui naturam ipsam integram, & rectam, qua omnes angeli à Deo conditi sunt, veritatem vocari putent Hebraico id omnia תמיר id est perfectionem rectitudinem, vt ita dicam; sicut Iob c. 2.3. vocatur איש תמים vir perfectus, aut integer, & rectus, id est remens veram adhuc virtutē, ac simplicitatem, nondum vitiis corruptus, nondum adulteratus, *vere*, inquit, *Israelita, in qua dolus est*: ea enim naturæ perfectio, atque integritas veritas appellatur: sicut verum vocamus aurum, quod perfectum, quod non adulterinum est. In ea igitur integritate naturæ, atque voluntatis, qua diabolus à Deo factus fuerat, non permansisse, hoc esse non stetisse in veritate, quēadmodum Iudas versa 6. explicare videtur, *Angelos*, inquit, *qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis eternis sub caligine reseruauit*, sic videtur. Enthymius intellexisse, & Augustinus libr. 11. de ciuitate c. 13 & Leo ser. 10. de Quadragesi. & epistola 63. cap. 6. Quam interpretationem propterea non recipio, quia de veritate, quæ in loquendo consistit, hic agi manifestum est, *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Multo maxima auctorum pars hoc de verbis illis interpretatur, quæ diabolus Hevæ dixit, *Eritis sicut Dij scientes bonum & malum*, quibus verbis sine dubio mentitus est: coniungi igitur mendacium cum homicidio, quod vno, eodemque tempore patrauit. Sic Irenæus libro 3. cap. 23. Ammonius, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus. Si vtramque coniunctæ expositionem, verum meo iudicio sensum expresseris. Nam de sola natura hoc intelligi non *Genes. 3.*

B posse modo docuimus: non posse autem de sola in loquendo in veritate, hinc probari potest, quod cum Christus dicit in veritate non stetisse, haud obscure indicet veritatem aliquando, priusquam mentiri inciperet, locutum fuisse. Quid autem locutum esset veri prius, quam Hevæ diceret, *Eritis sicut Dij*, non inuenimus: nisi illud quis verum fuisse dicat, *Similis ero altissimo*, quod non de diabolo, sed de Rege Babylonis, intelligendum esse perspicuum est. Nam quod Heracleon teste Origine dicebat non stetisse in veritate, quia numquam in illa fuit, vtpote malus à malo factus auctore, supra cum Manichæorum, & Priscillianistarum errore refutauimus. Dicitur ergo non stetisse, id est non perseuerasse in veritate, non

C quod ante quidquam veri locutus fuerit, sed quod eusmodi à Deo factus, ve si loquendum in illo primo statu, quo fuit ante peccatum, illi fuisset, vera locutus esset. Post peccatum & mendax, & seductor, & homicida, & quidquid nunc malī habet, factus est. Hoc ergo est, *in veritate non stetit*. Nam Origenis, Augustini, Bedæ, & Ruperti interpretationem, qui in veritate, id est in Christo non stetisse dicere videntur, nescio an quisquam probaturus sit.

Quia non est veritas in eo.] Mirum quantopere vna illa dictio, *quia*, moueat Augustinum, Bedā & Rupertum vexaueris interpretes. Qualis hæc sit, quę reddi videtur ratio, quare diabolus in veritate nō steterit, *quia veritas*, inquit, *in eo non est*. Res ita expediri

D potest

potest dictio, *quia* non causam, sed effectum, & indicium significat, vt in simili exemplo supra versu. 19. docuimus. Itaque sensus est, inde constare in veritate eum non perseuerasse, quia nulla nunc *est veritas in eo*, sed totus quantus est, *mendax est, & pater eius*. Permestigauit tandem hunc sensum D. Augustinus, libro 11. de Ciuit. ca. 14. *Subiecit*, inquit, *indicium, quo fit quidissemus, unde steterit, quod in veritate non steterit, atq; ait, Quia non est veritas in eo. Esset autem in ea, si in illa stetisset. Locutionem autem dictum est minus vsitata. Sic enim videtur sonare, in veritate non stetit, quia non est veritas in eo, tanquam ea sit causa, vt in veritate non steterit, quod in ea veritas non sit, cum potius ea sit causa, vt in ea veritas non sit, quod in veritate non steterit. Sed ista locutio est & in psalmo, vbi ait, Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus. Cum dicendum fuisset vt exaudirer, exaudisti me Deus, quoniam clamaui. Sed cum dixisset, Ego clamaui, tam pauca ab eo quæreretur, unde se clamasse monstraret, ab effectu exaudientis Dei, clamoris sui ostensis effectibus, tanquam dicere, hinc ostendo clamasse me, quoniam exaudisti me.* Recte igitur ex hoc loco Theologi collegerunt angelos in gratia creatos fuisse.

Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur.] Admirabilis est Eucherius in hunc locum interpretatio in qq. in Ioannem, refert hoc non ad Diabolum, sed ad Iudæos, quasi dicat Christus, cum loquitur mēdacium, vnusquisq; vestrum, ex propriis loquitur, id est ex iis, quæ à patre suo diabolo velut hæreditate accepit: quod plane violentum videtur. Non dubium igitur est, quin de Diabolo hoc dictum sit, quemadmodū alij omnes auctores sentiunt, sed quæritur à nonnullis, quid sit *ex propriis* loqui? Hic etiam Epiphanij opinio singularis est, qui cum hoc de Diabolo dictum putet, tamen ludam existimat Diabolum appellari, vt supra ex hæres. 38. & 40. tecitauimus. Itaque interpretatur Diabolum, id est ludam ex propriis loqui, id est ex iis, quæ à patre suo Diabolo quasi hæreditate accepisset. Atqui hoc ipsum est vere dicte notat Augustinus, nō ex propriis loqui, loqui ex iis, quę acceperis ab alio. Manichæi, vt idem indicat Augustinus, interpretabātur ex propriis, id est natura sua, esse enim natura malum. Sed hoc satis superque supra refutatum est. Recepta fere omnium auctorum interpretatio est, *cum mendacium loquitur, ex propriis* loqui, id est propria vti inuentione, necenim ipsum quidquam mentiri docuit, ipse vero docuit mentiri alios, quicunq; mentiuntur, ipsum enim primum auctorem fuisse mendacii. Sic Origenes, August. Chrysost. Ammonius, Theodor. Mopsuest. Leontius Beda Theophylact. Rupertus. Euthym. Placet mihi quod Origenes indicat, voluisse Christum his verbis significare Diabolum, cum quidquid habet boni à Deo accepisse, mendacium tamen non à Deo accepisse, sed ipsum per se illud excogitasse. Hæretici alij in illis verbis, *Cum loquitur mendacium*, quod aliquando non mendacium loquatur. Rupertus existimat hunc esse sensum, cum *loquitur mendacium*, id est mendacium, quod semper loquatur, *ex propriis loquitur*. Eo demq; modo videtur Origenes exponere. Sed nescio an verba eam expositionem ferre possint. Certe cum dæmones clamabāt Christum filium esse Dei, non mentiebantur. Nam vt concedamus, quod non vidro quomodo probari possit, eos id fallendi animo dixisse. tamen si propria loqui volumus, verum fallendi animo dicere non est mentiri, & eum spiritus ille malus dicit. 3. Reg. 22. 22. *Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius*, indicat non semper te spiritum mendacem esse, id est non semper mentiri, quamuis semper spiritus mendax appelletur, quia semper ad mentiendum paratus est, & plerumque mentitur.

Quia mendax est, & pater eius.] Propterea cum loqui-

A *tur mendacium, ex propriis loquitur*, quia quoniam legenio *mendax est*, & mendacij primus auctor. Epiphan. hæres. 38. & 40. præter omnium auctorum sententiam hunc locum exponit, nisi fortasse corruptus liber est, *quia mendax*, inquit, *est ludas, quem Diabolus vt amicum dixerat, & mendax est, & pater eius, id est spiritus sod*. Similis Euthymij interpretatio in qq. in Ioan. *Cum loquitur mendacium, hic subaudiendum, vnusquisq; vestrum, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius, id est Diabolus*, qui vnusquisque vestrum pater est. O generosum patrem eius, id est Diabolus pater vniuscuiusque mali. Auctor vero qq. noui. & veteris test. q. 90. 98. mendax est vnusquisq; vestrū, & paret eius, id est Cain. quod & à Ioanne Grammatico in Græco Cornu dictum inuenio. Verus sensus est, qui est omnium aliorum auctorum maxime communis Ammonii. Theodori Mopsuest. Leontij, Chrysost. Augustini, Bedæ, Theophylacti, Ruperti, Euthym. *Mendax est Diabolus, & pater eius, id est mendacij.* Referur enim relativum ad nomen mendacij, quod proxime præcesserat: Votatur autem Diabolus pater mendacij, quia primus auctor, & inuentor eius fuit, & quodammodo illud *docuisse* peperit, vt Chrysost. Theophylact. Leontius, Ammonius, & Theodorus Mopsuest. exponunt, Ὁτι πατὴρ τοῦτο ἔστιν ὁ διάβολος. Notauit Theodorus Heracleensis nomine patris Græcum articulum adiectum ad significandum Diabolum singulari quodam modo patrem esse mendacij.

Dicit bona pater vt edit.

C 45. *Ego autem, quia veritatem dico, non creditis mihi.*] Oratio est aut Hebraismo, aut trajectione perplexa. Sic resoluenda erit. Mihi vero ideo non creditis, quia ego non mendacium, sicut pater vester Diabolus, sed veritatem loquor. Si enim mendacium loquerer, crederetis vtiq; mihi, adhiberi credere Diaboli mendacio. Sed ob hoc ipsum mihi non creditis, ob quod matime credere debetetis, *quia veritatem* nimirum vobis dico, ideo enim insolens, & noua veritas vobis est, vt cum eam audiritis, portetis audire videamini. In hanc sententiam Chrysost. Euthym. & Rupertus edisserūt. Nonnus autem Poëta reddit, quasi sensus sit, nō creditis verum esse, quod vobis dico.

Τῷ ἐμῷ στόματι ἔπεσθε, ἐγὼ δ' ἀτίετοι, μῦθον.

Sed manifestum est illum, quem diximus, esse sensum. Habet ergo emphasim pronom en illud *ego*, eo ponit enim se Diabolo, tanquam dicat, Diabolo, qui totus mendax est, & mendacij auctor, credidistis mihi vero, qui non solum verax, sed veritas ipsa sum, non creditis. Quærit Origenes quo modo dicat Christus eos, quibuscum loquitur sibi nō credere, cum loquerentur vtiq; cum iis, qui ver. 30. dicuntur in illum credidisse, disputatque partim credisse, partim non credidisse. Expeditius est, quod diximus ver. 40. in simili quæstione, hęc nō dici à Christo singulis auditoribus, non enim iis qui credebant, non certe discrepatis, sed toti generi Iudeorum.

Origenis expositio optima.

Matt. 3. 14. 30. & Luc. 4. 34. 41.

40. *Quis ex vobis arguit me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?*] Præsenti tempore legendum, ἐλέγχει arguit, non *arguet*. Etsi idem fere sententiæ est, quis vestrum potest me arguere de peccato? Arguere autem Latine, & Græce ἐλέγχειν, non est accusare etiminis, sed coarguere. Nam Iudæi sæpe Christum blasphemię sæpe violati sabbati, sæpe alioru criminum accusabant, sed nunquam conuincere vllius peccati potuerunt. Hoc est, quod dicit Christus, *quis ex vobis arguit me de peccato?* id est, ecquis vestrū est, qui paratus, qui præsto sit, qui confidat p. se se vllum in me peccatum coarguere, prodeat, dicat, conuincat. Quod si hoc nemo vestrum potest facere, *quare non credulum mihi?* Vnusquisq; enim dignus est fide, donec aliquod in eo siue mendacij, siue aliud peccatum de-

prehendatur, quod fidem eleuet. Hoc sensu Euthym. Putant autem August. Beda, & Rupertus latere in his verbis tacitam antithesim, quasi dicat. *Quis ex vobis arguit me de peccato, sicut ego vos, & patrē vestrum modo coarguo?* Obseruarūt iidem auctores, tum etiā Chrysost. manserudinem Christi: *Pensate, fratres carissimi*, inquit D. Greg. hom. 18. in Euang. *manserudinem Dei, relaxate peccata venerat, & dicebat, Quis ex vobis arguet me de peccato?* vñ designatur ex ratione ostendere se peccatum non esse, qui ex virtute diuinitatis potest peccatorem iustificare.

47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*] Ex Deo esse idem est, vt opinor, quod filium esse Dei, quod *non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo* natum esse. Opponit enim hæc duo ex patre Diabolo esse, quod dixerat ver. 44. & ex Deo esse. Quæadmodum ergo qui ex patre Diabolo sunt, libenter eius audiunt verba, quamuis falsa, quamuis mendacia, ita qui ex Deo patre sunt, libenter verba Dei audiunt. Quis enim filius libenter non audit patrem suum? Inepte prorsus Heracleon, vt Origenes indicat, & Manichæi, vt ait D. Augustinus, ex hoc loco colligebant quosdam homines natura bonos esse, quia ex Deo sint, id est ex substantia Dei facti, quosdam natura malos, quod ex malo principio procreati sint. Quem errorem multis illis verbis refellunt, vos supernaturaneum esse existimamus hoc tempore refutare, quo vix memoria vlla est eius erroris. Alios nihilominus abhinc dos nostra tulerit tempora, in quibus euellendis vtilius à nobis opera ponetur. Recte hunc locum Ammonius, & Theodorus Heracleensis & Leōtius duobus verbis explanauerunt, ex Deo quosdam homines esse νἱοὺς τῆς ὑπάρξεως, ἀνάλογα τῇ ὑπάρξει τοῦ θεοῦ, *non secundum substantiam, sed secundum electionem*, id est non quod ex ipsa substantia Dei facti essent, sed quod ad eius formam, & voluntatem viuerent. Audire autem verba Dei non est auribus recipere, quod etiam faciunt, qui ex Deo non sunt, sed libenti animo concedere, credere, illisque delectari, denique illis audire auribus, de quibus Christus dicere consueuit. *Qui habet aures audiendi, audiat*, vt Ammonius animaduertit. Reddit ergo causam Christus, cur illi verba sua, id est Dei, non audirent, quia nimirum ex Deo non erant, non secundū substantiam, inquit Leontius, nam secundum substantiam ex illo erant, sed secundum electionem. Qui existimant communandum argumentum esse, propterea vos ex Deo non estis, quia non auditis, depraua re mihi sententiam videntur. Nec enim ex eo, quod verba Dei non auditent, probare voluit ex Deo non esse, sed causam cur non audirēt, asserte, quod ex Deo non essent. Reuerenter etiam ab Augustino auctore summo dissentio, qui hoc ad prædestinationem, & reprobationem refert, quasi soli prædestinati ex Deo sint, soli reprobati ex Deo non sint: *Ex Deo* enim *est, & verba eius audit*, quisquis in eius est gratia, & ex Deo non est, qui in peccato est: & multi reprobi in gratia, multi prædestinati in peccato sæpe sunt.

48. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?*] Non apparet eos supra dixisse Christum Samaritanum esse. Dixerunt quidem esse Galilæum cap. 7. 41. 52. Dixerunt dæmonium habere cap. 7. 20. Samaritanum esse nusquam apud Ioannem dixerunt, sed ipsis credendum est confitentibus hoc loco se id solitos dicere, quamuis id nullus narrauerit Euangelistarum. Monuit hoc ipsum Origenes, & Ammonius, Chrysostomus, Theophylactus, & Rupertus. Cur autem Samaritanum appellauerint, non satis constat. Vix auctorem bonum inuenio, qui existimet Iudæos propter Christum Samaritanum appellasse, quod vere Samaritanum esse putarent; omnes enim non propter originem, sed propter aliquam inter Christum, & Samaritanos similitudinem Samaritanam ab illis vocatum volunt. itaque disputant, quæ ea similitudo fuerit. Maxima pars senuit ideo Samaritanum appellatum, quod quemadmodum Samaritani mistam cum multis Græcorum, & aliarum gentium erroribus religionem habentes, Iudaicā legem non satis caste, incorrupte q; seruabant, ita eam Christus sæpe violatet, & nouas quasdam religiones inuehere videretur. Ita Origenes, Ammonius, Leontius, Theophylact. Euthym. Cæterum probabile mihi videtur esse propterea Samaritanum appellasse, quod multi eorum vere Samaritanum putarent esse. Erant enim Samaritani vicini Galilæis, itaque aliquando Samaritanos Galilæos, aliquādo Galilæos Samaritanos vocari solitos vero simile est, aut vt ait Rupertus, id circo vocabāt Samaritanum, quod cum Samaritanis versaretur, & apud eos māsisset per dies duos c. 4. 40. Cur autem dæmoniū habere dixerint, multas Theophylactus rationes affert, aut quod cum propriis illis cogitationes patefaceret, existimarēt id non nisi opera dæmonis posse facere, aut sicut dicere solebant, *In Beelzebub principe dæmoniorum ejcit dæmonia.* Alii putāt modum fuisse loquendi, quo non significarent eum vere dæmonium habere, sed motæ essent mentis, delirare, insanire, quemadmodum qui à dæmone correpti sunt, ficut c. 10. 20. quidam dicunt, *Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis?* & c. 7. 20. *Dæmonium habes, quis te quærit interficere.* Aliam Leontius rationem affert, quod propriam dæmonum sit gloriam Dei in se transferre, quod Christus facere videbatur, dum se filium Dei appellabat.

49. *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me.*] Omnes fere Christi hoc loco prudentiam, & mansuetudinem obseruarunt. Duo illi obiecta fuisse, quod Samaritanus esset, & q dæmonium haberet, illud tacitū præteriisse, quod nihil in eo diuina gloria læderetur, ad hoc respondisse. & sine vlla verborum acerbitate simplici tantum negatione respondisse. *Ego dæmonium non habeo*, sed ea, quæ dico, ac facio, vnde vos putatis me dæmonium habere, propterea dico, ac facio, vt patrem meum honorificem faciendo, ac dicendo ea, ad quæ misit me. Vos vero cum eadem ob causam me honorare debueretis, potius inhonoratis, dicentes me dæmonium habere. In hanc sententiā Chrysost. August. Beda, Theophyl. & Rupertus: nisi quod Augustinus, & Beda aliam afferunt causam, quamobrem non negauerit se Samaritanū esse, quod Samaritanus custodem, pastore meq; significet, & ille verus erat hominum custos, ac pastor bonus. Allegoriam. Docet Origenes solum Christum dicere potuisse, *dæmonium non habeo*, cæteros enim homines, quia peccatum habent, dæmonium habere, quia quisquis peccatum habet, dæmonium habet. Alio, opinor, sensu & illi dixerant, *Dæmonium habes*, & Christus respondet, *Ego dæmonium non habeo.* Acutius notauit Leontius pronomen illud ego, emphatice positum esse, quasi diceret, *Ego dæmonium non habeo*, vos habetis. Quod autem sequitur, *sed honorifico patrem meum*, recte conuenit cum eiusdem Leontij sententia, quam superiore versu recitauimus, propterea illos dixisse Christum dæmonium habere, quod Dei gloriā sibi tribueret. Ad id enim accommodate Christus respondet. *Ego dæmonium non habeo*, id est non mihi vsurpo, quemadmodum vos putatis, honorem Dei, sed ēmaxime potius honoro. Eademque consequentia dicit, quod subiicit versu sequenti.

50. *Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat, & judicet.*] Quorsum hęc addat, modo diximus ex sententia Leontij,

Leontii, non vsurpo mihi diuinum honorem, nec enim gloriam meam quæro. Alites Chrys. propterea non vindico iniuriam istam, qr̄ à mihi facitis, quia *non quæro gloriam meam.* Alii, cum dico me dæmoniū non habere. sed Patrem honorificare, non ideo me defendo, ac purgo, quod quæram gloriam meam, sed gloriam patris mei. Nam meam qui dem *est qui quærat, & judicet.* Chrysost. Theophylact. Euthym. & Leontius ita hæc verba videntur exponere, vt idem sit quærere gloriam suam, & iniuriam vlcisci. Itaque eodem modo, quod sequitur, interpretantur. *Est qui quærat, & judicet*, id est qui vindicet, qui vlciscatur, aut, vt Græce est, ζητῶν, καὶ κρίνων quærens, & iudicans, id est qui curam habet quærendi, vindicandi q; Quærunt August. & Beda, quomodo hoc cōueniat cum eo, quod alibi dixit, *Pater non judicat quēquam, sed omne judicium dedit filio*, cap. 5. 22. multis verbis Augustinus quæstionem hanc versat. Summa tentētiæ eius est. Patrem non iudicare quenquam in supremo illo iudicio, &, vt ille loquitur, *secundam afflictionem*, iudicare autem *secundum discretionem*, id est eo modo, quo Dauid dicit, *Judica me Deus, & discerne causam meam.* Facilius erat, non agi hic de vltimo illo iudicio, de quo dictum est, *Pater non judicat quemquā, sed omne judicium dedit Filio*, sed agi de priuato, & quotidiano iudicio, quo soler Pater iniustus Filio, & iustis omnibus factas vindicare.

51. *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.*] Hoc modo hæc cum præcedentibus August. & Beda nectunt, *Vos*, inquit, *dicitis, dæmonium habes. Ego vos ad vitam voco seruate sermonem meum, & non mortem mi. illi audiebant, mortem non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit, & ita sentiebant, quia iam mortui erant ea morte, qua vitandā erat.* Chrysostomus vero, & Theophylactus, *Non quæro gloriam meam*, propterea relicta gloriæ meæ vindicta ad doctrinam, exhortationemque conuertot. *Si quis ergo sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Recte id quidem. Sed mihi, ne propter eorum contumelias de sententia, consilioque sua deiectus esse videretur, voluisse videtur doctrinam suam etiam, atque etiam asserere, eisque fructum demonstrare. Id indicat assueratio illa, *Amen, amen.* Quid sit mortem videre, vel nō videre, & quod idem est gustare, vel non gustare mortem, diximus Matth. 16. 28. & Luc. 2. 26. loquitur autem de morte animæ, vt August. ait, sed potest etiam intelligi & de corporis morte, non quod qui Christi verba seruauerunt, non sint vnquam corpore mortiturī, sed quod ita mortui sint, vt non mori, sed renasci potius videantur, resurrecturos enim esse in vitam æternam, sicut dixit c. 6. 50. *Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso māducauerit, non moriatur.* Sic Euthym. Monent autem Chrysostom. & Ammonius non esse hoc simpliciter intelligendum, sed si ad fidem bona quoq; opera adiunxerit, quod ipsum comprehenditur in verbo *seruauerit.* Cyrillus vero in Catena Græca citatus, & Leontius in commentariis notant Christum his verbis aperte declarasse se secundum naturam Deum esse, Cum enim ante dixisset, *Qui ex Deo est, verba Dei audit*, nunc dicere, *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.*

52. *Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus, quia dæmonium habes.*] Nunc re ipsa videmus, quod ante sola cōiectura dicebamus, habere dæmonium habere. absurda enim loqueris, & blasphemas. Intellexerant q Christus dixerat, de sola corporis morte, ideo absurde eum loqui putauerunt.

Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis, si quis seruauerit sermonem meum seruauerit, nō gustabit mortem in æternum?] Cur non dixerunt, omnes homines mortui sunt, semperque morientur, cum id vere possent dicere, maioremque vim argumentum habere viderentur, sed solū Abraham, & Prophetas mortuos fuisse dixerūt? Eius rei causam Cyrillus in Græca Catena Chrysost. Leōtius, & Euthy. afferunt. Indicauerat Christus propterea non morturos eos, qui sermonem suum seruare vellent, quod sermone suum seruauissent, proferunt ergo exemplum eorum in medium, qui Dei sermonē maxime seruauerant, Abraham, & Prophetarum, qui tamen mortui fuerant. Vnde colligunt Christum maiorem se facere quam Deum, certe quam Abraham, ideoque subiiciunt.

53. *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt?*] Id est & Prophetis, qui mortui sunt. Hebraismus. Consequens erat inquiunt Chrysost. Theophylact. & Euthym. vt dicerent, Nunquid tu maior es Deo, hoc enim ex eius verbis, vt paulo ante diximus, sequi videbatur, sed cōtenti sunt dicere. *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham?* quia hoc ipsum valde absurdum putabant esse, quenquam illo maiorem dici. Discrimen, quod Origenes esse disputat inter videre, & gustare mortem, nimis argutum videri potest.

54. *Respondit Iesus, si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus, qui glorificat me, quē vos dicitis, quia pater vester est.*] *Hoc* sit (inquit Aug.) *propter illud, quod dixerunt, Quem teipsum facis: Refert enim gloriam suam ad patrem suum, de quo est, & qui Deus est.* Possunt etiam ista versu. 50. respondere, vbi dixerat, *Ego non quæro gloriam meam*, vt hi cr ationem reddat, quare gloriam suā non quærat, quia *si ego*, inquit, *glorificō* (id est glorificauero, aut glorificare volueto) *meipsum, gloria mea nihil est*, id est vana erit, non vero, non solida. Loquitur autem non ex veritate, sed aut ex Iudæorum opinione, vt Leontius, Theophylact. & Euthym. interpretātur, aut, vt ego existimo, ex communi, vt vocant, præsumptione iuris, qua nemini in iudicio creditur pro se dicenti, sicut dixit cap. 5. 31. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum, alius est qui testimonium perhibet de me.* Scribunt Chrysostom. & August. solitos hoc loco Arianos abuti ad confirmationē errotis sui. *Aliquando Ariani*, inquit Augustinus, *& de isto verbo calumniantur fidei nostræ, & dicunt, Ecce maior est Pater, quia vt ipse glorificat filium. Hæretice, non legisti ipsum Filium dicentem, quod glorificat patrem suum? Sed & ille Filium glorificat, & Filius Patrem glorificat, pone pernicium, agnosce æqualitatem, corrige peruersitatem.* Addit, *quem vos dicitis, quia Deum vester est*, ne eius testimonium repudiare possint, nec enim poterant non admittere testimonium eius, quem Deum suum esse confitebātur. Quibus minime obscure declarat se filium esse Dei, nam eundem & patrem suum, & Iudæorum Deum appellauit. Vim habet verbum illud. *Pater*, tanquam dicat. vos quidem dicitis Deū vestrum esse, sed non ita est, si enim Deus vester vere esset, honoratis eum.

55. *Et non cognouistis eum, ego autem noui eum.*] Id est quem ego quidem noui, vt pote naturalis eius filius, vos autem non nouistis, vt pote animo, & moribus ab eo alieni, quamuis iactetis eum Deum esse vestrum. Ideo autem hoc videtur addidisse, vt doceret se non ignota loqui, atque testari, sed quæ à Patre suo accepisset, idcirco standum esse testimonio suo, nec Iudæis aliud certius testimonium requirendum esse, cum Patrem ignorarent, nec eum cognoscere possent nisi per ipsum, sicut Ioannes dixit cap. 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*, & ca. 7. 28. 29. *Et a meipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis, Ego scio eum qui ab ipso sum, & ipse me misit.* August. & Beda coniungunt hæc

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS MALDONADO

hæc verba cum versu præcedenti hoc modo, *Quem vos A thym. docent, quia dixerant Iudæi ver. 53. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham?* Aut probat, vt iidem auctores, & Ammonius prætetea volunt, Iudæos non esse veros Abrahæ filios, quandoquidem qua re, id est de ipsius ille ganisus esset, ipsi dolerent. Minor enim erat Abraham Christo, quando quidem *exultauit*, id est gestiuit, magnopere cupiuit eius videre diem. Duplex hic quæstio, altera, quem diem suum vocet, altera, quomodo eum diem viderit Abraham. Sunt qui putent die suum Christum omnem suam æternitatẽ appellare, cupiuisse ergo Abrahã videre diem suum, id est se, quatenus Deus erat cognoscere, cognouisse autem per fidem, quia *credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*. In hac sententia August. hoc loco est, & lib. 2. contra Pelagium, & Cæleſt. c. 27. & ser. 70. de tempore, & Beda in commentariis, *diem meum*, inquit August. *vidit, quia mysterium Trinitatis agnouit*. Etiũ non improbat alteram Augustin. interpretationem, vt dies Christi tempus, quo in hac vita homo versatus est, appelletur. Impulit quosdam hæc ratio, vt eam Augustini sententiam sequerentur, quod Abraham non potuerit alium Christi videre diem, nisi fortasse in figura, ac fide, vt postea sumut disputaturi, non autem cupiebat ille fide, & in figura. sed clare, aperteque videre, & hoc ipsum fide cupiebat. Si enim fidem nõ habuisset, minime cupiuisset. Deinde quod Iudæi inferant, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* pro eodem accipientes ab Abrahamo videri, & eum videre, Christum autem non potuisse ab Abrahamo homine factum videri, cum longe antequam homo fieret, extitisset Abraham, necesse igitur esse, vt diem suum appellet æternitatẽ illam, quæ tempus incarnationis suæ antecesserat. Alii diem sui crucis, & passionis suæ tempus vocare dicunt. Eum enim vero diem Abrahamum videre optasse, quem sciebat salutem sibi, & omnibus hominibus allaturum. Huius sententiæ auctores sunt Chrysostomus Ammonius, Leontius, Prosper lib. de prædict. p. 1. c. 17. Theophylactus, & Euthymius. Quibus ideo non assentior, quia statim sequitur, *Vidit, & gauisus est*. Tũc enim cum hæc Christus dicebat, vtique non poterat Abraham Christi passionem videre, quæ nõdum aduenerat. Videtur fide, dicet aliquis, ar nõ desiderauerat, vt postea probabimus, videre fide. Alii diem Christum ipsum interpretantur, qui cum lux vera, & veluti sol quidam sit, tunc eius alicui oritur dies, cum ipse illi per fidem reuelatur. Hoc enim est, quod illi quæruntur Sapient. 5. *Et Sol intelligentia non est ortus nobis*. Cuius expositionis & Aug. meminit, eamq; in Græcorum Catena lego Apollinari antiquissimi auctoris nomine citatam. Sed iam diximus nos paulo post probaturos non posse de sola intelligi fide Abrahamum vidisse, & ganisum esse, quod si ita est, aliter est necesse hic Christi dies intelligendus. Ego quidem certe non dubito, quin diem suum aduentum suum in carnem, totumque tempus, quo in hoc mundo versatus est, appellet. Nam & ipsa phrasis hoc significat, & constat hoc esse, quod non Abraham modo, sed omnes illi veteris testamenti patres videre cupierunt, quem admodum idem Christus alibi dicit. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt*. Luc 10. 24. Hoc est, quod clamabant, *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes*. Et quia refutaris aliis interpretationibus hæc vna, quam sequamur, manet, & quia plures hæc, & non minores, quam alij auctores habent. Irænæum lib. 4. c. 11. & 12. Origen. hom. 10. in Genes. Hilarium in lib. 5. de Trinit. Cyrillum Alexandr. in Græca Catena citatum, Bernardum ser. 6. in vigilia natalis Domini. Necilla me mouet ratio, qua aliis ab hac sententia deducti sunt. quod Iudæi dixerint, *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Nam vt eo loco probatum fimus, non intelle xerant, quo sensu dixisse Christus, *Vidit, & gauisus est*. Reliqua est altera quæstio, quomodo Abraham die videri Christi. Omnes auctores, quos legere memini, etiam qui diem Christi tẽpus incarnationis eius vocari putant, existimãt aut sola fide, aut fide, & figura, aut Prophetica reuelatione vidisse. De fide conuenium omnes, nec enim dubium est, quin fide futurum Christum apprehenderit. Figura alij alias afferunt. Plerique illam Isaac, quem Abraham ipse sacrificauit, qui cum expressa moriturí pro nobis Christi figura fuerit, non dubium, quin in ea tanquam in speculo diem Christi conspexerit. Ira Chrysostomus, Ammonius Leontius, Theophylactus, & Euthymius. Alia cũ res vidit, & vnum adorauit Genes. 18. 3. vt August. Beda, & Rupertus. Alij ad id tamentum illud referunt, quod seruum suum obstrinxit posita manu super femore, qua re Christum de femore suo nasciturum significauerit Genes. 24. 2 vt idem hoc loco D. August. & Bernardus serm. 6. de vigilia natalis Domini. Alij referunt ad historia illam, quæ est in Genes. c. 15. 6. vbi Abraham Deum rogat, *Domine Deus vnde scire possum, quod possessurus sim eam?* (terram Chanaan) hoc enim esse, *Exultauit, vt videret diem meum*. Vidisse autem post ver. 17. *Cum occubuisset, inquit, Sol, factus est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter partes illas*. in ea enim figura, & quasi lampade illa vidisse Christum. Alij peculiari reuelatione, & Prophetico spiritu vidisse, vt putat Euchenius in qq. in Ioan. Alii non alio modo, quam fide, vt Apollinarius in Græca Catena. Veteor ne arrogantis interpretis esse videatur à tot, tamque grauibus auctoribus dissentire, sed minime arrogans videri debet in quærenda veritate moderate dicere, quid sentias, hoc enim ipsum illi cum scriberent, facere solebant. Mihi igitur non videtur, quod Christus dicit. *Vidit, & gauisus est*, aut de sola fide, aut de figura, vel prophetica reuelatione intelligi posse. Cum enim dicit, *Vidit*, haud dubium, quin eo modo vidisse dicat, quo videre tantopere dixerat concupisse. Non autem concupiuerat sola videre fide, quia ante quam fidem haberet, cum nullam de Christo notitiam haberet, diem eius videre concupiscere non poterat, post quam habuit, quidem, at non sola fide, quia fide iam Christi diem videbat. Neque per figuram, aut reuelationem, quia cum fidem iam certissimam haberet, nec figura, nec reuelatione opus illi erat, nec poterant eius satiare desiderium. Vidit ergo diem Christi reipsa, quemadmodum & ille, & partes omnes videre concupierant. Non quod visus viderit, sed quod mortuus Christum venisse nouerit, tempusque illud exactum esse, quod vsque ad eius aduentum à Deo constitutum fuisse sciebat. Quod enim dicit, *exultauit, vt videret diem meum*, perinde valet, ac si dicerer, cupiuit, vt veniret dies meus, venit, & gauisus est. Quis enim dubitet Abrahamu, & cæteros patres, qui cum eo erãt, siue ex reuelatione, quam in hac vita habuissent, siue ex reuelatione, quam tunc, cum Christus venit, haberint de eius aduentu, non ignorasse Christum venisse, etiam antequam ad eos post mortem veniret? Docet ergo Iudæos Christus, quanto in pretio habuerit Abrahamus, quem illi tanti faciebant, se, quem præsentem illi aspernabantur. Propterea, vt opinor, non dicit Abraham pater meus, aut pater noster, quamuis, vt homo, loqueretur, posset enim ita patrem appellare, vt Matthæus vocat. c. 1. aut vt ostenderet se plus esse quam hominem, quandoquidem Abrahamo maior esset, & non decebat patrem vocare eum, quo se maiorem esse significaret. Aut vt ex opinione Iudæorum loqueretur, qui nimis importune Abrahamum inculcabant patrem suum esse. *Pater ergo vester*, id est quo vos patre gloriamini, nam ego etsi patrem illum meum agnosco, tamen eo non glorior. Aut quia Iudæi dixerat Christum Samaritanum esse, & non credebant Samaritanos filios esse Abrahæ, nõ dicit pater meus, aut noster, sed *vester* iuxta eorum opinionem loquens. Subest in his ipsis verbis tacita reprehensio, quasi eos tanquã degeneres filios coarguat, quod eum pater ipsorum Abraham, quo tam opere gloriarentur, vehementer optauerit videre die suum, ipsi minime optent, sed videntes potius nec agnoscant, & taedio sese, superbeque contemnant. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*.

57. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?] Videbatur consequentia postulare, vt dicerent; *Quinquaginta annos nondum habes*, & Abraham vidit diem tuum? Non enim dixerat Christus se vidisse Abrahamum, sed Abrahamum vidisse diem suum. At Iudæi pro eodem acceperunt videri ab Abraham, & illum videre. Eeid quidem recte, nam quod Christus dixerat, *Exultauit, vt videret diem meum, & vidit*, non intelligebat vidisse oculis, sed fuisse suo tempore: itaque necessario sequebatur, si ab Abraham visus fuerat, & ipsum vidisse Abraham. Sed quia de eius loquebantur ætate, quæ videbatur obstare, quo minus ab Abrahamo visus esset. *Quinquaginta annos nondum habes*, addunt, *Et Abraham vidisti*, quod magis consequens esse videbatur, quam si dixissent, & Abraham vidit te. Ammonius præcise respondet Iudæorum stultitia, stupiditateque factum esse, vt minime consequentia loquerentur. Quod attinet ad annorum numerum, quæri solet quam ob rem potius dixerint *quinquaginta*, quam quadraginta *annos nondum habes?* cum vtrumque vere dicere potuerint, & efficacius argumentum visum fuisset, si dixissent quadraginta annos nondum habes, quia quo minus erat tempus ætatis eius, eo incredibilius videri poterat eum Abraham tot ante sæculis mortuum videre potuisse? Chrysostomus quidem quadraginta legit, vnus, opinor, auctor, etsi Euthymius admonet in nonnullis Græcis exemplaribus legi quadraginta, eamque lectionem magis probat. Si ita legimus, nulla est quæstio. Cæterum non est à fide omnium Græcorum codicum, quos equidem viderim, & à lectione omnium aliorum auctorum & Græcorum, & Latinorum discedendum: præsertim cum facile potueris lectio corrupta posito vno numero pro altero, siue id aliquo audente facere, existimem ered bile non esse Iudæos dixisse quinquaginta, cum melius quadraginta dicere potuissent. siue confusis Græcis numerorum notis, ϰ. & τ. quod solet fieri frequentissimè. Cur ergo quinquaginta potius, quam quadraginta dixerint? Irenæus lib. 2. c. 39. & 40. cautam esse putat, quod tam tum Christus supra quadraginta haberet annos, circiter enim quinquaginta fuisse cum passus est. Narum in sanctissimo martyre, auctoreque eruditissimo notatur. Trigesimum enim ad summum quartum non excessisse constans omnium aliorum auctorum, & totius Ecclesiæ sententia est. Contra vero Theophylactus nulla alia ratione id factum putat, quam quod ille numerus quinquaginta annorum casui illis potissimum venerit in mentem. Quod mihi non videtur esse probabile, cum essent illi maxime tunc attenti, vt Christum coarguerent. Refert idem Theophylactus aliam sententiam, cuius ego in Græcorum Catena Seuerini Antiochenæ auctoris inueni, ideo quinquaginta dixisse, quod facer illis, & vene-

Hær. 23.

Aug. in psal. 42.

Psal. 115. 2.

Psal. 19. 13. & 107. 13.

Matt 3. 17. & 17. 5. Cognoscere postum aliquando pro credere. ad Tit. 1. 16.

Visus loci huius contra Manichæos & Marcionitas.

Christus hic tanquam homo loquitur.

Sup. c. 1. 4.

Leontius auditor.

Diem suũ quid hic Christum appellet.

S. Irenæi de ætate Christi opinio.

& venerabilis ille numerus esset, propter id illum, qui in quinquagesimum quemque annum incidebat. Euthymius existimat Iudæos putasse Christum propter iudicij maturitatem, propter gratiæ tatem, propter doctrinam, & experientiam esse plusquam quadragenarium. Alijs placet Christum propter docendi laborem ita affectum fuisse corpore, vt merito quadragenario maior videretur. Res mihi videtur facilis, agebat tunc Christus annum tricesimum secundum aut tertium, poterat dubitari an quadragesimum attigisset, nondum autem quinquagesimum attigisse satis apparebat. Noluerunt ergo dicere Iudæi, quod ambiguum esse poterat. Quadraginta annos nondum habes, ne forte redarguerentur esse mentiri, sed dicunt quod certum est, *Quinquaginta annos nondum habes.*

57. Dixit ei Iesus, Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.] Videtur Christus non satis ad rem accommodate respondere. Cum enim dixit, *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est*, diem suum quemadmodum exposuimus, non diuinum, sed humanum intelligebat. Eodemque sensu Iudæi interrogauerant. *Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidisti?* Nunc autem non de humano, sed diuino respondet die, *Antequam Abraham fieret ego sum*, quod videtur speciem sophismatis habere. Cæterum non sophistice, sed valde prudenter ad Christo fuchum est. Non enim ad verba, sed ad Iudæorum animum respondet. Nam cum negat, *quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti?* de illo tanquam de puro homine loquuntur, qui ante quinquaginta annos non extitisset. Docet ergo errare eos tam qui uis, vt homo erat, nondum quinquaginta habens annos, tamen esse præ crea Deum, qui ante omne tempus exterit. Cur ergo non dicit, ante omnia sæcula ego eram, quemadmodum de illo Ioannes dixerat, *in principio erat verbum*, quibus verbis clarius diuinitatem suam asseruisset? Quia de Abraham quæstio erat, an eum videre potuisset, itaque satis habuit dicere, *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Sed hæc ipsa verba, ita est moderatus, vt non obscure significaueris se nõ solum ante Abraham, sed ante omnia etiam sæcula extitisse. De Abraham enim dicit, *fieret*: de se non dicit, factus sum, sed, *ego sum*, quod omnes fere auctores animotarunt, Augustinus, Leontius, Beda, Theophylact. Euthymius, Rupertus, *Appende verba*, inquit Augustinus, *& ignosce mysterium. Antequam Abraham fieret, inde ge, fieret, ad hominem naturam, sum vero ad diuinam pertinere substantiam. Fieri, qua creatura est ut Abraham. Non dixit, antequam Abraham esset, ego eram, sed antequam Abraham fieret, qui nisi per me non fieret, ego sum. Neque hoc dixit, antequam Abraham fieret, ego fallus sum. In principio enim fecit Deus cælum, & terram: vbi in principio erat verbum. Antequam Abraham fieret, ego sum. Agnoscite creatorem, discernite creaturam.* Notarunt etiã Chrysost. Augustinus Beda, Rupertus, & auctor libri de assumptione Beatæ Mariæ, qui Hieronymo tribuitur, non diuisse, eram, sed, *sum*, quod *sum* supra omne tempus differentiam sit, & quodammodo alluisse ad illud, *Ego sum qui sum.* Itaque recte ex hoc loco Tertullianus in lib. de Trinitate, aut quisquis eius est auctor, Christi probauit diuinitatem. *Ante Abraham, inquit, ego sum. Nemo hominum ante eum potest esse, ex quo ipse fuit, nec potest fieri, hoc ipse vt quisquam prius fuerit ante illum, ex quo ipsa originem probatur sumpsit. Sed in Christum, cum ex Abraham sit, ante Abraham esse fecisse. Aut mentitur igitur, & fallit, si ante Abrahã non fuit, qui ex Abraham fuit. Aut non fallit, si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit. Quod nisi fuisset consequenter tam ex Abraham fuisset, ante Abraham esse nõ posset.* Recte hoc Iudæi intellexerunt, sed non credidenunt. quin putãtes eum blasphemare, qui se aperte Deũ esse diceret, lapidare voluerunt.

59. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.] Erat lex Leuit. 24. 16. *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat eum omnis multitudo populi.* Nulla autem blasphemia maior esse poterat, quam si quis homo, qui Deus non esset, sibi diuinitatẽ attribueret. Iudæi ergo putantes Christum purum esse hominem, videntesque Deum se profitentem tanquam blasphemum lapidare voluerunt.

Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.] Sæpe in ea fuit sententia, vt existimarem Christũ non abscondisse sese, occultando se in loco aliquo secreto. vbi à Iudæis inueniri non posset, sed reddendo se inuisibilem, interim dum per medios hostes suo gradiens de templo egrederetur. Eoque libentius ita sentiebam, quod videbam Calvinistas magnopere repugnare timentes, ne si Christus se inuisibilem facere potuisset, & in Eucharistia inuisibilis esse posset. Et ecce his diebus dum Græcam in Ioannem Catenam lego, incido in testimonium de ea re grauissimum Theodori Heracleensis, ex quo Leontius. Theophyl. & Euthym. vt opinor, acceperunt, vti ut enim Theophylactum eodem omnino verbis, quæ hoc loco inferenda putem. *Ἀεὶ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν Ἰουδαίων αὐτὸς ἐδίδασκεν, οὐδὲ ἀπεκρύπτετο τοῦτο δὲ ἐποίει τὸν ἀνδρεῖον ἐκεῖνον ἀγῶνα ἀναβαλλόμενος. ἐπεὶ καὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ τὴν ἔρημον διέβη, καὶ ἐκεῖ ἐδίδασκε, καὶ ἐθαυματούργει.* Certe si non alia re, hac ipsa Christus Deum se esse declarauit, quod ex medijs hostibus lapidibus tam ad illum occidendum paratis euasit. Cur nũc potius, quam ante aufugerit, aut ita locutus fuerit, vt eum Iudæi voluerint lapidare. Chrysostomus, Theodorus Heracleen. & Theophylactus respondẽt, id fecisse, quando voluit, voluisse, cum vidit satis officio docendi suo fecisse, abunde auditores docuisse, si quidem vellent credere. Putat Theophylactus eos ipsos fuisse, qui nonne lapidare Christum voluerunt, & qui supra ver 30, dicuntur eo concionante credidisse, sed probabilius est, & probioris ingenij credere fuisse diuersos.

CAPVT IX.

1. ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate: 2. & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? 3. Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. 5. quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. 6. Hæc cum dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linuit lutum super oculos eius, 7. & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, Quia hic est. 9. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abij, laui, & vidi. 12. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. 13. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat 14. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. 16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est. 18. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. 19. & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. 21. quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur 22. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspiraverant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate. 24. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo ei ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Mosi discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit ei: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos: 31. scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32. A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati 33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam 34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 35. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum. 39. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci sant. 40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus? 41. Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

IN CAPVT IX.

1. ET præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate.] Sũt qui putent hanc historiam non statim contigisse, postquam Christus è templo Iudæis lapidare volentibus euasit, & quia dixerunt cum eo erant, cum cæcum curauit, quos non leginus, cum de templo egressus est, cum illo fuisse, & quia nõ videtur esse credibile fugitem Christum Iudæorum manus tam insigne in fuga ipsa miraculum edidisse, quo magis accenderet eorum rabiem. Cæterum Euangelistæ verba præ se ferunt accidisse hoc, cum è templo Christus egrederetur, & non est à proprietate verborum temere discedendum. *Et præteriens*, inquit, *vidit hominem cæcum a natiuitate.* Atque ita sentire videntur omnes veteres interpretes, Chrysostomus quidem certe, & Cyrillus in Græca Catena. Qui & hoc ipsum ad mysticum sensum litteralem pertinere putat, quod & statim atque exierit è templo, & præteriens in hominem è natiuitate cæcum incident, eumque curauerit. Templum Iudæorum gentem significare, exisse ergo de templo, id est Iudæos nolentes Euangelium recipere reliquisse, transtulisse sese ad Gentilium populum, qui nulla à maioribus accepta vera Dei cognitione, quasi cæcus à natiuitate erat, eum præterieundo curauisse, quia ad eum nullus non erat, sed *ad eos, qui perierant domus Israel*, itaque illis primum Euangelium veluti fuisse pro confilio prædicasse, gentibus non nisi obiter, eam illa à Iudæi repudiarent. *A te sanè, inquit, abiit regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Matt. 21. 43. & *vobis*, inquiunt Paulus, & Barnabas, *oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes*, Actor. 13. 46. Eodem modo Rupertus suæ propriæ ingenio, siue Cyrillum legens. Mysticum quidem hoc est & allegoricum, sed propterea præter consuetudinem meam dixi, quia, vt D. Augustino existimo, nostræ paulo post dicturi sumus, viderunt Christus hoc

cæco curando aliquid voluisse mystice significare, itaque sensus etiã mysticus hoc loco est litteralis. Quod ergo diximus quosdam obiicere, vt probent non statim post exitum à templo hoc accidisse, quod discipuli in templo cum Christo non fuerint, probare eos possunt, quin verisimile non est eum eo non fuisse, & per totos septem dies passos fuisse se Christi aspectu carere. At solus Christus factus, vt diximus, inuisibilis exiit è templo. Ita est, sed quid prohiber discipulos, cum viderent magistrum sum non apparere, simul etiam egressos, & in via eum consertos esse? Quod autem putant vero simile non esse recens offensos Iudæorum animos nouo miraculo magis exacerbare voluisse, in eo longe dirersum Chrysost. & Theophylacti iudicium est. qui duas Christum ob causas hoc miraculũ statim egressum de templo fecisse tradunt, & vt nouo, infignique miraculo Iudæos ũ volentium se lapidare durities emolliret, & vt re ipsa, quod paulo ante illis dixerat, confirmaret, maiorem priore rem; se esse, quam Abrahamum. Existimant etiam Chrysost. & Theophylact. verbum illud, *vidit* emphasim habere. Vidisse enim non casu, non quocunque modo, sed cum de industria ea præterieret, sciens ibi cæcum esse, vt inuentum curaret, & cum oculos in eum conjecisset, eumque contemplatus fuisset aliquantisper: ex ea enim attenta inspectione Christi discipulos occasionem accepisse interrogandi, quis peccasset, ille, an parentes eius, vt cæcus ille nasceretur. Res quidem ita habet sese, Christum nos priores non magis, quã cæcus ille videre possimus, ipse nos, vt ianemur, prior videat necesse est. Quod Euangelista notauit non quoque modo, sed à natiuitate cæcum fuisse, eo pertinet, vt appareat, quantum in eo curando miraculum fecit. Nam qui iam nati cæci sunt, contrariis fortasse remedijs sanari possunt, etsi id Philosophi nõ dabant, qui autem cæcus natus est, is ab alio medico,

Ariſtot. cap. de Oppoſ. in 2. Ca.

Ii

dico, quam ab ipso auctore naturæ sanari non posse, A
v. Chrysost Theophylact. Euthymius adnotauerunt,
idemque scribit Ambrosius epist. 75. *Ego ne nos quidem*
præterire debemus, quem prætereundum Dominus non puta-
uit, præsertim cum à generatione cæcus fuerit, quod non ante-
hac fuit positum. Est enim cæcitas, quæ plerumque vi cogitationis
obducit oculorum, calliginem temporis spatio mitigatur.
Est cæcitas, quæ humorum infusione generatur. Ea quoq;, vi-
cinis pleramque sublatis medicinæ arte depellitur, vt cognoscas,
quia quædam sanatur, quia generatione cæcus est, non artis
est, sed potestatis. Denuit enim Dominus sanitatem, non me-
dicinam exercuit. Est enim sanauit Dominus Iesus, quos ne-
mo iuuare. Dixi mus hunc cæcum aliquid, vt Christus
ipse indicat, significasse. Quid in eo mysterii Cyrillus, B
& Rupertus esse existimauerunt, paulo ante docui-
mus, nempe Gentilium populum designasse, qui sine
lege, sine Dei cognitione, veluti cæcus à natiuitate sua
erat. Augustinus, & Beda totum humanum genus si-
gnificare putat, quod à natiuitate sua cæcum est, quia
omnes simus *natura filij iræ.* Confirmabat etiam hinc
Gnostici sua illa absurdissima delira, vt auctor est Ire-
næus lib. 2. c. 2 9.

2. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?] Quæri
solet qua occasione discipuli hoc interrogauerint,
cum nihil simile de aliis ægroris legamus interro gas-
se. Chrysostomus hom 55. & Theophylactus vt iu-
perior vetus diximus, ex attenta Christi in cæcum il- C
lum inspectione occasionem accepisse putant existi-
mádi aliquod peccatum vidisse Christum, quod eius
cæcitatis fuisset causa. quod cum posset eius nativita-
tem admissum esse non posset, rogá quis, ante quam
nasceretur peccauisset, *hic, aut parentes eius vt cæcus nas-*
ceretur? Alii ex teorici luitona paralytici curati sum-
pliste quæstionis occasionem. Dicut enim illi Chri-
stus capite 5. 14. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne de-*
terius aliquid tibi contingat. Inde opinionem conce-pe-
rant omnes morbos propter peccata hominibus e-
uenire. Cum ergo in aliis facile intelligerent propria
peccata propriorum morborum esse causam, vide-
rentque hunc natum esse cæcum, interrogant quo
peccato hunc, an parentum suorum cæcus natus sit. D
Sic Euthymius, videturque esse probabilius. De ip-
sa discipulorum quæstione alia maior est quæstio,
quomodo dubitent, interrogentque, an ille pec-
cauerit, qua enim ratione, antequam esset, peccare
poterat? Chrysostо. & Theophyl. hac de causa absur-
dam dicunt fuisse quæstionem. Arabi sunt vero epi-
stola 75. non ob hoc solum, sed quod *debitatores eo-*
rum, vt eius verbis, *reforant ad mentia deliberii.* Cy-
rillus in Græca Catena existimat Iudæorum opinio-
ne imbutos fuisse discipulos, qui putarent animas an-
te corpora creatas peccauisse, ac propter peccata in
corpora detrudas, meliora, peiorane pro merito cuius-
que. Enim errorem Epiphanius diligentissimus earum
rerum scriptor non vlli Iudæorum tetiæ, sed Origeni
tribuit, Theophylactus Philosophis, Platonicos, vt
opinor, intelligens. Vix tamen credibile est aut Phi-
losophorum, aut Iudæorum tam absurdo errore tin-
ctos fuisse Christi discipulos, homines præsertim, vt
aut Theophylact. litterarum rudes Leontius putat nō
interrogare discipulos de præterito, sed de futuro
peccato, non enim ignorasse, antequam nascerentur,
nequaquam peccare potuisse. sed existimasse Deum
futurorum prascium, cum prospiceret fore, vt natus
peccaret, effecisse, vt in futuri peccati poenam cæcus
nasceretur. Non ergo interrogare discipulos an ille,
antequam natus esset, peccauisset, sed an propter pec-
catum aliquod, quod iam natus commisisset, diuina
prouidentia cæcus natus fuisset. Idem Theodorus
Mopsuest. scribere videtur, minus tamen clare. Chry-
sost. autem, Theophyl. & Euthym. non dubitantes, an
antequam natus esset, cæcus ille peccauisset. sed du-
bitantes, quanā culpa, quaue causa cæcus natus esset,
interrogasse, quis peccasset, ille an parentes eius, vt
cæcus nasceretur, quemadmodum solemus de infan-
tibus bello extinctis interrogare, qua sua culpa illi pe-
rierunt? non quidem indicantes culpā eos vllam ha-
buisse. sed potius non habuisse, itaque discipulos hoc
interrogantes potius significasse, neq; cæcum, neque
parentes eius peccasse, vt cæcus nasceretur, quam
dubitasse. Cæcum peccare non potuisse, parētes pec-
casse quidem, sed non potuisse ipsorum peccatū cau-
sam esse cæcitatis in filio, quia *filius non portabit iniquitatem patris.* Vt itaque sententia & Chrysost & Leontii
probabilis, sed quod Chrysost. Theophyl & Euthym.
affirmat, *filius non portabit iniquitatem patris*, nō videtur
idoneū esse argumentum eius opinionis. Nam vt di-
ctum est, *filius non portabit iniquitatem patris*: a dictum
est. *Ego sum Deus Zelotes visitans iniquitates patrum in filios*
vsque ad tertiam, & quartam generationem. Exod. 20. 5.
Quare dubitandum non est, quin propter parentum
peccata filij non solum morbis sæpe nascantur, sed et-
iam moriantur, quod in Dauide factum legimus non
modo natura, quod parentum morbi peccando con-
tracti transferantur in filios, vt Rupertus in hunc locū
disputat, verum multo maxime atque frequentissime
diuina id efficiente prouidentia. vt parentes in filiis,
id est in re omnium cariissima puniantur.

3. Respondit Iesus, neque hic peccauit, neque parentes eius,
sed vt manifestentur opera Dei in illo.] Non significat
Christus, vt Chrysostomus, Theophylact & Euthy-
mius obseruarunt, parentes cæci non peccauisse, sed
nulla eorum peccatum causam fuisse, vt cæcus nas-
ceretur. Est enim Christi responsio accommoda-
te ad propositam quæstionem intelligenda. Idem
Leontius, & Theodorus Mopsuest. de eam ipso di-
cunt, eiusmodi illum, si nominante, esse posse iam
natus esset, peccauisse, sed non propterea cæcum na-
tum esse. Certe nihil hoc loco, quod in summam
torquete queant, Pelagiani habent. Nam sicut ex ver- Pelagiani
bis Christi colligi non potest parentes cæci nullo, an- refutantur.
tequam illum generarent, peccatum habuisse ita non
potest colligi cæcum ipsum non habuisse, cum natus
est, originale peccatum. Sed hoc tantum colligitur,
neque peccatum illius originale, nec actuale paren-
tum causam fuisse vt cæcus nasceretur. Quid ergo?
nonne peccatum originale, vt sæpe Augustinus, & alii
Theologi docent, & in Africano, & Mileuitano Cō-
cilio definitum est, & mortis, & morborum causa est? Peccatum
Est enim verosed causa non propria, sed generalis, & originale
vt Philosophi vocant, causa sine qua non. Si enim A- causa generalis
dam non peccasset, neque mors, neq; morbi omnī- mortis, &
no vllos homines experiremur, cæcum & mortis, & morborum.
morborum aliæ propriæ sunt causæ, inter quas pecca-
tum propria cuiusq; aut suorum parentū numeran-
tur. Non rogabant discipuli ao propter peccatum ori-
ginale cæcus ille natus esset, nec enim ignorabāt pec-
catum originale omnium morborum esse causam: sed
rogabant, quæ propria fuisset causa, quare hic homo
ille natus esset cæcus. Si enim peccatum ei grauis fuis-
set, omnes illi cæcinati fuissent, qui originale peccatū
habuissent. Obseruat Theodorus Heracleotes quā-
tuor ob causas solere homines morbi, aliisque huius-
modi corporis incommodis vexari, cum propter sua, Quatuor
aut propter parentum suorum peccata, aut *diabolo* ob causas
humanum propter probationem, id est vt eorum solent ho-
virtus à Deo probetur, quemadmodum Iob vexatum mines
legimus, aut vt in illis gloria Dei magis eluceat, quo- morbis af-
modo hunc cæcum natum fuisse indicat Christus. fligi. Iob 2. 8.

Quod

Quis dicit peccauerit hic homo ante natiuitatem cæcus.

Ephes. 2. 3

Cur discipuli interrogent cur cæcus natus sit.

Ecclesiast. 18. 20.

Peccata parentum in filios.

2. Reg. 12. 14. 18.

Pelagiani refutantur.

Peccatum originale causa generalis mortis, & morborum.

Chrysostomus, Theophylactus.

Quatuor ob causas solent homines morbis affligi. Iob 2. 8.

Quod sequitur, *sed vt manifestentur opera Dei in illo*, A
hunc sensum præ se ferre hominem illum non alia de
causa cæcum natum esse, quam vt à Christo miraculo
curaretur, eaque te opera Dei in eo manifestarentur,
id est diuina in eo curando virtus eluceret. Ar quæsita
D. Augustinus, Chrysostomus, Theodorus Mopsuest.
Leontius, Bedæ, & Euthymius interpretantur. Monēt
tamen Chrysost. Leontius, Euthymius, & Theophy-
lactus esse auctores alios, qui dictionē *sed* vt non cau-
sam, sed euentum, atque consequentiam significare
dicant, vt infra vet. 39. *In iudicium ego in hunc mundum*
veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Nō
enim propterea venerat, vt qui videbant cæci fierent,
sed id ex eius aduentu ipsorum culpa consecutum est. B
Sic cæcum illum non propterea natum fuisse cæcum,
vt in eo opera Dei manifestarentur, sed ita consecutū,
itaque tuisse eum, vt cum cæcus natus esset, occasio-
nem præberet diuinæ in se virtutis declarādæ. Sic Cy-
rillus in Catena Græca citatus, & Theophylactus ex-
ponunt, estque, vt mihi quidem videtur, vera inter-
pretatio. Illud modo obstare videtur posse, quod vi-
deatur eodem modo, quo in quæstione, & in mēbro
præcedente accipi debere. In quæstione autem cum
discipuli interrogarunt, *quis peccauit, hic, aut parentes*
eius, vt cæcus nasceretur, causam, non euentum significa-
cabat. Sæpe dixi ablardum non esse, quin magnę sæpe
esse elegantiæ, vt idem verbum eodem loco varia po-
natur significatione. Alia alibi eius rei exempla posui- C
mus, hic vnum proponemus de ea ipsa dictione vt, de
qua agitur. Dicit Christus ver. 39. *In iudicium ego in hūc*
mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci
fiant. Bis ponitur, aut intelligitur, *vt*, in priore loco si-
gnificat causam, in posteriore euentum. Sic hoc loco.
Eodem fere redit, quod alii dicunt supplendum esse
aliquod verbum, non idem, quod præcesserat, repe-
tendum. Nec enim sensum esse, neq; hic peccauit, ne-
que parētes eius, vt cæcus nasceretur, sed cæcus natus
est, *vt manifestentur opera Dei in illo*, verum oportere in
eo iam cæco nato opera Dei manifestari. Et vero mul-
tis locis ita sumitur illud ἵνα vt infra c. 13. 18 & 14.
31. & 15. 25. & Mar. 14. 49. & non male in hunc locum D
conuenire sed illam potius Cyrilli interpretationē am-
plectot, quia meliores habet auctores. Acute Chryso.
adnotauit Christum seipsum hoc loco Deum appel-
lasse, *opera* enim Dei vocauit, quæ ipse fecit mundum.
Proprium opus esse Dei hominem fingere. ei nsdē esse
eum refingere, quod Christus hic fecit. Cæterum ex
versu sequenti apparet *opera Dei*, opera Patris appella-
re, etsi eadem opera & ipsius, & Patris erant.

4. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies
est, venit nox, quando nemo potest operari.] Quæ vocet o-
pera eius, qui mihi se, omnes consentiunt auctores. Ne-
pe loquitur tāquā Patris legatus, qui ideo missus fue-
rit, vt eius exhauriret mandata, inter quæ hoc erat, vt
se hominib. quis esset, miraculis, doctrinaque decla-
raret. Atq; propterea hoc addidit, vt quamobrem fu- E
turum miraculum factuus esset, rationem redderet,
tēpus nimirum esse, vt faceret ea, quorum causa mis-
sus fuisset, vt se eiusmodi miraculis mūdo declararet:
se non frustra, non gloriæ colligendæ cupiditate: sed
necessitate paterni præcepti facere. Idro, vt opinor,
potius dixit, *Opera eius, qui misit me*, quam opera Patris,
vt obligationem faciendi miracula ipso missionis no-
mine declararet. Eadē de causa cum posset sua voca-
re opera, Patris potius, qui se misérat appellauit. Qua-
quam aliam D. Augustinus rationē reddit, quod vo-
luerit Patrem potius, quā se ipsum honorare. Theo-
dorus Mopsuest. putat sabbatum fuisse, cū Christus
hoc miraculum fecit, vt vet. 14. scribit Euangelista &
cum sciret fore, vt id factum Iudæi calumniarentur,
excusare posset, quam faceret, voluisse, se necessario fa-
cere, oportere enim se operari opera eius, qui se mi-
fisset. Cyrillus vero non esse disputandi tempus, sed
agendi. Quod dicit, *Oportet*, non absolutum, vt Theo-
logi vocant, necessitatem, sed necessitatem ex hypo-
thesi declarat, posita Patris voluntate. oportere se id
facere, quod ab eo decretum esset. De eo, quod sequi-
tur. *donec dies est*, disceptant interpretes, quid Christus
dicem voccr. Origenes homil. 3. in Psal. 36. Chrysosto-
mus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, & Ru-
pertus existimant totum huius vitæ tempus vsque ad
consummationem sæculi vocari diē. Id confirmant ex
membro sequenti. *venit nox, quando nemo potest operari*,
dicti enim opponitur nox, noctem autem, in qua *nemo*
potest operari, alteram esse vitam: nam dum hæc vita
durat, semper posse homines operari, sicut c. 12. 35. di-
xit, *ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ com-*
prehendant. Sensum ergo esse, vt significet Christus, dū
hæc vita non sua, sed omnium hominum durat, ante-
quam consummatio sæculi huius veniat, vsq; tibi la-
borandum esse, vsq; facienda miracula, vsq; Ecclesiā
colligendam, dum possunt in se homines credere, vē-
turam nobis, qua nemo poterit operari, id est aliam
vitam, qua nemo poterit credere, nemo agere pœni-
tentiam. Confirmant & ex versu 5 quem s. *Quamdiu*
sum in mundo, lux sum mundi. Quam interpretationem
multo rō licet, ac magnorum auctorum ideo non se-
quor, quia Christus de seipso, non de aliis loquitur.
Rationē enim reddit non cur alii, sed cur ipse debeat,
donec dies est, operari. Itaque credendum est diem non
aliorum, sed suam dicere, id est tempus vitæ suæ quo
in hoc mūdo cum hominibus versaturus erat, quem-
admodum Theodorus Heracleotes & Theodoretus
Mopsuest. & Cyrillus in Catena Græca citati, & Au-
gustinus, & Beda in commentariis interpretantur.
Hoc enim sensu solet Christus eiusmodi vitam diem
eius appellare, vt supra c. 8. 56. *Abraham exultauit, vt vi-*
deret diem meum, & c. 12. 35. *ambulate, dum lucem habetis*, id est dū
habetis. Illud quoddam monet, quod Christus
non minus in altera, quam in hac vita laborare posit,
itaque credendum non esse, diem, id est tempus quo
laborandum sibi esset, præsentem vitam fuisse posi-
fisse. Sed hoc lene est, non enim propterea præsentis
vitæ suæ tempus vocanit diem, quod nihil possit hanc
vitam actum esse, quod nihil actum sit, omnia
hominum redemptionem pertinerent, non passiones,
non mortuos, non doctrinam coram homines, non
præsens, & aspectabilis miracula factum. Id vt face-
ret, huius vitæ tempus sibi esse a Patre designatum,
enim diem suum esse, & diem quidem iam præce-
fisse inclinatum, id est proximum morti, instare igi-
tur esse operi, noctem enim instare. Quæ ergo
modo cum hoc sensu conuenier, quod statim adiun-
gitur, *Venit nox, quando nemo potest operari*, quasi tan
de se, sed de aliis loquatur omnibus? Primum qui-
dem non dicit nemo poterit, *sed nemo potest*, quod
diuersam vim, acdiuersum habet sensum. Non enim
significat in ea nocte sua, quam venire, id est iam in-
stare dixerat, neminem operari posse, sed generaliter
neminem in nocte operari posse. Itaque *quando* fue
illud *in qua* non indiuiduum, sed genus refert, quem-
admodum si diceret, *Venit nox*, in nocte autem *nemo*
potest operari, quare nec ego in nocte mea, quæ iam
venit, operari potero, non quidem, sed quæ ad effi-
cium redemptorit propriæ ante peractam redemptio-
nem pertinent. Alii tamen operari poterūt, quia cui-
que dum vita est, dies est. Si dixisset, In qua nemo po-
terit operari, significasset in illa ipsa nocte sua, id est
post mortem ipsius neminem operari posse, quod
fuisset falsum. Nam & nos modo in illum, quem tū-

Ii 2 quam

Vt nō cautum id euentum sæpe significet.

Quid dicit, *donec dies est*, & quotus sit dies, quo nemo operatur.

Dies dicitur omnis cuiusque vita.

quam vidimus, credimus, & nos, dum vivimus, illo adiuuante operamur. Eodem consilio non dixit, Venit nox, sed *venit*, vt non eorum qui audiebant, sed suam noctem declararet. Ipsius enim instabat nox, illorum non instabat. Hoc est *venit nox*, appropinquat, instat, in proximo est.

5. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.] Hæc verba multos etiam fefellerunt, quemadmodum paulo supra dicebamus, vt existimarent Christum noctem non suam, sed aliorum appellare, se enim non diem, non noctem, sed lumē, sed solem dicere, qui alijs præsens quidem diem, absens noctem reddat, ipse vero sibi præsens perpetuus dies sit. Atque ita auctores nō tantum illi, quos diximus, diem non Christi, sed alium, itemque noctem intellexisse, verum etiam D. Augustin. Beda, & Theodorus Heracleensis, vt existimem rationem Christum reddere, cur suam in hac vita præsentiam diem vocauerit, quia nimirum lumen est, & luminis est diem efficere. Nos eut tempus præsentis vitæ suæ diem, tempus vero post mortem non aliorum, sed suam noctem appellauerit. supra docuimus. Nunc putamus aliam rationem vyddi, non quidem cur præsentiam suam diem vocauisset, sed cur oporteret ipsum operari, quandiu dies esset, quia cum tanquam lumen in mūdum missus esset, vt illuminaret *omnem hominem venientem in hunc mundum*, non oportebat otiosum esse, non oportebat sub modio poni, aut sub lecto, sed supra candelabrum, vt lucteret omnibus, qui in domo essent. Hoc ergo est. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi*, ad hoc veni, vt quandiu in mundo, versarer, mundum illuminarem, hoc mihi agendum est, *spectatum natus sum, hunc colam & amabo*. Propterea dixit, *Quandiu sum in mundo*, non quod postea lux ipse in se non sit, non quod non sit etiam postea homines illuminaturus, quemadmodum scipiole dicuntur Augustinus. Nam post Paulum illuminauit, & illuc. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, ad omne etiam futurum pertinet tempus, sed quod postea non ita illuminaturus, quemadmodum ante mortem illuminabat, per se loquendo, docendo, miracula non solum sua, vt postea, virtute, sed etiam sua præsentia, suo corpore, suo verbo. Sua mane faciendo. Cum dicit, *lux sum mundi*, videtur ad futuram cæli illuminationem alludere.

6. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos eius.] Cum ait Euangelista, *Hæc cum dixisset*, indicat Christum certo consilio ea prius dixisse, quam miraculum facere aggrederetur, viamque illis verbis ad faciendum miraculum munuisse, vt Chrysostomus notat. Hæc ergo cum dixisset, id est cum rationem reddidisset, quam obrem incumbendam sibi in opus esset, quod tanquam lumen in hunc mundum missus esset, aggressus est illuminare, aggressus operari in die; aut, vt Theophylactus ait, volunt Euangelista significare Christum non solum verbis, sed factis verba sequentibus, quis esset declarasse. *Et expuens in terram, fecit lutum ex sputo.* Vulgares hic quæstiones duæ, altera, cur luto cæcum sanauerit, cum posset totalis sanare modo? altera cur lutum ex sputo suo fecerit? Sunt qui existimen rideo luto vitam à Christo restitutum cæco, vt appareret vis, ac magnitudo miraculi. Erenim si alia re minus visui contraria curauisset, videri potuisset non diuina, sed naturali aliqua, atque secreta medicamenti virtute curauisse. Cum autem luto curauerit, quo nihil magis contrarium oculis est, credi non potest naturali huius virtute, sed diuina Christi potentia curationem fuisse factam. Solet Deus hac de causa ad facienda miracula rebus vti maxime contrariis. Nihil est, quod aquæ magis sit contrarium, atque impossibiles reddat, quam sal, quis enim marinas bibat aquas? Atqui Elisæus immisso in amaras aquas sale dulces, ac potabiles reddidit. 4 Reg 2.20.21.22. Quid tam contrariū extrahendo de aqua ferro, quam lignum, quod ipsum re alia extrahatur necesse est? Elisæus tamē iniecto in fluuium ligno fecit, vt ferrum secum, quod in flumen ceciderat enataret. 4 Reg. 6.5.6. Aliam omnes fere auctores Græci rationem afferunt, Theodorus Mopsuest. Theodorus Heracleotes, Cyrillus Leontius, & Theophylactus, voluisse Christū ostendere se eum esse, per quem & homo, & omnia initio facta essent: eiusdem enim artificis est ex eadem materia & opus facere, & reficere. Quemadmodum idem ille figulus, in cuius manibus opus fuerat dilapsum, in vas alterum refinxit, Ier. c. 18 4 Fecerat Deus hominem de pulvere, ac *de limo terræ*. Gen. 2.7. reformauit Christus ex luto, id est ex eodem pulvere, ex eadē materia. Cur ergo non ex aqua, sed ex sputo suo lutum fecerit? quæ altera huius loci erat quæstio. Posset aliquis fortasse respondere non habuisse ad manum aquam? Sed haud obscure apparet aliquid, quemadmodum in luto, ita & in sputo fuisse mysterii. atque ita omnes boni auctores sentiunt. quamuis caulas afferant alii alias, Chrysost. Theophylactus, Leontius, & Euthym. simplicissime quoque respondent, propterea sputo illum vsum fuisse, ne aquæ Siloë, quo cæcum mittitur erat, sed hic omnis pars aliqua, aut aliquid ceræ, quod de corpore suo exisset, cæci oculos tetigisset, miraculum adscriberetur. Eodē pertinet, quod Cyrillus in Græca Catena dicit, voluisse Christum ostendere carnem etiam suam medicam, ac salutarem esse, cuius vel tota salus cæcum sanauisset. At tactu hoc melius declarasset. Itaque maius aliquid credo subesse mysterium. Magis mihi placet, quod ex Theophylacto colligo, licere, ipse aliter ire reflexisse videatur, per pulverem humanum corpus, quod de pulvere formatum fuerat, per salivam, quę oce expuitur, animam significari, qua Deus initio in formatum iam corpus Adami quasi ore suo inspirauit, voluisse igitur Christum ostendere esse se, qui & corpus, & animam homini formasset, atque dedisset. Alii incarnationis Christi mysterium designari putāt. Nam per pulverem humanam naturam, per salivam diuinitatem significari, quę ex cælo, quasi ex capite processisset. Sic Augustinus in libro 50. hom. hom. 43. & Beda, & Rupertus in commentariis. Ambrosius vero epistola 75. significasse Christum intus se plenum esse luminis, quando eius saliua, quę ab interioribus, procedit partibus, cæcos illuminaret. Gregorius lib. 8. in Iob. cap. 11. pulverem, carnem nostram, carnalesque cogitationes, salivam, diuinam gratiam significare, quæ nos illuminat, ac sanat. Habet, quod eligat lector, ego omnia existimo probabilia, sed iam dixi, quid mihi maxime placeret. Non est abs re, etsi morale est, quod Cyrillus in Græca Catena obseruauit, Christum alios quidem cæcos non nisi rogantes, non nisi ad se clamantes curauisse Matth. 9.27. & 20.30. huic autem non clamanti, non petenti sponte sua vitam restituisse. Nimirum illos Iudæorum, hunc Gentilium populum significasse, Iudæos, quia notitiam habebant eius, voluisse curare aut corpore, aut animo, nisi petentes, atque rogantes, Gentiles vero, qui omnino cæci erant, qui petere ab eo, quem non cognoscebant, sanitatem non poterant, vltro sanasse, vitro illis Euangelium salutemque obtulisse. Saliua vero sua curauisse, vt doceret non posse gentes illuminari, nisi carnis suæ participes fierent.

7. Et dixit ei, vade, & laua in natatoria Siloe.] Κολυμβήθρον hic narrationem, quod Græcum verbum proprie

proprie significat, alibi piscinā vertit noster interpres, vt c.5.2. Vocabatur autem hæc piscina Siloë, quod, vt interpretatur Euangelista, idem est Hebraice, quod *Missus*. Erat autem ad radices montis Sion, sirque eius mentio Iiat 8.6. Soler quæri, cur Christus hunc cæcū, quem haud dubie statim curare poterat, ad piscinam lauandi causa miserit? Chrysost. Leontius, & Theophylactus non aliam eius rei afferunt causam, quam vt in longa via, quæ per mediam vrbem conficienda erat, quam plurimos & cæcitatis, & curationis sue testes colligeret. Euthymius, vt appareret non puluere, sed Christi virtute curatum fuisse, cum haberet statim puluerem lauādo abstergere. Alij maiore mysterio id factum putant, significarum enim fuisse, etiam postquam nos Christus tetigit, postquam in illum credimus, opus tamē nobis esse baptismo, vt illuminemur, vt peccata nobis remittantur. Nam & baptismus à D. Paulo ad Hebræos. 6. 4. & à Græcis Ecclesiæ doctoribus *φώτισμὸς*, id est illuminatio, vocari solet. Hanc rationem Ambros. epist. 75. August in lib. 50. hom. hom. 43. Beda, & Rupertus reddiderunt. Idipsum Sedulius versibus non in elegantibus expressit.

Baptismus à Græcis illuminatio dicitur.

Cur is sanauerit cæcum.

Sup. c. 1. 9.

Matt 5.15. Marc. 4. 21.

Cur ad arcanum li. 4. epist. 6.

Act. 9.17. 22.

Sup. c. 6. 9.

Lib. 4. carm.

Cur luto cæcum sanauerit.

Cur sputo luto fecerit.

Sputo luto fecit.

In Iudæis designatur Gentium vocatio.

Cognoscite cuncti,
Mystica quid docuant animus miracula nostros.
Cæca fuimus prolis miseria deformibus Hevæ,
Portantes longo natas errore tenebras,
Sed dignante Deo mortalem sumere formam
Tegminis humani, fulsit ecce de virgine nouis
Terra salutaris, quæ fontibus obtulit sacris
Claraturas cecutu referat spiracula lucis.

Aliam quoque rationem refert Euthymius, voluisse Christum experiri cæci eius fidem, vtrum iret, vtrum in via hæsitaret. Et vero merito Chrysost. Theophylactus, & Euthymius eius fidem, obedientiamque magnopere collaudant. nō dubitasse apud sese, quorsum lutum in oculis? quorsum saliua Christi? quorsum in piscinam lauandi causa mitteretur? in qua multi profecto cæci sæpe latuissent, qui curati non essent, sed simpliciter Christi verbis obtemperans abiit. consecutusque præmium est obedientię. *Iuit* enim, *& venit videns*. Placent mihi duæ vltimæ rationes, suum tamē cuique iudicium esse velim in re probabili, & in neutram partem periculosa.

Obedientia exemplum.

Abiit ergo, & lauit, & venit videns.] Addidit hoc Euangelista, vt doceret verba, actionemque Christi ut eventum consecutum fuisse, quod erat in primis scitu necessarium. Documentum obedientiæ, nunquam obeditur sine operæ pretio. Simile, sed minus perfectę obedientiæ exemplum est Naaman Syri 4. Reg. 5.10. 11.14.

8.9.10. *Itaque vicini, & qui viderant eum prius.*] Describit his versibus Euangelista varium hominum de eo miraculo iudicium, alios negasse, alios concessisse, afficmasseque eum esse, qui paulo ante in oculis totius ciuitatis cæcus mendicasset. In primis vero cæcum ipsum publice professum se esse, qui prius cæcus cum fuisset, tam videret. Quod eo, vt opinor, consilio Euangelista narrauit, vt doceret non temere miraculum creditum fuisse, examinatum, exagitatumque etiam ab aduersariis Christi prius, negari tandem non potuisse.

11. *Ille homo, qui dicitur Iesus.*] Exponit interrogatus cæcus rei gestæ ordinem, idque simpliciter, & sine vlla significatione gratiæ, quo maiorem fidem faciat. Quæ causa, vt arbitror, fuit, quamobrem Christum minus honorificè, quam fortasse cupiebat, appellauerit. *Ille*, inquit, *homo, qui dicitur Iesus*, quasi de alieno, & sibi de solo nomine non loquens. Etsi Theophylact. & Euthym. propterea hominem vocasse putant, quia nondum sciebat esse Deum, quod est quidem vero simile, sed poterat hominem honorificētius appellare, quod cur non fecerit, causam exposuimus. Quæruntur Theoph. & Euthy. quomodo sciret fuisse lotum, cum non vidisset eum. Respondent, aut ex alijs rogādo, aut ipsius verbis, aut ex vulgari fama didicisse.

12. *Vbi est ille?*] Quamobrem interrogetur, vbi sit, ex versu sequenti colligitur. Volebant comprehendere, & ad Pharisæos adducere. Quo animo? incertum Chrysostom. & Leontius malo animo Christum ad Pharisæos adducere voluisse indicant, vt eum quasi reum violati sabbati accusarent. Quod ideo probabilius est, quia apparet istos, qui interrogarūt cæcum, vbi Christus esset, cæco dicenti se cæcum fuisse, non credidisse. Propterea enim, cum Christū, quem quærebant, non inuenirent, cæcum ipsum loco illius ad Pharisæos adducunt, vt ab eo diligentius, ac subtilius examinato exprimatur confessio veritatis. Depingitur in iis, qui non credebāt, hæreticorum persona. Itaque cum ista ego lego, Caluinistas prorsus videre, eudireque mihi videor.

In Iudæis depingitur Caluinistarum persona.

14. 15. *Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.*] Hoc ideo obiter Euangelista notauit, vt calumniæ occasionem declararet, vt Theophyl. monet. Cum dicit, *Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus*, videtur indicare nō fuisse sabbatum, sed aliquem alium post sabbatum diem, cum hoc, quę nunc narrat, acciderunt, cum vicini, & alij cum cæco disceptarunt, cum eum ad Pharisæos adduxerunt.

C Non dicit fuisse sabbatum, cum Christus cæcum ad piscinam misit, sed cum lutum fecit, cum oculos eius aperuit. Non ad piscinam in sabbato ire, lucrique licebat, sed lutum facere, & oculos aperire videbatur illis nequaquam licere, quod opus esset in sabbato prohibitum.

16. *Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?*] Docet Euangelista tantū apud Pharisæos cæci iam videntis præsentiam, testimoniumque valuisse, vt quamuis non omnes credidetint, tamen in diuersas sententias distracti sint. Qui maxime increduli, & stulti erāt, maximeque volebant videri religiosi, negabant posse ex Deo, id est à Deo missum, aut diuino spiritu ductū esse eū, qui sabbatū non obseruaret, quasi facto ex puluere, & saliua luto, & curato cæco violatum sabbatum fuisset. Qui prudentiores erant, argumentabantur non posse hominem peccatorem, id est qui à Deo non esset, ea edere miracula, quæ Christus ediderat. Non quod nō possint aliquando peccatores miracula facere, sed q raro admodum faciant, vt apud Matth. 7.22 copiose disputauimus. Itaque efficax argumentum istorum erat, futurum omnino necessarium, si adhuc essent nemine posse ea signa facere, quæ Christus faciebat, & eo modo, quo faciebat, propria virtute, suoq; imperio nisi à Deo, atque à Deo Deus esset.

17. *Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos.*] Cæcum vocat Euangelista, qui cæcus fuerat. quamuis cæcus iam nō esset, quem admodum vocatur aqua, quæ iam vinum erat, sed aqua fuerat. c. 2.9. & virga Aaron, quæ iam erat serpens, Exod. 7.12. Dicit iterum interrogarum à Pharisæis cæcum, quia primum interrogatus fuerat à vicinis, & aliis ciuibus Ierosolymitanis, ver. 10. Deinde secundo à Pharisæis, nūc *iterum*, id est tertio ab iisdem interrogatur. Interrogant autem illum. *Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* quasi iam pro certo ponentes cæcum fuisse, & à Christo curatum esse, non quod id crederēt, vt versus sequenti declarat Euangelista, sed fingentes se credere, quo libertius cæcus responderet. & in eandem calumniam cum Christo, accusationemque inuoluc-

rerut. Aut certe vt rem aliter fortasse, quam ante, narraret, indeque coniecturam sumerent eum esse mentitum, itaque nec cæcum fuisse, nec vllum in eo Christum fecisse miraculum. Solent hoc consilio iudices eundem sæpe rerum de eadem re interrogare, vt videant num sibi omnibus in rebus constet, ecquid euariet, & num vera, an falsa dicat ex dictorum constantia, aut varietate coniiciant. Eodemque consilio Pharisæos sæpe hunc cæcum interrogasse Leontius admonuit. Pronomen, Tu, emphatice simul, & adulatorie positum est, quasi dicât, nos de hac re inter nos disceptamus, an ille, qui tibi oculos aperuit à Deo sit, necne, & in contrarias diuisi sententias te iudicem cõstituimus, qui tanto ab eo affectus beneficio optime de illo iudicare pores, Tu ergo quid de illo dicis? non enim stabimus iudicio. In hunc sensum Theodorus Mopsuest. & Cyrillus in Catena Græca, & Rupertus in commentariis interpretantur. Itaque existimant, eos, qui hoc interrogarunt, non fuisse eos, qui dixerant, *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* sed eos, qui dixerant, *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Quos ergo potius, quam Chrysost. Theophylactum, & Euthymium sequor contra sentientes, eos solos fuisse, qui meliorem de Christo habebant opinionem, ideoque cæcum interrogasse sperantes fore, vt cum tantum à Christo beneficium accepisset, præclarum de illo diceret testimonium, & secundum se contra alios Pharisæos, cum quibus disputabant, indicaret. Non conuenit hoc cum iis, quæ statim dicit Euangelista, etiam post cæci testimonium Iudæos non credidisse, eos nimirum designans, quod dixerat cæcum interrogasse.

Cur sæpius hic interrogat Pharisæos.

Ille autem dixit, quia Propheta est.] Id est vir sanctus, atq; diuinus. Eiusmodi enim homines Iudæi solebant Prophetas appellare, etiam si futura minime prædicerent, vt nos alibi sæpe diximus, & hoc loco Cyrillus in Græcorum Catena, & Leontius in commentariis obseruarunt. Testimonium quidem de Christo cæcus dicit minus, quam oportebat, sed maius, quam antea dixerat. Prius hominem appellauerat ver. 11. nunc Prophetã vocat. quo nomine quidquid sanctitatis, quidquid honoris in puro homine esse potest, cõprehendit. Nondum enim credebat esse Deum. *Atque quidem imperfecta in corde* (inquit Augustinus) *nõdum Deum confitetur, nec mẽtitur tamen. Ipse enim Dominus de semetipso ait, Non est Propheta sine honore nisi in patria sua.*

Propheta apud Iudæos dicti viri sancti.

Tract. 44. Matth. 13. 57. Luc. 4. 24. sup. 4. 44.

18.19 *Non crediderunt ergo Iudæi.*] Illi ipsi qui cæcum interrogauerant, quique ante dixerant, *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Itaque eius parẽtes accersunt, interrogant, an ille eorum filius sit, & an natus cæcus, & qua ratione curatus, experiri vtiq; volentes, ecquas in re præterea à filii testimonio discreparent, vt ansam inde arriperent dicendi rẽ esse compositam, & aut non fuisse natum hominem illum cæcum, aut non miraculo, vt ait Chrysost. sed magica arte curatum esse.

Vt. v. 16.

20.21. *Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est.*] Cum tria Pharisæi interrogassent, an filius eorum ille esset, an natus cæcus, & quomodo videret, ad tria respondent, dicunt scire se filium suum esse, natumque fuisse cæcum, tertium quomodo videat, respondent se nescire. Credibile est audiuisse iam nasrentes à filio suo, quomodo à Christo curatus fuisset, sed quia id non nisi ex eius testimonio sciebant, & aliquid periculi in ea re esse videbatur, caute, vereq; respondent se nescire, ipsum interrogent, ætatem habere, vt pro se respondeat.

22.23. *Hæc dixerunt parentes eius.*] Nempe, *Ipsum interrogate, ætatem habet*, vt statim ait Euãgelista. Reddit causam cur ea cautione parentes in loquendo vti sint, quia Iudæos, id est Pharisæos, & cæteros Iudæorum principes timebant, quos sciebant aduersos Christum conspirasse. Hi enim simpliciter, & καθ' ἑαυτοὺς Iudæi appellantur, vt cap. 7. 35. *Iam enim consilium inierant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret, ἀποσυνάγωγος γένοιτο.* Synagoga, id est publicis conuentibus interdiceretur, quia tanquam Messiam illum reciperet, quod nunc dicimus excommunicari. Hoc Euangelista dixit, vt cæci parentes excusaret, quod non aperte dixissent, quod non ignorabant, filium suum à Christo visum recepisse, vt Cyrillus adnotauit.

Adimunda eorum ægnoratio Iudæis data.

24. *Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus.*] Cum nihil ab eius parentibus de ratione, qua curatus fuisset, extorquere potuissent, eorum secuti consilium *rursum*, id est tertio cæcum accersunt, singuntq; se ex eius parentibus, aut ex seipsis, aut aliunde certo scire Christum hominem esse peccatorem, proinde frustra eum veritatem negare coniectum certis argumentis prius mentitum esse, rem que omnem à Christo subornatum composuisse, melius sibi ipsi consuluturum, si sponte, quod res est, confiteatur. Solent iudices, vt à reis confessionem exprimant veritatis, fingere se aliunde rem scire, multos eius rei se testes habere. Quod dicunt, *da gloriam Deo*, modus est loquendi Hebræus vsitatus, quo solebãt rei tanquam per Deum adiurati solemni ritu interrogati, admoniti iis verbis stare se coram Deo, reuerendam sibi eius esse maiestatem, ne ergo coram illo mentiantur, qui omnia probe sciret, quasi indicentes illum ignarum esse humanarum rerum, quæ magna in Deũ esset iniuria, hunc potius illi honorem deferrent, vt confitenda illius reuerentia veritate ostenderent se credere nihil illum ignorare. Sic ergo dicebant, *da gloriam Deo*, sicut Hispanus iudex dicit, Pone isthic manum, cruce pone tua, & Gallus, Tolle manum, quasi per Deum iuraturus. Exemplum est Iosue 7. 19.

25. *Si peccator est, nescio, vnum scio, quia cæcus cum essem modo video.*] Recte sentiunt Chrysostomus Leontius, Theophylactus, & Euthymius hoc cæcum illum ex animo non dixisse, nec tamen mentitum fuisse. Sciebat enim profecto Christum peccatorem non esse, quem iam ver. 17. Propheta, id est virum sanctum esse confessus fuerat, & paulo post ver. 31. 33. non solum confitetur, sed certis etiam probat argumentis non esse peccatorem. Sed dicit se nescire an peccator sit, id est nolle se de ea re disputare, nolle id magis dicere, quam si nesciret, nolle verbis agere, sed rebus, si diuerit eum non esse peccatorem, nihilo magis illos esse crediturros, hoc se vnum scire se cæcum fuisse, & illius nunc opera videre, inde ipsi, qualis ille vir sit, coniecturam faciant, sic Chrysostomus, & Leontius. Euthymius vero putat hæc non nescientis non dubitantis, sed Pharisæorum nugas irridentis esse verba, quasi non tam dicat se nescire, quam se mirari, quod id illi nesciant, quod id intelligent. Potest & hoc esse sensus, *nescio*, id est non debeo ego de ea re iudicare, non est meum officium, nec vos de ea re quærere debetis, nec ergo respondere magis volo, quam si nescirem. Videtur hoc loco confirmari, quod Theologi tradunt non debere reum ad ea, quæ iudex inepte, & præter ordinem iuris rogat, respondere. Ruperti interpretationem coactã esse arbitror. *Sit peccator*, inquit, *est, nescio, id est peccatorem non esse scio*, quasi non neget scire se vtrum peccator sit, sed affirmet se nõ esse peccatorem.

Reus in iudicio non quilibet non respondere iudici interroganti possit. Lib. 3. in Iren.

26.27. *Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi?*] Iam audierant ab illo, quid sibi fecisset, ver. 15. sed interrogant iterum, quid sibi Iesus fecerit, quasi aliquid præteri-

tere grauius prolocuti, quo sabbatum omnino violatum videretur. Nam de gito ex pulvere, & sputo lutum fecisse, liuitq; que oculos nimis leue ad accusationem videbatur. Ille ineptiam, & pertinaciem quæstione indignatus, acerbius, quam ante respondet, pungens simul illos, & irridens. *Numquid & vos vultis discipuli eius fieri?* nihil Pharisæis scientiæ opinione inflatis conuenientius dici poterat, quodque hominem superbos magis vteret, quam eos velle, aut posse, non dicit Christi, quem tanto illi odio persequebantur, sed etiam cuiuscumque hominis discipulos esse. Duo his verbis ostendit, præterquam quod Pharisæorum arrogantiam irridet: indicat primum, quid, si saperent, facere deberent, nimirum Christi discipuli fieri: deinde se eius esse discipulum. Hanc enim vim habet particula illa, *& vos*, quasi dicat, sicut ego discipulus eius sum, sic ut Leontius acute vidit, & Theodorus in Græca Catena.

Adimunda eorum ægnoratio Iudæis data.

28 *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus.*] Indicauerat vt modo dicebamus, cæcus ille se discipulum esse Christi, quod cum intellexissent Pharisæi, respondent, *Tu discipulus illius sis*, quali dicat, esto tu, vt es discipulus illius, & vt vulgo loqui solemus profit tibi, quod discipulus illius sis: nos Moysem meliorem habemus præceptorem eius discipuli esse nolumus. Non ergo dicunt, *Tu discipulus illius sis*, quasi iubeant, aut concedant, qui nondum Christi discipulus esset, discipulum eis fieri, sed quasi per ironiam gestulẽtur ei, quod eius discipulus sit, sibi vero gloriãtur ducant, quod eius discipuli non sint. Notat Leontius pronomen illud *tu ecce, illius*, abominantis esse.

29. *Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus, vnde sit.*] Docent quanto meliorem præceptorem habeant. Scire se Moysi, quem ipse præceptorem sequantur, locutum esse Deum; itaque non magis certo posse eum sequentes, quam si Deum ipsum sequerentur. Christum nescire vnde sit, id est ab missus sit à Deo, an Deus illi locutus fuerit. Non enim significant nescire se, quo loco sit natus, cum pro certo haberent eum in Galilæa natum esse. Hoc eodem sensu cæcus illis respõdet, vt iam dictum fuit. Cum dicunt, *hunc*, contemptim de illo loquuntur nolentes appellare. Ad hunc modum Euthymius exponit. Quod magis mihi placet, quam quod in Græca Catena Cyrillus, & in commentariis Leontius scribunt, oppoui Moysi legislatori Christum tanquam violatorem legis: quali dicant, scimus Deum Moysi legem dedisse, ille autem, qui legem violat, nescimus vnde sit. Aliam affert Leontius interpretationem, vt cum dicunt, *nescimus vnde sit*, significent ex adulterio ignoto patre oriundum esse, quod in simili loco cap. 8. 19. ex eodem Leõtio, & Cyrillo supra notauimus. Sed quod primo loco posuimus, est probabilius. Ita non repugnant sibi, cum hoc loco dicunt, *nescimus vnde sit*, & cum cap. 7. 27. *Hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit*, quæ altera Leontij quæstio est: illic enim de loco, hic de spiritu, & auctoritate, qua missus esset, loquebantur: præterquam quod illi turbæ, hi Pharisæi erant. Notant Chrysostomus & Theophylactus quod non viderant, sed audierant, aut legerant, dixisse se scire Deum cum Moyse locutum fuisse, quod autem oculis sui perspexerant tot à Christo coram ipsis miraculis factos, eum filium esse Dei aut ab eo certe missum, quod que & Patris, & Ioannis, vt ait Euthymius, audierant testimonio, id se dicere, nescire. Tantum valet ad credendum, vel non credendum affectus.

Affectus ad credendum quantum valeat.

30. *Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit meos oculos.*] Mirabile quiddam, & incredibile in hac re accidit, quod vos nesciatis, vnde sit, cum oculos meos aperuerit. Particula מה pro מה Hebraico, id est *certe*, aut enimuero ponitur erit. Pronomen, *hoc*, hanc habet emphasim, vt verbum cæcus ex Pharisæorum ore astripere videatur, & ex eo ipso, quod illi dixerant, eos conijcere. Cum dicit, *mirabile est*, aut significat eos mentitos esse, cum dixerunt nescire se vnde Christus esset, probatque fieri non posse, vt id nesciant, cum Pharisæi sint, id est homines præstantes scripturarum scientia, ex quibus cognitum habebant non solere quemquam nisi à Deo missum miracula facere, aut certe eorum excusat ignorantiam, quod Pharisæi cum sint, ignorent neminem posse facere miracula, nisi à Deo missus sit. Verumliber volueris significare, emphaticum est pronomen illud, *Vos*, aut vos homines docti: hoc non potestis ignorare? aut mirum est, & vestro indignum nomine, quod vos Pharisæi, qui omnia scire profitemini, hoc ignoretis, *Vnde sit*, vt supra exposuimus, idem est, quod à quo missus sit, an sit ex Deo: aut *vnde*, id est qualis sit, iustus, an peccator: hic enim audo quæstionis erat, ver. 24. *scimus, quia hic homo peccator est.* Hoc est sequentibus verbis apparet. *Scimus autem, quia peccatores Deus non audit.* Sic galatem etiam habet vim, quod addit: *Et aperuit meos oculos*; quasi dicat, cum tam manifestum, tam illustre miraculum fecerit, non in loco, aut remoto, aut occulto, sed in me, in meis oculis, quos vos ante cæcos vidistis, nunc sanos videtis.

Ad Deus peccatores non exaudiat.

31. *Scimus autem, quia peccatores Deus non audit.*] Probat scire eos, aut certe debere scire, *vnde*, id est qualis iustus sit, non peccatorem, cum exaudiatur à Deo sit, & Deus peccatores non audiat. Sic enim ratiocinanda, Deus non audit peccatores, sed iustos: sic audiuit; ergo iustus, non peccator est. Argumentatur autem ex communibus principiis, & recepta apud omnes hominum opinione, vt Cyrillus, & Leontius obseruant, ideo nõ dixisse scio, sed *scimus*, id est vulgo scitum est, atque receptum, vt nemo prorsus dubitet. Chrysost. & Theophylact. ad solum cæcum, & Pharisæos referunt, quorum alij dixerant versu 16. *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit*, alij, *quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Ad quam sententiam opinionem alludens cæcus dicat, *Scimus* ego, & vos, peccatores à Deo non audiri. Sententia est generalis, & sæpe in sacris litteris repetita. *Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*, Isai. 1. 15. Et, *aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deũ vestrum*, Isai. c. 59 1. 2. Et, *qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius sit execrabilis*, Prouerb. 28. 9. Et, *peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Psal. 49. 16. Et, *maledicã benedictionibus vestris*, Malach. 2. 2. De iustis autem dicitur, *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum*, Psal. 33. 16. &, *oculi Domini ad timentes eum*, Eccli. cap. 15. 20. Disputant tamen multi, quomodo ea sententia in vniuersum vera sit, Deum peccatores non exaudire. In quibus Augustinus hoc loco, & in lib. 50. homil. hom. 45. & lib. 2. contra epistol. Parmen. cap. 8. & lib. 3 de baptismo contra Donatist. cap. 20. & libr. 1. retract. cap. 5. Beda. *Si autem Deus peccatores non audiret, frustra de peccatis, inquit Augustinus, oculos in terram dimittens, & pectus suum percutiens diceret, Deus propitius esto mihi peccatori.* Putant igitur Augustinus & Beda, aliique multi interpretes Augustinum secuti cæcum illum tanquam cæteri humanum, aut neo, hyum locutum esse, qui necdum satis institutus à Christo generaliter pronuntiauerit, quod generaliter verum

Tract. 44. Lucæ 13.

Donatistæ hoc loco abusi.

non sit. Abutebantur hoc loco Donatistæ, vt probarent ritita esse sacramenta per peccatores administrata, vt ex iis locis Augustini contra Donatistas, quos modo notauimus, perspicuum est. Quæres Augustinum, vt opinor, impulit, vt diceret non esse eam Christi, aut scripturæ sacræ, sed indocti hominis sententiã, quæ non semper vera sit: abusus est & D. Cyprianus mitæ sanctitatis, & eruditionis auctor epistola 64. & 70. vt probaret baptismum ab hæreticis datum esse repetendum. Quod cum falsum esse constet, conati multi sunt variis modis generalem restringere sententiam. Augustinus hactenus recte sentit, quod non putat de sacramentis intelligi debere. Nam etsi cum omnibus sacramentis aliquæ preces coniunctæ sunt, tamen aliud sunt preces aliud sacramentum, nec vis sacramenti in precibus posita est. Itaque cum peccator sacramentum administrat, non est peccator, sed Christus, qui exauditur, auctor sacramenti. Quod autem Augustinus existimat, ne de ipsis quidem precibus hoc in vniuersum verum esse, disputabilis quæstio est: videmus enim aliquando audiri à Deo peccatores, non solum cum veniam à Deo suorum peccatorum petunt, quam semper Deus paratus est dare: sed etiam cum alia petunt bona, quæ non ad corpus, sed ad animum pertinent. Placet mihi interpretatio Leõtij, quæ eadem Theophylacti, & Euthymij est, esse hoc ita intelligendum, Deum non sic peccatores audire, vt per eos ad declarandam eorum sanctitatem miracula faciat: de hac enim re hic agebatur. Tota ratio duobus principiis nixa est, quæ quamuis cæcis non expresserit, intelligi tamen voluit. Alterum est, omnes homines, qui miracula faciunt, precibus facere, id est non propria auctoritate, sed impetrata precibus à Deo faciendi potestate. Alterum, Christum tãquam purum hominem miracula facere: illud quidem verum est, in hoc secundo cæcus errabat.

32. 33. *A sæculo non est auditum.*] Exaggerat miraculum, inquit Chrysostomus, vt maiorem argumento vim adhibeat: tanquam dicat, quisquis miraculum qualecunque facit, à Deo est, quanto magis Christus, qui non qualecunque, se tale miraculum fecit, quale neminem vnquam feciſſe fando auditum est? Potest & alius esse sensus, vt probet his verbis cæcus verum fuisse miraculum, quod Christus in se fecisset: nec enim potuisse oculos nati cæci alia ratione quam miraculo aperiri: quem enim medicum vnquam homini nato cæco dedisse visum? quemadmodum Theodorus Heracleensis videtur exponere. Obseruauit autem idem Theodorus, & alter Theodorus Mopsuest. Cyrillus, & Leontius, cum cæcus dicit, *A sæculo*, tacite Moysem ipsum includere, qui nullũ vnquam tantum miraculum fecerit, itaque Christum illi antepositum, quem Phariſæi paulo ante Christo præ-

Moysi anteponit Christum cæcus. Vers 28. 29.

tulissent, *tu discipulus illius es, nos autem Moysi discipuli sumus*: Et, *nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit.*

34. *Responderunt, & dixerunt ei, in peccatis natus es totus: & tu doces nos?*] Hinc apparet manuetudinem illã, quã ante Phariſæi in interrogando cæco vsi fuerãt, fictam fuisse, & ad eliciendum ab eo aliquid comparatam. Nam vt Chrysostomus, Theophylactus, Leõtius, & Cyrillus adnotarunt, quamdiu spes illis fuit, aliquid ab eo diuersis interrogationibus exprimendi, quod ad Christi criminationem seruire posset, mitius cum eo, & moderatius egerunt: cum vero vident aperte eum Christum defendere, seque insuper ab eo coargui, tum vero in contumelias erumpunt. Maxime vero commouet eos, quod ad eius argumenta respondere non possent, vt Theodorus Mopsuest. & Theodorus Heracleotes, Cyrillus, & Euthymius indicarunt. Sic solent hodie deprehensi, & conuicti argumentis hæretici ad probra, & iniurias sese conuertere, & cum ad respondendum lingua hæreat, ad conuitiandum solum est. Magis etiamnum eos pupugit, quod cæcus illos, id est homo vilis, abiectus, impetitus, & nihil nisi peccare sciens, homines sanctitatis, & scientiæ opinione præcellentes, &, vt vno dicam verbo, Phariſæos, id est egregios, & ab impetita multitudine segregatos docere videretur. Hoc enim vnum respondent, hoc quæruntur, *Tu doces nos?* Atque hanc vim habent duo illa pronomina, *tu*, & *nos*. Quod dicunt *in peccatis natus es totus*, simplicissime ego quidem intelligo, vt ea phrasis perinde valeat, ac si dicant, nihil aliud ab vtero matris tuæ vsque ad hodiernum diem didicisti, nisi peccare, *& tu doces nos?* sed tamen aliorum interpretationes nec præteribo, nec sequi alios prohibeo. Quidam igitur totum, id est corpote, & animo interpretantur. Nam animo, cum natus est, iam fuisse peccatorem, siue propter originale peccatum, siue quod, vt illi existimabant, eius anima in alio corpore peccauisset, ideoque in corpus aliud oculis orbatum inclusam fuisse, quemadmodum Cyrillus, & Leontius exponunt, & corpore ipso peccati vestigiis notato natum esse. Sic apparet vtrumq; Theodorum Heracleotem, & Mopsuest. & Cyrillum intellexisse, estque valde probabilis explicatio. Alij totum putant ad ætatem referri, quasi dicant, toto tempore vitæ tuæ peccator fuisti, vt Chrysostom. & Theophylact.

Et eiecerunt eum foras.] Quidam exponunt, eiecerunt extra templum, vt Theophylactus, sed non constat Phariſæos in templo fuisse, cum hæc egerentur. Alij, eiecerunt à loco iudicij, in quo tunc erant, vt Theodorus Heracleens. Alij, à synagoga, atque excommunicarunt illum, & synagogæ ingressu, consuetudineque prohibuerunt, vt Leontius. Ego non audeo plus dicere, quam ex verbis intelligi potest. Cum ergo neque templi, neque synagogæ, neque iudicij vlla fit mentio, aut vllum saltem vestigium appareat, simpliciter interpretor indignatione quadam ex loco, in quo erant, eum eiecisse tanquam hominẽ stultum, indignum qui cum quo ipsi tanti magistri disputarent. Is autem locus nõ alius fortasse, quam priuata domus erat.

35. *Audiuit Iesus, quia eiecissent eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei.*] Loquitur Euangelista de Christo perinde ac si purus esset homo, quia Christus ipse in hoc facto tanquam homo gessit se, quemadmodum multis aliis locis obseruauimus. Non erat illi necesse ab aliis audire cæcum à Phariſæis foras eiectum fuisse, vt id sciret, qui intimas hominum cogitationes cognitas habebat, atque perspectas: sed ita se gerit, quemadmodum si non aliunde, quam ex aliorum narratione sciret. Quo consilio id fecerit, incertum: sed est probabilis coniectura noluisse nisi loco, ac tempore diuinitatem suam declarare. Quanquam Cyrillus, & Leontius non existimant vt hominem audiuisse, sed vt Deum scisse illum eiectum fuisse foras. Quod præterea dicitur Christus cæcum inuenisse, ita dictum videtur quasi casu in illum incideris, quia ita ille eum inuenit, quasi non quæsiuisset; cum credendum sit de industria quæsitum inuenisse, idque haud obscure ex præcedentibus Euangelistæ verbis colligitur. Cum enim dicit, *Audiuit Iesus, quia eiecissent eum foras*, indicat, quæsiuisse eum; alioqui frustra id ante dixisset. Magnum beneficium consecutus cæcus fuerat, quod visum recuperasset, maius consecutus est, quod eiectus fuerit à Phariſæis: continuo enim quæritur, innenitur, suscipitur, docetur à Christo, quæ illi ad salutem deerant.

In loco pro nudato quod ab eo probrosè obiicitur.

erant. In magno nobis luctu ponendum est, quod à Phariſæis, id est ab hæreticis, à schismaticis, à mundo eiiciamur foras; tunc quæramur, tũ suscipimur à Christo, qui dum eorũ amentia, quasi vinculis tenebamur, ab eo non videbamur. *Pater, inquit, mens, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Obseruãt hoc Augustinus, Chrysostomus, Beda, Theophylactus. Interrogat Christus inuentum cæcum, *Tu credis in filium Dei?* in pronomen *tu*, vt recte Cyrillus, Chrysostomus, Euthymius adnotarunt, emphasim habet, quasi dicat, Phariſæi, qui te eiecerunt, non credunt in filium Dei, quid tu ian credis? Præstiterat illi Christus corporis medicinã offerre nunc & medicinam animæ, illuminare tur eius corpus, vult & animum, quod maius est beneficium illuminare, *Lauerat faciem corporis, non lo lauit*, inquit Augustinus *faciem cordis*. Quod idcirco facit, quia ii cæcus ob primum beneficium gratum ostenderat, Christum coram Phariſæis constanter defendens, vt vterque Theodorus Heracleen. & Mopsuest. Cyrillus, & Theophylactus admonuerũt. Voluit enim Christus egregiam hîcetam, qui fortiter pro se pugnasset, post victoriam, vt aiunt Chrysostomus, & Theophylactus, coronare. Illud etiam opportune Theodorus Heracleotes animaduertit, cũ eius Christus inuasuit oculos, mihil interrogasse, cum autem sanare animam eius vult, interrogare an credat, quia ad salutem corporis nihil nos cum Deo cooperamur, ad salutem autem animæ aliquid nos ipsi agimus. Hoc est quod Augustinus dixit, *Qui fecit te sine te, non iustificat te sine te, fecit nescientem, iustificat volentem.* Non inter rogat an credat in se, sed an credat *in filium Dei*, siue vt modestius de se loquatur, & nullam cæco admirationis occasionem det, quod fecisset si statim primo loco rogasset, an in se crederet, hominem quamuis gratum, atque benenolum, tamen qui nullam de se maiorem, quam de homine haberet opinionem. Paulatim in fidem ducit, & se illi ostendit, vt Samaritanam fecit c. 4. 10. siue, vt Cyrillus, & Leontius existimant, vt ostenderet, qui in se crederent, nõ tanquam in hominem solum, sed tanquam *in filium Dei*, verumque Deum credere debere.

Tract 44.

Ad salutẽ animæ cooperari deberemus.

Serm. 15. de verb. Apost.

36. *Qui est Domine? vt credam in eum.*] Cùm respondet *quis est?* & addit, *vt credam in eum*, indicat se paratũ ad credendum esse, tã, cùm sibi deesse illius cognitionem, crediturum se libenter in eum, si se doceat quisnã ille sit, vt Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. & Euthymius adnotarunt. Sunt autem, qui putent cæcũ non cognouisse Christum esse, cum quo loquebatur, quamuis crederet eum, à quo sanatus fuerat, fuisse Christum, verumq; filium Dei, ideoq; rogare, *quis est Dominus?* vt Theophylactus, & Leontius. Nec enim vnquam ante vidisse Christum, ideoque cognoscere etiam si eum loquentem noti potuisse; quia, cùm nocte ille cæcus esset, in Siloë missus ab eo fuerat, ibique recepto visu statim ad Phariſæos raptus erat, itaque tempus non habuerat Christum videndi, cognoscendi qi. Alij recte ex voce Christum cognouisse, eumque esse, qui cum alloquebatur, idcirco honorifice dominum appellasse, qua mundum credebat filium esse Dei, vt Theodorus Heracleo. & Mopsuest. Quod multo est probabilius. Nam si ante exclusisset cæcum, quæ curauerat filium esse Dei, iniuriam illi profecto fecisset, si à quoquam rogasset, quis filius Dei esset, vt in illum crederet. Rogat tamen Christum, à quo sciebat se esse curatum, quemq; nondum norat filium esse Dei, quis filius Dei sit, vt in illum credat; hactenus propter acceptum ab eo beneficium illi confidens, vt certo sibi persuasum haberet non esse illum sibi impositurum, sed verum Dei filium ostenturum: itaque indicat se ad vnum eius verbum, solaque ipsius auctoritate credi-

Tract 44.

Ad salutẽ animæ cooperari deberemus.

Serm. 15. de verb. Apost.

diturum esse, vt Theodorus Mopsuest. animaduertit. Tanti est momenti ad persuadendas difficillimas quæque fidei mysteria doctoris sanctitas, & opinio. Signandus hic locus est aduersus Arianos, quorum hæresis multis in locis ex Caluini cœno renascitur. Cum enim fcirent cæcum Christum filium esse Dei eo modo quo Prophetæ, & viri sancti filij Dei appellantur iam enim Prophetam, iam virum sanctum coram Phariſæis confessus fuerat vers. 17. 31. 33. tamen ab eo ipso rogat, quis sit filius Dei: vtique non iam vt homo sanctus, tum iam vt Propheta, sed vt Dei filius naturalis. Et eodem ipso Christus se esse respondet.

Arianorum hæresis.

Inuocatio vera.

37. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.*] Non dicit Christus, Ego sum, quod clarius erat, & breuius, sine vt modestius de se loquatur, vt Chrysostomus, & Theodorus Mopsuest. indicant: siue, vt Cyrillus, & Theophylactus, vt ostenderet se ipsum qui videbatur, qui loquebatur, qui genitus ex Maria erat, filium esse Dei, nec duos, vt Nestoriani postea putauerunt, sed vnum tantum esse filium. At Ioquens cum Samaritana palam dixit, *Ego sum*, c. 4. 26. Respondet Theodorus Mopsuest. aperte tunc dixisse, *Ego sum*, quia solus cum sola loquebatur, tunc non ita dicere, sed circumlocutione vti, quia multi alij etiam Phariſæi auditores aderant, vt ex ver. 40. manifestum est. Aliam ego rationẽ, cur ita locutus fuerit, animadoerto, quod videretur vehementior esse, & efficacior oratio figurata, quam simplex, *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Plus enim & ponderis, & gratiæ hoc habet, quam si simpliciter dixisset, *Ego sum*. Probabile est etiã, quod quidã obseruarunt, verbo ipso *Vidisti*, beneficiũ illi recepti visus in mentem reuocare voluisse. Intelligit autẽ vidisse eum non ante, sed tunc, vt Leontius scribit. Nam ante nunquam viderat Christũ, vt superiore versu docuimus.

38. *Credo Domine, & procidens adorauit eum.*] Et verbis, & factis ostendit se vere credere Christum filium esse Dei, verumque & ipsum Deum. Non enim vt Prophetam, non vt virum sanctum, non vt hominem bene de se meritum vbanitatis causa, sed vt verum adorat Deum. Sciebat enim ante & Prophetam, & virum sanctum, & bene de se meritum esse, & tamẽ nõ adorauerat. *Vn videns*, inquit Augustinus, *quidem credat? Et Tract 44. procidens adorauit eum.* Itaque & hic locus aduersus Arianos notandus est.

39. *Et dixit Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni.*] Dixit non cæco, qui iam credens ea non indigebat admonitione, sed Phariſæis, qui aderant, vt ex sequenti versu intelligitur. Dixit tamẽ propter cæcũ, id est sumpta ex illo occasione, qui cũ & corpore, & animo paulo ante cæcus fuisset, & corpore, & animo visum receperat. Itaq; vitiose in nonnullis codicibus legitur, *Dixit ei*. O nes fere auctores, Græci præsertim, Theodorus Mopsuest. Cyrillus, Chrysost. Leontius, Theophyl. existimant iudicium hoc loco, si aut multis aliis maiorem condemnatione n significare, quemadmodum si diceret se in hoc venisse, vt eo quod alij crederent, & illuminarentur, increduli maiore punirentur cæcitate tradici in reprobum sensum. Quod etsi ideo quibusdam non placet, quod nomen iudicij ad vtrosque & qui ex cæcis videtes, & qui ex videntibus cæci fiunt, referri videatur: & qui ex cæcis fiunt videntes minime puniantur: tamen probabile est, quia non est necesse, vt ad vtrosque nomẽ iudicij referatur. Potest enim sic oratio resolui, in condemnationem ego (eorum qui vident) in hunc mundum veni, vt cæcis videntibus ipsi cæcitate feriantur. Mihi tamen alius videtur germanus esse sensus, vt iudicium neque condemnationem, nec, vt alij volunt, Dei decretum significet, sed *in* Dei prouidentiam, quod vulgo etiam iudicium Dei forlemus appellare; quasi dicat ad declarada Dei iudicia *P* in hunc

in hunc mundum veni, quæ in hoc maxime cernun- A tur, vt præter hominum opinionem, quitcæci sint, videant, qui videnti, cæci fiant. Superuacanea igitur est illa quæstio, quam magni etiam auctores Theodorus Mopsuest. & Euthy. proponunt, quomodo hunc loco non repugnet, quod supra idē Christus dixit: *Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mūdus per ipsum.* Illic enim iudicium pro cōdemnatione, hic pro prouidentia ponitur. Præterquam quod idē Theodorus, Cyrill. & Theodorus alter Heracleens. & Theodoretus in Græca Catena. & Euthy. hoc loco monent, aliisque locis Chrysost. Theophyl. & Damascenus monere solent, particula, *Vt*, non significat finalem causam, sed euentum. Non enim ideo venit, vt qui videbant, cæci fierent, sed factum est ita hominum culpa, vt multi oblato lumine magis B cæcutirent. Exempla multa & nota sunt. Psal. 50. 6. 7. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* 1. Cor. 11. 19. *Oportet & hæreses esse, & vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Nec enim ideo Dauid peccauit, vt Deus iustificaretur, neque hæreses propterea veniunt, vt probati sint, manifesti fiant, sed accidit ita, aut potius diuina consequitur prouidentia, vt ex peccatis nostris Deus iustificetur, & grassante fœditate manifesti fiant, qui probati, cō. stiantque in fide sint. Aliam rudiori interpretationē quam aliqui quidam Theodorus affert nouorum hæreticorum interpres, vt pro iure. ac potestate accipiatur iudicandi, ineptam iudico. Notant Leontius, Chrysostō. & Theophylact. Christum hic de duplici simul C visione, ac cæcitate loqui corporis, & animæ. Nam & quosdam animo pariter, & corpore cæcos; animo, & corpore videres effecit, velut eos, quos iustum; vade huius sententiæ argumentum sumpsit; & Pharisæi, qui sibi animo, & corpore valde acute videre videbantur, & animo, & corpore cæci facti sunt: animo, quia auctorem salutis suæ non cognouerunt, & in medio lucē non viderunt veritatem corpore, quia ita Christi miracula viderunt oculis, vt ne quaquam ea videre viderentur. Theodoretus in Græca Catena & Paulum & Acts 9. 17. 22. ladam accommodat. Paulus ex cæco videns, Iudæi ex videntes cæci facti sunt. Quibus vero, &, vt videram, Chrysost. ad ea verba, atque Genebr. eorum ille gaudent ex videntibus cæci illi ex cæcis videres fuisse facti. Cæcitas, inquit D. Paulus Rom. 11. 25. *ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.*

4. *Nunquid & nos cæci sumus?* Intellexerunt Pharisæi notari se, cum cæco aduersarentur, & Christus cæcum, qui ex cæco videns factus fuerat, alios, id est eius aduersarios opposuisse. Sed quis generaliter, & indefinite locutus fuerat, nec eos aut nominauerat, aut indicauerat, quærunt an de se loquatur, vt si confessius id fuerit, violatæ legis insimulent, quæ præsidebat principi populi male dicere, vt Cyrillus, & Leontius edisserunt. Itaque putant Pharisæi eam malle non corporis, sed animi cæcitatem a Christo obiectam sibi fuisse. Quod multo est probabilius, quam quod Theodorus Mopsuest. Leontius, & Theophylactus dicunt, solam eos corporis cæcitatem, vt homines nihil spirituale cogitantes intellexisse. Corporis enim cæcitatem obiicitissent potius, quam indignari fuissent. At indignati quærunt, *Nunquid & nos cæci sumus*, id est indocti, & insipientes, sicut iste. quem to ex cæco videntem factum esse significas? aut *nunquid & nos* animo *cæci sumus*, sicut iste animo cæcus fuit? Hanc vim habet coniunctio illa, &, propterea si de corporis tantum intellexissent cæcitate, non dix. sicut, *Nunquid & nos cæci sumus?* (videbant enim se corpore non esse cæcos,) sed, nunquid & nos cæci fiemus, sicut Christus dixerat: *vt qui vident, cæci fiant.*

41. *Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet.* Non loquitur Christus ex veritate, sed ex Pharisæorum opinione, *si cæci*, inquit, *essetis* iudicio vestro, id est si cæcos vos esse vere, vt estis sentiretis. Videbatur adhuc ignoscendum esse, videretis, licet dixerat, *vt qui cæci sunt, videant*, non id dicit, sed *non haberetis peccatum*, quod re quidē ipsa eadem valet, hoc enim est videre, peccatum non habere, intellectu autem hoc facilius; ideo hoc nō illud dixit, vt simul declararet, quid esset videre, quid cæcum esse. Si ergo cæcos vos, id est peccatores esse sentiretis, *non haberetis peccatum*, quia peccati remedū quæreretis, quia ad spiritualem medicum veniretis; quia accederetis ad agnū Dei, *qui tollit peccata mundi*, & á peccato vos liberaret; sed quia *dicitis* apud vos, id est putatis (Hebraica phrasis) vos videre, *peccatum vestrū* apud te, *manet*, id est non curamini. sed in cæcitate vestra permanetis. Hunc credo verum esse sensum. Atque ita Aug. lib. & Beda hoc loco, Prosper. in Psal. 134. & Euchelerius in qq. in Ioann. exponunt. Haud paulo melius, quam Chrysost. Leontius, Theodorus Mopsuest. & Theophylactus, qui existimant esse sensum, si cæci essetis corpore, quemadmodum à me appellari putastis, peccatum non haberetis, quia minus esse is culpe bi. Al bi notauimus manendi verbum præsertim apud Ioannem hanc habere emphasim, vt plus significet quām esse, aut ineſſe in alio: declarat enim moram, habitum, inhæſionem eius rei, quæ ante fuisset. Itaque sensus est, Peccatum, quod ante in vobis erat, quodque si cæcos vos esse sentiretis, vobis ablatum esset, quia vos videntes esse putatis, in vobis remanet, in vobis hæret; non tollitur, non deletur, non remittitur. Exempla sunt supra c. 1. 32. 33. & 36. & 5. 38. & 6. 56. & 8. 31. & infra c. 12. 46. & 15. 4. 6. 7. 10.

Exo. 23. 12. Act. 15. 5.

Vt, nō causam finalem, sed euentū significat.

Beda in Ioannem.

Supra c. 1. 29. Dicere Hebraica phrasis.

Manere plus est, quam esse.

Tit. 2. 13.

CAPVT X.

1. AMEN, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro. 2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. 3. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. 5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. 6. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. 7. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. 8. Omnes quot quot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oues. 9. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. 10. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. 11. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues: 13. mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. 14. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. 15. Sicut me nouit Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. 16. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient

Isa. 40. 11. Ezec. 34. 23. & 37. 24. Matt. 21. 9. 23. 39. Luc. 19. 38.

audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.* 18. *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, & potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.* 19. *Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos,* 20. *Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit. quid eum auditis?* 21. *Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* 22. *Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis: & hyems erat.* 23. *Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.* 24. *Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.* 25. *Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* 26. *Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.* 27. *Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me:* 28. *& ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* 29. *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.* 30. *Ego, & Pater vnum sumus.* 31. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.* 32. *Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* 33. *Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* 34. *Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia Ego dixi, Dij estis?* 35. *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura:* 36. *quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?* 37. *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.* 38. *Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.* 39. *Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.* 40. *Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic:* 41. *Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum.* 42. *Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.*

IN CAPVT X.

1. AMEN, amē dico vobis, qui non intrat per ostiū in ouile C magnamque domus partam, qua currus in cohortem ingrediuntur. Intra prima porta solebat olim in omnibus paulo locupletioribus domibus seruus aliquis esse, qui tamen claude. & aperiendæ ei cuius haberet carnem nonnunquā ligatum, vt pecora ille significaret. *Ouil. 1. Amorum.*

sed ascendit aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, *pastor est ouium.* Non male sentire mihi videntur, qui hoc caput à vers. 19. superioris capitis inchoandum fuisse putant. Nam dubiū non est, quin eo loco nouam Christus concionem aggressus fuerit simpro exordio a cæco, quem curauerat. *In tribulationem ego in hunc mundum veni, vt qui non videnti, videant, & qui videnti, cæci fiant.* Sed quisquis capita distinxit, habuit rationem parabolæ, quæ quia hoc loco inchoatur, hinc etiam fecit capitis initium. Quomodo hæc parabola, cum illa haberet exordio, eth omnes concedūt continuatam fuisse sermonem, dubitatur. Augu. Beda, & Rupertus existimant Christum probare voluisse Pharisæos cæcos esse, quia si cæci non fuissent, verum vtique pastorem agnouissent. D *Vnde ibi vim habuit lumen, inquit Augustinus, qui fugiebant contra diem?* Chrysost. Theophyl. & Euthym. occurrisse Christum sceleri eorum obiicit, si non protexissent illum fugere, quod ipsi facere essent, sed quod ille seductor & quasi fur, & latro esset, qui in alienum gregem, id est in populum ipsis commissum irruisset, vt disperet, perderet, dilaceraret? respondere ergo Christum se verum esse pastorem, illos fures, atq; latrones. Optime omnia mihi Cyrill. in Catena Græca videtur exponere, quomodo inter huius capitis cum superioris fine cohæret respondisse Christum nō ad Pharisæorum verba, sed ad tacitas eorum cogitationes. Putabant se solos populi doctores, atque pastores, dolebamque quod totus populus Christum falsum, vt ipsi cogitabant, pastorem sequeretur, ideo hanc similitudinem adhibuisse, qua se doceret verum esse pastorem. Prius autem furem, & latronem, quam verum pastorem describit, quia facilius cognoscimus quis fur sit, quam qui sit bonus pastor. Furem, & latronem non verum pastorem esse dicit, qui *non per ostium intrat in ouile ouium.* Ouile vocat non qualia nunc in plerisque regionibus esse videmus, sola reti septa ea enim neque ostium neque tam ortum habēre: sed illud maxo circundatum, qualia Galli habent in omnibus rusticis domibus intra primam, E

Gregorius Christum & pastor, & ostium fuisse ostendit.

Act. 9. 4. Gal. 1. 22.

non aliena auctoritate, alios vero pastores omnes vetores intrare per illum, quia non sua ipsorum, sed eius auctoritate intrarent. Sed quid per ostium signari putem cum aliorum sententias recitauero, dictum sit. Chrysost. Theophyl. Euthym. Leontius. & Theodotus Heracleotes putant ostium esse scripturas sacras, quamuis id ipsum non eodem sensu omnes dicant. Nam Chrysost. Theophyl. Euthym. & Leontius existimant scripturas ostium appellasti, per quod bonus pastor ingreditur, quia quisquis bonus doctor est, scripturis, quæ dicit, probare debet, & per eas quodammodo in animos auditorum ingredi, fidemque apud eos sibi facere. Theodorus vero Heracleot. scripturas esse ostium, quia ille bonus est pastor, cui scriptura auctoritatem dedit. Cuiusmodi Christus erat, quem omnes Prophetæ venturum prædixerant omnes scripturæ præsignauerant. Ille ergo per ostium ingressus est, quia scripturæ auctoritate ingressus est. Hoc verum est sensus est, illum etiam ego non minus verum animaduerto, vt ostium nihil aliud, quam diuinam significet auctoritatem, siue in ea in scripturis, siue in miraculis, siue alia qua re contineatur. Per ostium ingreditur, quisquis nō sumit sibi honorem, sed *vocatur*, vt ait D. Paulus, *tanquam Aaron*. Per ostium ingreditur, qui à Deo missi sunt: aliunde alcendunt illi, de quibus dicitur, *Non mittebam Prophetas & ipsi current*. Ier. cem. 23. 21. Solet enim ergo nobis est quæstio illa Gregorii, quod te Christus vet. 7. ostium appellet, quod huic nostræ, & Theodori sententiæ videtur obstare. Credo ergo alio sensu dixisse Christum, *qui non intrat per ostium*, alio vero, *ego sum ostium*. Nam cum dixit, *qui non intrat per ostium*, de ostio, per quod oues ingrediuntur, & egrediuntur, loquebatur, quod diuersum omnino est: illud est porta prima domus, hoc ostiolum ouilis: per illud pastorem, per hoc oues dixit ingredi debere; illud quod esset non declarauit, hoc se esse dixit. Ego, inquit, *sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*. Et vt concedamus idem esse ostium, tamen illud negari non potest, priori loco de pastoribus, posteriore de ouibus loqui, quod satis cautæ fuit, vt obiij significationem variaret, quali de alia iam re ageretur. Aliā ego hic difficiliorem, & magis necessariam quæstionem video, quam tanquam manifestam omnes interpretes præterīte, qui pastores sint? Omnes enim vno excepto, quos legerim, auctores pro cōperto habent pastores esse Doctores, & quicunque siue docendo, siue gubernando populum regunt. Theodorus vero Heracleotes ita hæc edisserit, vt appareat existimasse eū de vno tantūm agi pastore, quasi vnus tantum esse possit, & alius, quam Christus esse non possit: sicut vnius gregis vnus tantum pastor esse solet; si qui alij sunt, eius ministri sunt. Non ergo id hic à Christo agi, vt docear, qui homo verus pastor, id est verus doctor sit. Sed cum ex scriptura perspicuū esset vnum à Deo pastorem pastorum omnium mittendum esse, qui nō solum oues pasceret, sed eas etiam de luporum faucibus liberaret Ezechiel. 34. 23. disparat Christus, se illum esse pastorem à Deo per Prophetas promissum, neminem vero aliam quam se vnum esse posse, quia nemo per ostium præter se ingredi possit, quippe qui solus in scripturis promissus esset, solus Prophetias impleuerit, quod est per ostium, id est per scripturam, vt diximus, intrare. Confirmat hanc sententiam, quod vers. 11. cùm Christus dicit, *Ego sum pastor bonus*, Græcè cū articulo dixerit, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego sum pastor ille bonus*, quasi dicat ille, vnicus ille, promissus ille, qui solus verus est pastor, confirmat, quod & vers. 8. dicit, *omnes*, qui ante se venerunt, fures, & latrones fuisse, quod non viderunt verum esse pastorem, nisi de vnico illo promisso pastore intelligatur. Multi enim ante Christum venerant, qui non fures, & latrones, sed veri pastores, id est veri Prophetæ fuerunt. Cæterum omnes, qui venerant fingentes se illum venire, & vnicum, qui expectabatur esse pastorem, fures fuerunt, atque latrones, qui per ostium ingressi non sunt, id est scripturas sacras missionem, legationemque suam probare non potuerunt.

Quid per ostium significetur.

Mat. 3. 4.

Vers. 3.

Quinā sint pastores.

5. Huic ostiarius aperit, & oues vocē eius audiunt, & propria oues vocat nominatim, & educit eas.] Similis hic de ostiario quæstio est, quis per eum significetur. Ostiarium ouili præfici solēs videtur esse, sed iam docuimus, qua consuetudine id Christus dicat. Quis ostiarius sit, quæritur. Chrysost. Theophyl. Euthym. Leontius, & Theodorus Mopsuestiens. Moylem ostiarium esse dicunt, qui Christo venienti aperit, id est suo testimonio eum comprobat esse Christum, *Si credere vt*, inquit, *Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit*. Alij angelum interpretantur, qui vnus vniuersæ præsit Ecclesiæ, quemadmodum singulos præesse singulis ex Ioannis Apocalypsi perspicuum est. Ita Cyril. quam interpretationem Leontius etiam refert, & probabilem indicat. Alij eundem Christum, & pastorem, & ostium, ostiarium faciunt, vt Rupertus. Alij dicunt ostiarium esse Spiritum sanctum. vt Theodorus Heracleotes, idemque Rupertus. Hoc probo, nisi quod malim Deum generaliter ostiarium facere, quām ad vnam Spiritus sancti personam restringere sententiam. Deus ostiarius est, quia curam, ac prouidentiam ouilis habet. Is pastori ingredi volenti aperit, dum facit, vt res illi succedat, vt ab ouibus pro vero pastore recipiatur: dum potestatem illi dat miracula faciendi, qua veluti claue ingreditur in ouile, qua ratione & Moysi olim ostiū aperuit, vt à populo pro pastore reciperetur, & multus claustri, qui cū se Moyses, aut Christus esse simularēt, admissi non sunt, sed detecta fraude repudiati, quales fuerunt Theudas, & Iudas ille Galilæus Act. 5. 36 37. & ille alter, cui nomen fuit Barchochabæ, de quo Iustinus in apologia ad Antonin. Pium, & Euseb. lib. 4. histor. Eccles. c. 6. & 8. Quod dicit, *Et oues vocem eius audiunt*, hoc est agnoscunt, aut voci eius obtemperant. Audire enim, pro obedire ponitur Hebræorum idiomate. Octo enim signa veri pastoris tradit. Primum, quod per ostium ingrediatur: secundum, quod ostiarius illi aperiat: tertium, quod oues eius vocē agnoscant, illiq; pareant: quartum, quod singulas oues nominatim ones appellare possit: quintum, quod oues educat: sextum, quod ante eas vadat: septimum, quod oues eum sequantur: octauum, quod animam suam ponat pro ouibus suis. Notauit hæc Leontius, nihil quod nimis subtiliter fecit. Agnoscunt oues non solum consuetudine, sed naturali etiam quodam instinctu proprij pastoris vocem, quemadmodum canem custodē à lupo inimico quantumuis simili natura sola indice distinguunt. Sic qui in Ecclesiæ Catholicæ grege sunt, facile discernūt vocem veri pastoris ab hæreticorum, aut schismaticorum vocibus. Quanquam, vt supra disputauimus, non agit Christus, nisi de se vno, id est de illo optimo pastore, qui animam suam pro ouibus suis positurus erat. Quo confirmato sensu, quærendum qui ergo sint oues. Non possum hoc loco D. Augustī. & Bedæ opinionem admittere, qui solos prædestinatos oues interpretantur. Mitto quod multi prædestinati sunt, qui longo tempore vocem Christi non audiunt. qui longo tempore sunt lupi: multi vero reprobati, qui longo tempore audiunt, longo tempore Christū sequuntur. Quod etsi conatur soluere D. Augustinus ipsam mihi nō probat. Hoc vno vtar argumento:

Quis per ostiarium significetur.

Sup. 2. 46.

cap. 1. & 4.

Ei omnia, quæ in parabola fuerant, accommodari. omnibus dari, & fuisse aliā ob aliam causā propositum.

Audire pro obedire Hebræorum idioma.

Octo veri pastoris signa.

Quinam sint oues.

Matt. 9. 36 2 Par. 18. 16 & 2 Par. 19. 2 Esa 53.

mento: volebat probare Christus verum se, & vnicū esse pastorem, quod ab ouibus eius vox, doctrinaque agnosceretur, de iisdem ouibus loquebatur, quæ ab omnibus cognoscuntur, quarum cum videant Christi vocem agnoscere, intelligant eum verū esse pastorem prædestinatos quis præter Deum nouit: qua ratione cognoscere homines poterant, an prædestinati Christi vocem audirent: cum prædestinatus ipsius minime cognoscerent? Oues ergo cum alios omnibus auctoritatibus eos interpretor, qui sunt in Ecclesia. Nam Ecclesia ouile est. At Christus dicit alias se oues habere, *quæ non sunt ex hoc ouili*, ver. 16. & tamen illi in Ecclesia nō sunt. Facilis responsio, licet nondum in Ecclesia erāt, sed erant aliq; tamen in Ecclesia futurum a nondū oues erant, sed quia futuri aliquando erant per anticipationem oues appellauit. Tunc non oues, sed lupi erant, sed facit Christus ex lupis oues, faciunt se multæ oues ex ouibus lupos. Illis quandiu lupi sunt, vocem pastoris non audiunt, hæ quamdiu oues sunt vocē pastoris audiunt: & si non audiunt, eo ipso lupi fiunt. Nam illi ipsi, qui buccam Christus dilpuratbat, Pharisei, oues prius erant: in ouili, id est in Ecclesia Dei erant: sed quā Christum non audierunt, lupi facti sunt. Obiicit aliquis cum Christus simili vsus metaphora indicū defendit Matt. 25. 15. solos prædestinatos oues, reliquos non oues, sed hœdos appellare. Verū sed alia illic ratione, aliaq; metaphora, etsi nomine eodem, oues vocauit: quā illuc ex innocentia: hic quā ingregem.

Et educit eas.] Quoniam educit? Nam in Ecclesia, vt diximus, ouile est, non potuisse extra Ecclesiam educere, q̄ Christus minime facit. Primum hæc de Christo non dicuntur, sed de pastore: & non est necesse, vt sæpe monuimus, omnia quæ in parabola dicuntur, ad id cuius causa proponuntur, accommodari. Multa dicti explendæ narrationis, multa detexendæ, multa ornandæ rei gratia, vode parabolæ sumuntur. Quod si quis hoc etiam velit ad Christum accommodare, dicat Ecclesiam ob hoc solum ouile dici, quod quemadmodū in ouile oues, ita fideles in Ecclesia continentur non item ob hoc q̄ licet oues extra ouile à pastoribus fideles à Christo extra Ecclesiam educantur. Intra ipsum ouile, id est, intra Ecclesiā pascua sunt: itaq; educere oues non est extra Ecclesiam ducere. Introitus Ecclesiam pascere, populum in concionem cōgregatum docere. Hoc potius sequor, quam quod Theophylactus dicit educere Christum oues suas ex medio infideliū.

Vere pastoris est, ante oues ire.

4. Et cum propria oues emiserit, ante eas vadit.] Vt periculum, si q̄ occurrerit, amoliatur. Propterea potuit dixit, *ante eas*, quam post eas, *vadit*, quæ multi falsæ pastores aliquando oues præcedere, aliquando sequi, quia volunt pastoris curam, & officium exprimere, q̄ in hoc potissimum cernitur, vt pericula remoueat, & gregem regat: qui autem regere vult, aut pericula submouere, præcedat oportet. Habet etiam hæc suam in moribus significationem, eamq; non simplicem. Non debet Ecclesiastes eius pastor gregem sequi, sed docere, id est, non debet tanquam bestias ratione carētes, sed tanquam homines gubernare. Deinde non debet sequi, sed ducere, id est, non debet à grege suo vitam E discere, sed gregem potius docere, non gregis exemplum imitari, sed gregi suo exemplū præbere, hoc est *Sic lucat*, inquit, *lux vestra coram hominib. vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est*. Virtutis Petrus complexus est. *Non dominantes*, inquit, *in cleris sed forma facti gregis*. Arrigerunt fere hæc omnia Theophylactus, & Euthymius.

Et eam enim sequuntur, quia sciunt vocem eius.] Sequuntur Christum videntes omnia dicta, & facta eius recte cum scripturis sacris cōuenire, nō posse non esse Christum, id est, verum illum pastorem, quē expectabant.

Vers. 4.

Christum & pastorem, & vnicum esse verū.

Trad. 45.

sub eo venerunt duce, non vt eum prædicerẽt, sed vt semetipsos prædicarent. Euthy. also modo sententiã restringit, quodem modo Cyril. & Leontius videtur exponere. Intelligendũ esse *omnes, Omnes, quotquot venerãt, & per ostium* ingressi non sunt, *fures sunt, & latrones*. Etenim sanctos Prophetas ante illum quidem venisse, sed per ostium, tanquam per ostium ingressos fuisse: tradit, nobis regulam fore huiusmodi generales propositiones in scripturis sacris ex circumstantia loci, temporis, & rerum de quibus agitur, restringi oportere. Est id quidẽ verum: sed alio modo hoc loco generalem sententiam restringendam existimo, vt de illis tantum intelligatur, qui ante Christum venerãt, fingentes se esse Christum, quales Theudas & Iudas Gal. 5. 3. Galilæus fuerunt, & alii, de quib. diximus supra. Illi enim omnes non Christi, non videri pastores, quales se essi simulabãt, sed fures, & latrones erant inquit Chrys. Theoph. & idẽ etiam Euthy. & in Catena Græca vtetur Theod. Heracleen. & Mopsuest. & Cyril. Alexan. interpretantur. Ira refellitur Manichæorum interpretatio, qui hoc abuti loco veteres recipiebant testamentum, vt Chrys & Theoph. indicant, D. Aug. non legit. *Qui ante me venerũt, sed omnes quotquot venerunt*, lib. 2. contra aduersarium legis. & Pisoph. c. 4. atq; ita in nonnullis Græcis exti. codicib. legitur. Sed ea lectio, quam plurimos, communis est, & melior, & eodem modo lib. 2. cõtra Pelagianos Hier. legit. Quod sequitur, *Sed non audierunt eos oues*, sic interpretur, idco non audierunt eos oues; sat, etenim non audierunt eos oues.

Generales propositiones ex circumstantiarum restringenda.

Manichæi hoc loco abusi.

Vetus.

9 *Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inuenies.*] Repetit eadem sententiam & confirmandi, & explicandi causa. Rupertus existimat bis dixisse se esse ostium, quia duo erant onilia, & duo ostia: infima. n. dicere, *alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili*. Videtur argutum. Quod dicit, *per me si quis introierit, saluabitur*, facile est: idem. n. valet, ac si diceret, qui in me crediderit, saluabitur. Introire enim per Christum est in illum credere. Quo fit vt modo omnis, qui in eum credit, saluus sit, multis locis expositum, vide c. 3. 16 Id q; sequitur aliquanto est difficilius. *Et ingredietur*, inquit, *& egredietur*. Quomodo enim qui credit in Christum per illum ingreditur, facile intelligitur: quo autem modo egrediatur, nõ satis intelligitur. Præsertim cum Christus hunc ipsum egressum, vt obseruat D. Aug. laudet: laudando. n. vtrumq; pariter dicit, *& ingredietur, & egredietur*. Alia autem ex parte cum ingredi, & egredi opposita sint, si ingredi est credere, egredi erit desinere credere, id est hæreticum fieri, quemadmodũ de hæreticis idem loquitur Ioannes. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis*, q; Christus laudare non potuit. Aug. & Beda, & nonnulli alii, vt quæstionis solutionem quærerent, à sensu litterali ad allegoricum videntur diuertisse, duas significari vitas contemplatiuam, & actiuam: ingredi homines intra se ipsos, cum contemplationi, egredi quodammodo extra se, cũ actioni vacant. Greg. hom. in Euangelia 14. & Rupertus, ingredi esse in Ecclesiam per fidem introire, in quam q ingressus est, pascua doctrinæ inuenit, egredi aut è de hac vita migrare. q. qui facit, fertilitas enim num pascua inuenit vitæ beatæ. Satis apparet neutrũ esse genuinum sensum. Multo melius Chry. Theoph. & Euthym. cum & duo Theodori Heracleen. & Mopsuest. & Cyril. in Græcorũ Catena ingredi & egredi conuenire sumpta nihil aliud, quam securitatem quouis esse eundi, quidquis pro Christi gloria agendi, patiendiq; significare, qualem in Apostolis fuisse legimus. Et vero Hebraica phrasis ingredi & egredi id significat, versari, agere, officio tuo fungi. Exitus, inquit, *tuus & introitus tuus mecum est in castris, & nõ inueni in te quidquam mali ex die, qua venisti ad me*, id est cum diu mecum in castris fuisti, tamen nihil in te mali deprehendi, 1. Reg. 29. 6. *Da mihi sapientiam, & intelligentiã, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo*, 2. Par. 1. 10. & *Benedictus eris ingrediens, & egrediens*. id est in omnibus rebus, quas egeris: Hispano dixisset quibuscunq; in rebus humanum poluerit, Deut. 28. 6. & *Dominus custodiat introitum tuũ & exitum tuum*. Ps. 120. 8. Hæc interpretatio à Doctoribus probari solet, sed quo minus à me probetur, facit, q animã duerti non de humanis communiter actionib. sed de pastu agere, qui cum ea interpretatione non satis apte videtur cõuenire, *Et pascua*, inquit, *inuenies*. Ergo quemadmodum dixi alio sensu vocalis ostium, cum dixit, *Qui nõ intrat per ostium in aulæ ouili, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro*, alio, cum seipsum ostium appellauit: ita ego existimo alio sensu dixisse, *per me si quis introierit*, intelligit, si quis in me crediderit, si quis in me fundatus fuerit, (eadem enim sententia, diuerta vero metaphora se Christus ostium, & D. Paulus tũ *fundamentum* appellat) cum autem dicit, *ingredietur, & egredietur* intelligit, *egredietur* ex omni ad pastum, & *ingredietur*, id est ad pastum semper recipiet, sine vllo periculo, me pastore ducente, ac reducente. Nam quẽadmodum cum dicit v. 3. verum pastum è ex ouib. oues educere, non significat, vt illic docuimus, Christũ homines extra Ecclesiã cucere, sed intra ipsam Ecclesiam ex loco, in quo quiescunt, & recubant, in alium ducere locum in quo pascantur: ita hic cum dicit egredi, nõ significat exire ab Ecclesia, sed exire ex loco recubitus in locum pastus: & cum dicit ingredi, nõ significat in Ecclesiã introire, sed ex pastu ingredi in locum, vbi requiescunt. Recubare aũt est à doctrina audienda, percipiendaq; quiescere, nec. n. homines dies, nocteq; pascendi, id est docendi, monendi, exhortandi sunt aliq; habere debent requietis tempus, quo dormiant, quo ruminent, quo alijs ẽt necessarijs reb. vacent. Ergo qui per Christum ingrediuntur, id est in illũ credunt, pascua, id est veram doctrinam inueniunt: qui per illum non ingrediuntur, nõ pascua salutifera, sed mortifera inueniunt: quia extra Ecclesiam salus esse non potest.

Quid sit ingredi, & egredi.

1. epist. Ioan. 2. v. 19.

Ingredi & egredi. id est ouesari.

10 *Fur non venit nisi vt furetur & mactet, & perdat: ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.*] Docet, quid inter furem, & eorum, quos ante fures appellauerat, consilium interesse. Illos quæsisse, quæ sua erant, nõ quæ ad ouium salutem pertinebant. Quales describit Ezechiel. c. 34. 2. 3. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis*. Se contra nõ propter suam, sed propter ouium vtilitatem pastoris officiũ fuisse ipse: Quod dicit, *vt abundantius habeat*, Chrysost. Theoph. Euth. vterq. Theodorus, Aug. & Beda exponunt. vt in hoc tuudo vitam per gratiam habeant, & in altero abundantius per gratiam. Cyrillus Alexandrinus in Græca Catena duas adhibet interpretationes, alteram, vt tion solum vitam, id est gratiam habeant, sed *abundantius habeãt*, id est multiplicẽ præterea copiam aliorum donorum Spiritus sanctialiarum, *vt abundantius habeant* per refectionem, quia essi boni simul, & mali resurrecturi sunt, tamen soli boni absolute refugere dicuntur, quia ad vitam resurgunt. Solet quidem ita Christus loqui, vt simul atque dixit se vitam datum, suscitaturum etiam dicat c. 6. 39. 40. 44. 54. Rupertus adhibet aliam, *vt abundantius habeant*, quam patres, de quibus in eandem sententiã Hebr. 11. 39. 40. scribit D. Paulus. *& hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt reprumissionẽ, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur*. Hi omnes auctores ita interpretantur, tanquã si legisset Græce πεϱισσότεϱον, quod proprie est *abundantius*, cõparatione

Quod & vitam habeant.

parationemq; significat: & propterea alii inter nos, & patres veteris testamenti, alii inter præsentem, & futuram vitam, alii inter bonorum, & malorum relatione ouium putẽt comparationem fieri. Arq; noster quidẽ interpres ita vertit, quasi legerit, περισσότεϱον, sed nunc in omnibus Græcis codicibus est, ἐ, περισσὸν ἔχωσι, *& abunde habeant*, quæ phrasis propriè significat esse pinguem, cum de hominum vita, victuq; agitur, quib. de reb. hoc loco agebatur, *Ipsa nos nõ commendat Deo*, inquit, 1. Cor. 8. 8. D. Paulus, *nec enim si manducauerimus abundamus*, περισσεύομεν, id est pinguiores sumus, *neq; si non manducauerimus, deficimus*. H. igitur videtur esse sensus, vt vitam habeant, nec solũ vitam habeãt, sed hanc etiam, vegetq; & pingues sint; qua metaphora bonum, felicemq; eorum, qui in ipsum credũt, aut præsentem, aut futurum statum declarat. Quod enim dicit, *vt vitam habeant*, de vtraq; vita & præsenti per gratiam, & futura per gloriam intelligi potest.

11. *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*] Græce additus est articulus emphaticq; vtriq; nomini, quo pastor ille vnicus significatur, qui solus oues erat de lupi faucibus liberaturus, ἐγώ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego sum pastor* ille *bonus*. Accommodat ad se superiorem parabolam: probatq; se non solum pastorem esse qualem supra desiderabat, sed singulari etiam quadam ratione bonum illum, qui expectabatur, esse pastorem, qualis nemo alius fuerit, nemo futurus sit, qui animã suam pro ouib. suis ponat. Posuerunt multi alii pro ouib, non suis, sed Domini animas suas posuerunt Apostoli, posuerũt prophetæ multi, ponebat quotidie, qui dicebat, *quotidie morior per vestram gloriã fratres: & adimplenda, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia*: sed nemo eo modo quo Christus pro ouib. animam suam posuit, vt sua ea morte redimeret. *Non didicimus mysteria, sed accepta eo tempore*, solent, Aug. & Leo Magnus dicere. Ille ergo singulari modo, sicut supra ver. 8. se solũ docuit non esse furem, ita nunc se solum docet verum illum, & bonũ esse pastorem. Hic sensus cum superiore parabolæ expositione congruit, atq; hoc vt o ainor, modo Chrys. Theoph. Euth. & vterq; Theodorus, quos illis auctores secuti sumus, hunc locum explanasset, si quæstionem antigisset. Sed solus atrigit. Aug. de cuius sententia mox dicturi sumus. Cetera vt nos Rupertus in comment. interpretatur, putat. n eodem modo Christum dicere, *Ego sum pastor bonus*, quo dictum ab eodẽ alibi est. *Nemo bonus nisi vnus Deus*. Quemadmodũ ergo multi boni sunt, sed nemo sic bonus. vt Deus: ita multi boni pastores fuẽre, qui animas ẽt suas pro ouib. posuerunt, sed eo modo, quo Christus bonus est pastor, animamq; pro ouib. suam posuit nemo poterit illum bonus fuit pastor, nemo qui animã suam posuerit pro ouib. suis. Arq; in eandem sententiam Victor Africanus in prælectione fidei ad Henericum Regem, & Idacius Clarus li. 3. aduersus Vatinadum hunc locum citant, vt probent Christum verum esse Deũ, q a eo modo bonus pastor appellarur, quo *nemo bonus nisi vnus Deus*. Cæterum Aug. tract in Ioa. 46. & ser. 30. de verbis Domini, cum q; vt solet secutus sit, aliter quæstionẽ explicant. Prophetas quidem, & Apostolos bonos, sed non distinctos à Christo fuisse pastores, membra. n. eranr corporis Christi. Sit hoc sane August. auctoritate probabile illud tamen q diximus per se est probabilius. Pronomen igitur illud *ego*, vim habet tacitam, quæ ad fures, de quibus in eandem sententiã Hebr. 11. 39. 40. scribit D. Paulus. *& hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt reprumissionẽ, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur*. Hi omnes auctores ita interpretantur, tanquã si legisset Græce πεϱισσότεϱον, quod proprie est *abundantius*, cõparationemq; significat: & propterea alii inter nos, & patres veteris testamenti, alii inter præsentem, & futuram vitam, alii inter bonorum, & malorum relatione ouium putẽt comparationem fieri. Arq; noster quidẽ interpres ita vertit, quasi legerit, περισσότεϱον, sed nunc in omnibus Græcis codicibus est, ἐ, περισσὸν ἔχωσι, *& abunde habeant*, quæ phrasis propriè significat esse pinguem, cum de hominum vita, victuq; agitur, quib. de reb. hoc loco agebatur, *Ipsa nos nõ commendat Deo*, inquit, 1. Cor. 8. 8. D. Paulus, *nec enim si manducauerimus abundamus*, περισσεύομεν, id est pinguiores sumus, *neq; si non manducauerimus, deficimus*. H. igitur videtur esse sensus, vt vitam habeant, nec solũ vitam habeãt, sed hanc etiam, vegetq; & pingues sint; qua metaphora bonum, felicemq; eorum, qui in ipsum credũt, aut præsentem, aut futurum statum declarat. Quod enim dicit, *vt vitam habeant*, de vtraq; vita & præsenti per gratiam, & futura per gloriam intelligi potest.

1. Corinth. 15. 31.

Lupus pro quouis periculo hic ponitur.

Ioan. 5. 28.

Ioan. 10. 4.

Lupi hæretici, præsertim Caluinistæ.

An Apostoli & successores boni pastores?

Ioan. 21. 15. 17.

1. Petr. 5. 4.

Philip. 2. 21.

12. *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.*] Tribus modis id declarat. Idem. n. est, *mercenarius, & qui non est pastor*, scilicet bonus absolute, & simpliciter pastor, & qui nõ suas, sed alienas pascit oues, ac *cuius non sunt oues propriæ*: igitur, *videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit*. Vnam ponit speciem pro toto genere: per lupũ enim omne periculi genus intelligit, quod cum mercenarius imminere videt dimissis ouib. fugit. ne eodem ipse periculo comprehendatur. Cum enim non domnus, sed custos ouium sit mercede conductus, nõ vult pro alienis ouibus suam periculo vitam exponere. Solet non solum à lupis, sed etiam à leonibus, ab vrsis, à feribus à latronibus, à militibus periculum ouib. imminere: sed in solis lupis ponit exemplum, quia id omnium est fiequentissimum. Quoddicit, lupum rapere, & dispergere oues, si ad oues Christi accommodatur, intelligendum est, quantũ in ipso pastore est, qui eas in medio periculo. & in faucibus lupi derelinquit, si non rapiuntur, si non dispergunturt, non mercenarii, qui fugit, sed Christi boni pastoris, qui nun quam gregem suum deserit, sit diligentia. Christus. n. est qui dicit, *& non rapiet eas quisquam de manu mea*: q; ut de solis prædestinatis intelligi oporteat, q magis credo, solam Christi potentiam declarat, quæ tanta est, vt nemo vi de eius manib. oues possit extrahere. *Nam quis tollitur à fortipræda* inquit Isaias. Qui erg. rapiuntur, dispergũntur; non Christi aut negligentia, aut impotentia: sed propria voluntate, & mercenarioru pastorum ignauia rapiuntur. Lupi hæretici, sunt præsertim Calviniani homines fraudis, & crudelitatis pleni, quæ res potissimũ dare maxime propriæ sunt lupis. Disputat hoc loco, & sermone de verbis Domini 50. D. Aug. quomodo omnes Apostoli, cæteriq; Ecclesiæ pastores vno excepto Christo mercenarii nõ fuerint, cum non suas, sed alienas, id est Christi oues pauerint. Nec. n. dictum est: Petro, Pasce oues tuas, sed *Pasce oues meas*. Multa ille de hac re & copiosè disserit. Summa est, inter eos ipsos, qui Christi oues pascunt, alios esse, qui non propter mercedem, cum ea sit mercedem recipiant, sed propter Christum ipsum, & propter ouium salutem pascunt, hos bonos esse pastores, quia eri non propriè suas, tũ tanquam suas oues pascunt, ita vt pro illis, quemadmodum pro suis, animam ponant, qualis ille erat qui dicebat. *Ego impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris*. 2. Cor. 12. 15. Hos, inquam, non mercenarios, sed eos esse pastores, verum à Christo pastorum principe non censeri esse distinctos. Alios, propter fos, aut præcipue propter mercedem ouis pascere, qui, vt ait D. Paul *quæ sua sunt quærit*, eos esse mercenarios, qui cũ videt venire lupum, fugiunt. In eandem sententiam scribit Greg. homin Euangelia 14. *Non pastor*, inquit, *sed mercenarius vocatur, qui nõ pro amore interno ouis dominicæ, sed ad speram laboris mercedem pascit. Mercenarius quippe est, qui la. si quidẽ pastoris tenet, sed lucra animarũ nõ quærit*. Basis hic locorũ est eius disputationis, quæ & nunc inter Theologos ver-

Quorum ꝓpriꝰ ego velocior.

fari solet, & inter magnos olim auctores versata est. A quatenus pastori licea inguine pertecentione, aut alio periculo fugere. Tractat ea res à Tertulliano in li. de fuga in persecutione, ab Athanasio in apologia pro fuga sua, à Gregorio Nazian. & aliis, sed ab Aug. diligentissime propria de hac re ad Honoratum epistol. 180. Hoc tenẽ dum pastori relictis sine vllo saltem vicario pastore omnib. nunquam fugere licere: etiam si ille ꝙrant solus, nisi ad breuissimum fortasse tempꝰ, ita vt nihil interim, aut prope nihil detrimẽti oues passurę sint. Cum aũt solus quæritur pastor, & prospectum alijs unde ouibus est, licere illis fugere. Cum aut ouili tantũ, aut ipse cõmune cũ ouib. periculum est, nõ licere.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ei de ouibus.] Græca sic habent: ὁ δὲ μισθωτὸς ἔφυγεν ὅτι μισθωτός ἐστι καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων. Non quod nulla illi cura sit, sed quod non tanta, quam de vita sua. Recte Gregorius hunc locum explicat his, in Euangelia 14. *Sola causa fugiendi, timor est animi fugientis, qui à mercenario non est. Nec si aperte dicatur: Fugit, quia in periculo autem non potest, quis in eo, quod ei nullum præstat, non ouem diligit, sed lucra terrena quærit. Dominus bonitate amplectitur, dum ipsa ei humanum commodum lætatur, opponere se sibi ea percussa trepidat, ne hoc ꝙ diligit, amittat.*

B

14 Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.] Repetit eadem sententia tu, non solum vt magis affirmet, sed etiam vt ad se omnes conditiones, quas supra posuerat, accommodet, indeq; probet se bonum esse pastorẽ repetita sententia, vt ait Leontius. Dixerat v. 3. bonum pastorem ita oues suas nosse, vt eas nominatim vocare possit ita ab ouibus suis cognosci, vt non solũ ex visu, sed etiam ex sola voce intelligant verum esse pastorem. Docet hæc omnia sibi cõuenire, nam & se cognoscere oues suas, & ab illis cognosci. Cognoscere autem se oues suas dicit, nõ eo tãtum modo, quo solent pastores oues suas noscere, externis videlicet signis figura, colore, magnitudine, sed eo modo, quo nemo cognoscere potest præter Deũ, intrinsecus, *intus, & in cute*, vt alibi dixit. Loquebantur enim in magna hominum multitudine, volebatq; significare se recte Esse, qui essent, qui in se crederent, qui non crederent. Malũ se oues Christi esse fingant, quas ipse nouit non esse ex ouibus suis. Non ergo necesse est ad prædestinatus sententiam restringere, quę ad modum Aug. & Beda fecit. Neq; cognoscere interpretari, pro approbare, quod faciunt pleriq; & interpretes. Non enim dixit Christus, ego cognosco ab solute, sed *ego cognosco oues meas*, id est licio, q̃ sint oues meæ. Etsi alteram interpretationem minime contẽno. Scio. n. ita Deum solere loqui, vt scire dicatur, ꝙ tanquã suum agnoscit, quod approbat, q̃ amplectitur. P. 1. 6. & 36, 18. & Mat. 7. 23. & 25. 12. & infra c. 15, 18. & 2. ad Tim. 2. 19. Alio ergo modo Christus oues suas cognoscit, alio oues illũ, ille cognoscit oues suas diuinitatis oculis, oues eum cognoscunt oculis fidei. Cyr. & Theodorus Heracleotes vtrunq; referunt ad Christi erga oues suas beneficia, quibus illæ dandis, ille accipiendis cognoscunt. Sed ꝙ diximus, est probabilius. Valetigitur hic locus aduersus Arianos, quia Christꝰ quæ propria sunt Dei, sibi affirmat conuenire. Non in Esse Theoph. adnotant prius dixisse Christum, *ego sum ostium meum*, quam, *cognoscunt me meæ*, quia Deũ cognoscere nõ possumꝰ, nisi prior nos ille cognouerit. Quæ tunc autem Chryſ. & Euthy. cur hic Pharisæi mentẽ sponderint, *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum*. vt c. 8. 13. cum le ipse pastorem bonum appellasset. Respondent ita illic fuisse refutatos, vt ausi iterum non fuerint idem obijcere.

Scire, tam quam sumere, & approbare in scriptura plerunque significat.

C

15 Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animã meã pono pro ouib. meis.] Chryſ. Theoph. & Leontꝰ ideo Christum hoc addidisse putant, ne quis dixerat, *ego cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ*, aliquis exilli mater, nõ aliter le à Patre, aut à se Patre cognoſci, quæ ipse ab ouibus suis, aut à se oues cognosceretur. Itaq; non existimant hanc ab illa pendere sententia, neq; cõparationem inter aliquas personas, quam inter Patrem, & Filium fieri. Melius Cyrillus in Græcorum Catena existimat duas esse tentias, duasq; cõparationes esse connexas, vt sensus sit. *Scit nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: ita, ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ*: quę admodũ c. 6. 57. dixit, *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Docet aũt Cyrill. nihil aliud tota hac cõparatione ex duabus composita significari, quã quẽadmodum ipse patri suo proprius erat filius, & pater sibi proprius similiter pater: ita oues suas; tas sibi esse, & se vicissim illis propriũ esse pastorẽ. Recte quidem, sed malim dicere cognitionem amorem, curaq; declarari ita se oues suas cognoscere ita amare, ita earum curam gerere, quẽ admodũ se Pater cognosceret amaret, curam haberet: & ita se ab ouib. suis cognoſci, quem admodũ à se Pater suos cognoſceret. Probabi le quidẽ est ꝙ interpretes quidam monuerunt, nõ significari phãc cõpositam cõparationem æqualitatẽ, sed similitudinem, quemadmodũ cum alibi dicit, *vt sint vnũ sicut & nos vnũ sumus. Et, efforti possibilis sicut pater noster cæleſtis perfectus est.* Probabile inquam, hoc est, sed nõ necessariũ. Cum. n. Christꝰ dicit, *Cognosco oues meas*, loquitur vt Deus: cum dicit, *nouit me Pater, & ego agnosco Patrẽ*, loquitur de se vt homine. Ita æqualitas est. Nam quẽadmodũ Christus tanquam Deus oues suas nouit, oues aũt ipsius tanquã homines illũ vicissim cognoscunt ita Pater Filium, vt Deus hominẽ nouit. & Filꝰ vt homo Patrẽ suũ recognoscit, & Deũ suũ. sicut & nos appellat, *Ascẽdo*, inquit, *ad Deũ meũ, & Deũ vestrũ.*

Hæc comparatio non æqualitatem, sed similitudinem ostendit.

Ioan. 20. 17. Matt. 5. 48.

D

Et animam meam pono pro ouib. meis.] Non videntur hæc verba cum præcedentib. satis cohærere. Cæterum recte cohærebuntur, si nõ ad prima verba huius eiusdẽ versus referantur: sed ad illa, ꝙ ver. 14 præsefertur, *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, & animam meam pono pro ouibus meis.* Sic enim continua oratione dixisset Christus, nisi comparationem illam fui, & Patris adhibere voluisset: sed cum eã adhibere vellet necessario interrumpenda fuit oratio vt postquam dixit se oues suas noscere, atq; ab illis noſci, interesseret suam, Patrisq; cognitionẽ, in qua faciendi comparatio erat: deinde addetet ad complementum ptionis membri, *& animã meã pono pro ouibus meis.* Admonuit Leontius verbum illud *pono*, voluntariam, non coactam mortem declinare, ꝙ ipsum videretur Euth. indicare idq; Christus ipſe paulo post declarat v. 18. *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eã à meipso.*

Ioan. 10. 18.

16. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient.] Hoc putat Leontius Christum addidisse, vt ostenderet se non tãtum Iudæorum, quibus sermo loquebatur. sed etiam omnium gentium Regem esse, atq; pastorem gentes enim alias oues vocat Rupertus vero ideo dixisse, vt indicaret se non inde gere Iudæorum fide etiam si illi non credant, alias se habere oues, quas sic in idem ouile adducturus: id iuorem se esse, quam illi putent. Supra docuimus, quo sensu alias vocat oues, quæ nondum oues erant non solum ꝓpter prædestinationem: nec. n. prædestinatos, vt Augustinus, & Beda volunt, sed quia aliquanto oues futuræ erant, oues per anticipationem appellat. Cum autem dicit, *quæ non sunt ex hoc ouili*, indicat aliud esse ouile præter id, de quo loquebatur. Ouile enim vocat multitudinem hominum iisdem legibus viuentium. Quare tota Iudæorum populus vnum erat ouile: omnes vero Gentiles alterum: quia ergo non omnes gentes iisdem

Ouile quid velit.

prorsus viuebant legibus, tamen in hoc omnes errore A conuenichant, quod multos haberent Deos. Quare à Iudæis differebantur, vnumque alterum ouile efficiebant. Eas igitur oues dicit oportere se adducere ad idem ouile, id est efficere, vt Deorũ multitudine relicta vnum cœli, ac terræ colant Deum, & non quidem iisdem, quibus ante Iudæi, sed iisdem, quibus illi, qui ex Iudæis in se credidernt, legibus Euangelii viuant. Notant Leontius, Chrysostomus, & Theophylact. dignationem illam, & cum dicit, *Etillas oportet me adducere* significare etiam Iudæos adducendos: vtrosq; enim & Iudæos, & Gentiles errare, vtrosq; tanquam oues sine pastore esse dispersos, vtrosque in aliud quoddã ouile vnũ, quam in quo ante erant adduci oportere. Monent quoque Chrysost. & Theophylact. verbum *oportet*. non necessitatem, sed quid futurum esse significare: quanquam nihil ego incommodi video, si necessitatem significet, non illam quidem absoluram, q̃ Theologi vocant, sed necessitatem ex hypothesi, *oportet me adducere*, vt ita fiat, alioqui peritura, aut, *oportet me adducere*, vt omnib. patribus officii mei satisfaciam. Nam etsi dixi me aliquando nõ venisse, *nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel*, intelligebam me illis solis meam præsentiam exhibituram esse; cæterum & alias, si non per me ipsum certe per Apostolos meos *me oportet adducere. Et vocem meam audient*, id est vt vocem meam audiãt, vt doctrina mea fruantur, qua extra ouile, ad quod eas adducturus sum, frui non possunt, aut, *vocem meam audient*, id est mihi credent, non erunt vobis similes, qui cum in ouili inter oues sint, credere non vultis, vt Iudæorum duritiem, & incredulitatem oblique notet.

Matt. 15. 24.

B

Ioan. 12. 32. Galat. 6. 15.

Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.] Rumpetur per me inter media macies, quæ nunc hæc duo Iudæorum, & Gentilium diuidit ouilia, & ex duobus ouilibus vnum fiet; quia non erit Iudæus, neq; Græcus, circumcisio, neq; præputium, *sed nouæ creatura*. Indicat prius, aut plures, aut nullum Iudæorum, & gentium fuisse pastorem. Non quod non vteique populus diuina regeretur prouidentia: sed quod, si cum Euangelico cõparentur statu, errasse ante sine pastore videntur. Propterea etiam Iudæi Deus, cum sub lege Moysis viuerent, pastorem, id est Christum promittebat, quasi tunc pastorem, non haberent. Ezech. 34. 23. & 37. 24. Plures vero pastores habuisse qã Iudæi à Moyle, gentes à Diabolo, in cuius erant potestate, pascebantur. Fore vt ante mundi consummationem omnes simul Iudæi & gentes Christiani fiant, itaq; vnum sit ouile, & vnꝰ pastor, error est ex hoc loco natꝰ pessimo interprete vulgo. Nec enim sensus est, omnes esse in Christum credituros, & venturos ad Ecclesiam: sed inter eos, qui ex Iudæis, & eos, quæ ex Gentilibus crediturifunt nullam fore discriminum tempendam esse macerriam, q̃ antea eos duos populos diuidebat; Christũ lapidem angularem, & Augustinus interpretatur, futurum esse. Quod non ante finem mundi faciendum expectatur, sed iam factum cernitur.

Ioan. 12. 32. Ephes. 2. 20. 1. Pet. 2. 6.

Quid sensus Iudæ-orum verbum sit vnum ouile, & vnus pastor. Ephes. 2. 14. Isaiæ 56. Ephes. 2. 20. 1. Pet. 2. 6.

C

Ezech. 34. 23. & 37. 24.

Rom. 11. 25.

17. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animã meã, vt iterum sumam eam.*] Putant Chrysostom. & Theophylactus ideo hoc Christum subiecisse, vt osteudaret se non esse seductorem, corruptoremq; animarum, quemadmodum illi existimabant. Tantum abesse, vt eiusmodi sit, vt eos potius tutopere amet, vt pro eis animam suam ponat, ideoq; à Patre suo diligatur. Cyrillus vero in Catena Græca, vidisse tanquã Deum Iudæorum cogitationes, ridentium apud se, quod se ꝙ ouibus moriturum diceret: probare his verbis id ie non vana iactatione dicere, teliem sibi Patrem esse, q̃ num iisdem legibus viuentium. Quarationem tamen sit se propterea diligat, quod pro ouib. suis mortem sit obiturus. Mihi probare videtur voluisse se officium il lud pastoris non vsurpasse, sed à Patre iniunctũ suscepisse, nec stolidam esse temeritatem, quod pro ouibus suis mori velit, id sibi à Patre præceptum esse, vt declarat versu sequenti: & propterea se à Patre diligi, quod eius præceptum seruet. Omnes consentiunt auctores Christum hic tanquam hominem loqui. Sed quæ ait Chrysostom. Cyrill. Leontius. Theophylact. & Euth. quomodo etiam si tanquam homo loquatur, dicat se propteta à Patre diligi, quia animam suam pro ouibus suis positurus erat, quali eam ante mortem nõ dilexerit Pater, aut dilecturus non fuisset, si animam suam pro ouibus non posuisset? Duobus modis respondet Cyrill. Leontius, & Theophylact. dicunt se solum non esse, tunc primum diligere cœpisse, cum animam suã pro ouibus suis posuit, sed cum ante diligeret Patꝰ Filium, videreturq; deinde paratum pro ouib. suis mori, agnouisse in eo veluti naturalem Patris charactẽrem, quod quemadmodum Pater, ita etiam ille oues diligeret, itaq; magis, ac magis quasi vinculis quibusdam similitudinis tractum eum dilexisse. Eodem modo dixit ꝙ Euthymius, & alii dicunt non significare le amare, aut alias ob causas à Patre non diligi, sed ob eã diligi, isq; verus est sensus. Difficilius est, ꝙ addit, *Vt iterum sumam eam*, difficultas vero omnis in illa vna particula. *Vt*, posita est. Quam qui finem dilectionis faciunt, vt sensus sit propterea Filium à Patre diligi vt animã suã pro ouibus suis ponat, de audiendi quidem esse videtur. Cyrillus in Græca Catena sic interpretatur, propterea Pater diligit me, quia non pono animã meam pro ouibus meis, sed etiam, quia iterum sumo eam, id est non solum quia morte mea oues meas libero, sed etiam quia resurgendo viuificos *tradimus est*, in quit D. Pau *propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*. Theodorus vero Mopsuest. & Euthym. scribant eam dictionem hoc loco non causam, sed ꝙ futuram est, significare, quod multis sæpe ex ipsis docuimus. Atq; hoc probabilius: vellem tamen explicassent, quam ob rem Christus hoc ipsum adiecisset. Mihi tanquam expositionem illius verbi, *Quid sit animam ponere.* no, videtur addidisse. Hoc enim ipsum significat animam ponere, non solum sponte moti, vt Augustin & Leontius obseruarunt, sed vt ego existimo, ita moti, vt paulo post ad vitam sit redidurus; quemadmodum dicimur velle mi ponere, quam ita eximus, vt paulo post sumus resumpturi. Quia ergo sæpe dixerat se animam suam pro ouib. ponẽturum esse, ne quis intelligeret aut coacte, aut ita certe moriturũ esse, vt mors illi, sicut ait, D. Paul. dominaretur, id ait, vt non amplius resurgeret, subiecit explicationem verbi, *Ego pono animam meam, vt iterũ sumam eam*. Vbi præponendum *Ego*, vt D. Augustinus animadvertit emphaticum est. *Cum magno*, inquit, *ponderis dictum est, ego pono, inquit, animam meam. Ego pono. Quid ego? quod ego? Ego, inquit, ille animam meam. Ego pono. Non gloriantur in his, qui se putarunt, potestatem habere non ponendi animam suam, quid sentiendo factura sunt?* Non nulli quæ pro quo anima sumatur, cum dicit Christus, *Ego pono animam meam*, pro altera parte hominis, quę anima vocatur, ea pro corporali vita, quæ & ipsa Hebraica, & alia anima dici solet: Augustinꝰ, & Beda pro altera hominis parte sumi putant, indeq; Apollinaris hæresim refellunt. Sed quis Christum humanam animam negaba habuisse, quod & Theophilus Alexandrinus fecit in Paschali, & Theodorus Heracleen. in Græca Catena. Fuisse autem eam Christi nũ quarentibus Deus, sed quatenus homo erat, quia animam etiam ꝙ etemper cum diuinitate continẽta fuit, sed ab eo corpore separata eam tamen potestatem animam suam ponendi, iterumq; resumendi à diuinitate habuisse. Alii priora

Quid hoc loco anima significet.

vita humana poni malunt, quam Christus & tanquã homo, & tanquam Deus posuerit, atq; re ipsa posuerit. Mihi non magnopere videtur interesse, hoc, vel illud dicas. Nam propterea vitam ipsam animam appellamus, quia vita in coniunctione animæ cum corpore consistit; itaque, cum vitam ponimus, animam ponimus.

18. *Nemo tollit eam à me.*] Explicatio est superioris sententiæ, nec longo indiget commentario. Nam quæstio illa, quam quidam proponunt, non est difficilis: Siant nam ponere, inquiunt, est mori, occidere, erit animam tollere. Ac occiderunt Iudæi Christum, animam igitur eius sustulerunt. Occiderunt illi quidem Christum, sed volente, mediante animam ab eo non sustulerunt, quia tollere vim, coactionemque significat. Quod dicit *Hoc mandatum accepi à patre meo*, ne quis addiderit, supra cantam indicat animus, vt doceret se non remere offerre animam illud pastoris, & animam suam pro ouibus ponendi & sumendi esse: nam tum enim se in eam facturum esse quod non solum contentaneum Patris voluntati, sed etiam ab eo præceptum fuit. Ita sit Cyrillus, & Theophylactus alias afferunt: loquitur autem vt homo, cum se à Patre mandatum dicit accepisse. Ita quæ ex hoc loco & diuina, & humana Christi natura recte, pharundinina. quia solius est Dei potestatem habere ponendi animam suam, vt Cyrillus in Catena, & Idacius disseruit lib 3 aduersus Varimadum, & Cerealis Episcopus in his aduersus Maximum Arianorum Episcopum. Humana vero cum & veram sit animam habere dicit, & à Patre mandatum accepisse. Lego in Græcorum Catena Ioannis Grammatici in hunc locum explicationem non satis, vt videtur, Catholicam Christũ potestatem hanc animam suam ponendi, atque resumendi, etiam vt Deum, à Patre accepisse.

Diuina & humana Christi natura recte probata.

19. 20. 21. *Dissensio itaque facta est inter Iudæos propter sermones istos.*] Docet Euangelista, quid Christus sua illa professione disputatione, si non omnes auditores, sed pauci aut nulli fortasse crediderunt: (nec enim id dedicarunt) tamen in varias de illo sententias distracti sunt. Quod & ante acciderat in simili disputatione c. 9. 16. Hoc est quod hoc loco dicit *Iterum*. Quærunt Chryl. Theoph. & Euth. cur Christus nihil illis respondent, qui se dicebant dæmonium habere. Tres affert causas, primam, quod iam ante respondisset, cum idé sibi obiceretur, se dæmonium non habere c. 8. 49 Secundam, quod digni non essent responso, qui post tot miracula dicerent eum dæmonium habere ternam, quam solam Theophylact. attigit, quod nolluerit per eos illis respondere, qui illis contradicebant, quali p homines, qui omni carerent suspitione gratiæ.

22. *Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis, & hyems erat.*] Prima hic quæstio est, num hæc, quæ modo narrat Euangelista, continuo acciderint post superiorem Christi disputationem. Non eodem die, nec eodẽ festo accidisse omnes quos legerim interpretes coniectur, & ex ipsis verbis Ioannis facile colligitur. Omnia, quæ ab initio capitis septimi vsque ad hunc locum cõmemorauit, in festo scenopegiæ id est tabernaculorũ acciderunt, vt ex c. 7. 2. manifestum est. Quæ autem modo sequitur, ipse Ioannes docet in festo Encæniorum facta fuisse: inter erant aũ c inter vtrumq; festum duo vt minimum menses. Age harum enim rerum ordo vt minimum menses. Age harum enim rerum ordo vt minimum menses. Age harum enim rerum ord

pastoris culpa: si quæ pereunt, culpa sua pereunt. Gratia etiam, quam Christus in hac vita omb. suis dat natura sua satis est, vt eos in vitam æternam ducat, si qui non perueniunt. ideo non perueniunt, quia sua culpa sequi nolunt. Deniq; nō video, cur hoc difficilius videatur, quam q. c. 3. 16. dixit. *vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Nam quemadmodum hic credentibus promittitur vita æterna, quia fecerint, quod in se est, vitam æternam consequitur: ita hic promittitur ouibus, id est, iis, qui credunt. Eodem modo, quod sequitur intelligendum est, *Et nō rapiet eas quisquam de manu mea.* Quibus verbis nihil aliud, quam potentiam suam declarat, quantū in se est, ouet suas non esse perituras, neminem fortiorem esse

Manus Christi cum patris potentia.

B se vt eas de manu sua possit eripere, si pereunt, sua ipsa culpa pereunt voluntate, nō ipsius infirmitate pereunt. Potentiam manū appellari nemo nescit, & Cyrillus, Leontius, & Theophylactus monuerunt. Probat autē Christus his verbis, vt Theophylactus ait, quod ante dixit non esse oues suas in æternū perituras, quia nemo eas de manu sua potent eripere; quod nostram confirmat interpretationem, si enim intellexerat oues illas perituras non esse, vi nimirum alterius se potentioris, aut sua impotentia, quia nemo se fortior esse posset, traq; nihil aliud voluit significare, quam satis se esse fortē, satis potentem, vt oues suas in vitam æternam possit inducere, vt omnia ab illis pericula amoliretur. Putat autem Euthymius allusisse Christum ad Pharisæos, & cæteros Iudæorum principes, qui de ipsius manib. oues rapere conabātur, id est eos, qui in eum ex debēbāt, ab eo abalienare, & è synagoga eos eiicere, qui eum Christum esse confiterentur. c. 9. 22.

C 29. *Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei.* Antequam de sensu differamus, constituenda lectio est. Tertullianus in li. contra Praxeam. Hilarius li. 7. de Trinitate Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto c. 18. Augustinus, Beda, Rupertus, & omnes omnino Latini auctores quos legere vnquam potui, ita legunt, *Pater meus quod dedit mihi maius omnib. est.* Græca vero omnes codices, & impressi typis, & scripti manu, omnesq; auctores Græci legunt ὁ πατήρ μου, ὃ δέδωκέ μοι, μειζων πάντων ἐστί, *Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est.* Quid sit remotis auctoritatib. lectionem cum lectione conferamus, non dubitauerim Græcam Latinæ præferre. Primum, quia sensus & melior est, & facilior. Deinde quamanifestum est Christum argumentari, probareq; ne

D minē posse de manu sua, oues suas rapere: quod quo modo faciat, Græca lectione perspicuum est: apparet enim argumentū: Pater, qui dedit eas mihi oues, maior, potentiorq; omnibus est: Ergo nemo potest de manu eius eripere, atqui ego, & *Pater vnum sumus*, ergo nemo de manu mea potest rapere. Quo autem modo Latina lectione argumentetur, prorsus non apparet. Præterea si voluisset Christus dicere, quod sibi Pater dedisset, maius omnibus esse, non dixisset, *Pater meus quod dedit mihi*, sed, quod dedit mihi Pater. Denique quorsum dicat, pater qui dedit mih, maior omnibus est, nemo non videt: quo sumantem dixerit, *Pater qui dedit mihi, maius omnibus est*, non facile quisquam videt. Tamen quia vtraq; lectio hæc apud Græcos, illa apud Latinos recepta est, vtraq; explicanda. Quis Græcæ lectionis sensus sit modo indicauimus, atq; eo tem sensa omnes Græcorum interpretes exponunt. Et illi mant, autem Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. & Leontius propterea hoc de patre suo Christum addidisse, ne eam potentiam, quam & habere dixerat sibi soli arrogare, nec in Patrem referre videretur. Cyrillus vero contra. vt doceret se non esse nudū hominem, sicut illi existimabant, ideoq; itridebant, quod A diceret neminem posse de manu sua oues eripere, ne mirentur, ne rideant, se enim virtutem, & deitatē essa Patris. Quærit idē Cyrillus cur dicat oues sibi a Patre datas esse, cum ipse Deus cum sit, sine cuiusquam dono omnium creaturarum dominus sit. Respondet Patrem Filio dedisse oues, id est curam earum, quam & ipse habebat, illi reliquisse, qa *vita erat*, vt vitā illis daret. Aliter etiā respondet Christum & Deum, & hominem esse: vt Deum oues date, vt hominem acci-

Quomodo Filio Pater oues dederit sup. c. 1. 4. conf.

pere. Latinam autem lectionem sic quidam interpretantur, *Quod dedit mihi Pater maius omnib. est*, id est Ecclesia, quā mihi tregendam tradidit oues, quas pascēdas dedit, maius q̄ iddam est, id est cætus, plusq; faciendum, quā quidquis aliud. At quid id facit, vt nemo de manu eius possit rapere? Tertullianus, Hilari, Ambros. Augustin & Beda, id naturam, potestatemq; diuinam referūt, quam Pater Filio gignendo dedit. Ea enim natura, atque potestas maior omnibus est, id est nulla natura, nulla potestas cum illa comparata potest, ideo nemo pōt oues rapere de manu eius. Atq; hoc eodem modo Cyrillum generatim Lateranen. interpretatur. Quæ quidē interpretatio tem magis cōtinet. Sed antiquadue, in. Rupertus inter diuina & humanam Christi naturam obiicere comparationem ne fi Mirabantur Iudæi, quod Christus diceret, *Nec quisquam eas rapiet de manu mea*, putantes tolum esse hominem, nec quicquam in illo maius considerantes, quā quod cernebant oculis. docere ergo Christum id quidem, quod illi in se videbant, quodq; sibi mater dedisset unum esse, sed quod Pater ei dedisset, quodque oculis corporis percipi non posset, maius omnibus esse.

30. *Ego & Pater vnum sumus.*]Sententia est Catholicorum, & Arianorum diututa disputatione nobilissima. Primum videndum, quorsum adiecta. Secundum quidem lectionem Græcā superioris versus manifesta causa est. Est enim aut maior, aut minor syllogismi propositio. *Ego, & Pater vnum sumus*, nemo pōt eas rapere de manu Patris, ergo nemo poterit rapere de manu mea Dicit se, & Patrem suum eādem potētiam, id est eandem habere manum, vt Hilarius Leōtius & Theophyl. exponunt; aut se manum, id est potentiam esse Patris, vt Cyrill. ait. Secundum autē Latinam lectionem nonsunt hæc verba ad illa referēda, *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est*, sed ad illa, *Et non rapiet eas quisquam de manu mea*, & ad illa, *Et nemo potest rapere de manu patris mei.* Quod si sit, recte cō uenient. Quod attinet ad loci sententiam, nota est inter veteres Catholicos, Arianosq; contentio, quæ in eo versabatur, quid nomen illud, *Vnum*, significaret, Catholici quidem omnes essentiam declarant significare. Itaq; omnes, qui contra Arianos vnquam disputauerūt, hoc cumprimis testimonio eos refutarūt, Alexander Alexandrinus Episcopus, in cuius primū Ecclesia hæresim Arij suam semmouit, in epistola ad omnes Episcopos, quæ ante magnum concilium Nicenum est, Athanasius at 1. & 2. contra Arian. & ser 3. & 4. contra eosdem, & in lib. *quod Deus de Deo sit*: item, Hilarius lib. 7. & 8. de Trinitate, Epiphan. hæres. 69. Gregor. Nazian. in libro de fide. Basilius lib. 2. adversus Eunomium Ambros. li. 1. de fide. c. 1. & libro 3. de Spiritu sancto, c. 12. Cyrill. Ierosolym. Cateches. 11. & Cyrillus Alexandrinus hoc loco in Græcorum Catena citatus, & libro 12. Thesaur. c. 15. Augustin. lib. 4. de Trinit. c. 9. & lib. 5. c. 7. & 9. & lib. 6. c. 2. & in lib. 83 qq. q. 69 & serm. 51. de verb. Domin. & hoc loco, & lib. 2. contra Maxim. Arian. Episcop. c. 10. 11. 12. & lib. 3. c. 22. & Idacius in lib. contra Varimad. & Maximus Victorinus lib. 4. adversus Arium. & Maximinus dialogo 1. & Theodorus Mopsuest. & Chrysostom. in Græcorum

Quid significet hoc loco Vnum.

Catena. Solebant duobus modis Ariani respondere A Primum q dem non dici Patrem, & Filium vnum natura, atq; substantia, sed concordia, consentiaque voluntate. Quod & Tertullianus, aut quicunq; alius auctor est. in lib. de Trinitate minime obscure scribit hunc locum exponens. Atq; vtinam nō illi memoria nostra interpretes extitissent, qui nescio sane quo stu dio Arianorum iuuisse et partes, id ex aliis etiam locis colligentes item, n. c. 17. 11. 22. Christus dicit, *Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus*, illud, *vnum*, non substantiam vtiq; sed concordiam significare: & cum dicit Lucas Act 4. 32. *Multitudinis credentium erat vnum cor & anima vna*, non esse dubium, quin sola animorum consentio de claretur. Eodem permotus, quod scribit Iosues. 1. epi. c. 3. 7. *Vere Iesus, qui est filius meus de celo Pater, Verbū, & Spiritus sanctus*, & hi tres vnum sunt nam de aqua, spiritu, & sanguine idem dici, quæ tamen confiteri non etuidem esse naturæ, sed idem dicere rectum nonum. De illis locis, quibus probandam Arianorum interpretationem proferantur, tunc copiosius disputabimus, cum ad eos si Deus vitam dederit, peruenietnus. Hūc in quo versamur, non posse intelligi, nisi de natura, multis argumentis perspicuum est. Mitto rationem illam Augustini lib. 3. c. 22 aduersus Maximinum Arianorum Episcopum, qui perperā scripturæ obliterationē docet omnia, quæ vnum esse dicuntur, eiusdem naturæ esse, nec exemplum vllum contrarium in

Vnum. de Gratia proficiatur, & natura debet accipi hoc loco tertia sumus

laeris litteris reperiri. Ex hoc ipso loco argumenta eramus. Volebat probare Christus nemine posse de manu sua oues suas eripere, quia *ipse*, ait, & *Pater vnū sumus*, & nemo de Patris manu pōt eripere. id significat C eiusdem esse potentiæ, atq; naturæ, bene probatis eiusdem esse voluntatis, non probat. Nam quod quidam respondere solent etiam ex voluntatum concordia idem probari posse, quia cum Pater idem q. Filius velit, nunquam permitter, vt quisquam de Filii manu oues rapiat, ex alio loco refutatur. *Quæ ad te misi cum sifridius, & non peperci ex eis quisquam, nisi Filius perditionis*, vbi non Patris aut filio, sed sux potentiæ tribuit, q. nemo de manu sua oues rapuerit. Non ergo hoc loco propter Patris auxilium, sed propter suam ipsius potentiam, quæ potentiæ Patris æqualis sit, probat nemine de manu sua posse oues rapere. Deinde ex ipsis Iudæis Christi aduersariis docet Arianos debuerunt Christum non voluisse sola, sed etiam potestate, atq; natura significare se vnum esse cum Patre, vt D ait Athanasius in libro, quod Deus de Deo sit Verbū, & Cyrillus lib. 12. Thesauri, c. 15. Ad hoc enim verbum Iudæi lapides sustulerunt intelligentes Christum se patris cum Patre fecisse potestatis. Lapides isti clamant aduersus Arianos. Deinde non solum factis sed etiam verbis Iudæi declarauerunt, quamobrem Christum lapidare vellent *ver. 33. de bono opere non lapidamus te, sed quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Denique Christus non respondet se non vocasse se ipsum Deum, sed probat merito se ita vocalle. Alio etiam modo solet Augustinus in locis, quos notauimus de Trinit. Arianorum expositionem refutare. Nolebant illi unumeni genitī, & ingeniti in Deo vsurpare, dicentes aut substantiam, aut accidens significare; si accidens, in Deo accidens poni, quod absurdum sit. si substantiam, duas in Deo poni substantias, quod sit absurdum. Argumentatur contra illos Augustinus, eodem modo. Aut vnum hoc loco accidens, aut substantiam significat: accidens significare non potest, quia in Deo accidens non est, substantiam ergo significat. Solebant præterea Ariani alio modo hunc locum eludere, vt autor est Idacius in lib. contra Varimad. ca. 16. non dixisse Christum, *Ego & Pater vnum sumus*, sed *vnum sumus*, non ergo vna nec est naturam, q

Ioel. 17. 12.

Sabellianis vnicum & vnicus refutat.

31. *Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eum.*]*Sustulerunt*, sed non iecerunt, quia Christi potentia, ea ipsa propter quam eum lapidare volebant probatus fuit, vt Theodorus Mopsuest. adnotauit. Voluerunt autem enim lapidare, quia Deum se, aut Deo æqualem esse dixerat, quam execrabilem illi blasphemiam esse putabant. Iubebat autem lex blasphemos lapidare Leuit. 24. 14. 16. Vide, quæ superiore versu dicta sunt, & ca. 8. 59.

B 32. *Respondit ei Iesus.*]Dixit sæpe enim notauimus Hebraismum, quo respondere ponitur prodicere. Nihil enim Christo Iudæi dixerant.

Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?]Aculeata sunt verba: pungit enim eos, obliquissimā. nulla sibi culpa, nullam ob noxam se ab illis lapidari: ebquumeo esse, vt ob bona opera, & merita in eos sua ipsorum ingrato animo, inuidiaq; lapidetur. Habet autem oratio per interrogationem pronuntiata maiorem vim, quam si sim, liceret dixisset. propter bona opera me lapidatis. Maiorem etiam num cum dicit. *Multa bona opera ostendi vobis propter quod eorum opus me lapidatis?* Redigit enim illos in mentem omnia, & iubet ex multis vel vnum ostendere, propter quod se possint lapidare. Ostendere bona opera Hebraica phrasi non solum significat ante oculos ponere, sed etiam in gratiam eorum facere, benefacere illis. *Multi dicunt, quis ostendet nobis bona*, id est, quis nobis benefaciet psa. 4. 6. *Ostende nobis misericordiam tuam*, id est fac nobis cum misericordiam, vt alia phrasi dicunt psa. 84. 8. Sicut è contrario *Ostendisti populo tuo dura*, Psal. 59. 5. & *Quanta ostendisti mihi tribulationes multas & malas*, ptal. 70. 20. Sed habet maiorem emphasim quam si dixisset, multa bona opera vobis feci quia ostendere, significat ita facere, vt is, cui fit manibus teneat, teq; ipsa ita experiatur, vt aut negare, aut ignorare non queat. Itaq; duplex hoc verbo Iudæorū notatur vitium, cæcitas q. bona Christi in se opera nō viderent, aut intelligerent & ingratitudo (vtar enim hoc verbo quod commune est in se beneficia essent experti lapidare vellent: docuerat eos, sanauerat eorum ægrotos, liberauerat à dæmoniibus malos. At quare dicit, *Ex patre meo?* Respondet Cyrillus in Catena Græca modestiæ causa ita locutum fuisse, vt nobis exemplum præberet, minime gloriandi, cum aliquid à Deo accepimus benefacti. Voluisse etiam ostendere omnia sibi opera communia esse cum Patre. Mihi videbatur declarare voluisse, ea se opera, quæ fecerat, neq; curiositate, aut ambitione vlla, neq; proprio, privataque consilio, sed Patris & consilio decretoq; fecisse. Occasionem eos aliquam habere posse, quo min opera sua calumnientur, in quo nihil præter hominem oculis videant: at opera Patris calumniari non posse, se vero nullum opus facere, quod non idem Patris sit.

Bona ostendere, & facere in eo consistit.

33 *Responderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Putant Leontius, & Euthymius confiteri his verbis Iudæos Christum multa sibi bona opera fecisse sed ego nullam eorum confessionem video, nec vero simile est id eos esse confessos, cum illa ipsa omnia opera, quæ illis Christus fecerat, calumniati etiam fuissent, curatum sabbato paralyticū c. 5. 10. resuscitatum vi sum eum c. 9. 16 Illa ergo verba, *De bono opere non lapidamus te*, sic interpretor. *de bono opere non lapidamus te*, qa nullū bonum opus habes propter quod te lapidemus, sed

sed multos venisse situr qui non omnes mundati sunt. A indigebant, scientes se immundos non esse, ideoq; nolebant ante diem ipsum Paschæ venire: Sitas quia omnes eos iam erant multi, & voluit multitudinem eorum, qui conuenerant, exprimere. Multos enim pro omnibus sæpe poni multis exemplis alibi docuimus Matth. 20. 28. hoc quia vt notant Cyrillus, & Leontius, non omnes ex legis præcepto venire oportebat Ierosolymam, vt Pascha celebrarent, sicut ad Scenopegiam poterant enim in sua quisq; ciuitate celebrare. Sed de ea re diximus c. 7. 1.

56. *Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes, quid vti atur, quia non venit ad diem festum?* [Græce *Ότι ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν οὐ μὴ ἔλθῃ; num ipse non venturus esset ad diem festum?* quemadmodum Chrysostomus, & Theophylactus exponunt. Ita quæ non mutantur, aut reprehendunt, quod non veneris, vt plerique patrum in quibus etiam, vt videtur, Cyrillus, & Leontius graues auctores sunt, sed dubitant non irrogantque, an venturus sit. Siue cur non veneris, siue an venturus sit rogent, ambigunum est, quod in animo facient, bonone, an malo? & quod eodem redit, qui nam illi fuerint, qui hoc interrogabant, amici, an inimici? Quatuor de ea re apud antiquos opiniones inuenio. Primam apud Theodorum Mopsuest. qui hoc interrogabant, homines fuisse, qui cum famam miraculorum eius audirent, cupiebant eum videre, atque audire, itaque interrogabant alii alios, quid causæ esset, cur non veniret, aut num sciret, an venturus esset. Quod bono vtique animo dicebant. Alias duas Cyrillus Alexand. refert, reprobat alteram, fuisse eos, quibus *Quo animo quærebant ipse inter se, an Christus non ve-niret ad diem festum.* credi derant: disputareq; cum iis, qui non credebant dicentes, vel ex hoc cognoscere poteris eum esse Deum, quod occulta vestra cunctis cognoscat indice nemine, ideoque non venerit ad diem festum, quia scit vos insidias sibi parauisse. Altera est fuisse potius eos qui non credebant qui hæc interrogabant, cum iis, qui in eum credebant, disputantes. Hinc intelliges illum violatorem esse legis, quemadmodum nos illi obtrectore solemus, quod non venerit ad diem festū. Quarta plurimum est auctorum, Augustini, Chrysostomi, Theophylacti Bedæ, Ruperti, Euthymi, & probabilior, hos fuisse eos, qui eum cōprehendere volebant, sine Pharisæis, & sacerdotes ipsos, siue eorum mittitos. Qui cum decreuissent eum in die festo, ad quem venturum putabant, comprehendere, quærebantur, quod non venisset, aut quærebant, an venturus esset. Quod minantes dicere videntur, vt & Cyrillus indicat, quasi dicant, si venisset, comprehendissemus eum aut si venerit, comprehendemus. Hoc probabilius, quia sermonis speciem præ se fert commotionis. Et quia statim sequitur, *Dederunt autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.* Vbi *Autem* pro *Enim* positum puto, vt Matth. 13. 3. Ita sensus est consequens. Propterea enim illi minantes dicebant, *Quid nim cognitum, quod non venit ad diem festum?* quia Pontifices, & Pharisæi mandatum dederant, vt si quis sciret, vbi esset, indicaret, vt comprehendi deretur. *Enim pro autem positum.*

CAPVT XII.

1. IESVS ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. 2. Fecerunt autem ei cœnam multi: & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. 3. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit vnctis eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. 4. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: 5. Quare hoc vnguentum non venundatum est trecentis denariis, & datum est egenis? 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat. 7. Dixit ergo Iesus: Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. 8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. 9. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum vidérent, quem suscitauit a mortuis. 10. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent: 11. quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. 12. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymam, 13. acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. 14. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: 15. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. 16. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. 17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat, cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. 18. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. 19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. 20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant vt adorarent in die festo. 21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. 22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu. 23. Iesus autem Respondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. 24. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. 25. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. 26. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. 27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. 28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. 29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. 30. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. 31. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. 32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. 33. (hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.) 34. Responderunt ei turba: Nos audiuimus ex lege

Mat. 26. a. 6. Mar. 14. a. 3.

Mat. 21. a. 7. Mar. 11. d. 7. Luc. 19. f. 35. Zach. 9. b. 9.

Matt. 10. d. 39. & 16. d. 25. Mar. 8. d. 35. Luc. 9. b. d. & 17. b. 33.

ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? 35. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. 36. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. 37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: 38. vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? 39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: 40. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. 41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. 42. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eicerentur. 43. dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. 44. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. 45. Et qui videt me, videt eum, qui misit me. 46. Ego lux in mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. 47. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. 48. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, sermo, quem locutus sum, illi iudicabit eum in nouissimo die. 49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. 50. Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Ioan. 7. b. 42. Ioan. 6. d. 45. & 8. d. 42. Mat. 21. b. 8. Mar. 11. b. 8. Luc. 19. b. 37. Ioan. 12. a. 12.

IN CAPVT XII.

IESVS ergo ante sex dies Paschæ.] Particula *ergo*, videtur ad v. 35. superiorius capitis referenda, vbi dixerat Euangelista proximum fuisse Pascha Iudæorum; cum ergo proximus esset Pascha, Iesus sex ante diebus iter Ierosolymitanos ciues, vt superiore cap. vers. 19. & 45. Eos venisse dicit Bethaniam, vbi Christū esse audiebant, non solum vt Christum, sed vt Lazarum etiam viderent recens à mortuis resuscitatum. Subtilis est humani ingenij curiositas, per omnia & mala, & bona scire opera insinuat. Vbi Christus est, non tam propter Christum quam propter Lazarum veniunt. Cæterū, inquit Augustinus, *eos addouit, non caritas.* Experiri volebant an verum esset, quod fama narrabat, Lazarum à mortuis suscitatum fuisse; Volebant videre, loquentē audire, & fortassis interrogare, an vere fuisset mortuus, & quid in altera vidisset vita, vt Theodorus Mopsuest. & Cyrillus, Theophylact. Leontius interpretantur. Quis enim videre nollet, & interrogare eum, quem à mortuis suscitatum fuisse audirent? Cur ergo non antequam Christus ibi esset, venerant, ac viderant, cum Lazarus in Bethania habitaret? Credibile est, quamuis Euangelista non dicat, Lazarum, postquam suscitatus fuit, à Christi latere non discessisse; itaq; antequam eo Christus veniret, Lazarus ibi non erat, quia Christum, sicut & sorores eius Maria, sequebatur. Cum ergo audissent Christum ibi esse, intellexerunt & Lazarum ibi esse oportere; itaque eius videndi causa venerunt. Aut sicut nō propter solum Christum, ita non propter solum Lazarum venerunt; itaque nō venerant ante, quia simul ambos videre non poterant.

Curiositas per omnia & bona & mala seruiens. *Trad. 50.*

10. *Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.*] Euthymius, Christum occidere volebant sumpto prætextu, quod soluerer sabbatum & se faceret æqualem Deo, quod q; multi in eum crederent. Lazarum autem quare? An quia reuixerat? quod ergo crimen est reuixisse? itaque tota res est inuidia. Inuidebant enim non auctori modo beneficii, sed iis etiam, qui acceperant beneficium: ideo & eicerum sotas eiecerant, & Lazarum interficere volebant. Mordebat etiam eos, quod tantæ festo plurima turba illud relinqueret, & ab eum accurreret. Quanquam ego non tam festi rationem eos habuisse arbitror, quam memoriam tanti miraculi intercidere Lazaro abolere voluisse, quod viderent magnos propter eum ad Christum heri concursus, multosq; ex causa in illum credere, vt explicatur versu sequenti. Magna quidem hoc erat infantia; sed cæca semper & intans inuidia est. *O stulta cogitatio, & cæca sanitas,* inquit Aug. *Dominum Christum qui suscitare potuit mortuum, non potuit occidere? Quando Lazarum seruabit necem, qui quod acceperat Christo potestatem? Si aliud nobis videtur de mortuo, aliud occisi, ecce Dominus vtrumque fecit, & Lazarum mortuū, & seipsum suscitauit occisum.* Eodem modo Græce scribunt Cyrillus, & Theodorus, Mopsuest. Quæ sequitur vsque ad v. 17. apud Matth. ca. 21. 7. explicata sunt.

Ioan. 8. c. 100. huius. *Trad. 50.*

17. 18. *Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento.*] Poterat mirum videri, quod cum toties Christus Ierosolymam iniisset, nemo illi processisset obuiam, nūc vero subito, nouoque consilio totus fere populus in eius occursum effudisset. Eius rei causam reddit Euangelista, quod eues illi Ierosolymitani, qui adfuerant, cum Lazarum suscitaret, affirmarent id esse vidisse, totamque ciuitatem implenerant fama miraculi. Itaq; cum nūtiarum in vrbem esset adaeuntare Christum, qui Lazarum suscitauerat, tota processit ciuitas, vt facilis illum acclamationibus ex ciperet.

19. *Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos.*] Græc. *εἶπον οὖν οἱ Φαρισαῖοι πρὸς ἑαυτούς*, inter se alii alios. *Videtis, quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.* Perinde est ac si dicāt: *videtis*, quod auctore Caipha decretum à nobis est, vt hominem istum de medio tollamus? alia enim ratione, siue persequendo eum siue eius facta, dictaq; improbando, siue populum dehortando, siue constituendo fore, vt extra Synagogam eiciatur quisquis eum confessus fuerit, nihil proficimus. Vnum illud remedium superest, vt eum occidamus. Accesserat ergo fegnitiem suam, quod iam nuper non illum simul, & Lazarum occiderint, vt Cyrillus ait; aut certe, quod diligentiores non sint, vt quam primum occidant, vt Theod. Mopsuest. & Euthymius indicant. Miror Chrysostomum, & Theophylactum in ea esse sententia, quam & Euthymius probabilem dicit, vt putent eos, qui hoc dicebāt ex iis fuisse, qui in Christum credide-

sant, qui certe, qui benenoli erga eum erant; qui per- A secutionibus illius dicant, videtis vos hunc hominē persequendo nihil proficere? sensus pestilentis est, cū ipse Euangelista Pharisæos, qui hoc dixerūt, fuisse dicat. Neq; mundum vocant eo sensu, quo Chrysostomus, & Theophylact putant, quia peccatores erant, quia modum eum Christus dicit, *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Nam qui Christum seq; habuerat, eo ipso peccatores non erant: & qui hoc dicebant, peccatores erant, atque maligni. Sed mundum vocāt per hyperbolem, quia omnes nemine excepto Christum sequi videbantur: nō solum magna, vt pote tunc Nā & vari, & mulieres, & Iudæi, & Gentiles, vt statim dicitur, eum sequebantur, & infantes Regem appellabant, vt recte Rupertus adnotauit. Simile est, quod Cyrillus ait, Pharisæos cum dixerunt totum mundum post eum abire, nescientes, quid dicerent, prophetasse; totum enim mundum, id est, & Iudæos, & Gentiles tunc nō credidimus. Et solemus vulgo magnam, innumerabilemq; multitudinem per exaggerationem mundum appellare.

Mund. nomine quid hoc loco intelligatur. Sup. c. 8. 23.

Romani Iudæorum fieri quem non prohibebāt.

20 *Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo.*] Sunt qui existiment hos fuisse Iudæos, sed ideo ab Euangelista *Gentiles* appellatos, quia inter Gentiles habitabant. Duabus addūt rationibus sua ista esse, quod Iudæi permissum non fuerint, vt quisquam Gentilis in templum ingrederetur: cum & ie- & templum & omnia fuerint ita pollutū paterent, si quis Gentilis adesset. Ita Paulum discipere fere voluerunt, quod portā eius Trophimum Ephesium in templum introduxisse, Gentilem hominem. Act. 21. 28. *Viri Israëlitæ adiuuate: hic est homo, qui aduersus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum.* Altera, quod Romani etsi permitterent Iudæos suis vti legibus, tamen eiusmodi interdictum non fuisse.

Quis sensus verborum illorum, & quid dicat

stulauerit, obire. Atque eodem fortasse redit Augustini & Bedæ sententia. Quod ait: *Et quid dicam?* vox est hominis præ animi perturbatione consilij inopia, non quod Christus in ops consilij fuerit, sed quod ea ratione tristitiæ, turbationisque magnitudinem ostendere voluerit. Quod autem sequitur: *Pater saluifica me ex hac hora.* Leontius, & Theophylactus existimant per interrogationem legendum esse, & cum præcedentibus verbis ita iungendum, vt sensus sit, quid dicam an vt me liberes ex hac hora? minime vero. Melius alij omnes auctores orationem esse putat, qua Patrem precatur, vt se ab ea hora, id est, a morte liberet, quæ mad modum paulo post, cum in horto oraret, dixit: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix ille,* Matth. 26 39. Hæc enim oratio simillima illi est. vt D. Augustinus, Beda, & Rupertus indicarunt. Illic antequam orare inciperet, discipulis dixit: *Triste est anima mea vsque ad mortem:* hic dicit: *Nunc anima mea turbata est, & quid dicam?* Illic dixit: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste:* hic dicit: *Pater saluifica me ex hac hora.* Illic quasi corrigens, moderatusque quod dixerat, addidit: *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat;* hic addit: *Sed propterea veni in hanc horam,* scilicet vt moriar; itaque nolo mortem detrectare. *Clarifica ergo nomen tuum,* id est, *fiat voluntas tua,* vt Chrysostomus, Euthymius, & Augustinus exponunt, clarificetur ex mea morte nomen tuum, quemadmodum de Petro idem dicit Euangelista capite 21. 19. *Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum,* vt idem Diuus Augustin. admonuit: aut, vt ex versu sequenti colligitur, *clarifica nomen tuum* clarificando me, ostendendoque me unum esse filium, vt Theodorus Heracleotes exponit.

Mat. 26. 41.

Luc. 22. 42.

Ioan. 12.

Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Quomodo ea vox facta, a quo? Patrem ipsum, an per angelum, an per solum aerem, & quare de cœlo facta dicatur esse, cum haud dubie in cœlo ipso facta non fuerit, apud Matth. cap. 3 17. in loco simili disputauimus. Idem enim de hac, atque de illa iudicandum; *de cœlo,* id est, in sublimi aere, quasi de cœlo missa esset, factis est, vt Patris vocem esse appareat, eiusque testimonio credatur. Notat Græcus Cyrillus, non dixisse Euangelistam vocem a Patre, sed *de cœlo* factam esse, ne quis hæreticus existimaret, Deum esse corporeum. De sententia maior quæstio, quid sit: *Et clarificaui, & iterum clarificabo:* Primum quidem illud obseruandum, quod a me mihi animaduersum esse video, & tem maxime continere arbitror, præ eodem duci clarificari Filium, & clarificari nomen Patris. Cum enim Filius dixisset: *Pater clarifica nomen tuum,* Pater respondet: *Et clarificaui* (re) *& iterum clarificabo.* Omnes enim auctores, quos memini legere, de Filio hoc dictum interpretantur.

Notanda moderatio in oratione Patris, & Filij.

Notandum vero est orationis vtriusque & Patris, & Filij moderatio. Cum idem esse clarificari Filium, & clarificari nomen Patris, tamen Filius non dicit, clarificaui, & iterum clarificabo nomen meum, sed *clarificaui, & iterum clarificabo* re; neuter sibi vtique alteri gloriam attribuens. Omnis quæstio est de qua præterita, de qua futura clarificatione loquatur Pater. Latini omnes, Augustinus, Beda, Rupertus & antiquus auctor Victorinus lib. 1 aduersus Arium

De qua clarificatione loquatur Pater. Latini omnes.

primam clarificationem referunt ad æternitatem, quæ antequam mundus fieret, fuerit *in forma Dei*: secundam ad tempus illud, quod mortem, resurrectionemque Christi consecutum erat; cum resurrecturus a mortuis, cum super cœlos euehendus, cum ad dexteram Patris sessurus erat, & ad eam redituras gloriam, quã habebat, antequam homo fieret. Videtur hæc interpretatio alia Christi oratione capite 17. 5. valde confirmari. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui prius quam mundus esset, apud te:* Sic illi. Quanquam Rupertus non ad æternitatem, sed ad mundi initium priorem clarificationem referre videtur; secundam vero ad reparationem mundi. Notauit enim, quod nemo alius, quod sciam, antiquus auctor obseruauit, aduerbium illud *iterum,* hanc habere vim, vt significet ante id tempus non nisi semel clarificatum fuisse Christum. Ipse suo loquatur ore. *Et clarificaui,* inquit, *inhaudiendum est, semel, videlicet pro eo, quod sequitur:* Et iterum clarificabo. *Si enim de multis qualibuscunque clarificationibus dixisset, Et clarificauero profecto assequi aduersus, quod est, iterum, necesse fuisset, & clarificabo. Dicam ergo certe clarificationes patrem nomini intelligi debere manifestum est, nec qualescunque claritudines tali tempore tali vero causa, tali personæ vocem non cuiuscunque, sed vocem Patris, vocem, inquam, non vndecunque sed de cœlo venientem pronuntiari decuit. Igitur eam, quæ hoc loco intelligi oportet, clarificationis Filij, in qua sine dubio clarificatur nomen Patris, illa sunt, quæ Apostolus ad Colossenses exprimit his verbis: Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt vniuersa in cœlo & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus, siue potestates omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Atque deprima clarificatione, de qua nunc Pater dixit: Et clarificaui, sequitur Apostolus de secunda clarificatione, de qua idem Pater, Et iterum clarificabo, inquit, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cœlis sunt.* Probabilis vtraque sententia est. Sed quam apud Chrysostomum, Cyrillum, Theodorum Mopsuestæ, Leontium, Theophylactum, Euthymium, id est, apud Græcos omnes lego, probabiliorem puto, priorem clarificationem de omnibus à Christo antefactis miraculis, posteriorem de iis, quæ & in eius morte, & postea eius nomine facienda erant, intelligi oportere. Petebat Christus a Patre, vt nomen suum in se clarificaret, id est, ne se morientem desereret; vt ita sibi adesset, vt omnes intelligerent se verum eius esse filium. Respondet Pater, se id ante semper fecisse, semperque deinceps factum esse. Profert illi exempla superioris temporis, vt ex illis & intelligat, & confidat fore, quæ nunc illi nulla in re defuere. tum posthac, cum maxime opus est, illi defuturum. Hic nihil fallor, verum est sensus. Itaque adiecit aduerbium illud, *iterum,* non eam habet vim, quam Rupertus existimat, sed hiatus vim habet, hanc: cum dixit habet: *Et iterum clarificabo,* id est, tu ante non clarificasti me, tamen modo, quia magnum opus est, clarificabis me, ait iterum atque iterum, etiam atque etiam clarificabo.

Vt aduersus Iudæos iterum dicatur.

29. *Turba ergo quæ stabat, & audiebat, dicebat tonitruum esse factum: alij dicebant, Angelus illi locutus est.* Mirum, quomodo turba, quæ aderat, tam claram vocem existimare potuerit esse tonitruum, cum vox in certa significantiaque verba distincta fuerit. *Et clarificaui, & iterum clarificabo,* tonitru vero sonus sit maxime confusus, minimeque significans. Theodorus Mopsuestæ videtur existimare vocem fuisse non adeo claram, atque distinctam, vt turba sensum intelligere potuerit. Theodorus vero Heracleotes ideo tenuem non intellexisse, sed tonitru esse existimasse, quod vox esset insolita, & minime aliis humanis vocibus similis.

Alij in ipsis auditoribus fuisse culpam, quia deo stupidi ad intelligendas diuinas voces essent, vt alij tonitru, alij angeli vocem esse putarentur, cum suis A verbis Athanasius Arianorum obiectionem oratione 4. contra Arianos. Obiectabant illi Christo ignorantiam, quod aliquando velit ignorare interrogando videatur. Respondet non propter se ipsum, qui ignorabat, vt ignoraret, sed propter alios, qui ignorabant, vt discerent, interrogare solitum, sicut hic loco non propter se, sed propter illos rem illam ante venisse vocem.

Ignorationis attributio.

30. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Primum hoc loco quæ eiusdem, qua ratione hæc, cum præcedentibus cohæreant, non video. Rupertus existimat hæc verba cum ver. 24. coniungenda esse: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum affert.* Explicare enim hoc loco Christum, quem fructum granum illud frumenti, de quo loquebatur, cum mortuum esset, esset allaturum, vt iudicato mundo princeps mundi Diabolus foras eiiceretur. Melius sentit Chrysost. hanc interpretationem eius esse vocis, quæ de cœlo missa fuerat, *Et clarificaui, & iterum clarificabo:* hanc enim clarificationem venisse Christo, vt per eius mortem mundus vinceretur, & eius princeps eiiceretur foras. Nunc videndum, quid velit, *iudicium mundi.* Chrysost. Leontius, Theophyla & Euthymius putant mundi condemnationem, qui mundo nempe spectatus, quasi dicat Christus, mundum condemnandum esse, quod se immeritum, innocentemque damnauisset. Rupertus nimis, vt mihi videtur, arguit sentiri *Nihilominus* inquit, *& hoc sentiendum quia hic, secundum vulgi intellectum, videtur alterum tantum, & alterum retinaculum sui alterum sæculum, & alterum sæculum, quod est primum sine principio, & medium, & finem habens, tam ignarum cum articulo, primum, inquit, huius mundi. Quod ergo sæculum mundi, & qui eiiciatur princeps huius mundi? Princeps sæculi ipsius quilibet impius? Deum ne vult? Ipse Christus, qui dixerat ei mundo, Nolo pro mundo rogare, quia non est de mundo? Quomodo autem princeps mundi eiiciatur foras, qui ubique est? Quomodo autem foras, qui ubique habetur? Quomodo autem foras, qui principatum habet in mundi regno, qui primo, quam ullus sanctorum huius mundo esset, iustus erat Gentium? Et iterum, in quibus Ecclesiæ per diabolum tam inhabitat, quam Spiritum sanctum diuinitus habitare Dominus promittit? Sic ille.* Hoc, vt dixi, argutum est. Illud certum, quod Græce in plerisque codicibus non v. τοῦ τούτου & articulus, & pronomen adiunctum esse. Ita Ecclesia vetus Latina, & Syrus vetus. Sic Chrysostomus, & D. Augustinus. & Beda, licet & Rupertus iudicium interpretantur pro destructione & reprobi discretione in Gentibus vero tractat. in hac verba sic exponit, quia Christus sit. Nunc mundo opera datur, nunc alij iudicandum relinquunt, verum velit in me credere, nec ne, sensim singulari, & vt videam, si meo bono iudicio in bonam partem accipi credo. Aliquando nacciptur in malam, vt cum dicit, iudicium Moabi, id est condemnandi. Ier. 48 47. & Ezechiel. 13, 21. & iudicia regum, Ezech. 16 19 aliquando in bonam, vt cum dicitur iudicium vidux & pupeti, liberatio, *vbi ait propheta, de sententia vidua. Psal. 137. & statuet iudicium inopis,* Psalm. 139 13 Sic ergo hoc loco iudicium mundi vocatur, quo oppressus a diabolo mundus liberandus erat, quem admodum & Procopius in commentar. in c. 64. Isai. interpretatus. Itaq; non pro solitis electis, sed pro omnibus hominibus accipitur. Ille enim mundus iudicandus, id est a diabolo tyrannide liberandus esse dicitur, cuius princeps diabolus foras dicitur eiiciendus: Diabolos autem, antequam a Christo foras eiiceretur, non in parte, sed in vniuerso mundo dominus fuit. Omnes enim peccauerant, & egebant gloria Dei, & conclusserat omnia sub peccato, vt omnium misereretur. Quo ergo modo non totus mundus suus esse quis nolit.

Iudicium de ea mundi, quæ malè partum accipitur.

Rom. 3 23. & 11 32. Gal. 3 22.

Neque hic Christus significat fore, vt totus re ipsa,

sed

sed fore, vt totus, quamuis in foeli, liberetur, qui pro omnibus hominibus moriturus erat. Quod ait: *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*, perinde erit, ac si dicat, detur habitur de possessione sua, eiicietur ex arce sua. *Dum fortis*, inquit, *armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vincula ea arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius diripiet.* Luc. 11. 21. 22. Loquitur enim de mundo tanquam de arce, aut domo aliqua, quam per tyrannidem Diabolus occupasset. At nondum Diabolus e mundo eiectus videtur esse, cum in eo adhuc grassetur. Nam mortuo iam Christo dicebat D. Paulus: *Non eli mihi cum illuli arto aduerlus carnem, & sanguinem, sed aduerlus principes, & potestates, aduerlus mundi rectores tenebrarum harum.* Ephes. 6. 12. Et Petrus adhuc tanquam rugientem leonem circuire quærentem, *quem deuoret.* 1. epist. cap. 5. 8. Eiectus fotas dicitur non quod nunc in mundo non sit, & in multis etiam munum dominetur, sed quod quantum in Christo fuit, eiectus fuerit: ita vt homines vellent, nihil prorsus in ipsos haberet potestatis. Homines illi pollea portam arcis aperuerunt, & prodit one quadam in suam quisque domum admittit. Itaque etiam nunc regnat, & *operatur*, sed *in filios diffidentiæ*. Ephes. 2. 2. Eodem sensu dicitur *draco ille magnus* de cœlo in terram proiectus, id est, extra Ecclesiam, quæ per cœlum significatur in terram, id est in tenebras suas, in infernum. Apocaly. 12. 9. & ligatus esse per annos mille, cap. 20. 2. Non quod aut reuera extra Ecclesiam eiectus, aut omnino ligatus sit, sed quod coercita omnino sit eius potentia, atq; tyrannus, ita vt si homines velint, nihil eis nocere possit. Idem fiebat, dicet aliquis, ante quam Christus moreretur. Fiebat quidem, sed si quid ante homines cõtra Diabolum poterant, per eam gratiam poterant, quam illis Christus per passionem, mortemque suam meritorius erat: quæ madmodum nunc non nisi per eam gratiam illi resistunt, quam eadem illis Christus passione meruit.

Cur ergo nunc potius quam tunc eiectus, aut ligatus dicitur? Quia sanguis ille Christi, cuius vi, & ante, & post eius potestas cohibebatur, nondum fusus erat. Hoc, vt opinor magis est proprium, quam quod Augustinus air significari, eiiciendum principem huius mundi non extra mundum, sed extra electorum corda, quamuis eos extrinsecus oppugnet. Docet idem in lib. de agone Christi et hæreticos quosdam exposuisse *foras*, id est, extra mundum. Proinde veto in dimidio temporis c. 2. legit, *Nunc princeps huius mundi missus est deorsum.* Subtile est, quod Rupertus obseruat, cum loquitur de iudicio, per tempus præsens loquitur. *Nunc iudicium est mundi*; cum autem de Diabolo, per futurum, *eiicietur foras*, quia inquit, vt *consummata est, quæ tunc agebatur passio eius, factum est iudicium mundi, vt esset, ante videret solita est capitaneus eius, qui illic apud inferos expectabat, sanctorum populo. Futurum autem erat, vt post resurrectionem, & ascensionem eius, sanctusque Spiritus esset missus in principe huius mundi exercetur foras de carnificinis suis & de templis gentium & delubris, ita vt flectente fide conuertentur in altaria Christi.* Iam enim decimus idem esse iudicium mundi, & eius principem foras eiici. Cur ergo priore loco præsenti, posteriore futuro vtitur tempore? quia priore loco cum dicit, *in dicium est*, non significat esse præsens, aut tam peractũ esse, sed instare; itaque idem significat, cum dicit: *Est*, atque si diceret: Erit ergo eodem quo modo dicit: *Ejicietur foras.*

32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum.* Certum ac notum est, exaltationem suam à terra intuitum in cruce suam appellare. Quod quamobrem faciat, supra cap. 3. 14. docuimus. Quem vero hic potest, quorsum hoc Christus adiunxerit. Facilis solutio. Docet quomodo iudicium inferet huius mũdi, quomodo princeps huius mundi eiiciendus foras sit, quia si ipse exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Itaque coniunctionem illam *vt*, & pro causa sumo. *Etenim si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum.* Augustinus & Beda notant non dixisse: Omnes, sed *omnia trahã*, quia non omnes, inquiunt, homines traxit, cum multi non crediderint, sed traxit omnia. id est, & animam & corpus in iis, quos traxit. Non sentio; præsertim cum codices Græci non *omnia*, sed *omnes*, habeant. Certe melius Chrysostomus, Cyrillus, Leontius & Theophylactus: Omnes dixisse vt non solum Iudæos, sed etiam Gentiles significaret. Quidam in quib. Rupertus minime leuis auctor, *Omnes* dixisse putant, vt non solum omnes homines, sed etiam *omnia*, id est cœlum, & terram, homines, angelos, ac dæmones significaret, quos omnes ad se tracturus erat, qa *in nomine eius omne genu flectendum erat, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Ego accommodare ad id, quod agebatur, & quod ante dictum fuerat, interpretor. Dixerat mundum iudicandum, id est in libertatem vindicandum; erat principem foras eiiciendum: quæ ergo ante mundum appellauerat, id est, omnes homines, nunc vocat omnes, aut omnia. Perinde enim est, ac si dicat, principem huius mundi rebus omnibus sui spoliatum foras eiiciam, & omnia, quæ possidebat, id est, omnes homines tanquam eius spolia ad me trahã, mea efficiam, quemadmodum *spud Lucam* dixit. *Vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius diripiet*: & alio loco, *Ascendens in altum captiuam, duxit captiuitatem*: quanquam hoc posterius alium etiam habet sensum. Quod si legamus *πάντα*, *omnia*, quemadmodum nostrum interpretem legisse credendum est, & non solum Augustinus hoc loco, & Ambrosius sermone 21. in Psalm. 118. & Prosper. in lib. de prædestinat. p. 1. c. 25. & in libro contra Collatorem, & D. Leo sermone 6. & 8. & 12. de passione & epist. 81. & epist. 91. cap. 2. Gaudentius tract. 12. in Euangelia, & Gregorius homilia in Euangel. 22. & libro 6. regist. ep. 37. & Rufinus in expositio symboli. Remigius Lugdunen. in comment. in cap. 1. epist. ad Romanos, qui Ambrosio tribuuntur, & Bernardus serm. 21. in Cantic. & Beda, ac Rupertus in Comment. id est, Latini auctores omnes sed Græcus etiam Theodorus Heracleotes legit. Ac mihi quidem ea lectio, etsi aliquo in obscuritio videtur, magis placet, & alijs, vt spero, cum a me explicata fuerit, magis placebit. Ponamus igitur ita esse legendum, exulatque vestigemus, quamobrem potius dixerit *Omnia*, quam Omnes: Non, vt opinor, quod aliud hoc, quam illud sit. Nam neque omnes, neque omnia aliud, vt diximus, significat, quam omnes homines, qui Diaboli seruitute oppressi erant; sed dixit *Omnia* potius, quam omnes, siue vt magis emphatice loqueretur: quæ enim dicit *omnia*, quamuis solos homines velit intelligi, tamen modo loquendi videtur non solos homines, sed res etiam omnes complectendere: quem admodum cum dicit Diuus Paulus Colossensium 1. 20. Christũ *per sanguinem crucis eius omnia* pacificasse, non dixit plus, quam si dixisset, omnes: sed plus tamen videtur dicere, & certe idem dicit efficacius: sine etiam quia de hominibus tanquam de possessionibus, tanquam de bonis, tanquam de spolijs a Diabolo ereptis loquebatur, vt apud Lucam cap. 11. 21. Hæc autem omnia apud Græcos neutro genere dicuntur *πάντα ἑαυτῷ*, propterea neutro dixit genere, *Omnia trahã ad meipsum.* Excutiendum nunce st verbum illud *ἑλκύσω*, *trahã*, quo exæstimandũ nõ est sine causa vsum esse Chri-

Christum. Rectissimè Chrysost. Theophyl. & Euth. & Theodor. Heracleotes eius verbi indicatione, nõ significare motus a re hominem, sed animo diabolo trahendos esse. Duplicem ergo vim verbum hoc habet, significat Christi potestatem, cui resistere nemo potest, ideo animum illum esse potentem, vt si velit & opus sit, vi pollit homines trahere; deinde in summi tatem diaboli, si cum illo comparetur, eo multo, atq; repugnante homines de eius manibus ereptum. Itaq; quod hoc loco tractationem, alibi rapinam vocat, vt Chrysost. & Euthym. admonuerunt: *Quomodo, inquit, potest quispiam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* Obseruant iidem authores colligi ex hoc loco eundem esse Patris, Filijq; potestatem, quia sicut alio loco de Patre dicit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, ita hic dicit de se: *Omnia trahã ad meipsum.* Non caret fortasse ratione aliqua causa, quod hæc duo verba cõiunxerit, *Exaltatus fuero*, & *trahã*: poterant enim simpliciter dicere: Ego si mortuus fuero, *omnia trahã ad meipsum*, sensu eodem. Christus videtur existimasse non mortem, sed resurrectionem exaltationem hic appellari, ideo autem per resurrectionẽ omnia ad se tractaturum dicere, quia propter resurrectionem omnes in illum credederunt, nõ crediturus nisi resurrexisset. Ruffinus quoq; in expositi. symboli sic interpretatur, quasi dicat, per resurrectionem suam mortuos ex tam sue tractatus. Atiam supra docuimus exaltationẽ mortem suam appellasse, ideq; versus sequenti declarat Euangelista. Deinde causam Chrysost. non reddit, quamobrem resurrectionem exaltationem vocet nostra quare cap. 3. 16. mortem suam exaltationem appellauerit, causam ibi reddidimus: quia ad ipsam de ferro exaltatum alludebant, hic vero, quia nulla eiusmodi apparet allusio, alia causa quærenda est. Relinquam lectorem in medio conjectaram meam. Volebat Christus vim passionis suæ declarare, propterea, vt dixi mus, trahendi vim verbo, eadem opinor, ratione, & exaltandi verbo vius est: itaque batus enim de se, tanquam de milite cum diabolo pugnante, & lolet miles eo fortior esse, & aduersario superior, quo exaltior e loco pugnat; ignitit ait ergo se ex cruce sua, tanquam ex arce sua, & munitissima arce pugnaturum, diabolumq; vi quadam ipsi, propterea genus illud mortis exaltationem appellauit. Traxit exaltatus omnia ad se mecit, sum, quemadmodum aquila in sublime prædam trahit.

34. *Scimus ex verba non audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis?*] Non dicit Euangelista dixisse Christum oportere exaltari filium hominis, & tamen tu has illum hoc eum dixisse. Poslet responderi non dixisse cotidie verbis tamen & sententia dixisse. Quum enim dixit: *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum*, significabat se exaltandum esse, quam ver. 23. & sæpe alias filium hominis appellauerat. Sed malo conjectoram sequi, qui existimant hæc eum ex barbaris Christum, postquam enim dixisset: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum*, ex indif. quos cap. 8. 14. dixerat, *Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Atque ad hæc verba respondisse turbam: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & qa modo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* Euangelistam tamen ea verba præmisisse. Maltis argumentis ea conjectura confirmari potest. Primum quod alioquin rudis, & imperita turba non videatur intellectura fuisse, quid sibi Christus voluisset, cum dixit: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum*, nisi illa etiam alia, quæ modo diximus, addidisset verba. Deinde quia prorsus apparet turbam non solum eandem sententiam, sed verba etiam eadem, quo magis Christum premerent, recitare voluisse. Denique quotiam Christum filium hominis sæpe etiam ea appellasse, nisi ipse se Christum eodem loco ita vocauisset. Quorsum dixisset: *Quis est iste filius hominis?* Intelle ait igitur turba cum de more sua locutum fuisse, eamq; exaltationem appellasse, sine qua sæpe eundem loquendi modum ab eo vsurpatum audierat c. 3. 14. & c. 8. 28. sine quod ex apud Iudæos phrasis, vt Cyrillus putat, vt ista esse, vt crucifixio exaltatio vocaretur. Nam quod Augustinus, Beda, & Rupertus dicunt propterea intellexisse, quia ipsi eum occidere detrectarant, minus, vt opinor, probabile prudens lector indicabit. Et illud quæro potest, quomodo de Christo tanquam de Christo, id est expectato illo Messia loquantur, cum ipse se nõ Christum, sed, vt diximus, filium hominis appellasset. Facile respondeo, audierant illum sæpe ita loquentem vt non obscure significaret se esse Christum, videbant se publice pro Christo gerentem, ideo loquuntur, quam de Christo. Difficilior quæstio, quo sensu argumententur: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* an vt quæsant, quomodo hæc duo inter se conuenias, quæ repugnare ipsis videbantur, an vt probent illum non esse Christum, qui in æternum manturus nõ sit. Hoc secundum de industria ingenue facilius credi potest, quem Chrysostomus & Theophylactus interpretantur. Proclione legem, ne temere argumentum videantur. Legem autem non vocat aliquam partem, sed scripturam vniuersam vocant veteres testamenti, vt Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius admouerunt. Sed dubium, ad quos illudant: loco enim multi enim sunt, quibus Christi regnum æternum futurum dicitur. 2 Reg. 7. 13. Psal. 88. 30. & 109. 4. Isai. 9. 7. & 40. 8. & Ezechiel. 37. 25. Daniel. 7. 14. Sed nullum in scripturis dixerat ore, vt Christum non moreretur, qui dixerat fore, vt maneret in Psal. 21. 30. 17. Isai. 53. 8. vsque ad 12. Daniel. 9. 26. Sic etiam moriturum dixerat, vt simul eius mortem significaret. Pl. 15. 10. & deinde: homines ambitiosi quidquid de Christo, quod non ominem esse viderentur, legebant, intelligebant, qui erat humilis non intelligebant. E contrario vero Christus non solum se moriturum, sed etiam resurrecturum, & in æternum manfurum figuricare erat. *Omnia*, inquit, *trahã ad me ipsum*; sed Iudæ mortem, humilitatem, ignominiam eius libenter, & facile intelligerent: potestatem, diuinitatemque intelligere nolebant, vt Rupertus animo lucrit. Sic hæretici sunt, quæ volunt, intelligunt, quæ nolunt, non intelligunt, nihilque futa efficacius ad eorum cor. Quod dicunt: *Quis est iste filius hominis?* non ita vt videretur cum præcedentibus cohærere. Nec enim dubitabant Iudæi, quin Christus seipsum filium hominis appellasset, cum intellexissent seipsum vocasse, aut significasse esse Christum. Chrysostomus, & Theophylactus tradunt simulate hoc eos interrogasse, fingentes se non intellexisse, de quo filio hominis loquatur esset, cum dixit: *Oportet exaltari filium hominis*, ne videretur sua illa argumentatione probare voluisse ipsum non esse Christum, sed illum, quisquis erat, alium hominis, quem exaltari oportere dixerat: Christum, illum, qui exaltabatur, esse non posse; Christum enim alium non moriturum. Potius ea de re contemptim hoc, & contumeliose dictum esse. Est enim velut epiphonema. Nam quasi conuicisse illum prorsus sibi videretur non esse.

esse Christum, mutatoq; aceslinguem reddidisse, triumphum agunt, & vicisse illudunt: *Quæ est iste filius hominis?* quem sedere dum similes barbarus, & victoria insolens captos à se in bello Regi, & in seruitutem reducto dicat, quis est iste Rex? & quem admodum eidem Christo iudem postea Iudæi captos dixerunt, *Ita fiet ad eorum.*

35. *Dixit ergo eis Iesus, adhuc modicum lumen in vobis est.*] Non videtur ad eum Christus respondere. Chrysost. & Theophylact. tum etiam Theodor. Mopsuest. docent accomodate respondere, probare eum se moti tantum quidem, sed tesuire eorum tamen, & æternum postea mansurum esse. Propterea se comparasse lumini, quia sicut lumen Solis non extinguitur, sed conditur noctu, & occultatur ad breue tempus mane iterũ oriturũ, ita se mortuum quidem, sed paulo post resurrecturum esse, nec vnquam extincturum. Et vero Christi in æternum manẽo per durationem Solis, ac Lunæ declarat Psal. 71. 5. *Timebunt te cum Sole, & ante Lunam in generationem, & generationem.* Et Psal. 88. 38. 39. *Semen eius in æternum manebit, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* Sed potius probo, quod in Catena Græca ex Cyrillo citatum lego, non respondere Christum ad Iudæorum argumentum; nec enim respondere voluisse scientem eos neque dignos, neque capaces responsionis esse. Loco responsionis iterum, quod ante dixerat, affirmasse se breui tempore moriturum, proinde ambularẽt, dum lucem haberent. Quid igitur facit particula illa *ergo*? Hoc ipsum fortasse, quod eũ eos Christus ammoneret desinere, non respondit, sed, quod ante dixerat, mag's affirmauit. Quod autem ait, *adhuc modicum lumen in vobis est*, in G. græcis codicibus legitur, *ἐν μικρῷ χρόνῳ τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστιν*, *adhuc modico tempore lumen vobiscum est.* Nostri interpres videtur legisse, *ἐν μικρῷ τῷ*, *hoc loco*, *adhuc modicum lumen in vobis est*, sed sensu eodem. Nam illud modicum per se sumptũ non eum lumine connectum pro breui accipitur 36 pore, vt c. 13. 33. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum*, & capite 14. 19. *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt.* & cap. 16. 16. 17. 19. *Modicum iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Quibus in locis eam Græce est *μικρὸν τοῦτο*, *& οὐκέτι θεωρεῖτε με*, *καὶ πάλιν μικρὸν καὶ ὄψεσθε με*, & hoc loco credendum est nostrum legisse interpretem. *In vobis autem*, idem est, atque vobiscum. Nam vt accipi aliquando pro cum, & Græce ἐν pro σὺν notius est, quam vt admonere debeamus. Exempla sunt Matt. 11. 21. & 16. 17. in Græci Catena hanc lectionem inuenio, *ἐν μικρῷ χρόνῳ τοῦτο ἐν ὑμῖν ἐστιν*, *adhuc modico tempore lumen in vobis est.* Quocunque modo legamus, sensus est breui tempore eos lumen habituros. Sed ambiguitas Latinæ versionis nonnullos fefellit, in quibus & grauem auctorem Augustinum & Bedam, alios q; posteriores Rupertum & Bernardum fer. in Cant. 49. Lyranum, ac fere Latinos vulgo omnes, vt existimarent sensum esse. Adhuc modicum luminis in vobis est, intelligitis enim Christum in æternum mansurum esse, sed non intelligitis mortuum etiam esse, atq; resurrecturum; ambulate ergo, dum lumen habetis, id est, proficetem lumine, nunc intelligetis, quomodo Christus mori possit, & tamen in æternum manere. Quid autem *in lumen in illis esse*, modo dicemus.

Medicum per se sumptum non tenebras eorum significat.

Lucem habere, seu lumen in nobis esse quid sit.

Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. In duabus quæstionibus huius loci sententia vertatur, altera, quid sit lucem habere, aut, quod paulo ante alias dixit verbis, *lumen in illis*, aut cum illis esse? altera, quid sit ambulare, Chrysost. & Theophyla. & Rupertus cumq; vitam lucem, & veluti diem eius vocari putant; in quam sententiam etiam Leontius magis propensus est. Itaque sensus est, *ambulate*, id est, bene agite, aut credite in me, dum vita vobis superest, venient enim tenebræ, & nox, id est, mors, quando neque bene agere poteritis, neq; proderit vobis credere, sicut dixit c. 9. 4. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Cæterum non dubium est, quin nõ nostrum cuiuis; vitam, sed tempus illud modicum, quod vsque ad mortem sibi supererat, tempus lucis appellet. Se enim ipsum vocare lucem, & per se manifestum esse; & versu sequenti 36. Christus ipse declarat: *Dum lucem habetis, credite in lucem.* In quem enim lucem, nisi in se ipsum habet eos credere? Lucem igitur habere, id est, tempus lucis, aut diem non vocat vniuscuiusque hominis vitam, sed quod sibi vlq; ad mortem superat temporis. Quid autem sit ambulare, Christus etiam exponit: *Dum lucem habetis, credite in me*; credere est ambulare, quia ad Christum credendo quasi pedibus quibusdam fidei venimus. Quid ergo Iudæi non poterant post eius mortem ambulare, id est in eum credere? Maxime vero poterant. Quid igitur dicat, *Ambulate, dum lucem habetis*, id est, dum me viuentem inter vos habetis, quasi post eius mortem ambulare, credere non possitis? Hæratione Chrysost. Leontius, & Theophylact. adducti sunt, vt dicerent tempus medicinalis lucis tempus vitæ esse, etiam post mortem Christi significare, seu eam opinionem iam refutauimus; ratio nunc diluenda est. Possunt quidem hominis post mortem Christi in eum credere, maximaque pars post mortem illum erat creditura. Sed magni refert Christum ipsum loquentem, an Apostolum, aut alium quem eius nomine Euangelium prædicantem audias. Si non credebant in eum, quem videbant, quem audiebant, cuius miracu lis inter erant; quomodo postea in eum, quem non vidissent, quem non audissent, creditur erant? Ambulauit; non solum interdiu, verũ etiam noctu; sed quanto melius, quanto certius, quanto securius interdiu, quam noctu? Exhortatur ergo eos, vt ambulent, dum dies est, dum lucem habent, nõ quod postea ambulare non possint, sed quod nunquam facile possint. Hinc intelligitur non vocari hoc loco tenebras peccata, vt Leontius, aut ignorantiam, vt August. & Beda aiunt mortem cuiusq; vt Chrysost. & Theophyl. aut tetrorem, vt Euthymius aut eas, quæ in scriptura tenebræ exteriores vocari solent, id est damnationem pœnas, vt Rupertus existimat; sed mortem Christi, sicut c. 9. 4. & 11. 9. 10. non quod ipsi vlla nox, aut vllæ essent tenebræ, quod quem, sicut ait Dauid, *tenebræ non obscurabantur a te, & nox sicut dies illuminabatur; sicut tenebrosus, ita & lumen eius*; sed quia mors eius venit nox Iudæis fatum erat, dicit: *eo vita, atq; præcipua lumen, ac dies erat.* Quod sequitur: *Et qui ambulat in tenebris nescit, quo vadat*, additio est, mihi videtur esse, quam dicat: *Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant*, nam, *qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat*, ως pro ὅτι, id est, & pro nam, aut etenim, vt supra c. v. 32.

Tract. 32.

Matt. 8. 11. & 22. 13. & 25. 30.

Mortem in hoc loco non tenebras, sed lucis appellat. Psal. 138.

36. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.*] Perinde est, ac si dicat, dum lucem ante oculos habetis, credite lucem esse, quam videtis: quo enim modo credere esse lucem, cum non videbitis? Lux oculis iudicatur: qui Solem oculis medio intuens die, Solem esse non credat, quomodo noctu eum non videns Solem esse credet? Explicat, quod dixerat, *ambulate, dum lucem habetis.* Quod dicit, *vt filij lucis sitis*, Hebraismus est, qui *filij lucis* appellantur, qui participes lucis sunt, vt *filij huius seculi*, qui hoc seculo fruuntur, filij lucis, Luc. 16. 8. Lucem ergo vocat hearam vitã seruiendi q; est, *credere in lucem*, id est in me, *vt filij lucis sitis*, id est, vitam æternam consequamini. Quinquam Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius putant eam ipsam lucem appellare, cum dicit, *vt filij lucis sitis*, eadem eam valere, ac si dicat, vt filij mei sitis. Atq; hinc colligunt, Filium vnum cum Patre Deum esse. Cum enim ea 12. 36. dixisset *Credite in eum qui misit filium Dei fieri, hic qui credunt in nomine eius*, vbi Deum Patrem vocauit, hic de eadem loquens fide ait, *vt filij lucis*, id est, *mei sitis*. Eadem ergo ille cum Patre Deus est. Cæterum ille sensus, quem initio tradidi, magis mihi placet. Neque quidquam obstat, quod nomine lucis in eadem oratione ambigue vtatur, nunc seipsum, nunc vitam æternam lucem nominans; in ea enim ipsa ambiguitate & vis, & gratia sententiæ est, dum ludit salutifere in ambiguo. Quod sæpe fieri solere fessis monendo sum: videat, qui volet, quæ diximus Matthæi 8. 22.

Credere est in lucem ambulare.

Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.] Tria hic quæri possunt. Cur se Christus à Iudæis hoc loco subduxerit, & absconderit, quem admodum Chrysostomus, & Theophylactus quærunt. Quomodo se absconderit, & quo abierit? Ad primam quæstionem Chrysost. Theophyla. & Euthymius respondent non abisse, sed se abscondisse, propterea quod eum comprehendere tentauerint, aut lapidare, vt c. 8. 59. & 10. 31. sed quod eorũ cogouerit cogitationes occasionem quærendi & comprehendendi, atq; occidendi. Quomodo abierit, aut se absconderit, verum subducendo sensum se, an reddendo se se inuisibilem vt cap. 8. 59. in cetum est: sed hoc probabilius nullum fuisse miraculum, quod se subduxerit, cum nec id Euangelista significet, neque fuerit necessarium, cum Iudæi non tentauerint tunc, quem admodum ex Chrysost. diximus, comprehendere. Nisi quis velit Euangelistã sequenti versu, cum dicit multa fecisse miracula, hoc ipsum miraculum, quod se se subtrahendo fecerit, indicare: quod aliquando mihi placuit, nunc quo minus aliis placeat, non impedio. Quo abierit, nihil dicit Euangelista. Rupertus vero putat non discessisse ab illis loco, sed gratia, tanquam gratia sua indignos ob dutasse, vt postea videretur Ioannes ex Isaia docere. Adductus in hanc sententiam est, quod ex aliis tribus constet Euangelistis per eos tres dies, qui inter ingressum suum in Ierusalem, & mortem intercesserunt, in templo docuisse; idem videntur D. Aug. & Beda sentire, scribit enim his verbis August. *Non abest, qui credere, & obligere cœperant, non ab eo, qui cum ramis palmarum, & laudibus obuiam venerat: sed ab eo, qui videbatur, & inuidebant, quia nec videbant, sed in tabulum illum cecidere essedebant.* Magis probo, quod recentiores quidam auctores tradunt, probabile esse Bethaniam discessisse, testatur enim Lucas cap. 21. 37. per eos dies solitum interdiu quidem in templo docere, nocte autẽ secedere in Montem oliueti, vbi Bethaniam sitam fuisse constat.

Quomodo non credidit vt cadat vt prophetia implera tur.

Quid sit brachium Domini.

Hebraismus Græcus in Catena.

Auditum pro prædicatione Hebraica.

37. *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.*] Non satis apparet, quorsum hoc dicat Euangelista, cum nullum ante Christi signum commemorasset. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius in ea sententia sunt, vt existimet Christum tunc multa fecisse signa, sed ab Euangelista, vt multa alia, fuisse prætermissa. Credo ego nulla tunc fuisse facta miracula, sed Euangelistam de miraculis omnibus loqui, quæ spatio trium annorum Christus coram illis fecerat, particulam autem *tã*, poni pro *τόσα*, id est *autem pro enim*, vt in simili loco supra notauimus cap. 11. 56. & Matth. 25. 5. & 24. 6. Reddit ergo causam Euangelista, cur illis Christus tanto studio dixerit: *Dum lucem habetis, credite in lucem*, quia nimirum sciebat eos multis etiam visis miraculis, quæ fecisset, non credidisse, itaque sub finem vitæ clara voce clamasse: *Dum lucem habetis, credite in lucem*, quasi dicat, satis ita multa, si vultis credere, miracula vidistis, nõ est quod expectetis plura, credite, cũ tempus est. Quod Græce dicit *τοσαῦτα δὲ σημεῖα*, ambiguum est, nem & multitudinem, & magnitudinem miraculorum significare possit, aut cum tot, aut cum tam magna fecisset signa, sed non dubito, quin Euangelista multitudinem potius, quam magnitudinem exprimere voluerit, quæ ad modum Græci etiam auctores Chrysost. Theoph. & Euthym interpretantur. Eodem sensu credẽdum est reddidisse nostrum interpretem, *tanta*, nomine ab usum pro tot, vt Matt. 15. 33. & supra cap. 8. 9. & infra 21. 11.

Del quibus signis, & miraculis Christi hic sermo fit.

38. *Vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?*] Multo minus hic mihi difficultatis, quã multis aliis interpretibus videtur esse. Duplex enim esse potest, altera, quomodo dicat Euangelista, Iudæos non credidisse, *vt sermo Isaiæ impleretur*, quasi significans propterea non credidisse, vt impleretur, q ab Isaia prædictum fuerat, ideoque credere non potuisse, alteras, quod apud Isaiam *Brachium Domini* significet. Priorem quæstionem facillime omnes Græcos interpretes soluunt, Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Mopsuestensis, Leontius, Theophylactus, Euthymius, dictionem illam *ἵνα*, vt, non causam, sed euentum, consequentiamque significare, vt innumeris pene in locis admodum sapta capite 9. 39. Matthæi 1. 22. & 3. 15. & 27. 35. Non esse igitur sensum propter eos Iudæos non credidisse, quia Isaias dixerat eos non credituros (non enim ideo illi crediturinõ erant, quia Isaias prædixerat, sed propterea Isaias prædixerat non credituros, quia illi crediturinon erant) sed eos non credidisse, quem admodum Isaias dixerat, eum non fuisse mentitum, ita profecto rem accidisse, quem admodum ille longe ante viderat, atque nuntiauerat, vt Cyrillus ait. Aut si quid præterea significatur, hoc tantum significatur, ideo eos non credituros, quæ Isaias tanto ante prædixerat, tem accidisse, vt dicatur eos ideo non credidisse, quia Isaias prædixerat non credituros. Sed hæc omnia solam commentitiam enentus, ac prophetiæ declarant: quem admodum si prædixissem puerum aliquem pereuntem eius indolem animaduertentes suspensum aliquando iri, cumque postea in furto deprehensus suspenderetur, dicerem: Nempe ideo suspensus est, ne ego mentiter, vt vulgo loqui consueuimus, non vtique significo, propterea eum id pendi, q ita ego prædixerim, sed adeo conuenienter opinionem prædictionique meæ rem accidisse, vt non alia profecto de causa suspensus esse videatur, quam ne ego mentiter. *Brachium Domini* apud Isaiam Filium Dei Augustinus, Beda, & Rupertus interpretantur, quod fuerit potentia, hoc est, brachium Patris sit. Eodem modo Helychius in Græcorum Catena scribit. *Βραχίων δ' ἐστὶν ἡ ἰσχὺς καὶ ἡ δύναμις, ἀφ' ἧς τὰ τῶν ὅλων ἐστί, καὶ γίνεται, ὅπερ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶ φησί.* Quod in locum Isaiæ aptissime congruit. Loquebatur enim Propheta eo capite, totoque superiore de Christo suo, Propheta autem omnium, id est prædicatorum Euangelicorum persona, quæ ritque nemineni; id est, admodum paucos fuisse eorum auditui suo, hoc est prædicationi credidisse. Hebraica enim phrasi Septuaginta dixerunt *τῇ ἀκοῇ ἡμῶν*, *auditui nostro*, pro prædicatione, quæ auditus שמועה. Alij auditi, & brachia idem esse putant, vtiq; enim pro verbo Euangelico poni; nam & Euangelicum auditum, id est verbum, aut sermonem appellat: *Fidelis sermo*, inquit D. Paulus, *& omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*, 1. Tim. 1. 15. Roman. 10. 8. & 15. 18. & 2. Thessal. 3. 14. & manifestum

festum esse brachium pro potentia, & virtute accipi. A Euangelium autem virtutem Dei, & D. Paulo vocatū esse Rom. 1. 16. *Cui ergo brachium Domini revelatum est?* id est, quis intellexit, quis credidit verbum Euangelicum? Nam prædicatum quidem omnibus fuit, quod vnum genus est reuelationis, intellectum autē, & credituū à paucis est, q̄ est alterum. Ait, quomodo Propheta dicit: *Et brachium Domini cui revelatum est?* Hebraicam igitur esse repetitionem, qua quotiuis membris dictū fuerat, in secundo dicitur alijs verbis. Non refricio interpretationem, hallis licet auctoribus.

39.40. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.] Hic vero locus ille est omnium iudicio difficillimus; sed magna iam à nobis ex parte, partim superiore versu, partim alibi explicatus est. Tria sunt verba, quæ difficilem reddunt. Primum, quod dicit, *Propterea*, quasi indicans ideo non potuisse credere, quia Isaias dixerat non credituros. Secundum, quod non solum dicat non credidisse, sed etiam non potuisse credere, quasi præcientia, & prædictio per Propheram Dei facultatem illis credendi penitus abstulisset. Tertium est illud ipsum, quod Propheta dicit: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.* Prima illa difficultas subtilata iam est ex iis, quæ dicimus superiore versu, particulam *ideo vt*, non causam, sed euentum & consequentiam significare, idem enim de hac particula *διὸ* & *ὅτι*, *propterea*, quod aut *propterea, quia*, tidem docent auctores, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, & Theodorus Heracleotes. Nam vt in illo exemplo, quo supra vtebar, insultam, idem est, ille suspēlus est, vt ego verus esse̅m vates; atque si dicam, propterea suspensus est quia ego suspendendum prædixeram: nisi quod eum hoc secundū dico, magis videor causam significare. Quisquam, vt superiore versu indicabam, cum ita loquitur, non qualemcunque euentum, non subitum, non improuisum, non fortuitum, sed adeo ante præuisum, adeo animaduersum, adeo certe prædictum significamus, vt videatur ante fieri non potuisse, nec tam euentus esse, quam decretum, & ea prædictionis nostræ relpōdisse, quasi propterea euenerit, quia nos prædixeramus, quasi nostra prædictio necessaria eius causa fuerit. Atque hæc est & gratia, & vis eius locutionis, eodemque hoc sensu solet scriptura eam vsurpare. Qua re minime assentior iis, qui hæc verba *Propterea, quia*, non referunt ad verbum illud, *verum dixit Isaias*, sed ad ipsum, quod Isaias dixit: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum*, vt non sit sensus, propterea non potuisse credere, quia Isaias dixerat non esse credituros sed propterea credere non potuisse, quia vt Isaias dixerat, excæcati erant. His inquam interpretibus nō assentior, licet grauem auctorem D. Augustū, sequi videantur. Nam præterquam quod nihil ea ratione E minuitur difficultas, (nec enim minor est quæstio, quo modo propterea no potuerint credere, quia excæcati à Deo erant, quam quomodo propterea nō potuerint credere, quia Isaias prædixerat non credituros) cū superiore versu Euangelista dixerit propterea non credidisse, vt Isaiæ sermo impleretur. *Qui credidit auditui nostro?* manifestum est hoc etiam loco significare propterea credere non potuisse, quia Isaias prædixerat excæcandos, quasi dicat, propterea non credidērunt, sed potius excæcati sunt, quia Isaias excæcandos esse prædixerat.

Sequitur, vt de verbo illo *non poterant*, differamus. Sæpe ex Gregorio Nazianzeno oratione 4. de Theologia docuimus aliquando in scriptura non posse idē significare, quod nolle, vt cum de fratribus Ioseph dicitur. Genes. 37. 4. *Oderant eum, nec poterant eo quidquā pacifice loqui.* Eodem igitur modo Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius hunc locum interpretantur, *non poterant*, id est, nolebant. Res quidem ipsa vera est: nec enim dubium, quin propterea non credidērint, quia noluerint. Nam id etiam Augustinus concedit, qui consentiens suæ de prædestinatione sententiæ maxime negare posse videbatur. Cæterum aliud est ideo illos non credidisse, quia noluerunt, aliud, non posse idem esse quod nolle. Illud certum est, hoc vero minime certum. Quin ex illo non posse propie impotentiam significare, omnem que gratiam perire sententiæ, si idem dicatur esse, q̄ nolle. Ergone vere credere non potuerunt? Nequaquam, sed cum hoc verbo Euangelista virtute, hoc tantum significare voluit, eos non magis credidisse, quam si propter Isaiæ prædictionem credere non potuissent. Quod, vt aiunt Theodorus Heracleotes, & Chrysostomus, non rarum est dicere eos non potuisse credere, quam Propheram non potuisse mentiri. Quod vno verbo Theologi dicunt, vere non potuerunt credere *in sensu composito*, id est posita Isaiæ prædictione fore, vt non crederent: absolute tamen potuisse. Verbum in eodem exemplo, si videremus propter Iudæorum suspendi eum, quem ego puerum esse nos propterea quod id ego prædixeram. Quibus verbis nec significo, propterea non potuisse aliter mori, (quis nolit, quamuis id quæ verum sit) nec meam prædictionem veram fuisse causam, vt ille aliter non potuerit mori, sed tantum significo adeo bene me de eius futuris moribus iudicasse, adeo bene rem opinioni, prædictionique meæ respondisse, vt videatur prædicto mea necessitas fuisse causa eius suspendij, nec aliter fieri potuisse, quam vt suspensus moreretur. Atque hæc est vis, atque gratia illius verbi: *Non poterant credere.* Quod ad tertiam attinet difficultatem, quæ in ipsis Isaiæ verbis est, tria quoque quæri poterant, quid sit excæcare, & indurare: quomodo Deus excæcet, & induret, quomodo Euangelista dicat, *excæcauit, & indurauit*, cum Propheta dicat, *excæca, & indura*, sed hæc omnia partim iam à nobis apud Matthæum capite 13. 15. explicata sunt, partim in his locis, quos illic nō tanimus, explicabuntur. Hoc vnum hoc loco dicam, quod ad huius loci intelligentiam maxime pertinet, cum Deus excæcare, & indurare dicitur, nō solum significari eum permittere, vt homines excæcentur, obdurenturque, non *firi* solum gratiam illis aut non dare, aut datam auferre, vt Augustinus docet, aut, vt putant Græci, nimium dare gratiæ, qua abusi homines cæci, & obstinati fiant, sed ita homines seipsos excæcare, obdurareque, ita aduersum diuinam pugnare voluntatem, vt Deus ipse suis manibus oculos illis eruisse, eosque obrudisse, indurasseque videatur, vt neque videre possint, neque intelligere: non quod Deus id faciat, sed quod tanta eorum cæcitas, tanta durities sit, vt à nemine alio, quam à Deo fieri videatur potuisse quemadmodum vulgo dicimus, cum videmus aliquem virum alioqui prudentem absurdissimè errantem, Deum illi mentem eripuit, non quod credamus eripuisse, sed quod non intelligamus, qua ratione homo vel minime sanus tam absurda posset facere, nisi mentem illi Deus abstulisset. Docet ergo Ioannes propterea Iudæos non credidisse, quia Isaias adeo eos cæcos, adeo

In Matth. 13.

Non posse, idem videri quod nolle.

e.6.9.10.

Non potuerunt credere, id est non potuerunt credere in sensu composito.

Christi diuinitas, & consubstantialis cum Patre essentia probatur.

Vt, & propterea, quod tantum, & consequentiam significat.

Deum excæcare, & indurare, quid sit.

adeo duros fore prædixerat, vt Deus ipsos suis quodammodo manibus in hoc ipsum excæcasse, indurasseque videretur, ne aut videre possent, aut intelligere veritatem; more enim prophetico Isaias per præteritum iuxta vetustiorem Septuaginta de rebus futuris loquitur.

41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.] Relativum *eius*, & *eo* videtur sine antecedente poni, quia que soler quæri ad quem referatur. Chrysostomum sane mitto ad Patrem referre, cum nulla de Patre mentio præcesserit. Multo profecto melius Theodorus Heracleota, Cyrillus in Græca Catena, & lib. 7. dial. de Trinitate, Hilarius lib. 5. de Trinit. Ambrosius lib. 3. de Spiritu Sancto c. 15. Hieron. in cap. 8. Isai. Athanasius lib. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Leontius, Nonnus, Augustinus, Beda, Rupertus, Theophylactus, Euthymius ad Christum referunt; de eo enim Euangelista sermo erat, de eo paulo ante dixerat: *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum*; de eo statim v. 42. dicit, *Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum.* Itaque cum relativum *eum*, & proxime præcedens, & proxime sequens ad Christum referatur, ad eundem & relativum *eius*, & *eo*, quod in medio illorum est, referatur necesse est. Vnde diuinitas Christi, hinc & vna totius Trinitatis essentia manifestissimo colligitur argumento; nam, vt omnes illi auctores no tant (Hilarium excipio, qui Patrem visum fuisse negat) non dubium, quin Deus ille, quem se Isaias vidisse ait, Pater fuerit; nemo enim id neque Iudæus, neque hæreticus negare potest. At Ioannes hoc loco scribit illum ipsum Deum fuisse Filium: D. autem Paulus Act. 28. 25. 26. 27. docet fuisse Spiritum Sanctum: *Bene*, inquit, *Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius:* Pater ergo & Filius, & Spiritus Sanctus vnus est Deus, cuius gloriam vidisse dicitur Isaias. Sunt qui hoc ad prophetiam illam referant, de qua Euangelista paulo ante mentionem fecerat: *Quis credidit auditui nostro?* Isai. 53. 1. quasi tunc Isaias prophetico spiritu Christi gloriam viderit; sed neque bonos habent auctores, neque boni ipsi auctores sunt. Quorsum hoc Euangelista dixerit, merito aliquis dubitare potest. Deinde putant ideo dixisse, ne quis obiceret, quo fiumilia ex Isaia de Iudæorum excæcatione, obdurationeque testimonia protulisset, docere enim Isaiam nō de sui tantum temporis Iudæis, sed de eis quoq; qui Christi tempore futuri erant, locutum fuisse; etenim Christi quali iam præsentis vidisse gloriam, atq; de eo illo in loco fuisse locutum. Probabile, etsi mihi potius hanc ob causam dicere videtur, vt rationem reddat, cur illi non potuerint credere, hoc est, cur nō potuerit, vt diximus, Propheta mentiri, quia hoc non quouis dixit tempore, sed tunc cum maxime Deo plenus erat, cū diuinam contemplatus esset maiestatem.

42. 43. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.] Veluti correctio hæc est vers. 37. & cæterorum vsque ad 40. quia enim absolute dixerat Iudæos ne tot quidem visis miraculis credidisse, (sed vt Isaias prædixerat, excæcatos, & induratos magis fuisse, ne quis hoc de omnibus prorsus exceptis nemine dictum acciperet, addit non adeo incredulos, nō adeo cæcos, ne duros omnes fuisse, quin aliqui credidērint, & quidem non ex plebe ioīum, quæ propensior semper in eum fuerat, sed etiam ex principibus, quorum ab eo animi magis abhorrebant. Atq; hanc vim habet particula illa, *Verumtamen*, vt recte Rupert. animaduertit. Principes vocat, qui aut opib. aut gratia, & auctoritate apud Iudæos valebant plurimum, siue sacerdotes, aut Pharisæi essent, siue non, qualis N. eodemus fuisse dicitur c. 3. Hi ergo ipsi quantumuis auctoritate valerent, tamen Pharisæorum veritatis rabiem non audebat se, etiamsi credederent, Christi discipulos profiteri, ne ab illis extra synagogā ejicerentur, quemadmodū Phariſæi conspiraverant c. 9. 22. Tanta erat Phariſæorum apud Iudæos auctoritas, vt non solum ab ipsorum principib. verum etiam ab Herode Rege, vt Iosephus tradit, timerentur. eosdem; autoritatis, atq; consilio Resp. gubernaretur. Colligimus etiam nouos hæreticos ex hoc loco posse nos veram habere fidem sine charitate, ac proinde non sola fide iustificari. Illi in principes, qui in Christum credebant, veram vtiq; habebant fidem, alioqui non dixisset Ioannes, eos credidisse, & charitatem non habebāt, nam si habuissent, confessi illum fuissent, nec magis hominum, quam Dei gloriam dilexissent. Porro his verbis: *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quā gloriam Dei*, rationem Ioannes reddit, cur, cum crederent, non id etiam palam profiterentur. Sed ambigua virtur rationem mam genitini illi, *Dei*, & *hominum* aut actione aut passione sumi possunt. Si actione accipiantur sensus erit, eos dilexisse potius ab hominibus, quā à Deo, gloriā habere. Si passione, dilexisse homines potius q̄ Deum glorificare. Cæterum non dubito actione accipi debere, quemadmodū omnes boni auctores Chrysost. Augustin. Cyrill. Theodor. Mopsuest. Beda, Theophylact. Euthymius acceperunt. Voluit enim Euangelista affectum, &, vt ita dicam, passionem notare, qua impediti principes illi, cum crederent, non tamē confitebantur. Amare autem alterius gloriam, id est, gloriam illius optare, non est passio, sed virtus propria autem apud homines gloriam quærere, ea vero passio & quidem omnium potentissima est. Hoc ergo hic dicit Euangelista de principibus, quod supra Christus de Phariſæis dixerat: *Quomodo potestis credere, qui gloriā ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* cap. 5. 44. Qui ergo apud homines ita quærebant, quum diuinæ præferenti gloriæ Diuina, & illius gloria postulabat, vt quod de Christo credebant, id publice profiterentur: *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Huic gloriæ, quam apud Deum non solum fides, sed etiam charitatis, & fortitudinis sui singularem habere potebant, illam, quam apud Phariſæos habebant, præmiles, vt non leues, sed constantes, vt non Christi, sed Moysis discipuli, vt non nouarum rerum, sed patriæ religionis studiosi videremur. Multos etiam rum errato in errore teneri, quod inconstantes videri nolint. Atqui cognitū errorem corrigere non inconstantis, sed summa prudentia est. In errore vero, quem nouerit, perseuerare duplex est error, aut stultitia potius, quam error est.

44. 45. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. Et qui videt me, videt eum, qui misit me.] Videtur Theophylactus existimare Christum hæc verba non dixisse statim post superiora, sed postquam se abscondisset, & per aliquantum latuisset tempus. Verum ipsa connexio indicat eodem tempore, eodem loco dicta esse, vt Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. Augustin. & Rupertus indicant. Si non ob aliud, certe vel ob hoc ipsum, quod Euangelista timui narrat, cum in contrariū nil lasciterio. Quis ergo videbat quosdam credere quidem in se, exercitus humano quodam metu, atq; pudore non audere id præ se ferre, aufert illis pudoris atque timoris causam, dicens, quia se credit, non in se,

fes in Patrem, id est in verum sine dubio Deum credere, proinde si non erubescunt, aut timent in Patrē, ac Deum credere, nihil esse causæ, cur in se credere, aut erubescant, aut metuant. In hanc sententiā Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus, Rupertus, Euthymius. Cum Euangelista dicit eum hoc clamando dixisse, videtur significare, non id temere, aut casu factum esse, sed aliquam eius clamoris fuisse causam. Theophylactus clamando dicendi libertatem putat ostendere voluisse, quamuis illi timeāt Pharisæi, ac propterea fidem suam confiteri non audeant, se tamen nihil timere, palam, clara que voce docere, quod verum est, se Patri æqualem esse, itaq; qui in se credit, in Patrem credere. Cyrillus vero ideo clamauisse, vt indicaret nolle se occulte, & timide ab hominibus coli, docens nos exemplo, quid facere, quomodo fidem nostram profiteri debeamus, nō occulte, non timide, non obscura, sed clara voce, clamando denique nos credere. Videtur etiam mihi, idemque Rupertus indicasse, propterea clamasse, quia paruis illis ad credendum restabat tempus; clamat, ne quam possint ignorantiæ excusationem prætexere. Fecit, quod solet in auctione præco facere, cum parum eandem æstimari, validius clamat, si quis quid velit emere, cito emat, parum superesse temporis. Cum autem dicit, *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me*, non significat, qui credit in se, non credere in se, sed non credere in hominem tantum, qualis ipse illis esse videretur, sed credere in Deum, quemadmodum qui in Patrem crederent, vt Ambrosius lib. 5. de fide, ca. 5. Augustinus, & Beda exponunt: loquitur enim vt homo, vt Cyrillus ait. Aut qui credit in se, non solum in se, sed etiam in Patrem credere, quia ipse & Pater vnum sint, sicut dixit ca. 7. 16. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Non enim negat esse suam, sed esse solum suam, ibi eiusmodi locutionem, quæ frequenter occurrunt, explicantes. Recte veteres auctores, & quos modo citauimus, & alij, qui contra Arianos disputarunt, ex hoc loco Christi diminitatem probauerunt. Etenim si qui credit in Filium, credit in Patrem, Filium, & Patrem vnum esse Deum necesse est. Sed mirum quam versutile sit hæreticorum ingenium. Etiam conabantur Ariani hinc confirmare errorem suum, vt lib. 5. de fide, cap. 5. scribit Ambros. *Ad extremum*, inquit, *vt Christianos se non esse manifestent, negant in Christum se credēdum, dicentes scriptum esse: Qui cre. it in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Iam respondimus, non negare Christum eum, qui in se credit, in se credere, sed significare non tantum in hominem, sed in verum etiam, & eundem cum Patre Deum credere, vnde sequitur eum non hominem tantum, sed etiam Deum esse. Subtilius obiicere Ariani potuissent non sequi Christum eundem esse cum Patre Deum, propterea, quod qui in eum credit, in Patrem credat. Nam & qui Apostolis credit, Patri credit, tamen non continuo sequitur Apostolos esse Deum, idemque cum Patre, & de illis dicit Christus: *Qui vos spernit, me spernit; qui autem spernit me, spernit eum, qui me misit.* Itaque nihil magis ex hoc loco posse colligi, quam Christum legatū esse Patris, sicut Apostoli ipsius legati erant; iniuriam enim aut honorem legati in eum, à quo missus sit redundare. Bene & commode adnotarunt Theophylactus, & Euthym. non dixisse, qui credit mihi, credit ei, qui misit me, sed *qui credit in me, credit in eum qui misit me.* Qui verbis docet, in se esse credendum, non autem dicimur in quenquam, nisi in Deum credere. Eius quidem legatis credimus, in ipsos vero non credimus. Præter quam quod vt Ambrosius, Augustin. Chrysost. Theodor. Mopsuest. Cyril. Leontius Theophyl. & Euthym. obseruarunt, propterea addidit, *qui videt me, videt eum, qui misit me*, vt elationibus verbis omnem tolleret dubitationem. Si enim qui videt Filium, videt & Patrem, eadem profecto virtus, & natura est, vt ex hoc loco & ex illo huic simili ca. 14. 9. argumentantur Athanasius ora. 1. & 2. contra Arian. & ser. 3. & 4. contra eosdem, & Marius Victorinus lib. 4. aduersus Arium.

Christi diminitas ex hoc loco probata contra Arianos.

Luc. 10. 16.

46. *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Quomodo Christus lux in mundum venerit, c. 1. 5. disseruimus. Hoc autem loco perinde mihi videtur loqui, cum se lucem in mundum venisse dicit, ac si diceret, antequam ipse veniret, totum mundum in tenebris fuisse, vt scitissime D. Augustinus adnotauit, se quasi Solem mundo fuisse ortum, non nisi vnum in mundo Solem esse, non aliū, quam se Saluatorem; iam eum Solem in occasum, id est, in mortem inclinatum esse, quisquis velit eo frui, quisquis velit credere, properet, antequam occidat, propterea, vt supra diximus, clamore vius est, quia prope occasum erat. Verbum illud *lux*, vt Cyrillus notat, eius declarat diuinitatem: proprium enim Dei est lucem esse mundi. Nam est Apostolis dictum est: *Vos estis lux mundi*, Matt. 5. 14. vt ait D. Aug. aliter tamē illi, quam Christus *lux mundi* vocati sunt. Christus natura sua, & vt ait D. Ioannes *lux vera*, illi vera lux ex hac vera luce accensi, vt ca. 5. 8. explicauimus. Quod autem ait in mundum venisse, duplicem habet vim. Primum quidem significat se ante quam in mundum venisset, hoc est homo fieret, extitisse, non tunc primum esse cœpisse, cum in mundo lucere cœpit; per omnem ante æternitatem fuisse quemadmodum Sol non tunc esse incipit, cum nobis exoritur. Erat enim ante, sed non videbatur. Itaque hinc etiam eius diuinitas comprobatur. Deinde indicat se non huius, aut illius gentis, sed totius mundi venisse lucem, i. non vt hanc, aut illam gentem, sed, vt *omnem hominem venientem in hunc mundum* illuminaret. Quam vim in nomine mundi sæpe ex Græcis auctoribus obseruauimus, c. 3. 17. 19 & 4. 42. & 6. 33. 51. & 8. 12. & 9. 5. Ratio postulare videbatur, vt cum se lucem appellasset, diceret, Vt omnis qui videt me, in tenebris non maneat, hoc enim est in tenebris non manere, luce videre. Sed voluit, quod dicturus erat, explicare aliter dicendo. Hoc mirum esse lucem videre, in se credere, propterea addidit: *Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Vbi etiam mirandi verbum emphasim illam habet, quā D. Augustin. obseruauit, principium ille venit, omnes in tenebris fuisse, ex qu. bus nisi in se credendo, hoc est lucem intuendo exire non posse. Hoc enim est manere, & remanere in tenebris, in quibus primi erant. Quam emphasim obseruauimus in eodem verbo c. 3. 36. & 8. 41. & 9. 41.

Christus vt homo ex Patre profectus.

Ioan. 3. 13.

47. *Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico illum.* In plerisque Græcis codicibus est, καὶ ἐάν τις μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων καὶ μὴ φυλάξῃ. Et si quis audierit verba mea, & non crediderit, quemadmodum omnes eam Græcis interpretes legisse video, sensusq; videtur magis esse consequens. Dixerat enim, quod boni conseruaturi essent, quia in se credidissent; dicit nunc, quid mali secuturum eos, qui credere noluerunt, nempe vt condemnentur. Nostri tamen interpres haud dubie legit, *& qui audierit, & non custodierit*, quemadmodum Augustinus, & Latini omnes auctores legunt, & inter Græcos Nonnus Poeta, & codices manuscripti nonnulli Græci, vt ille, qui cum Græcorum Catena est, sensus non solum similis, sed idem etiam prorsus esse potest. Custodire enim, quod audierit, est credere, id est animo recondere, non abiicere, vt Nonnus interpretatur.

Lux diuinitatem declarat.

Apostoli & fideles lucis denominatione Christo assimilati.

Kai

Καὶ ἐὰν ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων μου καὶ μὴ φυλάξῃ.

Hunc esse sensum ex versu sequenti manifestum est. Quod sequitur: *Ego non iudico illum*, non satis videtur cohærere. Cum enim docere veller, quid mali eos, qui se non crederent, sequeretur, non videtur fuisse dicendum eos à se non iudicari, (hoc enim bonum, nō malum illis est) sed potius iudicari. Vtrumque dicit, & eos, qui non credunt, iudicari, hoc est condemnari, & non à se, sed ab ipso sermone suo iudicari. Itaq; quod dicit *Ego non iudico eum*, tantundem valere mihi videtur, ac si dicat, *eum iudicatus est*, quemadmodum dixit c. 3. 18. Quo autem modo dicat se eum non iudicare, & non venisse, vt iudicaret mundum c. 3. 17. docuimus. Hoc autem Cyrill. Leontius, & Theophylact. idcirco dixisse putant, vt doceret se condemnationis eorum, qui in se non crederent, causam non esse, nec enim venisse se, vt mundum condemnaret, sed vt saluaret, ipsorum incredulitatem, & culpam condemnationis eorum esse causam.

Ad captū auditorum accommodatæ sermonis Christi.

48. *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.*] Docet non deesse iudicem, à quo is, qui nō credunt, condemnentur, quamuis eos ipse non condemnet. Idem est Christum spernere, & eius verba non accipere. Omnis enim, qui eum spernit, eius verba non accipit; & omnis, qui verba eius non accipit, spernit. Verba autem eius non accipere, est non credere; qui enim credit, accipit, & intimo animo recondit, quod superiore versu dixit, custodite.

Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit in nouissimo die.] Qui à sermo, quem à me audierunt, & credere noluerunt, veluti testis aduersus eos stabit, clamabitq; eos æternis suppliciis dignos esse, quod non crediderint; si enim non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, ait c. 15. 22. Hæc est vis illorum verborum: *Quem locutus sum* Videtur hoc Rupertus vidisse: *Quo tandem in quit, ille est, iudex? Sermo, quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die.* Ille, inquit, *sermo, quem audiuit, quem verum esse fateare non possunt, vtpote magnificis operum testimonijs comprobatum, ille iudicabit eum, ille arguet, ille conuincet eum. Verbum sine talis iudex feliciter: qualis de se ipso suos, voces aut sententias audiuit sui dabit? Propediem aderit, animo sedebit, in conscientia vnusquisque cuius sententias terribiliter perpendet.* Simplicius hoc, sed probabilius, quam quod scribit melior auctor Augustinus. *Expectantibus autem quibusdam illos esse futuros aduentu ejus, sermo, quem ego locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Satis manifestauit se ipsum iudicaturum in nouissimo die, qui se ipsum tantum dixit esse locutum. Ille, se ipsum annuntiauit, se ipsum tantum posuit, qua ipse ad oues pastor intrauit.* Contra tantum hoc videtur verbis Christi, qui dicit se non iudicare eum, id est, non esse iudicaturum. Ac hoc nō dicit, quod iudicaturus ipse nō sit, sed quod si ipse non iudicaturus esset, sermo, quem locutus fuerat, esset iudicaturus, sicut dixit cap. 5. 45. *Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem, est, qui accusat vos, Moyses.*

Lib. 10. sub finem.

Sermo quo locutus est Christum in nouissimo die iudicaturus est incredulitatis.

Tract. 54.

49. *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.*] Chrysost. & Euthym. ita hoc interpretantur, quasi particula illa *quia*, non accipiatur causaliter, sed explicatiue, vt frequenter ex Hebræorum idiomate sumi solet. Itaque sensum esse: Hic est sermo meus, quo vos in nouissimo die iudicabit, quod sæpe vobis dixerim, me nihil ex meipso loqui, sed ex Patre, & tamē non credidistis. Multo melius Cyrill. & vterq; Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. & Leontius causam reddi putant, cur sermo Christi eos, qui non credidissent, iudicaturus esset, quia nimirum cum non ex se, sed ex Patre locutus esset, illi non crediderunt. Hic versus est sensus. Nam alius, quem Rupertus indicat, nimis argutus videtur esse. *Iude*, inquit, *sermo, quem locutus sum, terribilem habet iudicandi, quia ego à meipso nō loquor.* Porro quomodo dicat Christus se ex seipso nō loqui, & mandatum à Patre accepisse, quid locuturus, atque dicturus esset, vnde magnam Ariani quæstionem excitabant, vt Ambros. docet lib. 5. de fide c. 6. supra disputauimus, cap. 7. 28. & c. 8. 28. Summa rei, Christum vt hominē loqui, vt Cyril. Leontius, Chrysost. & Theoph. docent, materem auditorum, quā naturæ aut dignitatis suæ rationem habuisse. Nam et si vt Deus loqui poterat, audirotes tamen idoneos nō fuisse, vt eum tanquam Deum loquentem audirent, ideo demisisse sese, & ad eorum captum sermonem accommodasse. Habet hoc ipsum maiorem vim per inde enim est, ac si ex auditorum opinione argumēterur; Vt purus tu essem homo, quemadmodū vos existimatis, tamē credere mihi deberetis, cum nō ex me ipso, sed ex Patre loquar. Ambros. Aug. & Beda, quod & Theophyl. & probat, ad diuinam hoc naturam referunt, Filium non ex se, sed ex Patre loqui, quia non ex se, sed à Patre est, nec aliud mandatum quid dicere, aut quid loqueretur, à Patre accepisse, quā ipsam naturam. Atq; ita olim doctiores interpretati solitos Ambrosius auctor est. Idem est dicere, & loqui, sed ex plicauit pluribus, vt indicaret nullum prorsus verbū sine in meditata oratione, quod est proprie dicere, sine in familiari, & subito sermone, quod est loqui (si quid discriminis inter ea duo verba esse velis) sibi excidere nisi ex præcepto Patris. Itaque quod ait Rupertus: *Quid nunc dicam patientes contradictionis, & quid in futura iudicia loquar terribiliter, vbi nemo contradicere audebit?* minus probabilitatis habet. Illud opinor dignius obseruatione esse, manifesto argumento hoc in loco quorundam Theologorum opinionem refutari, qui existimant, Christum non omnia, quæ in hac vita fecit, ex Patris præcepto fecisse. Cum enim docet nihil se loqui, nisi ex præcepto Patris, significat nihil etiam nisi ex eius præcepto facere ex minore maiora intelligens.

Ad captū auditorum accommodatæ sermonis Christi.

Christum vt homo ex Patre profectum.

50. *Et scio, quia mandatum eius vita æterna est.*] Id est, causa vitæ æternæ, frequi illud fecerit. Hanc in sensum huiusmodi locutiones habere solent, vt, *Gratia Dei vita æterna*, i. causa est vitæ æternæ Rom. 6. 23. *Dulcedo animæ sanitas assumpta*, id est, sanitas, & lætitia animi causa est sanitatis corporis vsque ad intima ossa. Prouer. 16. 24. Vide colligimus mandatorum Dei obseruationē causam esse meritoriam vitæ æternæ, nosque operibus etiam iustificari. Vnum enim necessario ex altero sequitur. At quod sum hoc dicit Christus: volui, opinor, auditorum exaggerare culpam, quod non crederent, & imitare etiam arq; etiam, vt crederent. Nō credidisse sibi non ex seipso, sed ex præscripto Patris loquenti; & loquenti non ea, quæ sibi, aut Patri, sed quæ ipsis maximam afferrent vtilitatem, eosq; si vellent credere, ad vitam æternam ductura essent. Indicauit hoc ipsum Chrysost. Verbum illud, *scio*, emphasim habet, quasi dicat non ignarus, quam salutaria essent, quæ vobis dicebam, vt bis dixi; nam & ipsa per se vitam vobis, si credideritis, æternam allatura erant, & id ego sciebam, non imprudens, sed iciens, ac volens vobis bene feci.

Obseruatio mādatorū causa vitæ æternæ.

sed multos venisse situr qui non omnes mundati sunt. A indigebant, scientes se immundos non esse, ideoq; nolebant ante diem ipsum Paschæ venire: Sitas quia omnes eos iam erant multi, & voluit multitudinem eorum, qui conuenerant, exprimere. Multos enim pro omnibus sæpe poni multis exemplis alibi docuimus Matth. 20. 28. hoc quia vt notant Cyrillus, & Leontius, non omnes ex legis præcepto venire oportebat Ierosolymam, vt Pascha celebrarent, sicut ad Scenopegiam poterant enim in sua quisq; ciuitate celebrare. Sed de ea re diximus c. 7. 1.

56. *Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes, quid vti atur, quia non venit ad diem festum?* [Græce *Ότι ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν οὐ μὴ ἔλθῃ; num ipse non venturus esset ad diem festum?* quemadmodum Chrysostomus, & Theophylactus exponunt. Ita quæ non mutantur, aut reprehendunt, quod non veneris, vt plerique patrum in quibus etiam, vt videtur, Cyrillus, & Leontius graues auctores sunt, sed dubitant non irrogantque, an venturus sit. Siue cur non veneris, siue an venturus sit rogent, ambigunum est, quod in animo facient, bonone, an malo? & quod eodem redit, qui nam illi fuerint, qui hoc interrogabant, amici, an inimici? Quatuor de ea re apud antiquos opiniones inuenio. Primam apud Theodorum Mopsuest. qui hoc interrogabant, homines fuisse, qui cum famam miraculorum eius audirent, cupiebant eum videre, atque audire, itaque interrogabant alii alios, quid causæ esset, cur non veniret, aut num sciret, an venturus esset. Quod bono vtique animo dicebant. Alias duas Cyrillus Alexand. refert, reprobat alteram, fuisse eos, quibus *Quo animo quærebant ipse inter se, an Christus non ve-niret ad diem festum.* credi derant: disputareq; cum iis, qui non credebant dicentes, vel ex hoc cognoscere poteris eum esse Deum, quod occulta vestra cunctis cognoscat indice nemine, ideoque non venerit ad diem festum, quia scit vos insidias sibi parauisse. Altera est fuisse potius eos qui non credebant qui hæc interrogabant, cum iis, qui in eum credebant, disputantes. Hinc intelliges illum violatorem esse legis, quemadmodum nos illi obtrectore solemus, quod non venerit ad diem festū. Quarta plurimum est auctorum, Augustini, Chrysostomi, Theophylacti Bedæ, Ruperti, Euthymi, & probabilior, hos fuisse eos, qui eum cōprehendere volebant, sine Pharisæis, & sacerdotes ipsos, siue eorum mittitos. Qui cum decreuissent eum in die festo, ad quem venturum putabant, comprehendere, quærebantur, quod non venisset, aut quærebant, an venturus esset. Quod minantes dicere videntur, vt & Cyrillus indicat, quasi dicant, si venisset, comprehendissemus eum aut si venerit, comprehendemus. Hoc probabilius, quia sermonis speciem præ se fert commotionis. Et quia statim sequitur, *Dederunt autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.* Vbi *Autem* pro *Enim* positum puto, vt Matth. 13. 3. Ita sensus est consequens. Propterea enim illi minantes dicebant, *Quid nim cognitum, quod non venit ad diem festum?* quia Pontifices, & Pharisæi mandatum dederant, vt si quis sciret, vbi esset, indicaret, vt comprehendi deretur. *Enim pro autem positum.*

CAPVT XII.

1. IESVS ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. 2. Fecerunt autem ei cœnam multi: & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. 3. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit vnctis eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. 4. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: 5. Quare hoc vnguentum non venundatum est trecentis denariis, & datum est egenis? 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat. 7. Dixit ergo Iesus: Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. 8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. 9. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum vidérent, quem suscitauit a mortuis. 10. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent: 11. quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. 12. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymam, 13. acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. 14. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: 15. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. 16. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. 17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat, cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. 18. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. 19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. 20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant vt adorarent in die festo. 21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. 22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu. 23. Iesus autem Respondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. 24. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. 25. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. 26. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. 27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. 28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. 29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. 30. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. 31. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. 32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. 33. (hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.) 34. Responderunt ei turba: Nos audiuimus ex lege

Mat. 26. a. 6. Mar. 14. a. 3.

Mat. 21. a. 7. Mar. 11. d. 7. Luc. 19. f. 35. Zach. 9. b. 9.

Matt. 10. d. 39. & 16. d. 25. Mar. 8. d. 35. Luc. 9. b. d. & 17. b. 33.

ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? 35. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. 36. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. 37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: 38. vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? 39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: 40. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. 41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. 42. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eicerentur. 43. dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. 44. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. 45. Et qui videt me, videt eum, qui misit me. 46. Ego lux in mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. 47. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. 48. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, sermo, quem locutus sum, illi iudicabit eum in nouissimo die. 49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. 50. Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Ioan. 7. b. 42. Ioan. 6. d. 45. & 8. d. 42. Mat. 21. b. 8. Mar. 11. b. 8. Luc. 19. b. 37. Ioan. 12. a. 12.

IN CAPVT XII.

IESVS ergo ante sex dies Paschæ.] Particula *ergo*, videtur ad v. 35. superiorius capitis referenda, vbi dixerat Euangelista proximum fuisse Pascha Iudæorum; cum ergo proximus esset Pascha, Iesus sex ante diebus iter Ierosolymitanos ciues, vt superiore cap. vers. 19. & 45. Eos venisse dicit Bethaniam, vbi Christū esse audiebant, non solum vt Christum, sed vt Lazarum etiam viderent recens à mortuis resuscitatum. Subtilis est humani ingenij curiositas, per omnia & mala, & bona scire opera insinuat. Vbi Christus est, non tam propter Christum quam propter Lazarum veniunt. Cæterū, inquit Augustinus, *eos addouit, non caritas.* Experiri volebant an verum esset, quod fama narrabat, Lazarum à mortuis suscitatum fuisse; Volebant videre, loquentē audire, & fortassis interrogare, an vere fuisset mortuus, & quid in altera vidisset vita, vt Theodorus Mopsuest. & Cyrillus, Theophylact. Leontius interpretantur. Quis enim videre nollet, & interrogare eum, quem à mortuis suscitatum fuisse audirent? Cur ergo non antequam Christus ibi esset, venerant, ac viderant, cum Lazarus in Bethania habitaret? Credibile est, quamuis Euangelista non dicat, Lazarum, postquam suscitatus fuit, à Christi latere non discessisse; itaq; antequam eo Christus veniret, Lazarus ibi non erat, quia Christum, sicut & sorores eius Maria, sequebatur. Cum ergo audissent Christum ibi esse, intellexerunt & Lazarum ibi esse oportere; itaque eius videndi causa venerunt. Aut sicut nō propter solum Christum, ita non propter solum Lazarum venerunt; itaque nō venerant ante, quia simul ambos videre non poterant.

Curiositas per omnia & bona & mala seruiens. *Trad. 50.*

10. *Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.*] Euthymius, Christum occidere volebant sumpto prætextu, quod soluerer sabbatum & se faceret æqualem Deo, quod q; multi in eum crederent. Lazarum autem quare? An quia reuixerat? quod ergo crimen est reuixisse? itaque tota res est inuidia. Inuidebant enim non auctori modo beneficii, sed iis etiam, qui acceperant beneficium: ideo & eicerum sotas eiecerant, & Lazarum interficere volebant. Mordebat etiam eos, quod tantæ festo plurima turba illud relinqueret, & ab eum accurreret. Quanquam ego non tam festi rationem eos habuisse arbitror, quam memoriam tanti miraculi intercidere Lazaro abolere voluisse, quod viderent magnos propter eum ad Christum heri concursus, multosq; ex causa in illum credere, vt explicatur versu sequenti. Magna quidem hoc erat infantia; sed cæca semper & intans inuidia est. *O stulta cogitatio, & cæca sanitas,* inquit Aug. *Dominum Christum qui suscitare potuit mortuum, non potuit occidere? Quando Lazarum seruabit necem, qui quod acceperat Christo potestatem? Si aliud nobis videtur de mortuo, aliud occisi, ecce Dominus vtrumque fecit, & Lazarum mortuū, & seipsum suscitauit occisum.* Eodem modo Græce scribunt Cyrillus, & Theodorus, Mopsuest. Quæ sequitur vsque ad v. 17. apud Matth. ca. 21. 7. explicata sunt.

Ioan. 8. c. 100. huius. *Trad. 50.*

17. 18. *Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento.*] Poterat mirum videri, quod cum toties Christus Ierosolymam iniisset, nemo illi processisset obuiam, nūc vero subito, nouoque consilio totus fere populus in eius occursum effudisset. Eius rei causam reddit Euangelista, quod eues illi Ierosolymitani, qui adfuerant, cum Lazarum suscitaret, affirmarent id esse vidisse, totamque ciuitatem implenerant fama miraculi. Itaq; cum nūtiarum in vrbem esset adaeuntare Christum, qui Lazarum suscitauerat, tota processit ciuitas, vt facilis illum acclamationibus ex ciperet.

19. *Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos.*] Græc. *εἶπον οὖν οἱ Φαρισαῖοι πρὸς ἑαυτούς*, inter se alii alios. *Videtis, quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.* Perinde est ac si dicāt: *videtis*, quod auctore Caipha decretum à nobis est, vt hominem istum de medio tollamus? alia enim ratione, siue persequendo eum siue eius facta, dictaq; improbando, siue populum dehortando, siue constituendo fore, vt extra Synagogam eiciatur quisquis eum confessus fuerit, nihil proficimus. Vnum illud remedium superest, vt eum occidamus. Accesserat ergo fegnitiem suam, quod iam nuper non illum simul, & Lazarum occiderint, vt Cyrillus ait; aut certe, quod diligentiores non sint, vt quam primum occidant, vt Theod. Mopsuest. & Euthymius indicant. Miror Chrysostomum, & Theophylactum in ea esse sententia, quam & Euthymius probabilem dicit, vt putent eos, qui hoc dicebāt ex iis fuisse, qui in Christum credide-

sant, qui certe, qui benenoli erga eum erant; qui per- A secutionibus illius dicant, videtis vos hunc hominē persequendo nihil proficere? sensus pestilentis est, cū ipse Euangelista Pharisæos, qui hoc dixerūt, fuisse dicat. Neq; mundum vocant eo sensu, quo Chrysostomus, & Theophylact putant, quia peccatores erant, quia modum eum Christus dicit, *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Nam qui Christum seq; habuerat, eo ipso peccatores non erant: & qui hoc dicebant, peccatores erant, atque maligni. Sed mundum vocāt per hyperbolem, quia omnes nemine excepto Christum sequi videbantur: nō solum magna, vt pote tunc Nā & vari, & mulieres, & Iudæi, & Gentiles, vt statim dicitur, eum sequebantur, & infantes Regem appellabant, vt recte Rupertus adnotauit. Simile est, quod Cyrillus ait, Pharisæos cum dixerunt totum mundum post eum abire, nescientes, quid dicerent, prophetasse; totum enim mundum, id est, & Iudæos, & Gentiles tunc nō credidimus. Et solemus vulgo magnam, innumerabilemq; multitudinem per exaggerationem mundum appellare.

Mund. nomine quid hoc loco intelligatur. Sup. c. 8. 23.

Romani Iudæorum fieri quem non prohibebāt.

20 *Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo.*] Sunt qui existiment hos fuisse Iudæos, sed ideo ab Euangelista *Gentiles* appellatos, quia inter Gentiles habitabant. Duabus addūt rationibus sua ista esse, quod Iudæi permissum non fuerint, vt quisquam Gentilis in templum ingrederetur: cum & ie- & templum & omnia fuerint ita pollutū paterent, si quis Gentilis adesset. Ita Paulum discipere fere voluerunt, quod portā eius Trophimum Ephesium in templum introduxisse, Gentilem hominem. Act. 21. 28. *Viri Israëlitæ adiuuate: hic est homo, qui aduersus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum.* Altera, quod Romani etsi permitterent Iudæos suis vti legibus, tamen eiusmodi interdictum non fuisse.

Quis sensus verborum illorum, & quid dicat

stulauerit, obire. Atque eodem fortasse redit Augustini & Bedæ sententia. Quod ait: *Et quid dicam?* vox est hominis præ animi perturbatione consilij inopia, non quod Christus in ops consilij fuerit, sed quod ea ratione tristitiæ, turbationisque magnitudinem ostendere voluerit. Quod autem sequitur: *Pater saluifica me ex hac hora.* Leontius, & Theophylactus existimant per interrogationem legendum esse, & cum præcedentibus verbis ita iungendum, vt sensus sit, quid dicam an vt me liberes ex hac hora? minime vero. Melius alij omnes auctores orationem esse putat, qua Patrem precatur, vt se ab ea hora, id est, a morte liberet, quæ mad modum paulo post, cum in horto oraret, dixit: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix ille,* Matth. 26 39. Hæc enim oratio simillima illi est. vt D. Augustinus, Beda, & Rupertus indicarunt. Illic antequam orare inciperet, discipulis dixit: *Triste est anima mea vsque ad mortem:* hic dicit: *Nunc anima mea turbata est, & quid dicam?* Illic dixit: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste:* hic dicit: *Pater saluifica me ex hac hora.* Illic quasi corrigens, moderatusque quod dixerat, addidit: *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat;* hic addit: *Sed propterea veni in hanc horam,* scilicet vt moriar; itaque nolo mortem detrectare. *Clarifica ergo nomen tuum,* id est, *fiat voluntas tua,* vt Chrysostomus, Euthymius, & Augustinus exponunt, clarificetur ex mea morte nomen tuum, quemadmodum de Petro idem dicit Euangelista capite 21. 19. *Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum,* vt idem Diuus Augustin. admonuit: aut, vt ex versu sequenti colligitur, *clarifica nomen tuum* clarificando me, ostendendoque me unum esse filium, vt Theodorus Heracleotes exponit.

Mat. 26. 41.

Luc. 22. 42.

Ioan. 12.

Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Quomodo ea vox facta, a quo? Patrem ipsum, an per angelum, an per solum aerem, & quare de cœlo facta dicatur esse, cum haud dubie in cœlo ipso facta non fuerit, apud Matth. cap. 3 17. in loco simili disputauimus. Idem enim de hac, atque de illa iudicandum; *de cœlo,* id est, in sublimi aere, quasi de cœlo missa esset, factis est, vt Patris vocem esse appareat, eiusque testimonio credatur. Notat Græcus Cyrillus, non dixisse Euangelistam vocem a Patre, sed *de cœlo* factam esse, ne quis hæreticus existimaret, Deum esse corporeum. De sententia maior quæstio, quid sit: *Et clarificaui, & iterum clarificabo:* Primum quidem illud obseruandum, quod a me mihi animaduersum esse video, & tem maxime continere arbitror, præ eodem duci clarificari Filium, & clarificari nomen Patris. Cum enim Filius dixisset: *Pater clarifica nomen tuum,* Pater respondet: *Et clarificaui* (re) *& iterum clarificabo.* Omnes enim auctores, quos memini legere, de Filio hoc dictum interpretantur.

Notanda moderatio in oratione Patris, & Filij.

Notandum vero est orationis vtriusque & Patris, & Filij moderatio. Cum idem esse clarificari Filium, & clarificari nomen Patris, tamen Filius non dicit, clarificaui, & iterum clarificabo nomen meum, sed *clarificaui, & iterum clarificabo* re; neuter sibi vtique alteri gloriam attribuens. Omnis quæstio est de qua præterita, de qua futura clarificatione loquatur Pater. Latini omnes, Augustinus, Beda, Rupertus & antiquus auctor Victorinus lib. 1 aduersus Arium

De qua clarificatione loquatur Pater. Latini omnes.

primam clarificationem referunt ad æternitatem, quæ antequam mundus fieret, fuerit *in forma Dei*: secundam ad tempus illud, quod mortem, resurrectionemque Christi consecutum erat; cum resurrecturus a mortuis, cum super cœlos euehendus, cum ad dexteram Patris sessurus erat, & ad eam redituras gloriam, quã habebat, antequam homo fieret. Videtur hæc interpretatio alia Christi oratione capite 17. 5. valde confirmari. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui prius quam mundus esset, apud te:* Sic illi. Quanquam Rupertus non ad æternitatem, sed ad mundi initium priorem clarificationem referre videtur; secundam vero ad reparationem mundi. Notauit enim, quod nemo alius, quod sciam, antiquus auctor obseruauit, aduerbium illud *iterum,* hanc habere vim, vt significet ante id tempus non nisi semel clarificatum fuisse Christum. Ipse suo loquatur ore. *Et clarificaui,* inquit, *inhaudiendum est, semel, videlicet pro eo, quod sequitur:* Et iterum clarificabo. *Si enim de multis qualibuscunque clarificationibus dixisset, Et clarificauero profecto assequi aduersus, quod est, iterum, necesse fuisset, & clarificabo. Dicam ergo certe clarificationes patrem nomini intelligi debere manifestum est, nec qualescunque claritudines tali tempore tali vero causa, tali personæ vocem non cuiuscunque, sed vocem Patris, vocem, inquam, non vndecunque sed de cœlo venientem pronuntiari decuit. Igitur eam, quæ hoc loco intelligi oportet, clarificationis Filij, in qua sine dubio clarificatur nomen Patris, illa sunt, quæ Apostolus ad Colossenses exprimit his verbis: Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt vniuersa in cœlo & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus, siue potestates omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Atque deprima clarificatione, de qua nunc Pater dixit: Et clarificaui, sequitur Apostolus de secunda clarificatione, de qua idem Pater, Et iterum clarificabo, inquit, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cœlis sunt.* Probabilis vtraque sententia est. Sed quam apud Chrysostomum, Cyrillum, Theodorum Mopsuestæ, Leontium, Theophylactum, Euthymium, id est, apud Græcos omnes lego, probabiliorem puto, priorem clarificationem de omnibus à Christo antefactis miraculis, posteriorem de iis, quæ & in eius morte, & postea eius nomine facienda erant, intelligi oportere. Petebat Christus a Patre, vt nomen suum in se clarificaret, id est, ne se morientem desereret; vt ita sibi adesset, vt omnes intelligerent se verum eius esse filium. Respondet Pater, se id ante semper fecisse, semperque deinceps factum esse. Profert illi exempla superioris temporis, vt ex illis & intelligat, & confidat fore, quæ nunc illi nulla in re defuere. tum posthac, cum maxime opus est, illi defuturum. Hic nihil fallor, verum est sensus. Itaque adiecit aduerbium illud, *iterum,* non eam habet vim, quam Rupertus existimat, sed hiatus vim habet, hanc: cum dixit habet: *Et iterum clarificabo,* id est, tu ante non clarificasti me, tamen modo, quia magnum opus est, clarificabis me, ait iterum atque iterum, etiam atque etiam clarificabo.

Vt aduersus Iudæos iterum dicatur.

29. *Turba ergo quæ stabat, & audiebat, dicebat tonitruum esse factum: alij dicebant, Angelus illi locutus est.* Mirum, quomodo turba, quæ aderat, tam claram vocem existimare potuerit esse tonitruum, cum vox in certa significantiaque verba distincta fuerit. *Et clarificaui, & iterum clarificabo,* tonitru vero sonus sit maxime confusus, minimeque significans. Theodorus Mopsuestæ videtur existimare vocem fuisse non adeo claram, atque distinctam, vt turba sensum intelligere potuerit. Theodorus vero Heracleotes ideo tenuem non intellexisse, sed tonitru esse existimasse, quod vox esset insolita, & minime aliis humanis vocibus similis.

Alij in ipsis auditoribus fuisse culpam, quia deo stupidi ad intelligendas diuinas voces essent, vt alij tonitru, alij angeli vocem esse putarentur, cum suis A verbis Athanasius Arianorum obiectionem oratione 4. contra Arianos. Obiectabant illi Christo ignorantiam, quod aliquando velit ignorare interrogando videatur. Respondet non propter se ipsum, qui ignorabat, vt ignoraret, sed propter alios, qui ignorabant, vt discerent, interrogare solitum, sicut hic loco non propter se, sed propter illos rem illam ante venisse vocem.

Ignorationis attributio.

30. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Primum hoc loco quæ eiusdem, qua ratione hæc, cum præcedentibus cohæreant, non video. Rupertus existimat hæc verba cum ver. 24. coniungenda esse: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum affert.* Explicare enim hoc loco Christum, quem fructum granum illud frumenti, de quo loquebatur, cum mortuum esset, esset allaturum, vt iudicato mundo princeps mundi Diabolus foras eiiceretur. Melius sentit Chrysost. hanc interpretationem eius esse vocis, quæ de cœlo missa fuerat, *Et clarificaui, & iterum clarificabo:* hanc enim clarificationem venisse Christo, vt per eius mortem mundus vinceretur, & eius princeps eiiceretur foras. Nunc videndum, quid velit, *iudicium mundi.* Chrysost. Leontius, Theophyla & Euthymius putant mundi condemnationem, qui mundo nempe spectatus, quasi dicat Christus, mundum condemnandum esse, quod se immeritum, innocentemque damnauisset. Rupertus nimis, vt mihi videtur, arguit sentiri *Nihilominus* inquit, *& hoc sentiendum quia hic, secundum vulgi intellectum, videtur alterum tantum, & alterum retinaculum sui alterum sæculum, & alterum sæculum, quod est primum sine principio, & medium, & finem habens, tam ignarum cum articulo, primum, inquit, huius mundi. Quod ergo sæculum mundi, & qui eiiciatur princeps huius mundi? Princeps sæculi ipsius quilibet impius? Deum ne vult? Ipse Christus, qui dixerat ei mundo, Nolo pro mundo rogare, quia non est de mundo? Quomodo autem princeps mundi eiiciatur foras, qui ubique est? Quomodo autem foras, qui ubique habetur? Quomodo autem foras, qui principatum habet in mundi regno, qui primo, quam ullus sanctorum huius mundo esset, iustus erat Gentium? Et iterum, in quibus Ecclesiæ per diabolum tam inhabitat, quam Spiritum sanctum diuinitus habitare Dominus promittit? Sic ille.* Hoc, vt dixi, argutum est. Illud certum, quod Græce in plerisque codicibus non v. τοῦ τούτου & articulus, & pronomen adiunctum esse. Ita Ecclesia vetus Latina, & Syrus vetus. Sic Chrysostomus, & D. Augustinus. & Beda, licet & Rupertus iudicium interpretantur pro destructione & reprobi discretione in Gentibus vero tractat. in hac verba sic exponit, quia Christus sit. Nunc mundo opera datur, nunc alij iudicandum relinquunt, verum velit in me credere, nec ne, sensim singulari, & vt videam, si meo bono iudicio in bonam partem accipi credo. Aliquando nacciptur in malam, vt cum dicit, iudicium Moabi, id est condemnandi. Ier. 48 47. & Ezechiel. 13, 21. & iudicia regum, Ezech. 16 19 aliquando in bonam, vt cum dicitur iudicium vidux & pupeti, liberatio, *vbi ait propheta, de sententia vidua. Psal. 137. & statuet iudicium inopis,* Psalm. 139 13 Sic ergo hoc loco iudicium mundi vocatur, quo oppressus a diabolo mundus liberandus erat, quem admodum & Procopius in commentar. in c. 64. Isai. interpretatus. Itaq; non pro solitis electis, sed pro omnibus hominibus accipitur. Ille enim mundus iudicandus, id est a diabolo tyrannide liberandus esse dicitur, cuius princeps diabolus foras dicitur eiiciendus: Diabolos autem, antequam a Christo foras eiiceretur, non in parte, sed in vniuerso mundo dominus fuit. Omnes enim peccauerant, & egebant gloria Dei, & conclusserat omnia sub peccato, vt omnium misereretur. Quo ergo modo non totus mundus suus esse quis nolit.

Iudicium de ea mundi, quæ malè partum accipitur.

Rom. 3 23. & 11 32. Gal. 3 22.

Neque hic Christus significat fore, vt totus re ipsa,

sed

sed fore, vt totus, quamuis in foeli, liberetur, qui pro omnibus hominibus moriturus erat. Quod ait: *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*, perinde erit, ac si dicat, detur habitur de possessione sua, eiicietur ex arce sua. *Dum fortis*, inquit, *armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vincula ea arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius diripiet.* Luc. 11. 21. 22. Loquitur enim de mundo tanquam de arce, aut domo aliqua, quam per tyrannidem Diabolus occupasset. At nondum Diabolus e mundo eiectus videtur esse, cum in eo adhuc grassetur. Nam mortuo iam Christo dicebat D. Paulus: *Non eli mihi cum illuli arto aduerlus carnem, & sanguinem, sed aduerlus principes, & potestates, aduerlus mundi rectores tenebrarum harum.* Ephes. 6. 12. Et Petrus adhuc tanquam rugientem leonem circuire quærentem, *quem deuoret.* 1. epist. cap. 5. 8. Eiectus fotas dicitur non quod nunc in mundo non sit, & in multis etiam munum dominetur, sed quod quantum in Christo fuit, eiectus fuerit: ita vt homines vellent, nihil prorsus in ipsos haberet potestatis. Homines illi pollea portam arcis aperuerunt, & prodit one quadam in suam quisque domum admittit. Itaque etiam nunc regnat, & *operatur*, sed *in filios diffidentiæ*. Ephes. 2. 2. Eodem sensu dicitur *draco ille magnus* de cœlo in terram proiectus, id est, extra Ecclesiam, quæ per cœlum significatur in terram, id est in tenebras suas, in infernum. Apocaly. 12. 9. & ligatus esse per annos mille, cap. 20. 2. Non quod aut reuera extra Ecclesiam eiectus, aut omnino ligatus sit, sed quod coercita omnino sit eius potentia, atq; tyrannus, ita vt si homines velint, nihil eis nocere possit. Idem fiebat, dicet aliquis, ante quam Christus moreretur. Fiebat quidem, sed si quid ante homines cõtra Diabolum poterant, per eam gratiam poterant, quam illis Christus per passionem, mortemque suam meritorius erat: quæ madmodum nunc non nisi per eam gratiam illi resistunt, quam eadem illis Christus passione meruit.

Cur ergo nunc potius quam tunc eiectus, aut ligatus dicitur? Quia sanguis ille Christi, cuius vi, & ante, & post eius potestas cohibebatur, nondum fusus erat. Hoc, vt opinor magis est proprium, quam quod Augustinus air significari, eiiciendum principem huius mundi non extra mundum, sed extra electorum corda, quamuis eos extrinsecus oppugnet. Docet idem in lib. de agone Christi et hæreticos quosdam exposuisse *foras*, id est, extra mundum. Proinde veto in dimidio temporis c. 2. legit, *Nunc princeps huius mundi missus est deorsum.* Subtile est, quod Rupertus obseruat, cum loquitur de iudicio, per tempus præsens loquitur. *Nunc iudicium est mundi*; cum autem de Diabolo, per futurum, *eiicietur foras*, quia inquit, vt *consummata est, quæ tunc agebatur passio eius, factum est iudicium mundi, vt esset, ante videret solita est capitaneus eius, qui illic apud inferos expectabat, sanctorum populo. Futurum autem erat, vt post resurrectionem, & ascensionem eius, sanctusque Spiritus esset missus in principe huius mundi exercetur foras de carnificinis suis & de templis gentium & delubris, ita vt flectente fide conuertentur in altaria Christi.* Iam enim decimus idem esse iudicium mundi, & eius principem foras eiici. Cur ergo priore loco præsenti, posteriore futuro vtitur tempore? quia priore loco cum dicit, *in dicium est*, non significat esse præsens, aut tam peractũ esse, sed instare; itaque idem significat, cum dicit: *Est*, atque si diceret: Erit ergo eodem quo modo dicit: *Ejicietur foras.*

32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum.* Certum ac notum est, exaltationem suam à terra intuitum in cruce suam appellare. Quod quamobrem faciat, supra cap. 3. 14. docuimus. Quem vero hic potest, quorsum hoc Christus adiunxerit. Facilis solutio. Docet quomodo iudicium inferet huius mũdi, quomodo princeps huius mundi eiiciendus foras sit, quia si ipse exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Itaque coniunctionem illam *vt*, & pro causa sumo. *Etenim si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum.* Augustinus & Beda notant non dixisse: Omnes, sed *omnia trahã*, quia non omnes, inquiunt, homines traxit, cum multi non crediderint, sed traxit omnia. id est, & animam & corpus in iis, quos traxit. Non sentio; præsertim cum codices Græci non *omnia*, sed *omnes*, habeant. Certe melius Chrysostomus, Cyrillus, Leontius & Theophylactus: Omnes dixisse vt non solum Iudæos, sed etiam Gentiles significaret. Quidam in quib. Rupertus minime leuis auctor, *Omnes* dixisse putant, vt non solum omnes homines, sed etiam *omnia*, id est cœlum, & terram, homines, angelos, ac dæmones significaret, quos omnes ad se tracturus erat, qa *in nomine eius omne genu flectendum erat, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Ego accommodare ad id, quod agebatur, & quod ante dictum fuerat, interpretor. Dixerat mundum iudicandum, id est in libertatem vindicandum; erat principem foras eiiciendum: quæ ergo ante mundum appellauerat, id est, omnes homines, nunc vocat omnes, aut omnia. Perinde enim est, ac si dicat, principem huius mundi rebus omnibus sui spoliatum foras eiiciam, & omnia, quæ possidebat, id est, omnes homines tanquam eius spolia ad me trahã, mea efficiam, quemadmodum *spud Lucam* dixit. *Vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius diripiet*: & alio loco, *Ascendens in altum captiuam, duxit captiuitatem*: quanquam hoc posterius alium etiam habet sensum. Quod si legamus *πάντα*, *omnia*, quemadmodum nostrum interpretem legisse credendum est, & non solum Augustinus hoc loco, & Ambrosius sermone 21. in Psalm. 118. & Prosper. in lib. de prædestinat. p. 1. c. 25. & in libro contra Collatorem, & D. Leo sermone 6. & 8. & 12. de passione & epist. 81. & epist. 91. cap. 2. Gaudentius tract. 12. in Euangelia, & Gregorius homilia in Euangel. 22. & libro 6. regist. ep. 37. & Rufinus in expositio symboli. Remigius Lugdunen. in comment. in cap. 1. epist. ad Romanos, qui Ambrosio tribuuntur, & Bernardus serm. 21. in Cantic. & Beda, ac Rupertus in Comment. id est, Latini auctores omnes sed Græcus etiam Theodorus Heracleotes legit. Ac mihi quidem ea lectio, etsi aliquo in obscuritio videtur, magis placet, & alijs, vt spero, cum a me explicata fuerit, magis placebit. Ponamus igitur ita esse legendum, exulatque vestigemus, quamobrem potius dixerit *Omnia*, quam Omnes: Non, vt opinor, quod aliud hoc, quam illud sit. Nam neque omnes, neque omnia aliud, vt diximus, significat, quam omnes homines, qui Diaboli seruitute oppressi erant; sed dixit *Omnia* potius, quam omnes, siue vt magis emphatice loqueretur: quæ enim dicit *omnia*, quamuis solos homines velit intelligi, tamen modo loquendi videtur non solos homines, sed res etiam omnes complectendere: quem admodum cum dicit Diuus Paulus Colossensium 1. 20. Christũ *per sanguinem crucis eius omnia* pacificasse, non dixit plus, quam si dixisset, omnes: sed plus tamen videtur dicere, & certe idem dicit efficacius: sine etiam quia de hominibus tanquam de possessionibus, tanquam de bonis, tanquam de spolijs a Diabolo ereptis loquebatur, vt apud Lucam cap. 11. 21. Hæc autem omnia apud Græcos neutro genere dicuntur *πάντα ἑαυτῷ*, propterea neutro dixit genere, *Omnia trahã ad meipsum.* Excutiendum nunce st verbum illud *ἑλκύσω*, *trahã*, quo exæstimandũ nõ est sine causa vsum esse Chri-

Christum. Rectissimè Chrysost. Theophyl. & Euth. & Theodor. Heracleotes eius verbi indicatione, nõ significare motus a re hominem, sed animo diabolo trahendos esse. Duplicem ergo vim verbum hoc habet, significat Christi potestatem, cui resistere nemo potest, ideo animum illum esse potentem, vt si velit & opus sit, vi pollit homines trahere; deinde in summi tatem diaboli, si cum illo comparetur, eo multo, atq; repugnante homines de eius manibus ereptum. Itaq; quod hoc loco tractationem, alibi rapinam vocat, vt Chrysost. & Euthym. admonuerunt: *Quomodo, inquit, potest quispiam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* Obseruant iidem authores colligi ex hoc loco eundem esse Patris, Filijq; potestatem, quia sicut alio loco de Patre dicit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, ita hic dicit de se: *Omnia trahã ad meipsum.* Non caret fortasse ratione aliqua causa, quod hæc duo verba cõiunxerit, *Exaltatus fuero*, & *trahã*: poterant enim simpliciter dicere: Ego si mortuus fuero, *omnia trahã ad meipsum*, sensu eodem. Christus videtur existimasse non mortem, sed resurrectionem exaltationem hic appellari, ideo autem per resurrectionẽ omnia ad se tractaturum dicere, quia propter resurrectionem omnes in illum credederunt, nõ crediturus nisi resurrexisset. Ruffinus quoq; in expositi. symboli sic interpretatur, quasi dicat, per resurrectionem suam mortuos ex tam sue tractatus. Atiam supra docuimus exaltationẽ mortem suam appellasse, ideq; versus sequenti declarat Euangelista. Deinde causam Chrysost. non reddit, quamobrem resurrectionem exaltationem vocet nostra quare cap. 3. 16. mortem suam exaltationem appellauerit, causam ibi reddidimus: quia ad ipsam de ferro exaltatum alludebant, hic vero, quia nulla eiusmodi apparet allusio, alia causa quærenda est. Relinquam lectorem in medio conjectaram meam. Volebat Christus vim passionis suæ declarare, propterea, vt dixi mus, trahendi vim verbo, eadem opinor, ratione, & exaltandi verbo vius est: itaque batus enim de se, tanquam de milite cum diabolo pugnante, & lolet miles eo fortior esse, & aduersario superior, quo exaltior e loco pugnat; ignitit ait ergo se ex cruce sua, tanquam ex arce sua, & munitissima arce pugnaturum, diabolumq; vi quadam ipsi, propterea genus illud mortis exaltationem appellauit. Traxit exaltatus omnia ad se mecit, sum, quemadmodum aquila in sublime prædam trahit.

34. *Scimus ex verba non audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis?*] Non dicit Euangelista dixisse Christum oportere exaltari filium hominis, & tamen tu has illum hoc eum dixisse. Poslet responderi non dixisse cotidie verbis tamen & sententia dixisse. Quum enim dixit: *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum*, significabat se exaltandum esse, quam ver. 23. & sæpe alias filium hominis appellauerat. Sed malo conjectoram sequi, qui existimant hæc eum ex barbaris Christum, postquam enim dixisset: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum*, ex indif. quos cap. 8. 14. dixerat, *Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Atque ad hæc verba respondisse turbam: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & qa modo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* Euangelistam tamen ea verba præmisisse. Maltis argumentis ea conjectura confirmari potest. Primum quod alioquin rudis, & imperita turba non videatur intellectura fuisse, quid sibi Christus voluisset, cum dixit: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum*, nisi illa etiam alia, quæ modo diximus, addidisset verba. Deinde quia prorsus apparet turbam non solum eandem sententiam, sed verba etiam eadem, quo magis Christum premerent, recitare voluisse. Denique quotiam Christum filium hominis sæpe etiam ea appellasse, nisi ipse se Christum eodem loco ita vocauisset. Quorsum dixisset: *Quis est iste filius hominis?* Intelle ait igitur turba cum de more sua locutum fuisse, eamq; exaltationem appellasse, sine qua sæpe eundem loquendi modum ab eo vsurpatum audierat c. 3. 14. & c. 8. 28. sine quod ex apud Iudæos phrasis, vt Cyrillus putat, vt ista esse, vt crucifixio exaltatio vocaretur. Nam quod Augustinus, Beda, & Rupertus dicunt propterea intellexisse, quia ipsi eum occidere detrectarant, minus, vt opinor, probabile prudens lector indicabit. Et illud quæro potest, quomodo de Christo tanquam de Christo, id est expectato illo Messia loquantur, cum ipse se nõ Christum, sed, vt diximus, filium hominis appellasset. Facile respondeo, audierant illum sæpe ita loquentem vt non obscure significaret se esse Christum, videbant se publice pro Christo gerentem, ideo loquuntur, quam de Christo. Difficilior quæstio, quo sensu argumententur: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* an vt quæsant, quomodo hæc duo inter se conuenias, quæ repugnare ipsis videbantur, an vt probent illum non esse Christum, qui in æternum manturus nõ sit. Hoc secundum de industria ingenue facilius credi potest, quem Chrysostomus & Theophylactus interpretantur. Profecto legem, ne temere argumentum videantur. Legem autem non vocat aliquam partem, sed scripturam vniuersam vocant veteres testamenti, vt Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius admonuerunt. Sed dubium, ad quos illudant: loco enim multi enim sunt, quibus Christi regnum æternum futurum dicitur. 2 Reg. 7. 13. Psal. 88. 30. & 109. 4. Isai. 9. 7. & 40. 8. & Ezechiel. 37. 25. Daniel. 7. 14. Sed nullum in scripturis dixerat ore, vt Christum non moreretur, qui dixerat fore, vt maneret in Psal. 21. 30. 17. Isai. 53. 8. vsque ad 12. Daniel. 9. 26. Sic etiam moriturum dixerat, vt simul eius mortem significaret. Ps. 15. 10. & deinde: homines ambitiosi quidquid de Christo, quod non oportuit esse videretur, legebant, intelligebant, si quid erat humile non intelligebant. E contrario vero Christus non solum se moriturum, sed etiam resurrecturum, & in æternum manfurum figurificaret: *Omnia*, inquit, *trahã ad me ipsum*; sed huius mortem, humilitatem, ignominiam eius libenter, & facile intelligerent: potestatem, diuinitatemque intelligere nolebant, vt Rupertus animaduertit. Sic hæreticis fiunt, quæ volunt, intelligunt, quæ nolunt, non intelligunt, nihilque fere efficit hæreticos cognitio. Quod dicunt: *Quis est iste filius hominis?* non ea vidente cum præsertim dubius cohæserit. Nec enim dubitabant Iudæi, quin Christus ipsum filium hominis appellasset, cum intellexissent se ipsum vocasse, aut significasse esse Christum. Chrysostomus, & Theophylactus tradunt simulate hoc eos interrogasse, fingentes se non intellexisse, de quo filio hominis loquatur esset, cum dixit: *Oportet exaltari filium hominis*, ne videretur sua illa argumentatione probare voluisse ipsum non esse Christum, sed illum, quisquis erat, filium hominis, quem exaltari oportere dixerat: Christum, illum, qui exaltabatur, esse non posse; Christum enim illum non moriturum. Potius credo contempsum hoc, & contumeliose dictum esse. Est enim velut epiphonema. Nam quasi conuicisse illum prorsus sibi videretur non esse.

esse Christum, mutatoq; aceslinguem reddidisse, triumphum agunt, & vicisse illudunt: *Quæ est iste filius hominis?* quem sedere dum similes barbarus, & victoria insolens captos à se in bello Regi, & in seruitutem reducto dicat, quis est iste Rex? & quem admodum eidem Christo iudem postea Iudæi captos dixerunt, *Ita fiet ad eorum.*

35. *Dixit ergo eis Iesus, adhuc modicum lumen in vobis est.*] Non videtur ad eum Christus respondere. Chrysost. & Theophylact. tum etiam Theodor. Mopsuest. docent accomodate respondere, probare eum se moti tantum quidem, sed tesuire eorum tamen, & æternum postea mansurum esse. Propterea se comparasse lumini, quia sicut lumen Solis non extinguitur, sed conditur noctu, & occultatur ad breue tempus mane iterũ oriturũ, ita se mortuum quidem, sed paulo post resurrecturum esse, nec vnquam extincturum. Et vero Christi in æternum manẽo per durationem Solis, ac Lunæ declarat Psal. 71. 5. *Timebunt te cum Sole, & ante Lunam in generationem, & generationem.* Et Psal. 88. 38. 39. *Semen eius in æternum manebit, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* Sed potius probo, quod in Catena Græca ex Cyrillo citatum lego, non respondere Christum ad Iudæorum argumentum; nec enim respondere voluisse scientem eos neque dignos, neque capaces responsionis esse. Loco responsionis iterum, quod ante dixerat, affirmasse se breui tempore moriturum, proinde ambularẽt, dum lucem haberent. Quid igitur facit particula illa *ergo*? Hoc ipsum fortasse, quod eũ eos Christus ammoneret desinere, non respondit, sed, quod ante dixerat, mag's affirmauit. Quod autem ait, *adhuc modicum lumen in vobis est*, in G. græcis codicibus legitur, *ἐν μικρῷ χρόνῳ τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστιν*, *adhuc modico tempore lumen vobiscum est.* Nostri interpres videtur legisse, *ἐν μικρῷ τῷ*, *hoc loco*, *adhuc modicum lumen in vobis est*, sed sensu eodem. Nam illud modicum per se sumptũ non eum lumine connectum pro breui accipitur 36 pore, vt c. 13. 33. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum*, & capite 14. 19. *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt.* & cap. 16. 16. 17. 19. *Modicum iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Quibus in locis eam Græce est *μικρὸν τοῦτο*, *& οὐκέτι θεωρεῖτε με*, *καὶ πάλιν μικρὸν καὶ ὄψεσθε με*, & hoc loco credendum est nostrum legisse interpretem. *In vobis autem*, idem est, atque vobiscum. Nam vt accipi aliquando pro cum, & Græce ἐν pro σὺν notius est, quam vt admonere debeamus. Exempla sunt Matt. 11. 21. & 16. 17. in Græci Catena hanc lectionem inuenio, *ἐν μικρῷ χρόνῳ τοῦτο ἐν ὑμῖν ἐστιν*, *adhuc modico tempore lumen in vobis est.* Quocunque modo legamus, sensus est breui tempore eos lumen habituros. Sed ambiguitas Latinæ versionis nonnullos fefellit, in quibus & grauem auctorem Augustinum & Bedam, alios q; posteriores Rupertum & Bernardum fer. in Cant. 49. Lyranum, ac fere Latinos vulgo omnes, vt existimarent sensum esse. Adhuc modicum luminis in vobis est, intelligitis enim Christum in æternum mansurum esse, sed non intelligitis mortuum etiam esse, atq; resurrecturum; ambulate ergo, dum lumen habetis, id est, proficetem lumine, nunc intelligetis, quomodo Christus mori possit, & tamen in æternum manere. Quid autem *in lumen in illis esse*, modo dicemus.

Medicum per se sumptum non tenebras eorum significat.

Lucem habere, seu lumen in nobis esse quid sit.

Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. In duabus quæstionibus huius loci sententia vertatur, altera, quid sit lucem habere, aut, quod paulo ante alias dixit verbis, *lumen in illis*, aut cum illis esse? altera, quid sit ambulare, Chrysost. & Theophyla. & Rupertus cumq; vitam lucem, & veluti diem eius vocari putant; in quam sententiam etiam Leontius magis propensus est. Itaque sensus est, *ambulate*, id est, bene agite, aut credite in me, dum vita vobis superest, venient enim tenebræ, & nox, id est, mors, quando neque bene agere poteritis, neq; proderit vobis credere, sicut dixit c. 9. 4. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Cæterum non dubium est, quin nõ nostrum cuiuis; vitam, sed tempus illud modicum, quod vsque ad mortem sibi supererat, tempus lucis appellet. Se enim ipsum vocare lucem, & per se manifestum esse; & versu sequenti 36. Christus ipse declarat: *Dum lucem habetis, credite in lucem.* In quem enim lucem, nisi in se ipsum habet eos credere? Lucem igitur habere, id est, tempus lucis, aut diem non vocat vniuscuiusque hominis vitam, sed quod sibi vlq; ad mortem superat temporis. Quid autem sit ambulare, Christus etiam exponit: *Dum lucem habetis, credite in me*; credere est ambulare, quia ad Christum credendo quasi pedibus quibusdam fidei venimus. Quid ergo Iudæi non poterant post eius mortem ambulare, id est in eum credere? Maxime vero poterant. Quid igitur dicat, *Ambulate, dum lucem habetis*, id est, dum me viuentem inter vos habetis, quasi post eius mortem ambulare, credere non possitis? Hæratione Chrysost. Leontius, & Theophylact. adducti sunt, vt dicerent tempus medicinalis lucis tempus vitæ esse, etiam post mortem Christi significare, seu eam opinionem iam refutauimus; ratio nunc diluenda est. Possunt quidem hominis post mortem Christi in eum credere, maximaque pars post mortem illum erat creditura. Sed magni refert Christum ipsum loquentem, an Apostolum, aut alium quem eius nomine Euangelium prædicantem audias. Si non credebant in eum, quem videbant, quem audiebant, cuius miracu lis inter erant; quomodo postea in eum, quem non vidissent, quem non audissent, creditur erant? Ambulauit; non solum interdiu, verũ etiam noctu; sed quanto melius, quanto certius, quanto securius interdiu, quam noctu? Exhortatur ergo eos, vt ambulent, dum dies est, dum lucem habent, nõ quod postea ambulare non possint, sed quod nunquam facile possint. Hinc intelligitur non vocari hoc loco tenebras peccata, vt Leontius, aut ignorantiam, vt August. & Beda aiunt mortem cuiusq; vt Chrysost. & Theophyl. aut tetrorem, vt Euthymius aut eas, quæ in scriptura tenebræ exteriores vocari solent, id est damnationem pœnas, vt Rupertus existimat; sed mortem Christi, sicut c. 9. 4. & 11. 9. 10. non quod ipsi vlla nox, aut vllæ essent tenebræ, quod quem, sicut ait Dauid, *tenebræ non obscurabantur a te, & nox sicut dies illuminabatur; sicut tenebrosus, ita & lumen eius*; sed quia mors eius venit nox Iudæis fatum erat, dicit: *eo vita, atq; præcipua lumen, ac dies erat.* Quod sequitur: *Et qui ambulat in tenebris nescit, quo vadat*, additio est, mihi videtur esse, quam dicat: *Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant*, nam, *qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat*, ως pro ὅτι, id est, & pro nam, aut etenim, vt supra c. v. 32.

Tract. 32.

Matt. 8. 11. & 22. 13. & 25. 30.

Mortem in hoc loco non tenebras, sed lucis appellat. Psal. 138.

36. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.*] Perinde est, ac si dicat, dum lucem ante oculos habetis, credite lucem esse, quam videtis: quo enim modo credere esse lucem, cum non videbitis? Lux oculis iudicatur: qui Solem oculis medio intuens die, Solem esse non credat, quomodo noctu eum non videns Solem esse credet? Explicat, quod dixerat, *ambulate, dum lucem habetis.* Quod dicit, *vt filij lucis sitis*, Hebraismus est, qui *filij lucis* appellantur, qui participes lucis sunt, vt *filij huius seculi*, qui hoc seculo fruuntur, filij lucis, Luc. 16. 8. Lucem ergo vocat hearam vitã seruiendi q; est, *credere in lucem*, id est in me, *vt filij lucis sitis*, id est, vitam æternam consequamini. Quinquam Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius putant eam ipsam lucem appellare, cum dicit, *vt filij lucis sitis*, eadem eam valere, ac si dicat, vt filij mei sitis. Atq; hinc colligunt, Filium vnum cum Patre Deum esse. Cum enim ea 12. 36. dixisset *Credite in eum qui misit filium Dei fieri, hic qui credunt in nomine eius*, vbi Deum Patrem vocauit, hic de eadem loquens fide ait, *vt filij lucis*, id est, *mei sitis*. Eadem ergo ille cum Patre Deus est. Cæterum ille sensus, quem initio tradidi, magis mihi placet. Neque quidquam obstat, quod nomine lucis in eadem oratione ambigue vtatur, nunc seipsum, nunc vitam æternam lucem nominans; in ea enim ipsa ambiguitate & vis, & gratia sententiæ est, dum ludit salutifere in ambiguo. Quod sæpe fieri solere fessis monendo sum: videat, qui volet, quæ diximus Matthæi 8. 22.

Credere est in lucem ambulare.

Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.] Tria hic quæri possunt. Cur se Christus à Iudæis hoc loco subduxerit, & absconderit, quem admodum Chrysostomus, & Theophylactus quærunt. Quomodo se absconderit, & quo abierit? Ad primam quæstionem Chrysost. Theophyla. & Euthymius respondent non abisse, sed se abscondisse, propterea quod eum comprehendere tentauerint, aut lapidare, vt c. 8. 59. & 10. 31. sed quod eorũ cogouerit cogitationes occasionem quærendi & comprehendendi, atq; occidendi. Quomodo abierit, aut se absconderit, verum subducendo sensum se, an reddendo se se inuisibilem vt cap. 8. 59. in cetum est: sed hoc probabilius nullum fuisse miraculum, quod se subduxerit, cum nec id Euangelista significet, neque fuerit necessarium, cum Iudæi non tentauerint tunc, quem admodum ex Chrysost. diximus, comprehendere. Nisi quis velit Euangelistã sequenti versu, cum dicit multa fecisse miracula, hoc ipsum miraculum, quod se se subtrahendo fecerit, indicare: quod aliquando mihi placuit, nunc quo minus aliis placeat, non impedio. Quo abierit, nihil dicit Euangelista. Rupertus vero putat non discessisse ab illis loco, sed gratia, tanquam gratia sua indignos ob dutasse, vt postea videretur Ioannes ex Isaia docere. Adductus in hanc sententiam est, quod ex aliis tribus constet Euangelistis per eos tres dies, qui inter ingressum suum in Ierusalem, & mortem intercesserunt, in templo docuisse; idem videntur D. Aug. & Beda sentire, scribit enim his verbis August. *Non abest, qui credere, & obligere cœperant, non ab eo, qui cum ramis palmarum, & laudibus obuiam venerat: sed ab eo, qui videbatur, & inuidebant, quia nec videbant, sed in tabulum illum cecidere essedebant.* Magis probo, quod recentiores quidam auctores tradunt, probabile esse Bethaniam discessisse, testatur enim Lucas cap. 21. 37. per eos dies solitum interdiu quidem in templo docere, nocte autẽ secedere in Montem oliueti, vbi Bethaniam sitam fuisse constat.

Quomodo non credidit vt cadat vt prophetia implera tur.

Quid sit brachium Domini.

Hebraismus Græcus in Catena.

Auditum pro prædicatione Hebraica.

37. *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.*] Non satis apparet, quorsum hoc dicat Euangelista, cum nullum ante Christi signum commemorasset. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius in ea sententia sunt, vt existimet Christum tunc multa fecisse signa, sed ab Euangelista, vt multa alia, fuisse prætermissa. Credo ego nulla tunc fuisse facta miracula, sed Euangelistam de miraculis omnibus loqui, quæ spatio trium annorum Christus coram illis fecerat, particulam autem *tã*, poni pro *τόσα*, id est *autem pro enim*, vt in simili loco supra notauimus cap. 11. 56. & Matth. 25. 5. & 24. 6. Reddit ergo causam Euangelista, cur illis Christus tanto studio dixerit: *Dum lucem habetis, credite in lucem*, quia nimirum sciebat eos multis etiam visis miraculis, quæ fecisset, non credidisse, itaque sub finem vitæ clara voce clamasse: *Dum lucem habetis, credite in lucem*, quasi dicat, satis ita multa, si vultis credere, miracula vidistis, nõ est quod expectetis plura, credite, cũ tempus est. Quod Græce dicit *τοσαῦτα δὲ σημεῖα*, ambiguum est, nem & multitudinem, & magnitudinem miraculorum significare possit, aut cum tot, aut cum tam magna fecisset signa, sed non dubito, quin Euangelista multitudinem potius, quam magnitudinem exprimere voluerit, quæ ad modum Græci etiam auctores Chrysost. Theoph. & Euthym interpretantur. Eodem sensu credẽdum est reddidisse nostrum interpretem, *tanta*, nomine ab usum pro tot, vt Matt. 15. 33. & supra cap. 8. 9. & infra 21. 11.

Del quibus signis, & miraculis Christi hic sermo fit.

38. *Vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?*] Multo minus hic mihi difficultatis, quã multis aliis interpretibus videtur esse. Duplex enim esse potest, altera, quomodo dicat Euangelista, Iudæos non credidisse, *vt sermo Isaiæ impleretur*, quasi significans propterea non credidisse, vt impleretur, q ab Isaia prædictum fuerat, ideoque credere non potuisse, alteras, quod apud Isaiam *Brachium Domini* significet. Priorem quæstionem facillime omnes Græcos interpretes soluunt, Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Mopsuestensis, Leontius, Theophylactus, Euthymius, dictionem illam *ἵνα*, vt, non causam, sed euentum, consequentiamque significare, vt innumeris pene in locis admodum sapta capite 9. 39. Matthæi 1. 22. & 3. 15. & 27. 35. Non esse igitur sensum propter eos Iudæos non credidisse, quia Isaias dixerat eos non credituros (non enim ideo illi crediturinõ erant, quia Isaias prædixerat, sed propterea Isaias prædixerat non credituros, quia illi crediturinon erant) sed eos non credidisse, quem admodum Isaias dixerat, eum non fuisse mentitum, ita profecto rem accidisse, quem admodum ille longe ante viderat, atque nuntiauerat, vt Cyrillus ait. Aut si quid præterea significatur, hoc tantum significatur, ideo eos non credituros, quæ Isaias tanto ante prædixerat, tem accidisse, vt dicatur eos ideo non credidisse, quia Isaias prædixerat non credituros. Sed hæc omnia solam commentitiam enentus, ac prophetiæ declarant: quem admodum si prædixissem puerum aliquem pereuntem eius indolem animaduertentes suspensum aliquando iri, cumque postea in furto deprehensus suspenderetur, dicerem: Nempe ideo suspensus est, ne ego mentiter, vt vulgo loqui consueuimus, non vtique significo, propterea eum id pendi, q ita ego prædixerim, sed adeo conuenienter opinionem prædictionique meæ rem accidisse, vt non alia profecto de causa suspensus esse videatur, quam ne ego mentiter. *Brachium Domini* apud Isaiam Filium Dei Augustinus, Beda, & Rupertus interpretantur, quod fuerit potentia, hoc est, brachium Patris sit. Eodem modo Helychius in Græcorum Catena scribit. *Βραχίων δ' ἐστὶν ἡ ἰσχὺς καὶ ἡ δύναμις, ἀφ' ἧς τὰ τῶν ὅλων ἐστί, καὶ γίνεται, ὅπερ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶ φησί.* Quod in locum Isaiæ aptissime congruit. Loquebatur enim Propheta eo capite, totoque superiore de Christo suo, Propheta autem omnium, id est prædicatorum Euangelicorum persona, quæ ritque nemineni; id est, admodum paucos fuisse eorum auditui suo, hoc est prædicationi credidisse. Hebraica enim phrasi Septuaginta dixerunt *τῇ ἀκοῇ ἡμῶν*, *auditui nostro*, pro prædicatione, quæ auditus שמועה. Alij auditi, & brachia idem esse putant, vtiq; enim pro verbo Euangelico poni; nam & Euangelicum auditum, id est verbum, aut sermonem appellat: *Fidelis sermo*, inquit D. Paulus, *& omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*, 1. Tim. 1. 15. Roman. 10. 8. & 15. 18. & 2. Thessal. 3. 14. & manifestum

festum esse brachium pro potentia, & virtute accipi. A Euangelium autem virtutem Dei, & D. Paulo vocatū esse Rom. 1. 16. *Cui ergo brachium Domini revelatum est?* id est, quis intellexit, quis credidit verbum Euangelicum? Nam prædicatum quidem omnibus fuit, quod vnum genus est reuelationis, intellectum autē, & credituū à paucis est, q̄ est alterum. Ait, quomodo Propheta dicit: *Et brachium Domini cui revelatum est?* Hebraicam igitur esse repetitionem, qua quotiuis membris dictū fuerat, in secundo dicitur alijs verbis. Non refricio interpretationem, hallis licet auctoribus.

39.40. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.] Hic vero locus ille est omnium iudicio difficillimus; sed magna iam à nobis ex parte, partim superiore versu, partim alibi explicatus est. Tria sunt verba, quæ difficilem reddunt. Primum, quod dicit, *Propterea*, quasi indicans ideo non potuisse credere, quia Isaias dixerat non credituros. Secundum, quod non solum dicat non credidisse, sed etiam non potuisse credere, quasi præcientia, & prædictio per Propheram Dei facultatem illis credendi penitus abstulisset. Tertium est illud ipsum, quod Propheta dicit: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.* Prima illa difficultas subtilata iam est ex iis, quæ dicimus superiore versu, particulam *ideo vt*, non causam, sed euentum & consequentiam significare, idem enim de hac particula *διὸ* & *ὅτι*, *propterea*, quod aut *propterea, quia*, tidem docent auctores, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, & Theodorus Heracleotes. Nam vt in illo exemplo, quo supra vtebar, insultam, idem est, ille suspēlus est, vt ego verus esse̅m vates; atque si dicam, propterea suspensus est quia ego suspendendum prædixeram: nisi quod eum hoc secundū dico, magis videor causam significare. Quisquam, vt superiore versu indicabam, cum ita loquitur, non qualemcunque euentum, non subitum, non improuisum, non fortuitum, sed adeo ante præuisum, adeo animaduersum, adeo certe prædictum significamus, vt videatur ante fieri non potuisse, nec tam euentus esse, quam decretum, & ea prædictionis nostræ relpōdisse, quasi propterea euenerit, quia nos prædixeramus, quasi nostra prædictio necessaria eius causa fuerit. Atque hæc est & gratia, & vis eius locutionis, eodemque hoc sensu solet scriptura eam vsurpare. Qua re minime assentior iis, qui hæc verba *Propterea, quia*, non referunt ad verbum illud, *verum dixit Isaias*, sed ad ipsum, quod Isaias dixit: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum*, vt non sit sensus, propterea non potuisse credere, quia Isaias dixerat non esse credituros sed propterea credere non potuisse, quia vt Isaias dixerat, excæcati erant. His inquam interpretibus nō assentior, licet grauem auctorem D. Augustū, sequi videantur. Nam præterquam quod nihil ea ratione E minuitur difficultas, (nec enim minor est quæstio, quo modo propterea no potuerint credere, quia excæcati à Deo erant, quam quomodo propterea nō potuerint credere, quia Isaias prædixerat non credituros) cū superiore versu Euangelista dixerit propterea non credidisse, vt Isaiæ sermo impleretur. *Qui credidit auditui nostro?* manifestum est hoc etiam loco significare propterea credere non potuisse, quia Isaias prædixerat excæcandos, quasi dicat, propterea non credidērunt, sed potius excæcati sunt, quia Isaias excæcandos esse prædixerat.

Sequitur, vt de verbo illo *non poterant*, differamus. Sæpe ex Gregorio Nazianzeno oratione 4. de Theologia docuimus aliquando in scriptura non posse idē significare, quod nolle, vt cum de fratribus Ioseph dicitur. Genes. 37. 4. *Oderant eum, nec poterant eo quidquā pacifice loqui.* Eodem igitur modo Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius hunc locum interpretantur, *non poterant*, id est, nolebant. Res quidem ipsa vera est: nec enim dubium, quin propterea non credidērint, quia noluerint. Nam id etiam Augustinus concedit, qui consentiens suæ de prædestinatione sententiæ maxime negare posse videbatur. Cæterum aliud est ideo illos non credidisse, quia noluerunt, aliud, non posse idem esse quod nolle. Illud certum est, hoc vero minime certum. Quin ex illo non posse propie impotentiam significare, omnem que gratiam perire sententiæ, si idem dicatur esse, q̄ nolle. Ergone vere credere non potuerunt? Nequaquam, sed cum hoc verbo Euangelista virtute, hoc tantum significare voluit, eos non magis credidisse, quam si propter Isaiæ prædictionem credere non potuissent. Quod, vt aiunt Theodorus Heracleotes, & Chrysostomus, non rarum est dicere eos non potuisse credere, quam Propheram non potuisse mentiri. Quod vno verbo Theologi dicunt, vere non potuerunt credere *in sensu composito*, id est posita Isaiæ prædictione fore, vt non crederent: absolute tamen potuisse. Verbum in eodem exemplo, si videremus propter Iudæorum suspendi eum, quem ego puerum esse nos propterea quod id ego prædixeram. Quibus verbis nec significo, propterea non potuisse aliter mori, (quis nolit, quamuis id quæ verum sit) nec meam prædictionem veram fuisse causam, vt ille aliter non potuerit mori, sed tantum significo adeo bene me de eius futuris moribus iudicasse, adeo bene rem opinioni, prædictionique meæ respondisse, vt videatur prædicto mea necessitas fuisse causa eius suspendij, nec aliter fieri potuisse, quam vt suspensus moreretur. Atque hæc est vis, atque gratia illius verbi: *Non poterant credere.* Quod ad tertiam attinet difficultatem, quæ in ipsis Isaiæ verbis est, tria quoque quæri poterant, quid sit excæcare, & indurare: quomodo Deus excæcet, & induret, quomodo Euangelista dicat, *excæcauit, & indurauit*, cum Propheta dicat, *excæca, & indura*, sed hæc omnia partim iam à nobis apud Matthæum capite 13. 15. explicata sunt, partim in his locis, quos illic nō tanimus, explicabuntur. Hoc vnum hoc loco dicam, quod ad huius loci intelligentiam maxime pertinet, cum Deus excæcare, & indurare dicitur, nō solum significari eum permittere, vt homines excæcentur, obdurenturque, non *firi* solum gratiam illis aut non dare, aut datam auferre, vt Augustinus docet, aut, vt putant Græci, nimium dare gratiæ, qua abusi homines cæci, & obstinati fiant, sed ita homines seipsos excæcare, obdurareque, ita aduersum diuinam pugnare voluntatem, vt Deus ipse suis manibus oculos illis eruisse, eosque obrudisse, indurasseque videatur, vt neque videre possint, neque intelligere: non quod Deus id faciat, sed quod tanta eorum cæcitas, tanta durities sit, vt à nemine alio, quam à Deo fieri videatur potuisse quemadmodum vulgo dicimus, cum videmus aliquem virum alioqui prudentem absurdissimè errantem, Deum illi mentem eripuit, non quod credamus eripuisse, sed quod non intelligamus, qua ratione homo vel minime sanus tam absurda posset facere, nisi mentem illi Deus abstulisset. Docet ergo Ioannes propterea Iudæos non credidisse, quia Isaias adeo eos cæcos, adeo

In Matth. 13.

Non posse, idem videri quod nolle.

e.6.9.10.

Non potuerunt credere, id est non potuerunt credere in sensu composito.

Christi diuinitas, & consubstantialis cum Patre essentia probatur.

Vt, & propterea, quod tantum, & consequentiam significat.

Deum excæcare, & indurare, quid sit.

adeo duros fore prædixerat, vt Deus ipsos suis quodammodo manibus in hoc ipsum excæcasse, indurasseque videretur, ne aut videre possent, aut intelligere veritatem; more enim prophetico Isaias per præteritum iuxta vetustiorem Septuaginta de rebus futuris loquitur.

41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.] Relativum *eius*, & *eo* videtur sine antecedente poni, quia que soler quæri ad quem referatur. Chrysostomum sane mitto ad Patrem referre, cum nulla de Patre mentio præcesserit. Multo profecto melius Theodorus Heracleota, Cyrillus in Græca Catena, & lib. 7. dial. de Trinitate, Hilarius lib. 5. de Trinit. Ambrosius lib. 3. de Spiritu Sancto c. 15. Hieron. in cap. 8. Isai. Athanasius lib. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Leontius, Nonnus, Augustinus, Beda, Rupertus, Theophylactus, Euthymius ad Christum referunt; de eo enim Euangelista sermo erat, de eo paulo ante dixerat: *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum*; de eo statim v. 42. dicit, *Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum.* Itaque cum relativum *eum*, & proxime præcedens, & proxime sequens ad Christum referatur, ad eundem & relativum *eius*, & *eo*, quod in medio illorum est, referatur necesse est. Vnde diuinitas Christi, hinc & vna totius Trinitatis essentia manifestissimo colligitur argumento; nam, vt omnes illi auctores no tant (Hilarium excipio, qui Patrem visum fuisse negat) non dubium, quin Deus ille, quem se Isaias vidisse ait, Pater fuerit; nemo enim id neque Iudæus, neque hæreticus negare potest. At Ioannes hoc loco scribit illum ipsum Deum fuisse Filium: D. autem Paulus Act. 28. 25. 26. 27. docet fuisse Spiritum Sanctum: *Bene*, inquit, *Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius:* Pater ergo & Filius, & Spiritus Sanctus vnus est Deus, cuius gloriam vidisse dicitur Isaias. Sunt qui hoc ad prophetiam illam referant, de qua Euangelista paulo ante mentionem fecerat: *Quis credidit auditui nostro?* Isai. 53. 1. quasi tunc Isaias prophetico spiritu Christi gloriam viderit; sed neque bonos habent auctores, neque boni ipsi auctores sunt. Quorsum hoc Euangelista dixerit, merito aliquis dubitare potest. Deinde putant ideo dixisse, ne quis obiceret, quo fiumilia ex Isaia de Iudæorum excæcatione, obdurationeque testimonia protulisset, docere enim Isaiam nō de sui tantum temporis Iudæis, sed de eis quoq; qui Christi tempore futuri erant, locutum fuisse; etenim Christi quali iam præsentis vidisse gloriam, atq; de eo illo in loco fuisse locutum. Probabile, etsi mihi potius hanc ob causam dicere videtur, vt rationem reddat, cur illi non potuerint credere, hoc est, cur nō potuerit, vt diximus, Propheta mentiri, quia hoc non quouis dixit tempore, sed tunc cum maxime Deo plenus erat, cū diuinam contemplatus esset maiestatem.

42. 43. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.] Veluti correctio hæc est vers. 37. & cæterorum vsque ad 40. quia enim absolute dixerat Iudæos ne tot quidem visis miraculis credidisse, (sed vt Isaias prædixerat, excæcatos, & induratos magis fuisse, ne quis hoc de omnibus prorsus exceptis nemine dictum acciperet, addit non adeo incredulos, nō adeo cæcos, ne duros omnes fuisse, quin aliqui credidērint, & quidem non ex plebe ioīum, quæ propensior semper in eum fuerat, sed etiam ex principibus, quorum ab eo animi magis abhorrebant. Atq; hanc vim habet particula illa, *Verumtamen*, vt recte Rupert. animaduertit. Principes vocat, qui aut opib. aut gratia, & auctoritate apud Iudæos valebant plurimum, siue sacerdotes, aut Pharisæi essent, siue non, qualis N. eodemus fuisse dicitur c. 3. Hi ergo ipsi quantumuis auctoritate valerent, tamen Pharisæorum veritatis rabiem non audebat se, etiamsi credederent, Christi discipulos profiteri, ne ab illis extra synagogā ejicerentur, quemadmodū Phariſæi conspiraverant c. 9. 22. Tanta erat Phariſæorum apud Iudæos auctoritas, vt non solum ab ipsorum principib. verum etiam ab Herode Rege, vt Iosephus tradit, timerentur. eosdem; autoritatis, atq; consilio Resp. gubernaretur. Colligimus etiam nouos hæreticos ex hoc loco posse nos veram habere fidem sine charitate, ac proinde non sola fide iustificari. Illi in principes, qui in Christum credebant, veram vtiq; habebant fidem, alioqui non dixisset Ioannes, eos credidisse, & charitatem non habebāt, nam si habuissent, confessi illum fuissent, nec magis hominum, quam Dei gloriam dilexissent. Porro his verbis: *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quā gloriam Dei*, rationem Ioannes reddit, cur, cum crederent, non id etiam palam profiterentur. Sed ambigua virtur rationem mam genitini illi, *Dei*, & *hominum* aut actione aut passione sumi possunt. Si actione accipiantur sensus erit, eos dilexisse potius ab hominibus, quā à Deo, gloriā habere. Si passione, dilexisse homines potius q̄ Deum glorificare. Cæterum non dubito actione accipi debere, quemadmodū omnes boni auctores Chrysost. Augustin. Cyrill. Theodor. Mopsuest. Beda, Theophylact. Euthymius acceperunt. Voluit enim Euangelista affectum, &, vt ita dicam, passionem notare, qua impediti principes illi, cum crederent, non tamē confitebantur. Amare autem alterius gloriam, id est, gloriam illius optare, non est passio, sed virtus propria autem apud homines gloriam quærere, ea vero passio & quidem omnium potentissima est. Hoc ergo hic dicit Euangelista de principibus, quod supra Christus de Phariſæis dixerat: *Quomodo potestis credere, qui gloriā ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* cap. 5. 44. Qui ergo apud homines ita quærebant, quum diuinæ præferenti gloriæ Diuina, & illius gloria postulabat, vt quod de Christo credebant, id publice profiterentur: *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Huic gloriæ, quam apud Deum non solum fides, sed etiam charitatis, & fortitudinis sui singularem habere potebant, illam, quam apud Phariſæos habebant, præmiles, vt non leues, sed constantes, vt non Christi, sed Moysis discipuli, vt non nouarum rerum, sed patriæ religionis studiosi videremur. Multos etiam rum errato in errore teneri, quod inconstantes videri nolint. Atqui cognitū errorem corrigere non inconstantis, sed summa prudentia est. In errore vero, quem nouerit, perseuerare duplex est error, aut stultitia potius, quam error est.

44. 45. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. Et qui videt me, videt eum, qui misit me.] Videtur Theophylactus existimare Christum hæc verba non dixisse statim post superiora, sed postquam se abscondisset, & per aliquantum latuisset tempus. Verum ipsa connexio indicat eodem tempore, eodem loco dicta esse, vt Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. Augustin. & Rupertus indicant. Si non ob aliud, certe vel ob hoc ipsum, quod Euangelista timui narrat, cum in contrariū nil lasciterio. Quis ergo videbat quosdam credere quidem in se, exercitus humano quodam metu, atq; pudore non audere id præ se ferre, aufert illis pudoris atque timoris causam, dicens, quia se credit, non in se,

fes in Patrem, id est in verum sine dubio Deum credere, proinde si non erubescunt, aut timent in Patrē, ac Deum credere, nihil esse causæ, cur in se credere, aut erubescant, aut metuant. In hanc sententiā Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus, Rupertus, Euthymius. Cum Euangelista dicit eum hoc clamando dixisse, videtur significare, non id temere, aut casu factum esse, sed aliquam eius clamoris fuisse causam. Theophylactus clamando dicendi libertatem putat ostendere voluisse, quamuis illi timeāt Pharisæi, ac propterea fidem suam confiteri non audeant, se tamen nihil timere, palam, clara que voce docere, quod verum est, se Patri æqualem esse, itaq; qui in se credit, in Patrem credere. Cyrillus vero ideo clamauisse, vt indicaret nolle se occulte, & timide ab hominibus coli, docens nos exemplo, quid facere, quomodo fidem nostram profiteri debeamus, nō occulte, non timide, non obscura, sed clara voce, clamando denique nos credere. Videtur etiam mihi, idemque Rupertus indicasse, propterea clamasse, quia paruis illis ad credendum restabat tempus; clamat, ne quam possint ignorantiæ excusationem prætexere. Fecit, quod solet in auctione præco facere, cum parum eandem æstimari, validius clamat, si quis quid velit emere, cito emat, parum superesse temporis. Cum autem dicit, *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me*, non significat, qui credit in se, non credere in se, sed non credere in hominem tantum, qualis ipse illis esse videretur, sed credere in Deum, quemadmodum qui in Patrem crederent, vt Ambrosius lib. 5. de fide, ca. 5. Augustinus, & Beda exponunt: loquitur enim vt homo, vt Cyrillus ait. Aut qui credit in se, non solum in se, sed etiam in Patrem credere, quia ipse & Pater vnum sint, sicut dixit ca. 7. 16. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Non enim negat esse suam, sed esse solum suam, ibi eiusmodi locutionem, quæ frequenter occurrunt, explicantes. Recte veteres auctores, & quos modo citauimus, & alij, qui contra Arianos disputarunt, ex hoc loco Christi diminitatem probauerunt. Etenim si qui credit in Filium, credit in Patrem, Filium, & Patrem vnum esse Deum necesse est. Sed mirum quam versutile sit hæreticorum ingenium. Etiam conabantur Ariani hinc confirmare errorem suum, vt lib. 5. de fide, cap. 5. scribit Ambros. *Ad extremum*, inquit, *vt Christianos se non esse manifestent, negant in Christum se credēdum, dicentes scriptum esse: Qui cre. it in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Iam respondimus, non negare Christum eum, qui in se credit, in se credere, sed significare non tantum in hominem, sed in verum etiam, & eundem cum Patre Deum credere, vnde sequitur eum non hominem tantum, sed etiam Deum esse. Subtilius obiicere Ariani potuissent non sequi Christum eundem esse cum Patre Deum, propterea, quod qui in eum credit, in Patrem credat. Nam & qui Apostolis credit, Patri credit, tamen non continuo sequitur Apostolos esse Deum, idemque cum Patre, & de illis dicit Christus: *Qui vos spernit, me spernit; qui autem spernit me, spernit eum, qui me misit.* Itaque nihil magis ex hoc loco posse colligi, quam Christum legatū esse Patris, sicut Apostoli ipsius legati erant; iniuriam enim aut honorem legati in eum, à quo missus sit redundare. Bene & commode adnotarunt Theophylactus, & Euthym. non dixisse, qui credit mihi, credit ei, qui misit me, sed *qui credit in me, credit in eum qui misit me.* Qui verbis docet, in se esse credendum, non autem dicimur in quenquam, nisi in Deum credere. Eius quidem legatis credimus, in ipsos vero non credimus. Præter quam quod vt Ambrosius, Augustin. Chrysost. Theodor. Mopsuest. Cyril. Leontius Theophyl. & Euthym. obseruarunt, propterea addidit, *qui videt me, videt eum, qui misit me*, vt elationibus verbis omnem tolleret dubitationem. Si enim qui videt Filium, videt & Patrem, eadem profecto virtus, & natura est, vt ex hoc loco & ex illo huic simili ca. 14. 9. argumentantur Athanasius ora. 1. & 2. contra Arian. & ser. 3. & 4. contra eosdem, & Marius Victorinus lib. 4. aduersus Arium.

Christi diminitas ex hoc loco probata contra Arianos.

Luc. 10. 16.

46. *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Quomodo Christus lux in mundum venerit, c. 1. 5. disseruimus. Hoc autem loco perinde mihi videtur loqui, cum se lucem in mundum venisse dicit, ac si diceret, antequam ipse veniret, totum mundum in tenebris fuisse, vt scitissime D. Augustinus adnotauit, se quasi Solem mundo fuisse ortum, non nisi vnum in mundo Solem esse, non aliū, quam se Saluatorem; iam eum Solem in occasum, id est, in mortem inclinatum esse, quisquis velit eo frui, quisquis velit credere, properet, antequam occidat, propterea, vt supra diximus, clamore vius est, quia prope occasum erat. Verbum illud *lux*, vt Cyrillus notat, eius declarat diuinitatem: proprium enim Dei est lucem esse mundi. Nam est Apostolis dictum est: *Vos estis lux mundi*, Matt. 5. 14. vt ait D. Aug. aliter tamē illi, quam Christus *lux mundi* vocati sunt. Christus natura sua, & vt ait D. Ioannes *lux vera*, illi vera lux ex hac vera luce accensi, vt ca. 5. 8. explicauimus. Quod autem ait in mundum venisse, duplicem habet vim. Primum quidem significat se ante quam in mundum venisset, hoc est homo fieret, extitisse, non tunc primum esse cœpisse, cum in mundo lucere cœpit; per omnem ante æternitatem fuisse quemadmodum Sol non tunc esse incipit, cum nobis exoritur. Erat enim ante, sed non videbatur. Itaque hinc etiam eius diuinitas comprobatur. Deinde indicat se non huius, aut illius gentis, sed totius mundi venisse lucem, i. non vt hanc, aut illam gentem, sed, vt *omnem hominem venientem in hunc mundum* illuminaret. Quam vim in nomine mundi sæpe ex Græcis auctoribus obseruauimus, c. 3. 17. 19 & 4. 42. & 6. 33. 51. & 8. 12. & 9. 5. Ratio postulare videbatur, vt cum se lucem appellasset, diceret, Vt omnis qui videt me, in tenebris non maneat, hoc enim est in tenebris non manere, luce videre. Sed voluit, quod dicturus erat, explicare aliter dicendo. Hoc mirum esse lucem videre, in se credere, propterea addidit: *Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Vbi etiam mirandi verbum emphasim illam habet, quā D. Augustin. obseruauit, principium ille venit, omnes in tenebris fuisse, ex qu. bus nisi in se credendo, hoc est lucem intuendo exire non posse. Hoc enim est manere, & remanere in tenebris, in quibus primi erant. Quam emphasim obseruauimus in eodem verbo c. 3. 36. & 8. 41. & 9. 41.

Christus vt homo ex Patre profectus.

Ioan. 3. 13.

47. *Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico illum.* In plerisque Græcis codicibus est, καὶ ἐάν τις μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων καὶ μὴ φυλάξῃ. Et si quis audierit verba mea, & non crediderit, quemadmodum omnes eam Græcis interpretes legisse video, sensusq; videtur magis esse consequens. Dixerat enim, quod boni conseruaturi essent, quia in se credidissent; dicit nunc, quid mali secuturum eos, qui credere noluerunt, nempe vt condemnentur. Nostri tamen interpres haud dubie legit, *& qui audierit, & non custodierit*, quemadmodum Augustinus, & Latini omnes auctores legunt, & inter Græcos Nonnus Poeta, & codices manuscripti nonnulli Græci, vt ille, qui cum Græcorum Catena est, sensus non solum similis, sed idem etiam prorsus esse potest. Custodire enim, quod audierit, est credere, id est animo recondere, non abiicere, vt Nonnus interpretatur.

Lux diuinitatem declarat.

Apostoli & fideles lucis denominatione Christo assimilati.

Kai

Καὶ ἐὰν ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων μου καὶ μὴ φυλάξῃ.

Hunc esse sensum ex versu sequenti manifestum est. Quod sequitur: *Ego non iudico illum*, non satis videtur cohærere. Cum enim docere veller, quid mali eos, qui se non crederent, sequeretur, non videtur fuisse dicendum eos à se non iudicari, (hoc enim bonum, nō malum illis est) sed potius iudicari. Vtrumque dicit, & eos, qui non credunt, iudicari, hoc est condemnari, & non à se, sed ab ipso sermone suo iudicari. Itaq; quod dicit *Ego non iudico eum*, tantundem valere mihi videtur, ac si dicat, *eum iudicatus est*, quemadmodum dixit c. 3. 18. Quo autem modo dicat se eum non iudicare, & non venisse, vt iudicaret mundum c. 3. 17. docuimus. Hoc autem Cyrill. Leontius, & Theophylact. idcirco dixisse putant, vt doceret se condemnationis eorum, qui in se non crederent, causam non esse, nec enim venisse se, vt mundum condemnaret, sed vt saluaret, ipsorum incredulitatem, & culpam condemnationis eorum esse causam.

Ad captū auditorum accommodatæ sermonis Christi.

48. *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.*] Docet non deesse iudicem, à quo is, qui nō credunt, condemnentur, quamuis eos ipse non condemnet. Idem est Christum spernere, & eius verba non accipere. Omnis enim, qui eum spernit, eius verba non accipit; & omnis, qui verba eius non accipit, spernit. Verba autem eius non accipere, est non credere; qui enim credit, accipit, & intimo animo recondit, quod superiore versu dixit, custodite.

Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit in nouissimo die.] Qui à sermo, quem à me audierunt, & credere noluerunt, veluti testis aduersus eos stabit, clamabitq; eos æternis suppliciis dignos esse, quod non crediderint; si enim non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, ait c. 15. 22. Hæc est vis illorum verborum: *Quem locutus sum* Videtur hoc Rupertus vidisse: *Quo tandem in quit, ille est, iudex? Sermo, quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die.* Ille, inquit, *sermo, quem audiuit, quem verum esse fateare non possunt, vtpote magnificis operum testimonijs comprobatum, ille iudicabit eum, ille arguet, ille conuincet eum. Verbum sine talis iudex feliciter: qualis de se ipso suos, voces aut sententias audiuit sui dabit? Propediem aderit, animo sedebit, in conscientia vnusquisque cuius sententias terribiliter perpendet.* Simplicius hoc, sed probabilius, quam quod scribit melior auctor Augustinus. *Expectantibus autem quibusdam illos esse futuros aduentu ejus, sermo, quem ego locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Satis manifestauit se ipsum iudicaturum in nouissimo die, qui se ipsum tantum dixit esse locutum. Ille, se ipsum annuntiauit, se ipsum tantum posuit, qua ipse ad oues pastor intrauit.* Contra tantum hoc videtur verbis Christi, qui dicit se non iudicare eum, id est, non esse iudicaturum. Ac hoc nō dicit, quod iudicaturus ipse nō sit, sed quod si ipse non iudicaturus esset, sermo, quem locutus fuerat, esset iudicaturus, sicut dixit cap. 5. 45. *Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem, est, qui accusat vos, Moyses.*

Lib. 10. sub finem.

Sermo quo locutus est Christum in nouissimo die iudicaturus est incredulitatis.

Tract. 54.

49. *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.*] Chrysost. & Euthym. ita hoc interpretantur, quasi particula illa *quia*, non accipiatur causaliter, sed explicatiue, vt frequenter ex Hebræorum idiomate sumi solet. Itaque sensum esse: Hic est sermo meus, quo vos in nouissimo die iudicabit, quod sæpe vobis dixerim, me nihil ex meipso loqui, sed ex Patre, & tamē non credidistis. Multo melius Cyrill. & vterq; Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. & Leontius causam reddi putant, cur sermo Christi eos, qui non credidissent, iudicaturus esset, quia nimirum cum non ex se, sed ex Patre locutus esset, illi non crediderunt. Hic versus est sensus. Nam alius, quem Rupertus indicat, nimis argutus videtur esse. *Iude*, inquit, *sermo, quem locutus sum, terribilem habet iudicandi, quia ego à meipso nō loquor.* Porro quomodo dicat Christus se ex seipso nō loqui, & mandatum à Patre accepisse, quid locuturus, atque dicturus esset, vnde magnam Ariani quæstionem excitabant, vt Ambros. docet lib. 5. de fide c. 6. supra disputauimus, cap. 7. 28. & c. 8. 28. Summa rei, Christum vt hominē loqui, vt Cyril. Leontius, Chrysost. & Theoph. docent, materem auditorum, quā naturæ aut dignitatis suæ rationem habuisse. Nam et si vt Deus loqui poterat, audirotes tamen idoneos nō fuisse, vt eum tanquam Deum loquentem audirent, ideo demisisse sese, & ad eorum captum sermonem accommodasse. Habet hoc ipsum maiorem vim per inde enim est, ac si ex auditorum opinione argumēterur; Vt purus tu essem homo, quemadmodū vos existimatis, tamē credere mihi deberetis, cum nō ex me ipso, sed ex Patre loquar. Ambros. Aug. & Beda, quod & Theophyl. & probat, ad diuinam hoc naturam referunt, Filium non ex se, sed ex Patre loqui, quia non ex se, sed à Patre est, nec aliud mandatum quid dicere, aut quid loqueretur, à Patre accepisse, quā ipsam naturam. Atq; ita olim doctiores interpretati solitos Ambrosius auctor est. Idem est dicere, & loqui, sed ex plicauit pluribus, vt indicaret nullum prorsus verbū sine in meditata oratione, quod est proprie dicere, sine in familiari, & subito sermone, quod est loqui (si quid discriminis inter ea duo verba esse velis) sibi excidere nisi ex præcepto Patris. Itaque quod ait Rupertus: *Quid nunc dicam patientes contradictionis, & quid in futura iudicia loquar terribiliter, vbi nemo contradicere audebit?* minus probabilitatis habet. Illud opinor dignius obseruatione esse, manifesto argumento hoc in loco quorundam Theologorum opinionem refutari, qui existimant, Christum non omnia, quæ in hac vita fecit, ex Patris præcepto fecisse. Cum enim docet nihil se loqui, nisi ex præcepto Patris, significat nihil etiam nisi ex eius præcepto facere ex minore maiora intelligens.

Ad captū auditorum accommodatæ sermonis Christi.

Christum vt homo ex Patre profectum.

50. *Et scio, quia mandatum eius vita æterna est.*] Id est, causa vitæ æternæ, frequi illud fecerit. Hanc in sensum huiusmodi locutiones habere solent, vt, *Gratia Dei vita æterna*, i. causa est vitæ æternæ Rom. 6. 23. *Dulcedo animæ sanitas assumpta*, id est, sanitas, & lætitia animi causa est sanitatis corporis vsque ad intima ossa. Prouer. 16. 24. Vide colligimus mandatorum Dei obseruationē causam esse meritoriam vitæ æternæ, nosque operibus etiam iustificari. Vnum enim necessario ex altero sequitur. At quod sum hoc dicit Christus: volui, opinor, auditorum exaggerare culpam, quod non crederent, & imitare etiam arq; etiam, vt crederent. Nō credidisse sibi non ex seipso, sed ex præscripto Patris loquenti; & loquenti non ea, quæ sibi, aut Patri, sed quæ ipsis maximam afferrent vtilitatem, eosq; si vellent credere, ad vitam æternam ductura essent. Indicauit hoc ipsum Chrysost. Verbum illud, *scio*, emphasim habet, quasi dicat non ignarus, quam salutaria essent, quæ vobis dicebam, vt bis dixi; nam & ipsa per se vitam vobis, si credideritis, æternam allatura erant, & id ego sciebam, non imprudens, sed iciens, ac volens vobis bene feci.

Obseruatio mādatorū causa vitæ æternæ.

Mat. 26. 2. 14. Mar. 14. 1 Luc. 22. 1.

1. ANTE diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 2. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ, 3. sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit: 4. surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. 5. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? 7. Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. 8. Dicit ei Simon Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. 9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. 10. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. 11. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. 12. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? 13. Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis: sum etenim. 14. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. 15. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. 16. Amen, amen dico vobis: Non est seruus maior Domino suo neq; apostolus maior est eo, qui misit illum. 17. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. 18. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem leuabit contra me calcaneum suum. 19. Amodo dico vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis, quia ego sum. 20. Amen, amen dico vobis: Qui accepit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui misit me. 21. Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me. 22. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. 23. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. 24. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est, de quo dicit? 25. Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dixit ei: Domine, quis est? 26. Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. 27. Et post buccellam, introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus: Quod facis, facito citius. 28. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quod dixerit ei. 29. Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. 30. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo. Erat autem nox. 31. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. 32. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. 33. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis: Quo ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modo. 34. Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. 35. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. 36. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Iesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. 37. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. 38. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me ponesne? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges.

Isa. 53. 12. Mar. 10. 45. 14. Exo. 4. 22. Pſa. 81. 10. Mat. 12. 18. 40. Luc. 22. 16. Matt. 26. 67. 15. Mar. 14. 65. Luc. 22. 63. Luc. 22. 50.

Sap. 7. 8. 14. Eccle. 39. 18. Matt. 22. 46. 19. Iob. 13. 21. Matt. 26. 21. & 31. Mar. 14. 27. 20. Luc. 22. 35

IN CAPVT XIII.

1. ANte diem autem festum Paschæ.] Aggreditur D. Ioannes ad narrandam Christi passionem exordio ab vltima eius cœna sumpto, vnde ad mortem discessit. Quæ in te deinduitia fuderat, quæ ab aliis Euangelistis dicta erant prætexte; ea vero dicere, quæ prætermissa ab aliis erant. Alij vltimam cœnam, institutionem q; Eucharistiæ copiosè describerant, lotionem vero pedum, & concionem illam ad discipulos post cœnam habitam prætererant. Ioannes contra lotionem pedum, & concionem narrat: cœnam & Eucharistiam prætermisit, partim q; de Eucharistia fuse multa dixisset alij, partim quod & ipse de ea cap. 6. disserisset. Nos de ceteris quæ ab aliis Euangelistis dicta non sunt, à Ioanne vero dicuntur, explanabimus quæ ab aliis dicta sunt, cum & à nobis apud illos sint explicata, prætermittemus. Notat Ioannes tempus, quo lotio pedũ, quã narrare incipit, facta sit, & tationem, qua Christus adductus id fecerit. Quod verum q; pertineat & ad diligentiã, & ad fidem lectionis huiusmodi. Tempus designat, cum ait: *Ante diem autẽ festũ Paschæ*, id est pridie Paschæ, vt ex aliis constat Euangelistis, qui eũnam illam pridie, quam Christus passus est, factam fuisse tradunt, Matth. 26. 17. Mar. 14. 12. Lucæ 22. 7. Cum autem duplex eo anno fuerit Pascha, alterum Christi, alterum Iudæorum, vt Matth. 26. 2. disputauimus, quæritur nonnulli pridie vtrius Paschæ intelligat Euangelista factã lotionẽ pedum. Quidam pridie Paschæ. Iudæorum interpretantur, quòd ab illis die labbati, post Christi mortem celebratum esse tum quod credendum sit, Euangelistam populum eo quendi consuetudinem vsurpasse, vt iecerit, quæ dicebat, intelligeret, populũ autẽ Pascha non illud, quod Christus, sed illud, quod ipse celebrauit vocare solitum: tum quod lotio pedum non ante diem Paschæ Christi, sed intra ipsum Paschæ diẽ facta est. In choabantur n. à Iudæis dies à primo vespere, & in vesperum alterum terminabantur; lotio autem facta est intra primum vesperum, id est, inchoato iam Christi Pascha, &, quod idem est, primo die azymorum, vt Matthæus, & Marcus, & Lucas docent, non ergo potuisse pridie eius diei lotionem fieri. Sed non dubito, quin Ioannes Pascha Christi voluerit significare: de eo enim omnes Euangelistæ loquuntur, atq; illud ipsum vulgo Pascha vocabatur, quia verum erat Pascha. quamuis eo anno à Iudæis non tam Pascha ipsum, quod loco suo moueri non poterat, quã eius celebratio in sequentem diem translata fuerit. Quod qui non intelligit, legat quæ apud Matthæũ cap. 26. 2. disputauimus. Hocita esse ex aliis constat Euangelistis, qui hunc ipsum diem, quo lotio pedum facta est, primum azymorum diem vocant, cum illi sit primus azymorum dies, & Pascha, & tamen alij Euangelistæ populari, vt opinor, more loquebantur. Vtrumque ergo verum est hanc lotionem, & intra diem Paschæ Christi, & pridie eã factam fuisse. Cum enim duplex dies sit, naturalis viginti quatuor horarum qui apud Iudæos ab vno vespere, vsque ad alterum numerebatur; & artificialis, aut vitalis, vt vocant, qui ab ortu solis vsque ad occasum; lotio intra diem Paschæ Christi naturalem, & ante diem artificialem facta.

Diei Iudæorum à primo vespere ad alterum.

Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad Patrem.] Cum dicit, *sciens* ostendit Christum nec ignarum, neque inuitum mortem obiisse, sed cum sciret, quo tempore, quo loco, & qua ratione moriturus esset, sponte se ad mortem comparasse, vt Cyrillus, Theodotus Mopsuest. obtenarunt. Nec vero significat tunc tenuisse, id est, didicisse. Sciebat enim, vt Chrysostomus, & Theophylactus aiunt, iam inde ab vnius anni ætate, sed scisse semper illud esse moriendi tempus à Patre constitutum, quod tunc videbat appropinquare. Videtur etiam mihi tacita esse antitheſis ad superiora tempora, quod & Rupertus animaduertit. Sæpe Euangelista narrauerat, cum Iudæi vellent in Christum manus iniicere, eum refugisse, *quia nondum venerat hora eius*, vt cap. 7. 30. & 8. 20. nunc è contrario dicit eum non modo non refugisse, sed etiam antequam Iudæi ad comprehendendum venissent eum, ipsum se sponte sua ad mortem præparasse. Cum autem dicit, *vt transiret ex hoc mundo ad Patrem*, indicat scisse eum non ita te moriturum, quẽadmodum homines cæteri mori solent, vt vsque ad vltimum Iudæi diem non nisi per resurrectionem, sed ita potius, vt eius mors transitus potius ex hoc mundo ad Patrem esse videretur, quod paulo post resurrectio futura esset. Quamquam non mortem ipsam, sed mortem timui, & alcen sionem in cœlum transitum mihi videtur appellare. Per mortem enim solam, si post resurrectionem in cœlum non ascendisset, non dicere-tur ad Patrem transisse. Illud etiam mihi videtur animaduertere inter mundum, & Patrem antitheſim quandam significari, perinde ac si diceret, vt ex loco miserię, & laboris, ad locum requietis, atque felicitatis transiret, vt eaniam simul recipere reddat, quare mortem minime recusauerit. Quis enim transitum à miseria ad felicitatem refugiat? Id nobis exemplum esse potest. *Spes*, inquit Augustinus, *membris in cœnte data est, quæ essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infidelis, & abhorret capite, atque abeius corpore alteri? Neque & ipse transiuit, quia non permansit? Ita & ipse transiit, sed aliud est transire de mundo, aliud ire ad patrem. Nam & omnes transierunt: nos enim per mare ad regnum, sed in mari ad infernum.*

Christi mors transitus fuit ex hoc mundo ad patrem.

Dilexit eos in finem dilexit eos Rom. 10. 4.

Quid sit in finem dilexit eos Rom. 10. 4.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Hoc est *vsque ad mortem*. Apostolus appellare nemini dubium esse potest, & ex sequenti huius rei perspicuum est. Sues quippe vocat eos, quibus continuo pedes lauit, non autem solos Apostolos, solos igitur Apostolos non fuit, id est domesticos, ac familiares eius vocat. Multis enim modis Christus suos vocare solet, vt Theophylactus, & Euthymius admonuere, aut quia creatio eo sunt, quemadmodum omnes homines suos appellauit cap. 1. 11. *In propria venit, & sui eum non receperunt*; aut quia ab eo electi, ac prædestinati, vt 2. Tim. 2. 19. *Cognouit Dominus, qui sunt eius*, aut qui domestici eius sunt, quamuis prædestinati non sint. Nam Iudas quidem prædestinatus non erat, tamen inter suos hoc loco connumerat' quia & illi inter cæteros pedes lauit. Itaq; Cyrilli interpretationem non probo, qui hoc ad omnes homines, neque Ruperti, qui ad omnes electos refert. Maior quæstio, quare addiderit, *Qui erant in mundo*. Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthy. putant ad discernendam Patriarcharum, & aliorum sanctorum hoc dictũ esse, qui eum domestici quoque fuissent Dei, in hoc mundo tam non erant. At quid ea distinctione opus erat? Magis etiam videtur alienum, quod Graecus Cyrillus, aut ad distinctionem angelorum hoc esse additum, qui cum Christi familiares, & creatur ę essent, tamen nõ erãt in hoc mũdo. Quis enim dubitare poterat non agi de angelis, cũ de lauandis pedibus ageretur: Quem ego verum sensum esse arbitror, vt apud nullum auctorem grauem inueniam. Mundum hic emphatice sumi puto pro loco periculorum, & miseriarum pleno, vt cum dixit paulo ante, *vt transiret ex hoc mundo ad Patrem*. Significat igit Euangelista tacite causam, cur suos Christus hoc potissimum in tempore dilexerit, quia eos tum maxime in hoc mundo, id est inter media pericula relictum esse eis itaq; miseratione quadam motum maiorem ergà illos, quã vnquam antea amorem ostendit. Quare illud simul indicat Euangelista magis Apostolis, quam sibi consolatione opus esse. Se à miseria ad felicitatem transire; illos in medijs miseriis & periculis remanere. At quid est, *in finem dilexit eos*? Augustinus, & Beda, duas adhibent interpretationes. Altera est, vt huius Christum significet, quia *Christus*, vt ait Apostolus *finis Legis* est, dilexisse igitur *in finem*, id est, propter se, aut eum illis gloriam impertiendo. Altera, dilexit *in finem* ad est, vsque ad mortem, id est, ita vt pro illis moreretur, vt Rupertus etiam exponit. Alij quidam interpretantur *in finem*; id est, vsque ad finem vitæ suæ. Alij, maxime dilexit sub finem vitæ. Ego Chrysostomi, Leontij, Theophylact. & Euthymij interpretationẽ probo qui *in finem*, pro perfectissime, hoc est ad *summum* pertinere putarunt, sensumq; esse, cum semper Christus suos dilexisset, ad Patrem tamen discessurus multo maiorem ergà illos amorem ostendisse. Quæ enim eorum pedes lauit, quod antea nũquam fecerat. Reddit enim causam Euangelista, quam ob rem discipulorum pedes lauerit, cum nunquam ante lauisset, nimirum vt discedentes ex mundo maiorem erga illos amorem ostenderet. Quæ propter Cyrilli, & Ruperti opinionem minime probo, qui totam hanc sententiam à lotione pedum ita distinguunt, vt ad eam nullo modo putent pertinere.

Deut. 33.

2. *Et cœna facta.*] Magna hic inter interpretes concertatio est, quam cœnam Euangelista factam intelligat? Quidam, in quibus grauis etiam auctor Cyprianus, cœnæ nomine quidquid in ea cœna factum est, etiam Eucharistiæ institutionem intelligentes, & factam, id est, sic tam interpretantes existimant Christum post traditam discipulis Eucharistiam eorum lauisse pedes. In quorum sententia tria non probo; Quod Eucharistiã cœnam vocari putarunt, quem Calixtinum errorem apud Matthæum refutauimus; Deinde quod post Eucharistiam pedes discipulorum Christus lauisse dicant. Quod ex eodẽ hoc Euangelista facilime refellitur. Scribit enim versu 12. post lotionem pedum iterum recubuisse, nondum ergo finierat, quidquid in cœna illa factum erat. Quod autem in ea cœna vltimum fecit, hoc fuit vt corpus, & sanguinem suum discipulis traderet, vt ex Luca c. 22. 20. & D. Paulo 1. Cor. 11. 25. pedicum est, ergo postquam pedes lauit. Eucharistiã dedit. Deinde postquã pedes lauit dixit, *Vnus ex vobis me traditurus est*, vt colligat

Christus pedes discipulorum lauit ante Eucharistiæ sumptionẽ.

Malis modis suos Christus vocare solet.

ex vers. 11. ai hoc dixit antequam Eucharistiam discipulis daret, & tota cœnæ actio finita esset, vt ex aliis tribus Euangelistis compertum est; non igitur post, sed ante quam Eucharistiam discipulis daret, eorum pedes lauit. Tertius error est, quod causam lotionis pedis non intelligant. Etenim propterea pedes Christus discipulorum lauit, vt externo illo doceret symbolo non debere homines impuros, acqueillotos, ad sumendam sacrosanctam, ac diuinam Eucharistiam accedere; quod, si post datam fecisset Eucharistiam, docere nō potuisset. Alii contra cœnam pro esu agni accipientes, & factam, hoc est paratam intelligentes, Christum ante esum etiam agni pedes Apostolorum lauisse putant. More enim Orientalium gentium Christum vltimum hoc cum discipulis conuiuium celebrasse. Solitos conuiuas in magnæ, splendidisq; conuiuiis lotis prius pedibus ad cœnam accedere, quod ex nonnullis quoque profanis, ac peruetustis discimus auctoribus. Credo ego ne in mentem quidem venisse Christo, vt ea de causa lauaret pedes. Et tota hæc sententia cum ve. bis pugnat Euangelistæ, q versus 4. Christum, vt discipulorum lauaret pedes, à cœna dicit surrexisse; iam ergo aut finierat cœnam, aut certe cœnare cœperat, & v. 12. scribit, postquam pedes lauit, iteram recubuisse; ergo antequam lauaret, iam accubuerat. Alii inchoatam quidem, sed non finitam cœnam interpretantur, cœna autem esum agni vocari. Quæ Augustini, Bedæ, & Ruperti videtur esse sententia. Sed ea ipsa, quamuis & per seipsa, & auctoribus probabiliter, tamen vno Euangelistæ verbo refutatur. Constat enim Iudæos ilantes, & calceatis pedibus solitos agnum edere, quem ritum seruasse Christum credendum est. Euangelista autem dicit eum à cœna surrexisse, non ergo surrexit ab esu agni. Alii aliam communē cœnam fuisse putant, quæ post esum agni appolita fuerit, quia inchoata nondum antem finita. Christus surrexerit, ac pedes discipulorum lauerit, post ad eam absoluendam recubuerit. Itaque quod nostri verut interpres *cœna facta*, ipsi reddunt, cum cœna fieret, id est, inter cœnandum. Neq; hanc sententiam probare possum. Primum quia, vt verba ipsa Euangelistæ, continuq; verbionem expendamus, non dicit Euangelista *dum cœna fieret*, cum cœna fieret; sed *cœna facta*, cum cœna iam facta esset, quem- admodum Græci omnes codices, & impressi, & manuscripti, quos legerim, habent. Quamuis Nonnus pe cta *γενομένου*, vertat, ideo, vt opinor, quia metri ratio non patiebatur, vt diceret *γενόμενα*. Deinde quæ ratio erat, vt Christus inchoata, & nondum finita cœna ad lauandos pedes surgeret? Denique si rationem consideremus, quamobrem Christus discipulorum lauit pedes, quam paulo post sumus explicaturi, intelligemus non ante finitum omnino cœnam commode lauare omnino potuisse. Res ergo, vt ego quidem sentio, ita se habet. Tres cœnas Christus, vt nonnulli auctores obseruauerunt, illa nocte fecit. Prima fuit legalis illa Paschalis agni. Ante ea inchoata, nondum autem finita, aut cor tinuo ea peracta ante quam alia inchoaretur, Christum non lauisse pedes modo probauimus, quia eam cœnam stantem sumere oportebat, & Euangelista dicit eum surrexisse. Secunda fuit communis, quæ finita iam Paschali cœna, quæ non tam ex latiandæ, nutriendæque naturæ, quam ex mandæ legalis ceremoniæ causa sumebatur, apponi solebat. vt qui signum ederent, si largiore ad saturitatem indigerent cibo, vsitatis cibis saturarentur. Ante hanc, aut inter hanc Christum non lauisse pedes modo etiam à nobis probatum est. Tertia fuit Eucharistia, quam nemo tamen aut Euangelistarum, aut Apostolorum cœnam vocat.

A Finita igitur secunda cœna, antequam tertiam, id est, Eucharistiam inciperet Christus, surrexit, & Apostolorum pedes lauit. Hæc sententia si non alia ratione, sola tamen aliarum opinionum refutatione probari posset. Cum enim plures interpretationes, vt apparet esse non possint, & cæterarum, vt probauimus, nulla vera sit, hanc veram esse necesse est. Deinde hæc sola, quæ secundo *Exod. 12.11* loco vsitato loquendi more cœna vocabatur. Nam prima non cœna, sed *Phase*, aut *Pascha* vocabatur: tertia autem nunquam cœna nisi à nonis hæreticis vocata est. Itaq; ipsa verbi proprietas docet finita secunda illa, quam diximus, cœna surrexisse Christum, eumque discipulorum lauisse pedes, iterum, vt Eucharistiam illis traderet, recubuisse. Præterea cum hac pedum lotione, vt paulo post dicturi sumus, docere Christus voluerit oportere eos, qui ad sumendam Eucharistiam accederent, esse mundes, credendum post omnem aliam cœnam, & ante Eucharistiæ traditionem eam adhibuisse, ne quid aliud videri posset significare. Hac denique ratione omnia, quæ omnes dicunt Euangelistæ, bene constant. Nam quod quidam obiciunt Ioannem in hoc capite ita post lotionem pedum sermonem illum, quem ex aliis Euangelistis constat post datam Eucharistiam à Christo habitum esse, ita continuare, vt lotio ipsa pedum similiter post Eucharistiam facta esse videatur, leue admodum est. Prima quia post lotionem pedum, antequam sermonem illum inserat, ponit ea, quæ à Christo ante quam Eucharistiam traderet, dicta constat. Quale illud est, *Vnus ex vobis tradet me*. Quemadmodum ergo non sequitur ea verba dicta ab eo esse ante lotionem pedum; ita non sequitur ante lotionem pedum Eucharistiam datam fuisse.

Cum Diabolus misisset vt cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.] Quærendum hic primo loco est, quorsum hoc addiderint Euangelista. Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus in hunc modum interpretantur; quamuis Diabolus iam immisisset in cor Iudæ, vt eum traderet, idque ille sciret, tamen non propterea desiit discipulorum, ac inter eos etiam Iudæ lauare pedes. Itaque ad commendandam Christi patientiam, clementiam q; hoc Euangelistam adiecisse. Hoc ipsum indicat Augustinus. sensusque bene loco hæret. Quanquam mihi illud etiam videtur his verbis significari, proximum fuisse passionis tempus, ideoque Christum exemplum illud singularis humilitatis ex hoc mundo ad Patrem discessurum discipulis relinquere voluisse, sicut ante dixit, *scians, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem*. Itaq; etiam nunc eam causam reddit, quare hoc potissimum tempore pedes discipulorum lauerit. Tribus enim primis versibus tres rationes affertur, quæ omnes à versu 4. pendent. Diabolum hanc cogitationem in cor Iudæ dicit immisisse, non quod nō alias quoq; malas cogitationes immittat: sed quod tam nefaria, & execrabilis fuerit cogitatio, vt non ab alio, quam à Diabolo profecta videri possit. Neminem tam sceleratum, ac flagitiosum esse mortalium, vt tantum facinus nisi auctore Diabolo in animum inducere potuisset. Propterea etiam, vt opinor, Euangelista Diabolum eius sceleris auctorem fecit, cum simpliciter dicere potuisset, cum cogitasset Iudas eum tradere, vt magis eius magnitudinem exaggeraret. Contrario prorsus, id est, Diabolico spiritu Lutherani, ac Caluiniani Deum peccati, & quidem huius ipsius Iudæ auctorem faciunt, quorum magistrum primum Lutherum dicere non puduit non minus prodition em Iudæ, quam conuersionem Pauli opus fuisse Dei.

Lutherani, & Caluiniani quo spiritu ducantur.

3. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit.*] Et hic quæ tendum quor sum hæc ratio pertinear. Rationem enim esse lotionis pedum modo docuimus. Chrysostomus, & Theophylactus, indicant hunc esse sensum, cum sciret Iesus omnia sibi à Patre suo tradita esse, atque commissa, quæ ad talatem hominum pertinere illi videretur, vt omnia perficeret: voluit etiam discipulorum lauare pedes, quod cum singularis esset humilitatis exemplum, magnopere ad eorum salutem, eruditionem que pertinere iudicauit. Recte quidem hactenus, sed quomodo cum hac interpretatione illud conuenit. *Et quia à Deo exiuit, & ad Pat. eum vadit?* Itaque melioremaliam interpretationem indico, quam idem auctores duo, tum etiam Cyrillus, & Theodoretus, & Mopsuestia adhibent. Cum talis esset tantus esset, vt omnia illi in manus à Patre tradita essent, cum paulo post ad Patrem iturus esset, & ad eius confessurus dexteram, eo se tamen demisserit, vt discipulorum suorum pedes lauerit. Atque eodem modo D. Augustinus intelligit, & Gregor. lib. 3. moral. ca. 12. & Beda. Probabilis interpretatio: hoc tamen in ea desidero, vt ratio reddatur lotionis pedum, quam pertuasam mihi habeo Euangelistam reddere voluisse, & hac ratione non redditur. Itaque etiauctorem non habeo, hanc tamen secutus rationem aliam interpretari audeo: vt his etiam verbis, quemadmodum duobus versibus superioribus, significarit Iesum se suæ passionis pro ximum esse, ideoque pedes lauisse discipulorum, vt & insigne humilitatis exemplum discessurus relinqueret: & præcipuam quendam erga illos amorem osten deret. Hoc autem significat dicens seruisse eum omnia sibi à Patre tradita esse, id est iam sibi licere ex Patris præcepto perficere omnia, quæ sibi commissa fuisset, antea non licuisse sibi mori, quia tempus à Patre constitutum nondum aduenerat, iam venisse tempus, quo omnia sibi concessa fuisset, omnia sibi liceret agere, quæ ad hominum redemptionem pertinerent. Hoc etiam est, Et *quia ad Patrem vadit*, id est cum sciret tempus venisse, vt ex hoc mundo discederet, & ad Patrem iret, vt versu 1. dixerat. Bene quidem hoc erat illud, *Quia à Deo exiuit*, q uomodo conueniet? Perinde est ac si diceret, sciens tempus esse, vt ad Patrem, vnde exierat, ederetur: sciens venisse tempus, vt quem admodum à Patre exierat, ita ad Patrem reuerteretur. Quo autem modo intelligendum sit omnia Filio à Patre tradita esse, apud Lucam cap. 10. 22. & apud Matthæum cap. 11. 27. exposuimus. Occurrunt Chrysostomus, Theophylact. & Euthymius Arianorum obiectioni, Non posse hinc colligi filium minorem esse Patre, quod illi Pater omnia tradiderit cum & Filium è contrario regnum Patri traditurum, vt ait D. Paulus 1 Cor 15. 24. & tamen non ideo sequi Patrem minorem esse Filio. Facilius dicta erat Christum hic vt hominem loqui.

4. *Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se.*] Singulare Christi exemplum singulari quoque diligentia Euangelista describit. Itaque non contentus dicere discipulorum suorum pedes lauisse, quæ summa erat historiæ, partes singulas & ante factum ipsam, & in facto, & post factam enarrat, quomodo è mensa surrexerit, quomodo se ad lotionem pedum comparauit. Voluit vt opinor, & Christi commendare sedulitatem, qui non perfunctorie, & negligenter: sed tanto studio seruile illud exercuerit munitetur, vt nihil vnquam aliud per totam vitam egisse videretur, nullam eius partem, nullam præter mississe seruilem ceremoniam, & nos præterea repræsentato Christi facto docere, vt paremquoque in eo imitando diligentiam adhiberemus. Quomodo intelligendum, quod dicit à cœna surrexisse vers. 2. declarauimus. Hæc autem prima fuit pars admirabilis caritatis Christi, quod non quo tus tempore, non quouis loco pedes lauerit, sed ad mensam cum esset, cuius munditiæ, atque lautitiæ nihil magis videtur repugnare, quam quibus manibus cibos sumpturus sis, iis aliorum tractare pedes. *Quid aut mirum*, inquit, Augustinus, *si surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit?* Vestimenta sua posuisse dicit, non omnia: nec enim nudus mansit, quemadmodum Origenes putat, qui ideo se linteo præcinxisse ait, ne omnino nudus esset, sed superiorem vestem retentani mirum tunica illa in consutili, de qua cap. 19. 23. idem Euangelista mentionem facit. Id proprie Græca verba significant *ἐτίθετο τὰ ἱμάτια*. Quam enim Romani togam, aut pallium, id est summam vestem, Græci, vt ex Plutarcho discimus *τὸ ἱμάτιον* appellabant. Mouere tamē lectorem potest, quod Euangelista plurali dixerit numero *τὰ ἱμάτια*, cum credibile non sit Christum plures vna rogas habuisse. Quot vestes Christus habuerit apud Matthæum cap. 27 35 disputauimus. Quod autem ad hunc pertinet locum, pluralem numerum pro singulari positum esse arbitror, quod cum aliarum, tum in hac potissimum re frequentissime facimus Nam & Hispani, & Itali, & Galli vestimenta sua vocant, etiamsi vnum tantum habeāt genus vestis. Ideo autem Christus summam posuit vestem, vt & ad præstandum seruile ministerium magis expeditus esset, non impediente superiore, atque laxiore veste: & vt non solum seruilem rem, sed seruilem etiam, vt modo dicebamus, more faceret: vnicam sertu gestabant vestem, eamque minus longam, minus laxam, quoad ministrandum habiliores esset. Id etiam Christus imitari voluit, verum omnino esset, quod postea dixit D. Paulus, cum serui formam accepisse. Eodem pertinet, quod addit Euangelista Christum se linteo præcinxisse. Quod non solum ideo fecisse putandum est, vt lotos discipulorū pedes tergeret, aut ne tunicam inter lauandum sordidaret, aut quod seruilem grauaret, vt Nicephorus putat libro 1. cap. 28. sed etiam vt seruilem etiam habitum imitaretur. Solebant serui linteo, aut licio præcincti ministrare, quemadmodum nunc in Hispania, Gallia, & Germania ancillæ, in Italicis xenodochiis viri etiam faciunt Auctor Gellius libro 12. cap. 3. vnde lectores ex Tullio liberto dictos putant.

5. *Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.*] Hoc etiam potuit Euangelista, & ad rem ipsam, & ad exemplum pertinere, quod Christus ipse sine cuiusquā alterius ministerio aquam miserit in peluim; quemadmodum Chrysost. Theophylact. & Euthym. adnotarunt, vt nos doceret, inquit Theophylact. sedulo, ac quauiter ministrare, nullis aliis, qui nobis subministrent, ministris vtentes. Notat Euthymius plus etiam videri Christum in hac re fecisse, quam dicat Euangelista: credibile enim esse & peluim à domino domus petiuisse, & aquam quæsiuisse, atque portasse. *Hæc eras aqua*, inquit Ambrosius in prologo lib. 1. de Spiritu sancto, *res illa cœlestis: hic prophetabatur, quod rore illo cœlesti discipulorum suorum Dominus lustrabat pedes lauando. Quid mirum*, inquit Augustinus, *si misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulorum, qui intrauam sanguinem fodit, quo immundum dilueret peccatorum? Quid mirum si linteo, quo erat præcinctus pedes, quos lauerat, terfit, qui carne, qua erat indutus, Euangelistarum testis gia confirmauit?* Curiosi lectoris est quærere vnde Christus, aut à quo discipulo lauandi fecerit initium non-

Prima pars secundæ caritatis Christi.

Tract. 55.

Philippens. 2. 7.

Interpretatio auctorum.

In Canon Ba.

Philip. 2. 7.

Arianorum obiectio refellitur.

Tract. 55.

A quo discipulo lauandi fecerit initium Petrus.

nandi fuit nostrum Christum.

nonnulli tamen vulgo quærunt, & aut satianda, aut reprimenda curiositas est. Origenes como in Ioannem, 32. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & Leontius existimant ab Iuda cœpisse, & vt de proditore suo bene meteretur, eumque beneficio quodam obligaret singulari, nobisque præberet exemplum, vt eodem modo nos ei gas inimicos nostros generemus, & vt illum, si qua ratione posset, ad pœnitentiam commoueret, vel quia ipse le primus Iudas impudenter lauandū obtulit, vt Leontius ait. Quamquam id parum videtur vero simile. Addunt Origenes, & Leontius vltimo loco Iauisse Petrum: in eoque imitatum fuisse Christum peritos medicos qui, cum multos habent ægrotos, ab iis incipiunt, qui omnium grauissime labotant. Id quoque videntur Euangelistæ verba præse ferre, qui cum prius dixisset cœpisse lauare discipulorum pedes, postea addit, *Venit ergo ad Simonem Petrum*, quasi ab aliis lauare cœpisset, &ad extremum ad Petrum lauando peruenisset. Augustinus, Beda, & Rupertus, & fere Latini omnes contra à Petro cœpisse, putarunt, quod dubium non sit solitum fuisse Christum omnibus in rebus primas Petro tanquam cæterorum Apostolorum principi partes dare. Deinde quod non sit credibile cæteros Apostolos non recusasse, vt sibi Christus lauare pedes, si eos prius, quam Petrum lauare voluisset. Loco autem iam Petro post longam recusationem doctoque à Christo non habiturum cum ipso partem, nisi sineret sibi lauari pedes, non mirum si passi alii fuerint idem sibi fieri. Quod ergo ait Euangelista, *cæpit lauare pedes discipulorum*, non ita intelligendum, quasi prius aliorum pedes lauerit, deinde lauando ad Petrum peruenerit: sed prius generaliter Euangelistam dixisse eum pedes lauisse discipulorum, deinde sigillatim explicare voluisse, quo modo lauisset, & à quo cœpisset; venisse ergo ad Petrum, vt eum primo loco lauaret, eaque accidisse, quæ commemorat. Atque hanc vim habere particulam illam *ergo*, cum dicit, *venit ergo Simonem Petrum*. Sic Augustinus, cuius ergo sententiam probabiliorem puto. Potest etiam hoc morale habere documentum, oportere semper à capite, & superioribus reformationem incipere.

Trall. 56. ad Petro cœpisse Christum.

Luc. 9. Matt. 15. Verba non numquam nō significant sed affectum declarant.

6. *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes?* Id est, tu mihi vis lauare pedes? Non enim lauare cœperat, cum Petrus hoc dixerit; sed, vt alibi notauimus, solent aliquando verba in diuinis historiis non effectum sed affectum declarare. Duo illa pronomina *tu*, & *mihi*, emphatica sunt, vt Chrysostomus, Theophilactus, & Euthymius indicarunt. *Tu* qui filius es Dei, *mihi* homini & conditioni abiectissimo, & moribus peccatori & iis manibus quibus oculos cæci aperuisti, quibus tot fecisti miracula? vt Chrysostomus, & Theophylactus dicunt. *Tu mihi?* inquit Aug. *quid est tu? quid est mihi? Cogitanda sunt potius, quam dicenda; ne forte quod ex in verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicas lingua.* Prohibet Petrus Christum sibi pedes lauare non alienatione, sed reuerentia, vt Theodorus Heracleotes & Cyrillus monent, & quia non intelligebat Christi consilium, quidque ea te vellet significare, vt inquit Leontius; eadem ratione Ioannem recusasse legimus eum baptizare. *Ego*, inquit, *à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Matth. 3. 14.

7. *Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.*] Duo Christus indicat his verbis, Petrum tunc non intellexisse, qua adductus ratione eius, aliorumque discipulorum pedes lauare vellet; & si intellexisset, non fuisse recusaturum: & aliquid in hac lotione præterid, quod appareret, A esse mysterii, quod postea sit Petrus suo tempore cognituras. Itaque duo etiam hic quæri possunt, quid consilii Christo fuerit, vt discipulorum lauaret pedes, & quando id Petrus postea cognouerit. Illud certum, non, vt sordes pedum mundaret, eos lauare voluisse; quid enim referebat pedes habere sordidos, cum ipse docuisset ne manum quidem, aut oris sordes quidquam obesse posse? *Non quod intrans in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominē. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.* Pedes discipulorum lauisse, vt humilitatis exemplum discipulis traderet. Christus ipse declarat vers. 13. 14. idque omnes auctores docent. Sed non fuisse eam præcipuam causam plane mihi persuadeo. Nam & Euangelista, vt modo dicemus, alias indicauit causas, quæ maioris videntur esse momenti. Quin hæc ipsa nulla fortasse fuit causa, vt rem faceret tam inusitatam; sed id ex lotione aliis de causis facta consecutum est, vt discipulis esset exemplo. Nec enim Christus ideo se fecisse dicit, vt discipulis exemplum præberet; sed cum fecisset, exhortatus eos est, vt idem facerent. Alteram causam vers. 11. 12. & 13. Euangelista posuit, quod cum videret Christus instare tempus, quo discipulos suos in mediis periculis relicturus esset, singulatem erga eos amorem, ac proutdentiam voluerit declarare. Sed illa Christi verba, *Si non lauero te, non habebis partem mecum*, indicant aliquid profecto mysterii præter eas omnes causas in hac fuisse lotione, vt recte Bernardus in sermon. de cœna Domini argumentatur. Id quod sit quæritur; Origenes, Hieronym. in epistol. ad Damasc. de prima visione Isaiæ. Theodorus Heracleotes, & Nicephb. lib. 1. hist. Eccles. cap. 28. scribunt voluisse Christum discipulorum pedes in prædicationem Euangelii præparare, vt verum esset, *quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Ambrosius in prologo lib. de Spiritu sanc. ait Symbolum fuisse spiritualis illius aquæ, quæ misso Spiritu sancto in Apostolos erat effundenda, vt copiosius perfunderentur, cum mundi vtriq; tam essent. Item Ambrosius in lib. de iis, qui mysteriis initiantur. capit. 6. videtur docere, sacramentum esse ali quod, quo postquam actualia, vt vocant, peccata per baptismum remissa bonis sunt, originale, quod ad hunc in nobis remanent, remittatur, atque hoc esse, *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Mundus*, inquit, *erat Petrus, sed plantam lauare debebat. Habebat enim prius hominis de successione peccatum, quando tum supplantatus à serpente, & persuasus erroremi. Ideo planta eius abluitur, vt hereditaria peccata tollantur. Nostra enim propria per baptismum relaxantur.* Sed quia hoc cum Theologis, & Ecclesiæ doctrina non conuenit, & cauto lectore, & benevolo indiget interprete. Non significat, opinor, prius per baptismum nostra, deinde per aliquod aliud sacramentum originale tolli peccatum; sed originale aut hæreditarium, quod idem est, peccatum appellat, quem fomitem Theologi vocant, non quoad peccatum, sed quoad & effectus. & causa peccati sit, sicut D. Paulus concupiscentiam naturalem peccatum vocare solet, neceum ipsum tolli dicit, propterea quod propitie tollatur, sed propterea quod pactia mentum Confirmationis, quod per hanc pedum ablutionem significari putat, robur nobis detur, vt illi resistamus. Nec ea ablutionem pedum, quam post baptismum docet fieri solere, sacramentum voca, quod verum credere esse sacramentum, sed quo id aliquid mystice significet. Nam & Bernardus in sermone de cœna Domini sacramentum appellat, & tamen non sacra-

Cur desiderium lauandi pedes Christum.

Matt. 15. 11. 19. 20.

Vers. 10.

1. Ioan. 1. 8.

Matt. 5. 13. Cyprianum primum citavit optimo.

Quod missa ne fuerit in latinos peruenit figura.

1. Corinth. 11. 28. Hie. vers. 12.

Isai. 52. 7. Nahu. 1. 15. Rom. 10. 15.

Vers. 10.

Ambrosii locus exponitur.

Genes. 3. 8.

cramentum. Hoc ergo sibi voluit Ambrosius, ablutionem pedum, non esse quidem sacramentum, sed per eam sacramentum Confirmationis designari, qua omnes reliquias peccati originalis, id est, contrapersuasionum & prauitatum fomites efficimur. Id ex alio simili eius testimonio libr. 3. de sacramentis, cap. 1. colligimus. *Qui lauat*, inquit, *non magis habet iterum lauare, nisi vt solos pedes lauet. Quare hoc? quia in baptismate omnis culpa abluitur. Recedit ergo culpa, sed quia Adam suo plantarum à Diabolo erat, & venenum eius suum erat serpens, manet subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit.* Augustinus hoc loco, Beda, & Bernardus in sermone, de cœna Domini putant per hanc pedum ablutionem remissionem venialium peccatorum designari. *Quod sibi vult*, inquit Augustinus, *quod hoc necessarium est, vt quæramus? Dominus dicit, verisimile loquitur, quod opus habet ut pedes lauare etiam ille, qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis; nisi quia homo in sancto quidem baptismate totus ablutus, non præter pedes, sed totus omnino? verumtamen cum in rebus humanis pedibus viuitur, vt quæ terra calcatur: ossigitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non vivitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis vitiis afficimur; & sic afficimur, vt sic dicamus, qua peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non sit. Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie non opus habere, vt pedes lauemur, id est, vitæ spiritualium gressuum diregamur, ut ipsa oratione Dominica cantsemur, dum dicimus, Dimitte nobis debita nostra.* Mihi Cyprianus in libro de cœna Domini verum huius lotionis mysterium videtur enuclease, nempe hac pedum ablutione lacramentum Pœnitentiæ significari: qui velut secundas quidam baptismus est, quia nostris quodammodo lacrymis rerum baptizamur. Pœnitentiam igitur, antequam ad percipiendam Eucharistiam accedamus, agendum nobis esse. *Probet enim, seipsum homo, & sic de panis illo edat, & de calice bibat.* Hoc esse, *Quod lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, id est, qui iam baptizatus est, non indiget, vt iterum baptizetur, sed vt pedes lauet*, id est vt agit pœnitentiam eorum peccatorum, quæ post baptismum, vt Augustin. & Bernardus dicunt, *in terra*, id est inter res humanas gradientis velati lutum aut puluis pedibus adhæserunt. Hinc vna intelligitur causa, quam ob eam per lotionem potius pedum, quam alterius partis pœnitentia significatur. Alteram Cyprianus reddit, quod pedes vltimi, atque infima partis hominis sint & debemus per pœnitentiam non solum summa quæque fleie peccata, sed vsque ad vltimas, intimasque conscientiæ nostræ partes descendere, intimas quasque animi nostri cogitationes excutere, atque purgare. *Supra diximus*, inquit ille, *semel lotos baptismate, eadem lauacra vlterius nanegeri, sed hoc lotos lauacrum quotidianum est exercitium instantum, & negotiatio vsque ad nouissima venient, & omnia debet opera, & cogitatum singulos perscrutari, & affectus per varia discurrentes vagam, ad scrutinium animum per inania euhantes corrigere, & lauare: neque quidquam in vita præterire mittere indiscussum, quod gemitum & suspirium non fuerit expiatum.* Eo denique modo videtur Gregorius interpretari libr. 9. regist. cap. 29. Certe intelligendum hoc putat de pœnitentia, & Paciamus epistola. 1. contra Nouarianos. Secunda manet quæstio, quando hoc postea Petrus cognouerit, quemadmodum illi Christus dicit, *Scies autem postea.* Cognouit profecto tunc, cum intellexit Christum nos lauisse sanguine suo, cum intellexit agendam esse pœnitentiam, vt peccata post baptismū contracta remitterentur. Ipse enim fuit, qui Simoni Mago iam vtique baptizato, & in peccatum iterum lapso dixit, *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & ora Deum, si forte remittatur, nihi hac cogitatio cordis tui,* Act. 8. 22.

Trall. 56.

Ambiguitatum vis aperta, quam maiorem etiam gratiam, & elegantiam inesse: vide quæ diximus c. 2. 13. & c. 9. 39. & Matt. 8. 22. Quod autem quidam notant non dixisse Christum, *Si non lauero pedes tuos, sed, si non lauero*

5. *Dicit ei Petrus, non lauabis mihi pedes in æternum.*] Nunquam mihi lauabis pedes, nullo modo patiar, vt mihi tu pedes laues. *Hæc quippe in æternum non fit, quod nunquam fit, ait* Augustinus: erit Christus alienus mysterii causa significaret eius pedes lauare velle, tamen quia obscure dixerat, Petrus non intellexerat, itaque peogre resistere, ne sibi pedes lauet. Existimaret, vt arbitror, Christum, cum dixit, *quæ ego facio, tu nescis modo*, nihil magis dicere voluisse, quam le non necessitatis, aut mysterii, sed exempli præbendi causa discipulorum lauare pedes. Itaq; respondere se id non ignorare, tamen nolle, vt in suis pedibus exemplo daret exemplum.

Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Gr. *ἐὰν μὴ σε νίψω, non habes*, id est non potes habere *partem meam*. Quod magis emphatice est. Hebraismus est אין זה חלק בי *non est tibi pars mecum*, id est, nihil tibi mecum commune est, non es mihi amicus, renuntio amicitiæ tuæ. *Quæ nobis pars in Dauid?* dicebant illi. 3. Reg. 12. 16. At quid est, *si non lauero te, non habebis partem mecum*, id est, non eris mihi amicus? An Christi amicitia, atque gratia in pedum ablutione posita erat? Minime vero, sed aliquid aliud significare voluit, quod quidam sit, exquirit. Cyrillus Alexandrinus, & D. Basilius in prooemio libri de moribus existimant sensum esse, si tuum obedieris mihi permittendo, vt ubi pedes lauem, propter tibi hanc pisum peccatum *non habebis partem mecum*, id est, pedes meam gratiam. Origenes, Cyprianus, Paciamus epistola prima, Ambrosius in prologo lib. de Spiritu sancto, & in lib. de iis, qui mysteriis initiantur. c. 6. lib. 3. de sacramentis. c. 1. Augustinus hoc loco, & Gregor. libr. 9. regist. c. 29. & Bernardus in ser. de cœna Domini, & omnes alii, quos legi, auctores putant Christum non significare Petrum non habiturum partem secum propter illud ipsum in obedientiæ, peccatum, sed propter peccata, quæ ante haberet, à quibus nisi eum lauando mundaret, parte eum Christo habere non posset. Quid ergo ait Petrus? ne mortale aliquod peccatum habebat, an in gratia non erat Christi, ita vt non lauaretur, neq; liberari à peccato, neq; gratiam habere posset? Nō opinor. Sed in Petri omne hominum genus aliquatur, docetur, nemine, nisi à se lauetur, partē secum habere posse. Quis enim nisi Christi lotus, atq; purgatus sanguine, saluus esse potest? Aut quis illa ipsa peccata, quibus ante Petro remissa fuerant, vt futuræ lotionis in sanguine Christi remissa fuerant, dixit illi fore, vt nisi ipsum lauet, pat em secum non habeat, tanquam si diceret loto, vtsi ille lotioni sanguinis sui, cuius virtute peccata illi remissa fuerant, renuntiaret, gratia quæ illi data fuerat, tolleretur. Neque vero significat illam ipsam peccatorum remissionem, aut collationē gratiæ per pedum ablutionem fieri. Sed lusit Christus, vt sæpe solet, ambiguitate. Petrus dixerat, *Non lauabis mihi pedes in æternum*, corporalem ablutionem intelligens, ipse arrepto verbo, & in spiritualem sensum commutato, *Si non lauero*, inquit, *te, non habebis partem meum*, non iam de corporali, sed de spirituali lotione loquens, quam illa corporalis significabat. Non ergo respondet ad rem, cum verbi significationem mutet quis hoc demum est maxime accommodate ad id, quod agitur, respondere, non spectare, quid lotionis nomen, sed quid lotio ipsa pedum significet. Et sæpe accidimus in eiusmodi ambiguis responsis non solum maiorem vim, sed maiorem etiam gratiam, & ele-

te, non habebis partem mecum, vt indicaret se non iam de corporali, sed de spirituali ablutione loqui, qua non pars vna, sed totus mundamur homo, cui nostrã confirmat opinionem, tamen nimis arguti non iudico. Nã vt hic Augustinus notat. *Ita dilexit eos, vt non lauaret eis tam de sola pedibus agerentur, quam de toto capite, cui nec vti, cum sola planta calcatur.*

9. Dixit ei Simon Petrus, Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.] Quæ ratione ante pedes sibi lauari a Christo recusabat, quod id contra reuerentiam quam illi debebat, esse videretur, eadem nũc audiés, quanrutis sua te erat, totum se lauandum offerti. Ex quo intelligitur eum ante nõ inobedientia, sed amore potius, & obseruantia erga Christũ recusasse. *Quan doquidem si. mos erat, inquit Augustin. lauanda tibi membra mea non solum ima non subtrahe, verum etiam prima tibi ser-ua. Ne mihi negeris capiti Lam tui partem, nullam tibi nego ad lauandum mei corporis partem.*

10. Dicit ei Iesus, qui lautus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.] Videtur Christus Petro respondere, *Nequid nimis*. Neque totum corpus, neque nullam partem eius lauari oportere; sed ea, quæ sordida essent, membra, id est, pedes, quos etiam mundissimus quisq; sordidos habet. Haud dubium, quin eum dicit, *Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet* significet Petrum, & cæteros Apostolos, vt continuo declarat, vno excepto Iuda, lotos esse; itaque necessario queritur qua lotione lotos intelligat, corporaline an spirituali. Sunt qui de lotione mere corporea hoc intelligant. Lotos enim fuisse discipulos, ante quam mensæ accumberent. Morem enim omnium fuisse gentium, vt conuiuæ manus, antequã accumberent, ablue rent. *Dant famuli manibus lympha, inquit ille.* Id inprimis apud Iudeos vsitatum, quorum mos non solum ante prandium, aut cœnam, sed etiam inter piãdendum, atq; cœnandum sæpe lauare, vt c. 2. 6. Ioannes significauit. Ergo qui manus ante cœna lauissent, eos mundos esse totos, neq; opus illis esse, nisi vt pedes lauarent, quos ante non lauissent. Nam in splendidis conuiuiis supra docuimus, etiam pedes continuo lauare solitos. Quod cum in hoc conuiuio Apostoli non fecissent, cætera quidem lotos esse, quę lauari in conuiuiis consuetum esset, hoc vnum deesse, vt lauarẽt pedes. Vereor ne hæc interpretatio magis profana, quam Ecclesiastica sit. A mente quidem Christi alienam puto, qui non communiorum consuetudini, sed mysterio, quod hac lotione designabat, vt supra docuimus, seruire voluit. Magna pars veterũ auctorum per eam lotionem, qua Christus Apostolos lotus esse dicit, baptismum intellexerunt, quo qui semel ablutus esset, eum non debere iterum baptizari, sed mundum esse totum, nisi si forte aliquid sordium pedibus accesisset, id est, post baptismum aliquid peccati admisisset. Itaque hinc colligunt Apostolos prius Christo baptismum recepisse. Sic Cyprianus. Pacianus, Ambrosius, Augustinus, Gregor. Bernardus, & Rupertus is in locis, quos versu 7 notauimus. Ego quidem Apostolos baptizatos fuisse non dubito, sed mihi non id videtur Christus hoc loco significare. Primum quia si baptismum intellexisset, non excluisset Iudam, quem credendum est fuisse quoque cum cæteris baptizatum. Deinde quia explicis causam Euangelista, quare Iudam excepisset, non dicit propterea eum non fuisse mundum, quia baptizatus non erat, sed quia cum eras traditurus. Denique c. 15. 3. exponens quomodo Apostoli mundi essent, ait, *iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis*. Quæ eadem verba Theodorus Heracleotes, Chrysostomus, & Theophylactus hoc loco legunt, eaque in eo etiam manuscripto codice, qui cum Græca Catena

A conuinctus est, inuenio. De spirituali igitur Christus lotione agit, qui spiritualiter mundus est, id est, cui peccata iam remissa sunt, non indigere, nisi vt pedes lauet, totum enim esse mundum, & Græci omnes auctores Chryi. Cyrillus, vterq; Theodorus, Leontius, Theophyl. & Euthy. interpretantur. Sed ex his ipsis verbis oritur, quæritur, quo modo totus mundus est, qui indiget, vt pedes lauet, aut quo modo indiget, vt pedes lauet, qui totus iam mundus est? Quidam interpretantur totum esse mundum, cui omnia peccata remissa sunt, tamen opus esse, *vt pedes lauet*, id est, vt agat pœnitentiam, quemadmodum David, postquã illi peccatum translatum est, morte filii pœnam luit. 2. Reg. 12. 13. 14. Alii mundum esse totum, cui omnia iam peccata remissa sunt, qui credit, & omnia seruat præcepta; sed indigere, *vt pedes lauet*, id est, vt confessa etiam obseruet; non vt mundus, sed vt mundior sit, atq; perfectior, quemadmodum adolescentulli, qui omnia se mandata seruasse respondebat, Christus dixerat. *Adhuc vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Marc. 10. 21. & Matth. 19. 21. Quam interpretationem licet nimis explicate apud Theodorum Mopsuest. inuenio. Alii non esse sensum iam esse totum mundum, qui lotus est, sed totum fore mundum, vbi pedes lauerit. Augustinus vero, & Beda perinde hoc intelligendum putant, ac si dictum esset, qui lotus est, totus est mundus præter pedes, itaque *non indiget, nisi vt pedes lauet*. Recte Augustinus; sed non explicat, quomodo qui lotus est, non etiam pedes lotus sit, ac proinde mundos etiam pedes habeat, eoq; indigeat, vt eos lauet. Nam siue de baptismo loquitur, in eo totus, quantus est, lauatur homo; itaque mundi estiam pedibus ab eo exit, siue de peccatorum remissione, cum vnum peccatum remittitur, omnia remittuntur. Verum enim verbum illud est siue ex Augustino, siue ex alio quo auctore in scholis decantatum, *quadam impietas misericordiæ est ab ea, qui iustus & iustitias est, diuidiam sperare veniam*. Chrysostomus, & Theophyl. videntur aliud agentes respondere Apostolos totos fuisse mundos, quod attinet ad doctrinam, & fidem, quia iam credebant, quidquid credendum illis erat; sed adhuc indiguisse, vt iplorum pedes lauarentur, id est, vt illis remitterentur vetera peccata, quæ ante quam Christi pro illis sanguis effunderetur, non existimant remitti potuisse. In magnis etiam auctoribus magni sæpe scopuli latent, quos vitare lector debeat. Quis dubitat etiam ante Christi mortem peccata remitti potuisse, cum multis Christus ipse dixerit remissa illis esse peccata? Remittebantur quidem ante, sed vi futuræ passionis Christi, quemadmodum nunc vi iam præteritæ remittuntur. Duobus igitur modis quæstionem explicare possumus: aut totum esse mundum, cui sine per baptismum, siue alia quapiam ratione omnia mortalia peccata remissa sunt, habere tamẽ pedes immundos, quia nunquam peccatis venialibus careat; vt Augustinum, Bedã, Bernardum, & Rupertum interpretati diximus: aut quod magis probo, totum mundum esse, qui semel lotus est, id est, tutum, & non ex parte, siue per baptismum, siue per aliquid aliud fuisse mundatum, indigere tamen, *vt pedes lauet*, id est, vt si quæ fortasse peccata post commixit, agat pœnitentiam. Itaque quod Augustinus de solis venialibus peccatis intelligit; ego cum Cypriano de omnibus etiam mortalibus interpretor, quæ post baptismum committuntur. Cum enim hæc lotio pedũ, vt diximus, pœnitẽtia symbolũ sit, & pœnitentia peccatorum sit proprie mortalium, de mortalibus proprie peccatis intelligi hoc debet. Sensus igitur est eũ, *qui lotus est*, totum fuisse iam mandatum, non opus esse, vt

Qui totus mundus est, quid indiget, vt pedes lauet.

Trad. 56.

Quotationes sacrarum literarum apostolos Christum.

Virgil. 1. Æneid.

cap. 13.

Lib. de vera, & falsa pœnit. c. 7. & hoc tenet de vera, & falsa pœnit. c. 8.

Trad. 58.

Prou. 27. 21.

Christus se hoc Deum appellat. Matt. 23. 8.

A se, vt aut iterũ baptizetur, aut vt remissa iam illi peccata iterum remittantur; si ea respicias, mundum esse totum, tantum videndum, ecquid pulueris, id est vermiculis, ecquid luti, id est mortalis culpæ pedibus cullegerit, *vt pedes lauet*, vt agat pœnitentiam, vt *probet seipsum, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*. Non dissimiliter quod quidam obseruarunt, Christum ad consuetudinem eorum allusisse, qui in balneis lauant; qui toti quidem loti, & mundi exeunt etiam pedibus; sed quia pedibus terram calcatur, flatim eos in quinare, cum cætera sint mundi, ideoq; oportere iterum lauare pedes.

1. Corinth. 11. 28.

Et vos mundi estis, sed non omnes.] Enarrat significationem verbi mundi, quemadmodum paulo ante significationem verbi lauandi variauit. Nam prius, cum dixit, *sed est mundus totus*, intelligebat fuisse mandatũ, etiam si iam mundus non esset; nunc autẽ cum dicit, *Et vos mundi estis*, intelligit mundos esse, ac fine mortali, grauiq; peccato Particula, *Et*, aut pro *autem*, aut pro *quidem* posita est.

B

Et pro autem aut quidem.

Scibat enim qui esset, qui tradiret eum.] Reddit causam Euangelista, cur dixerit Christus non esse mundos omnes, similq; Christi diuinitatem declarat, qui fuse in dice intimam animi conscientiarum discrimina cognouerit.

Hebraismus.

13. 14. 15. 16. Vos vocatis me Magister, & Domine.] Oratio directa ex Hebræorum idiomate, qualis illa apud Ieremiam c. 22. 18. *Non plangent eum, Vah frater, & Vah soror, & non plangent eum, Vah domine, & Vah illyte.* Quod nonnulli Interpretes non intelligentes maluerunt reddere, Vos vocatis me magistrum & Dominũ specio-

C

Dist. Erasmus.

sa, sed fallaci ratione, quod *Magister, & Dominus* nõ dicatur nisi præsenti, & Christus ait dicere voluerit, quomodo absentẽ ita absentes discipuli soliti fuissent appellare. Id quidem verum est non solere nos vocandi casu nisi præsentes appellare; sed Christus tantum docet, quæ recte ea sit ea discipuli loqui soleret; magistrum semper, & Dominum appellantes. Itaq; melius nostri vertunt interpres. Euphanius quidẽ hæret. 59. *dicto autem ego non est* legit, sed ad sensum magis, quam ad verba respiciens. Docet Christus discipulos, quid ex suo illo facto vellet eis proderi debeant. Idq; nutra facit prudentia, atq; moderatione. Primum quidem non dicit. Ego sum Magister, & Dominus, et id ideo poterat iure suo dicere; sed, *Vos vocatis me Magister, &*

D

Prou. 27. 2. Domine, ne arrogãter de se quicquam videri, *laudet enim te alienus & non suus tuum*, vt Chrysostomus, Cyrill. & Euthymius adnotarunt. Sed vt eum sibi titulum ad veritatem, non ad gratiã dari confirmaret; & quia res ipsa postulabat, vt vere magister, ac dominus nõ falso nomine crederetur, cum inde argumentũ sumpturus esset, ad id dixit, *Et benedicitis, sic enim sum*. Quibus verbis, & veritas, & necessitas docendi discipulos, & præsenti modestia, quod non seipsum magistrum, & dominum appellaturit, sed appellãbus ipsa coactus fuerit assensus, omnem speciem abfert arrogantiæ. *Homini præceptum est*, inquit Augustinus *non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. Periculosum enim est placere, cui cauendum est ipse sibi. Ille autem, qui super omnia est, qui animum, quę laudet, non fefert elatio excelsus, aut potest recte dici arrogans Deus. Nobis autem amici, ne pedet eum nosse, non ibi, nec enim quisquam cognoscat, si non fuerit ipse qui nouit. Si ergo non se laudanda quasi arrogantiam vitare voluerit, nobis fauoriem denegabit.* Notat Chrysostomus Christum se hoc loco Deum appellare. Nam cum alibi dixisset, *vos autem nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester*, Deum intercum indicans; hic se cum ipsum magistrum esse docet, quem illic vnum esse dixerat Deum. Eodem argumento Hilarius lib. 9. de Trin. vsus est. Cætera, quę in hunc locum dici poterant, pat-

omnes, boni cum essent, elegi, alios nempe nunc esse bonos iudum malum: ita vt electio afferatur tanquã cognitionis causa: quasi dicat, quomodo ignorare possum, quales sint, quos egomet elegi, quomodo nõ cognoscã domesticos meos? Hoc magis probo, quia vt alibi docuimus, probabile non est iudam, cum á Christo electus esset, non fuisse bonum.

Sed vt adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum.] Imperfectum, & pendentem esse sententiam nemo non videt; itaque, omnes concedunt aliquid intelligendum; qd intelligendum sit, qu̇æritur. Qu̇ dam intelligunt verbum, Oportet. Sed uoluerat nimirũ scriptura impleri quod & infamis est auctor, & quia alienum á verbis est, recipere non possum. Alii subintelligunt, propterea ego feci illũ *vt scriptura adimpleatur*. Alii, sed propterea elegi eum, cũ talem iam esse, aut talem futurũ scirẽ, vt impleretur scriptura. Ego ex eo, quod agebatur. eliciẽdum esse arbitror, quid accommodatissime intelligi debeat. Dixerat Christus, *Non de vobis omnibus ego* enim *scio, quos elegerim*, indicans aliquem inter eos esse proditorẽ, id ergo ipsum intelligendum est, propterea non omnes vos mundi estis, propterea vnus vestrũ est, proditor, *vt adimpleatur scriptura*. Similis phrasis supr. c. 9. 5. & infra c. 14. 31. & 15. 25. & Mat. 4. 22. & 9. 13. & 14. 49. Quod attinet ad testimonii scripturæ, quo Christus hoc loco citat, ex Psal. 40. sumptum est, vbi Dauid deplorans calamitatẽ suam, quæritur domesticos etiam ac familiares suos contra se rebelles esse, eos intelligens, qui seductũ, & abalienatum ab *se Abitophelem* filium se cohabitant. Neq; necesse est, vt Architophel, vt plerique volunt, aut aliquis alius vnus intelligatur; nam etsi tanquam de vno loquitur, rebelles omnes intelligit. Hoc testimonio Christus non solũ ad *se* accõmodauit, vt quidam putant, significans idem sibi, quod Dauidi accidisse; sed etiam de se proprie dictũ interpretatur, Dauidem que in sua persona, quid Iudas aduersus, ipsum factus esset, expressisse. Hanc enim vim illo habent verba, *sed vt adimpleatur scriptura*; Vbi dictio, *vt*, quemadmodum c. 12. 38. notauimus, nõ causam, sed effectũ, & confectionẽ significat. Quod & hoc loco Theoph. & Euth. obseruarunt. In citando vero testimonio neq; per omnia Hebraicam lectionẽ, neq; vetionem Septuaginta Christus secutus est, sed secut' est verũ sensum. Hebraice est חגדל עלי עקב *magnificauit contra me calcaneum*, vt verbũ é verbo reddã. Metaphora á luctationibus sumpta est, inter quos, qui vi alterũ deiicere non possunt, hi carte deiicunt, premunt calcaneo aduersarii tibiam, tũc; aut feriũt, aut stringunt posteriorẽ eius partẽ, vt concidat. Magnificandi autẽ verbum & leuare significat, vt Christus hoc loco vertit; & audaciam, superbiam, declarat. Quod Latini dicunt eo audacia, aut superbia progressus est, *Linguã nostrã magnificabimus*, inquiunt impii, Psal. 11. 5. id est audacter, & elate loquemur. Hanc propterea tem habere hoc loco; quemadmodum si Latine dixisset, qui edebat panẽ meum eo impudentiæ, & superbiæ peruenit, vt tanto fuerit fraudi bus me suis de regno meo deturbare. Eandem vim habere potest leuandi verbũ, quo vsus est Christus. Quod dicit, *Qui edebat panem meum*, summam coniunctionẽ, familiaritatẽq; significat. Nulli enim æque nobis familiares sunt, atq; ij, quibuscum communes habemus mẽsam.

19 *A modo dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis, quia ego sum.*] Cyrillus, Theophyl. Euthy. Aug. Beda Rupertus, vt sciatis me esse eũ, de quo Dauid illic locutus est; ita vt significet, non aliunde eos cognituros esse de se scripturã illam intelligi oportere, nisi ex euentu ipso, quod visuri sint in ipso illã impleri. Atí to quidẽ modo quid opus erat, vt illis id prædicerem, si non ex eius prædictione, sed ex euentu rei scripturam erãt intellecturi; satius erat, vt ipso tacẽte, re autẽ ipsa loquente cognoscerent. Deinde quid refert scire eum esse, de quo scriptura loqueretur, cũ ex scriptura illa aut Deum, aut Christũ esse probari nõ posset, quod erat Apostolis in primis necessariũ. Alii interpretantur, *vt credatis, quia ego sum*, qui sum, id est, vnus ille Deus, cuius nomen est esse, vt Exod. c. 14. Erat quidem Christus verus ille, & vnicus Deus, sed nũ credo hoc loco id voluisse significare. Sẽlus est ergo est, *vt credatis quia ego sum*, q esse dicor, ille verũ esse Christũ, non simulatum; verũ Deum, quibus omnes ante quam eueniant, perspectas habeo, quod propẽ ũ diuinitatis est. Simile notauimus phrasim c. 8. 28. Nõ ergo ex eo, quod scripturam meo impletam videãt, sed ex eo, q rem ita euenire cognoscent, quæ mad modum ipse prædixisset, cognituri, credituri erant eum esse Christum. Quid ergo an non id á cognouerant, atq; crediderant? sane quidem. Iam enim dixerant, *Quis ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus quia tu es Christus Filius Dei.* Sed dicit eos tũc cum euentũ viderint, credituros, quia tunc magis, ac magis credituri erant. Notauimus c. 11. scripturã sæpe dicere fieri aliquid non solũ cum fieri incipit, sed etiã cum magis fit, sicut eo in loco dicuntur connexa in vinum aqua Christi discipuli in eum credidisse, non q tunc cepissent credere, sed quod magis, quã ante credidissent. Quæ reliqua sunt visq; ad v. 31. apud Matth. c. 10. 40. & 16. 21. explanauimus.

21 *Cum ergo exisset dixit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.*] Ab hoc loco vsque ad cap. 18. refert Euangelista sermonem illum bene longũ, & diuinorum salutarium q; præceptorum plenum, quem Christus peracta cœna, egressus ad prædictorem Iudã, ante quam á cœna ille ad horũ Gethsemani egrederetur, ad vndecim, qui reliqui erãt, discipulos habuit. Quãdiu Iudas apud illum manfit omnem orationem in eo consumpsit, vt eum á concepto scelere reuocaret, variis modis indicãs scire se quæ esset traditurus: postea quã ille abiit, eo sermonem omnem conuertit, vt cæteros Apostolos consoletur, instruat, confirmetque salutaribus documentis. Hoc ipsum voluit Euangelista declarare cũ dixit, *Cum ergo exisset*, indicans Iudæ discessum occasionem Christo præbuisse sermonem commutandi, & de glorificatione sua agendi. *Nunc*, inquit, *clarificatus est filius hominis*. Quando *nunc*? quando Iudas iam ad vendendum me ad mortem egressus est, vt recte Origenes, & Augustinus animaduerunt: quemadmodum si fortis in bello dux accepto nuncio fuisse eo die prælio gesto & lætitia dicat, hodierno ego die immortalem gloriam consecutus sum; aut, quod maiorem emphasin haberet, nunc ego beatus sum, nunc immortale nomẽ consecutus, loquens per præteritũ de re futura, vt ostendat se tam certam habere victoriam, quam si eam iam teneret manibus, quam si triumphãs in patriam reuerteretur. Eodem enim modo loquitur Christus, *Nunc clarificatus est filius hominis*, cuius suæ victoriam clarificationem suam vocãs, quod ei beam datum illi sit *nomen super omnem nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*. Sic Origenes, Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Heracleotes, & Theodorus Mopsuest. Leontius, Theophylactus, & Euthymius, id est Græci omnes auctores interpretantur; inter Latinos etiam Rupertus. Quæritur autem, Cyrillus & Leontius, quomodo nũc te clarificarum, id est, clarificandum esse dicat, cum rot ante miraculis satis, superq; clarificatus esset. Respondetur in hanc fere sententiam, eam claritatem, quam miraculis confecturus fuerat; si cum ea comparetur, quã postea victo

victo per crucem hoste cõsecutus est, tenebras fuisse. Ex vero ita esti nullus tam aperte eius diuinitas, atq; in cruce cognita est. Notauit Euthy. videri Christum ad c. 12. 28. 29. alludere, vbi dixerat, *Pater clarifica nomen tuum*. Pater q; respondérat, *Et clarificaui, & iterum clarificabo*. Hoc enim esse, *Nunc clarificatus est filius hominis*, id est venit tempus, cum promissio illa Patris implebitur, vt clarificãdo filio hominis clarificet nomẽ suum. Pro eodem enim accipitur filium hominis, & Patrẽ in filio hominis clarificari, quia honor Filii Patris est; aut vt Theodorus Heracleotes interpretatur, *clarificatus est filius hominis*, quia per crucem Diabolum vicit; Patrem vero, quia eum á mortuis suscitauit. Quod ergo Augustinus ait clarificatum nunc esse filium hominis, id est egressũ, separatoque proditore Iuda per Christi, cæterorumque Apostolorum societatem, in qua nullus iam proditor, nullus iam reprob. esset, eã significari gloriam, eam beatorum claritatem, in qua nihil cum quinatum futurũ sit; morale esse potest; literale quidem certe non est. Quæri potest, quare Christus nunc mortem suam clarificationẽ appellauerit, quæ non claritas, sed ignominia videtur fuisse, vt Augustin. ait. Si extremam speciem spectes, obscuritas erat; si latentem fructum, si confectum esse cũ summa, perfecto claritas, quod per eam, vt diximus, Diabolum vicerit, mortem debellauerit, mortẽ abolenerit. Ad hoc ipsũ quærimus, quare isto ipso sensu clarificationem hic potius, quam mortẽ, aut aliquo alio modo appellauerit. Putat Rupertus occasionem ita loquendi ex nocte Christum sumpsisse, quæ tunc erat; quasi diceret, Nox quidẽ est tamen nox ista tua gnam mihi claritatẽ afferet. Alienum videtur. Veram rationem Chrysostomus indicauit. Volebat instãte morte discipulos consolari, confirmare que, ne ignominia passionis eius deterreretur, & in fide vacillarent. Ideo quam illi ignominiam objectionem q; indicassent, si prius moniti non fuissent; eam ipse, cum vere posset, honorifico, & splendido nomine clarificationem vocat. Obseruarunt Cyrillus, & Leontius aduersus Nestorianos, cum dicit, *clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo*, eundem & filium Dei, & filium hominis esse significari.

22 *Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum.*] Probat fore, vt Pater Filium clarificet, quia eum Pater ipse per Filii mortem clarificandum esset, quemadmodum & per mortem Patri suo quodãmodo clarificandus dicitur c. 12. 19. & credendum esset Patrem propriam gloriam suam non neglecturum sed quam diligentissime, & quam primum curaturum, vt ius quisque res gnaniter curat, clarificaturum profecto Filium, id q; quam primũ. Dictio igitur illa *si* non conditionalis, sed causalis est, si pro qa, vt vulgo dici solet. Paulo aliter Augustin. *Si Deus*, inquit, *clarificatus est in eo, quia non venit facere voluntatem suam sed voluntatem eius, qui misit illum & Deus clarificauit eum in semetipso, vt natura humana, in qua est filius hominis, quæ á verbo æterno suscepta est, æternum mor talitate donetur*. Rupertianẽ interpretationem alienã iudico. *Sed dicat aliquis*, inquit, *Vnde ergo hoc scire quis potest, quod mortem sua Deum clarificaturis ipse filius hominis? Ad hoc abunde nos, hoc, inquit, experimentum habebatis si Deus clarificatus est in eo, id est in morte eius, & Deus clarificabit eum in semetipso, scilicet resuscitando eum a mortuis, & constituendo eum ad dexteram suam in cœlestibus*.

31 *Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire. & vobis dico modo.*] Non te quor hic Augustini, & Bedæ sententiam, qui existimant ideo hoc Christũ adiecisse, ne quia dixerat Deum clarificaturũ eũ esse filium suum, arbitrarentur statim subita expiendum esse, vt eum præterea visuri non essent: non ita esse adhuc aliquanto tempore cum ipsis futurum esse. Nõ enim id mihi Christus agere videtur, vt doceat te nõ statim illis eripiendum, sed potius, vt doceat paulo post eripiendũ esse. Confirmare enim, quod ante diuerat, tempus aduenisse clarificationis suæ & hoc sensu dixerat c. 7. 33. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum. & c. 12. 35. Adhuc modicum lumen in vobis est. & infra c. 16. 16. 17. 19. Modicum, & iam non videbitis me*. Atq; ita omnes prodius alii veteres auctores intelligunt, quos paulo post nominabimus. Non caret causã, quod discipulos suos filios hoc loco præter consuetudinẽ appellet, sed eam non omnes eadem esse putant Cyrillus, quod omnes homines quæ tũs perfecti comparatione Dei puteri sint, quorsolent viri maturi ita ferre filiolos appellare. Chrysostomus, & Theophylactus, ne quia eadem, quod Iudæis dixerat, illis dicebat, putarent se eodem apud illũ gradu atq; Iudæos esse. Filios enim appellãdo á Iudæis discrenisse. Euthymius filios vocatione indicat, vt ostenderet eorum se & magistrum, & creatorem esse. Ratio ex eo, quod agitur, mihi videtur. Volebat Christi discipulos, quos paulo post re lictarus erat consolari, vt illi ipsi auctores Chrysostomus, Augustin. Theophylactus, & Euthymius, tradunt, vtitur igitur non solum sentẽtia, sed etiam verbis ad consolationem accommodatis. Idcirco filios vocat.

Etiam Græce nomine vlas est Eustẽlista diminutino *παιδία*, cuius etiam rei Rupertus rationem reddit, sed non satis, vt opinor, solidã, falso enim nititur fundamento Apostolos nondũ baptizatos fuisse ante passionem Christi: atqui nondum filii, id est fortes, atq; robusti sed adhuc *filioli*, i. imbecilles & infirmi erant. Si qua eius rei causa fuit, illa meo iudicio fuit eadem, propter quam filios appellasse diximus, vt paterno, blandoq; verbo tristes consolaretur, blandius autem est puerum filiolum, quam filium appellare. Quæritur á nonnullis, quodnam tempus illud intelligat, quod modicum appellat. Augustinus, & Beda, idemq; Leontius probabile ducit, tempus, quod visq; ad ascensionem eius in cœlum reliquum erat intelligunt. Id enim ipsum intellexisse, cum Iudæis dixit c. 7. 33. *Adhuc modicum vobiscum sum*. Probabile hoc quidẽ est, sed illud probabilius, quod omnes Græci auctores sentiunt, Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. Chrysost. Cyrillus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, & ex Latinis Rupertus tempus passionis designasse. De passione enim agebat, & vique ad eam cum discipulis futurus erat. Nam etsi post resurrectionẽ, vt ait Lucas Act. 1. 3. per quadraginta dies cũ illis fuisse dicitur, tamen quia nõ humano, & mortali, vt ita dicam, more, sed pene spirituali, atq; diuino cum illis erat, nunc illis se: demonstrans, nunc se subducens, non dicitur comparatione patris temporis, cum illis fuisse, sicut ipse loquitur Christus Lucæ 24. 44. *Hæ sunt verba, quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum*. Hinc colligitur quomodo, quod se quitur, intelligendũ sit. *Quæretis me, & sicut dixi Iudæis quo ego vado, vos non potestis venire*. Augustinus enim, & quicunq; docunt Christum tempus ascensionis in cœlum suæ designasse, putant sensum esse non posse discipulos in cœlum eum se sequi: quod interpretantur non potuisse tunc mortales adhuc homines, post mortem tamen secuturos. Itaq; alio sensu hoc Apostolis, quam Iudæis á Christo dictu esse. Iudæis significatum fore, vt nunquam, in regnũ cœlorum, quo Christus ibat, ingredierent, Apostolis, fore, vt quãdiu mortali manerent corpore, ingredi non possent, ingressuros tamen postea. Propterea addidisse, *Vt vobis dico modo*, quasi sensus sit, Iudæis non dixi modo eos venire non posse, sed absolute venire nõ posse, id est nunquam posse; *vobis* autem *dico modo*,

indicans modo quidē non posse, fore tamen vt post-ea possitis. Ita non solum Augustinus, & Beda, sed etiam Chrysostomus, Leontius Theophylactus, & Euthymius. Cæterum si non auctorum personas, sed ipsa Christi verba respiciamus, ptobabilius est non de vita beata, sed de morte sua loqui, *quo ego vado*, id est ad mortem, *vos non potestis venire*. Quid ergo? nonne & illi mori poterant? Poterant quidem, si conditionem spectes; homines quippe natura mortales erant; non poterant, si spectes animum, & voluntatem; quia nondum tanta erant fide, tamque constanti, vt pro Christo mori possent. Sic Petrus, sic Christus intellexit vers. 37. & 38. *Quia non possum te sequi modo, animam meam pro te ponam. Respondit tibi Iesus, animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.* Illud autem, quod sequitur, *Dico vobis modo*, non ita accipio, quasi ex explicatio superiora sententiæ sit, vt si dicat, quod vobis dixi non posse vos me sequi, intelligo non posse modo. sicut Petro statim dixit, *Quo ego vado, non potes me modo sequi*. Sed duobus modis intelligi posse puto, aut, *Et vobis dico modo*, vt possitis, cum res eu tenerit, intelligatis, me, quod futurum erat, cognouisse, sicut versu 19. dixit, *Amodo dico vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis*; aut, vt complementum sit comparationis, sicut dixi ante Iudæis, & vobis modo dico. Nocant Cyrillus, & Euthymius Iudæis dixisse, *Quæretis me, & non inuenietis*; discipulis non dixisse, non inuenietis, quia post resurrectionem Apostoli inuenturi eum erant. Iudæi non erāt. Haud scio an minus subtile sit. Nam vers. 34. docuimus, phrasis illa, quærere, & non inuenire, nihil aliud significat, quam rem, quæ quæritur, non haberi, aut periisse, non extare, ideoq; reperiri non posse: Christus vero de seipso ea phrasi loquens, nihil aliud dicere voluit, quam se moriturum esse, & ex hoc mūdo ad Patrem discessurum. Docent Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius his verbis, *quo ego vado, vos non potestis venire*, discipulorum desiderium excitare; tolemus enim nitti in vetitum, vt ille dixit.

Vers. 36.

Quærere, & non inuenire quid significet.

Ouid. 3. Amor. eleg. 4.

34. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.*] Paterno se gerit more consolabatur discessurus, Apostolos suos, ideoque, vt diximus, filios appellauerat; dat illis nunc paterna monita, qualia solēt, aut petiegre abituri, aut morituri patres filiis dare, vt pacem inter se habeant, vt mutuo se diligant. Vulgatis quæstio, cur hic dilectionis mendatum, cum in lege eciam veteri vel ipso Christo indice primum esset, Lucæ 10. 27. *nouum* appellet. Auctores omnes, quos legerim, Græci, Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Heracleoter, Theodorus Mopsuest. Leontius, Theophylactus, & Euthymius, inter Latinos etiam Rupertus, *nouum* vocari dicunt, quod in veteri lege uberemur proximum nostrum sicut nos ipsos diligere; nunc autem plusquam nos ipsos diligere, mbeamur, cum iubeamur ita nos mutuo diligere sicut Christus dilexit nos, & Christus nos plus quam seipsum dilexerit, *quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanuit semetipsum formam servi accipiens.* Denique *iussus pro iniustis*, pro immeritis, *pro inimicis fa-ctus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Augustinus, & Beda ex effecta vocari *nouum* putant, quod nos renouet, & exuto vetere homine nouo induat, *vt simus*, quemadmodum ait D. Paulus, *nova creatura.* Sent qui putant *nouum* appellari, quemadmodum lex Euangelica noua dicitur, nouumq; testamentū, quia quamuis ante esset, tamen per Christum quasi nouo adhuc spiritu promulgatum est. Sunt qui propterea quod detiuetudine antiquatū videretur, Christus vero singulari illud commendatione reuocauerit, *nouum* appellati velint, haud prorsus inepte. Sunt qui nouitatem in eo dixinus, quare mandarum nouum appellauerit, quia nimirum certum erat futurum symbolum quo ipsius discipuli à cæteris hominibus dignoscerentur. *Alia nouer a mea*, inquit Augustinus, *habent vobiscum etiam non mei; non solum natur am, vitam, salutem, & eam salutem, quæ hominibus, per ea quæ temporalia sunt, administratur, verum etiam linguas, fac ameis, pro hetae. scientiam fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui, vt ardeant; sed quoniam caritatem non habent, vt cymbala concrepant, nihil illis prodest. Non ergo in illo quamuis bono munere tuo meo, quæ habere possunt etiam non discipuli mei; sed in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicē.* Rogant. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthym. cur non potius miracula signa esse dixerit, quibus discipuli ipsius essent dignoscendi, quia inquiunt, *multi dicent in illa die, Domine nonne in nomine tuo demonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* & respondebit illis Christus, *quia nunquam noui vos.* Itaque magis certum esse signum discipulorum Christi dilectionem mutuam, quam miraculorum effectionem. Solus Euthymius veram mihi causam videtur attigisse, quamobrē hac potissimum nota discipulos suos distinguendos esse dixerit, quia nimirum proprium discipuli est magistrum imitari, & ea tenus videtur profecisse, quatenus magistrum imitatur. Nihil autem Christo magis proprium fuit, quam homines diligere, quum ipse ob amore de cœlo descenderit, homo factus mortem obierit. Itaq; nulla re eius discipuli similiores illi esse poterant, propiusq; eius mores imitari, quam si sese vicissim diligerent. Caueat lector ne existimet eos, q fidem habent, caritatē autem non habent, Christi nō esse discipulos. Nam & illi non solum nomine, sed re etiam ipsa discipuli sunt, cum ab eo discant, atque illi tanquam vero præceptori credant; cæterum imitatione morum eius discipuli nō sunt, quia quos Christus diligit, ipsi nō diligunt. Et quia hoc etiam modo vult Christus omnes homines discipulos suos esse, & qui hoc facit: non solum vers. sed etiam perfecti discipuli eius sunt, indicat alios, qui fidem habent, dilectionem autem non habent, suos non esse discipulos, sic plane, vt si quis pater neget eos suos esse filios, qui sibi moribus dissimiles sint, non quod vere non sint filii, sed quod non quales esse oportebat. *Frustra appellamur Christiani*, scribit Leo ser. 6. de Natiuit. *si imitatores non sumus Christi, quibus de vita nos dixit esse, vt eamdem sibi magistri formā esse discipuli, & illam humilitatem diligat seruus, quam fecit amus est Dominus.*

Nouum dicit. Inf. cap. 14. 6.

Exposita auctorum sententia nouum do vobis, cur hoc mandatum.

Cur caritas non miracula signum discipuli Christi. Matth. 7. 22 23.

Ioan. 13. 34. Inf. cap. 15. 12. 1. Ioan. 3. 23. & 4. 21.

Tract. 65.

Quæritur, & non inuenietis quid significet.

Psal. 36. 36. & 91. 11.

2. Cor. 13. 5. 2. 5.

Phil. 2. 6. 7. 8.

1. Pet. 3. 18.

Galat. 6. 15.

35. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.*] Explicat, quamobrem dilectio-

dilectionis mandatum illis tantopere commendauerit, &, vt diximus, quare mandatum nouum appellauerit. quia nimirum certum erat futurum symbolum quo ipsius discipuli à cæteris hominibus dignoscerentur. *Alia nouer a mea*, inquit Augustinus, *habent vobiscum etiam non mei; non solum natur am, vitam, salutem, & eam salutem, quæ hominibus, per ea quæ temporalia sunt, administratur, verum etiam linguas, fac ameis, pro hetae. scientiam fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui, vt ardeant; sed quoniam caritatem non habent, vt cymbala concrepant, nihil illis prodest. Non ergo in illo quamuis bono munere tuo meo, quæ habere possunt etiam non discipuli mei; sed in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicē.* Rogant. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthym. cur non potius miracula signa esse dixerit, quibus discipuli ipsius essent dignoscendi, quia inquiunt, *multi dicent in illa die, Domine nonne in nomine tuo demonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* & respondebit illis Christus, *quia nunquam noui vos.* Itaque magis certum esse signum discipulorum Christi dilectionem mutuam, quam miraculorum effectionem. Solus Euthymius veram mihi causam videtur attigisse, quamobrē hac potissimum nota discipulos suos distinguendos esse dixerit, quia nimirum proprium discipuli est magistrum imitari, & ea tenus videtur profecisse. quatenus magistrum imitatur. Nihil autem Christo magis proprium fuit, quam homines diligere, quum ipse ob amore de cœlo descenderit, homo factus mortem obierit. Itaq; nulla re eius discipuli similiores illi esse poterant, propiusq; eius mores imitari, quam si sese vicissim diligerent. Caueat lector ne existimet eos, q fidem habent, caritatē autem non habent, Christi nō esse discipulos. Nam & illi non solum nomine, sed re etiam ipsa discipuli sunt, cum ab eo discant, atque illi tanquam vero præceptori credant; cæterum imitatione morum eius discipuli nō sunt, quia quos Christus diligit, ipsi nō diligunt. Et quia hoc etiam modo vult Christus omnes homines discipulos suos esse, & qui hoc facit: non solum vers. sed etiam perfecti discipuli eius sunt, indicat alios, qui fidem habent, dilectionem autem non habent, suos non esse discipulos, sic plane, vt si quis pater neget eos suos esse filios, qui sibi moribus dissimiles sint, non quod vere non sint filii, sed quod non quales esse oportebat. *Frustra appellamur Christiani*, scribit Leo ser. 6. de Natiuit. *si imitatores non sumus Christi, quibus de vita nos dixit esse, vt eamdem sibi magistri formā esse discipuli, & illam humilitatem diligat seruus, quam fecit amus est Dominus.*

Nouum dicit. Inf. cap. 14. 6.

26. *Ducit ei Simon Petrus. Domine quo vadis?*] Cur Petrus, & cur tolus hoc interrogauerit facilis coniectura, quam & Chrysost. & Cyrillus, & Leontius, & Augustinus, & Beda, & Theophylactus, & Euthymius, & Rupertus indicarunt, non discendi tantum animo sed sequendi, quocunque tandem Christus se iturum esse respondisset. Eadem ratione aut solus, aut certe primus interrogat, quia ardentiori in Christum erat studio, aut quia, vt Cyrillus existimat, illi rel qui Apostoli tanquam maiori loquendi pro omnibus curam detulerunt. Ergo Christus non ad verba, sed ad animum, sensumq; respondens, vt Augustinus, Chrysostomus, Beda, Theophyl. & Euthymius, obseruant, ait, *Quo ego vado, non potes me sequi modo: sequeris autē postea.* Ita respondet, vt cupientem sequi Petrum non deterreat, sed doceat, & obiecta spe postea sequendi cōsoletur. Quo dicat non posse sequi supra v. 33. disputauimus, diximus de morte Christum loqui, ad quam ipse forti, erectoque animo gradiebatur. Cur ergo Petrus in mortem sequi non poterat? Id duplicem intelligentiam habere potest. Aut non posse modo sequi, quia eius fides latis robusta non erat, secuturum tamen postea suo tempore, cum fides eius cotroborata fuisset. August. Beda, & Rupertus exponunt. *Quid sefinus Petre?* inquit Augustinus, *nondum te suspertus solidauit petra: noli extolli præsumendo, non potes modo; noli deficiendo sequere postea.* Aut non poterat sequi, quia eius tempus nondum aduenerat, quia non expediebat, quia prius Euangelium prædicare, multaque pati oportebat, vt Theodorus Heracleotes interpretatur. Prior sensus melior; quia, vt ait Augustinus, & ex versu 38. manifestum est, voluit Christus eius audaciam, & iactationem tacite reprehendere, plus de se polliceri, quam aut præstiturus sit, aut quibus tunc erat viribus præstare posset. Cætera, quæ in hoc capite supersunt, apud Matthæum c. 26. 35. expositimus.

Inf. 26. 2. 33. Matt. 7. 21. 22. Mar. 11. 24.

Tract. 56.

CAPVT XIV.

NOn turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. 2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. si quo minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. 3. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. 4. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. 5. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis: & quo modo possumus viam scire? 6. Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me. 7. Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. 8. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. 9. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? 10. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. 11. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? 12. Alioquin propter opera ipsa credite. 13. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. 14. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo: hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 15. Si diligitis me, mandata mea seruate. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, 17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. 18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. 19. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. 20. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me, ipsum. 22. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mun-

nem mundo? 23. Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: 24. qui non diligit me sermones meos nō seruat. Et sermonem, quem nos audistis non est meus sed eius, qui misit me, Patris. 25. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. 26. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neq; formidet. 28. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. 29. & nunc 2.Pet.1.d.12 *dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. 30. Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. 31. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.*

IN CAPVT XIV.

1. NON turbetur cor vestrum, *credite in Deum, & in me credite.*] In multis Latinis, in nonnullis etiā Græcis codicibus inchoatur caput ad hunc modū, *Et ait discipulis suis, Non turbetur*, & reliqua: quem admodum omnes Latini interpretes paulo vetustiores legunt, Augustinus, Beda, Rupertus. Auctor glossæ, quā vocant ordinariam, D. Thomas, & Lyranus. Videtur tamen addita ab aliquo fuisse annotationis loco, vt hoc caput cum superiore ne dcret. Verum siue legantur, sine non, cadē manet connexio. Continuat enim Christus sermonē illum suum, quem ad discipulos egresso Iuda post cœnā habere cœperat c. præcedenti, vers. 31. quē Petrus interrogatione ita interruperat. Postquam ergo illi Christ' respondit, redit ad sermonem suum, & vt ante faciebat, omnes discipulos alloquitur. Itaq; redundant illa verba, *Et ait discipulis suis*, quia indicant initium hoc esse nouæ orationis, cum continuatio prioris sit. At ergo, *Non turbetur cor vestrum*, quod Græci fere omnes auctores ideo adiecisse putant, quia cum suam Petro negationē prædixisset, vidit eos turbari animo metuētes, ne & ipsi, quod minime volebant, negaturi eum essent, quando q omniū erat dux, fortissimusq; habebatur, dicebātur negaturus ita Chrysostom. Theodorus Heracleot. & Theodorus Mopsuest. Leontius, Theophylact. & Euthym. Itaq; Chrysostom. & Theophylact. ex hoc ipso Christi diuinitatem probant, quod discipulorum tacitas cogitationes cognouerit cogitationes. Augustinus vero, & Beda putant propterea dixisse, quōde morte mentionē fecerat dicens, *quo ego vado, vos non potestis venire*: exhortari ergo eos ne mortē timerent. At quid opus erat exhortari, quos dixerat mori nō posse: hoc est, quo ipse iret, eos non posse venire? Rupertus in alium sensum interpretatur, *non turbetur cor vestrum*, id est ne vacillet fides vestra. quod me morientem eam videatis. *Credite in Deum, & in me credite.* Sed manifestum est non ex hortationem, sed consolationem esse tristium discipulorum. Credo ergo non consolari eos Christū, aut propter negationem Petri, aut propter suam, vel ipsorum mortē, sed potius quod dixisset illis. *Quo ego vado, vos non potestis venire*, indicans se eos solos relicturum. Ne igitur putarent nunquam se illum visuros posse, aut excludendos ab eius regno esse, si quidem abeuntem eum, & regnum capi sentirent non sequerentur, iubet eos eo esse animo, patiēque interq; moram illam ferre, etiamsi modo non sequantur. Iecturos posse, vt dixerat Petro: nec de futuro illis, quando eum que venirent, in regno suo locum: in domo enim patris sui multas esse mansiones, suam cuique seruari, quæ ab alio nemine occupari possit. Hæc vt opinor connexio sententiæ est, ad ipsam nunc sententiam venia mus. *Credite*, inquit, *in Deum, & in me credite.* Ambiguitas Græci verbi, *πιστεύετε* quod vtroque in loco est, quodque aut indicativum *credite* aut imperativum *credite* esse potest, facit vt quem admodū multi interpretes monuerint, in quatuor sensus trahi possit. Nā aut vtroque loco indicandi; aut vtroque imperandi; aut priori indicandi, posteriori imperandi; aut priori imperandi, posteriori indicādi verbum esse potest. Si vtroque loco indicandi sit, sensus erit, *non turbetur cor vestrum*, quia quandoquidem in Deum, id est, in Patrem, & in me creditis, hoc fides bono vos animo esse iubet fore, vt me aliquādo sequamini. *Iustus enim meus ex fide vivit, & fides est spes rerum sustantia argumentum non apparentium.* Sed qui ita interpretetur, auctorem bonum non inuenio. Si vtroque loco imperandi sit, erit hic sensus, remedium, vt quieto animo sitis, est, vt in Patrem meum, & in me credatis; fides enim alet vos, & ipse futuræ vitæ sustentabit. Atq; hoc modo plerique omnes Græci, Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. Nonnus, Theophylactus, & Euthymius exponunt, nonnulli etiam Latini, vt Hilar. lib. 9. de Trinit. Nec mihi hic sensus displiceret, si phrasis pateretur. Cæterū illa verbi repetitio. *Et in me credite*, aliquid mihi aliud videt significare. Si enim id dicere voluisset, non dixisset, *Credite in Deum, & in me credite*, sed, Credite in Deum, & in me. Si priori loco imperādi, posteriori indicandi sit, sententia erit minus congruens: quandoquidem in me creditis, credite in Patrem. Sed hæc sententia neq; loco, vt dixi, hæret, neque vllam, quod sciam, auctorem habet. Relinquitur ergo quinta lectio, ex qua sententia eliciēda est, *Creditis in Deum & in me creditis*, vt priore loco indicatiuum, posteriore imperatiuum legatur verbum, quē admodum Augustinus, Beda, Rupert. legant, & Vigilius libr. 4. aduersus Eutychem, tuli quod Vigilius legit, *Creditis in Dominum*, pro, *creditis in Deum*. A qua sententia? Augustinus argumentari putat Christum debere discipulos in se credere, quandoquidem in Patrem crederent, *Consequens*, inquit, *est, vt filius Deum credatis, in me credere debeatis. Quod non esset consequens si Christus non esset Deus. Creditis in Deum, & in me creditis, cum natura eius, pene aqua esse æqualem Deo.* Vnde videtur apparere D. Augustinum primum membrum cum interrogatione legisse, *Creditis in Deum? & in me creditis?* Credo ego Hebraismum esse, quo in priori membro particula similitudinis intelligenda est. Si vultis non turbari, sed æquo esse animo *exspectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, credite in me*, sicut in Patrem crēditis, nam quæcunque vobis ego promisi, ex Patris promissi voluntate. Hanc vim habet illa particula, &, quæ apud Hebræos comparationem implere solet. Similem Hebraismum supra notauimus c. 5. 17. *Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor*, id est, sicut *Pater meus vsq; modo operatur*, ita etiam & *ego operor*; Simile exemplum est infra v. 19.

2. *In domo patris mei mansiones multæ sunt. si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.* Quotiēs dicatur in domo patris sui multas esse mansiones, superiori versu explicauimus. Videbat tristes esse discipulos, & se ab eorum dolore discessurum, quod ipse iret, eos venire nō posse, sicut dixit c. 13. 6. *quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit*

impleuit cor vestrum; tristes inquam esse, existimantes A ego quidem legerim, auctores Græci, Theodorus Mopsuest. Cyrillus, Chrysostomus, Nonnus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, eodem q; prorsus modo explicant, quomodo Latinam lectionem ab Augustino & aliis Latinis interpretibus explicari diximus, nisi quod illa verba, quæ versū apponuntur: *Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiā vos ad meipsum*, ad idem referunt verbum: Sin minus dixissem vobis me abire, vt pararem vobis locum, & dixissem etiam fore, vt etiam nunc abirem, iterum venirem, vt vos acciperem, ac mecū in paratum locumducerem. Ac mihi quidē magis hæc, quam illa Augustini placet interpretatio. Secundam lectionem recentiores quidam interpretes obseruarunt, habetq; fateor, faciliorem sensum; sed quia omnes veteres auctores alia video ire via, ab illis non temere discedendum. Tametsi secunda magis placebit lectio, facile locum interpretabitur. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt, sin minus, dixissem vobis*, & posito hic puncto, *Vado parare vobis locum, & si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiā vos ad meipsum*, & reliqua. Colligitur autem ex hoc loco nemine nem ante Christum in cœlum ingressum esse, vt confirmat D. Paul. Heb. 11 39. 40. Contrariusq; error Græcorum auctorum fuit, vt ex Euthymio hoc loco constat, & nunc nouorum hæreticorum est.

Lectio aut. illeri proba.

Ante Christum nemo in cælum ingressus est.

4. *Et quo ego vado, scitis, & viam, scitis.*] Aliud hoc consolationis genus est. Videbat anxios esse discipulos quod nondū satis sibi intelligere viderentur, quo nam se abiturus diceret. Consolatio ergo declarans, q paulo ante dixerat, abire se, vt locū illis præparet, aut certe ire in domū patris sui, in qua mansiones multæ essent, ne de suo abitu solliciti sint, satis eos scire, & quo eat, nimirū ad Patrem, vt sæpe illis significauerat eūq; illas, tum proximis etiam verbis. Sed quia hoc ipsum non satis aperte dicebat, Thomas interrogat.

5. *Domine nescimus quo vadis, & qui modo possimus viam scire?* Putat Chrysostomus Thomā reuerenter hoc in rogare. Ideo nō quærere, vt plane doceat, quo eat, & qua ipsi via sequi eū possint, sed simpliciter dicere neque quo eat, neque viam scire, vt confessus omnium ignorantiam Christum commoueat, vt loquatur clarius. Theophylactus, alio animo, quam Petrū interrogare ait: Petrum interrogasse, vt eum eq; acceret ipsi, ac discipulis periculosum. Putabat enim, vt ait Euthym. in locum aliquem terrenum discessurum. Dicerat Christus eos, vt ait Aug. vbi quo eat, & quo eat, & qua via iri possit, vtrumque se, & cæteros discipulos ignorare Thomas dicit. Sed videtur ita loqui quasi Christus dixisset eos nescire, quo eat, sed viam tamen scire, sic enim quasi ex concessis argumentatur. Si nescimus quo eas, vt tu cōcedis, *quomodo possumus*, vt dicis, *viam scire?* Alioquin ratio loquēdi possita videbatur, vt simpliciter diceret, neque scimus, quo eas, neque viam, qua nos te sequi debeamus. Sed videtur mihi in verbis Thomæ tacita quædam inesse querimonia, & veluti amica Christi reprehensio, quod nunquam satis aperte dicere voluerit, quem ire i, & tamen dicat nunc eos non solum, quo eat, sed etiam viam scire. Perinde ergo est, ac si dicat, cum nondum nobis dicere voluerit, quo eat, quod inprimis dicendum erat, *quomodo possumus viam scire?* Sed ne videatur Christū accusare, modestius dicit, *Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire.*

Trull. 67.

Fhil. 2.6.

Hebraismus & pro sicut Ad Tit. 1.

6. *Dicit ei Iesus, Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me.*] Si Christus minus fuisset in respondendo liberalis, minus nobis in hunc loci interpretatione laborandum esset. Si enim non plus respōdisset, qui interrogatus fuerat, facile intelligeremus eū

Exposito multorum.

Varia lectio huius loci ex vocabuli Græci ambiguitate.

Impares in cælo mansiones.

Hebr. 10 38 & 11.1.

respondere se ad Patrem ire, eundemq; se viam esse, A quæ qui sequis ad Patrem ire vellet, ire oporteret. Nũc autem cum non solum viam se, sed etiam veritatem, & vitam esse dicat, quid sibi hæc velint, quærendi nobis solicitudinem inicit. Prius respondet ad id, quod Thomas posteriore posuerat loco, quonam via esset: deinde ad id, quod priori loco, quoniam erat, vinũq; eo sicte probat, quamuis, vt Aug. ait, se scire nescirẽt: nam ad Patrem se ire, eos autem Patrem scire: & se ipsum viam ad Patrem esse, se etiam illis notum esse Primum videndum qua ratione neviam se ad Patrẽ esse dicat. Quatuor modis diuersi auctores viam esse interpretantur. Primo propter doctrinam, quia nobis viam ostendit, si legem dedit, quã si obseruauerimus, ad Patrem perueniemus, & sine qua peruenire non possumus. Ita Cyrill. Secundo propter fidem in ipsũ, quæ via est ad vitam æternam, si cætera accedant necessaria, vt ipse ait: *Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Tertio propter eius imitationem, q̃ nemo possit, nisi eum imitando, ad Patrem ire, vt Basilius lib. de Spiritu Sancto c. 8. Leo ser. 2. de resurrect. Bernar. in lib. duodecim grad. humil. Quarto propter meritũ, quo nobis ipse impeditam ante & interceptã patefecit viam. Hæc omnia vera sunt, quãuis hoc quidem loco propriè de fide loqui videatur. At quorum se viam esse dicit: & suam opinor, & alio rum, modo tamen alio: ipse sibi via est, non quia credendo ad Patrem vadit, sed quia ipse per se, suo meritoro, sua auctoritate vadit, ipse sibi viam pandens, nemine monstrante, nemine ape tente, nemine præeunte. Nobis verovia est, quia eum præeuntem intuẽtes, i. in eum credentes, & eius insistentes vestigiis ad Patrem tendimus. *Ibat*, inquit Augustin. *ad seipsum per seipsum, & non quo imus nisi ad ipsum: & qua imus, nisi per ipsũ?* Hæc facilia sunt. Omnis quæstio, ac difficultas in eo est, quo modo se veritatem & vitam vocet. Ac de te quidem ipsa non dubitamus: scimus n. quo sensu se veritatem appellare soleat, q̃ umbras, figuras, quæ veteris legis tanquam vetum solidumq; veniens corpus exclauserit, supra c. 1. 4. 17. & 8 32. Quo sensu viram, quia vitam æternam solus tribuit. c. 1. 4. & 5. 26. & 6. 35. 48. Sed illud quæritur, qua ratione, & quo sensu hoc loco cum via veritate, & vitam adiunxerit. Multa inexpretes dicunt, quæ veta quidẽ sunt, sed nõ videntur quæstionem soluere. Quale est, q̃ Chrysostõ. Theodorus Heracleot. Leontius, Theophylactus, & Euthym. & Bernard. in lib. de duodecim gradib. humilitatis docent viam vocari, quia per eum ad Patrẽ imus; veritatem, quia omnia quæ nobis pollicetur, præstare potest, req; vera præstabit: *quot, quot enim promissiones in illo sunt, Amen*, vt ait D. Paulus; vitam, quia nobis vitam æternam præbet. Et quod ait Cyrillus, viam esse, quia per ipsum imus; veritatem, quia vera fide rectitudo, ac determinatio est, vitam, quia non nisi per ipsum consequi vitam possumus. Et quod Ambrosius in lib. de bono mortis, *sequimur te Domine Iesu sed vt sequamur accerse, quia sine te nullus ascendit. Tu enim via, & veritas, vita, possibilitas fidei, præmium Sophiæ nos quasi via confirma quasi veritas vnifica quasi vita.* Et q̃ Leo sect. 2. de resurrect. *via sancte conuersationis, veritas doctrinæ diuinæ, vita beatitudinis sempiternæ.* At non video quid hæc ad viam, de qua solabatur Recentiores quidam viam initium, veritatem medium, vitam finem interpretantur. Non intelligo qua ratione, præterquam quod auctores minime boni sunt. Quid enim veritati cum medio? Magis probabitem, quod alius quidam doctus profecto, & Catholicus dixit viã vocari, qua homines á paradiso exulantes eo cederint: veritatem, id est, non figuram, qualis tota vetus lex erat, quæ propterea non potuit homines in paradisum reducere, *nihil enim ad perfectum adduxit lex*: vitã id est, lignum vitæ, quod in medio erat paradiso, aut quod per illud, quod in paradiso erat, significabatur. Magis, inquam, hoc probarem, si aliqua veteris legis mentio præcessisset: nunc veto cum non præcesserit, vnde istã allusio tam remota, tam obscura, tam repẽtina? Dum ego probabiles interpretationes inuenio. Alteram, vt Hebraissimus sit, qualem alibi notauimus, & nomen veritatis, & vitæ tanquam vitæ epitheta adiecta sint, quemadmodum si dixisset, Ego sum via vera, & ad vitam ducens, aut Ego via veritatis, & vitæ, hoc est, qua ad veritatem, & vitam itur, aut qua itur ad veram vitam. Alteram, vt veritas pro luce sumatur quæ viam ostendit, quasi dicat: Ego sum via, & ego sum lux, quæ præit viam ipsam ostendens, & vita, ad quam via ducit, sicut dixit. c. 1. 4. 5. hic idem Euangelista: *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet.* Quam expositionem videtur Bernard. in lib. de duodecim gradib. humil. indicasse. *Quid, inquit, est lumen vitæ, nisi veritas, qua illuminati omnem hominem venientem in hunc mundum ostendut, vbi sit vera vita ideo cum dixisset: Ego sum via, & veritas subdidit, & vita.* Colligit ex hoc loco Theophylact. Filium æquales esse Patri, quia cum cap. 8. 44. dixisset: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, hic eodem dixit neminem posse ad Patrem ire nisi per se. Multo etiam magis id colligitur ex eo ipso, quod se veritatẽ, & vitam, id quidem Græcis additis articulis appellauerit, quod in solum potest Deum conuenire.

Quot modis Christus via sit ad Patrem.

Sup. 3. 16.

Christus sibi & suis via fuit, & alteri via est ad Patrẽ sed diuersa ratione. Tract. 69.

B

C

7. *Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis.*] Duplex hic statim lectori occurrit quæstio, altera, quomodo dicat nunc, *si cognouissetis me, & patrem meum, vtique cognouissetis*, indicans eos nec se, nec patrem suũ nosse, cum superiore versu dixerit, *Et quo vadis scitis, & viam scitis*, significans eos & se, & Patrem cognoscere; altera, quo modo cũ hic indicet discipulos nec se, nec Patrem cognoscere, statim dicat & cognouisse, & vidisse eum. Quidam facile vtramque quæstionem solui; Græce esse *εἰ ἐγνώκειτε με καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ἐγνώκειτε ἄν*, quod vertendum est, *si cognouissetis me, & Patrem vtique cognouissetis.* Quibus verbis nõ negat, sed potius docet, ac probat discipulos & se, & Patrem cognoscere, ac propterea quo vadat, scire. Atque ita hæc verba nec præcedentibus, neque sequẽtibus repugnare, sed recte inter se omnia consentire. Non assentior, & quia grauem auctorem, qui ad hũc modum interpretetur nullum inuento præter Victorinum li. 1. contra Arium, & Tertullianum in libr. contra Praxeam adiunctur enim qui Augustinum, & Notunum ita putarint intellexisse, & quia dicto Græca *τε* subiunctiuum modum esse indicat. Itaque aliter vertit nõ pouerit, quam noster vertit: interpres, *Si cognouissetis me, & patrem meũ, vtique cognouissetis*, quem modum non Augustinus modo, & Latini omnes, Phœbadius in libro aduersus Arian. Rupertus, & alij: sed & Græci quoque omnes Chrysostomus, vterque Theodorus, Heracleotes, & Mopsuest. Cyrill. Leontius, Theophylactus, & Euthymius interpretantur, quasi Christus non confirmet, quod ipse dixerat, *Et quo vadis, scitis, & viam scitis*, sed vt respondeat ad id, quod Thomas obiecerat, *Nescimus, quo vadis, & quomodo possumus viam scire?* Ego, inquit *sum via, veritas, & vita: si cognouissetis me, & patrem vtique meum cognouissetis*; quasi dicat, non ita est, vt vos dicitis, propterea vos nescire viã, qui a nescitis, quo vadã. tanquam via ex termino cognoscenda sit: atqui non ita est, ex via potius terminum, id est ex me Patrem cognoscere debuistis. Itaque quod neque viam, neque viæ terminũ cognouistis, vestra est culpa: nam diu ante oculos vtriusque habuistis: si enim me, quoquam tamdiu versati estis, quemque vos probe cognitum

Heb. 7. 19.

Interpretatio probabilis.

Sup. 2. 19.

D

E

Ver. 10. cognitum habere existimastis, bene cognouistetis, & A Patrem vtiq; meum cognosceretis, *quia ego in Patre, & Pater in me est.* Prius ergo significauerat &c. Patrem illos nosse re, cum dixit: *Et quo vadis scitis, & viam scitis*, quia se illi & Patrem raditer cognoscebant, eodemque modo dicit statim: *Et amodo cognoscitis eum, & vidistis eum.* Cum autem hic indicat eos nec se, nec Patrẽ nosse, intelligit non nosse, quemadmodum oportebat, & accommodate ad rem, qua de agebatur, ita vt scirent Patrem meram, Filium viam esse. Atq; ita auctores illi omnes Græci, Latinique, quos modo nominaui, intellexerunt, ego pluribus tantum, & clarioribus verbis eorum sententiam explicaui. Aliter etiam respondet Augustinus discipulos alios fuisse, qui cognouerint, de quibus illud dictum, qui non cognouerint, vt Philippus, de quibus hoc intelligendum sit.

Et amodo cognoscitis eum, & vidistis eum.] Vitiose in nonnullis codicibus cognouistis, in aliis cognoscetis legitur. Sic enim legendum, vt posuimus, *καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν.* Quod si ab ea lectione discedendum est, per præteritum potius, quam per futurum legendum, quia & alterum verbum, *vidistis*, præteritum est, & quia sententia nõ euaritur: per futurum autem nullo modo legendum, quia sententiã enarias. Et si non solum apud Augustinum, apud Victorinum lib. 4. aduersus Arium, apud Rupertum, & alios Latinos, sed etiã apud Chrysostomum *cognoscetis* legitur, & per futurum etiam exponunt, fore vt eo B gnoscant, cum Spiritum S. ad eos miserit. Quis igitur sensus, *amodo cognoscitis eum, & vidistis eum?* Cum eum cognoscatis, atque oculis videatis; & quidem nunc, dum me cognoscitis, atque videtis, (qui enim me videt, illum videt) tamen non cognoscitis. Notat eorũ cæcitatem, quod videntes non videant. Efficax aduersus Arianos hic locus est: docet enim Christus eũ, qui se bene nouerit, & Patrem nosse, quod non vtique sequeretur, si non eadem Patris, & Filij natura esset. Itaque Victorinus lib. 4. & Phœbadius vehementer hunc locum vrgent.

Tract. 70.

Locus aduersus Arianos.

5. Dixit ei Philippus, Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.] Putarunt Philippus, vt Cyrillus & Leontius, & Theophylactus scribunt, corporeis oculis Patrem videri posse immemor illius sententiæ, *Non videbit me homo, & viuet.* Atqui Christi verbum, eos; illum vrget, vt sibi Patrem ostendat. Dixerat: Christus eos Patrem vidisse, non audet dicere Philippus se ita esse, ne contradicere præceptori videatur, sed petit ab eo modestius, vt quod verbis dixerat eos Patrem videre, re ipsa comprobet, eumq; sibi demõstret. Quasi dicere, tue, vt, quod dicis, verum sit, & sufficit nobis. Hoc autem ipsum, quod dicat, *sufficit nobis*, tripliciter habet sensum. Chrysostom' existimat sensum esse *sufficit nobis*, id est nihil te iam præterea interrogabimus, non enim us in posterum tibi molestissimi esse mus, ne Christo molesti essent tam sæpe eum eadẽ etiam de re interrogãtes. Euthymius vero, & Rupertus, *sufficit nobis* ad cognoscendũ & quo eas, & quæ sit via. Nam viam, id est re tam satis nouimus, hoc vnum nobis deest, vt quemadmodum te videmus, atque cognoscimus, ita E & Patrem videamus. Alteri interpretatio mihi non displicet, quia ad locũ, & ad id, quod agebatur, accommodata est. Cyrillus vero, & alii, *sufficit nobis*, i. beati omnino erimus, nihil nobis ad perfectam beatitudinem deesse arbitrabimur. Hæc est enim vita æterna, vt Patrem cognoscamus, & te, quem misit, IESVM Christum. Sanctabimur, cum apparuerit gloria eius.

Zach. 14. 5.

Iud. 14.

9 *Dixit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me Philippe? qui videt me, videt & Patrem.*] Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, August. Beda, Theophylactus, & Euthymius vocatiũ *Philippe*, cum præcedentibus, non cum sequentibus iungunt, quæmadmodum Tertullianus etiam legit in li. contra Praxeã, Ireuæus tamen lib. 3. c. 23. cum lequẽtibus iungit, nisi librarij vitium est. Non dixerat Philippus: Ostende nobis te, sed, *ostende nobis Patrẽ*, indicans & alios discipulos Christum quidem satis vidisse, Patrem autẽ nõ vidisse. Christus vero non respondet, *tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe*, quemadmodum vt responderet, ratio postulare videbatur, sed respondet, *tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?* indicans non solum Patrem eos, sed ne se quidem, quẽ videbant, quemq; maxime cognoscere putabant, ad hæc cognoscenda. Ita non esse illis laborandum, vt Patrem, sed vt se, quem ante oculos habent, cognoscãt: loco Patris se esse illis iam diu ostendere, qui enim se videret, & Patrem videre. Magno hoc artificio dictum est. Illud etiam Theodor. Heracleot. Chrysost. Theophylactus obseruant, non dixisse, *tanto tempore vobiscum sum, & non vidistis me*, cum tamen de videndo, non de cognoscendo ageretur, vt discipulos in solam corpoream cogitationem, visionemq; deflexos ad spiritualem visionem traduceret, quæ non corporis, sed animi oculis fit, quæq; cognitio magis propriè, quam visio nominatur. Indicat ergo non debere eos corporea visione esse contentos, qua Patrem videri non possit, animo videre oportere, quo nondum se viderint, tam longo tempore corpore videntes. Etenim si se videssent & Patrem vidissent, quia, qui se vider, & Patrẽ videt. Secundo loco non tam dicit, qui cognoscit me cognoscit & Patrem, quia iam significauerat alia esse præter illam corpoream animi visionem, quam cognitionem appelliauerat, & voluit accommodate ad Philippi quæstionem loqui, qui videret, non cognoscere cupiebat Patrem. Plane hic Christus se ait duas esse naturas, aliam humanam, atq; corpoream, quæ oculis, aliam diuinam, quæ solo animo ante aperto in cœlo, aut obscure in terris ex signis, atq; miraculis videatur. Eodem enim loco docet se & discipulos videri, & non videri; videri humanam, non videri diuinam, i. non cognosci naturam. Cum audiret: *Qui videt me, videt & Patrem*, vt recte D. Augustin. obseruat, haud dubiè significat se ab illis non videri, cum tamen vt homo eorum oculis videretur. Non erat opus admonere Græce non esse, *Et non cognouistis me*, sed, *non cognouistis me.* Duplex ergo hinc auferri Arianorum error. Igitur argumentum non solum hoc loco Chrysost. Cyrill. Theodorus Heracleot. Leontius, August. Beda, Theophyl. & Euthym. sed multo maxime ibi, qui in arena ipsa cum Arianis decertarunt, magno effectu vsi sunt. Athanasius orat. 1. & 2. contra Arianos, & sern. 3. & 4. contra eosdem, Victorin. lib. 4. Ambrosius lib. 5. de fide cap. 5. Basil. lib. de Spiritu Sancto, c. 8. & hom. 28. contra Sabellianos, & Arianos, sed & contra Sabellianos hoc vsi sunt loco, Tertullian libro aduersus Praxeã, antequam Sabellius existeret, Basilius hom. 28. contra Sabellianos vero, Augustin. Chrysost & Theophylactus hoc loco. Non enim dixisse, Ego sum Pater, sed, *qui videt me, videt Patrem.* Et rursum: *Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Quæ verba vehementer Tertullianus vrget.

Tract. 70.

Tract. 70.

Ioan. 14. 9.

Ioan. 33. 20.

D

Tract. 70.

Tract. 70.

10. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est.] Declarat, quod ante dixerat, *Si cognouissetis me*, quod enim tunc dixit, *non cognouistis*, nunc dicit, *non credis*, quia diuina natura credendo cognoscitur. *Cur in similibus*, inquit,

Tract. 70.

in quit Augustinus, *dulcissimam carnem? Cur inseparabiles separatim? esse non possis?* Si tantum dixisset, *Pater in me est*, potuisset, sua fallis Ariani calumniari Patrem in Filio, sicut Regem in Legato suo esse. Nunc autem cum non solum Patrem in se, sed se etiam in Patre esse dicat, quid quæso significare potest, nisi vnam virtutis, ac quidem, ut esse naturam? Quod nescio, an quisquam animadvertere sit. Atque hoc vno verbo longissima Arianorum disputatio refutatur, quam multis hoc verbis Cyrill. refert: refellit hoc testimonio Valentinianos suos Irenæus lib. 5. c. 18.

Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.] Probat, quod dixerat se in Patre, & Patrem in se esse: quibus & verba, & opera vtrisque communia, & eadem sunt. Videtur autem dicere debuisse: *Pater autem in me manens ipse loquitur verbi, quia dixerat: Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor.* Augustinus, & Beda, quod & Chrysost. probat, pro eodem verba, & opera accipi putat, quia & verba opera quædam sunt, & qui loquitur aliquid agit, ideoque pro verbis secundo in loco opera posuisse. Melius idem Chrysost. Cyrillus, Theodor. Mopsuest. Leontius, Theophylactus, Euthym. & Rupertus, verbo & opera res distinctas significare. Duobus enim modis Christi diuinitatem cognosci potuisse, ex verbis, atque doctrina, & ex operibus, id est miraculis, quæ patrabat; vtraque sibi communia fuisse cū Patre, nam Patrem esse, qui per se tanquam per verbum loqueretur, & per se tanquam per virtutem, & brachium suum operaretur, & miracula faceret, vt Leontius, & Cyrillus interpretantur. Quo ergo modo dicit à seipso non loqui? August. & Beda putant Christum non modo tanquam hominem, sed etiam tanquam Deum loqui, dicereq; à seipso non loqui, quia etiam, vt Deus est, non à seipso, sed à Patre est. Patrem illi naturam dando, & verba & opera dedisse. Melius Cyrillus, Leontius, & Theodorus Mopsuest. loqui tanquam hominem, quasi dicat, etsi me hominem videris esse, tamen verba, quæ loquor, & opera, quæ facio, non humana, sed diuina sunt, itaq; ex illis cognoscere debueris me plus esse, quam hominem, & Patrem in me perspicere. Non pigere me Augustini hoc loco cōtra Arianos, & Sabellianos verba subscribere, nec pigere le ctorem debet le gere. *In his*, inquit, *duabus sententiis, vna, qua dicit unum se à seipso non loqui, altera, qua dicit unum esse, à seipso non loqui, alterum, singulas tenentes diuersi velut adnectantur hæretici, qui vno ex vna parte, sed in contraria conantes à via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt: Esse inæqualis est Patri Filius, à se ipso non loquitur. Sabelliani contra. id est Patripassiani: Ecce qui Pater est, ipse & Filius. Quid enim est, Pater in me manens ipse facit opera, nisi in me manens ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo modo sicut est falsum contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria. Errant ergo in diuersa itus, in medio est via, quam relinquitis. Inter vos ipsos longiore intervallo separati estis, quam ab ipsa via, cuius deserores estis. Vos hinc, vos autem illinc huc venite, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc at que illinc ad nos venien te invicem vos inuenite, Sabelliani æqualitate quæritis

responsionis eius est, tam illis inuisibiliter, & minus abundanter Spiritum Sanctum datum fuisse: dandū vero fuisse postea visibiliter, & abundantius.

16. Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.] Non dicit hic, mittam, sed, *rogabo Patrem: & alium paracletum dabit vobis*, cum non dixisset ante: *Quodcunque petieritis nomine meo, ego rogabo Patrem, & faciet vobis*, sed *hoc faciam vobis*. Cuius rei causam interpretes quærunt. Aliqui nonnullam rationem reddunt, quam quod voluerit Christus nunc vt homo, nuncve Deus loqui, vt suum vtrumq; naturā demonstraret. Quum etiam ratione Chrysostomus, & Cyril. indicant. Alij quo magis discipulis persuaderet se ve se, quod promitteret præsentium Christus enim creditum a Apostolos fuisse, Spiritum Sanctum mittendum sibi fore, si Patrem, quam B se missurum diceret. Sic etiam Chrysost. Theophylact. & Euthym. Aliam quoque causam Theophyla. indicat, ne arroganter loqui videretur. Mihi propter ea videtur missionem Spiritus Sancti Patri tribuere, quod ipse quoque a Patre missus esset, & de illo ageret suo loco mittendo, quasi dicat: *Ego rogabo Patrem*, vt quemadmodum me ad vos misit, ita nunc cum ego me ad illum recipiam, alium meo loco vobis mittat. At non propterea significat se illū non esse missum, dicitn. c 15 7. *Si autem abiero, mittam illum vos*. Paracletum vocat Spiritum Sanctum quasi consolatorem, id enim huic maxime loco conuenit, vbi de cōsolandis discipulis agebatur. Itaque quod quidam dicunt paracletum quasi magistrum appellari, vt Leontius, & Theodorus Mopsuest. aiunt, quia postea dicit, *docebit vos omnem veritatem*, & quod dicant alij, παράκλητος paracletum, quasi aduocatum dici, quod pofluleat *pro nobis*, vt ait D. Paul. *gemitibus inenarrabilibus*, quo sensu 1. Ioann. 2 παράκλητον, id est aduocatus, vt air Cyrillus, & Augustinus, appellatur, etsi id etiā vocabulū ferr, quia minus ad rem pertinet, minus probo. Obserua unt multi, Augut. Chrysost. Cyrill. Leontius, Theodor. Heracleensis, Theophylact. & Euthym. cum Christus dicit, *alium paracletum dabit vobis*, se etiam ipsum *paracletum* appellare, quod & ipse consolator hominum sit. Numen enim paracleti, id est, consolatoris quam diuinis personis cōmune sit, tamen per attributionem Spiritui Sancto datum est. Perinde ergo est, ac si dicat Christus: Ego vos hactenus consolabor, illeoq; tristes estis, quod existimetis vos post meum a vobis discessum consolatore carituros; non ita erit, aliem enim pro me consolatorem habebitis. Hinc idem illi auctores Sabellianos, Macedonianosque refellant. Nam contra Sabellianos quidem trium personarum distinctionem significari, *& ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis*; nec enim quæ rogat, & quæ rogatum, quæ dat, & quæ datur, eandem posse esse personam: contra Macedonianos vero notari vnitatem essentiæ, cum paracletus vterque vocatur. Quod dicit: *Vt maneat vobiscum in æternum*, quam vim habeat, pauci mihi videntur ob seruasse. Rupertus putat significari paracletum illū, quem Christus promittebat, in æternum cum Apostolis mansurum esse, quia illos vsque ad vitam æternam perducturus erat. Chrysostomus, & Euthymius & nescio quis auctor ass. quem in Cæorum Catena nullo notato nomine citarum inuenio, in æternum cum Apostolis mansurum fuisse, quia etiam post mortem cum illis mansurus erat. Solus Theophyla. si quis attigit, rem mihi videtur attigisse. Vocauerat Christus virumq; & se, & Spiritum Sanctum paracletum, eumq; suo loco vsurpum dixerat; docet nunc obscura quadam antithesi aliter, quam ipse ad eos missus fuerat, Spiritum Sancti esse mittendum; sed

Nunc vt homo, nunc vt Deus curlo quatur Christus.

Paracletus quæ dicatur Spiritus Sanctus.

Inf. c. 16. 13.

Rom. 8. 26.

1. ep. 2. 1.

Sabellianos & Macedonianos refellit Augustin.

breue venisse tēpus paulo post per mortem ad Patrē rediturū, Spiritum S. ita venturum, vt nunquam moriatur, (nec enim posset nunquam ab ipsis discedat. Itaq; illud *in æternum* Hebraico idiomate tempus tantem significat huius vitæ, nam de futura vita non agitur. Refellunt ex hoc loco Theodorus Heracleot. & Hiero. q. 9. ad Hedib. Montan. Pascasie, & Maximille hæresim, qui longe post Apostolos ætatem in Mōtanum primum Spiritum S. missum dicere ent.. *In æternū. tempus hominis vitæ significat. Spiritus Sanctus.*

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.] Exponit, quem vocauerit *paracletum Spiritum*, inquit, *veritatis. Spiritum veritatis* Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus vocari dicunt, vt opponatur Spiritui veteris legis, qui non spiritus veritatis, sed vmbrarum erat, atq; figuræ: veritatem n. vmbris, actigum legis opponi, c. 1. 14. 17. & 4. 23. obtemanimus. At hoc loco de lege veteri non agebatur. Melius Euthymius opponi cæteris spiritibus, qui creaturæ sunt, quasi ad ejus comparationē veri non sint. Sed neque hoc ipsum ad rem magnopere videtur pertinere. Alij spiritum veritatis vocari putant, quod doctor sit veritatis, vt Theodor. Mopsuest. Hoc probabilius, quia ita videtur interpretari Christus, c. 16. 13. *Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Sed adhuc videtur non satisad id, quod agebatur, accōmodatum, de consolatione n. non de doctrina agebatur. Itaque duobus præterea modis, si hic non placet, interpretari possumus. Altero, vt Hebraismus sit, dicantque spiritus veritatis, i. permanens, stabilis, stabilitatem n. Hebræi veritatem vocant. *Erit tantum pax & veritas in diebus meis.* i. pax firma, & stabilis; Isa. 39. 8. *& dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.* Isai. 61. 8. Qui a ergo dixerat spiritum manturum cum Apostolis in æternum, vocat *Spiritum veritatis*, id est, perpetuo mansentem, quem etiam sensum Chrysost. indicat. Altero, vt spiritus veritatis, i. verus Dei spiritus appelletur, opponaturq; mundi spiritui, atq; sapientiæ, qui mendax & fallax est, sicut sapientia divina atque humana apud D. Paulum opponuntur, Rom. 3. 6. 7. & 1. Cor. 1. 26. quemadmodum Cyrillus, Augustinus, & Beda vidētur exponere. Propterea enim statim addit, *quem mundus non potest accipere.* Nam idcirco non potest accipere, *quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere.* Sic enim potius interpretor, quam cum Theodoro Heracleota, Theophylacto & Euthymio nō posse mundum, id est, mundanos, & carnales homines eū accipere, quia supra corpus nihil cogitant, & sine corporis expers est. Hoc est, quod statim addit, *quia non videt eum, nec scit eum.* Videre, vt Chrysost. ait, pro intelligere ponitur ita q; id est, quod scire. Dicit ergo propterea mundū Spiritum illum accipere non posse, quia non potest illum intelligere, non potest gustare. Eō tanto vero dicit: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Mundus accipere non potest, quia alienus, nouus, insolens illi videtur esse, ea enim ea rebus diuinis sensus non habent: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit*, id est, quia familiaris, & consuetus vobis est, semperq; vobiscum esse. Sic fere Greg. lib. 5 Mor. al. c. 10. *Paracletus. spiritus veritatis. Hebraismus.*

18. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.] Aliud hoc cōsolationis genus. Consolatus eos fuerat promissione Spiritus sancti, quem suo loco venturū dixerat, nec; ab illis vnquam discessurum, sed illi eius potissimum præsentiam desiderabant, se etiā promittit nō semper abillis abfuturum, redeturum ad illos aliquādo. Hoc autem ipsum accōmodatis ad consolationē dicit verbis: *Non relinquam vos orphanos*, dum eos in orphanos vocat, filios appellat, vt notāt Augustinus, & Beda. Aliquanto aliter Chrysost. Theophylactus, & Euthy-

Græcis non vsitata locutio.

Euthymius, sed in eandem fere sententiam, orphanos dixisse, quia paulo supra cap. 13. 33. filios appellauerat. Rupertus *non relinquam vos orphanos*, id est, peccatis morale, & non admodum apte. *Veniam*, inquit, *ad vos*, aliquando rediho, quod de quonam suo intelligat redi tu, nen conuenit inter interpretes. Plerique de resurrectione intelligi volunt, post quam sæpe Christum Apostolis legimus apparuisse, & apparuisse quidem fic, vt eum Apostoli viderent, secundus non videret, quemadmodum statim dicit, *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt, vos autem videtis me*, id est visuri estis. Sic vterque Thodorus Heracleotes, & Mopsuest. Chrysostom. Theophylactus, & Euthymius. Alij de ipsa Spiritus sancti missione hoc interpretantur, quasi sed discipulos venturum dicat, quia per Spiritum sanctū venturus erat. vt Cyrillus. & Rupertus, quod nescio an probabile videri possit, cum de aduentu Spiritus sancti iam Christus dixerisset, & nonnum hic, vt diximus, consolationis genus sit. Augustinus, & Beda, & Leontius de secunda Christi aduentu, quod vt magis probem, facit quod cap. 16. 16. 17. 19. vbi eandem, & eadem vere verbis sententiam repetit, de illo vtique loquatur aduentu, vt multis ibi verbis exponit, & quod id, quod vers. 20 sequitur, *in illa die cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis*, de illo propriæ tempore intelligatur, quo tempore Apostoli non iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciē visuri erant, & quod ver. 3. eodem sensu dixerit, *iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.* Atid tempus longissime abesse erat; fatetur, sed illud ipsum vocat *modicum*. c. 16. 16. & 17. antiex, quod amplius est, horam nouissimam, i. epistola c. 18. quia mille anni in conspectu Dei tanquam dies vna 2. Petri 3. 8. Cur ergo non eos potius consolabatur dicens post tres dies, hoc est post resurrectionem ad eos rediturum? Primum quia multo minus tunc consolationis per eas apparitiones, quam postea per secundum aduentum suum illis erat allaturus. Deinde quia ille post resurrectionem, apparitiones ad breue fuerant tempus, & non nisi quasi per transennam se illis ostendebat; præsentia autem illa ilia, quam illis per secundum aduentum exhibiturus erat erat futura perpetua.

19. *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt; vos autem videtis me.*] Quod tempus modicum vocet, modo diximus, nempe quod visus ad secundū aduentum reliquum erat. *Videt, & videtis*, pro videbit, & videbitis ponita sunt. Sæpe monuimus magna cum emphasi, & gratia præsentia pro futuris poni, vt *Elias venit*, id est, venturus est. Matth. 17. 11. & *Messias venit*, eodem modo supra c. 4. 25. At quomodo dicit mundum se visurum non esse, si de secundo loquitur aduentu, cum tunc omnes eum visuri sint? Facilis solutio, dicimt mundum eum iam non visurum, quia non nisi & momento temporis, & ad finam condemnationem visurus est, quem admodum sæpe significatur peccatores resurrecturos non esse, non quod resurrecturi nō sint, sed quod non nisi ad mortem resurrecturi, supra cap. 6. 39. 44. 54. Aliquidem argumentum contra eos valet, qui hoc de tempore resurrectionis Christi interpretantur; qui enim dicit mundum se visurum non esse, significat nunquam esse visurum. Is denique sensus, quem expositimus, verbis sequentibus confirmatur.

Præsentia pro futuris ponitur frequenter ipso in scriptura.

Quia ego vivo, & vos vivetis.] Probat atque declarat, quod dixerat, mundum se visurum non esse, Apostolos autem visuros, quia nunquam Apostoli ad vitam resurrecturi erant. & cum eo semper victuri, mundus aut in perpetua māsurus morte mortui autem videre non possunt. Hic verus est sensus, & iis, quæ modo de resurrectione diximus consentaneus, atque eodem fere modo, certe de resurrectione Augustin. Chrysostomus, Beda, Cyrillus, & Euthymius interpretantur. Quo magis Theophylactum mirar interpretatione, *Et vos vivetis*, id est ego debitis, cum me post resurrectionem consecutus, quia gaudium vita quæ dam sit. Tolerabilis est, quod Rupertus ait, *quia ego vivo, & vos vivetis*, id est, propter meam resurrectionem vos habebitis spiritualem vitam, quia per eā vobis remissionem meretebor peccatorum. Illud ego nescio an quemadmodum ille videre, comparationem ex Hebræorum idiomate in his verbis fatur, quæ in eiusmodi particula *Ia*. Et quæ sæpe apud Hebræos, vt alibi diximus, comparationis complementum significat. Sensus ergo est, quia sicut *ego vivo*, ita *ex vos vivetis*. Intelligitur enim particula similitudinis Hebræorum more, quemadmodū supra versu 1. & c. 5. 17. & mox versu sequente. Putant Augustinus, Beda, & Rupertus propterea de se dixisse Viuo, de discipulis, *Vivetis*, qu a ipsius resurrectio proxima erat, ita vt pro præsenti haberi posset, de discipulorum autem resurrectio longe abesse. Aliam ego eius rei causam arbitror, quod nō de humana sed de beata, atque diuina loquatur vita, quam ipsa natura habebat fita, discipulis autem nondum habitabant, sed eius beneficio habituri erant. Quam enim paulo ante visionem appellauerat, nunc vitam vocat, quia hæc est vita æterna, vt cum videamus, cognoscamusque. Perinde ergo est, ac si dicat. vos videbitis me, id est, beati eritis, vitam quæ habebitis æternam, quia ego ipsa sum vita, itaque sicut ego vitam per me habeo, ita eam vobis impertiar. Sic dixit c. 1. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum*, & c. 5. 25. 26. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere in semetipso.* Eodē sensu dicit D. Paulus vitam nostram in ipso abscondita esse, Colos. 3. 3.

Inf. c. 17. 3.

Ariani hoc loco abutuntur.

20. *In illa die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*] Dixerat versu 18. nonnullos hæc omnia ad tempus resurrectionis referre. in quibus Chrysost. Theodorus Mopsuest. Theophylact. & Euthym. sunt. Sed ex iis, quæ diximus, apparet ad futuram in cœlo vitam esse referenda quemadmodum Theodor. Heracleota, Cyrillus, Leontius, Augustin. Beda. & Rupertus referunt, *in quo die*, inquit Augustinus, *nos de quo dicit*, Et *vos vivetis, tunc etiam vita erit ex fonte vivente, qui credimus. Nam & nunc est in vobis & nos in illo sed hoc nunc creditum, tunc etiam cognoscimus.* Hic etiam particulam *in* illi tudinis intelligo. Tunc vos cognoscetis, quia quem admodū ego sum in Patre (subaudi & Pater in me) sic vos estis in me, & ego in vobis, vers. 6. 57. *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me & ipse vivet propter me.* Dicit ergo tunc eos intellecturos, quomodo quemadmodum ipse in Patre est, & Pater in ipso: ita ipsi in se, & ipse in illis esset. At non dixerat illis se esse in ipsis, & ipsos in se, sed se esse in Patre, & Patrem in se, versu 10. Non dixerat quidem hoc loco, sed alibi tamen dixerat, cap. 6. 56. *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*, & fieri potest, vt ad illū locum alludat. Deinde non est necesse, vt ante dixerit; potuit enim hoc tantum velle significare, fore, vt tale talem inter se & ipsum coniunctionem experirentur, qualem inter se, & Patrem suum esse illa dixerat; itaq; abunde illis illam suam absentiam, quā tantopere dolebant, singulari illa, & perpetua non solum præsentia sed etiam coniunctione compensaturum esse. Abutebantur hoc Ariani testimonio, vt ex Chrysost. Cyrill. & Theophylact. disimus. Sed facilis responsio proportionem, non æqualitatem.

tatem significari, quemadmodum Pater vitam, naturam que omnem suam secum communicasset, ita se cum illis vitam suam communicaturum, non eodem tamen modo; nam Pater Filio ita naturam suam dedit, vt Filius illi æqualis esset; Filius nobis non ita vitam, cæteraque bona sua nobis dat, vt æquales illi simus, quia creaturæ creatori æquales esse non possunt. Illustrissimum exemplum est Matth. 5. 48. *Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est*, viri Arii negare non possunt non æqualitatem, sed proportionem significari.

21. *Qui habet mandata mea, & seruat ea ille est, qui diligit me.*] Putant Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius propterea hoc Christum nunc dicere, quia videbatur illis propter futurum discessum esse discipulos, docere ergo eos, si se diligant, ne in eo amorem erga se declarent, quod ægre discessum suum ferant, sed in eo, quod mandata sua seruent, cum enim vere se diligere, qui seruat mandata sua. At hoc iam dixerat versu 15. & maiorem iam illis consolationem attulerat fore, vt sicut ipse in Patre erat, ita illi in se essent. Deniq; maius quiddam illis videtur proferi, quam vt dicat eum se diligere, qui mandata sua seruat. Longius etiam a sensu Rupertus abest, ostendisse Christum ante lotionem pedum, quantum discipulos amarer, cap. 13. 1. docere eos nunc, quantum se, & quomodo illi amare debeant. Aut rationem certe reddere, supra dixerit, *si diligitis me, mandata mea seruate*, quia dignitas, inquit, dilectionis non in vocis superficie, sed in veritate, & opere consistit. Ego rationem docere arbitror, qua ad sum mam illam se cum coniunctionem, de qua proxime versus dixerat, peruenire possint. Ea autem est, vt se diligant obseruandis mandatis suis, qui enim diligit se, ei & a patre suo diligi, se q; illi manifestaturum, quod est in eo manare, quemadmodum dixerat. Diximus supra quæstionem ab Augustino moueri, quo modo qui mandata eius obseruat, is eum diligat, quasi prius non obseruet, postea diligat, cum nemo sine charitate, qua Christum diligit, eius mandata seruare possit. Facilis est responsio; non significat vnum prius esse altero, sed vnum esse alterum, vt alias omnium Theologorum subtilitates, quæ huius loci non sunt, diuersio genere causæ vnum altero simul prius esse, atque posterius. Malim aliquis explicasset, cur non dixerit Christus, qui seruat mandata mea diligit, vt solet aliis locis dicere, sed dixit, *qui habet mandata mea, & seruat ea.* Quid est habere? Augustinus prope ad sensum accedit, *Qui habet*, inquit, *in memoria, & seruat in vita, qui habet in sermonibus, & seruat in moribus, qui habet audiendo, & seruat faciendo, aut qui habet faciendo, & seruat perseuerando.* Mihi idem videtur esse habere, quod credere. Qui enim verbum Dei audiuit & intellexit, sed non credidit, is non dicitur illud habere, quia exclusit illud, repudiauit, reiecit, qui autem credidit, is demum habet, quia retinuit, & animo defixit. Itaque eandem vim hoc loco habere arbitror, mandata Dei habere, quam habere dixi mus, quod dixit cap. 5. 38. *Verbum eius non habetis in vobis manens, quia, quem misit ille, huic vos non creditis*, & illud cap. 8. 31. *Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæo, si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis.* Propterea igitur hoc loco eo visus est verbo, quia cum Apostolis agebat, qui iam credederant, hoc est, qui mandata eius iam habebant, vt doceret eos, non satis esse credere, nisi etiam facerent, quæ credebant. Itaq; manifestum id ex contrariorum quoq; argumentum colligitur, solam fidem ad iustificationem, & salutem non satis esse. Quod & Chrysost. & Euthym. hic obseruarunt. Theoph. ita interpretatur, quasi verbum illud, *seruauit eos, seruabit*, nõ significaret mandata facere, sed asseuerare, retinere diligenter, ne nobis eripiantur, vt idem deniq; is, quod conseruare fecerit acceptam fidem. Quod satis per se constat à mente Christi alienum esse. Illud etiam obseruauerim Christum mandata sua non Patris appellasse ostendentem se esse Deum.

Mysterium vocationis gentium reuelatum.

Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] Quæritur iam hic Augustinus, quomodo dicat, *Qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eum*, quasi prius nos Deum diligamur, deinde nos Deus vicissim diligat, cum contra se prorsus res habeat. In hoc, inquit *est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Recte respondet non quamcunq; Patris, Filij, & erga nos dilectionem intelligi, sed eam, qua Pater dilectionis erga eum in nostræ præsidium daturus nobis est, & Filius Spiritũ manifestaturus. Eam enim Patris, Filij q; erga nos dilectionem nostra erga eos dilectio præcedit. Cæterum alia nos, vt ait Ioannes, dilectione prius illi nos diligunt, quam nos illos diligamus, ea nempe qua nobis gratiam sũa conferunt, qua peccata remittuntur, qua iustificamur, qua iusti facti amamus, & vsq; ad finem vitæ perseuerare facimus. Hoc dicere non possunt ij, qui hæc de Christi resurrectione interpretantur, in qua sententia Chrys. Cyrill. Theodorus Mopsuest. Theoph. & Euthy. sunt.

1 Ioan. 4. 16.

Vers. 35 in quo sita sit vera dilectio.

De quo Patre aduentu hæc sermo sit.

22. *Dixit ei Iudas, non ille Iscariotes.*] Caute monuit Euangelista hunc Iudam, quem Christum interrogasse dixerat, non illum fuisse Iscariotem, qui proditor eius fuit, sed Iudam alterum, cui Labbæo aut Thadæo cognomentum erat, Matth. 10. 3. & cuius canonica nunc legitur epistola. Ne quis ambiguitate forte nominis falleretur, putaretq; Euangelistam non sibi constare, qui c. 13. 30. dixisset prodictorem illum Iudã à Christi, Apostolorum q; cõsortio discessisse.

Hebraismus

Domine quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum & non mundo!] Hebraismus מַה־הָיָה *quid fuit?* id est, quid accidit? quid causæ incidit, quod Septuaginta solent vertere *factum est*. Haud dubium, quin Iudas non intellexerit, quod de sua manifestatione Christus dixerat, nam cætera satis sibi videbatur intellexisse, quemadmodũ neque Thomes versu 5. neq; Petrus cap. 13. 36. intellexerant. Nempe nondum spiritum illum acceperant, à quo omnem de cti sunt veritatem. Fefellit Rupertum phrasis Hebraica: existimauit enim sensum esse, si nobis te manifestaturus es, nondũ ergo te manifestasti, quid igitur hactenus à te factum est? quid hactenus egisti? si te nobis non ostendisti, nonne te vidimus? nonne audiuimus? nonne diu tecum versati sumus? Quod quam longe ablit à sensu! nemo non videt. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius verbo, *Manifestabo ei meipsum*, Iudam turbatum fuisse putant, cum etiam sciret ad mortem ire Christum existimasse ita eum sibi, cæteris q; Apostolis iam mortuum appariturum, quomodo solent aliquando mortuis viuis apparere, quos nemo sine horrore animi videt. Quorum sententiam etsi non probo, tamẽ notari hoc eorum testimonium à lectore velim, vt sciat graues auctores ita sensisse aliquando viuis mortuos apparere, quod D. Augustinus alicubi docet non nisi impudenter negari posse. Theod. Mopsu. scribit putasse Iudam Christum solis se Apostolis manifestaturum esse, quod qua ratione factura est, non intelligebat, Leontius & Theodorus Hieracleotes amore in Christum hoc dixisse, quod vellet eius gloriam omnibus ẽ conspicuã. Cyrill. doctiorem eius existimat esse quæstionem, scisse eum Christum omnibus gẽtibus esse promissum. *Dedi*, inquit, *in legem gentium*: mirari quid noui acciderit, quamobrem nunc mutata nunc voluntate negare se manifestaturum esse mundo. Magis probo, quod alij

Mortui videntur aliquando viuis apparere, de quo Aug. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 12. & 13.

Isa. 42. 6. & 49. 6.

alij dicunt adhuc eum Iudaico more in temporali Christi ita fuisse regno, quasi omnes cum ex Iudæi regnaturi essent, itaque mirari, quod non illis seo mnibus manifestaturus diceret. Nam ex hoc verum illud vocationis gentium, quod Cyrillus ait, non est verisimile Iudæos tam cognouisse, cum vix persuaderi Petro accepto etiam Spiritu sancto potuerit, Act. 10. 14.

Sabellianorum error manifeste refutatur.

23. *Respondit Iesus & dixit ei, si quis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*] Non mutat Christus sententiam, sed eiusdem potius sententiæ repetitione docet Iudam, quomodo, & quamobrem non omnibus se manifestaturus esset. Quia non vult gloriam suam, nisi cum amicis suis communicare; amicos autem suos esse, qui sermonem suum seruant. In hanc fere sententiam Augustinus, & Cyrillus interpretantur. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius conuenienter sententiæ illi suæ, quam supra posuimus, existimant docere Christum se non sicut mortui viuis apparent, quemadmodum illi putabant, ipsis appariturum, sed sicut Deus hominibus apparere solet id est spiritualiter, & inuisibiliter, propterea dixisse simul eum Patre ad eos venturum esse. Theodorus Mopsuest. docere se neminem exci re, omnibus se se hominibus manifestaturũ esse, modo sedulo gant, & mandata sua seruent. Si se solum ad eos, qui diligerent, venturum diceret, facile intelligeremus eum de tuo ad iudicium aduentu loc utum esse: sed cum vos etiam Patrem venturum dicat, quando nobis solet tam de m in iicit, de quo id Patris aduentu possit intelligi, cum nusquam in scripturis veterum is dicatur Pater. Nõ inuenio auctorem grauem, qui de alio, quam de aduentu per gratiam in animos hominum interpretetur. Ita videntur Augustinus, Chrysost. Cyrill. vterq; Theodorus, Leontius, Beda, Theoph. & Euthymius intellexisse. Quod etsi cum vers. 21. vbi se manifestaturum, non in hoc, sed in altera, vt explicauimus, vita dixerat, nõ satis videtur cõuenire, tamen à tot, tantisq; auctoribus nolo dissidere. Nam & Deus per gratiam ad nos venire dicitur. *Ego*, inquit, *sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo*, & hic aduentus quasi iudicium eius est, de quo Christus ver. 30. loquebatur. Iturus enim nobis in cœlum per gratiam Deus obuiam procedit. Non video tamen, cur nõ ingressũ in regnum cœlorum possis intelligi: vt venturum sit ad nos se recipiendos tanquam hospites cũ Patre dicat. aut ad nos se tanquam hospitem cum Patre in cœlo venturum, quasi cœlum domus nostra sit, & ipsi in eo simus quodammodo peregrini. Cur de Spiritu sancto mentionem nullam faciat? Quia de admissione in domum Patris loquebatur vbi tota Patris æquum domus domina, & tibi tam quam hæredi auctoritas est attribuenda, & quia discipuli Patrem tantum, & Filium videre optabant, vt Philippus vers. 8. dixerat, *Domine ostende nobis Patrem*, & hic Iudas de ipsis Christi manifestatione interrogauerat. Verbum illud *& mansionem apud eum faciemus*, vim habet, quam Chrysost. Theophylact. & Euthym. obseruarunt; significat eũ non ad tempus tantum postea discessuros venturos esse, sed ipsi nunc & cessaturus venerat, quemadmodum versu 18. de Spiritu sancto dixerat, vt manet *nobiscum in æternum*. Illud non probo, quod hi auctores putant mansionem hanc somno & mortuorum opponi apparitioni, quæ breui tempore euanescit. Notat autem Theodor. Heracleotes amore in Christum hoc dixisse, quod vellet eius gloriam omnibus ẽ conspicuã. Cyrill. doctiores eius existimat esse quæstionem, scisse eum Christum omnibus gẽtibus esse promissum. *Dedi*, inquit, *in legem gentium*: mirari quid noui acciderit, quamobrem nunc mutata nunc voluntate negare se manifestaturum esse mundo. Magis probo, quod

Mansio fit per amorem Patris.

Quid sit in nomine Christi mittere Spiritum sanctum.

24. *Qui non diligit me sermonem meum non seruat, & sermonem, quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me Patris.*] Sic plicitas hæc & ordinatorationis Hebraismũ sapit, de quo dictum est. *Qui diligit me sermonem meum seruabit*, de cuius contrario, qui is non diligit, eum non seruare sermonem suum, tanquam si clarius diceret eternum signum dilectionis erga se esse, seruare sermonem suum, ita vt omnia, quæ ligit, seruare, & contra, qui non seruat, non diligat, (de enim opus est considerandum) sed quæritur hoc vt discipuli ad mandatorum suorum obseruationem exhortaretur, quæ certe vinculi, quo ad videndam ipsius gloriam pertenitur. Sermonem eum Hebræi conditionate præsepium vocat. Quod antea addidit, *& sermonem quem audistis*, non est meus, *sed eius, qui misit me Patris*, ideo dixit, vt præcepta suis maiorem apud discipulos auctoritatem adhibeat, cum ea Patris esse intelligerent. Quia etsi non minorem ipse per se, quam pater auctoritatem habebat, tamen apud illos, qui eum mundum facis cognoscebam, maiora Patre, quam ipse amitate erat. Non negat præcepta, quæ se tradit, suos esse, sed intelligendum nobis, qui a deo sum erat, relin quere nos iusse. Græce est ὁ λόγος, *sermo*, *quem audistis non est meus*, mortuo Iesu discrimine, tamen clarius est. *audistis*. Nam si ipsum, *audistis*, necesse est, vt interpretemur, *audire* Iesum, dixi mus enim alibi verba præsentis temporis solere consuetudinem, & morem significare. *Magis gesturi estis non solum de tractatu*, id est, nunc fatis soluere Matth. 17. 24.

Præsens tempus morem significare solet.

25. 26. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.* Chrysost. Theophyl. & Euthym. putant adeo hoc Christum dixisse, quia videret discipulos nondum ea quæ dicebat, intelligere, verebaturq; ne se iterum interrogarent, quæ nam illa essent mandata, de quibus loqueretur, sibi que molesti essent. Potuit Credo obiecta ipse ea tionis cognitionem per Spiritum sanctum illis offerendam consolaturus voluisse, similique excusare se, quod propter instantem discessum suum plura eos de ea re clarius docere non posset, sere is adhuc eos indigere doctrinæ, sed quæ ausipse propter temporis brevitatem de ea re non posset, aut illi nondum satis idonei ad morem non possent capere, Spiritum sanctum abunde eos de ea re docturum esse. Cum dicit, *hæc locutus sum vobis apud vos manens*, duo insinuat, & se nunc cum illis non amittere, nec certe non amplius manfurum, de postea tum se non amplius mansurum, non per se, sed per Spiritum sanctum, vt illum explicat. Monent Augustin. & Beda aliter hic mansionem, quam paulo ante, cum dixit, *& mansionem apud eum faciemus*, appellare. Ita, inquit, *mansio hæc est, quam præmittit futuram, hæc vero alia, qua in præsentia hic est futura. Illa spiritualis est, atque intrinsecus in cordibus creatur, hæc per totalis fortasse in ipsis domibus, atque auribus exhibetur. Illa in eorum fide atque charitate, hæc in tempore videlicet huius mundi secundum illam. Dominus a suis discipulis non recedit, secundum hanc, & redit.* Notant Theophylactus, & Euthymius propterea non solum Spiritum sanctum, sed etiam paracletum appellasse, quia is nomen ad discipulorum consolationem pertinebat. Quod dicit, *quem mittet Pater in nomine meo*. Cyrillus interpretatur, quæ ver me Pater mittet. Non enim negat, secundum missurum esse, cum dicat capite decimo octauo, septimo

Si autem aliera mittam eum ad vos, sed significat Patrem per se, cui gubernandæ Ecclesiæ curam reliquerat, missurum esse. Magis probo Theophylacti & Euthymij interpretationē, qui in nomine meo idem esse putant, quod pro me, meo loco, qui vices meas geret, sicut ipse solet dicere se venisse *in nomine Patris*, id est, vt faceret, quæ Pater, si venisset, facturus erat. Cur ergo eius missionem Patri tribuit, si eius nomine venturus erat? id verbis disseruimus. *Ille*, inquit, *vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis*. Dubium, an quod dicit, *Docebit omnia*, ad illud verbum, *quæcunq; dixero vobis*, referendum sit, quasi non aliud docturus Spiritum sanctum dicat, quam quod ipse ante docuisset, quemadmodum & verbum *suggeret*, eo vsus referatur. Non repugnabo, si quis ita velit interpretari, quibus auctoribus illi, quibus fuam sententiam tueatur. Augustinum, Bedam, & Rupertum indicabo, qui ita quoque videntur intellexisse. Sed tamen probabilius iudico, vt verbum, *Docebit omnia*, absolute ponatur, neq; restringatur ad illud alterum verbum, *quæcunq; dixero vobis*. Deus enim, vt Theodor. Mopsuest. animaduertit, Christus significare voluit, Spiritum sanctum fecturum esse, & docturum ea, quæ ipse eos aut propter angustiam temporis, aut quod capere illi non possent, non docuisset, & ea quæ docuisset, in memoriam reuocaturus. Hoc enim est *vmnes vobis suggeret*, quod interpres vertit, *suggeret vobis*. D. Aug. ex veteri, vt opinor, versione legit, *commemorabit vobis*. Obscure, & ambigue dictum est, *Quæcunque dixero vobis*, poterat enim futurum videri, cum præteritum sic *dixero*, dixit *vobis*. Notant Leontius, & Theodorus Heracleotes hoc secundum mēbrum ad solos discipulos pertinere. Itaq; hinc Theodorus Montani, Priscillæ, & Maximillæ refellit hæresim, non potuisse Spiritum sanctum in Montanum, vt illi delirabant, primum mitti, cum Christum non vidisset, vt posset illi Spiritus sanctus, quæ à Christo audiuisset, in mente reuocare.

cap. 5. 43.

Locus contra Montani hæresim.

27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.*] Disceptatur inter interpretes, quid hoc loco nomine pacis intelligendum sit. Cyrillus, & Leontius ipsum Spiritum sanctum, quem suo loco venturum dixerat, pacem vocare putant. Theodorus Heracleotes, Chrysost. Theophylact. & Euthym. reconciliationem cum Deo, quam illis per mortem suam per se ipse curaturus esset. Cyprianus lib. 1. contra Iudæos, & in libro de vnitate Ecclesiæ Ambrosius, lib. 2. de vita beata c. 6. & libro de Ioseph patriarcha c. 13. & ser. 17. in Psa. 118. Augustinus, serm. 57. de verb. Domini, & ser. 166. & 169. de tempore tam pacem intelligunt, quam alij ergà alios conseruamus, quam volunt Christum Apostolis discedentem inprimis commendasse. Quæ de re multas, eleganteique sententias apud Augustinum in locis, quos modo designauimus, lector inueniet. Alij pacem ergà Christum, propterea suam propriè appellasse. Alij pacem internam, id est animi tranquillitatem intelligunt, quia sit, vt animus nullis aduersis rebus de statu suo deiciatur. Prouidentem quippe Christum fore, vt Apostoli, multis aduersis rebus conflictentur, munire eos voluisse, bono, æquoq; esse animo nihil illis nocere posse, pacem se illis relinquere, non qualem mundus dare soleat, qui se nisi pacem habere putat, cum nihil illi accidit aduersi. In hunc etiam modum Cyrillus exponit. Greg. in 3. parte Pastor. c. 23. inrabit proritus sententia docet duplicem hic pacem significari, alteram mundi breuem, fallacem, lubricam, eam se Christum non dicere Apostolis dare, sed relinquere, id est abscere, præterire, alteram spiritualem, diuinam, diuturnam, stabilem, quam se illis dicat dare. Vellem auctorem habere bonum bonæ sententiæ.

Pacem appellat salutationem benedictionis.

A tiæ. Pacis nomine Hebraica phrasi salutationem, appretationemq; omnium prosperarum rerum significari arbitror. Id apud Hebræos vsitatum esse nemini, qui earum eruditur linguam, ignorare credo, ideoq; ab exemplis abstineo. Christum igitur paterno more ex hac vita discessurum vale illis suis dicere, & vt vulgo loquimur, suam illis benedictionem relinquere, hoc est, *pacem relinquere vobis*. Nam benedictionem ipsam Hebraico, vt sæpius diximus, idiomate pacem appellat. Quid igitur distat inter relinquere, & date pacem? Vix fortasse, quid quam; sed in quid tam ē interest, hoc interest, quod relinquere sit absenti, dare etiam manenti, aut relinquere præsentis, dare etiam, quod à Deo petendum, concedentis. Quam ergo illis benedictionem relinquebat? electionem ad vitam æternam, eiusque promissionem. Hæc enim est, quā mundus dare non potest. Itaq; non disputo, quod nonnullos scio interpretes subtiliter fecisse, num, cum dicit, *Non quomodo mundus dat, ego do*, pacem etiam, & an alium eiusdem etiam quasi dandi modum intelligat. Simpliciter enim interpretor & aliam, & alio modo, quam mundus det, pacem dare. Christus enim veram, & sempiternam, mundus falsam & breuem dat, & Christus non solis dat verbis benedicendo, sed re ipsa tanquam eius auctor, ac dominus eam nobis largiens, mundus verbis & adulatoris salutationibus dat, re vero ipsa non dat.

Quod discedens meminit relinquere, & saepius.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet.] Hæc verba ad sequentia refero; itaq; hinc existimo inchoandum fuisse versum. *Non turbetur cor vestrum neque formidet*, propter discessum meum, iā enim vobis dixi me esse redituram.

28. *Audistis, quia dixi vobis, Vado, & venio ad vos.*] Id est cum ex me audieritis me non abire, vt vos orphanos, ac defertos relinquerem, sed vt ad vos maiore cum gaudio redirem; non debet propter discessum meum cor vestrum turbari.

Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem.] Non significat se ab illis non diligi, sed est modus quidam loquendi patris cum filius, amici cum amicis dolentibus ob patris, amicius discessum, qui maiorem illi gloriam allaturus est. Si ama retis me non doleretis: amantis enim est amici bonis non dolere, sed gaudere. Sciebat illum ipsum Apostolorum dolorem ex ipsorum erga se amore proficisci; sed ex amore non ex ratione, sed ex sensu prouenientē, aut potius ex ignorantia, quod nondum satis, quo iret, intellexissent. Etenim si sciissent ad Patrem ire, vt ad eius confiderer dexteram, minime ob eius discessum dolituros fuisse.

Quia Pater maior me est.] Duplex ex hoc loco oritur quæstio, quæ ista sit, quam afferri ratio, cur discipuli discessu suo gaudere debeant, & quo sensu dicat Patrem se maiorem esse. Facilis illa prior est, oportuisse gaudere discipulos bono suo, si se diligerent, magno enim sibi esse bono, quod ad Patrem iret, quia Pater se maior esset, nam ad maiorem honorem, ad maiorem ibat dignitatem; à miseria ad felicitatem, à conflictio hominum ad cōfortium Dei, qui se, & omnibus hominibus maior esset. Alteram quæstionem difficiliorem Ariani reddiderunt: miris enim modis hunc locum agitarunt, vtpote in quo sententiæ suæ præsidium collocabant. Id distimus ex Athanasio orat. 2. contra Arianos, & in libro de synod. Arimin. & Seleuc. cien. ex Epiphan. hær. 69. ex Basil. lib. 4. aduersus Eunom. & epistola 141. ad Cæsarien. ex Grego. Nazianz. orat. 4. & 5. de Theolog. ex Cæsario dialog. 1. ex Gregor. Nyssēno in oratione ad Symplicianum, ex Ambrosio Ebroi secundo de fide c. 4. & libr. 5. cap. 2. ex Hilario libro quinto, & vndecimo de Trinitate, & in libro de synodis contra Arianos, ex Idacio libro tertio contra Varim. ex Augustino libro primo de Trinitate,

Ariani hoc loco abutebantur contra filij diuinitatem.

Philip. 2. 6. Hebr. 2. 9.

Psal. 21. 7.

Trinit. 7.

mitate, cap. 7. & 11. & lib. 3. contra Maxim. c. 24. & 25. q. 4. ad Orosium & libro de fide & sym. cap. 9. & libr. 83. qq. 67. ex eodem Augustino. Chrysostomo, Cyrillo, Leontio, Theodoro Heracleote in commentariis ad hunc locum, qui contra illos disputarunt. Tribus modis catholicos auctores hūc locum explicasse, Arianisque respondisse lego, quas omnes explicationes Leontius collegit. Omnes in eo conueniunt Christum tanquam hominem loquit, itaque mirandum non esse, vt Basilius ait, si se Patre minorem dicat, qui se *cum in forma Dei esset*, non Patre solum, sed angelis, vt scribit D. Paulus, sed hominibus ipsis minorem fecit. Ille enim ipse, qui hoc loco dicit. *Pater maior me est*, alibi dixit. *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectus plebis*. Id ita esse intelligendum ex hoc ipso loco colligebant, loquitur enim Christus dicens se ad Patrem vadere, non vadit vtiq; B quā deus, sed vt homo. nam Deus vbique est, ita D. Augustinus. *ergo & ibat per id, quod homo erat, & manebat per id, quod Deus erat. Ibat per id, quod vna loco erat, & manebat per id, quod vbiq; erat.* Sic etiam Eusebius quoq; in Ioannem. Solebant hanc interpretationem Ariani refellere dicentes, comparationem non nisi inter ea, quæ eiusdem sint generis posse fieri, inepte enim quisquam homo dicat Deus maior me est. Sed hanc ipsam Arianorum subtilitatem subtilius Basilius, & Cyrillus in ipsos retexerunt. Si comparatio non nisi inter ea, quæ eiusdē sunt generis, fieri potest, & inter Christum, & Deum hi, Christus igitur est Deus. Negat præterea Cyrillus comparationem non nisi inter ea, quæ generis sint eiusdem, fieri posse, quin inter ea minime fieri, quia inter ea, quæ eiusdem generis sunt, nec maius, nec minus est. Aliter explicatio erat dictū hoc esse per accommodationem ad discipulorum opinionem, qui adhuc putabant Patrem Christo maiorem esse, solere enim sæpe nō ex veritate, sed ex hominum opinione loqui, vt cum dicit, *Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus Deus*. Sic Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius. Tertia vero erat, Patrem maiorem dici Filio, etiam quatenus Filius Deus erat, non quidem reipsa, sed hoc ipso, quod ille Pater, hic Filius erat. Patris enim nomine honorificētius natura sua esse, quam Filij, quia principium, & vt Græci loquuntur, causam Filij significat. Sic exponunt Athanasius, Hilarius, Epiphanius, Gregorius Nazian. & Cæsarius in locis, quos supra citauimus, & Cyrillus li. 2. thesaur. c. 5. & Damascen. l. b. 4. de fide c. 19. Chrys. & Leontius, Theophylact. & Euthym. in commentariis huius loci. Sed haud scio an plus aduersarius concesserint, quam æquum erat.

Christum ex hominum opinione loquutum.

Matt. 10. 18.

29. *Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.*] Quid nam se illis dixisse dicit? Non quidem, *Pater maior me est*, id enim non fit, sed *vado ad Patrem*, quod iterum atq; iterum illis dixerat, quia in eo & cardo fidei, & summa consolationis eorum vertebatur. Id dicit se propterea, antequam fieret, illis significasse, vt cum fieret, crederent, id est, cum eum paulo post in cœlum eueētū cernerent, intelligerent ipsum ad Patrem ire, vt ac quali cum eo gloria frueretur. Alij referunt ad omnia, quæ dixerat non de suo modo ad Patrem arbitru, sed de mittendo etiam ad ipsos paracleto, qui bus non magnopere repugnauerim: modo hoc intelligatur reddere rationem Christum, quam obrem ea illis diceret, quæ sciret ab eis non intelligi, quia quamuis tunc non intelligerent, postea tamen essent ex euentu intellecturi. Semina se in eorum animis iacere cœlestium mysterium aliquando nascitura. Simulis locus supra cap. 13. 19. & infr. cap. 16. 4.

princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.] Reddit causam, cur non pluribus verbis illis exponat, quæ se ebat ab ipsis non intelligi, sed ea in euentum ipsum intelligenda reiecerit, quia breue illi tempus erat: itaq; non licebat esse longiorem, appropinquare enim principem huius mundi, qui vt se compre hendaret armata venire meditatus. Principem huius mundi diabolum appellat, sicut cap. 12. 31. vbi, cur ita vocaretur, exposuimus. Dicit autem diabolum venire, quia ludæi illius acti instinctu venis bant, attribuens diabolo, quæ homines peccatores, id est membra. minilrique Diaboli faciebant. Fortasse alludit ad Iudam, in quem, vt Lucas ait, cap. 22. 3. tam diabolus intrauerat, itaque eum scirat venire Iudam quasi ex hortis illius nefariæ ducem, diabolum venire dicit. Quod sequitur, *& in me non habet quidquam*, perinde est, ac si dicat, *sed in me non habet quidquam*, ponitur enim, & pro *sed*, *qui* pro *sed*. ex Hebraismo כי pro אך, vt Actor. 10. 28. vbi cum esset Græce *non licet*, noster interpres vertit, *sed*, quod patrationē hoc loco facere potuit, & Matth. 12. 39. *generatio prava, & adultera signum quærit, & non dabitur ei*, pro, *sed signum non dabitur ei*. Difficilius est, quid sit, *in me non habet quidquam*. Nonnulli Græci codices legunt, ἐν ἐμοὶ οὐχ εὑρήσει οὐδέν, *& in me inueniet nihil*, atque ita inuento in codice Græce Catenæ, eodem quoque modo vterq; Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. Leontius, & Cyrillus in commentariis legunt. Ex Latinis etiam Gregorius homil. in Euangel. 29. & Ambros. in lib. de fuga seculi c. 4. qui duas indicat esse lectiones, alteram, *& in me inueniet nihil*, alteram *& in me non inuenies nihil*, id est, non inueniet peccatum, quia peccatum nihil est, vtille explicat. At sateor quidem hanc lectionem, *& in me non inuenies quidquam*, significantiorem esse: sed nihil mutare nobis licet, de sententia disserendum. Omnes auctores quos contigit mihi legere, existimant sensum esse, *in me non habet quidquā*, id est nullum in me itus habet, quia non habeturus, ac potestatē nisi in homines peccatores. Sic Chrysostomus, Augustin. Beda, Theophylactus, aut in me non inuenier peccatum vllum, vt auctores illi interpretantur, quos diximus ita legere. Mihi aliter posse videtur esse, præsertim si legamus, *non in uenies in me quicquā*, nō poterit me vincere, nō potrit perdere, vt speras, nam etsi moriturus sum, non sum illius potentia, sed mea voluntate morturus. Hoc est, quod subiecit.

Quid sit, in me non habet quicquam.

Vt non aliquam sed consequentiam significet.

31. *Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*] Quidam hæc verba ex illis vltimis pendere putant. *Surgite eamus*, vt illis sententia compleatur, antquam ti di ceret. *surgite eamus, vt cognoscat mundus me* e Patrem diligere. Ac sunt, qui existiment ita Ne ūram poetam, & Augustinum intellexisse, quāquam ex illis ego colligere non possum. Omnes alios Chrysostomum, Theodorum Mopsuest. & Heracleotem Leontium, Cyrillum, Theophylactum, Euthymium, & Rupertum, immo & Augustin. & Bedam sequor. Subintelligendum aliquid, quod orationem impleat, vt non morior, quod vllam in me diabolus mortis causam inueniat, aut quod me suis viribus cogat mori, sed *vt cognoscat mundus*, quod Patrem diligo, & quod mandatur, facio. No propterea moriebatur, vt id *mundus* cognosceret sed vt mundum ipsum redimeret, eamrum inde consequebatur, vt eius erga Patrem amorem, & obedientiam mundus cognosceret. Itaque dictionem, *Vt* hoc loco, quemadmodum in aliis multis admotauimus, non causam, sed consequentiam significare arbitror. Loquitur vt homo, propterea dicit, *Sicut mandatum dedit mihi Pater*, vt dixit supra cap. 10. 18. Ideo autem hæc discipulis dicit, vt eo-

rum confirmet fidem, ne putet se infirmitate, aut necessitate, non voluntate sua mori.

Surgite eamus hinc.] Ex iis, quæ modo diximus, constat hæc verba non esse cum præcedentibus in vnam sententiam coniungenda sed nouam esse sententiam, qua, quia dixerat principem huius mũdi venire, discipulos exhortatur, ne segnent, sed obuiam potius illi procedant. Sic ego interpreter auctores secutus duos illos, quos citare soleo, Theodoros. Rupertus sensu pene contrario, quoniam appropinquat, inquit, qui me trader, ne nos hic in eius fors comprehendat, procedamus in locum liberum atq; patentem, vbi libera fugiendi facultas vobis sit, *vbi enim quesquam ex vobis perdet.* Chrysost. Leontius, Theophylactus, & Euthym. Christum eum videret discipulos præmunire, quæ dicebat, non satis animum attendere, quod audiuissent appropinquare principem huius mundi, ne timerent dixisse, vt in alium abirent locum, vbi sine metu cætera quæ dicturus erat, audire possent. Iccirco putant hi quatuor auctores Christum eum discipulis non in hortum Gethsemani, vbi comprehensus est, sed in alium aliquem secretum locum discessisse, vbi consolatum fuerit, quam tribus sequentibus capitibus Ioannes persequitur. Contra sentiunt omnes alij auctores, quos modo citauimus, præter Rupertum, Christum discipulos excitare, vt ad eum locum erat, vbi comprehendendus à Iudæis erat. Sed alia hinc nascitur quæstio, vbi Christus dixerit, quæ tribus sequentibus à Ioanne capitibus continentur. Nec enim id satis constat. Omnes illi auctores, quos modo diximus in ea fuisse sententia vt existimauerint Christum hic discipulos excitasse, vt ad hortum orationis irent, sentire etiam videntur statim post hæc verba à domo, vbi cænauerat, discessisse, & in via dixisse ea, quæ vsq; ad cap. 18. recensentur. Chrys. Leont. Theo. & Euthymium discessisse sed in locum alium magis tutum, vbi finita concione egressus fuerit, vt in hortum iret, vt ex hoc loco & ex c. 18. 1. colligitur. Alij non exisse statim, sed ibi etiam mansisse aliquantisper cum moratum, dum concionẽ quam coeperat, absoluerit. Prima, & vltima sententia æquales fere sunt probabilitatis, nam secundam, si actorum persona removeatur, vix probabilem indicauerim. Hæc autem vltima probabilior. Nat. Euangelista hic non dicit Christum statim, vt hæc verba dixit, exisse, itaque non cogimur id factum esse credere, capite autem 18. 1. dicitur scribit verbis prius omnia dixisse, quæ tribus sequentibus capitibus recensentur, quam egredietur, itaque id cogimur credere. Cur ergo non statim exit, cum iam dixisset, *Surgite eamus?* Facile respondeo, traxit longius ex sermone sermonem, vt fieri solet.

Quo in loco docent Chrysost. &c. quæ sequuntur.

CAPVT XV.

Sup 13. d. 10.

1 EGO sum vitis vera: & Pater meus agricola est. 2. Omnem palmitem in me non ferentẽ fructum tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. 3 Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. 6. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. 8. In hoc clarificatus est Pater meus, & fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. 10. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. 11. Hæc locutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. 15. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. 16. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a Patre meo, nota feci vobis. 17. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrẽ in nomine meo, det vobis. 17. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. 18. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. 19. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Memento sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. 21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. 22. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationẽ non habent de peccato suo. 23. Qui me odit: & Patrem meum odit. 24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. 25. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. 26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. 27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Sup 13. d 34. Epist. 1. 2. 3. Thes. 4. 5.

Matt. 18. d 19. 1 Ioan 3 a. 1. & 4. 7.

Sup 11. b 16. Matt. 10. c 24. Mat. 24 a 9.

Dt 24. 1 19. Leu. 19. f 19.

IN CAPVT XV.

EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est.] Nihil poterat discipulis ad mortem discedens dicere magis necessarium, q̃ ne se vnquam ab ipso, id est ab eius fide, ac dilectione auelli paterentur, si quidem vellent viuere, quod eleganti admodũ & omnibus nota sumpta metaphora declarat. Aliquãdo se domino vineę cõparant, qui diuersis diei horis operarios in vineã suã cõductures exierit. Mat. 20. 2. aliquãdo filiis domini vineæ, quẽ pater misisset, vt à vineę cultoribꝰ fructũ exigeret, Mat. 21. 17. Hic se vitis esse ait, quia quod volebat docere, id potissimum erat, omnium magis posse sine se viuere, quam sarmentum sine vite, cui innatum est. Patrem autem suum agricolam esse dicit, qui se vitem seruat, qui sine curam gerat, vt nihil desit ad fore, vt Pater noster, qui in se fructum non tulerit, tanquam inutile furmentũ deserat, & ignem mittat. Atq; hanc ac hiscre fuisse causam, cur se vini potius, quã alteri cuipiam arbori comparauerit, quod solent nonnulli quærere, quia putat proprium esse vitis, & voluisse docere patrem suum eos, qui fructum non ferunt, tanquam inutilia sarmenta puniturũ, abscissurumque. Veram autem se vitem Augustinus, Beda, & Rupertus vocare putant ad differentiam vitis alienæ, quam spectabat dominus facturam vuas, & ferat labruscas, de qua dictum est, *vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinum, itemque sel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Euthymius verum, id est perfectam, & spiritualem interpretatur. Nos multis iam locis docuimus ab effectu veram vitem appellari, quia melior, atq; perfectius homines in se per fidem natos nutrit, quam sarmenta ficus naturalis vitis, quæ admodum vocatur *ficus vera*, non quod vere ficus sit, qualis in Solis est, sed quia melius, quam illa homines illuminat, supra cap. 1. 9. & pane in veritate, & vinum, non quod vere panis sit non enim vere, sed metaphorice panis dicitur, sed quia melius, quam panis nutrit. Timuit Chrysostomus, Theophylactus enim, & Euthym. ne hinc Ariani occasionem sumerent Christi Calumniandi diuinitatem, quod se viri, Patrem agricolæ comparauerit, quasi Pater tanquam maior sui tanquam minoris, licet agricolã vitis curam gerat. Nam & Arianos hoc solitos obiecere. Ambros. lib. 5. de fide, cap. 5. & Basil. lib. 4. aduersus Eunom. itaque notarunt agricolam non radicis, sed sarmentorum curam gerere. Non erat meo iudicio ea obseruatio necessaria, & poterat ab Arianis facile refutari, nam & radices agricola, & quidem præ quam curam habet; non ergo in hoc similitudo vitis à Christo vsurpata est, vt doceret Patrem sui curam habere; sed in hoc volunt significare non magis nos sine ipso, quam sarmenta sine vite posse vinere, vnde potius sequitur illum esse Deum, vt D. Cyrillus argumentatur. Nam cum vt homo vitis, & caput nostrum est, quemadmodum hic Augustinus, & Ambrosius lib. 5. de fide, cap. 5. tamen ille ipse homo, nisi Deus esset, vitis & caput nostrum esse non posset. Cur ergo curam purgandi vitem, & inutilia ab ea sarmenta removendi Patri tribuit? Quia cum se vitem appellasset, operæ erat ad explendam parabolam agricolam aliquem facere; & nemini poterat id officium melius, quam Patri dare, qua Patri attribuitur prouidentia, quam & nostrum ipsum Patris præ se fert. Volunt enim inuidiam à se declinare, & eo rectum puniendi hominem, qui in se fructum non ferrent, non sibi, sed Patri tribuere: quo rei etiam plus habere videretur auctoritatis cum non se, sed patrem suum illum ipsum, in quo illi sperarent, eos puniturum diceret: sicut alio loco dixit, *Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem; est, qui accusat vos Moyses.* c. 5. 4. 5.

Ysa 5. 4.

Deuter 32. 32. 33.

Vera Vitis qua dicatur

Rupert. 6. 11.

Arianorum obiectio ex Ambrosio, & Basilio.

Trall. 10.

2. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.*] Duplex agricola erga sarmenta cura est. Quæ prorsus inutilia sunt, ea ad radicem penitus reiecat; quæ autem vtilia sunt, ea non omnino ad radicem iecat, sed purgat, id est inutiles extremitates eorum desiccat, quo plus roboris sumant, plusque afferant fructus. Ea ipsa duo docet Christus patrem suum erga homines facere; eos, qui penitus inutiles sunt, nullumque in ipsa fructum ferunt, penitus reiecare, & in ignem mittere; eos vero, qui fructum ferunt, purgare, vt etiammum plus afferam fructus. Sed vtrosdum, qui sunt, qui in Christo fructum non ferunt, quinq; qui ferunt; deinde quid sibi eos tollere, hos purgare. Non haberent, quæ solam illam fidem suam ad salutem satis esse putarent, omnes, qui veram fidem habent, fructum ferre docuit; itaque eos, qui in Christo fructum non ferunt, eos ella interpretantur, qui in illum non credunt; quamuis externa religionis specie in eum credere videantur. At quomodo palmes est, si in vite non est? Christus discipulis hoc dicebat, qui omnes vere in ipso per fidem manebant; sed exhortabatur eos, vt sola non contenti fide, opera facerent, hoc est fructum ferrent, de vt le diligerent, vt ex versu. 9. perspicuum est. Dicit quidam simile Theophylus Alexandrinus lib. 4. allegor. sed melius tamen quam illi, sarmenta quæ fructum ferunt, Catholicos; quæ fructum non ferunt, hæreticos esse. Sed neq; hic ipse proprius est sensus; multi enim Catholici fructum non ferunt, vt Iacobus toto. 2. capite epistolæ suæ differit. Sarmenta ergo in se manentia eos omnes vocat, qui in se credunt. Nam per fidem in illo tanquam palmites in vite nascimur, vt D. Basilius homil. 5. in Hexaemeron, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus. Ex iis ea est dicit fructum non ferre, quæ nihil aliud habent, quam quod in vite sint, hoc est qui solam sine bonis operibus fidem habent: eos autem fructum ferre, qui præter fidem opera etiam habent. Quid ergo de iis, qui in eum non credunt? nihil dicit, quia cum iis tantum loquebatur, qui palmites fui erant, & *qui non credit, iam iudicatus est.* Quid igitur est tollere, qui non fert fructum? Ratio videtur postulare, vt tollere sit idem illi, quam habent, auferre, si enim credendo in Christum in illo nascimur, deliberando credere abillo abscindimur, aut separamur. Sic quidam intelligunt, non quod Pater cuiquam fidem tollat, sed quod permittat, vt eam perdat, qui fine fructu habet. Aut tollere nihil aliud esse, quam ad poenam sempiternam destinare, vt aiunt Euthymius. Ego nihil aliud esse intelligo quam punire; puniuntur enim quodammodo sarmenta, cum à vite tolluntur: non enim dixit, tollit, q̃ re ipse Christo tollat homines Pater, qui omnes potius, quantum in se est, ad eum trahit; sed quod de sarmentis loqueretur, quæ si inutilia sint, non aliter, vt ita dicam, puniuntur, quam dum præcidantur, ac tolluntur à vite. Erit non ingo tolere Deum ita se permittere, vt qui eo olim diu sine operibus fidem habuit, eam etiam amittat; sed doceo, quid hoc loco significare Christus voluerit. Purgare autem eos, qui fructum ferunt, plerique intelligunt tentationibus, & rebus aduersis exercere, vt magis probi, & excultæ eorum virtutes maiorem etiam fructus ferat; sic Cyrillus, Chrysostom. Theophylactus & Euthymius, & Gregor. lib. 7. regist. cap. 32. & Paciamus epistol. 3. aduersus Nouatianos. Nihil tamen significari arbitror, quam è contrario Patrem eos, qui fructum ferunt, quo maiorem ferant fructum, eo magis excolere, eo magis iuuare, vt maiorem ferant, quemadmodum gnauus agricola facit. Quod non solum fit, dum tentationibus exercentur, sed multo magis, dum maiore cumulamur gratia. Hue enim parabola pertinebat. Notanda autem Græca paronomasia inter αἴρει, & καθαίρει, quæ Latine reddi non potuit, & vim, gratiamq; oranoni adhibet.

Sarmenta in Christo manentia quæ sint.

Sup. c. 5. 18.

Tollere sarmenta à Deo quid sit.

Purgari quid.

3. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.*] Quia de purgatione mẽtionem fecerat, vt discipulos cõsoletur, ac recta ex eo verbo occasione docet eos iam esse purgatos, operam, pinde dent, ne iterum inquinentur, sed in ea puritate,

Qui sint qui in Christo fructum ferunt, aut non ferunt.

munditiæ perseuerent. *Laui, inquit, pedes meos, &* A
Cantic. 5.3. *quomodo inquinabo illos?* quemadmodum ea. 15.10. cum de munditia mentionem feciſſe, quamuis in aliam omnino ſententiam, tamen eius occaſione verbi addidit, *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes.* Itaq;
Ver. 10. non mirum ſi de alia hic, quam ante purgatione agat, ſicut illic de alia agit munditia. cum dicit, *Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet*, de alia cum dicit, *Et vos mundi eſtis.* Nam cum dicit, *Et omnem qui fert fructum purgabit eum*, non agit de purgatione à peccatis; qui enim fructum fert, iam à peccatis
Purgatio dicitur diuina gratia acceſſio. purgatus eſt; ſed purgationem, vt diximus, diuinæ gratiæ acceſſionem appellauit. Hic autem eum dicit, *Et vos mundi eſtis*, de munditia & purgatione à peccatis agit, quam, cum in ſe, doctrinam ipſius credideriant, conſecuti fuerant. Propterea dicit, *propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* Quod id- B
circo monui, ne noui hæretici vllum ſe hic præſidium habere putent, vt probent neque purgationem illam, de qua ſuperiore verſu dictum eſt, aliter quam per fidem fieri, neque amputationem à Chriſto aliter, quam per fidei negationem. Rupertus hoc loco per ſermonem paſſionem intelligit, de qua ſerimo illi fuerat; virtute enim futuræ paſſionis eius diſcipulos fuiſſe mundatos. Id minime dubium eſt; ſed non dubito, quin per ſermonem Euangelium; omnemq; doctrinam ſuam intelligat. Attribuit autem illi mundationem, non quod proprie mundet, ſed, vt Theologi loquuntur, tanquam obiecto fidei, quia illi credendo mundamur. Fidei autem quomodo mundatio, iuſtificatioq; tribuatur, ſæpe docuimus, non tanquam fo-
Fidei quomodo iuſtificatæ tribuatur. li, ſed tanquam primus inter virtutes cauſæ. Non diſplicet, quod à nonnullis eſt animaduerſum, Chriſtum ad Iudæ defectionem alluſiſſe, quaſi dixerit, cum iam Iudas diſceſſerit, qui ſcelere immundus erat, neminem inter eos manere immundum. Certe cum c. 13. 10. dixerit, *Vos mundi eſtis, ſed non omnes*, hoc loco non addidit *ſed non omnes*, quia Iudas iam non aderat. Obſtruant Auguſtinus, Chryſoſtomus, Beda, Theophylactus, & Euthymius, aduerſus Arianos hic ſe Chriſtum, qui modo vitem fecerat, etiam agricolam facere, cum dicat ſe diſcipulos mundaſſe.

4. *Manete in me & ego in vobis.*] Quaſi dicat, ſi vultis fructum ferre, ne vos Pater tollat, *manete in me.* Cum ego fecerim, quod in me erat, inquit Theophylactus cum vos doctrina mea mundauerim, facite vos nunc, quod in vobis eſt, manete perſeueratq; in ea munditie, quam vobis dedi, quod eſt in me manere. Manere in ſe iubet, non per ſolam fidem, vt Cyrillus, & Leontius monuerunt, ſed multo maxime per caritatem, nam per fidem mul ti in eo manent, qui nullum tamẽ fructum ferunt. Agebat autem de eo genere manſionis, quo quis in ſe manent, fructum ferunt, quod ſine caritate fieri non poteſt. Multa aliquando ſarmenta in vite manent, ſed arida, & exſucca, & emortua, quia humorem ex radice non trahunt. Huius ſunt modi, qui ſola Chriſto fide hærent, ſarmenta quidem ſunt, & in vite manent, ſed mortua, & arida ſunt, quia nullum ex Chriſto gratiæ humorem trahunt, qui ſine
Humor gratiæ ſine caritate qua anima Chriſti eſt, non trahitur. caritate, quæ animi vita eſt, trahi non poteſt. Recte quidem hactenus, ſed quid eſt. *Et ego in vobis?* E
Sunt qui interpretentur, Si vos in me manſeritis, & ego in vobis maneho, id eſt non deſeram vos, ſed in rebus aduerſis vobis adero, aut ego in vobis manebo vitam vobis dando, vt Euthymius exponit. Alii, quibus ego magis aſſentior, *manete in me*, & efficite, vt *& ego in vobis* maneam, aut date operam, vt & vos in me, & ego in vobis maneam. Vnde duo colliguntur; alterum, in noſtra eſſe poteſtate iuuante diuina gratia, vt in accepta manemus gratia vt recte hoc loco Leontius, & Heracleotes obſeruauerunt; alterum, non ſta-
Libertas arbitrii. te niſi per nos, quo minus Chriſtus in nobis maneat. Sic enim hic loquitur, quaſi ex nobis ſolis pendeat, quod in nobis maneat, ſe enim paratum eſſe, vt ſemper nobiſcum maneat. At quo modo Chriſtus in nobis manet? nec enim vnis in ſarmentis, ſed ſarmenta in vite manent. Id recta, e- *Quomodo Chriſtus in nobis, vitis in ſarmentis manet.*
legantercq; edidſerit Auguſtin. Bedeque eius verbis. *Tract 81.*
Nam eo, inquit, modo ille in ipſo, ſicut ipſe en illo: verum- que autem prodeſt nam ipſi; ſed illi: ita quippe in vite ſunt palmites, vt vitis non conferant, ſed inde accipiant, vnde viuant; ita vero vitis eſt in palmitibus, vt vita alimentum ſubminiſtret eis. As per hoc & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto diſcipulo prodeſt verum que non Chriſto; nam præciſe palmite potẽs de vina radice aliũ palmitem; qui autem præciſus eſt, ſine radice non poteſt viuere.

Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite ſic nec vos niſi in me manſeritis.] Reddidit eſt cauſa tanquam dicat, *Manete in me*, quia *ſicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis.* Quod ſi fructum non tuleritis, pater meus agricola tollet vos. Quod dicit, *niſi manſerit in vite*, ſi Latinæ orationis, aut etiam Græcæ proprietatem ſpectes, ſententiam colliges abſurdam, ſenſus enim erit, ſi non manſerit in vite, non poſſe ex ſe fructum ferre; tamen ſi in vite manſerit, fructum ex ſe ferre poſſe. Quod abſurdum eſt, nam etiam cum in vite manet non ex ſe, id eſt non ſine vite fructum fert. Poſſe- *Quid eſt ferre fructũ à ſemetipſo.*
mus, quidem interpretari illud, *à ſemetipſo*, ita vti- C
dem valeret, quod ex ſuo corpore, ex ſua ſubſtan- *Ch. Bec. in annotat.*
tia, non idem, quod per ſe ſolum, & ſine vite. Quo ſenſu nulla eſſet abſurditas, ſi poſtea ſequeretur, *niſi manſerit in vite*; quia non conſequens ſententia eſſet, ſicut palmes non poteſt fructum vllum ferre, niſi manſerit in vite, ita nec vos, niſi in me manſeritis: ſed quia circunſtantia loci poſtulat, vt *à ſemetipſo*, idem ſit quod per ſe ſolum, ac ſine vite, videtur abſurde ſequi, *niſi manſerit in vite.* *niſi pro ſed Hebr.*
Nouus quidam hæreticorum interpres, qui exiſtimauit per exegeſim hoc dictum eſſe quaſi diceret, *non poteſt ferre fructum à ſemetipſo*, id eſt, *niſi manſerit in vite.* Hebraiſoi vim, vſumq; non animaduertit, לולא pro אך *niſi pro ſed*, qualem Hebraiſmum ſupra notauimus. c. 5. 19. *Filius non poteſt ex ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem:* id eſt non poteſt ex ſe facere quidquam, ſed quod vidi- D
erit Patrem facientem. Ad eundem modum hic, *palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite*, pro, ſed manens in vite. *Hebraiſm.*

5. *Ego ſum vitis, & vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*] Explicat ſuperiorem ſimilitudinẽ, & ad ſe, ac diſcipulos accommodat. *Qui manet in me, & ego in eo*, Hebraica dictum eſt phraſi, quæ Latine ſic eſt reſolvenda, *Qui manet in me*, & in quo ego maneo, *hic fert fructum multum.* Quid opus erat dicere, In quo ego maneo? an poteſt quiſquam in Chriſto manere, quin Chriſtus viciſſim in illo maneat? Minime vero, ſed dicit, *Et ego in eo*, vt mutuam inter vitem, & palmites coniunctionem ſignificet, & vt cauſam ferendi fructus declaret; non enim quia palmes in vite, ſed quia vitis in palmite manet, palmes fructum fert, id eſt quia humorem, & vitam illi tribuit. Niſi quis malit dicere, quod congruenter ſententiæ ſuæ d xiſſet Auguſtinus, ſi quæſtionem attigiſſet, non ſi quis in Chriſto manet, continuo & Chriſtum in ipſo manere, quia, vt paulo ante ex eodem Auguſtino dicebamus, Chriſtum in nobis manere eſt ſicut vitem ſarmentis vitam dare; non dat autem omnibus vitam qui in ſe per fidem manent, niſi etiam manent in illo per caritatem. Iis autem, quamuis in Chriſto ipſi maneant, quia tamen in ipſis Chriſtus non manet, fructum ferre non poſſunt. Atq; ad hunc modum

Euthy-

Euthymius interpretatur. Qui ergo *manet in me*, & A
in quo ego maneo, *hic* dicit non eſt, *qui fert fructum multum*, non alius; hanc enim vim habet pronomen illud, *hic* poſtpoſitum.

Quia ſine me nihil poteſtis facere.] Illuſtris ſententia Auguſtini primum, deinde omnium Catholicorum aduerſus Pelagianos diſputationis. Ea hodie nouis etiam hæreticis abutimur; vt probent non ſolum nos nihil ſine Chriſto, id eſt ſine eius gratia poſſe facere, quod quoquo modo, & vt Theologi loquuntur, moraliter bonum ſit; ſed nec in Chriſto manentes quidquam nos ex nobis facere, id eſt quidquam cum eius gratia cooperari; & nos, quia contra ſentimus, homines ſcilicet Catholici Pelagianos vocant. Pelagiani e- *Hæretici noſtris temporibus Manichæi ſunt.*
nim illis videmur eſſe, non quod nos Pelagiani, B
ſed quod illi Manichæi ſint, & Catholicos Manichæis Pelagianos videri neceſſe eſt. Vterq; prius error refellendus; deinde diſcendum, qua de re ipſi inter ſe Catholici fide integra diſſentiant, & quibus magis aſſentiendum iudicemus. Iuuat hoc loco ponere verba Caluini hæreticorum magiſtri, vt lector quam abſurda, quam male cohærentia dicant, intelligat. *Fatebor*, inquit, *hanc ſententiam non extemplo modo ſed etiam tunc; imo potius eludunt. Etſi enim verba tenue fatentur nos ſine Chriſto nil poſſe, aliquid tamen facultatis ſuppetere meos ſonantent, quod per ſe quidem non ſufficiat, ſed Dei gratia adiutum coo- peretur; nec enim hominem ita examinari ſuſtinent, quin aliquid ex ſe conferat. Verum tam clara Chriſti verba eludere non ita promptum eſt. Tale eſt Papiſtarum commentum nos ſine Chriſto nihil poſſe, ab ipſa- C
met adiutos habere aliquid ex nobis præter eius gratiam. Chriſtus vero contra pronuntiat nos nihil poſſe ex nobis, palmes inquit, nullum fructum affert a ſemetipſo. Ergo non tantum cooperantis ſua gratiæ auxilium hic com- mendat, ſed nos penitus quicquam quam virtute, niſi quam ſuppeditat ipſe nobis; ergo hæc particula, ſine me, ſic re- ſolui debet, non niſi ex me.* Plures hic errores appa- *Scholaſtico- rum quorun- dam error refutatur.*
Errores Ca- rii Caluini remouentur.
rent, quam quos ego propoſueram. Nam præter- quam quod in ſumma rei errat, aut noſtra, aut Chriſti verba non intelligit. Si enim putat nos ſic- cere poſſe nos aliquid ex nobis, id eſt ſine Chriſto, ſententiam noſtram non intelligit; non enim di- cimus poſſe nos aliquid, quod ad iuſtificationem pertineat, ex nobis, hoc eſt ſine Chriſto. ſed ex no- bis, id eſt nobis etiam cum Chriſto cooperantibus. Si autem ne hoc quidem ſenſu putat nos cum Chri- D
ſto nihil ex nobis poſſe, Chriſti non intelligit ver- ba. Cum enim Chriſtus dicit palmitem nullum ex ſe fructum ferre poſſe, non eſt ſenſus palmitem etiam in vite manentem nihil facere, nihil confer- re, cum fructum fert, ſed ex ſe, id eſt ſine vite nullum fructum ferre poſſe. Hoc enim ipſum Chriſtus agebat, non vt doceret nihil conferre pal- mitem, ſed vt doceret nihil niſi in vite manen- tem conferre poſſe. Imo potius docebat conferre etiam palmitem aliquid, modo in vite maneret, propterea enim diſcipulos hortabatur, vt in ſe ma- nerent, vt fructum ferre poſſent. Resp ipſa ita docet. Quis enim non videt palmitem in vite manentem ad ferendum fructum natura ſua con- ferre aliquid? Hoc profecto qui negat non ſcri- E
pturam modo, & Theologiam, verum agricul- turam etiam, & naturam vniuerſam ignorat. Alter in his verbis error Caluini eſt, quod non intelligat, quid ſit, *ſine me*; non enim idem va- let, quod non niſi ex me, vt ille interpretatur, ſed idem, quod non manentis in me. Opponit e- nim hæc duo, manere in ſe, & ſine ſe, quare i- dem ſit neceſſe eſt *ſine me*, &, *niſi in me manſeritis.* Ergo pro illo, *ſine me*, quando idem ſunt, dicamus, niſi in me manſeritis, & experiamur y- ex his verbis, noſtrane, an Caluiniſtarum ſen- tentia colligatur. Illi quide.n recte colligere non poſſunt, niſi in me manſerint, nihil poteſtis fa- cere; ergo etiamſi in me manſerint, nihil poteſtis ſi- pli facere; ego enim ſolus omnia facio. Quis e- nim non rideat ita colligentem, cum ſi de palmi- te eodem modo diſputaret, agricolæ riderent, pal- mes ſi in vite non manſerit, nullum fructum fer- re poteſt: ergo etiamſi in vite manſerit non ipſe, ſed ſola ſine ipſo vite fructum ferre poteſt? quis quæſo tam ruſticus eſt, qui iſtum tam inepte diſputantem non exhibilet? Nos contra recte col- ligimus, Niſi in Chriſto manſerimus, nihil poſſu- mus facere: ergo ſi in illo manſerimus, aliquid fa- cere poterimus. Quis enim non videat hoc recte ſequi? Id in palmite magis apparebit, palmes niſi manſerit in vite, non poteſt fructum facere; ergo B
ſi in vite manſerit, poterit. Si enim non ſequitur, cur non idem de ſaxo dicitur, Saxum niſi in vite manſerit, nullum fructum afferre poterit? Cur ſi quis hoc diceret, tanquam ineptus, abſurdiſſ ri- deretur, niſi quia ſaxum etiamſi in vite maneret, nullum fructum ferre poſſet? Propterea ergo non ineptе dicitur, palmitem, niſi manſerit in vite, fru- ctum ferre non poſſe, quia ſi in vite manſerit, fru- ctum ferre poteſt. Denuq; cur illi quæſo negant nos, antequam gratiam habeamus quidquam poſſe boni facere, niſi quia non habemus liberum arbi- trium? Atqui iidem ipſi docent, per gratiã liberũ arbi trium prius perditum recuperari, prius mortuum ſuſcitari; ergo cum gratiam habemus, liberum arbitrium iam recuperatum, iam ſuſcitatum ali- quid oget. Ad primum veniamus errorem, qui illis cum nonnullis de ſchola Cathol ex communi eſt. Colligunt ex hoc loco nos ſine gratia Chriſti, quam ſpecialem vocant, non ſolum nihil vllo dignum apud Deum præmio, ſed omnino nihil, quod quoquo modo bonum ſit, poſſe facere, nec enim dixiſſe Chriſtum ſine me parum, *ſed ſine me nihil poteſtis facere.* Quod verbum Mileuita- num, & Arauſicanum Concilium, & ſæpe Diuus Auguſtinus contra Pelagianos vrgent, exaggge- rant præmunt. Duplex quæſtio eſt, quæ vna vi- detur eſſe. Aliud enim eſt quærere, vtrum ſine Chriſto, id eſt antequam in Chriſto maneamus, quod Theologi dicunt, ſine gratia iuſtificante, & habituali, aliquid boni facere poſſimus, quod proprie ad huius loci explicationẽ pertinet; aliud, an ante quam in Chriſto maneamus, ſine illo, id eſt ſine ſpeciali eius gratia non habituali, ſed a- D
ctuali poſſimus facere aliquid boni. Prior *Vide c. 6. 5. & ſeq.* quæſtio iam à Concilio Tridentino explicata *& 7. & ſeq.* eſt; docet enim poſſe nos per actualem, præue- *1. & 4.* nientemque gratiam Chriſti ad gratiam habitua- lem, & iuſtificationem diſponere: diſpoſitio au- tem ad gratiam non per mala, ſed per bona vtiq; opera fit. Nam malum non poteſt diſpoſitio ad *Ibidem c. 6 & can. 8.* bonum eſſe. Docet præterea motum ponarum inferri, qui iuſtificationem antecedit, non ma- lum, ſed bonum eſſe. Ex quo ſequitur neceſ- ſario hunc locum ex Concilii Tridentini ſenten- tia ad hunc modum intelligendum, *Sine me nihil poteſtis facere*, quod vitæ æternæ, aut gratiæ dignum ſit, id eſt nihil meritorum, vt Theologi loquun- tur. Qui ſenſus etiamſi Concilium non inter- pretaretur, ex ipſis Chriſti verbis ab acuto, & at- tento lectore facile colligeretur. Quid enim eſt, *nihil poteſtis facere*, niſi nullum poteſtis facere fru- ctum, quemadmodum de palmite dixerat? Fru- ctus autem eſt meritum, fructus eſt præmium. Poſ- ſumus ergo ſine illo, id eſt ante quam in illo per ca- ritatem coniuncti maneamus, aliquid boni facere ſed illud ipſum bonum fructus non eſt quia nec gratia nec præmio vllo dignum eſt. Altera et- iam quæſtio diſtinguenda eſt; nam aliud eſt quæ- rere, an ſine actuali Chriſti gratia aliquid boni fa- cere poſſimus, quod quamuis gratiam, iuſtifica-

tionem.

tionemque non mereatur, donec ad iustificationem aliquo modo fateam tanquam dispositio pertineat: aliud, an possimus aliquid boni facere, siue ad iustificationem pertineat, siue non. Prior pars quæstionis etiam est à Concilio Tridentino definita; docet enim omne iustificationis initium omnium ad iustificationem dispositionem non à nobis, sed præuenientis, & actualis Christi gratia sumi oportere. Secunda pars manet in dubio; nec noui solum hæretici, sed nonnulli etiam Catholici negant quidquam nos quocunque modo bonum, sine actuali Christi gratia per solum illud generale, quod vocant, auxilium omnibus hominibus commune facere posse. Quibus ego tres ob causas nequaquam assentior, & quia hæreticos, id est malos omnino amat deus, aut eiusdem sententiæ defensores habent; & quia experientia ipsa videtur nos docere contrarium; quis enim mortalium est, qui non aliquid aliquando boni faciat, quale est parentes diligere, pauperis misereri, dolere, quod aliquid mali fecerit, quod dignum homine non fuerit, & si nihil aliud, velle saluum esse, quod profecto bonum est? & quia ii ex sententia sequenda esset; propter hunc potissimum locum sequenda esset; at hic locus, vt modo Concilium etiam Tridentini auctoritate probauimus, non de actuali, sed de habituali, & iustificante gratia, per quam in Christo manemus, & fructum ferimus, intelligendus est. Itaque aut illa sine sententia probari non potest, aut illa eadem ratione probari poterit, non posse nos ante quam in Christo manemus, per ea quæ præuenimur gratiam dispondere, vt in eo maneamus, quæ à Tridentino Concilio damnata est. Contra Pelagianos vero munitissimus hic erat locus; docebant enim illo non solum posse nos sine diuina gratia aliquid boni facere, sed etiam posse & gratiam, & vitam æternam sine vlla merere gratia, gratiam vero illam, per quam in Christo manemus, non id nobis facere, vt possimus, sed vt facilius possimus mereri etiam æternam: atque hoc sensu in Mileuitano, & Arausicano Concilio damnata est. Hoc est, quod D. Augustin. vrgere solet non dixisse Christum sine me parum, aut difficilius posse nos facere, sed, *sine me nihil potestis facere*, lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium & Cœlestium. cap. 29. & lib. 1. contra duas epistol. Pelag. c. 8.

An aliquod bonum possimus facere sine gratia.

Pelagianorum error.

In parabolis multa dicuntur ad explendam narrationem.

Quis hos recte intelligat.

Quis sensus sit, Sine me nihil potestis facere.

6. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet; & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.*] Docuerat, quid bonis eos consequeretur, qui in se manerent, vt fructum plurimum afferrent, id est vitam æternam mererentur, quo nullus maior, nullus vberior fructus esse posset; docet nunc quid eos consequatur mali, qui in se non manserint. Idem illis faciendum esse, quod inutilibus sit sarmentis; primum à vite præciduntur; deinde colliguntur, congeruntur in strues, arescunt, & in ignem comburenda mittuntur, ad nullam aliam rem vtilia. Quid enim *fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam, vtramque partem eius consumpsit ignis.* Ezechiel. 15. 2. 3. 4. Quid hæc singula significent, minime subtiliter quærendum esse arbitror; nec enim propterea dicta sunt, quod in hominibus, qui in Christo non manent, eadem quæque, aut alia similia facienda sint, sed quod ea in sarmentis à vite præcisis fieri soleant. vt colligantur, foras mittantur, arescant, in ignem conijciantur, & ardeant. His ergo omnibus nihil significatur aliud, quam eos, qui in Christo non manserint, igne inferni sempiterno esse puniendos. Non sunt singulæ parabolæ partes ad rem semper per parabolam significatam accommodandæ, multa enim dicuntur ad explendam, ornandamque narrationem. Si quis tamen velit singula ad eas, quæ in Christo non manent, accommodare, obserset. uet primo loco eum palmitem, qui in se non manserit, à se præcidendum esse quod in sarmentis primum fit, aut quia iam dixerat in se non manere, id est à se præcisum esse, aut quia qui in Christo nō manet, non præciditur à Deo; sed se ipse præcidit. Deinde non esse his in rebus seruatum ordinem. Nam posti sarmentorum præcisionem primū colligantur, & in fasces colligantur, deinde mittuntur foras, id est extra vineam exportantur: tertio loco arescunt, quarto in ignem missi ardent. Quid sit homines colligi, qui in Christo non manent, Matth. 13. 41. 42. alia Christus parabola declarauit, *Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.* Atq; hoc ipsum est mitti foras, id est extra vineam electam Domini ab electorum consortio separari, quod in alia parabola dixit mitti *in tenebras exteriores*, Matth. 8. 12. & 22. 13. & 25. 30. Arescere quidam interpretantur spiritum Dei perdere aut spiritu aresci. At nemo foras eiicitur, nisi cuius prius spiritus aruerit. Nihil ergo aliud intelligo, quam ita damnari, vt nulla illis maior spes reliqua sit pœnitentiæ, & ad Christum reuertendi, quam aridis sarmentis est renascendi rursum in vite. Sequentem versum c. 14. 13. explicauimus.

Quis hos recte intelligat.

Quis sensus sit, Sine me nihil potestis facere.

Lib. 10. c. 19.

Præteritum pro præsenti aut futuro positum.

Hebraismus.

Quis sensus sit, Sine me nihil potestis facere.

Clarificari, seu glorificare Patrem quid sit.

Quis hos recte intelligat.

Dilectionis nomen quo modo hic sumatur.

Quis hos recte intelligat.

Quis hos recte intelligat.

*Quis hos recte intelligat

vt noster verit interpres. Quomodo dicat Pater se præcepta seruare, sæpe docuimus, loquitur vt homo. Itaq; Chrysost. & Theophylact. & Euthymius monent, cum alias hæc dicta, *sicut*, non soleant æqualitatem, sed similitudinem, & proportionem quandam significare, cum Christus de se & de nobis loquitur, hoc tamen loco æqualitatem declarare, quia de se, tanquam de homine loquitur, æqualis nobiscum natura.

11. *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*] Docet ea, quæ hactenus discipulis dixit, non tam sua, quam ipsorum causa dixisse, vt non solum sor, sed ipsorum lætitia plena esset, atq; perfecta. Quod Christus gaudium suum vocet, res apud doctos & sacras interpretationes immenso Cyrillus, & Leontius existimant gaudium suum, non suum, sed discipulorum gaudium appellare, quasi dicat, *vt gaudium meum in vobis sit*, id est vestrum gaudium vestrum sit, quale meum est, vt quibus ego rebus gaudeo, & vos gaudeatis. Hanc interpretationem ideo non probo, quia non ita agebat Christus, vt doceret, quibus rebus gaudere eos oporteret, sed, vt proposito gaudio, quod & ipse, & illi inde consecuturi essent, erat ad se diligendum horrare tur. Theophylactus, & Euthymius gaudium Christi passum, non actum dici putant, non qu Christus ipse, sed quo discipuli de Christo gaudebant; nam cum dicit gaudium meum, & gaudium vestrum non diuersum, sed idem dicit gaudium. Verum hac ipsa ratione hæc opinio refutatur; facta enim per se perfectum est, diuersum significari gaudium, nihil absurdum, & tautologicam orationem dicere velimus. Verè igitur Augustini, Bedæ, & Ruperti sententia est, diuersum fuisse discipulorum gaudium quamuis de eadem fortasse re, Christum significare, fuisse q; gaudium actiue dicere, non quo alii de se, sed quo ipse gaudeat. Hoc tantum interest, quod Rupertus gaudium Christi ad eius passionem refert, quod videtur non satis congruenter sensum habere posse. Quod enim modo eiusmodi gaudium discipulis esse poterat? Augustinus, & Beda referunt ad eius gratiam, cuia fit, vt de nobis gaudeat. *Quod est, inquit, gaudium Christi in nobis, nisi quo dignatur gaudere de nobis?* Quod si recte intelligatur, verum est, sed clariùs, vt opinor, rem ego explicabo. Credo verum q; gaudium, & Christi, & discipulorum, ad id esse referendum, quod illis paulo ante commendauerat, *Manete in dilectione mea*, & ad cætera, quæ in eandem sententiam disseruerat. Sed gaudium Christi ad id refertur, tanquam ad materiam, gaudium vero discipulorum tanquam ad causam. Ait enim Christus se propterea tantopere ad dilectionem sui exhortatum eos esse, vt ex eorum ergà se, & inter ipsos amore, exercitij bonis ipsorum moribus lætitiam percipiat; quemadmodum bonus pater bonis filiorum moribus, debitoque erga se amore, atque obseruantia lætari solet: & vt eadem ipsi erga se dilectione non solum in hac gauderent vita, mirificam à Christo etiam in rebus aduersis consolationem acciperent, sed meterentur etiam plenam in altera vita lætitiam, perfectamque persipere. Hoc est, *vt gaudium vestrum impleatur*, plenum sit. Nunc eos non nisi tenuem quendam habere gustum voluptatis eius, quæ ex ipsius dilectione caperetur; tunc eos perfectam ipsam percepturos voluptatem, si in eadem dilectione perseuerauerint. Fecit, ac dixit, quod facere, dicereque solet pater filios aut longe ipse profecturus relinquens, aut à se aliquo diuertens. Exhortauit vt mutuæ inter se caritatis, reuerentiæque in parem memores sint: id & sibi, & ipsis gaudio futurum: sibi quidem, quod nihil optet, quam probos, & morigeros habere filios; ipsis; vero, quod si id fecerint magnam illis, vnde gaudeant, hæreditatem daturus sit. Sed quia hæc ipsa, ad quam ex hortabatur, dilectio ex ipsius fine dubio gratia profecturus, recte ponit Augustinus dicere. *Quod est gaudium Christi in nobis, nisi quo dignatur gaudere de nobis?* Quod metu, vt opinor, Pelagianorum dixit, ne forte existimarent significare Christum aliquid ex nostro non habere, quo ille gaudere posset. Hoc, quamuis leue, indicauerim quod dicit *in vobis*, Hebraismum esse, pro, vestrum ob causam, aut propter vos.

Cur gaudiũ suum vocet Christus.

Hebraismus.

12. *Hæc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.*] Non solum explicat, quid sit id, vnde & sibi, & ipsis magnum esset gaudium accessirum; sed ea occasione illud ipsum mutuæ caritatis præceptum repetit, quod sciebat non satis prodigoitate posse commendari. Idem dixerat capite 13. 34. *Mandatum nouum*, hic mandatum suum vocat, vnde illa nascitur quæstio, quam his proponit verbis Augustinus. *Nunc mandata repetitio commendatio est; nisi quod ait, Mandatum, inquit, nouum do vobis; his autem, hoc est, in quit, mandatum meum. Ita tanquam consuerint ante tale mandatum; hoc tanquam non sit aliud eum mandatum.* Hæc ille more suo subtiliter, & scite, sed cum nititur quæstionem soluere, ad sensum magis allegoricum, quam literalem inclinat. Sic enim respondet, *sed ibi dictum est nouum, nempe veritate nostra perseuerantes; hic dictum est, meum, ne contemnendum putemus.* Quod Beda, vt solet, in suos transtulit commentarios. Cur illic nouum appellauerit, eo loco docuimus; cur hic suum dicat, nunc disputamus. Nota est, & Ecclesiastico trita vsi Gregorij responsio homil. 27. in Euangel. quam & Rupertus viurpauit. *Cum enim, inquit, præcepta quæq; diuina plena sint præceptis, quid est, quod ac dilectione quasi de singulari mandato Dominus dixit, hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem; nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur in solo caritatis fundatur? Vt enim multi rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna caritate generantur nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice caritatis. Præcepta ergo dominica & multa sunt, & vnum; multa per diuersitatem operis; & vnum in radice dilectionis.* Dicta sunt hæc subtiliter magno vulgo probata consensit; sed non videntur mihi genuinum Christi sensum explicare; tamen enim, vt ego quidem opinor, abest, vt Christus significare voluerit aut aliud non esse præceptum, autem hoc alia omnia consistere, vt potius voluerit hoc, & ab aliis distinguere, & cum illis comparare, & omnibus anteferre. In qua re omnis vis, omnisque gratia posita est huius sententiæ, quæ perit omnino nis, qui cum præcepto caritatis præcepta omnia confundunt. Sicut ergo locum illum cap. 13. 34. per hunc locum expoluimus, ita hunc per illius explicationem exponendum esse iudicio. Hoc mandatum suum vocat, non quod alia non habeat, quę & ipsa à nobis seruari velit, sed, quod hoc maxime omnium commendet, maxime omnium seruari velit, maxime omnium necessarium esse sciat. Quemadmodum si pater multos habens filios, de vno eorum aliquo, qui sibi obsequentissimus, & carissimus sit, dicat; Hic est meus filius, non negans alios esse, sed significans hunc maxime esse. Docet autem eos, vt se inuicem diligant nō verbis solum, sed suo etiam exemplo. *Sicut dilexi vos*, inq; Quasi dicat, Nihil vos facere iubeo, quod ipse prius non fecerim: nemo indignos amore suo putare debet, quos ego tantopere dilexerim. Cum dicit *sicut*, non modum, sed magnitudinem declarat dilectionis; itaq; interpretationem illam Gregorij vulgarem non recipio. *Ad hoc, inquit, amate, ad quod amauit vos.* Melius Rupert. *Palam faciebat, quomodo, vel quan-*

Quomodo mandatum dilectionis nouum & suum Christus. Tract 83.

Præs. pro fut.

Quomodo maxima dicatur pro animam ponere.

Tract. 83.

Lib. 11.

quantum diligeret nos, tanquam si apertius dixisset, vsque ad mortem diligite inuicem, quia vsque ad mortem dilexit vos.

13. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*] Multi Latini codices, ac fere antiquissimi quippe corrupte legunt, *Quam, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, vitio fundi, vt opinor, nato, quod qui vulgo hoc lectitabant, non existimarent sine ea particula sensum constare posse. Constat autem melius sine illa, *hac dilectione*, nempe *vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, *eximo maiorem habet*; aut, *hac dilectione, qua quis animam suam ponit pro amicis suis, nemo maiorem habet.* Contra vero si legatur, *quam* sententia corrumpitur; efficitur enim hic sensus, hac caritate nemo maiorem habet, nisi si animam suam ponat pro amicis suis; itaq; significatur eam caritatem, qua aliquis animam suam pro amicis suis ponit, maiorem esse ea, qua Christus dilexit nos; quod falsum, atque absurdum penitus est. Manauit tamen etiam in magnos auctores Augustinum, Gregorium, Bedam, Bernardum sermone in festa quarta hebdomadæ sanctæ, & sermon. 9. in Psalm. *Qui habitat in adiutorio*, & alios posteriores idem vitium, duos neque Græca consulunt, neque vim verborum expendunt. Solus pene Lamorum Rupertus sine quam legit. Probat igitur quod dixerat, *Sicut dilexi vos*, docetque se discipulos dilexisse, & quidem quanta maxima fieri potest caritate, ita vt animam suam pro illis posuerit, id est ponere decreuerit. De sua enim loquitur caritate, cum dicit, *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, discipulosque ad eiusdem caritatis imitationem exhortatur. Mouent nonnulli quæstionem de ipsa verbate sententiæ, quomodo maiorem hac caritatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, cum vt indicat D. Paulus Rom. 5. 7. 8. Petrus 1. epistola cap. 3. 18. maioris sit caritatis pro inimicis, quam pro amicis mori. *Commendat, inquit, Deus caritatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Diuus Bernardus in sermone de festa quarta hebdomadæ sanctæ putat ita esse, neque hic maximum, sed eam, quæ inter homines maxima esse solet caritatem significari, *Tu, inquit, maiorem habuisti Domine ponendo eam etiam pro inimicis tuis.* Itaque Bernardi iudicio non de tua Christus agit caritate, quod modo refutauimus. Melius alii, neminem pro inimico animam suam ponere, nam eo ipso, quod ponit eum diligit; sed dicitur Christus animam suam pro inimicis suis posuisse, quia pro iis posuit, qui quamuis ipse eos diligeret, ipsi tamen eum non diligebant. Ergo pro iis posuit, qui & amici, & inimici erant; amici, quemadmodum hic ipse vocat, quia ab eo diligebantur; inimici; quemadmodum ille vocat Diuus Paulus, quia ipsum non diligebant. Cur ergo amicos hic appellauit, cum inimicos vocare posset? Respondet Rupertus, *vt suauitate, inquit, locutionis dilectionem in auditorium sensum diffunderet eius dem, quam illis mandabat dilectionis.* Aliam quoque rationem reddit. Non quia iam erant amici, sed quia nunc, eo patiente fiebant amici. *Alia prompior est ratio, agebat de dilectione, qua ipse discipulos prosecutus esset, volebatque probare non potuisse se magis diligere, quam dilexerat, cum animam suam pro ipsis posuisset; non conuenisse ergo inimicos appellare, quos ollendere volebat adeo carissimos.* Id est amicos sibi fuisse. Animam ex Hebræorum idiomate pro vita sumi certum est. Quæ autem vim habeat verbū illud ponere, nempe vt voluntariam significet mortem c. 10. 15. obseruauimus.

Lib. 12.

Anima pro vita Hebraismus.

14. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæcunque ego præcipio vobis.*] Occasione vnius verbi, *pro amicis suis*, docet discipulos, quo modo amici sui esse possint, ac debeant; quemadmodum solet ex sermone sermonem nectere, occasionesq; captare omnes discipulos instituendi, vt supra versu. 3. & 9. Præsens tempus pro futuro ponit, *estis* pro eritis, vt notat Euthymius. hoc enim postulat verbum subiunctum modi: *si feceritis*, vt versu 8. *clarificatus est*, pro clarificabitur. Quid ergo? nonne iam amici erant? erant sane, sed docet, qua ratione in eius amicitia permanere debeant, si faciant, quæ ipsis præceperat. Quemadmodum amicus amico sæpe solet dicere, si hoc feceris amicus mens eris, non vtique significans nondum amicum suum esse; sed aut defuturum amicum suum esse, si non fecerit; aut eare declaraturum vere amicum suum esse. Itaque nihil aliud hac sententia significatur, quam illa superiore versu 10. *si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Obseruandum est aliter hic amicos, quam versu præcedenti appellare. Illic amicos suos dixerat, non quod ipsum illi dilexissent, sed quod ab illo dilecti fuissent; hic autem amicos vocat, quod se diligerent: sicut contrario sequenti versu amicos vocat, quos ipse diligebat. Solent enim huiusmodi verborum ambiguitate vti, vt versu. 3. admonabamus. Ridiculi vero hoc loco sunt hæreticorum interpretes. Obseruant non dixisse Christum, *Et vos amici mei estis*, si feceritis quæcunque ego feci, aut facturus sum, sed, *si feceritis, quæcunque præcipio vobis*; itaque hoc verbo non solum quadragesimæ traditiones & præcepta Ecclesiæ excludi præcepta. Stulti non animadvertunt eundem Christum, qui hoc loco dicit, *vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis*, alio loco dicere, *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & facialis*, cap. 13. 15. & tamen nullum nobis de laudandis pedibus præceptum reliquit. Quemadmodum ergo vult, vt ipsum in lotione pedum imitemur, quamuis nullum nobis de ea præceptum reliquerit; ita vult, vt alia faciamus, quæ prior ipse fecerit, quamuis præcipere noluerit, modo ad virtutem aliquam referantur. Nam quædam illi diuinitus fecit, quæ nos facere non possumus. In eo vero magis sunt stupidi, quod non intelligant, qui Ecclesiæ obedit. Christo obedire, qui nos obedire iussit Ecclesiæ. Cum per suos Apostolos Petrum, ac Paulum non Ecclesiasticis solum superioribus, sed secularibus etiam, sed Gentilibus, & dyscolis magistratibus obtemperare iubeat, quia *qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, Roman. 13. 2.

Præsens pro futuro frequentissimum.

Refutantur Hæretici reiicientes traditiones & præcepta Ecclesiæ.

1. Petr. 2. 13. 18. ad Tit. 3. 1. Rom. 13. 1. 2. 3. 5.

15. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis.*] Reddit causam, cur eos amicos appellauerit, simulque suam erga illos caritatem commendat, quod cum illis communicasset, quidquid secretū à Patre accepisset, quod singularis amicitiæ indicium est. Græce non est λέγω, id est *dicam*, sed, λοιπὸν id est *dico*, quemadmodum alicui videri possit potius fuisse vertendum, quia statim sequitur, *Vos autem dixi amicos.* Sed melius noster vertit interpres; ponitur enim præsens pro futuro; quemadmodum superiore versu *Estis*, pro eritis, vt indicat illa particula *iam*, aut amplius, aut in posterum, deinceps, quæ futuri temporis nota est. Cur ergo statim dicit, *Dixi?* Significat se deinceps amicos vocaturum esse, quemadmodum iam tunc facere cœpisset. *Vos, tum. inquit, dixi amicos.* Existunt autem ex his verbis multæ quæstiunculæ. Prima illa, quam nemo videtur attigisse, quomodo dicat, *Iam non dicam vos seruos?* quasi antea seruos soleret eos appel-

Præsens pro futuro.

An discipuli seruos ausi appellauerit.

appellare, quod nusquam eum fecisse legimus. Vocauit quidem seipsum dominum, c. 13. 13. vnde sequitur illos fuisse seruos; sed non vocauit dominum eo sensu, quo dominus serui, sed eo, quo Rex populi, magister discipulorum dominus appellatur: qui ita honoris causa domini dicuntur, vt neque populus Regis, neque discipulus præceptoris serui dicantur. Quin ne isto quidem modo se ipse dominum dixit, sed quod sic à discipulis appellaretur, approbauit; quod, vt illo diximus loco, maioris modestiæ est, quam fuisse se ita vocauisse. Ita quidem est; cæterum Christus nolunt dicere, quo nomine prius discipulos loquendi vocauisset, aut quo deinceps vocaturus esset; sed quomodo se ante ergà illos gessisset, quomodo se iam gereret, & in posterum gesturus esset. Prius tanquam erga seruos se gessisse videri poterat non cæteris quidem rebus, non duritie tractationis, nõ asperitate verborum, nõ appellationis ignominia, sed hac nimirum vna, quod obscurius eos illis loquutus esset, neque diuina Patris secreta satis aperte exposuisset, quemadmodum non solemus seruis nostra exponere mysteria, sed aliquid illis aliquando obscurius insinuare. Nunc vero ergà illos tanquam ergà fidos, familiaresque amicos se gessisse, cum palam illis & mortis & resurrectionis, & futuræ gloriæ mysterium dilucide exposuisset. Hoc est *non dicam seruos*, sed amicos. Atque hinc secunda etiam solutur quæstio, quomodo dicat se non esse dicendos seruos seu appellaturum, cum eum pulchre legamus seruos appellasse, ver. 20. *Non est seruus maior domino suo*, cum de se vtique ac illis loqueretur: aut vt Augustinus quæstionem proponit, quomodo negat se seruos appellaturum; cum non solum eum eos efficiamur amici, serui eius esse non desinamus, sed meliores etiam simus seruis, quo magis eius amici sumus. Nec enim ideo dicit Christus non se posthac discipulos suos seruos, sed amicos appellaturum, quod serui eius esse desinant, aut amici esse incipiant. Nec significat nomine seruorum eos non vocaturum; sed tantum declarat, quo apud se loco futuri sint, nempe non seruorum, sed amicorum. Aliter Rupertus respondet, seruos hoc loco pro inimicis accipi, vt ex contrario colligatur, *vos autem dixi amicos*: ideoque non appellaturum eos seruos, id est inimicos, & peccatores. Tertia quæstio est, quam idem Augustinus, & Beda, & Theodorus Mopsuest. monent, quomodo pronuntiet veritate, *seruus nescit, quid faciat dominus eius*, cum multi sint serui, qui id sæpe sciant, præsertim si probi, ac fidi sint. Non est dubium, quod quidam monuerunt, non esse sensum, seruum nescire, *quid faciat dominus eius*, cum re ipsa iam facit; tunc enim non modo scire, sed oculis quoque cernere; sed sensum esse ignorare seruum *quid faciat*, id est quid velit facere *dominus eius*: non habere cognita domini consilia, quid cogitet facere antequam faciat, & quorsum faciat, cum re ipsa iam fecit. Sed de hoc ipso quæstio est, quia idipsum multi expertæ fidei sciunt serui, quibuscum sua domini consilia communicant. Augustinus, Beda in commentariis ad hunc locum, &, vt videtur, Ambrosius sermone 6. in Psal. 138. respondent eos seruos, qui non solum re, sed animo serui sunt, id est qui non voluntate, sed necessitate seruiunt, nescire domini consilia, quia illis dominus non committit; eos autem qui voluntate seruiunt, scire; quia cum illis dominus communicat, haud secus, quam cum amicis. Idem fere aliter Rupertus scribit, qui seruus peccati est, eum consilia domini nescire; qui vero seruus est Dei, eum scire, quia ista seruus est, vt simul amicus sit. At hic de omnibus generaliter seruis sermo est. Theodorus Mopsuest. sic exponit, *seruus nescit, quid faciat dominus*

Cur eum postea seruos appellarit discipulos saltem de cæt. contrarium. Tract. 81.

Quomodo dicat seruos non nosse voluntatem domini.

A *eius*, id est, etiamsi aliquando dominus consilia cum illo sua communicet, tamen bona ipsa, quæ inde proueniunt, non communicet: Christum autem non solum consiliorum, sed bonorum etiam suorum omnium discipulos suos fecisse participes. In promptu minus quatenus responsio erat Christum argumentum de medio sumpsisse ex communi hominum more, dissequæ non quod semper fiat, sed quod plerunq; fieri soleat. Sed ecce altera ex parte quarta oritur quæstio, quomodo dicat Christus omnia, quæ à Patre audiuisset, discipulis patefecisse, cum supra c. 14. 25. 26. significauerit multa se illis non dixisse, quæ in aduentu Spiritus sancti reseruasset; & capite sequenti ver. 12. *Adhuc multa*, inquit, *habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Leontius respondet, cum dicit, *Omnia*, non absolute omnia significare, sed omnia, quæ à Patre audierat, vt illis tunc diceret. Theodorus Mopsuest. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius nota fecisse omnia, quæ illis dicere conueniebat, id est quæ portare poterant, vt dicit postea. Sed isto quidem modo quilibet dominus cuilibet seruo omnia sua secreta dicit, quatenus conuenit, & quatenus ille ferre potest. Itaq; melius rem explicant Augustinus hoc loco, & epistola 57. & lib. de agone Christiano c. 9. & Beda, cum hoc Christus dixit nondum discipulos omnia nota fecisse, quæ à Patre audierat; id enim Spiritum sanctum postea facturum dixerat, *ille vos docebit omnia*, & rursus, *ille docebit vos omnem veritatem*; sed dixisse se fecisse, quod paulo post facturus erat, sicut ver. 8. dixit clarificatum esse Patrem, quia clarificandus erat. Facilius dictu erat, *verbum fecit*, vt sæpe alibi docuimus, non actum, sed voluntatem significante, *nota feci vobis*, id est nota facere decreui; quemadmodum paulo ante, *seruus nescit, quid faciat dominus eius*, id est quid facere decreuerit. Quo autem modo intelligendum sit, quod Christus dicit se à Patre audiuisse, quæ vna hic quæstio reliqua esse poterat capite quint. 37. & 8. 26. diximus.

Quomodo omnia audierit.

Supr. c. 14. 25. & inf. c. 16. 12.

B

C

D

16. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*] Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus existimant ideo Christum hoc addidisse, vt sum ergà discipulos amorem alio confirmaret argumento, non fuisse ab illis prius se amantibus ad eos redamandos pronocatum; sed se eos priorem amauisse, prius elegisse, & in amicorum suorum numero posuisse. Cyrillus vero, & Leontius putant Christum discipulos exhortari, vt suum exemplum imitati homines præueniant, eoq; nihil dum de salute sua cogitantes, ad salutem aduocent, nec expectent, vt ipsi veniant; sicut ipse non expectauit, vt Apostoli ad se venirent, sed prior eos vocauit, elegitq;. Alii ideo hoc dicunt fuisse dictum, ne quia eos amicos appellauerat, nimia lætitia efferentur; inuia superbiendi occasionem detraxisse, dum adiunxit. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Hoc ipsum Cyrillus indicat. Rupertus alia ratione putat Christum suum erga discipulos amorem declarare, interpretans, *non vos me elegistis*, sicut populus Regem suum solet eligere, non vos mihi; sed ego vobis auctoritatem dedi. Dubium de qua agat electione. Augustinus hoc loco, & lib. 1. de prædestinatione sanctorum capit. 17. & vbicunque nunc locum tractat, Prosper in libro contra Collatorem, & in commeut. in Psal. 138. Beda, & Latini fere omnes de prædestinatione interpretantur, atq; hinc probant nullam prædestinationis causam in nobis esse, quia si esset, nos ipsum priores elegissemus. De causa ego prædestinationis mihil disputo; tantum dico de prædestinatione hoc loco agi; sed de electione ad officium Apostolorum, *vt eatis*, inquit, *& fructum afferatis*. De ea nimirum electione, de qua c. 6 70. dixe-

E

Mar. 3. 13.

De electione ad Apostolatum hic agitur.

rat, *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus est?* vbi de prædestinatione non agi, quid opus est probare, cum vnum ex electis Diabolum factum esse dicat, & nemo dubitet, non posse, qui prædestinatus sit, Diabolum fieri. Denique de ea agit electione, qua apud Lucam capite 6. 13. dicitur vocatis discipulis duodecim ex illis Apostolos elegisse. Atque ita Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theodorus Heracleensis, & Mopsuest. Theophylactus, & Euthymius hoc loco sentiunt. At quemadmodum Apostolos, ita prædestinatos omnes elegit; itaque si nulla in Apostolis causa fuit electionis suæ, neque in prædestinatis prædestinationis erit. Si prædestinatio præparatio gloriæ definiatur, vti maior pars veterum auctorum definiuit, non eandem prædestinationis, & electionis Apostolorum causam esse concedendum est. Nam Apostoli electionem suam non meruerunt, prædestinati vero vitam æternam mereri possunt. Sin autem definiatur gratiæ præparatio, vt definit Augustinus, eadem quidem vtriusque ratio est, sed videant, qui hoc vtuntur argumento, ne non tam confirmet, quam debilitent suam opinionem. Nam quamuis Apostoli suum non meruerint electionem, tamen certe aliqua in ipsis eius causa fuit. Nam si noluissent, electi vtique non fuissent, & fortasse etiam antequam eligerentur, aliquid in illis erat, non dico meriti, sed aliquid rarmeæ fortasse in illis erat, quamobrem ipsi potius, quam alii electi fuit. Porro Leontius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius existimant Christum adhuc in vineæ parabola perstare. Quod si ita est, eodem modo dicit, *Ego elegi vos*, quemadmodum agricolæ solent, cum vineam plantare volunt, optimas quasque & generosissimas vites eligere. Ego, inquit, *plantaui te vineam electam*, Ierem. 2. 21. *Et plantauit, eam electam, & ædificauit turrim in medio eius*, Isai. 5. 2.

Ut eatis vos, vt earis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.] Auctores illi, quos modo nominaui, qui metaphoram vineæ continuari putant, interpretantur, *posui vos*, id est plantaui, sicut vineam, sicut Hispani dicunt ponere vineam pro plantare; quin & Latinum verbum ponere eodem apud Senecam significatu legisse memini. Congruenter huic sententiæ sequens etiam verbum exponunt, *vt eatis*, id est vt crescatis, vt palmites, atque propagines longe, lateque extendatis. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius*, Psal. 79. 12. Simplicius, optimor. Theodorus Heracleotes *posui* idem esse putat, quod *ordinaui* declarat. Cum enim aliquis eligitur magistratus, prius eligitur, hoc est designatur, deinde declaratur, & in officio ipso constituitur, hoc est *posui vos*. Prius Christus Apostolos elegit Matth. 10. 1. Mar. 3. 14. Luc. 6. 13. deinde velut in possessione Apostolatus posuit mittens ad prædicandum Euangelium Mar. 6. 7. & Luc. 9. 1. 2. Hoc est, *posui vt eatis*, sicut illis post resurrectionem dicit, *euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*. Quod dicit, *Et fructum afferatis, & fructus vester maneat*, sic resolueudum, vt fructum non periturum, sed perpetuo permansurum afferatis, quod ipsum & ad commendationem ipsius erga illos caritatis pertiner, vt Theodorus Mopsuest. & Chrysostomus indicant, & eos magis accendit ad perfungendum officium. Manentem vero fructum putat Cyrillus euangelicam vocari iustitiam, quæ legali fructus, id est iustitiæ opponatur, quæ permansura diu non erat; sed potius credo fructum vitæ æternæ fic appellari.

Vt quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.] Dictio, vt, hoc loco non causam, sed consequetiam, effectumque significat; noluit enim dicere

Fructus qui manebunt est vita æterna.

Vt consequentiam, & effectum designat.

A propterea se eos elegisse, aut ad prædicandum misisse, vt quidquid à Patre peterent, illis daret; aut propterea eos fructus afferre debere, vt quicquid à Patre peterent, obtinerent; sed fore, vt si fructum afferrent, nihil in nomine suo à Patre peterent, quod non obtenturi essent. Cæterum sententiam ipsam cap. 14. 13. declarauimus. Hoc noteturim ambiguam esse lectionem Græcam *ἐὰν τι αἰτήσητε*, verti enim potest, *det vobis*, vel dicas vobis. Et quidem Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, per primam personam vertunt, fortasse melius; nam & c. 14. 13. dixerat, *Quodcunq; petieritis in nomine meo, hoc faciam*, itaque Theophylactus ex vtroque loco Arianorum errorem refellit, quod illis se facturum, hic se daturum Christus pollicetur, quæ quidd à Patre petierint.

17. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*] Chrysostomus, Leontius, Theodorus Mopsuest. Theophylactus, & Euthymius sic interpretantur, hæc vobis non vt aut ipse gloriarer, aut vobis exprobrarem, dixi, sed vt mutuum inter vos caritatem haberetis. Itaq; verbum *mando* videntur accipere pro *suadeo dico*. Theodorus vero Heracleotes videtur ad sequentia referre, hi veteres, inquit, mundo resilire; qui odio vos habiturus est, hæc mando vobis, vt mutuam habeatis caritatem. Augustinus, & Beda, quia dixerat, *vt fructum afferatis*, declarare nunc, quis fructus ille sit, nempe vt vese mutuo diligant. Sed tam documus alium illic fructum significari. Rupertus hoc refert ad ver. 14. vbi dixerat, *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis*. Cum enim duo illic dixisset, alterum, *Vos amici mei estis*, alterum *si feceritis, quæ ego præcipio vobis*, hactenus declarauit, quomodo duc pueri amici sui essent; nunc autem declarat, quæ sint præcepta illa, quæ si fecerint, amici sui futuri sint. Ea vero præcepta non multa, non difficilia, sed hoc vnum, & facillimum esse dicit, vt mutuo sese diligant. Propterea cum pluralinumero omisset, *hæc mando vobis*, non minus subiunxit mandatum, quia ad ista verba quæ ver. 14. dixerat, alludebat. Quæ ego *præcepto vobis*, quasi dicat, hæc sunt, quæ ego præcepio vobis, hæc sunt omnia præcepta mea, vt vos mutuo diligatis. Quod magnam gratiam, & emphasim habet. Videquæ diximus ver. 12.

18. 19. *Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vos odio habuit.*] Hæc noua sententia est, diuersumque consolationis genus. Munit discipulos aduersus mundi tempestates, quas animo prouidebat. Primum docet non debere mirari eos, si se viderint à mundo odio haberi, se priorem eum odio habitum fuisse, & solatio illis esse oportere, quod se eiusdem perfectionis socium, aut potius ducem habeant. Cur ergo *se* tam *horum*, inquit Augustinus, *supra verticem extollat? Recusas esse in corpore, si non vis vltimum membrum infirmare cum capite.* Deinde ostendit non solum debere eos hoc mundi odium æquo, patientique animo ferre, sed ponere etiam in lucro, quod id certum sit argumentum amoris eos cum mundo habere commune. Mundum hic non omnes omnino homines malos, sed *præcipue* ludæos vocat, vt ex versu 22. colligit Augustinus. Quod noster interpres vertit, *scitote*, Græce est *γινώσκετε*, quod & *scitote*, & scita vertipotest nullo, aut perexiguo discrimine sententiæ, illi quod scitis videtur esse magis emphaticum. Quod autem Græce sequitur *πρῶτον ὑμῶν*, quidam nomen esse putant, significeque præstantiorem vt capite 1. 15. *ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν*, id est dignior, atque præstantior. Sic hoc loco *me priorem vobis odio habuit*, id est me, qui vobis melior sum, odio habuit: me, qui Dominus sum atque magister, vt dicit versu 20. In quam interpretationem videtur Theodorus Mopsuest

Mundum hic non omnes omnino homines malos, sed præcipue ludæos vocat.

præcipue ludæos.

Qq 2 incli-

inclinare. Alii nomen esse putant, caterum non A ercere, docet ea ignorantia eorum culpam excusari non posse, quia ignorantia ipsa culpa fuit; propterea enim ignorarunt, quia scire noluerunt, vt paulo ante diecebamus, & quia odio erant occupati. Itaque ipsorum ignorantia & effectus, & causa erat odij. Effectus, quia odium impediebat, ne cognoscerent veritatem; causa, quia ipsa vicissim impediebat, ne illi ponerent odium. Duobus ergo rationibus ostendit, vt Theophylactus, & Rupertus aiunt, nullam eos ignorantiæ excusationem habere posse, & quia verbis, & quia factis, quis, & à quo missus esset sæpe illis declaraterat. Vulgaris quæstio, quo modo dicat Iudæos peccatum non fuisse habituros, si ad eos non venisset? & locutus non fuisset illis. Malorum etiam auctorum aliquando sententiæ recitãdæ sunt. Sunt ergo, qui putent per *impium* hoc dictum esse, non quod peccatum habituri non essent, sed quod ipsi nondum communi dictiuri essent peccatũ se non habere, non potuisse se in Christũ credere, quem nec vidissent vnquam, nec audiuissent. Si à recepta sententia discedendum esset, mallem interpretari *peccatum non haberent*, id est videri posse non habere prætextum aliquem excusationis, si non excusationem veram peccati sui viderẽtur afferre posse, nunc autem excusationem non habent vllam. Videtur enim peccatum nõ innocentiæ, sed excusationi, defensionique fuisse opponere. Sed nihil causæ video, quamobrem à communi sententia discedamus, non omne hic peccatum, sed solum peccatũ illud intelligi, quod in Christum non credidissent. Nam si Christus ad eos non venisset, & locutus eis non fuisset, alia quidem habuissent peccata, hoc vero nõ habuissent, vt Augustinus, & Beda hoc loco exponũt. Quo redit expositio Bernardi Epistola. 77. peccatum, inquit, nõ haberẽt huius contemptus quo me contẽpserunt, ac patrem meum. Magis ab hoc sensu Rupertus discedit, qui peccatum odij in Christum, & patrem eius putat intelligendum. Inepte igitur quidam nouorum hæreticorũ ex hoc loco colligunt solam infidelitatem peccatum esse, sicut solam fidem dicunt iustificare. Nec n. Christus dicit nullum, sed hoc incredulitatis peccatũ habituros non fuisse, si ad eos nõ venisset. Sed bene est, quod isti etiam à magno hæresiarcha Calvino refutati sunt. Ergo gẽtes dicet aliquis ad quas Christus nõ venit, quæq; ante eius fuerunt aduentum, peccatũ non habuerunt? Respondet id ei Augustinus, *habere illos excusationem non de omni peccato suo*; eius vtor verbis, *sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi, ad quos in discipulis venit, & quibus per discipulos est locutus, quod & nunc facit; nam per ecclesiam suã venit ad gẽtes. & per Ecclesiã suam loquitur gẽtibus. Ad hoc.n. pertinet q̃ ait, qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit. An vultis inquit Apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loquitur, Christus. Restat inquirere, inquit idem Augustinus, verum hi, qui prius, quam Christus veniret in Ecclesiam ad gentes. & prius quam Euangelium eius audirent, vita huius sine præsenti sunt, seu præueniuntur, possint habere hanc excusationem. Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.*

13. *Qui me odit, & patrem meum odit.*] Ex his verbis Rupertus colligit in superiore versu de solo peccato odij sermonem, quod aliqui non satis hæc videantur cum præcedentibus cohærere. Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. & Theophylactus putant propterea hoc Christum addidisse, vt prætextum, quo Iudæi in ipso persequendo vtebantur, omnino remoueret. Solebant illi dicere, ac profiteri quidquid ea in re faciebant, ideo facere, vt Deo gloriam suam

Virgil. Eclog. 9

Superlat. num pro cõparatiuo positum.

Græca phrasis.

10. *Memẽtote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo.*] Dixerat hoc illis cap. 13. 16. Vsus ibi ex sententia fuerat, vt doceret non debere recusare eos facere, quod prior ipse fecisset; hic vtitur vt doceat non debere recusare pati, quod ipse prior passus esset. *Christo*, inquit, *passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* 1. Petri. 4. 1. Et, *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* 1. Petri 2. At Græcum verbum ὑπολειπόμενον ambiguum est, potest enim verti, aut memores estis, aut memores estote, sicut Latine recordamini, & imperandi, & indicandi verbum esse potest. Sed maiorem habet emphasim imperativus; significat enim fore, vt si eius verbi memores fuerint, non alia illis consolatione opus sit.

Si me persecuti sunt, & vos persequenter; si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Vtroque in loco Si, pro *quia* ponitur, sic ex oratio resolvenda est, quia *me persecuti sunt, & vos persequentur*; quia meum sermonem non seruauerunt, nec vestrum seruabunt. *Sermonem* doctrinam, & præceptum appellat ex Hebraeorum idiomate. Sumantem, & illorum sermonem dicit, non quod diuersa doctrina esset, sed quod per diuersos ministros traderetur. Monet ne mirentur, ne animum despondeam si non recipiãt plerique, si contemni, si conuicijs affici viderint doctrinam suam, docere pergant, & officio suo satisfacere. Documentum ad omnes Ecclesiæ doctores accommodatum, quibus & hoc Christi verbum, & illud D. Pauli semper ante oculos esse debet, *si hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

Si pro quia

Sermo doctrina & præceptum.

Ad Galat. 1. 10.

11. *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.*] Non est hæc excusatio, sed aggrauatio potius, & exaggeratio peccati Iudæorum, quod duobus modis amplificat, & dum dicit, *propter nomen meum*, id est, *propter nominis mei odium*, vt Rupertus interpretatur; magnum enim & malitia plenum erat odium non solum Christum persequi, sed etiam Apostolos non alia eorum culpa, non aliam ob causam, quam quod à Christo missi essent. Hoc est, *propter nomen meum*; & cum dicit, *quia nesciunt eum, qui misit me*, id est, *quia sit renoluet*, vt idem auctor exponit. Accusat ergo illos, quod intelligere noluerint, vt bene egerent. Hic sensus ex versu sequenti colligitur. Poterat dicere, quia nesciunt me, sed propterea dixit, *quia nesciunt eum, qui misit me*, quia quod se nesciret, minus mirum erat; quod autem nesciret Patrem, quem se tantopere scire profitebantur, id vero & mirum erat, & maxime reprehendendum. Atqui non dixit, quia nesciunt patrem meum, sed *quia nesciunt eum, qui misit me?* Quia hoc maiorem habebat emphasim; quasi diceret, quia nesciunt, cuius ego personam gero.

Ioh. 15.

Psal. 35. 4.

12. *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*] Intelligenda est secundo etiam loco negatio ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *Si nõ venissem, & locutus eis non fuissem.* Quamquam Bernardus epist. 77. negationem legit, sensum, vt opinor, magis quam verba secutus. Quia dixerat eos ignorantia odium in se exercere, docet ea ignorantiæ eorum culpam excusari non posse, quia ignorantia ipsa culpa fuit; propterea enim ignorarunt, quia scire noluerunt, vt paulo ante diecebamus, & quia odio erant occupati. Itaque ipsorum ignorantia & effectus, & causa erat odij. Effectus, quia odium impediebat, ne cognoscerent veritatem; causa, quia ipsa vicissim impediebat, ne illi ponerent odium. Duobus ergo rationibus ostendit, vt Theophylactus, & Rupertus aiunt, nullam eos ignorantiæ excusationem habere posse, & quia verbis, & quia factis, quis, & à quo missus esset sæpe illis declaraterat. Vulgaris quæstio, quo modo dicat Iudæos peccatum non fuisse habituros, si ad eos non venisset? & locutus non fuisset illis. Malorum etiam auctorum aliquando sententiæ recitãdæ sunt. Sunt ergo, qui putent per *impium* hoc dictum esse, non quod peccatum habituri non essent, sed quod ipsi nondum communi dictiuri essent peccatũ se non habere, non potuisse se in Christũ credere, quem nec vidissent vnquam, nec audiuissent. Si à recepta sententia discedendum esset, mallem interpretari *peccatum non haberent*, id est videri posse non habere prætextum aliquem excusationis, si non excusationem veram peccati sui viderẽtur afferre posse, nunc autem excusationem non habent vllam. Videtur enim peccatum nõ innocentiæ, sed excusationi, defensionique fuisse opponere. Sed nihil causæ video, quamobrem à communi sententia discedamus, non omne hic peccatum, sed solum peccatũ illud intelligi, quod in Christum non credidissent. Nam si Christus ad eos non venisset, & locutus eis non fuisset, alia quidem habuissent peccata, hoc vero nõ habuissent, vt Augustinus, & Beda hoc loco exponũt. Quo redit expositio Bernardi Epistola. 77. peccatum, inquit, nõ haberẽt huius contemptus quo me contẽpserunt, ac patrem meum. Magis ab hoc sensu Rupertus discedit, qui peccatum odij in Christum, & patrem eius putat intelligendum. Inepte igitur quidam nouorum hæreticorũ ex hoc loco colligunt solam infidelitatem peccatum esse, sicut solam fidem dicunt iustificare. Nec n. Christus dicit nullum, sed hoc incredulitatis peccatũ habituros non fuisse, si ad eos nõ venisset. Sed bene est, quod isti etiam à magno hæresiarcha Calvino refutati sunt. Ergo gẽtes dicet aliquis ad quas Christus nõ venit, quæq; ante eius fuerunt aduentum, peccatũ non habuerunt? Respondet id ei Augustinus, *habere illos excusationem non de omni peccato suo*; eius vtor verbis, *sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi, ad quos in discipulis venit, & quibus per discipulos est locutus, quod & nunc facit; nam per ecclesiam suã venit ad gẽtes. & per Ecclesiã suam loquitur gẽtibus. Ad hoc.n. pertinet q̃ ait, qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit. An vultis inquit Apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loquitur, Christus. Restat inquirere, inquit idem Augustinus, verum hi, qui prius, quam Christus veniret in Ecclesiam ad gentes. & prius quam Euangelium eius audirent, vita huius sine præsenti sunt, seu præueniuntur, possint habere hanc excusationem. Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.*

Quomodo Iudæi Deum Patrẽ quem ignorabant, odisse putarentur.

Beda.

Contra ad quem Christus non venit eos peccata eorum non habituros.

Tract. 89.

Matth. 10. 40. Luc. 10. 16. 2. Cor. 13. 3.

Quo sensu dicat Christum se fecisse opera ea quæ nemo alius fecit.

Tract. 91. 3. Reg. 17. 22. 23. 2. Reg. 13. 21.

13. *Qui me odit, & patrem meum odit.*] Ex his verbis Rupertus colligit in superiore versu de solo peccato odij sermonem, quod aliqui non satis hæc videantur cum præcedentibus cohærere. Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. & Theophylactus putant propterea hoc Christum addidisse, vt prætextum, quo Iudæi in ipso persequendo vtebantur, omnino remoueret. Solebant illi dicere, ac profiteri quidquid ea in re faciebant, ideo facere, vt Deo gloriam suam

Quomodo Iudæi fidem Christo non habuerint.

Peccatum non habere.

Iosue 9. 16. sinam vindicaret, à quo Christus discreuerat. Non A *quæ ambulauit, & Petra, vt hoc faceret profitit; quod*
est, inquiunt, hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Ergo ostendere tantum abesse, vt Deum defendant, vt eum potius odio habeant, quia qui se oderit, & Patrem oderit. Ego verso. 18. hunc locum respondere arbitror. Dixerat enim illis se ab illis odio habitum, docet nunc, quam grave sit peccatum odisse se, quantum nimirum odisse Patrem, quia qui se odit, & patrem odit. Nam caetera quæ interiecta sunt, eius verbi, *odio habuit*, occasione sunt dicta, dum sermonem ex sermone nectit. Videmus exemplum simile ver. 17. Potest & ad proxima referri, vt declaret, atq; causam reddat, quam ob rem qui in se non credituerat, nullam haberent excusationem, quin propterea in se non credebant, quia odio erant occupati, odium vero sui in Patrem redundare. Nam si se quidem solum odissent, aliquam odii excusationem habere potuisse; odisse hominem similem caeteris; at quod Deum odirint, quam excusationem habere posse? De ipsa verborum sententia quæstionem mouet Augustinus, quomodo Patrem, quem ignorabant, vt ver. 21. dixerat, odisse poterant? Dicam paucis verbis, quod D. August. dicit multis. Nouerant Deum in genere, vnum esse cœli, terræque conditorem, & similia de alia, quæ persuasa sacris literis lectitabant; at in specie ignorabãt, eum, qui est primum ex sua substantia genuisse Christum Deum verum de Deo vero, deinde in hunc modum ex muliere factum missile, vt suam apud homines personam representaret à peccatis eos liberaret. Hoc, inquam, ignorabant, & hac ratione odio habebant, quia quem ille suo miserat nomine, odio prosequebantur, & qui Patrem odit, Patrem odit vt exponit Theodorus Hæresiarcha.

Quomodo Iudæi Deum Patrẽ quem ignorabant, odisse putarentur.

Beda.

Peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt me, & patrem meum.] Docuerat ver. 22. nullam eos peccati habere excusationem, quia docentem non credideraut; docet nunc multo minorem habere, quod non crediderint tot, tantisque in ipsorum oculis miraculis facienti. Quomodo peccatum non essent habituri, si miracula non vidissent, illic exposuimus. Putat autem Cyrillus, cum dicit, *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit*, tacite se se Moysi, Prophetisque omnibus opponere, quasi dicat, si maiora coram illis miracula non fecissem, quam Moyses, aut vllus vnquam Prophetarum fecit, excusationem haberent aliquam peccati sui, nunc autem quam excusationem habere possunt, cum Prophetas illos receperint, qui minora, & pauciora miracula fecere; me vero recipere noluerint, sed incredibili odio potius habuerint, qui tanto plura, tanto maiora fecerim. De hac ipsa re dubitare lector potest, quomodo dicat Christus opera se fecisse, quæ nemo alius fecerit? Nam si intelligit aliqua se fecisse non, quæ nemo fecisset alius, licet maiora fortasse fecisset, parum dicit; nam & alii aliqua fecerant, quæ ipse non fecit. Si vero intelligit se maiora fecisse opera, quam quisquam fecisset alius, de hoc ipso dubitant, nam & mortuos aliquos suscitauerunt, quo nullum maius opus fieri videtur posse. Verba hæc licet mihi inseram Augustin. commentario loco, quod & Beda fecit, quibus ille & proponit quæstionem, & soluit. Nulla, inquit, in operibus Christi videntur esse maiora, quam suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit hoc etiam Elias, fecit Elisæus & cum in hac carne viueret, & cum in suo monumento sepultus saueret. Nam quidam portantes mortuum cum irruentibus hostibus eo confugissent, eumque ibi posuissent, continuo resurrexit. Fecit tamen aliqua Christus, quæ nemo alius fecit, quod quinque millia hominum de quinque, & quatuor millia de septem panibus fecit; quod super a-

Quo sensu dicat Christum se fecisse opera ea quæ nemo alius fecit.

Tract. 91. 3. Reg. 17. 22. 23. 2. Reg. 13. 21.

Exod 6. 7. 8. 9. 10. Exod. 14. 21. 22. 26. 28. 29. 31. 15. 16. 17. 23. 24. 25. Iud. 10. 15. 4. Reg. 2. 11. Daniel. 6. 22. & 14. 40. Ioh. 5. 36.

Psal. 31. 33. 34. Exod. 12. 13. 23. Ioh. 8. 59. & 10. 31. 39. & 11. 8. Luc. 4. 29. Matth. 21. 46. Luc. 20. 19. Ioh. 7. 30. 32. 44. & 8. 20. & 10. 39.

dicat, nunc autem videntes, atq; scientes peccant. A Quo ergo modo prius dixit patrem suum nesciure ver. 21.? Nesciebant, quia non credebant, patrem esse Christi, videbant, ac sciebant, quia videbant opera, ex quibus, nisi odio cæci fuissent, cognoscere poterant eum omnium, quæ per Christum gerebantur, auctorem esse; sicut. capite 7. 28. dixit, *& me scitis, & unde sim scitis*, id est scire debetis, aut scire possetis, si vellettis.

25. *Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.* Sæpe hanc phrasim explicauimus, vt cap. 9. 3. & cap. 13. 18. vbi dominus in huiusmodi locutionibus de Hebraeo idiomate venientibus non latuisse, & necessario subintelligendum esse id quod addit, de quo agitur, sit accommodatum. Hoc igitur loco ex versu 23. repeti debet *Qui me odit, etiam patrem meum odit*, id odio me habent, *vt adimpleatur sermo*. Hoc autem ipsum, *vt adimpleatur sermo*, quo sensu dicatur, sæpe docuimus. Vide cap. 12. 38. Summa est, dictionem *vt*, non causam, sed euentum, & consequentiam significare. Non enim ideo eam illi causam odio Christum habuerunt, vt sermo ille impleretur, sed ex eorum odio consectarium est, vt quod scriptura prædixerat, impleretur. Quod & Euthymius hoc loco monuit. Quam præterea vim hæc phrasis habeat, eo loco, quem modo indicauimus, differuimus. Legem vocat non solam illam traditam à Moyse, sed omnem veterem scripturam sacram, vt supra cap. 10. 34. quamuis alibi distingui soleat, vt cap. 5. 17. & Luc. 24. 44. Quod non simpliciter legem, sed legem ipsorum vocet, sæpe quoque docuimus vt cap. 8. 17. & 10. 34. Neque tacitam hæc phrasis exprobrationem continet, tectè non aliam, sed ipsorum legem futuram eorum malitiam prædixisse; bene eos suo ipsorum Propheta iam olim notos fuisse. Locus est, Psal. 34. 9. *Non super gaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* Vbi Dauid *gratis* dixit, id est sine culpa vlla sua ab inimicis sui odio haberi dicit. Quod Christus aut de se dictum interpretatur, aut dictum de Dauide in se transtulit, atq; ad suam causam accommodat. Vnde colligimus multa Dauidem, cæteros q; Prophetas dicere, quæ quamuis de ipsis vere, propriæq; dicantur, longius tamen spectent ad Christum.

Deprecatio ne Spiritus sancti.

Beda in Annotat.

Lex dicitur omnis sacra scriptura, &c.

Ad Christi spiritum multa à Prophetis dicta.

26. *Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.*] Quorsum hæc Christus adiecerit, tot fere sententiis, quot auctores inuenio. Cyrillus & vt videtur, Euthymius putant, quia dixerat, neque verbis, neque miraculis suis Iudæos credidisse, totius nunc Trinitatis testimonium allegare. Nam finem quidem & Patris supra protulisse, cap. 8. 16. 17. *Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater: & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est*; hic autem testimonium producere Spiritus sancti. Theodorus Heracleotes, & Theophylactus, quia prædixerat fore, vt mundus odio discipulos haberet, Spiritum sanctum illis promittere, qui laborantibus adsit. Ardè se, non de Apostolis agit. Leontius, ne de seipso ad gratiam loqui videretur, suspectumque ipsius de se esset testimonium, dicere fore, vt veniens paracletus, quæ ipse docuerit, ac fecerit, testimonio suo confirmet. Augustinus, & Beda, quia Iudæos Christus peccati insimulauerat, quod is, patremque suum odio gratis habuissent, dicere venturum Spiritum sanctũ, qui illos peccati conuinceret. Hoc probabilius: quamuis mihi alius videatur esse sensus: illi quidẽ mihi neque docenti, neque miracula facienti credidérunt, neque verba, neque facta mea satis magnum apud illos fuere testimonium: non desunt alii tamen mihi testes, nam & vos, & Spiritus ipse sanctus testimonium mihi perhibebitis. Paracletum appellauit, quia ad hominum consolationem mittendus erat. Quod dicit, *quem mittam vobis à Patre*. Spiritum sanctum etiam à Filio procedere certum est argumentum. Nam si aperte non dicit à se procedere, fortasse ne arroganter de seipso loqui videretur, tamen quia scimus nullam Trinitatis personam aliter dici, nisi à qua procedit: colligimus Spiritum sanctum etiam à Filio procedere, quandoquidem ab illo missus est. Cur enim Filius nusquam à Spiritu sancto missus esse dicitur, cum de Spiritu sancto missus esse dicatur, cum conceptus, nisi quia ab illo non procedit? Quo argumento vtitur Rupertus in commentarius ad hunc locum. Quod si interpretorum animaduertisset interpres, non dixisset hunc locum, neque à Græcis neque à Latinis ad probandam Spiritus sancti processionem apte citari. Quid ergo est, *à Patre? à Patre procedentem*, vt statim explicat, aut, quod magis mihi placet, *quem mittam ab eo loco, vbi Pater est, à sinu Patris*. At quo hoc ad rem attinebat? vt eius commendaret testimonium? illius enim testimonium grauissimum fore, qui ex sinu veneret Patris, omnia mysteria Patris sciens fidissimeq; legatum neminem fallens. Quo eadem ratione paulo post dicit, *Qui a Patre procedit*. Hinc alia explicatur quæstio, cur non dixerit etiam à se procedere? quia id apud homines magis minuere, quam commendare poterat eius testimonium. Cum enim de ipsomet ageretur, suspectum patius Spiritus sancti testimonium videretur, si dixisset à se procedere. Præterquam quod, vt modo diximus, modestius ita loquitur. Spiritum autem veritatis cur appellet, superiori cap. ver. 17. docuimus. Hoc autem loco multus ille vsus fuerit illa dubitatio est, quo magis eius testimonium commendaretur. Sequitur, vt dicamus quomodo Spiritus sanctus testimonium de Christo præbuerit. Non voce quidem vlla sua, sed eum in Christi discipulos illapsus, eaque eos omnibus loquebatur linguis, eaque faciebat, quibus credituri essent quemque, vtm Christum credere, facile permouerent. Spiritus enim sanctus erat, qui per Apostolos omnia & faciebat, & loquebatur. *Non enim vos, inquit, estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*

Cur non dixerit Christus à se procedere Spiritum sanctũ.

27. *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.*] Spiritus sancti testimonio Apostolorum testimonium adiungit, non tanquam diuersum, sed quod Apostoli Spiritus sancti ministri futuri essent, sicut supra versu 20. eundem sermonem & suum, & illorum appellauit. Cur ergo hanc rationem reddit, *quia ab initio mecum estis?* quia præter Spiritus sancti testimonium ipsorum etiam testimonium plus erat poderis habiturum, quod vere possent dicere, quod Actor. 10. 40. 41. Petrus dicit, *Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis*, & capite 1. 21. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismo Ioannis, vsque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis*; & quod idem scribit 2. epistol. cap. 1. 16. *Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus Dominis nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis*, & quod ait Ioannes prima epistola capite primo, primo. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annuntiamus vobis.* Itaq; quod quidam veruntamen

Matt 10. 20.

testes sibi, testes essent, nequaquam probo; nam A sancti, & Apostolorum testimonium præterito suo tempore dictum esse, quam ipsum sensum aptius interpretemur exemplis. Atq; eodem modo D. Aug. legit.

CAPVT XVI.

1. *HÆc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.* 2. *Absq; synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* 3. *& hæc facient vobis: quia non nouerunt Patrem, neque me.* 4. *Sed hæc locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.* 5. *Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.* 6. *Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?* 6. *Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.* 7. *Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eũ ad vos.* 8. *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.* 9. *de peccato quidem: quia non crediderunt in me.* 10. *de iustitia vero: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me:* 11. *De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.* 13. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis.* 14. *Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* 15. *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* 16. *Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.* 17. *Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?* 18. *Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur.* 19. *Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* 20. *Amen, amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* 21. *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.* 22. *Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* 23. *Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* 24. *Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* 25. *Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.* 26. *In illa die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* 27. *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.* 28. *Exiui a Patre, & veni in mundum, & vado ad Patrem.* 29. *Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.* 30. *Nunc scimus quia scis omnia, & non opus tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exiisti.* 31. *Respondit eis Iesus: Modo creditis?* 32. *Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnus quisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.* 33. *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.*

Luc. 6. c. 22. Matt 5. c. 11. Mar 13. c. 13.

IN CAPVT XVI.

HÆc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.] Sũt qui hæc nec ad ea referant, quæ Ioannes ante narrauit, nec ad ea, quæ paulo post dicturus est: sed ad id, quod apud Matth. Christus dicit, c. 26. 31. *Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte*, quod et si Ioannes non recitauit, credendum tamen est an te hæc verba Christum dixisse. Ergo nunc rationẽ reddere, quam ob rem ante dixisset illis fore, vt omnes illa nocte scandalizarentur, vt minus, nimirum moniti scandalizarentur. Ita Rupertus. Alij ad sequentia referunt. *Absq; synagogis facient vos.* Propterea vobis prædico, ne eum id eueniret scandalizemini, vt Beda in homilia in hæc verba. Alij ad id, quod de Spiritu sancto modo dixerat, vt Aug & idem hoc loco Beda. & Euthy. quasi dicat propterea Spiritum sanctum venturum dixi, vt cũ mundus vos persequetur, bono animo, scientes vos Spiritum sanctum adiutorem, & paracletũ, id est consolatorem vobiscum habere. At Christo propter Apostolos, sed propter se Spiritũ sanctum venturum dixerat, vt de se testimoniũ perhiberet. Cyrill. Leontius, Theodor. Heracleotes, & Mopsuest. & Theop. referunt ad id, quod superiore c. ver. 18. de mundi in Apostolos odio, atq; persecutionibus dixerat. Hæc, inquit, quæ de mundi accursus vos persecutionibus dixi, propterea dixi, ne, si improuisa vobis euenissent, scandalizaremini, id est animo perturbati de fide dubitaretis. Nã præuisa minus tela ferire solent. Præmoniti etiam à me, qui d vobis euenturum fit, tantum abest, vt cum id euenerit, occasionem vllam de fide dubitandi, aut animi abiiciendi habeatis, vt potius magnum & fidei, & consolationis argumentum sitis habituri, quod videatis omnia, quemadmodum vobis prædixissem, euenire. Hic verus est sensus. Itaq; quisquis Euangeliæ capita distinxit, nescio quãm commode initium hic fecerit c. 16.

2. *Absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo.*] Ne sine causa dixisse videretur, *Hæc locutus sum vobis, vt nõ scandalizemini*, proponit illis exẽpla aliquot earũ persecutionum, quas passuri essent, vt à

Iudæorum synagogis tanquam homines execrabiles eiicerentur, hoc est, ἀποσυνάγωγους ποιεῖσθαι vt cap. 9. 22. & 12. 42. hoc erat apud Iudæos, quod apud nos est excommunicare. *Iam enim Iudæi conspirauerant, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret*, cap. 9. 22. Proponunt quæstionem Augustinus, & Beda. *Quid mali, vt loquitur Augustinus, erat Apostolis expelli de synagogis Iudæorum, quasi non inde futurum se separaturi etiam si eos nullus expelleret?* Respondent mysterii causa hoc dictum esse. *Sed minimum*, inquunt, *hoc volunt denuntiare, quod Iudæi Christum non susceperunt recepturi.* Simplicius, vt opinor, respondissent Christum hoc non dixisse, vt significaret hoc Apostolis malo futurum esse, sed vt doceret, quòd eos Iudæi odio essent prosecuturi. Nulla enim re magis odium in aliquem alium declarare poterant, quam si eum tanquam hominum Ethnicum, & atheum synagoga sua prohiberent. Partienlam *sed*, quæ statim sequitur nescio an satis quisquam explicauerit. Vidit Augustinus, & Beda etiam non bene cohærere; cæterum nescio an sentiam, vtinque eius viderint, putant enim significare gaudendum discipulis esse, quod electi à synagoga plures essent ex gentibus ad Euangelium conducturi. Cyrillus, Leontius, Theophylact. & Euthymius hoc sensu exponunt, non solum autem vos ex synagogis suis eiicient sed venit & tempus, quo tempore quisquis vos interfecerit, magnum Deo sacrificium offerre putet. Rupertus vero, extra synagogas quidem iam vos eiciunt, veniet autem tempus, cum etiam de hac vita ejicere conabuntur. Sensus posthabat, vt loco, *sed*, dicerer enim. *Absque synagogis facient vos venire tempus, vt omnis, qui interfecit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Itaque sic dicuerimus solere in sacris literis ponere *sed*, accipi pro *itaque, igitur, autem*, nemo dubitabit, ita hoc loco accipi debere. At qui obseruationibus in Idiomatis scripturæ sæpe solere, vbi Hebraica est כי *quia autem*, vertere δὲ *sed* 1. Regum 6. 7. & 8. 7. & 21. Regum 13. 32. 33. & 21. Regum 24. 24. & 3. Regum 22. 18. & 2. Paralip. 6. 9. Dictionem autem ἵνα, alij ante me notarunt accipi pro ὅτε *quando*, vt etiam infra vers. 32. Non pudet vera dicentem quamuis malum auctorem sequi. Quod noster interpres reddit *obsequium*, Græce λατρεία est, quod Deo significat cultum, quale est sacrificium, itaque hoc loco proprie pro sacrificio accipi puto, vt ad Apostolorum aliudat mortem, qui tanquam *oues occisionis* mactandi erant, ita vt quisquis aliquem occideret eorum, gratam se Deo victimam putaret occidisse. Accedit, quod vbi noster interpres vertit *præstare*, Græce est προσφέρειν, quod proprie significat offerre sacrificium. Nam & sacrificium ipsum Græce προσφορὰ, sicut Latine oblatio vocatur. Docet igitur Christus his verbis, quanto in periculo Apostoli versaturi sint, quando non solum impune, sed velut magno etiam proposito præmio, quisquis voluerit, illos facultatem habuerit occidendi. Non secus atque homines ob execranda scelera proscriptos, in quorum caput magnum præmium proponi solet. Sic dixit Moyses illis, qui idololatras occiderant, Exod. 32. 29. *consecrastis manum vestram hodie Domino vnusquisque in filio & in fratre*, similis locus Deuter. 33. 9. & 17. 25. & Zach. 13. 3.

Trull. 33.

Summum malum Iudæorum opinione ab eorum cœtu expelli synagoga.

ἀλλὰ *sed pro* ἀτὰρ *aut* γὰρ *quia aut enim frequenter vsurpant Septuaginta.*

3. *Hæc faciunt vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.*] Quomodo dicat nec se, nec Patrem eos nosse, cum alibi dicat & se, & Patrem nosse, vt c. 7. 28. superiore capite vers. 21. & 24. docuimus. Cæterum quemadmodum illic monuimus, hæc non excusatio, sed aggrauatio potius, & exaggeratio peccati est. Duplicis enim culpæ accusantur, & quod hæc facturi essent, & quod Christum, cuius pater erat, quem tot miraculis cognoscere potuissent, ignorarent.

4. Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, retineatis reminiscamini quia ego dixi vobis.] Hoc etiam loco videtur dictio adnectarius, *sed* non bene cohærere. Et Cyrillus videtur interpretari, hæc quæ deludegorū in vos persecutione dixi, nō eo dixi vt animū abiectis aut tristitia cōficiamini, sed fortius instantia mala sustineatis, scientes ante esse prædicta, posse quemque, qui ea aut ij venirent, videre eum venerint, vos ab illis liberare. Melius Rupert. *Hæc, in quit, facient robis sed vos consolamini. Nā scitis a me te prædicta vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. & reminiscentes illud quoque non obstupescatis, quod passurus sum, quia ex omnibus periturus, nec capillus de capite vestro perdet. & inuictus occidentibus corpora, in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Cæterum neque hic verus videtur esse sensus, non enim eorum, quæ iam olim, sed eorum, quæ illis modo dixerat, iubet eos, cum eave nerint mala, reminisci. Sensus ergo mihi videtur esse. Illi quidem hæc facient, nec ideo ea vobis prædixi, vt vitaretis, nec enim poteratis, sed vt *cum venerit hora reminiscamini* me id vobis prædixisse, ni minusque grauiter præsula feratis, vt vers. 1. dixerat, *Vt non scandalizemini*, vt Theodorus Heracleotes videtur exponere. Aliquanto vero aliter Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus, vt recordati hæc à me prædicta fuisse, intelligatis me non ad gratiam, sed veritatem, vtilitatemque vestram locutum esse, si enim ad gratiam loqui voluissem, non aduersa, sed prospera denuntiassem, vt solet adulatores facere, & vt videntes rem ita, vt prædixeram, euenisse, ex his cætera etiam credatis quæ vobis futura dixi. Genitinum *eorum* Augustinus, Beda, & Rupertus iungunt cum nomine *hora*, vt *cum venerit hora eorum*, neque sensus malus est, sed melius coniungitur cum verbo, *Reminiscamini*, vt coniungunt omnes auctores Græci, Chrysostom. Theophylact. Euthym.

Luc. 12.

Matt. 10. 30 Luc. 21. 18.

Ioh. 16. 12.

Ioh. cap. 15.

5. Hæc autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram.] Duplex in his verbis quæstio est, altera quæ ea esse dicat, quæ significet se illis ab initio dicere se voluisse, altera, qualis illa fit ratio, quam affert, *quia vobiscum eram*. Augustinus, & Beda, & Rupertus hæc ad ea referunt quæ Christus de aduentu Spiritus sancti discipulis dixerat c. 15. 26. quasi dicat de aduentu Spiritus sancti nihil vobis ab initio dixi, quia cum vobiscum essem, alio vobis paracleto opus non erat, nunc autem cum discedendum mihi sit, necessario de aduentu Spiritus sancti differendum vobis fuit, ne deseri relinqui videremini. Græci omnes auctores Chrysostom. Theodorus Heracleota, & Mopsuest. Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius referunt ad ea, quæ de mundi in Apostolos odio, & persecutionibus dixerat, ea se ab initio non dixisse, quadum opus non erat eos futurarum præmonere persecutionum, quia cum illis adhuc esset, per se protegere, & sustentare in omni periculo poterat. Sed hæc ipse solutio aliam ex aliorem quæstionē gignit, quomodo dicat mihi se illis de futuris dixisse persecutionibus, cum apud Matth. c. 10. 16. 17. 18. 28. tam copiose de illis locutus fuisset. *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Cauete aut em ab hominibus tradent. vos in conciliis & in synagogis suis flagellabunt vos & ad præsides, & ad Reges ducemini, in testimonium illis. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere.* Duobus modis Theophylactus respondet, primum, illic nullam mortis mentionem fecisse, sed tantum dixisse fore, vt ad Præsides ac Reges ducerentur, hic autem dixisse vemisse tempus, quo tempore quisquis eos occideret, existimaret obsequium se præstare Deo. Deinde aliud

Quæ sint quæ abierunt Christum Apostolis non dixit.

de gentibus, hoc de Iudæis intelligendum. Priorem responsionem probare non possum; fatis enim illic magnam de morte mentionem fecit, cum dixit, *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. De secunda paulo post dicam. Euthymius vero respondet, quamuis vtroque in loco de morte locutus fuerit, tamen aliquid hic dixisse, quod illic non dixerat, nempe fore, vt quisquis eos occideret, arbitraretur se obsequium præstare Deo, atque adhæc tantum verba referendum esse pronomen illud *hæc*, cum dicit, *Hæc autem vobis ab initio non dixi*. Alij exiftimant illa, quæ de hac re Matthæus narrat, non fuisse tunc à Christo discipulis dicta, sed instante passione sicut hæc, aut post resurrectionem, cum eos non iam inter Iudæos, sed in totum terrarum orbem ad prædicandum mitteret Euangelium, quod etsi grauem nullum habet auctorem, probabilius est, quam quæ modo ex Theophylacto, & Euthymio recensuimus. Nam quod apud Matthæum dicit, *Ad præsides & Reges ducemini*, certum est argumentum non de Iudæis, qui Regem iam non habebant, nisi Cæsarem, sed de gentibus agi, quarum multi erant Reges. In prima autem illa missione Apostoli non ad gentes, sed ad solos Iudæos missi fuerunt. *In viam*, inquit, *gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis* Matth. 10. 5. Vnde Theophylacti sententia refutatur illic de Gentilium, hic de Iudæorū agi perfecutionibus. Hinc secunda explicatur quæstio, quid ista ratio, quam Christus reddit, sibi velit, *Quia vobiscum eram*, nimirum non erat opus periculi vos admonere, quia me ducem habebatis; nunc autem cum me abeunte soli manetis, monendi mihi fuistis, ne vos venientia subito pericula improuisos, & nec opinantes opprimerent. Quid ergo? an non etiam cum hæc diceret, cum illa ratione enim loquitur, quæ fiam cum illia non esset. *Quia vobiscum*, inquit, *eram*: erat quidem, sed quia ita erat, vt paulo post discessurus esset, ita loquitur, quasi iam discessisset sicut qui morti proximus est, ita de se, quasi de homine iam mortuo loqui solet.

5. Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?] Hæc verba nonnulli à præcedentibus omnino disiungunt, quasi nouo tristitiæ sensu ea dicat. Nunc autem eum ad Patrem eam, nemo tamen vestrum interrogat me, quo vadam. Atque ita videntur August. Rupertus & Beda legere. Contra auctores omnes Græci eū præcedentibus iungunt, ab illisq; pendere volunt. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram, nunc autem cum ad Patrem eam, vobis dixi, quamuis nemo vestrum interroget me, quo vadis? Nemini hic non occurrit statim quæstio, quomodo reprehendens Apostolos dicat, *Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?* cum & Petrus non multo ante cap. 13. 36. interrogasset, *Domine quo vadis?* & Thomas cap. 14. 5. *Domine nescimus quo vadis. & quomodo possumus viam scire?* Rupertus respondet sensum esse, antequam me ad mortem ire signifi cauerim, interrogabitis me, *quo vadis?* quasi quocunque tandem iremsecuturi; nunc autem cum ad mortem me ire videatis, nemo me, quo vadam interrogat, quasi non de sequendo me, sed deserendo, fugiendoque cogitetis. Sententia minus probabilis, non enim ad mortem, sed ad Patrem ire se dicebat neque magis Augustini, & Bedæ interpretatio conuenit, Christum non de præterito, sed de futuro loqui: hactenus interrogabitis me, quo iremus, quia quo iremignorabitis, nunc autem nemo vestrum, quo vadam, interrogabit, quia omnes vos ascendentem me vestris oculis videbitis in cœlum. Duo Theodori Heracleota, & Mopsuest. Leontius, & Theophylactus putant repre-

Quomodo Spiritus sanctus non posset ad Christum abiisset.

A benſionem esse tristitiæ; hactenus cum de meo vobiscum discessu loquebar, qui compotes adhuc eratis vestri interrogare solebatis me, quo iré, nunc eum de futuris in vos persecutionibus locutus sum tanto animis oppressi mœrore, vt quasi consilii, metusque mopes sitis, nemo me roget, quo sim iturus. Euthymius duobus modis respondet, primum nō significare neminem interrogare, quo iret, id enim vti diximus, non semel interrogauerant, sed quid ageret vadens, sequeliquerent. Deinde non reprehendere discipulos, quod non interrogasset, quonam iret; sed quod eum id interrogassent nec satis tamen ex sua responsione, quo iret, intellexissent, non pergerent, instarentque iterum atque iterum, donec perfecte edisserent interrogantes. Quam interpretationem etiam Cyrillus adhibet; ellig omnium probabilissima.

Auditoris interpretantis quo & cur inquirat Cyrillus ob.

B

6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.] Intellectus huius loci in vi particulæ aduersatiuæ consistit, *sed*, quam nemo mihi videtur obseruasse. Si Theodori Heracleotæ, & Mopsuest. Leontij, & Theophylacti, quam modo recensuimus, interpretatio vera esset, *sed pro enim* poneretur, vt versu 4. docuimus frequenter fieri solere, vt esset sensus, ideo nemo vestrum interrogat me quo vadis, quia tristitia implenit cor vestrū. Sed quia eam illic interpretationem secuti non sumus, alia quoque quærenda hic nobis est. Ego sic Interpretor, *nemo ex vobis interrogat me quo vadis* de rebus futuris, de cœlo, de vita beata solicitus, sed defixi omnes in terram, nihilq; melius quam corporalem meam præsentiam cogitantes ad mentionem discessus à vobis mei tristitia repleti estis. Hoc est meo iudicio, *Sed tristitia implenit cor vestrum.*

C

7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam.] Ecce aliud *sed*, in quo simil ter huius loci sententia consistit. Sensus autem, vt opinor, est *Tristitia implenit cor vestrum* ob discessum meum, sed si intelligeretis, quid vobis commodi inde sit proventurū, non trilleremini, sed vehementer gauderetis, *expedit enim vobis, vt ego vadam*. Cur autem expediat, statim declarat. Quod ait, *veritatem dico vobis*, proinde est ac si dicat, quamuis meum dum vobis non sit audire, dicam vobis tamen quod res est, vt Theodorus Mopsuestiæ, Leontius, & Theophylactus interpretantur.

D

Si enim non abiero paracletus non veniat ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.] Propterea dicit expedire illis, vt ipse abeat, quia expediebat vnique eis, vt paracletus ad eos mitteretur, qui nisi ipse abiret mitti non poterat. Sed de hac ipsa quæstio est, quomodo Christus significet Spiritum sanctum, nisi ipse abiisset, venire non posse. Rupertus interpretatur ideo venire non potuisse, id est non conuenisse, vt veniret, (sic enim intelligimus, cum dicimus non potuisse,) quia si Christus non abiret, id est moreretur, nulla consolationis materia futura erat, qua enim de re Spiritus sanctus Apostolos consolaretur, si nullam tristitiæ causam habuissent? nullam autem habuissent, si Christus non discessisset. Paracletus enim non nisi ad fungendum efficium suum, id est ad consolandum venire poterat. Non probo rationem. si enim non ob aliud, quam vt consolaretur, Spiritus sanctus ventus erat, ideoque non nisi abeunte Christo venire poterat, tanto magis Apostolis expedisset, vt Christus non abiret, quam vt Spiritus sanctus veniret: quanto satius est non ægrotare, quam cum ægrotauer a medicum habere. Atqui Christus affirmat expedire discipulis, vt ipse abeat. Theodor. Mopsuest. Leont. & Theoph. putant nō potuisse venire, nisi Christus abiret, quia sepra illi, & impedita

E

erat

erat via, quam oportebat per Christum prius explanari. Nec enim Spiritum sanctum in homines peccato adhuc obstrictos venire potuisse, peccatum autem non nisi per abitum, id est per mortem Christi remoueri potuisse. At Christus non dicit se ad mortem, sed ad Patrem ire, & poterat soluto per mortem, & resurrectionem suam peccato & manere ipse perpetuo cum Apostolis, & ad eosdem venire Spiritus sanctus. Augustinus, & Beda hoc loco & Greg. lib. 8. Moral. cap. 17. & Bernardus serm. 6. de ascensione Domini, ad allegoriam inclinant: tu non habitulero à vobis carnem non habebitis Spiritum. Sed praestat Augustini sententiam Augustini verb. exponere. *Expedit*, inquit, *vobis vt hac forma ferui auferantur a vobis. Caro quidem faciem verbum habet in vobis sed nolo me ea ratione adhuc diligatis & ipso lucis carentes, semper infantes esse cupiatis expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos. Si alimenta teneræ, quibus vos aluit, non subtrahero solidum cibum non ingeretur. Si caro carnaliter hoc sentit, caro est, spiritus non erit: nam quid est, si non abiero paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos? Non quod hic positus ibi non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Nec enim vbi ille erat, ipse inde recesserat. & sic venerat à Patre vt non maneret in Patre. Postremo quo modo eum etiam hoc constitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse atque manisse, imo vero a quo scimus eum numquam esse abiisse fuisse? Quid ergo est si non abiero paracletus non veniet ad vos. nisi non potestis capere spiritum, quam diu secundum carnem persistitis nosse Christum? Videsne, inquit, qui tam caperat spiritum, vtis noverat nisi, inquit, secundum carnem Christum, vtis nouerat nisi, inquit, secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.* Verum ego sensum esse iudico, quem Euthymius, quod sciam solus in dicauit, non significasse Christum Spiritum sanctum absolute venire non posse, nisi ipse prius abiisset. Enumero poterat, sed polito diuinæ prouidentiæ decreto non posse. Sic enim statutum à Deo fuisse, vt omnes res personæ Trinitatis procurandæ salutis hominum operarentur, Pater mittendo Filio, trahendis ad se hominibus ad eum; Filius docendæ redimendis liberandis hominibus: Spiritus sancti perficiendis, & variis diuinis donis locupletandis. Erat cui que vices fuisse, suum cuique tempus, sicam quemque egisse personam; itaque nisi Christus abiret, & de hac tota quodammodo discederet, Spiritum sanctum venire non posse. In hanc sententiam Euthymius. Plus etiam quiddam significari mihi videtur, nisi ipse abeat, Spiritum sanctum venire non posse, quia futurus non sit, qui eum mittat, & nisi mittatur non esse venturum: neminem autem posse eum mittere praeter se. Hoc enim indicat, quod sequitur. *Si autem abiero, mittam eum ad vos*, cum enim ratio postulare videretur, vt discederet, si autem abiero, veniet ad vos, sicut dixerat, *Si non abiero, non veniet ad vos*, maluit dicere: *Mittam eum ad vos*, vt causam indicaret, quare si ipse non abiret, ille venire non posset, quia sine se nec eum poterat mittere. Quid ergo? an Spiritus sanctus venire non poterat, nisi missus? & an à Patre mitti non poterat? & an Christus ipse etiam non abiret, eum mittere non poterat? Poterat quidem: nec enim coactus venit sed dicitur venire non potuisse nisi missus, quia mittitur a Patre personam ab alia est ab ea procedere, & in mundo visibiliter apparere, & non potest Spiritus sanctus a Filio non procedere. Cur ergo dicit se potius quam Patrem missurum esse, cum non solum à Filio, sed etiam à Patre procedat? quia ipse non solum eum misit, sed etiam meruit, vt mitteretur, & quia non solum mittit tanquam principium, ex quo procedit, sed alio etiam peculiari modo tanquam caput, tanquam summus Pontifex, tanquam rector Ecclesiæ, cuius officium est, ne quid illa ad perfectionem desit, operam dare: propterea significat, nisi ipse mittat, venire non posse. At cur non poterat mittere, etiamsi non abiret? Poterat, sed loquitur, *vt homo*, tanquam homo, & accommodate ad opinionem, & mores hominum, qui quoniam vbique non sunt, & alibi quam vbi sunt agere non possunt, cum aliquid remoto in loco agendū est, necesse est vt eo proficiscantur. Alia adhuc manet quæst. quomodo dicit Christus expedire discipulis, vt ipse abeat, quod alioqui paracletus venturus non sit, an paracletus melior erat ipso? Minime vero, sed vt diximus, suum cuique personæ in procurando hominum salute assignatum erat officium; Christi munus fuit peccato homines liberare, Spiritus sancti diuinis cumulare donis; expedire autem numerum discipulis, vt non à peccatis tantum soluerentur, sed etiam complerentur diuinis donis. In quam sententiam Theodorus Heracleota & Mopsuest. & Anastasius, ex D. Basilio q. 69 edisserunt, nisi quod ille prior non ad dona, sed ad doctrinam refert, expedire illis, vt Spiritus sanctus veniret, quod quæ Christus propter ipsorum infirmitatem non docuisset, ille docturus esset. Itaque non efficitur ex hoc loco spiritum sanctum Christo esse maiorem, sed illud certe contra Macedonianos efficitur minorē non esse, cum opus Christi perficiat. quemadmodum Chrysostomus, & Theophylactus disputant.

Trad. 94.

Macedoniani refutati.

Matt. 3 16. Sup. cap. 1. 32.

2. Cor. 5. 16.

Expositio Euthymii, qua refellitur.

Quo sensu à nostra fide dicatur Spiritum sanctum non posse venire nisi missus à Christo.

Spiritus sanctus per se mittitur, alter, ab alio procedere.

Trad. 94. 8. *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.* Incidimus in locum, quo vix alius apud vilum Euangelistam est aut maiore impeditus difficultate, aut maiore interpretationum varietate perplexus, & diligentem interpretem, & attentum lectorem postulat. Est autem hic versus cum tribus, qui prox. me sequuntur ita connexus, vt nisi explicatis illis explicari nō possit, itaq omnes simul explicare necesse est. Primum videndum, quorsum Christus hoc dixerit; nam & hoc ipsum ad faciliorem huius loci intelligentiam aliquid pertinet. Minime dubium est, quin voluerit docere Christus, quid vtilitatis ex aduentu Spiritus sancti consecuturum esset, quemadmodum Chrysostomus, Cyrillus, & Theophylactus exponunt. Dixerat quas turbas mundus adueturus Apostolos excitaturus esset, docet nunc, quid illis vtilitatis Spiritus sanctus sit allaturus, hoc nimirum vt pro ipsis pugnet, vt ipsorum conuincat hostes, hoc est arguat de peccato, se pro illis cum diabolo pugnasse. Spiritum sanctum cum mundo pro iisdem pugnaturum. Duo pro nostra salute pugnarunt paria, Christus, & Diabolus, Spiritus sanctus, & mundus, Christus Diabolum, Spiritus sanctus mundum superauit. Ergo vt ad explanationē huius loci accedamus, in singulis verbis linguæ vel minimum difficultates, in nonnullis plures etiam sunt. Quinque autem sunt verba *arguere, mundum, de peccato, de iustitia, de iudicio*, quæ singula oportet exsuere. Quod nolter interpres vertit *arguere*, Græce ἐλέγξει est, quod quemadmodum arguere Latine, non solum accusare, aut accusando conuincere, sed quæquo etiam modo rem aperte docere & demonstrare significat. Itaque cum dicit Christus *arguet de iustitia*, non significat opinor simpliciter, vt Spiritus sanctus iustitiæ mundum accuset, quis enim virtutis accusatur, sed fore vt iustitia demonstretur, ac planam faciat. Posset quidem hoc verbum ambigue sumi, ita vt primo lecto aeci sare, atque conuincere duobus sequentibus diuersim significaret, idque, vt sæpe diximus, à consuetudine Christi non abhorreret; sed cum ea ambiguitas nullam hic vim, nullam singularem gratiam esse habitura, malo eodem modo semper accipere, & cum perspicuum sit secundo loco non significare accusare, sed demonstrare, idem primo,

Trad. 94.

Arguere ἐλέγξειν *quid significet.*

Matt. 5. 22. Sup. c. 3. & 539.

mo, & tertio loco significare credendum est, itaq non est sensus *arguet*, id est accusabit aut reum pereget peccati mundum, sed peccatum illi ita ob oculos ponet, vt negare, vt tergiuersari non possit. Sequitur nomē mundi, quemo dubitat, quin pro peccatoribus, & mundanis hominibus accipiatur, vt supra capite 15. 18. 19. & 14. 17. 22. 27. 30. Sed nonnulli ad solos restringunt iudæos, qui peccati crucifixi Christi arguendi sint. Fateor quidem ad eos hoc præcipue pertinere; sed ad solos pertinere non arbitror, quemadmodum, & Rupertus admonuit, quia, vt postea dicturi sumus, non de eo, aut certe non de eo tantum peccato agitur. In nomine igitur peccati duplex est quæstio, cuius & quale peccatum intelligatur. Ipsius mundi peccati vim intelligi manifestum videtur esse, itaque id ab omnibus tanquam certissimum ponitur; sed postea dicemus generaliter accipiendum, tanquam si diceret, Spiritus sanctus declarabit vter nostrum peccator sit, egone, an mundus, qui me peccatorem solet appellare. Quale autem peccatum intelligat, de eo nonnulla inter interpretes dissensio est. Nonnulli, vt modo diximus, peccatum illud significari volunt, quo Christum Iudæi crucifixerunt iuxta illud Zachar. duodecimo, decimo, & Ioann. 19. 37. *Videbunt, in quem transfixerunt*, & illud Petri Actor. 2 36. 37. *Certissime sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres?* Hoc enumquo esse arguere de peccato, cogere certa argumentis peccatum confiteri. Sic Marius Victorinus libro quarto aduersus Arium. Cæterum cum hac sententia non bene conuenit illa ratio, quam versu nono reddit Christus, *De peccato*, inquit, *quia non crediderunt in me*. Quia adducti ratione ali peccatum, quod vocant incredulitatis, significari putant, arguendumque esse huius ipsius peccati mūdum, quod in Christum credere noluerunt. Præcipuus huius sententiæ auctor est Augustinus, quē fere more Beda sequitur, eodem quo modo interpretari videntur Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, est que recepta vulgi sententia. Mihi nullum certum peccatum videtur innuari, sed generaliter illud significari peccatum, quo ante et iam, quam Christus veniret, totus mundus obstrictus tenebatur, itaque non docet Christus fore, vt Spiritus sanctus vllos in se admissi, postquam venit, peccati mundum coarguat, sed fore, vt mundus vltis admirandis Spiritus sancti operibus agnoscat se vetere adhuc teneri peccato. cum videat nō potuisse nisi per Christum ab eo liberari; per Christum autem liberatum non esse, cum in illum non crediderint. Atque ita intelligenda ratio est, quam Christus subiungit. *De peccato*, inquit, *quia non crediderint in me*, aut vt plerique Græci codices habēt, *ἀπιστεῖν, quia non credunt*, quemadmodum & Augustinus, & codex Vaticanus legit: non enim significat propter hoc peccatum arguendum, quod ipsi in nō crediderint, sed propterea peccatum eius arguendū, quia nō credidit qui veravia erat, qua à peccato liberaretur; quæ ac modū c. 8. 21. 24. dixit, *Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Dixit vobis, quia moriemini in peccato vestro, si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Videbar mihi auctor esse huius interpretationis, meumque mihi placebat inuentum; sed quia sciebam me minime idoneum auctorem esse meliorem quærebam aliquem, quo meam confirmarem opinionem, & ecce animaduerti eodem sensu Cyrillum interpretari, eandemque apud Leontium, & Theodorum Mopsuest. explanationem inuento, nisi quod Theodorus & ego Christo tribuit Spiritui sancto, qui eum ideo venturus

Trad. 94. tamen 95. legit vt nos

A-guere ἐλέγξει *quid significet.*

Mundum propter peccatores, & mundanos.

Quinam & quale peccatum intelligatur hoc loco.

Spiritus sanctus non venit per se, sed per fidem & per mundum arguit.

De culpa in fidem hæreticorum sit.

Trad. 95.

Inf. cap. 19. 1.

Auctoris expositio.

A esset, vt in Christum credentibus peccata remitterentur, offensurus erat eos, qui non credidissent, in peccato adhuc suo remanere atque hoc esse arguere de peccato. Vna hic superest dubitatio, qua ratione Spiritus sanctus hoc ipsum declaraturus erat, quod idem de iustitia, atque iudicio quæri poterit. Nempe non verbis, sed factis, non per se ipsum, sed per Apostolos, exteroſque Christianos quos erat nomine suo repleturus. Futurum enim erat, vt mundus videret, quæ a fratu Spiritus sancti Apostoli facerent, imperatos homines omnibus loqui linguis, ægrotos curare, suscitare mortuos, facere cogeretur Christum, cuius nomine hæc omnia facerent, verum mundi, vt illi prædicabant, saluatorem esse, sequeretur in suis manere peccatis, quod in illum non credidissent. Hoc in illa Petri concione Actorum secundo, trigesimo septimo, videmus accidisse, vbi cum Patrus Christum vindicem esse saluatorem docuisset, doctrinam que miraculis confirmasset, compuncti sunt auditores corde, dixerunt que ad Patrem, & ad cæteros Apostolos, *quid faciemus viri fratres.*

Sequitur vt de iustitia disseramus, *Et de iustitia*, inquit, *quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.* De cuius iustitia loqui tur? Sunt qui putent iustitiam hominum intelligi ant iustitiam certe Christi; non eam, qua ipse iustus est, sed qua nos iustos efficit, quasi dicat fore, vt Spiritus sanctus doceat mundū esse peccatorem, se vero esse eum, qui iustificet impium, aut eos, qui in se credunt iustos esse, quales Apostoli erant, propterea eum prius, cum de peccato loqueretur dixisset, *quia non crediderunt in me*, nunc non dicere, quia non videbunt me, sed *quia iam non videbitis me.* In hunc modum Augustinus, Cyrillus, Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. Beda, & Rupertus. *Mundus*, inquit Augustinus, *de peccato quidem suo, de iustitia vera arguitur a-lienata. sicut arguuntur de lumine tenebræ.* Magna profecto apud me: proinde ac debet, auctoritas est Augustini, sed fateor intelligere me non posse, quomodo eum hac eius interpretatione sequenta verba cohæreant. *Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.* Explicant quidem id Cyrillus, & vterque Theodorus, propterea fideles iustificandos, quia vadit ad Patrem, & mihi ominus credunt in eum, quem minime videmus, sicut Thomæ dictum est, *Quia vidisti me Thoma, credidisti. beati qui non viderunt & crediderunt.* Sed hoc ipsum quomodo conueniat, nō intellige. Bernar. in parua sermonibus ser. 21. omnia refert ad mundū. *Spiritus*, inquit, *sanctus arguit mundum de peccato, quod diffimulat, de iustitia, quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat, de iudicio, quod vsurpat, dum tam de se, quam de alio te more iudicat.* Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius de Christi iustitia interpretantur, futurum vt Spiritu sancto docente mundus intelligat Christum, quem peccatorem tolebat appellare, non peccatorum, sed iustum esse, atque ex Deo, quandoquidem ad Patrem vadat apud eum perpetuo regnaturus. Atque hoc esse, *Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.* His ego auctoribus vehementer assentior, nisi quod diu cidiorem verborum explanationem desiderio: & maiorem quandam in illis vim latere suspicor. Cur enim suam iustitiam non aliter probat, quam dicens se ad Patrem vadere? & cur perpetuitatem gloriæ suæ non aliter, quam d cens, Et iam non videbitis me? Credo igitur alluisse Christū ad præcedentem suam cum hominibus consuetudinē, quæ in causa erat, cur illum peccatorem cæteris fere mundūs appellaret, quod carnis eius infirmitatem videret quæ occasio auferenda illi erat, cū Christus in cœlum ascenderet, quod certum id futuri esset argumentum, cum plus quam infirmum homi nem

minem esse: potentem esse Deum, qui sua auctoritate in cœlum conscendisset. Hoc est. *Quia adPatrem vado, & iam non videbitis me*, iam occasionem non habebitis ex conspectu carnis: & infirmitatis meæ humiliter de me sentiendi; non enim videbunt me. Cur ergo non dixit, & iam non videbunt me, vt quærit Augustinus, cum non de Apostolis, sed de mundo loqueretur? Non loquitur de personis, sed de genere, *& non videbitis me*, id est homines, quales vos estis, non videbunt me, vt, *Quæ vos crucifixistis*, id est, quem Iudæi, quales vos estis, crucifixerunt, illi enim ipsi quibuscum loquebatur non crucifixerant. Act. 2. 32. & 4. 10. Dixit autem, *Non videbitis me* potius, quam non videbunt me, quia Apostoli, non mundus eum in cœlum ascendentem visuri erant, quasi dicat, videbitis me ad Patrem euntem, sed amplius me non videbitis, tollar enim ab oculis vestris, vt Lucas ait Actor. 1. 9.

Vltimum reliquum est verbum *& de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Eadem de iudicio, quæ de iustitia, & peccato quærenda, eiusq; & quale iudicium intelligat. Quidam Christi iudicium significari putant, & actiue sumunt, quasi dicat, Spiritus sanctus mundum docebit me iustum iudicem esse vinorum, & mortuorum, cum videat principem suum à me iudicatum esse. In hanc sententiam Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & Leontius exponunt. Alij ad Christum etiam referentes, iudicium pro recto mundi ordine, restitutione perditarum rerum acceptum ex Hebræorum proprietate, quali dicat cognitum mundum de iusto principe suo, qui omnia sursum versus pertrahebat, omnia per Christum esse in meliorem statum restituta. *Esse*, inquit *nouæ facie omnia.* Malus auctor; qualis sententia sit, doctus lector iudicabit. Alij referunt ad mundum sed actiue etiam accipiunt pro mundi iudicio, quo ipse iudicat, non quo iudicatur, quo sensu Bernardum paulo supra interpretantem induximus. Alij ad mundum, sed passiue, fore, vt cognoscat mundus iudicium suum, id est suam condemnationem cum videat se iam in suo principe condemnatum. Sic Augustinus, Beda, & Rupertus. Atq; hic est verus sensus, sed aliquanto magis præmendus est. Primo quem huius mundi diabolum appellari dubium non est, & omnes monent, illud vero dixisset, vellem, cur potius dixerit Christus principem huius mundi, quam mundum ipsum damnatum esse, id enim ad intelligendū perfecte sensum pertinebat. Primum quia princeps iam vere damnatus, iam victus erat, mundus non damnatus, sed damnatus erat, adhuc enim viuebat, adhuc spes illi erat veniæ. Deinde, quia se damnatum nisi in suo principe cognoscere non poterat. Deniq; quia maioris victoriæ erat principem mūdi, quam mundum ipsum demittum esse, atque debellatum. Itaque fecit Christus, quod solent in bello facere victores, si hostium imperator insitio, vt sæpe fit, exercitu ceciderit, subiatum in hastam eius caput hostibus ostentant, vt se mortuo imperatore suo victos esse confiteantur. At qua ratione hoc ipsum victum esse Diabolum mundus cognituras erat? Videns nimirum nullam contra Christum, eiusq; discipulos habere potestatem eius nomine de obsessis hominibus pelli, eius prohibitum potestate, ac solo signo crucis eius terrarum in idolis responsa non dare. Quo argumento veteres illi omnes auctores, Iustinus in dialog. cum Tryphone, & apolog. 1. Tertul. in lib. de corona militis, & lib. ad Scapulam, & in apolog. c. 37. & lib. de spectaculis, cap. de munere, & lib. de idolatria. Origen. lib. 1. contra Celsum, Cyprian. in epist. ad Demetrium, & in lib. de idolorum vanitate, Minutius in Octauio, Lactantius li. 5. c. 6. & lib. 4. c. 27. & lib. 5. c. 22. & 23. & Athanas. in lib. de incarnatione Verbi, conuincendum mundum id est Gentiles vti sunt. Credo satis explanatum esse nobilem difficultatis locum; nam nescio quid, quod mihi præterea videor animaduertere, nec quisquam fortasse desiderabit, & debeo mihi ego aliquid reseruare.

12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.*] Primum hic illa quæ sio explicanda nobis esset, quomodo dicat hic multa se habere illis dicenda, quæ non diceret. quia portare non poterant, cum c. 15. 15. dixerit, *Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis*, nihil illic eam explicassemus, omnia illis tunc dixisse, non quæ ille dicenda haberet, sed quæ ferre illi poterant, vt ex multis illic auctoribus recitauimus, aut quem ad modum Augustinus ibi da, & Rupertus intelligunt, non illic de re præterita, sed de futura loquebatur, dixitque se hoc tacisse omnia, quia paulo post per Spiritum sanctum omnia illis nota facturus erat. Habete hoc loco nec significat posse, vt quidam interpretantur, (multa enim dicere illis poterat, quæ nec tunc per se, neque postea per Spiritum sanctum eis dixit,) neque debere vt nonnulli alij, sed habere dicenda, id est, decreuisse illi dicere, sed quia ferre non possent, in aliud differre tempus per Spiritum sanctum non meliorem quidem quam sæpe fuit, sed commodiore tempore dicenda. Quod autem sequitur, *quæ non potestis portare modo*, quasi tenuiā rationem affert, quam ob rem illic ea non dicat, non significat eos præ dolore ferre non posse, sed nondū satis esse idoneos, vt ea intelligerent, quem ad modum Chrysost. Cyrillus, vterque Theodorus, Augustin. Beda, Theophylactus, Euthym. & Rupertus exponunt. Adhuc enim carnalibus Iudæorum moribus imbuti erant, nec ab illis, nisi per illam spiritus affluentiam, quam postea receperunt erant, elui poterant, vt Heracleota interpretatur. Cum enim Christus difficilem admodum sermonem ingressus esset, quasi animā duertens altiora se attingere mysteria, quam quæ intelligi sine ab Apostolis possent, orationi eum illum inhibuit. Ita vero inhibuit, vt spem illis certam iniceret fore, vt non longe post illis per spiritum dicat. Quare & Apostolorum studium exeruit, vt quæ illis Spiritus sanctus dicturus erat, auditus excipere sitientes ea esse, quæ Christus sibi tanquam altiora ipsorum ingenio mysteria dicere noluisset, & Spiritui sancto apud eos auctoritatem conciliauit, quo facilius illi crederent, qui quæ ipse nō dixerat, pro se dicturus esset. Quæ illa sint, quæ tunc Christus non dixerit, quia percipere Apostoli non poterant, promptius est quærere quam dicere. *Quia enim nostrum audeat*, inquit Augustl. *eorum se dicere tam capacem, qui illi capere non valebant?* At *per hoc neque à me expectanda sunt vt dicantur, quæ forte non capiem si mihi ab alio dicerentur, neque vos ea patiar poßere, et tam si ego tantus essem, vt à me ista, quæ nouis altiora sunt, audiretur.* Et *fieri quidem potest, vt sint in vobis aliqui ad capiendā tam idonei, quæ alij capere nondum valent, & si non omnia, de quibus magister ille Deus dicebat. Adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorum ferre non nulla: sed quæ nam sint ista, quæ ipse non dixit, temere ausim est velle præsumere, & dicere.* Caueudum autem non solum, ne in errorem incurramus temeritatis, dum scire ea volumus, quæ scire non possunt, verum etiam ne dum temeritatem quærendi fugimus, quæ scire possumus, negligamus. duplicter hoc loco abuti hæretici sunt. Alij dum ex hoc loco omnia sua commenta probare volunt dicentes non esse quidem à Christo, & Apostolis tradita, fuisse tamen per Spiritum sanctum, quemadmodum Christus prædixerat, ipsis reuelata, quod de Gnosticis nescio quibus scribit Augustinus. Contra vero Lutheranorum, & Caluinistarum interpretes, dum idem nobis, quod illis Augustl. obiecimus, quod quidquid nobis libet præter verbum Dei in Ecclesiam inducere, hoc loco stabilimus, aiunt alij nihil hic noui Christum promittere, quod per Spiritum sanctum Apostolis dicendum sit, sed maiorem tantum eorum, quam ipse dixisset explicationem, sanctis verbis Christi penitus repugnante. *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo*, alij quidquid Christus tunc non dixit Spiritum sanctum postea dixisse, quæ autem Spiritus sanctus postea dixisset, ea nobis Apostolos omnia tradidisse. Quid ergo est, *Tenete traditiones, quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram?* 2. Thes. 2. 15. Quid est, *cætera cum venero, disponam?* 1. Cor. 11. 34. Big une tam stupidi fuimus, vt quidquid aut facimus, aut docemus, quod sacris literis confignatum non sit, continuo id esse dicamus, quod hoc loco Christus se dixit silentio præteriisse? imo docemus cum Augustin. magnæ esse temeritatis scire velle, quæ ea fuerint, quæ tunc Christus dicenda non putauerit, sed in Spiritus sancti magistrū reseruenda? Sed hoc dicimus ex hoc loco comitare, Christum non omnia dixisse, quæ ad salutem nostram putabat pertinere, idemq; fecisse Spiritum sanctum credendum esse, non omnia continuo Ecclesiæ reuelasse, quia nō omnia portare simul poterat, sed vt ætate crescebat, tum Ecclesiam incrementum accepisse. Recte ne. dixit Hilarius *Sunt Christus illis, sicut est, tacuisse Ecclesiam* (quæ mihi sēsu alio) *ætate crescere, atq; sapientia.* Idem ab Apostolis factum, vt non omnia scripto, multa etiam nevia quidem vtee nobis tradere ent, illud ipsi testantur, hoc rationi consentaneum est, siue quia Christi & Spiritus sancti exemplum imitati voluerunt, siue quod necdum omnes ferre omnia poterant, siue quod omnia tam breui tempore omnibus in locis docere ipsi nequibant. Cedo n. istam doctrinam profecto verissimam, quæ nobiscum communis est, in Christo vnam tantum personam, duas esse naturas, vnum Apostoli aut voce, aut scripto aperte tradidissent? Non est cur Apostolorum vita finitum Spiritus sancti magisterium, doctor pro se à Christo Ecclesiæ datus est, donec ipse ad iudicii, id est ad colligendam Ecclesiā venerit, cui ea officium duraturum. Denique recte illis pro nobis, Tertul. in li. de Monog. hunc locum ea de re esse respondet. *Ergo*, inquit, *hæc argumentatione quidam nouæ & emendatum Paracleto adsistere potest, ejs ab adsertoris spiritus facit. Non vtiq. Adsertatum enim spiritus ex deserti tate præiudicatum apparet, primo regulam adulteræ fidei, ecclia erit eam adulterari disciplina, quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, vt ostendi, quæ prior est disciplina. Aut quo de Deo heretico sit, ne esse est, & tunc de inuentore.*

13 *Cum autem venerit ille spiritus veritatis, &c.* Pron. ille ad Spiritum sanctum referri ad nomen spiritus, quia Græca Grammatica ratio non patitur, sed ad nomen paracleti, quod ver. 7. præcesserat, iudy magis emphaticum sensus est, *Ille*, paracletus, *qui*, (id est quia) *spiritus est veritatis, docebit vos omnem veritatem*, aut *deducet vos in omnem veritatem*, quemadmodum Græce est, & Græci omnes auctores aliq Latinus etiam Augustl. legit, quamquā Latini alij *docebit*, legūt quē admodū Isidorus Clarom. in Scōra Veronādū & Rupert. hoc loco. Phrenadag vero in Isaiæ 19 Arianus vertit, *& narrabit omnē veritatem.* Fortasse conster interpres *διδηγήσει deducet*, cum verbum *διδάξει docebit*, vix similitudinem vllam habeat. Non tamen sensum non verbum voluit exprimere. Sensum autem si spectes, quid aliud est in omnem veritatem deducere, quam omnem docere veritatem? quandoquidem, qui reddiderat, *Deducet in omnem veritatem*, quasi qui reddiderat, *Docebit in omnem veritatem*. Sensum haud dubie magis expressit. Deducere enim in omnem veritatem non significat quoque *in omnem* modo veritatem omnem docere, sed ita docere *Docturum* quasi magister discipulum manu ducat, vtq; illi *quod fa.* facilius commodiusq; ad eius ingenium veritatis ostendat, vt non omnia simul non ordine præponere, prius quæ difficiliora, deinde quæ facilora simul tradere, sed contra facilora prius, mox & difficiliora, suo quidq; tempore prout profecit, prout potest capere. Hoc est *eloquium.* Quærunt Augustl. & Beda quomodo Spiritus sanctus omnem Apostolos veritatem doctaturis esset, quam, quamuis ipse docere posset, nullus tamen posset capere mortalis mens. Respondent id non de hac, sed de altera vita intelligendum esse, vbi omnem veritatem cognituri simus, in quam nunc Spiritus sanctus, donec venerimus, paulatim deducit. Aduersor opinor, Ecthym. omnem veritatem intelligi, non generaliter, sed omnem, quæ illis conuenire sit, eodemque fere modo Cyril & Theophyl. Cur Spiritus veritatis appellatur c. 14. 17. diximus.

Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur. Chrysost. & Theophyl. nec. Christum hoc putant addidisse, ne quoniam de Spiritu sancto ita hoc loco locutus fuerat, vt sibi eum præferre videretur, quibusnam existimaret ipso esse maiorē. Recte dicit rationem. vt Rupertus ait, quamuis de rem Spiritum veritatis cum appellauerit, *quia non loquetur, inquit, a semetipso*, quasi ò à semetipso loqueretur, non veritatem, sed mendacium locuturus esset. Quod quomodo verum sit, non satis apparet, cum portea ideo veritatem dicat, & falsum dicere non possit, quia à semetipso loquitur, cum enim à semetipso loquitur, vt Deus loquitur, cum nihil aliud quam Deus sit. cum autem vt Deus loquitur, mentiri non possit, quod si posset facere tunc nimirum posset, quando non à semetipso, id est non tam quam Deus loqueretur. Quæritur igitur ab Aug. & Beda quomodo intelligendum sit, non loqui à semetipso. Si enim in Spiritu sancto, sicut in Christo duplex natura esset, altera diuina, altera humana, aut aliquas alias posset fortasse dicere tunc ex semetipso loqui, cum vt homo loqueretur, quē admodum interpretamur, quod de ipso dixit Christus c. 14. 10. *Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor, & quod dixit c. 7. 16. mea doctrina non sit mea, sed eius qui misit me.* Cum autem Spiritus sanctus vna cum diuina natura sit, vt D. Augustl. disputat, id dicere non possumus. Respondet igitur idem Augu. & Beda Spiritum sanctum ò loqui à semetipso, nihil esse aliud, quam non esse à semetipso: quare eadem ergo non est à semetipso, sed à Patre, Filio que proceat, ita non loquetur, nisi quæ à Patre, & Filio accepit ab illis procedendo, quemadmodum *Ver. 14.* paulo post dicit, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Vera hæc sunt, sed fortasse opus non est tam sub tiliter interpretari, cum simplicius dicere possimus nihil aliud esse non loqui à semetipso, quam nō loqui contraria iis, quæ ipse ex Patris locutus est vo luntate, vt Cyrillus, Chrysostomus, Theophylact. Euthy. & Rupertus interpretantur. Eodem enim modo exponimus, quod de se dixit, *mea doctrina non est mea, & verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor.* Obseruat Rupertus fortasse non incommo de Spiritum sanctum hoc loco tacite opponi videri spiritibus falsorum prophetarum, qui non ex Deo, sed ex semetipsis Deo contraria loquebantur, *Nolite*, inquit *audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non ex ore Domini.* Ierem. 23. 16. In eo Rupertinon probo sententiam, quod interpretatur, *quæcunque audiet, loquetur.* id est quæcunque de me in sacris literis scripta esse scit. Quid ergo est, *sed quæcunque audiet, loquetur?* Id eodem modo intelligendum, atq; illuc de Christo c. 5. 30. *Ego sicut audio, iudico, & illud cap. 8. 26. Ego quæ audiui apud, hæc loquor in*

mundo, illic ergo huius loci explicationem lector quæret.

Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.] Quærsum hoc addidum? Theodorus Mopsuestien. Cyrillus, & Theophylactus docent voluisse Christū his verbis confirmare, quod dixerat, paracletum Spiritū esse veritatis, quia etiam futura illis annuntiaturus esset, ex qua re facile cognoscerent, quantæ apud eos tollimonium authoritatis deberet esse. Hinc cōstat inter alia diuina dona, quæ Spiritus sanctus in Apostolos effudit, etiam Spiritum illis prophetiæ tribuisse. Quod reipsa paulo comprobatum est, Act. 11. 28. & 28. 19. & 21. 11.

14. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*] Pronomen *ille* emphasim habet *ille* sci licet *spiritus veritatis*, cuius testimonium fallum esse non potest. *Ille* inquit, ac tantus, vt Rupertus obseruauit, Clarificaturum se esse spiritum dicit, siue quia, quod ipse de se hominibus non persuaserat, se filium Dei, verumque Deum esse, id Spiritus sanctus vi miraculorum persuasurus erat, vt Græci ferunt omnes, Theodorus Heracleotes, & Mopsuesti. Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius interpretantur, siue vt ipse Christus videtur exponere, quia de illo accepturus erat, id est eius nomine ne tanquā eius legatus locuturus, vnde haud scio an coniectura poterat, quammis esset Christus, cuius tantus, tamque admirabilis legatus esset. Hunc ergo dono verum esse Spiritum, & Beda alias duas afferunt interpretationes, quas quo minus, qui voluerit sequatur, non impedio. *Ille me clarificabit* inquit Augustinus, *potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium caritatem, Spiritus ipse faciendo declarauit eum quo modo filius Patri est æqualis, quem secundum carnem prius tantummodo noverant, & honorem sicut hominem cogitabant, vel certe, quia per ipsam caritatem plenius replati annuntiarunt hominibus Christum, ac si fama eius diffusa esset in totam orbem terrarum, verè dixerit, Ille me clarificabit, tanquam dicerem, Ille vobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes gloria mea per totum mundum dilatata celebrem, commendabilis honorem. Quod enim sic futurum erat in Spiritu sancto hoc eundem spiritum dixit illos facturum. Quia esset eum illud, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Difficilia tā aliquanto quod sequitur, *Quia de meo accipiet.* Recepta vulgo recentiorum interpretum sententia est, *quia de meo accipiet*, id est. ex me procedit, qua de re multa hic apud quosdam, nescio quam solidas, nescio quam ad rem accommodatas subtilitates inuenio, quas ne recitare quidem velim. Tantum dico mihi persuasum omnino esse eum non esse sensum. Cur enim non dixit clarius, de me, aut à me accipiet? Cur, non accepit potius, quam accipiet, cum processio Spiritus sancti à Patre, & Filio, non futura, sed præterita tam esset? Nā etsi aliter ea quibusdam responderi scio, malim equidem nihil dicere, quam id dicere quod dicunt. Præterea quomodo ea interpretatione hærere potest, *Omnia quæ habet Pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet?* Denique agebatur hic de testimonio, quod Spiritus sanctus de Christo perhibiturus erat, quoque eum erat glorificaturus, quod E oportebat esse conspicuum, atque manifestum, aliquo quomodo propter illud Christum clarificare posset? Processio autem illa esset eius non erat conspicua, non ergo tamquam argumentum afferri potuit, vnde discipuli colligerent Spiritus sancti opera in Christi gloriam redundare, hoc enim erat eum clarificare. Rupertus congruenter superiorem locutionis finē exponit, *de meo accipiet*, id est, de eo, quod de me in sacris literis scriptum est, sed tam alienum hoc à sensu, quam illud est. Vera igitur interpretatio, *quia de meo accipiet*, id est, A quia meo nomine veniet, quia non aliam, quam meam vobis, tamquam legatus meus doctrinam tradet, propterea enim operum, atque doctrinæ illius gloriam gloriam meam redundabit, quod est clarificare me, quia meo nomine, & non alio, quam meæ mysteria vobis tradet, non alia, quam mea faciet opera. Cum hoc enim sensu quod sequitur apte connectit. *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet*, vt ilatim explicabimus. Propterea per futurum dixit, *accipiet*, quia accipere ab eo, est eius missi nomine, & qua missus datis ab eo acceptis, & nondum missus erat. Propterea, dixit, *de meo*, non de me, qua significare voluit acceptarum de doctrina, & operibus sibi, quid quid inter homines docturus, quid facturus erat, non quod eadem ipse ante non haberet, sed quia, vt ait Cyrillus, accommodate ad humanum loquitur sensum. Solent enim legati eū à Principe discedunt, accipere mandata, quæ q̄ dicturi, quæque facturi sint. Neque vero nego colligi ex hoc loco Spiritum sanctum à Filio procedere, quin etiam atque etiam affirmo. Nam vt supra c. 15. 26. docuimus nullis personis mitti dicitur, aut ab aliis quidquam accipere, nisi ab eo procedat, quamuis ipsum mitti atque accipere aliud sit, quam procedere, illud enim temporale, hoc æternum est. Cum ergo Spiritus hoc loco à Filio dicatur accipere, à Filio vtiq; procedit. Nam si ex eo, quod dicit Christus, *Mea doctrina non est mea, & sicut audio, iudico, & Ego* alibi multis modis, quibus significat se nihil facere, nisi ex Patris voluntate, recte q̄ sequitur illum à Patre procedere, & ex hoc profecto loco colligitur Spiritum sanctum à Filio procedere. Scitis multos etiam id Græcos auctores tradidisse, antequam illa recentissima recentiorum Græcorum orta esset hæresis. Ignatium in epistola ad Ephes. Martialem in epistola ad Burdegalenses. Cyrillum Ierosolymit. catechesi 17. Athanasium in Ancorato Chrysostomum homil. 1. & 2. in symbolum Apostolorum Didymum l. 2. de Spiritu sancto donatum Iouin, Cyrillum Alexandri. in epistola quadā ad Nestor. & lib. 13. Thesaur. cap. 2. & 3. Inuenio etiam in Græcorum Catenis egregij auctoris Græci Theodori Heracleotæ & Græca atq; antiquissima nusquam prorsus expressam de hac re sententiam, quam libuit hoc loco describere. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται γνῶναι ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαβεῖν ἐστὶ, τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἀπορρεῖν ἐστὶ, τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐστὶ. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τοῦτο ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ προϊέναι. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τοῦτο ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ προϊέναι. *Spiritus enim sanctus testis sunt diuinitatis vnigeniti, tam ex eius esse essentiæ, essentiaq; que eius declarari.* Probat etiam Tertullianus ex hoc loco Christi diuinitatem, in lib. de Trinitate. Et se enim Deum, de quo Spiritus sanctus dicatur accepisse.

15. *Omnia quæcunque habet Pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Eodem modo hæc verba, quæ superiora intelligenda sunt. Sed declarationem Christus, cur Spiritum sanctum de suo accipere dixerit, quod perinde erat, ac si dixisset Spiritum suum esse, qui spiritus Patris esse dicebatur, ab eoque quidquid hominibus impartiebat, ere debatur accipere. *quia*, inquit *omnia, quæcunq; habet Pater, mea sunt*, itaq; qui de bonis eius accipit, de meis accipit. Cum dicit, *omnia quæ habet Pater, mea sunt*, non dubium quin essentiam in primis intelligat, propterea enim omnia, quæ habet Pater, eius sunt, quia de Patris essentia eius est, in qua omnia quæ Pater habet summatim continentur. Italq; recte Catholici doctores, qui cum Arianis disputarunt, magnū in hoc loco aduersus illos præsidium posuerunt, Athanas. oratione 2. contra Arian. Epiphan. hæres. 69. Gregor. Nazian. orat. 5. de Theolog. Didym. l. 2. de Spiritu sancto, Iacobus lib. 3 aduersus Varim. Augustin. hic, & sermon. 2. de natali Domini, Cyrillus, Theodor. Mopsuest. Leont. & Theo-

& Theophyl. in suis hoc commentariis. Loquitur A tamen Christus de rebus tempore suo gestis, de passione, resurrectione, ascensione, de missione Spiritus sancti, quæ omnia diuina bona, auctoritatem, potentia, doctrina, & quæquid aliud ex diuinis maiestatis essentiæ quæ omnia sua esse dicere, nary tamen ex Patris bonis pulle quidquam accipere, quin ex filii accipiat. In ipso n. esse omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei absconditos, quæ animadvertam in hanc sententiam profert Theodor. Mopsuest.

16. *Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me quia vado ad Patrem.*] Quatuor huius loci interpretationes inuenio. Prima est, vt non significetur modicum restare tempus vsq; ad tempus illud, quo ipsum Apostoli visuri non erant, sed tempus ipsum, quo eum visuri non erant, modicum fore, ad est trium dierum spatium, quo in sepulchro futurus erat. Quæ modo dum Alcuinus apud D. Thom. in Catena, & ipse D. Thom. explicant in commentaria. Secunda, modicum superesse tempus vsq; ad tempus illud, quo ipsum visuri non erant, id est vsq; ad horam mortis, deinde ab eo tempore, quo ipsum visuri non erant, modicū eum superesse, vsq; ad tempus aliud, quo visuri eum essent, id est à morte vsque ad resurrectionem, vt omnes Græci auctores interpretantur. Chryso. Cyrillus, Theodorus vterq; Leontius, Theophyl. & Euthymius. Quam interpretationem probabilem etiam indicat Augustinus. Tertia, post modicum tempus nunquā amplius visuros, & post aliud modicum tempus semper visuros. id est, post mortem, quæ in proximo erat, nunquam ipsum visuros mortali corpore, & rursum post diu tres resper visuros gloriosum & immortalem. Sic Rupertus exponit bonus plerumq; auctor, sed qui sæpe minus accuratas sequitur interpretationes. Quarta Augustin. & Beda est, modicum manere tempus vsq; ad tum ab illis discessum, id est ascensionem in cœlum, de quo tam multa illis dixerat, post quod tempus visuri illum non essent, rursū vero non multum restare ab ascensione vsq; ad secundum in iudicium aduentum, post quod illum perpetuo visuri erant. Nō dubito quin hic verus sit sensus. Et quia vbicunq; alias Christus eadem vtitur phrasi, modicum vsq ad ascensionem suam significat tempus vt cap. 13. 33. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum quæretis me, & sicut dixi iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire.* Et c. 14. 19. *adhuc modicum, & mundus me iam non videt, vos autem videbitis, quia ego vivo, & vos viuetis.* Et c. 12. 35. *Adhuc modicum lumen in vobis est, vt fidē lucis habeatis.* Deinde quia sequentia omnia hoc indicant, vt ver. 20. exponens quod esset modicum illud tempus, quo illum visuri non essent, ait, *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit*, quibus verbis tum hanc dubie tempus significat, quo Apostoli versaturi in hac vita erant. Idem ver. 21. 22. declaratur, versus autem 23. loquente de illo altera tempore quo visuri eum essent, non tempus resurrectionis, sed tempus vitæ æternæ significat. *In illo die me non rogabis quicquam*; quando enim, nisi cū beati essent, omniscij scirent, Christum non erant quid quam rogaturi? Obiici contra potest, quod tempus E illud, quo dab ascensione vsque ad secundum aduentum sit, modicum dici non possit; cum plus iā mille anni præterierint. Prompta responsio, quam & D. Petrus 2 epistola c. 3. 8. in eadem quæstione adhibet, mille annos ante Dominum tamquam diem vnum esse. Denique tot cum hoc tempus non sit. Iam breue D. Paulus 1. Cor. 7. 29. sed etiam nouissimam hanc Ioannes appellat 1. epist. c. 2. 18. Ergo ratio illa, qua sibi ciunt, *quia vado ad Patrem*, non ad vtrumque, sed ad primum tantum membrum referenda est. Arti hic sensus est, quorsum hoc Christus adiecit, cum de Spiritu sancto loqueretur? Nam Christo hominis quidem, Cyrillus, & Theophylactus, qui aliter explicant, ideo dixisse putant, vt tanta tristitia misereat, & post consolationis Spiritus sancti effectum exercereat ad patientiam eorum animos profectio non sua & eorum qua se propter passuri essent, ista mentione. Respondeo potius quærendum fuisse quorsum de Spiritu sancto loquutus esset: nam de ea, quæ passuri discipuli erant omnia eius instituta erat sermo, sed quia ægre eos videbat ferre sermonem, interiecit de Spiritu sancto, qui consolaturus eos esset.

17. 18. *Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem.*] An omnes de singulis dubitarent, quid verba illa Christi sibi vellent, nemo, Euangelista non dicit, hoc tantum dicit quosdam eorum inter se mussitasse quid nam sibi vellet. Hoc enim est ex discipulis ea discipulorum id est quo dam discipulorum eius, vt Matt. 23. 34. & Act. 21. 19. Fieri autem potuit, vt cum nemo eorum interfuisset, non omnes tamē inter se murmurarent. Mirum autem quemquam eorum nō intellexisse, quod tam sæpe illis iterauerat c. 7. 33. & 8. 21. 22. & 12. 35. 36. & 14. 2. 4. 12. 28. & hoc ipso ca. versu 5. 7. Chrysostomus, Theophylactus & Euthymius duas eius rei affarunt causas, alterum quod vere ob scura essent quæ Christus dicebat, nec enim aperte dicebat se mori, rursum, & in cœlum ascensurum, sed per metaphoras, & ambages loquebatur. Alterum, quod timore adeo eliam ceci pasti, vt rerum quæ dicebantur non erat intelligere sū possent. Rupertus existimat eandem fuisse, quod re surrectionem eius, vnde cæteri omnes pendebant intelligentia nunquam satis intellexisse. Augustinus, & Beda, non de tota sententia sed de tempore, quod designabat, putant dubitasse, cum enim ante soliti esset dicere, vado ad Patrem, non adiecisse modicum, nunc vero ad esse, itaque de illo modico omnem eorum fuisse quæstionem, *quid est hoc, quod dicit nobis modicum*: Et vero quid mirum discipulos adhuc rudes & mentu nondum rem explicante, Christo nondum, quid vellet dicere, interpretato, non intellexisse, cum ne nos quidem nunc homines, vt nobis videmur, acuti post, post Christi expositionem, post eventum rei, post tot scriptos comment. facile intelligamus.

19. *Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare.*] *Cognouit*, vt Deus, quia cognitas eorum habebat cogitationes, sine indicio, sine coniectura. Cyrillus, Theodorus Heracleotes, Leontius. Quod addit dicit, *Quia volebant eum interrogare*, fortasse non significat decreuisse discipulos eum interrogare, imo esi prohibitos non decreuisse, sed tamen defiderasse, atq; hoc erat velle. Si enim decreuissent, expectasset vsq; Christus, vt ipse interrogarent, sed quia videbat eos velle, sed non audere, fponte ita non interrogantes respondet. Quanquam Theodorus, Heracleotes, & Leontius existimant eram interrogaturos Christum præuenire voluisse, vt suam illa dimitterent declarat.

20. *Amen, amen dico vobis quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit.*] Recte Theodorus Mopsuestien. & Rupertus animaduerterunt, ne nunc quidem Christum discipulorum quæstionem explicare. Nec enim dixerat quid sibi illud modicum, quo ipsum visuri non erant, quod illud alterum, quo visuri erant. Quod meritò mirum videri potest, sed vt Heracleotes respondet, malebat Christus, vt quid verumque modicum esset, ex ipso potius euentu, quam ex se discerent, animi ego puto, nolebat ex præsta mentione mortis discipulorum animos vulnerare. Quam ipsorum tristitiam, quam mundi lætitiam intelligat, ex versu 16. explicationis colligendum est. Nam primum modicum, aut tempus vsque ad mortem, aut triduum intelligunt sepultu ra, secundum vero tempus resurrectionis, tristitiam Apostolorum interpretantur eam, quam ex i-

pœnis morte percepturi erant, gaudium vero mundi, quo ludæi eius erant morte gauisuri. Ita Græci omnes Chrysostomus, Theodorus Heraclæotes & Mopsuestien. Leontius, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & Latinos Rupertus, Augustinus, & Beda, licet illic primum modicum ad tempus illud, quo Christus in hac vita futurus erat, secundum vero addid., quod vsq; ad secundum eius aduentum futurum esset, remittens, tamen hic eadem modo, quo Græci Apostolorum tristitiam, & mundi gaudium interpretati sunt. Non dubito tamen quidquam, quin Christus eam Apostolorum tristitiam, eam ig mundi lætitiam intelligat, quam toto huius vitæ tempore habituri erant, quod enim gaudium aliud esse poterat, quod ab illis nemo posset tollere, vt dicit ver. 22. nihil illud, quod in alterâ vita erant habituri? & graues quoque sententiæ meæ auctores habeo, Tertullianum in libr. de spectaculis & Cyprian. in lib. de mortalit. & in exhortatione ad martyrium. Itaque non Apostolis tantum, sed Apostolorum personæ Christianis omnibus hoc dicitur. *Pudeat*, inquit Tertullianus, *diffidia nostra esse. Nemo ille Christianus nec consistere potest. Seculum in quit gaudebit, vos tristabimini, sed contristati ergo illi Ethnici gaudent, vt cum lugere cœperint gaudeamus ac pariter nunc gaudebitis, tunc quoque pariter lugebimus. Delicatus Christianus, si & in seculo voluptatem venerepsius nec omnium flatus si hoc tristissimus voluptatem. Philosophi quidem hoc nomen quæri, & tranquillitatem dederunt, sed & gaudent in eo auctoritate, in ea etiam gloriantur. Tu meos metas, & scenas, & pulueres, & ardores postules? Dicas velim, non possumus viuere sine voluptate, qui mors cum voluptate desiderium? Nam quod est aliud verum nostrum, quam quod & Apostolus exire de seculo, & recipias Dominum? Hæc voluptas, hoc votum.* Voluit ergo Christus discipulos commonefacere, ne in rebus, quas in hac vita plerumque aduersus perpessuri erant, animo hærerent, sed in remunerationes aspicerent, vt de Patriarchis illis dicit D. Paulus ad Hebr. 11. 26. Propterea addit.

Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.) Dicitur autem Græce, ὅτι non videtur suo loco posita esse, itaque vt recte construeretur, repetendum est ἐστὶν vltimum membrum. *Mundus, inquam, gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Vbi notat Rupertus obseruandum, alterum etiam membrum oppositum intelligendum esse, quod Christus non dixit, quia hoc tantum agebat, vt discipulos consolaretur, *tempore tristitia vestra vertetur in gaudium*, & gaudium eorum in tristitiam. Sanctos in hac vita aduersis, impios prosperis rebus vt multis locis scriptura docet, Psalm. 72. 2. 3. 4. & Psalm. 143. 12. 13. 14. & Iob 21. 7. & Jeremiæ 12. 1. Habacuc 1. 3. Sed eadem quoque ducet illorum tristitiam in gaudium: illorum gaudium in tristitiam esse vertendum. Matth. 5. 3 Luc. 6. 25. Roman. 8. 18. & 2. Corinth. 4. 17. Iacobi 5. 2 3.

21. *Mulier cum parit tristitiam habet.*) Quod dixerat, vulgato declarat exemplo, totum huius vitæ tempus tempori illi comparat, quo mulier grauida partus cruciatibus agitatur, tempus autem vitæ æternæ in sanctis tempori, quo mulier saluum in lucem edidit infantem. Vehementes dolores doloribus parturientium comparare scriptura solet, Psalm. 47. 7. Eccles. 34. 6. & 48. 21. Isai. 13. 8. & 21 3. Ier. 4 31. & 6. 24. & alijs locis innumerabilibus, sed hoc loco non tam ad doloris magnitudinem exprimendam, quam ad vicissitudinem doloris, & voluptatis declarandam parturientis exemplum à Christo propositum esse puto. Hoc enim agebat. Eadem quæ ratione ijs non assentior, qui propterea hoc exemplo Christum vsum esse dicunt, vt significaret tempus doloris huius vitæ, si cum tempore, aut potius æternitate gaudij vitæ beatæ compararetur, ad modum esse breue, quem admodum tempus, quo parturiens cruciatur, multo breuius est, quam illud, quo mox postea gaudet infans, etsi Euthym. in hæc etiam tantum non inclinat. Id qui dem verum est, quemadmodum docet D. Paulus 2. Cor. 4. 17. sed non id Christus agebat, & videndum semper est, quid agatur. Itaque verbum illud, *Quia venit hora eius*, non est ad significandam breuitatem additum, sed ad declarandum tempus constitutum, & expectatum partus. Similis sententiæ est *paruulum* interpretari Christum, qui in locum editus signi fuerit, tunc cum ex mortuis resurrexit, quemadmodum D. Paulus Act. 13. 33. interpretatur illud Psal. 2. 7. *Dominus dixit, ad me, filius meus es tu, &c. Ego hodie genui te.* Etsi non solum Ruperto, sed Græcis etiam auctoribus omnes, quos superiori versu citabamus, ita videntur interpretari. Paruulum ergo vocat in muliere quidem parturiente, illum, quem peperit, infantem, in Apostolis autem vitam illam æternam, quam præsentis vitæ dolores parturiri erant, & illud, vt verbis vtar B. Pauli *æternum gloriæ pondus*, meâ quam dici potest, quod *id, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ operatur in nobis*, vt Tertullianus, & Cyprianus, quos paulo supra nominauimus, exponunt. Putant Augustinus & Beda aliquid etiam habere momenti, quod non paruulam, sed parumper dixerit, quod magis tunc puerpera gaudium esse soleant, quando non puellam, sed puerum peperit. Eam obseruationem Græca lingua non recepit, quæ *τὸ παιδίον* sicut infantem Latina, & puerum & puellam communiter vocat. Quamquam non dubito, quin hoc loco pro infante masculo positum sit, non ideo vt mauis figuram fieri gaudium: id enim si exprimere voluisset, masculino vtique esset genere *παῖδα*, aut aliquo modi emisset, sed quia in exemplo magis puerum, quam puellæ significari conuenit. Quod de puerperis gaudere, *quia natus est homo in mundum*, primo statim ait, non oportet, id eo gaudere, quia nouus auctus sit prole, neque vero, vt ididem sit mysterium illud, quod Christus & Theophylactus his verbis seruarunt, proprietas non dixisse, quia filius hominis natus est, sed *quia natus est homo in mundum*, quia Christus per resurrectionem omnem non sibi, sed nobis, & toti mundo vniuersis quodam modo natus est. Primum non dicit, quia natus est homo in mundo, sed in *mundum*, quod constat diuersum habere sensum. Deinde non est Christus, vt diximus, paruulus ille, de quo hic agitur, sed ille semiternus laborum huius vitæ fructus, quem in vita altera percepturi sumus.

22. *Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*) Accommodamus simul, & explicatio est superioris exempli. Quod autem dicit, *Iterum videbo vos*, auctores illi omnes tres Græci, atque Latini nonnulli, quos diximus veri. 16. existimasse Christum per primum illud modicum tempus, quousq; ad resurrectionem supererat per secundum autem quod à resurrectione vsque ad ascensionem retinebat significasse, præter eos etiam hoc loco D. Augustinus, & Beda putant Christum hic de ea agere visione, qua discipulis post suam resurrectionem apparuit. Ego in mea perpetuo sententia de secundo adiudicium aduentu hoc loco, quo rursus discipulos visorum se dicit, & ita visurum, vt eos in regni sui æternam possessionem induceat, quemadmodum 22. 14. 3. dixerat, *Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum.* Nam etsi post resurrectionem Apostolos vidit, nō vidit in illi ob ter, & veluti per transitum, & illud ipsū tempus ad illud perfectū modi cū pertinere dixerim, quo viuisuri nō erāt, v. 16. Et mani festum est hic agi de partu, quem mulier præ gnans, i. Apostoli edituri erant, parum ante ille, vt verbis superiore docuimus, vita æterna est; omne vero huius vitæ tempus veluti dolores partus. Hoc est, quod sequitur, *Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, id est, vt ita gaudeatis, vt nullum finem gaudium vestrum sit habiturum, vt perpetuo gaudeatis. Eadem prorsus sunt, quo c. 15. 16. alis dixit metaphora, *Ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Hoc enim gaudium illud est, quod solū nemo ab alijs, qui habent, potest tollere; omne aliud huius vitæ gaudium multis casibus, multis inter turbationibus propositum est. Opponit autem futurū in colo Apostolorum gaudium, gaudio mundi, quod hac terminamur vita. Ac propterea non dixit simpliciter, & gaudium vestrum perpetuum erit, sed *gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, vt ad gaudium alludere et huius vitæ, q multa tollunt, multa perturbant; si nihil aliud, ipsa certe mors, qua nihil potest iis, qui hac vita delectantur, acerbius accidere. Illud vero beatorum gaudium nullus casus, nulla infirmitas humana, nulla vis, nulla mors ab illis potest tollere. Facilior, vt opinor, & congruentior his sensus, quam ille, quem Chrysost. Cyrill. Theodotus vterip. Heraclæotes, & Mopsuest. Leontius, August. Beda, Theophylact. & Euthym. adhibent, nemo gaudium, quod de mea percipietis resurrectione, à vobis tollet, quia postquam resurrexero, non amplius moriar, quemadmodum postea dixit D. Paulus Rom. 6. 9. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Et quam alter ille Rupertī, *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, quia non corpore, sed animo gaudebitis, corporis vero lætitia tolli potest, animi non potest.

23. *Et in illo die me non rogabitis quicquam.*) Quem diem intelligat, ex superioribus colligendum. Omnes igitur auctores illi, quos modo citauimus, qui præcedentia de tempore resurrectionis intelligūt, hoc de die Pentecostes interpretantur, quasi dicat, *in illo die*, id est, cum resurrexero, & Spiritum sanctū ad vos misero, nō erit vobis opus me quidquam rogare, quia Spiritus sanctus vos omnia docebit. Ego congrouenter etiam superiori meæ interpretationi expiico, *In illo die*, id est, cum æternum videbo vos, & in sempiternum beatæ vitæ gaudium mecum induxero, *non rogabitis me quidquam*, quia nullis iam quæstionibus locus erit. Omnia vobis mysteria patefient, ita vt nihil vobis opus sit interrogare. Quem sensum etiam Augustinus, cum prius contra senserit, hoc loco melius perspecta re coactus est confiteri. Hic enim est Græcorum verborum sensus, *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*. Obseruat Augustinus ambiguum esse verbum, quia & rogare, & petere, aut interrogare significare potest, vt ex ver. 26. manifestum est, sed hoc loco non dubium, quin pro interrogare positum sit. Alludit enim ad quæstiones quas paulo ante illi proposuerant; *Domine, quo vadis?* c. 13. 36. & *Quid est, quod dicit nobis modicum, & non videbitis me?* ver. 17. quemadmodum Rupertus & Euthymius animaduertunt. Quo magis Chrysostom. Theod. Heraclæot. & Mopsuest. & Theoph. miror interpretari, *non rogabitis me quicquam*, id est, nullis vobis apud me precibus, nullo ad vocato opus erit, quia sola nominis mei inuocatione, quidquid à Patre petieritis, obtinebitis, vt videtur verbis sequentibus significare. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Multo melius Cyrillus, & Leontius, quod idem etiam August. Beda, Rupertus, & Euthymius magis probant, nihil inter rogabitis me, quia nulla amplius dicere dubitatio. Quod ergo sequitur, *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, non tam de illa die, de qua prius loquebatur, qua nihil eum interrogaturi erant, sed de præcedente diem illam intelligitur tempore. Quia enim exemplo pregnantis mulieris duo Apostolorum tempora, duodecim fortasse inducerat, alterius hæ vitæ, alterius in futura, habemus explicatis quæ ille beatæ vitæ futuræ futurus esset, nempe omnia scientia plenissima, ita vt opus illis non esset, futurum quidquam eum interrogare, nunc reddit ad primum illud, quem quia parturientium doloribus comparauerat, eos blandiatur sos dicens. Si in me ebis etiam illis doloribus non defecturum, corpore quidem absentem, virtute vero præsentem futurū ellis: nihil enim eos in nomine ipsius à Patre petiturus, quod facile non sint impetraturi. Quo autem modo hæc ipsa sententia vera sit, fore, vt quidquid Christi nomine petierimus, obtineamus, sæpe docuimus, Matt. 7. 7. & 21. 22.

24. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, petetis & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.*) Cui hoc loco non etiam occurrat quædio, quo modo vere dicere Christus potuerit Apostolos ante id tempus nihil eo nomine petisse, multa quippe eos ante postulasse legimus, amy hoc ipsum incertalia, vt sa petere, & orare docerent, quemadmodum Ioannes discipulos suos docuisset, Luc. 11. Italy docuerat eos dominicam illam orationem, quam nihil tunc Christi nomine à Patre petebant, ne nos quidem modo petimus Matth. 6. 9. Petierant, vt fidem sibi adaugeret Luc. 17. 5. eiecerant eius nomine dæmonia Luc. 10. 17. *Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* Diuersis modis auctores diuersi quæstionem soluunt Cyrillus, & Rupertus fecisse quidem aliquid Apostolos prius in nomine Christi, nihil tamen à Patre eius nomine petisse, quod nondum cognouerant eum esse sanctorem Dei, & hominum, cuius nomine, & gratia omnia essent à Patre beneficia postulanda. Leontius tantum verum significari confitendum, & nouam institui, ante id tempus non fuisse solitos, qui aliquid à Deo postularent, Christi nomine postulare, quia ignorabant redemptorem, ac mediatorem fore, nunc tradi fore manum ocandi, vt quid quid impetrare à Patre vellemus, Christi nomine postulemus. Augustinus, & Beda duobus modis exponunt, primum ante id tempus nihil Apostolos petisse, quia nihil spirituale, quod ad salutē animæ pertineret, sed corporale, temporaleque petisse, & non petere *in nomine Christi*, id est *Salutem*, vt alibi idem docet Augustinus, qui ad salutem pertinentia non petit, quam interpretationem & Gregorius hom. in Euang. 27. & hoc loco Theoph. afferunt. Hæc interpretatio vera esse non potest, quia, vt paulo ante diximus, iam Apostoli pauperans, vt idem tibi augeret, quod ad salutem maxime pertineret. Deinde exponit Augustinus aliquid prius in nomine Christi Apostolos petisse, quod etiam spirituale, & salutare illis esset, sed id comparatione vitæ æternæ, id est illius plenæ gaudij, quod modo petere iubentur, nihil fuisse. Opinatur putatur Euthymij sententia, Apostolos multa antea fecisse nomine Christi, dæmones ejecisse, ægrotos curasse, tamen à Patre in eius nomine nihil petisse. Hæc & facilis & probabilis explicatio est, sed animaduerto nec, vt opinor, fallor, Christum hoc, quod dixit, *quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, præsentia sibi opponere. Non enim solemus quidquam aut petere, aut agere nomine præsentis, sed absentis: legatus nomine principis, à quo missus est, procurator nomine clientis, qui adesse causa non potest. Vsque ad illud tempus Christus cum discipulis fuerat, usque ti quid petendum erat, non à Patre eius nomine, sed ab eo ipso postulabant. *De Luc. 17. 5. nime adauge nobis fidem. Domine salute nobis Patrem, sufficit nobis*, docet ergo eos, vt quod ante ab se petebant, postquam ipse ad Patrem discesserit, ipsius nomine à Patre petant, maiora illis Patrem suo nomine rogantibus dona daturum esse quam ipse

ded fuit, si eum illis esset. Hactenus eos expertos non esse, quatenus virtutis sit eius nomine Patrem rogare, quia præsentem habuerat, experturus eum ab illis discessente, maioribusq; a Patre beneficiis postmodum distestitum, eius petendis nomine, consecutur eos, quam si præsente conscum esset. Itaq; ex pedire illis, vt ipse ad Patrem vadat. Huc enim omne eius pertinet oratio, vt mœstos ob suum discessum discipulos sive meliore commodi consolatur, docendo se, quamuis discedat, tamen vt tunc, & benefacturis semper eum illis futurum esse; plus. nempe abs entem, quam præsentem prefuturi. Quod sequitur. *Vt gaudium vestrum sit plenum.* D. Augustin. Beda, Rupertus inter prætantur ea, vt hoc ad verbū *Petite*, referatur; quasi hoc ipsum petere iubeantur vt minirum ipsorum gaudium plenum sit. Malus omnino Cyrillus, & Euthymius intelligunt iubere Christum, vt Apostoli deinceps suo nomine quidquid voluerint, à Patre petant. forte enim, vt hic petentes impetrarent, & impetrata gaudirent. Mihi ad verbum, *Petite*, hoc referendum videtur, sed alio prorsus sensu, quam Augustinus iubere Apostolos Christum, vt nomine suo peterant, non quidem hoc ipsum, vt eorum gaudium plenum sit. sed propter ea petere, vt ipsorum gaudium plenum sit, quasi dicat, si vultis perfectum confequi gaudium, finite me ad Patrem abire, & cum meo ab ipso nomine petite, & perfectum habebitis gaudium, quam nūc ex mea habetis præsentia. Opponit enim gaudium illud, quod se absente habituri erant illi, quod præsente se habebant, allusitq; ad ritualem, qua propter suum discessum afferebantur, quasi dicat pro peterea me cum a vobis discessum tam ægre ferris, quia mea gaudeis præsentia, atqui gaudium illud carnale, & imperfectum est, plenum & perfectum ex mea absentia percipietis, magis enim vos absens quam præsens consolabor, quia quidquid à Patre petieritis in nomine meo, dabit vobis. Itaque quamuis plenum hoc gaudium ad beatam vitam propriè pertineat, tamen Christus, vt Cyrillus, & Euthymius recte sentiunt, etiam de gaudio, quod in hac vita percepturi Apostoli erant, loquitur, equidem vereor illi, cur Christus hoc ipsum gaudium plenum vocet, non viderunt quod nimirum gaudium hoc si cum altero, quod ex Christi præsentia percipiebant, comparetur, plenum sit.

Proverbium pro parabola sumptum.

15. *Hæc in proverbijs locutus sum vobis.*] *Proverbium pro parabola*, id est, *proverbium pro parabola* positum, id est pro sermone non manifesto, sed similitudinibus involuto, vt Cyrillus, & Theophylactus docent. Dubium quomodo in proverbijs loqui se esse dicat, cum nunquam apertius locutus esse videretur, vsque adeo, vt finita oratione discipuli dixerint, *Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis*, vers. 29. Theophylactus non ad omnia quæ Christus dixerat, sed ad parabolam illam parturientis mulieris hoc refert, vers. 21. Augustinus Christus loquitur, pleraque videtur comprehendere. Rupertus existimat non significare se ob scuro, atq; figurate locutum esse, sed rei ipsius, de quibus locutus fuerat, mysteria esse; figurata, passionem, resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus sancti; quæ omnia prius figuris adumbrata fuerant, nec tam aperte ab ipso fuerant expressa, paulo vero post patefacienda erāt. Sed nescio quid apertius de morte & resurrectione sua dici potuit, quam fore, vt in manus peccatorum traderetur, vt flagellaretur, crucifigeretur, & tertia die resurgeret, vt dixit Matth. 20. 19. Marc. 10. 34. & Luc. 18. 32. 33. & rursus de resurrectione, Matth. 16. 21. & 17. 23. & 20. 19. Marc. 8. 31. & 10. 34. & Luc. 9. 22. & 18. 33. Aut quid apertius de missione Spiritus sancti, quam quod in hac ipsa oratione sæpe dixerat, eum venturum esse, se eum missurum esse, sup. v. 7. 8. & c. 14. 16. 26. & 15. 26. Alij auctores ne quæ-

A stionem quidem attingunt. Credo ego Christum nō ex veritate, sed ex discipulorū sensu illa dixisse, nā re quidē vera satis aperte locutus fuerat. sed quia Apostoli non magis ea, quæ dicebat, intelligere videbantur, quam si in proverbijs locutus fuisset, dicit se in proverbijs locutum esse, quasi dicat, hæc quidem, quæ vobis de meo abitu, de Spiritu sancto de patre meo, de precibus ad eum meo nomine fūdendis, de perfecto gaudio, quod impetratis, quæ meo nomine petieritis, habituri estis, enigmata nō dum experti vobis videbuntur: mitto ergo vos ad experientiam, ipse vos omnia ita docebit, vt opus non sit, vt ego vos doceam. Alludit autem, vt multi quidem videtur, ad id quod ver. 16. dixerat, *Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Id enim ænigma illis visum fuerat, vt colligitur ex ver. 17. 19.

Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis.

Venit hora, cum iam non in proverbijs loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.] Horam Hebraico more non pro vnius horæ spatio, sed pro quātulo longo futuro ponit tempore. Quod autem hic futurum indicet tempus, vulgaris est quæstio, Cyrillus & Leontius in commentarijs ad hunc locum & Gregorius l. 30. Mor. c. 8. de altera intelligunt vi tam in hac quidem quæritur cur Christus non semper tamen *videmus perfectum in cognitione, vers. 1. Ioan. 3. autem fuisse ad facienc. Et vbi etiam non fuerit, scitu Phil. 1. 6. vt. Trad. 104.* bimus, eius apparere gloria eius. Hunc tamen sum ex verbis sequentibus Augustinus, & Beda refellunt. *Iam*, inquit, *dicam nomine meo petetis, petitio enim indigentiæ est, quæ in vita illa beata nulla erit*, Chrysosto. Theophylactus, & Euthymius de illa quadragena die hæc interpretantur, quibus Christus cum discipulis post resurrectionem versatus est, *loquens de regno Dei*, Act. 1. 3. nam enim vero simile est hæc eum nullis mysteria magis declarasse. Augustini, & Bedæ sententiæ mihi placet, quæ eadem Theodori Heracleotis videtur esse, de aduentu Spiritus sancti, hoc intelligi per quē facturam spiritualis ille erat ieiunandi, vt ait Olimpiodorus super eum esset, vt Patrem Filium me cognoscerent. Quo ergo modo dicit *se palam de Patre annuntiabo vobis*, qui sit se tunc eos clarius, quam nunc docebat, doctaurus esset? Ipse se doctorum significat, quod Spiritus sanctus de doctum erat, quia Spiritus sanctus ab ipso mittendus erat, & eius nomine venturus; ideq; quod ille faceret, Christus faciebat. c. 14. 26. Hoc est quod sup. dixit v. 14. *illeme clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.

16. 27. *Ille ille me non videbitis amplius, & iterum modicum, & videbitis me, quia ego vado ad Patrem, & iterum modicum, & videbitis me, quia ego vado ad Patrem, & iterum modicum, & videbitis me, quia ego vado ad Patrem

discipulos non credidisse. Sæpe notauimus aliquã-
do per verba non nouam actionem, sed actionis
continuationem, incrementumue significari, sicut
iustificari dicimur non solum, cum ex iniustis iu-
sti, sed etiam cum ex iustis magis efficimur iusti.
Qui in iustus, inquit, est, iustificetur adhuc Apoc. 22. 11. Sic
enim dicuntur discipuli viso miraculo aquæ in vi-
num conuersæ in Christum credidisse, non quod
ante non crederent, sed quod tunc magis, quam
ante crediderint, cap. 2. 11.

31. *Respondit eis Iesus, Modo creditis.*] Omnes Grę-
ci auctores Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, ve-
terq; Theodorus, Heracleota, & Mopsuest. Theo-
phylact. & Euthym. nocant voluisse Christum di-
scipulorum iactantiam reprimere, quod gloriari
videntur, quasi perfectam iam haberent fidem,
& magnum Christo præstarent beneficium, quod
crederent eum à Deo esse; docere ergo eum ad-
huc ipsorum fidem adeo esse infirmam, vt paulo
post omnes fint se solum inter manus hostium re-
liquri. Hæc verba, *Modo creditis*, aut per affirmatio-
nem aut per interrogationem legi possunt. Si per
affirmationem legantur, hunc habent sensum, mo-
do quidem creditis, aut potius, modo quidem cre-
dere videmini; sed paulo post offendetis vos non
satis credere, cum comprehenso me ab hostibus
diuersi & fugientis quo sensu mihi videtur Nonnus
reddidisse. Si per interrogationem, duplex sensus
esse potest, alter vt exprobratio sit tardioris, quod
nunc tandem post tot sermones, post tot miracula,
post tam diuturnam cum ipso familiaritatem cre-
dimus, cum multo ante credere debuissent; quem-
admodum Chrysostomus & Theophylactus vi-
dentur exponere. Sed cum hæc interpretatio nõ
videatur quod sequitur, bene conuenire. *Ecce venit
hora, & iã venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria.*
Alter sensus est, *Modo creditis?* id est modo dicitis
vos credere? cito vos nõ credere declarabitis quo
modo Leontius & Euthym. exponunt. Ego nõ ex-
istimo per interrogationem legendum esse, quia in
interrogatione non potest dictio illa, *modo* locum
habere, nisi eo sensu quo Chrysostomum, & Theo
phyl. interpretari diximus, quem sensum sequêtia
re stillum verba. Quid enim est dictu, *Modo creditis?*
id est modo voi dicitis credere? eum interrogatio-
ne, eo sensu quo Leontius, & Euthym. exponunt?
quid fuit illud *modo?* quis non videt nullam in vim
habere, si recto iudicio verba perpenderit? Sic er-
go lego atq; interpretor, modo quidem creditis, id
est modo quidem ostenditis, ac profitemini vos
credere, cum in tuto estis, cum nihil periculi est;
*Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquis-
que in propria, & me solum relinquatis.* Itaq; illud *mo-
do* non refertur ad præcedentia, quasi finitus sit, mo
do. Qs vidistis me vestras cogouisse cogitationes,
creditis; sed ad sequêtia id est ad horam illã, quam
iam venisse dicit; opponit enim *modo*, id est pacatũ,
& tranquillum tempus horæ illi, id est tempori per
secutionis, atque periculi; tanquam dicat, vos qui-
dem rebus secundis facile creditis, sed tempore tri
bulationis, q iam instat, recedetis, quemadmodũ
in illa apud Matth. c. 13. 21. parabola de aliis dixerat.

32. *Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnus-
quisq; in propria, & me solum relinquatis.*] Illud, Ec-
ce, magnam habet emphasim, opponit iam instans,
tempori præsenti, quasi vnum *modo* alteri *modo*, E
perinde ac si diceret, *Modo creditis*, modo tamen
non creditis, id est non credere ostenditis. Primũ
Venit præsentis est temporis *vocãs*, secundum præ-
terit. *Abiit*, quod ipsum vim orationis auget, qua-
si diceret. Ecce venit hora, imo ecce iam adest;
venisse autem dicit, quia etsi Iudas cum cohorte
non veneret, nox tamen veneret, qua venturus erat
ad Christum eum comprehensurus. Quod dicit,
vt dispergamini vnusquisq; in propria, non significat

A fore vt vnusquisq; in domum suam fugiat, vt Non-
nus interpretatur. *Quid signifi-
cet hoc, vt fugi in propria.*

Ἐν τοῖς ἰδίοις, quasi vt ad sua, hoc est ad habitacula propria
& tecta euntes.

nte enim domos iam habebant; sed significat non
in vnam cunctos partem, sed in diuersas diuersos
fugituros; quare non solum fugam, quæ compositæ
esse potest, sed confusam eam dissipationem
declarat. Dictio *Vt* non causam, sed tempus si-
gnificat; accipitur enim pro, quãdo, vt verit Nonnus
ἐπεὶ vt supra etiam notauimus ver. 2. & c. 15. 13. *Vt* pro
quando.
Cum addit, *Et non sum solus, quia Pater mecum est*, o-
stendit eos quidem, quantum in ipsis esset, solum
relicturos, & omni destitutum ope; quod autem re
ipsa solus futurus non esset, non ipsorum virtute,
sed sua ipsius natura fieri, quod Deus esset, idemq;
cum Patre, atq; separari ab eo, & solus esse non po-
terat. Adnotarunt Cyrillus, & Chrysostom. his ip-
sis verbis, quibus discipulorum inconstantiam re
prehendebat, iuuare ipsorum fidem, confirmare q;
voluisse, & dicendo, quod futurum erat, vt Cyril-
lus ait, quod proprium est Dei, & dicendo se non
posse solum relinqui, quod Pater semper secum
sit, vt inquit Chrysostom.

33. *Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.*]
In nobis hæc verbis tota huius loci intelligentia
vertatur, quæ nescio an quisquam satis expenderit.
Alterum est, *Hæc*, quas res intelligat, cum dicit, *Hæc
locutus sum vobis.* Nonnulli ad id solum, quod de
futura Apostolorum inconstantia dixerat, viden-
tur referre, quasi dicat hæc non exprobrandi, sed
potius animandi causa vobis dixi, vt præmonitis à
me, & admonitione ipsa præmunitis nunquam in
posterum deseratis. In quem sensum Theodorus
Mopsuest. & Leontius exponunt. Chrysostomus,
Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius ad omnia
superiora referunt, quæ Christus post coenam di-
xerat, sed sententia diuersa. Chrysostomus, &
Theophylactus hoc sensit, hæc vobis dixi, non vt
ad dogmata, sed ad consolationem, ac pacem vte-
remini; si enim in his, quæ de mea futura passione
dixi, hæreatis, putabitis me minorem esse Patre. At
etiam dixerat se ad Patrem ire, & alia multa, qui-
bus se æqualẽ Patri declararet; itaq; hanc inter-
pretationem minime recipio. Cyrillus, hæc omnia
disseruit, non temere, non sine causa, sed vt conso-
lationem in me, & pacem haberetis. Euthymius
melius, *hæc locutus sum vobis*, non vt perfectam vo- *Euthymii*
bis traderem mysteriorum cognitionem, quam *præstantior*
iam dixi me in aduentum Spiritus sancti retinere, *interpre-*
sed vt vos consolarer: itaq; non dixi quantum ad *tatio.*
doctrinam, sed quantum ad consolationem ve-
strum satis esse iudicaui. Ego ad ea potissimum
refero, quæ de seipso dixerat, quo se filium Dei,
mundique victorem declararet, cuiusmodi est,
quod dixit ver. 5. 7. 8. 9. 13. 14. 15. itemque ad ea,
quæ de futura mundi in Apostolos persecutione
dixerat c. 15. 18, 19. hæc, inquit, quæ & de mundi
contra vos odio, & de meo auxilio locutus sum,
propterea dixi, *vt in me pacem habeatis.* Atq; hoc ip-
sum propterea illis dixit, vt iis, quæ audierant, vti
reirent. Sæpe ex Dei admonitionibus fiue verbis,
siue rebus adhibitis minorem, quam possemus,
deberemusq; fructum percipimus, quia ignora-
mus, quem in finem adhibeantur. Alterum est pa- *Pacis ver-*
cis verbum, quod pleriq; pacem aduersus Deum, *bum quod*
id est reconciliationem cum illo interpretantur, *locum ha-*
iuxta illud, *Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad* *beat.*
Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Rom. 5.
1. Sic certe Cyrillus, & Euthymius. Ego pacem hic
pro fortitudine, pro constantia, pro spe, & fiducia
poni puto, id est pro eo animi statu, quo etiam in
maximis periculis nihil commouetur, nihil per-
turbatur, sed interritus, tranquillus, compositus,
placatus manet. Quæ etiam nisi pacem vocat, illorum
confiden-

confidentiam appellat, *Confidite*, inquit, *ego vici* A
mundum, hoc ergo est, vt in me pacem habeatis, vt in
me confidatis. Cur autem hoc dicat declarat.

*In mundo pressuram habebitis, sed confidite, Ego vici
mundum.*] Quo fit dicat, magnum quidem aduersa-
rium mundum habebitis; sed maiorem habebitis
auxiliatorem me, qui illum vici. Vicisse autem
se dicit mundum, quia eius principem Diabolum
vicerat sicut dixerat cap. 12. 31. *Nunc princeps huius
mundi ejicietur foras.* Vicisse principem mundi, mundum ipsum vicisse erat; sci-
bet hanc Apostolos bono esse animo, quod eorum
ipse aduersarium profligasset. Quod nõ ad Apollo- B
nem modo, sed ad nos etiam omnes pertinet. Deo
autem gratias, inquit D. Paulus, *qui dedit nobis victo-
riam* per Dominum nostrum ipsum Christum 1. Cor. 15.
57. & scribo vobis adolescentes, quoniam victores estis
eius. 1. Ioann. 2. 13. 14. & rursus, *Vos ex Deo estis
filioli, & vicistis eum* (mundum) *quoniam maior
est, qui in vobis est, quam qui in mundo est.* 1. Ioannis 4. 4. &
*omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, & hæc est
victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* 1. Ioan. 5. 4 &.
Iustificatione eum (Diabolum) *propter sanguinem agni,
& propter verbum testimonii sui.* Apoc. 12. 11. Dici-
mur vincere nos, non quod nulla in nobis pugna
relinet: relinet enim & quidem magna nos aduer-
sus eum, sed sanguinem, sed aduersus principes & pote-
states, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra
spiritalia nequitiæ in cœlestibus, Ephes. 6. 12. sed quia
nobis per mortem Christi vincendi potestas facta C
est, victimus, quia si volumus, possumus vincere.

CAPVT XVII.

1. *Hæc locutus est Iesus, & sublatis oculis in cœlum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* 2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* 3. *Hæc est autem vita æterna: Vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* 4. *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faceram.* 5. *& nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te.* 6. *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.* 7. *Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt:* 8. *quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.* 9. *Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.* 10. *& mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.* 11. *Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.* 12. *Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur.* 13. *Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.* 14. *Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut, & ego non sum de mundo.* 15. *Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.* 16. *De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.* 17. *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.* 18. *Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.* 19. *Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* 20. *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* 21. *vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti.* 22. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* 23. *Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* 24. *Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* 25. *Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti.* 26. *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.*

IN CAPVT XVII.

1. HÆc locutus est Iesus, & sublevatis oculis in cœlum E
dixit, Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt
filius tuus clarificet te.] Finita oratione, quam post
coenam ad discipulos docendi, consolandiq; causa
bene longam habuerat, quatuor superioribus ca-
pitibus ab Euangelista comprehensam, ad ora-
dum Deum se conuertit. Quod Chrysostomus,
Leontius, Theophylactus, & Euthymius ideo fe-
cisse putant, vt quod verbis discipulos docuerat, e-
xemplo, rebq; ipsa confirmaret. Prædixerat multas
illis, magnasq; futuras persecutiones c. 15. 17. 18. do-
cuerat in se confidere. c. 16. 33. *Confidite, ego vici mun-
dum*; id nunc exemplo suo docet, qui quatenus ho-
mo est, omnem suam spem, omne præsidium po-
nit in Deo, cũ imminente periculo ad eum se pre-
candum conuertat. Idem illi faciant, idem nobis fa-
ciendũ. Cyrillus vero, & vt videatur Augustinus, &
Beda exemplum etiam scribit nobis præbere vo-
luisse, sed sensu alio, nõ vt nos cum in periculis ver
simur, ad precem confugiamus, etsi id etiam cum
primis faciendum est; sed vt alios ipse Deus ver-
bis sed multo magis exemplo doceamus, confole-
murq. Quæ ista fuerit oratio, nam illa eadem quæ
ab aliis tribus Euangelistis in horto Gethsemani à
Christo habita fuisse dicitur, *Pater mi, si possibile est,
transeat a me calix iste*, Matth. 26. 39. Marc. 14. 35. Luc. *Alii nos hoc
22. 42. quæritio est, hoc loco non indigna, quam fo- mouit eo-
lis, vt opinor, inter interpretes Rupertus attigit. In dem, quod
autem in ea sententia est, vt voram, eademque esse *Matth. &
putet, minus verbis illis superioribus Euangelistę, Marc. ha-
cap. 14. 31. Surgite eamus. Cæterum Ioannem lon- bent.*
giorem, quam exteros Euangelistas orationem re-
tulisse, quod eum Petro, & fratre suo Iacobo inter-
fuisset. Sed hanc opinionem c. 14. 31. refutauimus,
vbi docuimus Christum hanc orationem, sermo-
nemq; totum superiorem in horto non habuisse;
idque ex scripta sequenti vers. 1. perspicuum est,
vbi homines dixit Christum, postquam hæc omnia
dixisset,

dixisset, trans torrentem Cedron, vbi hortus illa erat, egressum fuisse. Neig vero sim facile assentior, si orationem in horto à Christo habitam narrare vnus illet summatim illius fuisse præterm̃issum, Pater mi si possibile est transeat à me calix iste. Facilius credimus eti totam, quam partem eius præcipuam prætermisisse. Præterea alii Euangelistæ scribunt orationem illam in horto prostratum in terram habuisse, Matth. 26. 39. Mar. 14. 35. Ioannes autem illã, sublatis in cœlum oculis. Describit autem habitum orantis eodem consilio, quo eo Christus vsus est, vt nos ab eo orare disceremus. *Posterat*, inquit, Aug. *Dominus noster vniuersitas, & creaturam Patri in forma serui, & ex forma seruitutis, si hoc opus esset, orare silentio; sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrum se fore deprecatorem.* Petit igitur primum in oratione à Patre Christus, vt se clarificet. vt & ipse vicissim à se clarificetur; iuxta illum vaticinii *tempus faciendi Domine, tempus faciendi*, quasi dicat, tu me hactenus & missa de cœlo voce. *Hic est filius meus dilectus*, & delapsa ad me Spiritus sancto Matth. 3. 17. & Ioannis testimonio, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* supra c. 1. 29. & multis edens miracula clarificalli, rerumque cum maxime opus esset, clarificaturam promiserit c. 12. 28. *Et clarificaui, & iterum clarificabo*, ecce nunc tempus illud venit quo maxime tua mihi clarificatione opus est, qua adeo obscura, & ignominiosa subeunda mors imminet, vt nisi me tu clarificaueris, nisi me cœrit, conspicuis miraculis, filium tuum esse declaraueris, omnes me pro puro, eoque vili, & abiecto homine habeant illum. Mea clarificatio non eam mea quam tua est, hoc est, quod tu c. vt *filium clarificet te*, quia ipsum clarificari à Patre Filium est Patrem à Filio clarificari, quia omnis Filij gloria in Patrem cedit, sicut cap. 12. 23. 28. pro eodem accepit se clarificari, & nomen Patris clarificari. Quid autem sit clarificari, illic explicauimus.

Trad. 104.

Psal. 118. 126.

Hebraismus

Rupertus exponit probabiliter, quo & nos dare ipsi.

Trad. 105. Caro & omne pro toto hominc.

2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei det ei vitam æternam.*) Hebraismus est ad hunc modum resoluendus, *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omnis quod dedisti ei det vitam æternam*, ea dundante nominatiuo, & posito relatiuo pro antecedente, vt Psalm. 10. 4. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius*, id est, *Dominus sedes sanctus cœlo.* Singula verba aliquid habent difficultatis. Primum dictio illa, *sicut*, incertum, quo referenda; Augustinus enim, & Beda ad illud vltimum referunt verbum, *Vt filium tuus clarificet te*; quasi sensus sit, quemadmodum tu filio tuo omnis carnis dedisti potestatem, ita fac vt filius tuus clarificet te. Clarificari enim à Filio Patrem, erat per Filium omni carni, id est non Iudeis tantum, sed etiam Gentilibus innotescere. Ergo quandoquidem filio tuo omnis carnis potestatem dedisti, fac vt te apud omnem carnem clarificet. Non incongruit sensus. Leontius vero ad vtrumque refert, *Clarifica filium tuum, vt filium tuus clarificet te sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*, sensu simili. Vterque vero probabilis; sed ego Rupertum secutus ad primum membrum, quod præcipuum erat, referre malo, nisi alterum veluti occasione quadam adiecta esset. Sensum igitur esse arbitror, tracta me tanquam legatum tuum, quem ibi te coram omnibus clarificari, id est recognosci, & honorari conuenit; da mihi æqualem potestatem, honorem, *sicut dedisti mihi potestatem omnis carnis*, ita me apud omnem carnem gloriosa. Omnem autem carnem ex Hebraismo pro omni homine posuit, partem pro toto, vt D. Augustinus obseruauit; sicut è contrario animam Apostolus pro toto homine posuit, cum dixit, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* Rom. 13. 1. Hebraismus etiam est, quod dicit, *potestatem omnis carnis*, pro, in omnem carnem. Omnem autem dixit sic carnem, vt nullam gentem, nullum hominum genus, nullum denique hominem excipiens, & omnem carnem salis opponeret Iudæis. Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius adnotarunt. Nam ante mortem quidem, & resurrectionem, qua clarificatus Filius est Patrem in sola Iudæa notum fuisse; postea vero in omnes gentes eius cognitionem, cultumque permanasse. Quando illam potestatem Pater dederit Filio Augustinus disputat. Facilis responsio, cum homo factus est, loquuntur enim vt homo; sic Theodoretus Heraclcotes, & Chrysostomus.

Hebraismus

Vita æterna Patris, & Filij eadem.

Arianorum ea hoc loco obtrudentes.

Parieteffugium Catholicorum ad obiectionem Arianorum.

Vi *unum quod dedisti ei, det ea vitam æternam.*) Nihilo magis certum, quo dictio illa, *Vt*, referri debeat. Leontius, Cyr. ll. & Rupertus videntur referre ad verbum, *Clarifica filium tuum*, quasi sensus sit, ad hoc filium tuum clarifica, vt omnibus iis, quos illi tradidisti, det vitam æternam. Melius Augustinus refert ad verbum *dedisti*; sed non putat eadem, sed efficacium significare; in hanc enim sensum exponit, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ideo non sustulisti, sic eniæ dedisti, vt omnibus, quos illi tradidisti, dederit vitam æternã. Qui sensus verus mihi videtur esse, ac nescio an à quoquam ex iis etiam, qui Augustinum legerunt, animaduersus. Per totam enim reliquã orationem ita loquitur, quasi iam hoc fecisset, quasiam tunc dedisset vitam æternam iis, quos ad se Pater adduxisset. Vitam enim æternam vocat sui, patriæq; sui cognitionem, vt exponit versu sequenti, quam cognitionem dicit se prædicationis officio perfunctum tradidisse. Quamquam non inficior aliam quoq; probabilem esse sensum, quem omnes vulgo sequuntur, vt particula, *Vt*, finem declaret, propter quem Pater potestatem Filio dederit omnis carnis, nempe vt vitam æternam omnibus daret. Hæc etiam oratio Hebraismo implicata est, sic erit explicanda, vt omnibus, quos ei dedisti, det vitam æternam: redundat enim relativum *ea* Hebraorum more, & ponitur in plurali numero, cum singulare præcesserit, quia non vocem, sed sensum respicit. Sunt qui putent hanc superioris sententiæ exceptionẽ esse. Dixisse enim omnis carnis potestatem sibi datam esse; nunc non omni carni, sed ex omni carne in solum hominibus, quos sibi tradidisset, id est quos ad se traxisset dare vitam æternam: sicut dixerat cap. 6. 37. 39. *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & omne quod venit ad me, non ejiciam foras. Hæc est enim voluntas Patris, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.* Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius pro eodem accipiunt; Omne quod dedisti ei, de omnem carnem, quasi diceret, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omni carni vitam æternam daret: Atqui omnibus hominibus vitam æternam dedit. Respondetur dedisse, quantum in ipso quidem fuit: illi alii non dedit, non per ipsum, sed per illos stetisse, quia in illum credere noluerunt. Eodẽ res redit: nam si hæc exceptio est superioris sententiæ, intelligendũ est Christum declarasse voluisse ea sam, cur non omnibus vitam daret, quia nimirum non omnes, in quos sibi Pater potestatem dederat, ad se adduxisse: non autem adduxit, quia illi aut credendo, aut bene viuendo venire noluerunt.

Beatitudo ex te Deum, & quem misisti Iesum cognoscere, duplex.

Cap. 14.

3. *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*) Docet quomodo omnibus, quos sibi Pater dedisset, dederit vitam æternam, nempe tradendo illis sui, patriæque sui cognitionem. In ea enim vitam æternam positam esse. Itaque *hæc* pro *hoc* loco, id est, *in hoc* autem, pro enim positum puto, sicut Luc. 10. 38. & aliis plurimis locis obseruauimus. Sic conclusionis sententia est, vt pro bet se vitam æternam illis dedisse, quibus sui Patriæq; tradiderat cognitionem, quia hæc est vita æterna, vt vterque abillis cognoscatur. Probat ex hoc loco non solum magna scholasticorum Theologorum pars, sed non nulli etiam antiquiores Patres beatitudinem in visione, id est actu intellectus Deum clare, aperteque videntis positam esse. Sed manifestum ex adiunctis est vitam æternam hoc loco non illam cœlestem, quæ proprie beatitudo dicitur, sed inchoationem quandam eius appellari, quam in hac vita, quasi pignus alterius habent, qui hæredes illius sunt. Nam vt supra docuimus, & ex toto capite perspicuum est, de ea vita æterna Christus hic agit, quam tam discipulis dederat, atqui cœlestem illam nondum illis dederat. Quod si ex hac licet de illa cœlesti coniectoram facere, potius eo ligemus in voluntate, quam in intellectu consistere; quia huius vitæ beatitudo, quæ illius inchoatio est, potius in caritate voluntatis, quam in fide intellectus posita est. Itaq; sententia eorum, qui intellectu beatitudinem ponunt, aliena nostrorum hæreticorum errori videtur esse, qui sola nos dicunt fide iustificari, id est beatitudinem horum vitæ in solo intellectu sitam esse. Quid igitur est causæ, cur in sola cognitione, id est in sola fide vitam æternam ponere videatur? Non certe, quod sola, sed quod prima illis causa fides sit. Eodem prorsus modo, quo iustificatio, & vita illa cœlestis æterna fidei solet tribui, quæ madmodum cap. 1. 12. & 3. 16. declarauimus. Itaq; quemadmodum ex hoc loco colligere non licet vitam æternam in hac vita in sola consistere cognitione, quamuis sola hic cognitione distinatur; ita non colligeretur, quæmis de futura æterna vita, in solo intellectu, visionem consistere, quamuis distinatur sola visione. Sed hæc præter morem diximus. Malca hic nobis negotium Ariani facessebant, solum hic Patrem verum Deum appellari, Filium ab ea exclusi appellatione. Vt *cognoscant te solum Deum verum*, & posthæc, & *quem misisti Iesum Christum*. Auctor Hilarius lib. 4. & 5. & 9. de Trinitate. Ambrosius lib. 5. de fide c. 2. Epiphanius hæresi 69. Gregor. Nazian. orat. 4. de Theologia. Basilius lib. 5. aduersus Eunom. Isidorus lib. 1. contra Varim. cap. 34. Cyrillus Alexand. lib. 10. Thesauri. cap. 6. Augustin. lib. 1. de Trinitate capit. 9. & hoc loco, item q; Chrysostomus hic. Cæterum dialogo 1. Quia assumum hoc loco præsidium erroris sui Ariani colleasbant, magno contra studio Catholici verbantur, vt eos inde detum barent; imq; multis modis respondebant; siue Tertullianus, siue aliquis & Tertullianæ, & Arii ætate posteriori auctor est, cui de Trinitate inter Tertulliani opera liber inscribitur, & Hilarius lib. 9. de Trinitate, & Ambros. lib. 5. de fide, cap. 1. & Augustin. & Beda hoc in loco respondent, tria illa verba *solum Deum verum*, non solum Patri, sed Filio etiam attribui per coniunctionem illam, & *quem misisti Iesum Christum*, quasi is sit, vt Augustin. ait. *ipso verborum: Hæc est vita æterna, vt te, & quem misisti, Iesum Christum cognoscant solum verum Deum*; nam vt ita loquamur, sic no etiam Latinus patitur. *Si noluisset se*, inquit Tertullianus, *etiam Deum intelligi, cur addidit, Et quem misisti Iesum Christum, nisi quemadm & Deum accipi voluit? quemadm si se Deum nollet intelligi, addidisset, Et quem misisti hominem Iesum Christum: nunc autem nec addidit, nec semel hominem tantummodo Christum tradidit, sed Deus iunxit, vt & Deum per hanc coniunctionem sentiri posse, intelligi vellet.* Nescio an hanc interpretatio ab iis, quibus non placet, refutari possit; ego enim qua ratione possit, non intuenio. Alter quoque idem respondet Ambros. Christum non excludere se, quin verus Deus sit, ex hoc ipso loco perspicuum esse; illum enim, in cuius cognitione vita æterna posita sit, qui posse non esse Deum? atqui non solum in Patria, sed etiam in simplissima cognitione vitam æternam ponuisse. Epiphanius vero, quo modo possit verum Deum non esse, qui *vera* sit *ille*

Cap. 1. 3.

Vt Rom. 9.

minam omnem hominem venientem in hunc mundum? Resolue illa quidem; sed discede ab hoc loco; quod si facere licet, illustrioribus testimoniis id Basilius, & Cæsarius probant; in primis ille, qui huic valde affinis est. 1. Ioan. 5. 20. *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Vbi cum perspicuum sit eandem Ioannem, quam hoc loco Christum sententiam exprimere voluisse, non solum non negauit, sed etiam affirmauit illum verum esse Deum. Neig me latet, quid in illum locum non Ariani modo veteres, sed alii etiam hac tempore eorum lectores cum mentiti sint; sed eas cauillationes cum ad eum locum Deo iuuante venerimus refutabimus. Nostram autem, & meticio an aliquanto audentiorem interpretationem apud Theodorum Heraclcotem inuenio, Christum solum pertem sum verũ Deum appellasse [illegible], id est, *quod singulariter sit*, vt Theologi loquuntur, id est alii a lio originem non habens, sed ipse potius omnis diuinitatis origo. Vera, germanaq; expositio est, quam omnes fere Græci auctores tradiderunt, Gregorius Nazian. Basilius, Cæsarius, ille in locis quos supra dedimus, Chrysostomus, Cyrillus, Leontius hoc loco, Theodorus Mopsuestius, & Theodoretus Cyri Episcopus in Græcorum Catena extant, Theophylactus, & Euthymius in commentariis, & ante Arianorum furorem hæreses Cyprianus in exhortatione ad martyrium, verba illa, *Solum verum Deum*, ad solum referri Patrem; non quod Filium excludatur, sed vt excindantur idola, quæ veri non erant Dij; non ergo his verbis Filio, & Spiritui sancto, sed idolis Patrem opponi; in eo enim vitam æternam positam esse, vt relicta vana illa Deorum multitudine vnum verum Deum Patrem, cuiq; Filium Iesum Christum non vilij falsico, vt idolis, sed verum etiam, vt Patrem, Deum cognoscamus. Nam vt Gregorius Nazianz. & eius frater Cæsarius argumentantur, si propterea quod Pater hic solus, verusq; Deus appellatur, colligunt Ariani Filium non esse Deum, colligent etiam Filium non esse Seniorem, quia Diuus Paulus dicit Romano. 16. 27. *Soli sapienti Deo per Iesum Christum gloria*, colligant non esse immortalem, & non esse lucem, quia idem Paulus scribit 1. Tim. 6. 16. *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem*, cum se Christus patrem vitam, & lucem vocet. Illustrat manifeste Theodoretus hunc locum alio consimili D. Pauli. 1. Thes. 1. 9. *Conuersi*, inquit, *estis ad Deum a simulacris, seruire Deo viuo, & vero.* Deniq; illud etiam obseruandum, quo Arianorum argumentum penitus enervatur, nomen illud *solum* non esse subiectum, sed attributum. Nec enim est sensus, vt *cognoscant te*, qui solus es verus Deus, sed vt *cognoscant te*, qui es ille Deus, qui solus verus es. Quem sensum negat etiam num Græca pra se ferant, [illegible] Sed, ita esse ex altero conflat epitheto. Si enim *solum* ad subiectum pertineret, eodem verum pertineret; at verum, non ad subiectum profecto, sed ad attributum pertinet. Itaque ille hæreticorum interpres, qui vertit, *vt cognoscant te solum esse verum Deum*, verum sensum non est assecutus. Duplex adhuc hic hæret quæstio. Altera, quare non dixit quemadmodum Augustinus dixisse putat, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, & verum Deum? Posset hic illa superior Theodori responsio locum habere, nomen Dei Patri, tanquam omnis diuinitatis fonti tribuitum. Sed duas etiam causas alias possumus reddere; alteram, illud sermonis solum, ne veri Dei Patri per attributionem dari soleret, quamuis Filius etiam, & Spiritus sanctus Deus sit, sicut nomen Dominus datum Filio, quamuis Pater dominus vtique

Vinã esse filij Dei, & nostram, exclusis idolis docuimus.

vtique fit, & nomen Spiritus atque paracleti datur A a me dixerit, *Clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te*: illic quasi prius Pater Filium, qui Filius Patrem clarificaturus esset; hoc quasi Filium Patrem, quam Pater Filio se clarificaturus. Paulo enim fuerat prius Filius Patrem eius nomen hominibus manifestando clarificaturus; deinde quasi loco mercedis petit à Patre, vt se vicissim mox eiusdem clarificet, vt ea ipsa merito suæ gloriæ in Patrem redundet. Arianorum Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius, consulto Christum addidisse verbum illud, *super terram*, vt declararet, qua ratione Patrem clarificasset. nempe non vere, non sicuti in cœlo clarus est, cuius claritati, & gloriæ, quam apud se, & angelos habet accessio fieri non potest; sed sicut super terram ab hominibus clarificari dicitur, cum eius claritas hominibus innotescit. Hoc colligunt Cyrillus, & Leontius eodem sensu Filium à Patre clarificari, non vt Ariani putabant, eius augenda gloria, sed gloria, quam natura sua infinitam habet, hominibus declaranda. Opus vero, id est negotium est filium datum sibi à Patre dicit, siue vt Augustinus, & Beda putant, quia per humanam generationem hoc acceperat à Patre, siue, vt Cyrillus, Chrysostomus, & Græci fere omnes volunt, quia vt homo loquitur, cui Pater præceptum dederat Euangelii prædicandi.

Cur de Spiritu sancto mentio nulla hic fiat.

Psal. 83 12.

Supra 3. 36.

B

C

Quomodo Filius à Patre clarificatus.

Quam claritatem negligant.

D

5. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te.*] Aduerbium illud, *nunc*, vt Theophylactus interpretatur illatiuæ particulæ vim habet, quasi dicat, Ergo clarificabo me tu, quandoquidem ego te prius clarificaui. Melius fortasse Euthymius. *Nunc*, id est deinceps, opponit enim tempus tempori; dixerat se iam clarificasse Patrem, petit, à Patre, vt se deinceps ipse clarificet. Non potest hic locus intelligi, nisi prius disputemus, de qua claritate Christus agat, de ea nempe, quam vt Deus semper habuerat, an de ea, quam vt homo erat habiturus; & quare se clarificari petat. Omnes fere, quos ego elegerim, auctores de gloria humana, non diuina naturæ loqui putarunt; nam diuinam quidem naturam infinitam semper gloriam habuisse, petere autem nunc, vt ea gloria, quam diuina semper natura, etiam antequã mundus fieret, apud Patrem habuisset, in humanam quoq; naturam deriuctur, non solum resuscitando illam à mortuis, & in cœlum euehendo, sed ad dexteram etiam Patris, vbi semper diuina foerat, collocando. Huc licet alia alios via omnes interpretes tendunt. Hilarius lib. 3. & 9. de Trinitat. Chrysostomus, Theodorus Heracleotes, & Mopsuestienus Cyrillus, Leontius, Augustinus, Beda, Theophylactus, Euthymius, Rupertus. Optime autem omnium Theodorus Heracleotes in dicto loco illo Diui Pauli Philippens. 2. 6 7. 8. 9 *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Negare igitur nunc vult illam gloriam à qua se exinaniuerat, reducatur. Nolo ab omnibus vnus auctoribus dissentire; sed nihil tamen absurdi si quis videat, de diuina etiam natura, aut communiter de persona Filii vtramque & diuinam, & humanam complectente naturam interpretemur; quem admodum & Theodoretus interpretatur in commentariis in Psalm. 91. Si enim absurdum non est, vt Pater quærentes Deus est, à Filio clarificetur, dum eius gloria per Filium hominibus declaratur; cur absurdum erit, vt eadem ratione à Patre Filius clarificetur? Mouet omnes, quod Filius dicat se super terram Patrem clarificasse; à Patre autem non super terram, sed apud Patrem ipsum clarificari postulet; ideo quæ putant & de humana tantum na-

tura

turæ clarificatione, & de ea tantum agi, quæ in cœlo A ad dexteram Patris sedens clarificandus erat. At verbum illud, *apud temetipsum*, alium ego sensum habere arbitror, non vt clarum apud temetipsum fit, hominibus ostendat. Itaque non opponuntur, *apud temetipsum, & super terram*, sed *apud temetipsum, & apud homines*, quasi dicat, fac, vt tam clarus apud homines sim, quam apud te sum: quo pertinet, quod libr. 10. Thesauri cap. 9. Cyrillus obseruauit, Græcum nomen δόξα, vnde δοξάζειν clarificare dicitur, non solum claritatem, sed etiam opinionem significare: itaque sensum esse hic, vt quam tu de me opinionem habes, eandem homines habeant. Quod sequitur, *Et claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te*, quo modo omnes auctores interpretentur, modo diximus, petere scilicet vt claritas illa, quam diuina natura, antequam mundus fieret, apud Patrem habuerat, cum humana communi. etur. Solus Augustinus, & Beda de humana natura hoc ipsum intelligunt, sed ad prædestinationem referunt: humanam enim naturam, etiam antequam mundus fieret, eam habuisse gloriam, quam nunc Christus quasi iure debitam à Patre petit: non re quidem ipsa, sed Patris prædestinatione, qui eam humanæ Christi naturæ ab omni æternitate destinauerat: sicut agnus *occisus ab origine mundi* dicitur Apocalyp. 13. 8. Augustinus licet infensus alioquin Arianorum hostis videtur Catholicorum aduersus Arianos firmissimum argumentum enerualle. Si enim de prædestinatione hoc intelligatur, quomodo ex hoc loco probabitur Christi diuinitas, quam hoc argumento optimi auctores probauerunt, quod Christus, antequam mundus fieret, gloriam apud Patrem dicatur habuisse: quam si ipse nondum erat, habere profecto non potuit? Hilarius lib. de Trin. 9. Cyrillus, Theodorus vterque, & Leonius hoc loco, & iam olim Tertullianus, aut quisquis auctor ille fuit in lib. de Trinit. & Cyprianus libr. 1 contra Iudæos, ca. 1. Et apud Tertullianum lego eos, qui Christo diuinitatem detrahebant, eodem modo, quo Augustinus interpretatur, interpretari solitos. *Si homo, inquit, tantummodo Christum, quomodo dicit, & nunc honorifica me gloria, quam habebam apud te prius, quam mundus esset? Si antequam mundus esset, gloriam habuit apud Deum, & claritatem tenuit apud Patrem, ante mundum fuit: nec enim habuisset gloriã, nisi ipse prius fuisset, qui gloriam posset tenere. Nemo enim habere aliquid poterit, nisi ante ipse fuerit, qui aliquid tenet.* Et post pauca, *Neque prædestinatio ista dicatur, quoniam nec posita est, aut addunt hoc, qui hoc putant, sed va est adiicientibus, quomodo & detrahentibus positum; non potest ergo dici, quod non potest adiici. Sublata ergo prædestinatione, quæ non est posita, in substantia fuit Christus ante mundi institutionem.* Hæc ille. Ergo Diuus Augustinus etiam illam de prædestinatione interpretationem adhibuit, aut nihil de Arianis cogitabat, aut vt eorum argumentum depelleret, nostrum etiam infirmauit. Colligebant ex hoc loco etiam Ariani Christum non esse Deum, cum à Patre postulauerit, vt se clarificaret, vt ex Athanasio sermone 4. contra Arianos, & ex 8. alibi oli. 5. aduersus Eunom. & ex Cyrillo libr. 10. Thesauri, c. 9. perspicuum est, quod argumentum cum illis eripere Augustinus vellet, dixit Christum secundum humanam naturam loqui, secundum quam quia ante mũdum non fuerat, neque gloriam illam habere potuerat, prædestinatione sola dixit habuisse.

Cur de Spiritu sancto mentio nulla hic fiat.

Psal. 83 12.

Supra 3. 36.

Arianorum ex hoc loco obuctio.

B

C

E

6. *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.*] Exponit, quod dixerat ver. 4. *Ego te clarificaui super terram*: clarificare enim Patrem super terram fuit, eius nomẽ hominibus manifestare, vt Theophylactus, & Rupertus exponunt; aut, vt Chrysostomus, Leontius, & Euthymius putant, declarare, quod sit opus illud, de quo dixerat, *opus consummaui*, nempe nomen Dei hominibus manifestare. Manifestare autem nomen Patris quid sit, sua nõ caret difficultate. Theodorus Heracleota, Chrysostomus, Augustinus, Beda, Theophylactus, & Euthymius de gentibus, & de re non præterita, sed futura putant hoc intelligi; glorificauit enim Patrem effudendo, vt eius numen, quod gentibus idola colentibus ignotum erat, notum esset; quod tunc quidem nondum factum, sed paulo post per Apostolos eius auspicijs faciendum erat. Valeat, quantum par est, horum scriptorum auctoritas: tamẽ non facile mihi persuaserint Christum loqui de re futura. Illudit enim ad illud, quod versu quarto dixerat, *Ego te clarificaui*: illic autem de re loqui præterita inibi probauimus: omnem enim vim, gratiamq; sententiæ in eo vtique versari, quod pro perfuncto iã officio mercedem à Patre petat clarificationẽ sui. Aliam idem Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius: tum etiam Leontius, & Rupertus interpretationem afferunt, vt de solis loquatur Iudæis, apud quos tantũm Euangelium prædicauerat, & de nomine Patris, non quo Deus, sed quo Pater appellatur. Nomẽ enim Dei Iudæos ante cognouisse, nomen autem Patris nõ cognouisse: id Christum illis manifestasse, dum docuit se filium esse Dei. Hoc etiam videtur subtile esse, agebat enim Christus de manifestatione eius rei, in qua summa veritabatur humanę salutis: humanę autem salutis summa non in eo vtiq; veritabatur, vt scirent Iudæi Deum nõ solum Deum, sed etiam Patrem & esse, & appellari. Itaque Cyrilli interpretationem magis probo: nomẽ hoc loco pro gloria positum esse: vt apud Salomonem cũm dicit, *Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Hoc ita esse ex eo perspicuum est, quod pro eodem accipiat glorificare Patrem, id est eius declarare apud homines gloriam, & nomen eius hominibus manifestare. Continet ergo hoc loco nomen Dei quidquid in Deo gloriosum, quidquid beneficũ, quidquid hominib. salutare est, quale impetrauit fuit, quod ita mundum dilexerit, vt *filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Hoc Christus Iudæis manifestauit, quod illi minime cognoscebant. Hoc vero qui nescit, vt nomen Dei vel sanctissimum illud sciat quatuor litterarum, quod Iudæus nesar erat pronunciare: vim certe virtutemque eius nescit. Nomen denique Patris totum hic significat Euangelium. Cũm dicit, *Quos dedisti mihi*, non significat se non omnibus Iudæis nomen Patris manifestasse, sed non omnes, quibus manifestasset, credidisse: credidisse autem qui sibi à Patre dati erant, id est qui ad se traherentur, sicut capite 6. dixit, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Tractos autem, qui prædestinati sunt eum qui, & quare, id huius non est loci disputare. Hoc teneamus, quod pars vtraque concedit de prædestinatione disceptantium, omnes credidisse, qui voluerunt, & qui non crediderint, propterea non credidisse, quia credere noluerunt. *De mundo* autem sibi dedisse dicit, id est eos non à credentium multitudine, quam mundum appellat, segregando. Theophylactus existimat propterea dixisse *dedisti mihi, & tui erãt*, vt ostenderet se eos non rapuisse, sed communes, sicut reliqua omnia, etiam discipulos cum Patre habuisse. Cætera vsque ad ver. 9. explicatione non indigent.

Manifestare nomen Patris quid sit.

Nomen pro gloria hic positum Prou. 22. 1.

Sup. c. 3. 16.

9. *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi,*] Hactenus Christus pro se orauerat, vt à Patre clarificaretur, & rationes multas adduxerat, cur exaudiri ab eo deberet, quod ipse eũ prior clarificasset, quod opus eius perfecisset, quod nomen eius hominibus manifestasset, quod non sine fructu officio

defunctus esset: credidisse enim, & sermonem Patris A
se auctore seruasse, quotquot illius æterna prædestinatione erant. Orat nunc pro discipulis, qui crediderant, eosque multas item affert, quamobrem pro illis rogat. exauditi debent. Prima est, quod *non pro mundo*, id est pro hominibus sceleratis, incredulis, reprobis, indignis hoc tanto beneficio. sed pro iis, qui Patris sint, qui credant, qui eius sermonem seruent, qui cognoscant, quod à Deo ipse exierit, eumque Pater miserit, qui dignitatis omnibus titulis sint, vt pro eis orans exaudiatur. Hanc emphasim habet illud pronomen, *Pro his*, quasi dicat, *pro his rogo*, qui tales sunt, quales modo describit. Potest quæri, quomodo dicat, pro mundo non orare, cum pro crucifigentibus paulo post orauerit, qui mundus vtique erant. *Pater dimitte* B *illis, non enim sciunt, quid faciunt*. Luc. 23. 34. & 2. Corinth. 5. 14. 15. *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt & pro omnibus mortuus est Christus*, quomodo non pro omnibus orat, qui omnes illuminat, capite 1. 9. &, *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*, quinque *omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*? maioris enim caritatis est moti, quam orare. Abunt hoc loco & similibus sunt, & noui nostri temporis hæretici, & ij, qui olim Prædestinati dicti sunt, vt probarent Christum nó pro omnibus hominibus. sed pro suis pręelectis tantum fuisse mortuum. Auctor Faustus ille Galliarum Episcopus, qui ætate floruit Augustini libro 2. de libero arbitrio, capite 4. & 6. & ille quidquis fuit eorum auctor commentationum in Psalmos, qui Arnobio tribuuntur, Psalm. 146. & Remigius Lugdunensis in libro contra tres epistolas trium Episcoporum Galliæ, qui & ipse videtur in eandem ire sententiam. Idem Prædestinatiani illi, ali, docuere, qui auctore Godescalco quodam sub imperium Lotharij exiterunt, vt in manuscripto Hincmari Remensis libro aduersus Prædestinatianos lego. Refutauimus istum errorem alibi; nunc non id agimus, vt eum iterum refellamus, sed vt hunc locum explanemus: Christum pro omnibus mortuum esse, & pro omnibus orasse ex iis locis, quos modo notauimus, perspicuum est: sed quemadmodum Theologi docent, mortem Christi duobus modis considerari posse. aut quod attinet ad eius D vim, atque virtutem, & ad Christi morientis, Patrisque ad mortem mittentis antecedentem, quam vocant, voluntatem: aut quod attinet ad effectum, & fructum, qui ex ipsa consecutus est, & voluntatem quam consequentem, & efficacem appellant, ita duplex eius oratio distinguenda, altera sufficiens quidé, sed non efficax: altera, & sufficiens, & efficax. Si prioris illo modo & mortem, & orationem Christi consideres, & pro omnibus hominibus mortuus est, & pro omnibus orauit: nam & eius mors satis habuit meriti, ad vis, vt omnes homines liberarentur, & eius prima, & antecedens voluntas erat, vt omnes liberarentur, ideoque apud Lucam pro omnibus orauit: si autem spectes effectum, quia is non ex sola Christi, sed ex E hominum etiam, qui saluandi erant, voluntate pendebat, quia eo omnes oblatum à Christo redemptionis beneficium accipere voluerant, non omnes salui facti sunt, neque pro omnibus orauit, sed pro iis, qui credidissent. Alio denique sensu pro omnibus, quàm pro discipulis tuis, & iustis orauit. Nam pro omnibus, vt crederent, & iusti fierent, sicut nos pro hæreticis omnibus pro discipulis & iustis, vt eos conseruet, detque illis vitam æternam.

Mundi nomine quando bis intelligatur.

Quomodo negetur se Christus orare pro mundo.

1. Tim. 2. 4. & 6.

Hæretici nostri temporis, & Prædestinatiani olim dicti.

Hincmari Remensis liber aduersus Prædestinatianos.

Luc. 23. 34.

10. *Quæ tua sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis.*] Duas hîc Christus rationes affert, quare se Pater pro discipulis omnino exaudire debeat. Altera est, quod discipuli tui, Patris sint, debeat autem quisque suorum habere curam; altera, quod in illis ipse fuerit clarificatus, quasi dicat, quod hoc illis debeat, quia se clarificauerunt, & quum est, vt Pater iis, qui sui Filius obstrictus est, mercedem soluat. Cæterum hoc quidam ad futurum referunt, vt præteritum pro futuro positum sit, vt supra c. 15. 8. tanquam dicat, Ego quidem abeo, ille meo manent loco, vt me clarificent, id est nomen meum, meam crucem, meam victoriam longe lateque vulgent, da illis pro hoc erga me merito dignas præmium. In hanc sententiam exponunt Augustin. & Beda, & vt videtur, etiam Leontius, videturque ex verbis sequentibus confirmari: *Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt*. Melius opinor Theophyla. & Euthymius per præteritum explicant, fuisse hactenus in illis glorificatum, sicut dominus in seruis, magister in discipulis, glotificatur. Nam quæ madmodum obtrectabant, tanquam primum, & obiectum hominem reiicientes; ita qui credebant, clarificabant, ostendentes se præclaram de illo, atque diuinam opinionem habere. Nam quod sequitur, *Et iam non sum in mundo*, huc non pertinet, sed vt modo dicemus, est tia quædam est ratio. Placet etiam mihi, quod Theodor. Mopsuestiensi. & Euthymius indicauunt, relatiuum. *Et*, non ad solos discipulos, sed ad omnia omnino referri, de quibus dixerat, *Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt*. Hæcauté ipsa, quæ interiecta sunt, verba omnes fere auctores ideo putant addita fuisse, ne quis diceret, *Quos dedisti mihi*, significare videretur dixisse Patris esse, aut quia dixerat, *Tui sunt*, non esse suos, aut modo suos esse. cæpisse, cum ante non essent. Ita Chrysostomus, Augustinus, Leõtius, Beda, Theophylactus, & Euthymius. Mihi ratio reddi videtur, cur dixisset *tui sunt*, quia mei sunt, cui etiam sunt, quia *omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*. Itaque coniunctionem, *Et*, priori loco cum dicit, *Et mea omnia tua sunt*, pro *quia* positum esse credo τοῦ, quia, ὅτι, ὑπὲρ τοῦ ὅτι, vt aliis nonnullis locis adnotauimus. *Da nobis auxilium de tribulatione*, Hebraice, *& vana salus hominum*, id est, *quia vana salus hominis*, vt noster vertit interpres. Psal. 59. 13. & 107. 13. Apertum hoc, est diuinitatis Christi testimonium.

Et pro quia.

Vnum esse quid hoc loco denotet.

11. *Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.*] Hæc tertia ratio est, qua probat debere Patrem suas pro discipulis preces audire, quod ipse, qui eos hactenus tanquam pater filios protegebat, de mundo discedat, illosque orphanos desertosque derelinquat, nisi illis Pater adsit. Dicit se non esse iam in mundo, non quod tunc non esset, sed quod paulo post futurus non esset. Dum dicit, *Ego ad te ve-* Et pro *nio*, etiam, *Et*, accipio pro, *quia*, vt paulo ante, reddit quia. enim causam, cur dixerit se iam in mundo non esse, quia *ad te*, inquit, *venio*. Est enim totus hic locus Hebraismis scatens.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.] Declarat quid à Patre pro discipulis postulet, nempe vt eos seruet, & vt vnum esse inter se faciat. Sed explicanda nobis sunt singula. Quod Deum non solum Patrem, sed etiam sanctum appellat, eo pertinet, vt blandis, gratiosisque vocabulis Patris benevolentiam eliciat: non quod opus ipsi esset vllis apud Patrem ad obtinendum, quod petebat, blandimentis, vllo artificio, neque omnino illum orare, cùm Deus Patri æqualis ipse etiam esset sed quia, vt ait Theophylact. id discipulis opus erat. Si enim ipse illis promisisset fore, vt eis tempot adesset, etiam postquam ex hoc mundo discessisset, vix satis perluadere potuisset: quanquam id etiam alibi fecisse legimus: cum autem Patrem audientibus illis pro illis orat, & ita orat, vt nullum affectum, nullum orationis artificium

artificium prætermittat, magnam eis spem offen- A
dit fore, vt omne à Patre auxilium sint habituri. Rupertus ideo dicit Patrem sanctum appellasse, quia sanctificationem ab illo discipulis postulabat. Quod ait, *seruare*, nimis meo iudicio subtiliter idem auctor inter pretatur. *Seruari*, inquit, *proprie dicuntur, qui capti in bello, cum iure belli possint occidi, victoris misericordiæ vita donantur. Sic nimirum cum isto mundo Dei inimico ipse damnandi fuimus, sed victoria Dei gratia dimissi seruamur*. Hoc vt verum sit, in hac certe loco cum minime conuenit; isto enim modo iam discipuli seruati fuerant, iam peccatorum remissionem consecuti: itaq; non rogat Christus, vt nunc à peccatis liberentur, sed vt iam liberati in eo statu, in quo erant, conseruentur, ne quis eorum pereat, ne quis ab ea decidat gratia, quam consecutus suo erat beneficio, quemadmodum Iudæ contigerat, vt explicat versu sequenti. Quod vero addit, *In nomine tuo*, Theodorus Heracleotes in hunc sensum exponit, communica cum illis nomen tuum, quem admodum & mecum communicasti; fac eos Deos, eo modo, quo de aliis dictũ est, *Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes*. Alter vero Theodorus Mopsuestiensis, hæc ait vt illis sis pater, sicut & mihi es; communica cum illis paternum nomen tuum. Cyrillus autem videtur interpretari, *In nomine tuo*, id est, in me qui nomen tui gero, qui Deus & sum, & vocor. Optime omnium Theophylactus, & Euthymius. nomen hoc loco potentiam, virtutem, auxilium significare, itaq; perinde est ac si dixisset, conserua eos sub tua protectione, atq; tutela. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur*, Proverb. 18. 10. Reperit, *quos dedisti mihi*, vt memoriam renouet eius rationis, ob quam petierat, vt is pro discipulis precantem auditet, *quos dedisti*, inquit, *mihi*; quasi dicat, fac ne mei esse desinant, qui vt mei essent, effecisti. Itaq apte admodum hæc duo coniunxit, *conserua*, &, *quos dedisti mihi*; vt sint vnum, *sicut & nos vnum sumus*. Potest hæc aut diuersa alia pertio, ita vt eum ante petiisset, vt eos conseruare, petat nunc, vt illis summam dei coniunctionem, atq; concordiam, vt Cyrillus intelligere videtur; aut vt eadem cum prima sit, sed aliter explicata, vt vult Theophylactus, quasi hoc ipsum sit eos conseruare, efficere, vt vnum inter se sint. Vtrumq; probabile. Sed quid est vnum esse? vnum non solum natura, vt semper fuerant, sed consensu, voluntate, caritate, concordia, spiritu, sicut ait D. Paulus, *Vnum corpus, & vnum spiritum, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ*, Ephes. 4. 4. & sicut de illis ipsis dictum est Act. 4. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna*. Ita Cyrillus. Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. Leontius, Theophylactus & Euthymius, & Ambrosius lib. 4. de fide, cap. 2. & Augustinus hic & serm. 51. de verbis Domini. Quidã ad incarnationem Christi hæc retulere, quasi voluerit Christus, vt discipuli, qui propter susceptionem humanæ carnis eiusdem secum naturæ erant; sicut ipse, & Pater vnum natura erat; vnius etiam essent voluntatis, sicut ipse, & Pater erant, sicut Epiphanius hæret. 69. Hilarius vero lib. 8. de Trinitate ad Eucher. fi. quasi oportet Christus, vt per sumptionem corporis sui vnum & secum, & ipsi inter se vere & naturaliter sint, quemadmodum ipse cum Patre vere, naturaliterque vnum esset. Solitos Arianos hoc abuti loco, vt probarent Filium non natura, sed sola concordia, & voluntate vnum esse cum Patre, ex superioribus auctoribus discimus, petere eum Christum, vt discipuli vnum sint, sicut ipse & Pater vnum esset, cum manifestum sit non petere, vt natura, sed vt voluntate vnum sint. Quomodo Hilarius, & Epiphanius respondeant, ex iis, quæ modo diximus, intelligitur. Melius Ambrosius, & Augusti- B

Lib 11.

Pſal. 81. 6. Sup. c. 10. 34.

Nomen potentiam, & virtutem significat.

Prou. 18.

Vnum esse quid hoc loco denotet.

Ariani abuſi hoc loco refelluntur.

nus iis in locis, quos modo commemoraumus, respondent, hunc locum nobis maxime fauere. Arianis aduersari; nam discipulos inter se eiusdem fuisse naturæ, postulasse autem à Patre Christum, vt eiusdem essent voluntatis, quem admodũ ipse cum Patre & eiusdem naturæ, & similem voluntatis esset. *Pro testimonio fides*, inquit Ambrosius, *positum est, licet ab Arianis ad argumentum perfidiæ detorqueatur. Etenim quamuis tutius lectum negare non queant vnitatem, extenuare non audent, vt falsa videatur diuinitatis vnitas inter Patrem & Filium: quando est inter homines vnitas naturæ fit ex communitate naturæ.*

12. *Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.*] Aut alia est ratio, aut confirmatio rationis eius, quam antea rat vet. 11. *Et iam non sum in mundo*. Quasi dicat, cum ego in mundo cum illis eram, non alio illis, quam meo opus erat auxilio; ego enim tuebar, ego protegebam eos; nunc autem discedente me, tuo illis auxilio opus est. ergo ne illos deseras. Quid autem sibi vult, quod dicit se eos in nomine Patris seruasse; cur non dicit suo seruasse nomine? Recte Theophylactus respondet, quo plus illis daret spei; plurig; consolationis adhiberet, & vt accommodate ad eorum loquereturque sensum, qui nondum satis digna de Christo habebant opinionem, itaq; facilius credi uri eram, si dicerem se nomine Patris, quam si nomine sui seruasse eos, plusq; erant consequuturi spei fore, vt quo nomine ante seruati fuissent, & in posterum seruarentur. Eodem pertinet, quod Cyrillus docet, loqui Christum tanquam hominem, & velut illegatum Patris, qui eius auctoritate, atque auspiciis omnia gessisset. hoc esse, *In nomine tuo*: quasi dicat, ne permittas, vt qui hactenus tuo nomine à me seruati sunt, à te tuo eodem nomine me absente seruari desinant. *Me, inquit, veniente ad te ait Augustinus, & ipse seruabam. In nomine Patris seruabat discipulos suos Filius bonus, cum eis humana præsentia conuiuebat, sed etiam Pater in nomine Filii seruabat, quos in nomine Filii petentes exaudiebat, his quippe idem Filius dixerat, Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Loquitur autem Christus hic quasi tam cum illis non esset, quia paulo post ab illis erat discessurus, *cum essem*, inquit, *cum eis*, quasi iam non esset, sicut ver. 11. *Et iam non sum in mundo*.

Prou. 18. 10.

Pſal. 118. 8.

Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt impleretur scriptura.] Id est, ita omnes, quos mihi seruandos tradidisti, seruaui, vt nemo ex illis perierit, nisi ille vnus, quem tu, cum mihi tradidisti, sciebas esse perditurum, & æterno iudicio tuo ad interitũ destinatum mihi dederas: atq; ille ipse non perit, nihi vt scriptura, quæ illum perditurum dixerat, impleretur. Quibus omnibus verbis hoc vnum significat se, quantum in se fuit, omnibus officii sui partibus fuisse perfunctum, neminem sua quidem negligentia periisse; si quis perit, propria perisse culpa, qualis Iudas fuit, quem ideo filium perditionis Hebraica vocat phrasi, quasi ad perditionem destinatum, quemad modum & D. Paulus appellauit, 2. ad Thessal. 2. 3. non quod ille perierit, quod à Deo ad interitum non solum, vt Augustinus loquitur, prædestinatus, sed etiam factus esset, quem admodum noui hæretici summa profecto impietate docent. Nam ille, vt Augustinus, & Leo magnus tradunt, ut iam post vendimum Christum, si voluisset, perire posset. Vendendum Christum fuisse potuisse.

Filium perditionis pro ipſi Hebraice.

Iuſtus etiam poſt vendi-tum Chriſtũ fuiſſe potuit.

tum, sed etiam causam declarat; causam vero non veram, sed apparentem, quemadmodum in huiusmodi phrasibus sæpe diximus significato. Itaque nihil aliud indicat, quam adeo certam duinam fuisse prædestinationem, adeo veram scripturæ prædictionem, adeo consentienter vtriq; Iudæ interitum accidisse, vtnon alia de causa contigisse videretur, quam vt diuina prædestinatio, & scripturæ testimonium impleretur. Locus autem scripturæ ad quem alludit, est ille Psal. 108.8. *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipat alter*, quem Petrus Act. 1. 20. in eandem sententiam induxit.

13. *Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.*] Hactenus quidem, quia in mundo cum illis fui, fecit quod me erat officii; custodiui enim eos fic, vt nemo ex illis perierit, nisi is, qui antequam mihi traderetur perditus erat; nunc cum ad te proficiscens ab illis discedam, dum adhuc in mundo sum, hæc pro illis loquor. Sic reseliendam orationem puto. Reddit rationem, cur nunc potius, quam ante pro illis oret, & quodam modo apud Patrem excusat importunas preces. Cum autem dicit, *Vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis*, explicat tinem, ob quem a Patre, vt eos seruaret postulauit. Gaudium suum Augustinus, Beda, Rupertus vocare putant, quod in discipulos ipse conferret, gaudium illis à se latum. Cyrillus vero, Chrysostomus, Leontius, Theodorus Mopsuest. & Euthym. passiue interpretantur, *vt habeant gaudium meum*; id est quo de me gaudent, *impletum in semetipsis*. Quod Cyrillus ad hunc fere modum explicat, nunc illi magno ex præsentia corporis mei gaudio affici filii videntur, in eo ipsum omne suum præsidium collocent, putantq; me absente nihil se consolationis, nihil auxilii, nihil lætitiæ habituros; hac intelligam se non minus à me absente, quam præsente protegi, quin plus auxilii, plus gaudii ex mea diuinitate, quam ex præsentia corporis, in quam defixi toti erant percipere, hoc est, *vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis*. Beatus, & simplicius interpretor, fac vt magis me absente gaudeant omnimodo auxilio muniti, quam præsente gaudebant.

Gaudium suum quid Christ. dicat.

14. *Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.*] Alia hæc ratio est, qua Patrem monet, vt discipulis suis in mundo manentibus opem ferat, quod ipsius, id est Patris causa mundus, eos odio habeat, persequatur, æquum q; sit, vt cuius causa patiuntur, ab eo adiuuentur, quemadmodum Leontius, & Theophylactus interpretantur. Sermonem Patris, vt Cyrillus, Augustinus, Beda, Theodorus Heracleotes, Theophylactus, & Euthymius putat, vocat doctrinam Euangelicam suam, quam illis tradiderat, quæ etsi ipsius erat, tamen ideo non suam, sed Patris vocat, vt ratio plus haberet ponderis; magis enim obligabat Patrem, vt discipulis propter suam, quam propter Filii doctrinam perfecutionem patrocinium subuenirent.

Sermo Patris dicitur nostra: Veri prædicatio.

Sup. c. 7. 16.

Quemadmodum alio loco dixit, *mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me Patris*, quia plus apud homines habitura erat auctoritatis, si Patris, quam si suam esse diceret. Theodorus vero Mopsuest. Leontius, & Rupertus sermonem Patris Euangelii prædicationem exponunt, sensumq; esse putant, ego illis officium dedi prædicandi post meum discessum Euangelium, quo doctrina tua continetur, quæ res magnum illis odium, magna pericula concitatura est; tuere igitur eos, qui hæc tua causa passuri sunt. Verumq; probabile; sed hoc secundum euentus ipse reddidit probabilius. Itaq; vt recte Augustinus admonuit, quæ per præteritum dicit, de futuro intelligenda sunt.

Tract. 108.

15. *Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.*] Loquitur Christus cum Patre tanquam cum homine propter homines, id est quia hominibus audientibus loquebatur. Si cum homine loquens diuisset eos non esse de mundo, & mundum eos persecuturum esse, in promptu fuisset homini responsio, tollamus ergo illos de mundo: quid illis cum mundo? Huic responsioni, aut obiectioni occurrit Christus, se id rogaturum fuisse, si fieri posset, aut expedire; nunc autem fieri non posse; eum necesse sit, vt Euangelium per ipsos prædicetur; propterea se non rogare, vt de mundo tollantur, sed vt in mundo necessario manentes à mundo seruentur; nō vt periculis subtrahantur, sed vt in periculis sublementur. In hunc sensum Cyrilles, Leontius, Augustinus, Beda, & Rupertus probabilius, quam Chrysostom. Theophylact. & Euthym. qui existimant ideo hoc dixisse Christum, ne audientes discipuli putarent ipsum rogare Patrem, vti eos anticipata morte de mundo subduceret. Malum aut *1. Ioan. 5. 18.* i, sum vocat mundum, qui *totum in maligno positus est*; aut Satanam principem mundi, qui proprio nomine *πονηρὸς* malus appellatur, vt cum in oratione Dominica dicimus, *sed libera nos à malo*. Atq; *Matth. 6. 13.* hoc modo Leontius interpretatur. Documentum hoc Christi, vt recte Cyrillus obseruat, ad omnes pertinet; ad eos vero maxime, qui prodesse *Patientes ferendum vt diuitias in hac vita destinatas: sed alia potiora.* aliis possunt, patienter vt ferant, & in hac vita diuitiis fortasse quam vellent, detineri, & multis exercerl periculis, vt ipsorum incommodo alii iuuentur. *Dissolui*, inquit, *& esse cum Christo multo magis melius permanere autem in carne, necessarium propter vos*, ad Philippen. 1. 23. Eodemque prorsus spiritu vir ille plane Apostolicus B. Martinus Turonentis, cuius ossa ætate nostra impii, ne sacrilegi homines Calui nitiæ in profluentem Ligerim proiecerunt, moriens dicebat. *Domine si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem.*

16. *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.*] Inutilis repetitio videri poterat, nisi Christus esset, qui sequeretur, cui nullum sine causa verbum excidebat. Theophylactus & Euthymius putant ideo eadem repetisse, vt audientium discipulorum animas magis confirmaret. Aug. ftimus, & Beda referunt ad sequentia, quasi dicat, *Quia ergo de mundo non sunt*, vt dixi, *sicut ego non sum de mundo, sanctificandos* hoc est ego sanctificatus sum.

17. *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.*] Locus est in speciem facilis, re vero ipsa valde difficilis. Duo explicanda, quid hoc loco sit sanctificare, & quid in veritate sanctificare. Pene omnes docent sanctificare esse spiritu sancto confirmare, vt me pei persecutiones, de quibus agebatur, superarent. Chrysostomus, Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. Cyrillus, Leontius, Augustinus, Beda, Theophylactus, Euthymius, Rupertus. Itaque quærit Augustinus, quo modo nunc Christus peteat, vt sanctificentur, quos iam dixerat de mundo non esse, hoc est esse sanctificatos. Respondet his verbis, *An quia & in veritate sanctificati in eadem proficiunt sanctitate, fiunt que sanctiores? Neque hoc sine adiutorio gratiæ Dei, sed ille eorum sanctificantis proficium, qui sanctificant intelligam. Vnde & Apostolus dicit. Qui Philip. 1. 6. in vobis cœpit bonum opus, perficiet vsque in diem Christi Iesu.* Melius, opinor, quam Rupertus, qui eos sanctificatos quidem ante fuisse dicit, sed nondum in veritate sanctificatos, quia nondum baptizati erant, vt illic quidem putat, & baptismus est, quo non sola figura, vt per sacramenta veteris legis, sed vere sanctificemur. At Apostolos non tum baptizatos fuisse, & omnes fere, vt alibi diximus, auctores docent, & si nemo doceret, ipsi per se res satis loquentur. Quis enim credat hæc patres nomine Christi non

Sanctificare quid sit hoc loco.

In veritate sanctificare quid sit.

Tract. 108.

Sup. c. 14. 6.

Sup. c. 8. 32.

non fuisse, qui alios nomine Christi baptizabant? A *tem, quod postmodum Filius, quid ergo aliud in hoc loco dixit, Sanctifica eos in veritate, nisi sanctifica eos in me?* Itaque duabus rebus à nostra sententia Augustinus, & alii, quos modo nominauimus, auctores discrepant; altera, quod veritatem Christum interpretentur, cum internam potius, vt diximus, Spiritus sancti vnctionem, sanctificationem q; significet, quæ vera non vmbratilis est; altera, quod hoc de omnibus Christianis, qui per Christum instificantur, interpretentur, cum propriè de ministris egat Euangelicis, quibus propriè conuenit legale illud verbum sanctificari, id est ad cernum Euangelii initiari miniiterium. Eademque ratione Chrysostomi, Cyrilli, Leontii, Theodori Heracleotæ, Theophylacti, & Euthymii interpretationem non sequor, qui per veritatem veram doctrinam intelligunt. Qui vero exponit, *Sanctifica eos in veritate*, id est vera, non imposturis instructa, profuit studio Caluinistarum, & Lutheranorum hæresim refellendi, sed verum sensum non attigit. Quid ergo est, quod consonus sequitur, *sermo tuus, veritas est?* Omnes auctores, quos modo enumeraui, & omnino omnes, quos vnquam legisse memini, intelligunt, sermo tuus Euangelium verum est, propterea per sermonem, id est doctrinam tuam sanctificabantur. Ego commentemur superiori interpretationi meæ hoc, si, sum interpretor, quia *sermo tuus*, id est notum Euangelium, res vera est, non typica, non vmbratilis, quales erat lex. oportet vt eius ministri non solis externis ceremoniis, sed multo magis vera instituti, internoiq; spiritu sanctificentur. Itaque non vocat sermonem verum, qui a vera dicit, sed quia sermo, id est Euangelium, vt ait Dominus Paulus, non in vmbris, non in figuris, sed in spiritu *2. Corinth. 3. 6.* virtutis q; consistit. Argumentatur enim eodem *2. 4. 1.* prorsus modo, quo cap. 4. 24. argumentatus fuerat, oportere Deum non iam legalibus ceremoniis, sed vere, & spiritualiter colere. *Spiritus*, inquit, *est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & in veritate oportet adorare.*

Exod. cap. Ver. 27.

18. *Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.*] Theophylactus coniungit hunc versum cum proxime sequenti, vt ex vtroq; conflatur vna sententia ad hunc modum, sicut tu me misisti me in mundum, vt me sanctificarem, id est in sacrificium offerrem; ita ego illos in mundum mitto, *tanquam oues occisionis*, vt sanctificentur, id est in sacrificium *Psal. 43. 23. Rom. 8. 36.* sepro salute hominum suo modo immolent offerantq; sanctifica ergo eos, id est Spiritus sancti virtute corrobora, vt mortem fortiter oppetant. Alii omnes auctores, Chrysostom. vterq; Theodoretus, Leontius, Cyrillus, Augustin. Beda, Euthym. Rupertus referunt ad præcedentia, hoc fere sensu, quia sicut tu me misisti in mundum, ita eos ego missurus sum, *sanctifica eos in veritate*, id est confirma, & muni vera virtute. Ponam in præterium, *missi*, pro futuro, missurus sum, etiam Chrysostomus, & Euthymius admonuerunt. Rupertus præterea videtur cum versu 15. illa coniungere. Non rogo, vt tollas eos de mundo, quia sicut tu me misisti in mundum, ita ego eos mitto, vt per totum mundum prædicent Euangelium; itaque necesse est, vt in mundo maneant, *donec in omnem terram exeat sonus eorum.* Quinquis recte inte lexerit, *Rom. 10. 18. Psal. 18. 5.* quæ diximus superiori versu, facile hoc etiam intelliget. Diximus sanctificare esse in tiare, & solemni ritu legitimum alicuius sacri muneris ministrum constituere; declarat ergo nunc ad quod munus eos a Patre sanctificari, id est *donetes*, vt consequitur D. Paulus, *ministros* fieri potuerit, nempe ad munus Apostolicum; hoc enim est in mundum prædicandi eunsa mitti, Apostolum esse, vt ipsa Græcum nomen declarat, quemadmodum & Augustinus monuit. Cum ergo missurus eos sim in mundum, id est Apostolos, ac ministros Euangelii.

Sanctificare eos, præcedentem Euangelij constituere.

1. Cor. 3. 6. Quare sit de Tract. 108.

angelicos constituerunt, & ministri in lege sanctificarentur, *sanctificia & tu eos sed in veritate*, non in figura ficuulos. Atq; id attinebat dicere, *sicut tu me misisti in mundum?* Primum voluit, vt opinor, ostendere se eos non sine causa, non sine exemplo mittere; in eo enim se Patris ipsius exemplum imitari, qui se eadem de causa in mundum misisset, quam ipse nunc eos mitteret. Deinde id se facere necessario; cum enim ipse in mundum à Patre missus esset, & ex eiusdem Patris voluntate de mundo effet abiturus, aliquos necessario suo loco vicarios relinquere oportere, qui per totum dimissi mundum ipsius officium persungantur. Itaq; hac in re causam etiam agi Patris; nec enim posse legationem illam, quam sibi iniunxisset, peragi, nisi per vicarios. Hoc est q̃ solet D. Paulus dicere se pro Christo legatione fungi. 2. Corinth. 5. 20 & Ephes. 6. 20.

Quod ergo dicit Christus, *sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos*, perinde est, ac si dicerat, sicut ego Apostolus tuus sum, ita sunt & illi mei. Nam & Christum *Apostolum confessionis nostra* Christi Apostolus Paulus appellauit. Hebr. 3. 1. vt Cyrill. annotauit.

Christus Apostolus Patris.

Quemadmodum ergo se Apostolum in hunc mundum mittens Pater sanctificauerat, id est initiauerat, consecrauerat, vnxerat, non oleo illo, cæteris q̃ ceremoniis, quibus Aaron, & cæteri veteris testamenti ministri conficerabantur, *sed in veritate*, id est *oleo lætitiæ præ consortibus suis, quod defendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius*, id est Spiritu sancto, quo totus repletus fuit, Isai. 11. 1. Sic & discipulos suos, quos Apostolos vellet facere, id est in mundum mittere, vt Euangelium pro se prædicarent, in veritate sanctificare. Hoc est quod ait Psal. 2. 6. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.* Heb. את־חקי vt noster legit interpres, *perfusus sum* (oleo) id est inauguratus sum, vt ita loquar, vt Rex sum & princeps eorum, qui eius in Ecclesia Euangelium sunt prædicaturi. Monent Chrysostom. Leontius, & Euthym. particulam illam כאשר, *sicut*, non perfectam, sed inæqualem similitudinem declarare, sicut cum iubemur perfecti esse, *sicut & pater noster cœlestis perfectus est.* Nec enim eodem prorsus modo Filium à Patre & Apostolos à Filio missos esse: sed Filium à Patre tanquam Deum à Deo, Apostolos à Filio tanquam creaturas à creatore.

Psal. 44. 8. & Hebr. 1. 9. & Psal. 132. 2.

Matt. 5. 48.

Sæpe nos etiam monuimus coniunctionem illam & notam esse comparationis explexæ, quemadmodum si diceret, Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego eos mitto.

19. *Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.*] Omnes prorsus auctores, quos ego legerim, interpretantur, pro eis ego me in sacrificium offero; nec dubium est, quin id verba significent, quid hoc ipsum sit quæritur. Omnes etiam exponunt, offero me in sacrificium pro illis, vt meo sacrificio & illi in veritate sanctificentur, id est iustificentur. Sanctificari autem Christum dicit, non quod sanctus factus sit, cum prius sanctus non esset; sed quod in veteri lege hostiæ, quæ offerebantur, sanctificari dicerentur. Sic Athanasius in libr. de incarnatione Christi, Chrysostom. Cyrillus, Augustinus Theodorus Mopsuest. & Heracleotes, Leontius, Beda, Theophylact. Euthym. Rupertus. Quæ quidem omnia vera sunt, sed hoc vnum addo, Christum, quemadmodum ver. 17. ita etiam hic ad sanctificationes illas legales, & solemnes ceremonias alluisse, ideoq; sanctificandi verbum vsurpasse. Petierat à Patre, vt discipulos suos *in veritate*, id est non iam veteribus illis ceremoniis, & sacrificiis, quibus ministri veteris testamenti sanctificabantur, id est instituebantur, (nam inter alias ceremonias etiam sacrificium adhibebatur, cum Aaron, & reliqui ministri sacrabantur Exod. 29. 2. 5.) sed vero spiritu, veraq; & interna sanctitate; dicit nunc, *pro eis ego sanctifico meipsum*, quasi dicat, loco illius sacrificii, & omnium aliorum ceremoniarum, quæ in consecratione sanctificationeiq; ministrorum veteris testamenti adhibebantur, ego me in sacrificium offero, quod sacrificium cum noua iam vmbra, sed illarum potius vmbrarum veritas sit, cum eo sanctificati discipuli mei fuerint, non sola iam figura, sed in veritate sanctificati erunt. Hoc est, *& pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Ergo alio sensu dicit *sanctifico meipsum*, quam vt sint & ipsi sanctificati, & quam ver. 17. dixerat, *Sanctifica eos in veritate.* Nam cum dicit, *Pro eis sanctifico meipsum*, sanctificare significat in sacrificium offerre; cum dicit, *sanctifica eos, &, vt sint & ipsi sanctificati in veritate*, significat initiari, consecrariq; sacrificio. Cur ergo ea vsus est ambiguitate cum vno verbo dicere potuisset, pro eis ego offero meipsum? Sæpe docuimus, quanta cum gratia soleat Christus argute ludere ambiguitate verborum vt c. 4. 13. 14. hoc autem loco id fecit pene necessario, cum legalibus iam verbis vti cœpisset, & in lege non solum minister, quia per sacrificium ad ministerium templi dedicabatur, sed ipsum etiam, quod offerebatur, sacrificium sanctificari dicebatur. Adde, quod potest etiam & de se, & de discipulis eodem loqui sensu, vt idem sit sanctificare se, atq; solemniritu, ac sacrificio sese initiare, dedicareq; ad sacrum aliquod ministerium. Tanquam dicat, si Euangelici ministri eodem modo, quo legales illi, essent initiandi, oportebat, vt se sacrificio aliquo sanctificarent, non est, cur hoc illi faciant, non est cur vllum, vt se sanctificent, offerant victimam; ego hoc pro illis faciam; ego non alia victima, quam me ipso pro illis, id est eorum loco, me sanctificabo: qua ratione multo melius sanctificati erunt, quam si ipsi se multis oblatis veteri more sacrificiis sanctificassent. Hoc est, *Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Atq; haud scio an hic sensus magis sit proprius. Hoc modo si interpretemur, illi quæstioni locus relinquitur, cum dicat se Christus pro illis sanctificare, quomodo à Patre petat, vt eos ipse sanctificet. Nimirum dicit se pro illis sanctificare, id est ipsos sanctificare supplendo per verum illud suum sacrificium sacrificia omnia legalia, reliquasque omnes ceremonias, quas in ministrorum sanctificatione necesse erat adhiberi; petit autem à Patre, vt eos in veritate sanctificet, id est, vt illis spiritum mittat sanctificationis, quem illis ipse suo illo merueit sacrificio. Ita inter se & Patrem eorum partitur sanctificationem.

20. *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.*] Chrysostomus, & Euthymius existimant hoc Christum addidisse, vt magis etiam, ac magis discipulos consolaretur indicando illis multos ipsorum prædicatione credituros Theophylactus vero, ne quoniam dixerat, *pro eis sanctifico meipsum*, aliquis existimaret eum non esse missi pro sola Apostolis moriturum, subiecisse, *non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Itaque putat Theophylactus, idemque Rupertus docet, hoc etiam, quod nunc Christus pro omnibus crediturisà Patre petit, ad sanctificationem pertinere, id est orare Patrem, vt omnes etiam, qui credituri sunt, sanctificet, quemadmodum orauerat ante, vt Apostolos sanctificaret. Quæ interpretatio facile ex iis, quæ ver. 17. diximus, refutatur. Docuimus enim sanctificandi verbum proprium eorum esse, qui in ministros alicuius sacri muneris initiantur. Nec vero sine consilio, cum Christus hoc loco rogandi verbum repetierit, verbum sanctificandi non repetiuit.

tiuit. Quid ergo dicit se non solum pro Apostolis, sed pro omnibus crediturispetere? Quod sequitur proximo versu, *vt omnes vnum sint*, & quod ver. 21. pro Apostolis petierat, *vt sint*, inquit, *vnum, sicut & nos*, quemadmodum Theodorus Heracleota, & Mopsuest. Leontius, Euthymius, ac idem postea Rupertus interpretantur. Duas hic quæstiones multis verbis agitat Augustinus. Altera est, quid de illis, qui iam ante crediderant, & tamen cum Christo non erant, qualis Nathanael, Nicodemus, & ipsa Christi mater, quæ tunc certe non aderat, an non etiam pro illis roget? Respondet illos quidem omnes credidisse, sed quia per verbum Apostolorum, & effusionem Spiritus sancti multo perfectius erant credituri, inter eos qui nondum crediderant, sed credituri erant, numerari. Quod nescio an de Beata virgine satis pie dici queat. Altera, quid de illis, qui postea quidem cœperunt credere, tamen nõ per Apostolorũ verbum crediderunt? cuiusmodi fuit Paulus, qui dici se *non ab homine, neque per hominem, sed per ipsum Christum* Euangelium accepisse: & latro ille, qui sine vllo Apostolorum ministerio in ipsa cruce credidit? Melius hic respondet Apostolorum verbum Appellari non tantum, quod ab illis audiebatur, sed verbum Euangelicum, à quocunq; audiretur, quia illud ipsum Apostoli prædicabant. Itaq; & Diuum Paulum, & latronem illum per verbum Apostolorum quamuis non ab Apostolis, sed à Christo ipso acceptum credidisse. Atque hoc etiam modo melius etiam ad priorem quæstionem respondere potuisset. Militamen Apostolorum verbum, non quale Apostoli prædicabant, sed quod Apostoli prædicabant, & ab illis audiebatur, videtur voluisse significare. Spectandum enim est, quid ageret Christus. Commendabat Apostolos Patri, in eorum igitur commendationem dicit, *Sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me*: eos igitur intelligit credituros, qui Apostolorum ministerio credituri erant, i enim soli ad eorum gloriam, commendationemque pertinebant. Quid ergo ad Augustini quæstiones respondendum? Eos quidem nominare solos, qui Apostolorum ministerio credituri erant, sed quia omnium aliorum, quique crediderant, quique credituri erant, eadem erat ratio, totum genus, vt fieri solet, ex vna specie intelligi voluisse. Alia maior quæstio hinc posset existere, quid de illis, qui neque crediderãt, neque erant postea credituri, numquid pro illis non orat Christus? sed eam quæstionem, ver. 9. diximus.

Proponunt hic, & solvit duas quæstiones Aug. in Ioan. tract. 109.

Quem locum hic mendosè legerat.

Galat. 1. 1.

Luc. 23. 40. 41. 42.

21. *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te.*] Hoc est, quod crediturispetit, *vt omnes vnum sint*, quod quomodo fit intelligendum, veri. 11. explicauimus. Illud tantum hic potest quæri, cur non dixerit, sicut nos vnum sumus, quemadmodum illic dixerat, sed *sicut tu Pater in me, & ego in te.* Eius rei causam & Euthymius indicat, & Christus ipse palam ostendit, cum subiicit, *vt & ipsi in nobis vnum sint.* Voluit ergo docere; quare vnum eos esse vellet, scilicet spiritu, fide, caritate, hoc est *in nobis*, id est in Deo. Vt hoc significaret; dixit, sicut nos in nobis, hoc est, *tu Pater in me, & ego in te*, (sub vnum sumus,) hoc enim, vt Augustinus admonet, necessario intelligendum est. Dictionem *sicut*, non significare æqualitatem, neque perfectam similitudinem, versu vndecimo diximus, & iterum hic Chrysostomus, & Theophylactus monent. Quanquam Cyrillus, sicut & Hilarius in 8. de Trinitate non sola fide, & caritate, sed re etiam ipsa vnum nos cum Christo per eius corporis in sacra Eucharistia perceptionem fieri velint, & quia re ipsa cum Patre vnum est, etiam cum ipso Patre vnum fieri re ipsa. Atque eodem modo Theodorus Heracleota, & Mopsuest. & Leontius interpretantur; nisi quod non reipsa, sed consensione fidei nos vnum cum Patre, & Filio fieri dicunt. Quod suo quodam sensu verum est, sed non credo sensum huius loci esse, vt qui credunt in Christum, vnum cum illo, & Patre sint, sed vt in Patre, & Filio, id est, fide, atque caritate in Patrem & Filium vnum sint.

In Eucharistia Christo reipsa vnum Christo efficimur.

Vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus, quia tu me misisti.] Repetito est ex idiomate Hebræorum vsurpata, tanquam si diceret, *vt & ipsi*, inquit, *in nobis vnum sint.* Quod autem sequitur, *vt cognoscat, mundus, quia tu me misisti*, difficilius est. Summa quæstionis in eo fere tota versatur, vt intelligatur, quem hoc loco vocet mundum, eosne, qui iam credebant, an eos, qui nondum credebant; sed aliquando crediturierant, itaque adhuc mundus erat, an eos, qui neque credebant, nec erant vnquam crediturii. Quid pro ijs, qui iam tunc credebant, accipi putarat, deminem legi, nisi forte Theodori duc, & Leontius ita senserunt, non enim satis constat, sed de eorum sententia statim dicemus. Augustinus, Beda, & Rupertus existimant pro ijs accipi, qui erant crediturii, sed nondum credebant, cæterum non significari causam cur crediturii fine, quasi propterea dicantur crediturii, quia Apostoli vnum, id est, inter se concordes futuri erant, sed hoc ipsum esse credere Filium à Patre missum esse, & esse, qui hoc credunt, inter se vnum. Itaque sensum esse, rogo vt *omnes vnum sint*, id est, vt omnes credant, *quia tu me misisti.* Theodor. Heracleota & Mopsuest. atque Leontius interpretantur, vt eum fide vnum inter se, & vnici nobiscum fuerint, intelligant me tuo consilio atque voluntate factum esse vnum; quo autem modo id fint intellecturi, non declarant, sed videntur de ijs, qui iam credebant loqui, qui ex ipsa experientia, & quasi gustu quodam mutuæ in fide concordiæ cognituri sint non fuisse rem fictam, & vanam insinuationem meam, sed magno Patris consilio factam. Melius Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, vt qui nondum credunt, animadvertentes discipulorum meorum concordiam, adduc antur vt credant me à te missum fuisse, id est, Euangelicum mysterium, quod discipuli mei prædicant, rem esse ex Deo, non ex hominibus. Nihil enim æque iuuare auditorũ fidẽ ath doctorũ concordiã, nihil æque impedire atq; discordiã. Itaq; putant, eõ tra quã sentit Aug. Apostolorũ cõcordiã tãquã causã significari, cur mundus, qui nondum crederet, esset credituras. Melior hæc interpretatio est, ã superiores illæ duæ; sed hanc ipsa mihi videtur non satis esse germanam primũ, quia nõ obscure Christus videtur mundũ ita credentibus, & crediturus, de quibus vtrisque egerat opponere, vt ab illis omnino distinguat; deinde quia si quod Chrysostomus putat, dicere voluisset, *vt credat mundus, quia tu me misisti*, sed vt credat mundus in me, sicut ante dixerat. *Qui credituri sunt in me.* Mundum ergo vocari credo eos, qui neque credebant, nec erant crediturii, certe, qui nondum credebant, etsi cogebantur credere, fatericque Christum à Deo missum esse. Itaque sensus est, vt mundus ille quan tumuis incredulus, quantumuis mihi aduersarius, videns tamen summam discipulorum caritatem, atque concordiam eo gatur credere, id est, cognoscere, & confiteri me à Deo missum esse, id est non esse, vt tunc putat, seductorem, sed hominem saltem diuinitus missum, quamuis nihil præterea de me, meaque diuinitate credat, quemadmodum in causa simili dixit Diuus Petrus 1. epistola capite 2. 15. *Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*, & Christus Matthæi quinto decimosexto. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &*

glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nam & illi A omnes coram quibus discipulorum lucem lucere inbebat, homines, id est mundus erant.

Quid hic clarificationis nomine significetur. Marc. 10. 19.

22. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.*] Dubium quam hic intelligat claritatem, Cyrillus, & Leontius intelligunt diuinum honorem, qui humanæ naturæ Christi ex coniunctione cum diuinitate accesserit, vt non solum Deus, sed etiam idem ille homo, qui Deus erat, ad dexteram sederet Patris: hanc se à Patre gloriam recepisse dicit, eandemque cum discipulis suis communicasse. Etenim cum illos per fidem, per caritatem, maxime vero, vt Cyrillus putat, per corporis sui in Eucharistia participationem vnum secum corpus effecisset, quidquid gloriæ ex diuinitate cum pori suo accedebat, & membris, id est, discipulis suis accessisse. Chrysostomus, & Theophylactus, & Euthymius claritatem illam intelligunt, quam sibi Christus volente Patre ex doctrina sua, & miraculorum effectione comparauerat, quam eandem dicat se cum discipulis communicasse, quia ex lentæ maiore etiam, quam ipse fecisset, miracula faciendi potestatem illis tradidisset. Ita quidem se res habet, sed quid hoc ad vnitatem, quæ inde concluditur, pertineat, non satis apparet. Augustinus, Beda, & Rupertus eam intelligunt claritatem, aut *dein* gloriam, quam in vita æterna erant habituri, iam enim & Filium à Patre, & Filio Apostolos per æternam prædestinationem accepisse; quamuis re ipsa nondum Christus sedisset ad dexteram Patris, neque Apostoli ad eius gloriæ peruenissent possessionem. Non facile mihi persuaserim Christum de re loqui futura, aut, quod eodem redit, de rei futuræ prædestinatione. Nec enim dubio, quin rationem reddat, cur Pater debeat vnitatem illam spiritus, quam discipulis suis petebat, illis facile eò cedere, quia ipse illis iam donasset, quod daturus erat, eam scilicet gloriam, quam à Patre accepisset, quasi dicat, iam ego, quod officij mei erat, feci, fac tu, quod est tui, daque illis eam, quam pro spiritus vnitatem. Præterea non solet officium prædestinandi homines Filio, sed soli Patri scriptura tribuere. Alij exponunt claritatem honorem hunc, vt filij Dei, vt ait Ioannes, nominentur, & sint. Eum enim honorem & Filium, quatenus homo erat, à Patre accepisse, & eundem cum Apostolis communicasse. *Dedit enim eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Sensus probabilis, sed ego non arbitror meliorem interpretem quærendum esse, quam Christum, is versu vigesimo sexto, quam hic claritatem, dilectionem vocat. *Notum, inquit, feci eis nomen tuum, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit.* Sensus igitur, vt opinor, est, sicut eum me dilexisti, ita ego eos dilexi, fac vt & ipsi inter se diligant, quæ erat vnitas illa, quam illis postulabat. Vocat claritatem eam dilectionem, qua Pater se, & ipse discipulos profequebatur, quia per eam Pater eum clarificauerat, ostendens, eum esse filium suum dilectum, in quo sibi bene cõplacuerat. Hoc enim sensu clarificatio posita est supra ver. 1. 4. 5. 10. Eam autem ipsam claritatem filius discipulis dedit efferens semetipsum pro illis in mortem, mortem enim suam claritatem vocat, quia per eam & ipse clarificatus est, & Patrem clarificauit, vt infra cap. 21. 19. Denique tolle à claritate literam vnam, & sensum inuenies.

Luc. 2. 11.

Matth. 3. 17.

Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.] Ideo pro illis morior, vt vnum sint, da igitur illis eam vnitatem spiritus, quam illis meruit: loquitur de sua morte, tanquam de re præterita, quia proxima erat, vt supra multis locis admonuimus. De his autem verbis supra vers. 11. disputauimus.

23. *Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.*] Non dubium quin aliquod verbum, quod orationem explet, subaudiendum sit, sed incertum, cuius temporis verbum esse debeat, præteriti, vt fui, vel fuimus, an præsentis, sum vel sumus, an præsentis imperatiui, vel optatiui simus, intelligendum sit. Atqui ex eo sensus pendet huius loci. Orationis series videbatur postulare, vt subaudiretur verbum imperatiuum, aut optatiuum simus, orabat enim. Omnes autem interpretes videntur verbum indicatiuum intelligere, sumus; certe Augustinus, Theophylactus, Beda, Euthymius. Solus Chrysostomus videtur per præteritũ resoluere, ego in eis fui, & tu in me, quod malo sequi, quia videtur Christus declarare, quomodo claritatem illam discipulis suis dederit, quam acceperat à Patre, nempe manendo illis per caritatem, sicut Pater per eandem caritatem in se manebat, quemadmodum supra dixerat capite de cimoquarto.

Pater est in discipulis, non manens quasi filius.

24. *Ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus.*] Non negat etiam nunc & se in discipulis, & Patrem in se esse, sed docet fuisse, quia id causa, quam agebat, postulabat. Cum dicit se in discipulis, Patrem vero in se esse, non negat, vt Augustinus monuit, esse etiam in discipulis Patrem, imo idipsum vult concludere Patrem in illis esse; si enim ipse in illis, & Pater in ipso erat, & Pater vtique in illis erat, sed quod non dixit, quia ex dicta facile colligebatur, intelligi à nobis voluit. Quod sequitur, *Vt sint consummati in vnum*, Augustinus, Beda, Rupertus, & Euthymius interpretantur, vt hac ratione ad gloriam illam, & perfectionem vitæ æternæ perueniant, cui adiici nihil potest. Rectius sentire mihi videntur, quid de hac vita interpretantur, de ea quippe Christus agebat, vt Cyrillus, Theodorus Mopsuestius, & Leontius exponunt; sensus ergo est hac ratione fieri, vt cum Pater eum Christo vnum sit, & Christus vnum cum discipulis (hoc enim est Patrem in Filio, & Filium in discipulis esse) & discipuli vnum cum Patre, id est cum Deo sint, qua vnitate nulla potest esse maior, quia non potest, nisi vnus esse Deus. Hoc est, *vt sint consummati in vnum*, id est, vt per sectiones eorum vnio, sicut multorum membrorum in vnum caput desinat, sicut dixit D. Paulus 1. Corinth. 3. 22. 23. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* & ea. 11 3. *Omnis vir caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput vero Christi Deus.*

Videre Dei tam æternã, quã vitã æterna.

Vt cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut me dilexisti.] Hoc non ex ijs, quæ dicta sunt sed ex ijs, quæ ex dictis colliguntur, Christus concludit, quandoquidem ego eos dilexi, hoc est in illis eam, quam pro eis postulo, concordiam, & caritatem mutuam, vt mundus cognoscat rem esse diuinam non humanam, & te eos diligere, sicut me dilexisti. Quid sibi velint hæc verba, *vt cognoscat mundus, quia tu me misisti.* versu vigesimo primo explicauimus, idem enim huius, atq; illius loci sensus est.

Hæc de solis apostolis non dicit aliorum sectatoria.

25. *Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autẽ te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti.*] Potest Rupertus gratiarum actionem esse, qualis illa est apud Lucam cap. 10. 21. *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.* Similiter enim gratias hic agere, quod ipse cum discipulis suis Patrem cognouerit, qui parvuli & abiecti habebantur, mundus autem, qui magna sibi sapientia excellere videbatur, non cognouerit. Itaque vult hæc explendam hãc sententiam aliquid intelligi vt, *Pater iuste* gratias ago tibi. Alieno sensu. Quor sum igitur hæc dicit? Cyrillus, & Leontius existimant alludere ad id, quod ver. 9. & 20. significauerat, se non pro mundo, sed pro solis credentibus orare, Patremque iustum appellare, quod se in mundum misserit, non crediturum; quasi sensus sit, Iustus es Pater, quod me in mundum miseris, quamuis non credat me à te missum esse, feci ti, quod tuam decebat iustitiam, *iustificata est sapientia à filiis suis.* Nõ patitur hunc sensum Græcus vocativus *πάτερ*: nam si nominativus esset *ὁ πατὴρ*, pateretur. Chrysostomus, Theodorus Mopsuestenus, Theophylactus, & Euthymius mihi videntur verum perspexisse sensum. Causam reddere, cur non omnes sed eos tantum, qui in se credidissent, in cœlo secum futuros esse dixerit, nempe id Patris iustitiam, id hominũ diuersa merita postulare, quia illi Patrem cognouerunt, hi non cognouerunt. Atq; hanc esse causã cur alibi aliis nominibus Patrẽ vocare soleat, hoc loco iustum appellauerit.

Luc. 7. 35.

Ioan. 15. 15.

26. *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.*] Quibus, aut illis, qui cognouerunt. Quod per Patris nomen intelligat, versu 6. declarauimus. Putant Cyrillus, & Leontius ideo Christum hoc addixisse, ne quis diceret, *Ego autem te cognoui, & hi te cognouerunt*, videretur significasse non aliter se, quam discipulos patrem suum cognouisse, itaque discrimen nunc indicare, se ita cognouisse, vt alios docerent, discipulos ita cognouisse, vt docerentur, *Deum enim nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* cap. 1. 18. Quo modo iam Patris nomen discipulis suis notum fecisset, facile intelligitur, nempe per doctrinam suam, atq; miracula, quo autem modo notum se etiam nunc facturum dicat, de eo quæstio esse potest. Diuus Augustinus, & Beda sic exponunt. *Notum feci per fidem, notum faciam per speciem, notum feci cum sine penitentia, notum faciam sine fine regnantibus.* Melius Chrysost. Cyrillus, Leontius, Theodorus Mopsuestenus, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus referunt ad aduentum Spiritus sancti per quem multo plenius discipulos doctura erat. Itaque Cyrillus, & Euthymius hinc etiam Christi diuinitatem confirmant, quod quemadmodum Pater, ita & ipse per Spiritũ sanctum docerat. Alia interpretatio, quam Leontius adducit, non minus mihi placet, vt hoc ad eos referatur, qui nondum quidem crediderant, sed crediturí erant, nam & illis posses, & per Apostolos, & per Spiritum sanctum nomen Patris notum fecit. Potest & ad aliud quadraginta dierum tempus referri, quo post resurrectionem cum discipulis versatus est, *loquens de regno Dei*, Actor. 1. 3.

Trad. 112.

Diuinitas Christi ex hoc loco probata.

Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.] Ex Augustino consuli veterem verbionem Latinam legisse, *vt dilectio, qua dilexisti me*, itaque multis illis verbis differit, quare ita diuerti potuit, quam *qua dilexisti*, recte: quæ vidit esse Hellenismũ, nam. Græce ita est, *ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με*. Id leue est: illud paulo maius, quia in vetusto, quæ ego dilexisti, in ipsis sit Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius putant sensum esse, *vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit per eo-*

fola prædestinatione. Quomodo Pater Filio homines det, & cur Filius ita loquatur, sæpe docuimus, vt de supra versu secundo & octauo, quamquam ibi de solis Apostolis, hic de omnibus credentibus loquatur. Quod dicit, *rogo*, imperantis verbũ videri potest, quemadmodum & antiquus auctor Cereanis in libro aduersus Maximinum exponit, inde filij auctoritatem probans; sed magis optantis esse arbitror; tanquam dicat opto, sequere rogo; non enim imperat, sed vota sua Patri declarat, cum quo non nisi reuerenter, ac demisse loqui solet, quod hoc maxime loco faciendum erat, vbi tanquam homo, preces fundebat. Docet D. Augustinus id quod sequitur, *Vbi sum ego*, duobus modis intelligi posse, aut ita, vt tanquam Deus loquatur, *vbi sum ego*, id est in cœlo, qua sedes mea est, à qua numquam discessi; sicut cap. 3. 13. dixit *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo*; aut ita vt tanquam homo dicat, *vbi sum ego*, id est, vbi paulo post futurus sum, cuiusmodi locutiones multas iam in hoc ipso capite notauimus. Quod est verum est, tamen non debita, quin hoc secundo potius modo intelligi debeat, iam enim dixerat Christum hic tanquam hominem loqui, illud, quod idem obiecerat Augustinus, versor ne minus contentus, non dixisse, & illi sibi fiat, sed, *Et illi mecum sint*, quod aliud fit esse, vbi Christus est, aliud cum Christo esse, eram damnatos esse, vbi Christus est, quia & Christus tanquam Deus in inferno est, sed cum illo non esse, nisi, quia eadem cum illo gloria fruuntur, quemadmodum latroni ille dixit, *Hodie mecum eris in paradiso.* Quod enim hoc loco dicit, *Et illi sint mecum*, cap. 12. 26. dixerat, *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, ille & minister meus erit*; & id dixit mecum erat. Cur ergo dixit, mecum sit, quæ maiorem vim habebat, quã si diceret, habebunt me eo eundem gradum dignitatis, habebunt eam mercedem mecum hæreditatem, quam gestabunt mecum, vt dixit D. Paulus 2. Tim. 2. 12.

Videre veritatem æternã, & vitã æternã.

Vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.] Chrysost. Euthym. & Theophylact. obiterunt non dixisse, vt habeant claritatem meam, sed *vt videant*, nolunt enim eam creaturam gloriæ Christi capacem esse. Hoc puto non solum alienum à mente Christi esse, sed illi etiam omnino contrarium, qui nihil eam id agebat, vt doceret se suam cum discipulis suis gloriam communicaturum. Itaque exulti movide regnum Dei esse illo fruí supra ca 3. 3. & videre hoc loco idem esse, quod frui, quemadmodum videre vitam æternam fui vita æterna cap. 3. 36. Nec enim Christus spectatores tantum gloriæ suæ diuinæ discipulos suos esse volebat, vt suam illis spectantibus manifestatem ostentaret, sed volebat eiusdem gloriæ esse participes, quemadmodum laborum participes fuerant. Atque hoc sensu, licet non satis explicant, Chrysost. Cyrill. August. Leontius, Beda, Rupertus, & Euthymius intelligunt. *Videre*, inquit, Rupertus, *est habere.* Putant autem Chrysostomus, & Euthymius, & Theodorus Mopsuestenus de gloria diuinitatis loqui, quam illi Pater, non tam genito, sed generando dedisse. Refutat Cyrillus, Leontius, & Theodorus Heracleota de gloria humanæ naturæ interpretantur, nam vt homo loquebatur, & humanæ suæ gloriam nobiscum communicasse. Itaque quod sequitur, *quia dilexisti me ante constitutionem mundi*, melius etiam idem auctores de dilectione illa, qua Pater futurum hominem Christum ante constitutionem mundi dilexerat, eumque ad eam, quam dixit gloriam prædestinauerat, interpretantur, quam Theodorus Mopsuestenus, eidem postea Heracleota, qui de ea interpretantur dilectione, qua Pater Deus Filium Deum ab omni dilexit æternitate.

Hæc de solis apostolis non dicit aliorum sectatoria.

Videre veritatem æternã, & vitã æternã.

Divinitas Christi ex hoc loco probata.

gnitionem, id est, vt cognoscant me abaste dil gi. Rupertus vt Spiritus sanctus, qui est dilectio, qua tu me dil gis, to ipse sit August. Cyrillus, & Bada, vt ea dilectione, qua me dilexisti, eos diligas, id est, vt fastis per fidem, & caritatem nostrum vnum corpus, quemadmodum ego abeste dil gor, & illi dil gantur, propterea additi est, Et ego in ipso. id est, quia ego in ipso tanquam corpus in membris. Tanquam dicat, cum ego in illis sim, id est, vnum cum illis sim corpus, non potest dilectio tua, quæ in me est, non esse in illis, id est, non potes non eos dil gere, cum me dil gat. *Et pro quia*

CAPVT XVIII.

Matth. 26. c. 36. Marc. 14. c. 32. Luc. 22. d. 39. 1. HÆc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introuit ipse, & discipuli eius. 2. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. 3. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus, & Phariseis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. 4. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quæritis? 5. Responderunt ei Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. 6. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. 7. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. 8. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. 9. Vt impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. 10. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen serui Malchus. 11. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? 12. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. 13. Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. 14. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis: Quia expedit vnum hominem mori pro populo. 15. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introuit cum Iesu in atrium pontificis. 16. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. 17. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille: Non sum. 18. Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. 19. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. 20. Respondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. 21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. 22. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens: Sic respondes pontifici? 23. Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? 24. Et misit eum Annas legatum ad Caiphan pontificem. 25. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? negauit ille, & dixit: Non sum. 26. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? 27. Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. 28. Adducunt ergo Iesum a Caiphæ in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. 29. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? 30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. 32. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit significans qua morte esset moriturus. 33. Introuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? 34. Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? 35. Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? 36. Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non hinc. 37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. 38. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. 39. Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? 40. Clamauerunt ergo rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Matth. 27. c. 15. Mar. 15. a. 1. Luc. 23. a. 4. Act. 3. b. 13. 1. Petri 2. b. 23.

IN CAPVT XVIII.

1. 2. HAec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron.] Lectorem monitum volumus tria sequentia capita decimũ octauum, decimumnonum & vicesimũ apud Matt. ca. 26. & 27. explicata à nobis esse; per curremus tamẽ & ea, quæ forte, quod illic non dixerimus, occurrerint, id explanabimus. Disputandum hic primo loco erat, vnde egressus dicatur Christus, cũ superiore finisset orationem, sed id c. 14. 31. disputauimus, vbi demonstrauimus 9 omnia quæ gesta fecisse, quæ ea dixisse Christum ab initio capitis 13. vsque ad hunc locum Ioannes narrat in illo ipso loco, in quo cœnauerat, fecisse, dixisseque, ita ex eo nunc loco egressus fuisse dicitur. Non est igitur Ruperti sententia à prudenti

dentí lectore suscipienda, qui nunc Christum à villa Gethsemani egressum esse putat: tantum enim abest, vt ex ea exeat, vt in eam potius nunc eat. Quo fuerit egressus diuersis verbis quatuor scribunt. Euangelistæ Matthæus c. 26. 30. 36. Marc. 14. 32. & Lucas c. 22. 39. dicunt exisse *in Montem olivarum*. Ioannes hic, *trans torrentem Cedron*, sed eodem vtrumq; redit; diuidebat enim torrens Cedron vrbem Ierosolymam à Monte olivarum, de quo apud Matthæum diximus, vt libro 6. de bello Iudaico cap. 3. Iosephus auctor est: itaque credibile est hortum Gethsemani, in quẽ Matthæus, & Marcus Dominum orandi causa ingressum esse dicunt, non in Monte ipso olivarũ, sed ad radicem mõtis post torrentis ripam fuisse, ideoque contentũ fuisse Ioannem dicere, *trans torrentem Cedron* egressum fuisse. Manifestus hic in libris omnibus Græcis error est, sed à multis iam ætate nostra vitis doctis deprehẽsus. Legunt Græci, περαν τῦ χειμαῤῥου τῦ κεδρων, *trans torrentem cedrorum* quasi Cedron gentilitium. Græcus pluralis numeri nominis appellationi κέδρος cedrus, torrensq; cedrorum dicti fuerit, quod cedris constitut vtrinq; esset. Manauit error in bonos etiã. & graues auctores: sed manifestum est Hebraicum esse vocabulũ ארזי quod nõ cedros, quæ Hebraice ארזים non ברזין appellantur, sed obscuritatem declarat, itaque credendum est vallem illam, quæ profunda erat, & vmbrosa, solique minime petuis ברזין, id est obscuram, & tenebrosam dictam esse. Vallem, inquis, illam, nam hoc sciendum, non torrentem ipsum, sed vallem, per quam torrens præceps decurrebat, Cedron appellatam fuisse, vt non ex Iosepho tantum lib. 6. de bello Iudaico c. 3. sed ex ipsa etiam scriptura sacra 2. Reg. c. 15. 23. perspicuum est, vbi non legitur Græce, καὶ πᾶς ὁ λαὸς διεπορεύετο κατὰ χειμάῤῥου τῦ κεδρών. sed ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῦ κεδρών, id est, *in torrente* (vallis) *Cedron*, nisi forte error sit, quod non facile credidetim. Ergo & hoc loco Cedron gentilitium est non pluralis, vt vulgo creditur, sed singularis, intelligitatque nomen vallis, *trans torrentem* vallis *Cedron*. Vnde venerit articulus ille Græcus τῦ, qui lectionem depravauit, variæ coniecturæ, alii putant aliquem Græcæ linguæ peritum, Hebraicæ ignarum articulum addidisse existimantem κέδρων genitivum esse pluralem, eademq; ratione accentum ab vltima, vt Hebraica postulat pronuntiatio, in penultimam retraxisse. alii, quorum ego coniecturam magis probo, scriptum fuisse, περαν τῦ χειμάῤῥου τῦ κεδρών, aliquem veto Græcum non intelligentem τῶν ὑγρῶν singularem genitivum esse nominis indeclinabilis, putantemq; genitivum esse pluralem, pro τῦ scripsisse τῶν. Scriptum autẽ fuisse prius τῦ ex eo loco, quẽ modo protulimus 2. Reg. c. 15. 23. facilis cõiectura est, nam & illic scriptum est, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῦ κεδρών, non τῶ κεδρων, vt quidã hæreticus interpretatus legi parat. Debuit aut vallem illam, aut torrentẽ Hebraice Cedron appellatum fuisse, non ex eo loco solo, quem modo memorauimus, sed etiã ex 4. Reg. 23. 4. & ex Iere. c. 31. 40. manifestum est. De quo loco qui volet apud Iosephũ lib. 9. antiq. c. 7. & 6. de bello Iud. c. 3. & apud Bedã in libello de locis sacris cap. 6. & apud Brocardum in descriptione terræ sanctæ plura legat. Ad tẽ vt redeamus, quod Christus domo, in qua cœnauerat cum discipulis egressus est, & in hortum se contulit *trans torrentem Cedron*, nõ ideirco fecit, vt Iudæorum manus fugeret, & latebras quæreret, id enim si facere voluisset, nõ in hortum vbi vicinum, in quo Iudas sciebat eum totas orando noctes cõsumere solere, sed in montẽ ipsum, & solitudinem aufugisset: sed fecit potius, vt quæ futuris se Iudæis obuiam occurreret. Sciebat enim eos indice, ac duce Iuda ibi se in primis quæsituros, vt ostẽderet se sponte mortem subire, & Iudæos laborare libenter ne forte eum illo posset. Quia enim

Exp. 26. 30.

Error in Græcis libris de torrente Cedron vnde ductus sit

Valle non torrens dicta. Ra Cedron, id est obscura.

Theodor. Beza in annotat.

Cur Christus trans torrentem Cedron, abiuit.

Tract. 118.

Cur potestatem hic sui Christus ostendit, & cur hac ratione.

enim non putasset fore, vt simul atque respondisset, ego sum, manus in illum iniicerent: atqui illo responso, quo incitari ad prehendendum videbantur, disiecti sunt. Voluit etiam illis Christus, vt opinor, ea ratione declarare non solum non posse eo vinibus suis, si iis vti vellet, resistere, sed ne sustinere quidem nomen suum. Quod Gregorius obseruat hom. in Ezechiel. 9. retro istos, non autem in faciem cecidisse, quod in faciem cadere iustorum sit, qui surrecturi per poenitentiam ex infirmitate cadunt, retro autem cadere reproborum, qui nunquam resurgant, moraliter, & concionatorie dictum est, caeterum non existimo eam fuisse causam, cur retro cecderint, hanc potius, quod Christus ante faciem eorum esset, itaque in terga oportebat cadere, vt casu ipso declararetur ideo cecidisse, quod ante se stantem, atque loquentem Christum sustinere non potuissent, vt appareret vnde illa venisset vis, quae eos deiecisset. Nam & arbores, quae vi ventorum conuelluntur, non in eam, vnde flat ventus, sed in oppositum cadunt partem. Non dicit Euangelista quomodo prostrati surrexerint milites, cum verisimile tamen sit, antequam eos secundo Christus interrogaret, surrexisse. Et cauere lector debet, ne fabulis nescio quibus fidem adiungat, quas volitare per vulgum video. Credendum eadem Christi virtute, qua ceciderant, surrexisse, postea quam tandiu iacuissent, quam opus erat, vt eius quem comprehendere volebant, potentiam experiri possent.

Retro, & non in faciem cadere quid sit ex D. Greg.

7. Iterum ergo interrogauit eos, Quem quaeritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum.] Iam non prosternuntur hac voce, qua ante prostrati fuerant, quia satis iam Christus suam illis potentiam demonstrauerat, vt Theodorus Mopsuest. & Augustinus Bedaque obseruant, idemque Theophylactus indicat satis illi ocesionis praebuisse, vt a tanto scelere viso miraculo desisterent, ne quis ipsum accusare posset, quod sese sine vlla potentiae suae declaratione in hostium tradidisset manus, non fuisse prehensuros eum, si, quid posset, cognouissent. Illius ergo quaestionis exitum non inuenio, quae nemini puto hac legenti non occurrit, quomodo ausi fuerint scelerati illi ministri post tam expressum argumentum diuinae potentiae, manus in Christum iniicere, nisi quod suspicor eadem illa potentia Christi, qua primum exterriti, prostratique fuerant, solutos deinde fuisse metu, ne nostrae salutis remedium vnicum impediretur. Hoc ipsum indicat Augustinus. *Verum si nunquam se,* inquit, *ab eis permitteret*

Tract. 113.

apprehendi, non quidem illi facerent, propter quod venerant, sed nec ipse faceret, propter quod venerat. Eum quippe illis occidendum quaerebant seuiendo, sed quaerebat nos & ipse moriendo. Eandem rationem Leo reddit sermone de passione.

8. *Dixi vobis, quia ego sum.*] Videtur mihi haec verba tacitam exprobrationem imbecillitatis eorum continere, quod cum iam se Iesum Nazarenum, quem quaerebant, esse dixisset, non apprehendissent, simul etiam admonitionem quandam diuinae in Christo potestatis, considerarêt apud se, quis eos impediret, ne se tenerent, quem Iesum esse Nazarenum cõfessus fuerat.

Si ergo me quaeritis, sinite hos abire.] Videtur ita loqui, quasi diceret, si non solum me quaeritis, sed etiam istos, qui mecum sunt, iam estis experti posse me illos defendere, qui vos vno verbo prostrant, sin me solum quaeritis, permitto, vt me capiatis, modo hos sinatis liberos abire. Iunat hic Theodori Heracleotae verba subscribere, *Theodori Herael. in cat.*

ὡς παῦε ἀμᾶδε φοβούμενος· ἀφ' ὧν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἔδειξε τὴν ἰσχὺν τῆς λόγου, ἐφ' ὅτε ἤθελεν, ἐκώλυε τὸ φοβεῖσθαι. *Tanquam bonus pater ante filios stans extra periculum eos ponit, quod adhuc infirmi & infantes sint, & vt sermonem, quem dixerat, impleat, se autem ipsum tradit.* Idem fere Theophylactus scribit. Saepe nobis Deus tanquam infirmis infantibus parcit, non patiês *nos tentari supra id, quod possumus,* fortiores vero factos maioribus periculis exercet, nam & Apostolos, quos modo secum capi noluit, fortasse, vt ait Cyrillus, ne si nunc eum ipso mortui fuissent, aliquam redemptionis nostrae partem illis debere videremur, postea Spiritu sancto confirmatos pro semoti voluit, vt Theophylactus animaduertit. Denique voluit se solum capi, quia voluit torculat calcare solus. Declarauit ipse, inquit Cyrillus, quod verbis docuerat cap. 10. 11. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Hinc altera quaestio, quã Chrysostom. & Theophylactus attingunt, facile soluitur, quid cautae fuerit, quam obrem nõ etiam discipulos praesertim Petrum, qui eos irritauerat, comprehendetur. Putant enim Petrum iam antea seruo Pontificis Malcho auriculam abscidisse, quod nos apud Matth. refutauimus. Respondent eadem Christi potentia fuisse prohibitos, ne illos caperent, qua paulo ante in terram dejecti fuerant. Id Euangelistam indicare, cum veluti eius rei causam exponens subiicit, *Vt sermo impleretur, quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.*

Isai. 63. 3.

Sup. cap. 17. 12.

Hæc tantum in hoc cap. 18. vsque ad 20. in auctoris autographo reperta sunt.

CAPVT XIX.

Matth. 27. 2. 27. Marci. 15. b. 16.

1. TVNC ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. 2. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. 3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudaeorum: & dabant ei alapas. 4. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. (5. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum:) Et dicit eis: Ecce homo. 6. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. 7. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. 8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. 9. Et ingressus est praetorium iterum: & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. 10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? 11. Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. 12. Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesari. omnis enim, qui se Regem facit, contra dicit Caesari. 13. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. 14. Erat autem parasceue Paschae, hora

hora quasi sexta. & dicit Iudaeis: Ecce Rex vester. 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem nisi Caesarem. 16. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. 17. Et bajulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariae locum, Hebraice autem Golgotha: 18. vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autem Iesum. 19. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudaeorum. 20. Hunc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Graece, & Latine. 21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudaeorum: Noli scribere, Rex Iudaeorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. 22. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. 23. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totã. 24. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem haec fecerunt. 25. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophae, & Maria Magdalene. 26. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem dilegebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus. 27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. 28. Deinde sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. 29. Is ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt oris eius. 30. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. 31. Iudaei ergo, (quoniam Parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. 32. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. 33. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, 34. sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua. 35. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt vos credatis. 36. Facta sunt enim haec vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. 37. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. 38. Post haec autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea, (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudaeorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. 39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhae & aloes, quasi libras centum. 40. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. 41. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. 42. Ibi ergo propter Parasceuen Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Matth. 27. 57. Marci. 15. 42. Luc. 23. 50. Sup. 3. 1.

CAPVT XX.

1. VNA autem sabbathi, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. 2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dixit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. 3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. 4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. 5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. 6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, 7. & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in vnum locum. 8. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: 9. nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. 11. Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum. 12. & vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. 13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. 14. Haec cum dixisset, conuersa est retrorsum, & videt Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. 15. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quaris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dic mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. 16. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister). 17. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. 18. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: Quia vidi Dominum, & haec dixit mihi. 19. Cum ergo sero esset die illo, vna sabbathorum, & fores essent clausae, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. 20. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino. 21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. 22. Hac cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. 23. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. 24. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. 25. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixu-

Matt. 28. a. 1. Marc. 16. a. 1. Luc. 24. a. 1. Matth. 27. d. Marc. 15. b. Luc. 23. g. Sup. 3. a. 1. Marc. 16. c. Luc. 24. a. 36. 1. Cor. 15. a. Matt. 28. a. 18.

ram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. 28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. 29. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. 30. Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. 31. Hæc autem scripta sunt vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Inf. 21 g. 25.

INCAPVT XX.

19. *Cum ergo sero esset die illa vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum iudæorum.*] Quæ vita Christi fuerit apparitio Matth. 28. 16. docuimus, nempe quinquies iam ante illo ipso die, quo resurrexerat, dixerit, aut discipulis aut mulieribus diuersis in locis apparuerat. Eodemq; die, vt hic Euangelista testatur, sexto decem discipulis Ierosolymæ domi secretioribus apparuit. Et diem & horam diei diligenter Euangelista designat, non solum vt fidem adhibeat historiæ, quæ circumstantiarum descriptione fit probabilior, sed vt aliquid aliam aliud, quem admodum modo dicemus significaret. Dicit eadem die, quo resurrexerat, quæ vna, id est prima dies hebdomadis erat, quæ nunc Dominica vocatur, discipulis apparuisse, volens, vt opinor, indicare, quantum Christus habuisse curam profundi discipulis resurrectionem suam: non diu passum esse benignum patrem suos suorum probanda in iustu esse, nō fuisse negligentem, & otiosum, eodem die, quo Magdalenæ, etiam discipulis apparuisse: imo eodē die, quo sua primum matri, deinde Magdalenæ, tertio illi, aliisq; mulieribus, vt maior para sentot auctorum quarto Petro, vt ait D. Paulus 1. Cor. 15. 5. & Luc. c. 24. 34. quinto duobus discipulis euntibus in Emaus apparuerat. Hora autem dicit notat, *Cum sero*, inquit, *esset*, id est cum iam esset nox. *Ver. 26. Et vt* & vt rationem redderet, cur *fores essent clausæ*, & vt eandem Christi commendaret diligentiam, qui ne nocturno quidem, & incommodo tempori pepercisset, vt Apostolos consolaretur & vacillantem eorum confirmaret fidem. Quod magis etiam intelligetur, si in memoriam renocemus, quod apud Matthæum c. 26. 56. eadem nocte, postquam adhuc perstitet, & Emaum cum duobus illis cenasse discipulis, & decem Ierosolymæ congregatis discipulis apparuisse. Scribit Lucas cum Christus ad hos venit, iam duos illos ex Emaume rediisse, & cum illis fuisse narrantes, quomodo vidissent Christum eumq; in fractione panis cognouissent. Cur noctu potius venerit, quam interdiu, etiam indicat Euangelista, cum dicit, *Erant discipuli congregati*, scilicet propter metum iudæorum. Potest quæri, quomodo dicat Euangelista hoc primo die accidisse, cum nox iam esset, & Iudæi ab occisis foliis diem inchoarent. Respondet Theodorus Mopsuestenus, cum dicit, *sero*, perinde esse ac si diceret, finita prima die, & inchoata secunda. De hac vsu, *vna sabbathorum*, sæpe diximus; vide Matth. 28. 1. Quod dicit fores fuisse clausas, ad declarandum futuri miraculi magnitudinem pertinet, quod cum clausæ fores essent, tamen per eas Christus ad discipulos penetrauerit. Hæc enim de causa, & hoc loco, & infra ver. 26. tanta diligentia id Euangelista notauit. Nec antequam Calvinus hæreticus fatius esset, cuiquam veneat in mentem aliter intelligere Christum, quam per fores ipsius clausas ad discipulos ingressum fuisse, quemadmodum & ex sepulcro nondum reuoluto exisse dicitur, & ex sepulcro nondum reuoluto exisset Ispide: Iustinus quæst. 117. Chrysostomus homil. 2. de Iohanne Bapt. & hoc loco, Hilarius lib. 3. de Trinitate. Eusebius Emis. in homil. in hæc verba. Augustinus hoc loco, & serm. de tempore 156. & in lib. de agone Christiano cap. 24. Ambrosius serm. 10. in Psalm. 118. & lib. 10. in Luc. Epiphan. hæres. 64. Gregorius Nazianzenus in Christo patiente. Hieronymus in Epitaph. Paulæ, Amphilochius apud Theodoretum dialog. 2. Leo sermone 1. de resurrectione, & epistola 10. cap. 5. & epistola 83. & Cyrillus lib. 12. comment. in Ioannem capit. 63. & lib. de recta fide ad Reginas, Theodorus, Heracleotes, Theodoretus Mopsuestenus, Leontius, Beda, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus hoc loco, & Nicephorus lib. 1. cap. 34. Neq; vero spectandum solum est, quod dicant hi tot, tamq; graues auctores, sed multo etiam maxime, quomodo dicant; ita profecto, vt dee in mentem quidem illis venerit, posse tam impudentem quenquam hæreticum reperiri, quid vnquam esset negaturus. Abutebantur hoc loco Marcionistæ, vt probarent non habuisse Christum verum corpus, vt ex Hieron. Augustino, & Cyrille in iis locis, quos modo notauimus, intelligimus. Abutebantur Manichæi, vt idem indicat Augustinus. Nemini vnquam Catholico venit in mentem respondere quod Calumniæ respondent, non fuisse clausis, sed apertis foribus ingressum: cum, si id probari putarent posse, nulla tam expedita ad refellendos hæreticos ratio inuenitri potuisset, quod nimirum viderent non posse id nisi impudentissime negari. Nouitamen hæreticorum ne fuit, qui crederet corpus Christo per clausas fores penetrasse, & illud concedere negantur, in quo maxime à nobis dissident, posse etiam in Eucharistia ita esse, vt locum nullum occupet: alii dicunt fores quidem, cum Christus accederet, fuisse clausas, sed cum pulsasset, aliquem ex iis, qui intus erant, illi aperuisse; alii Christum ipsum sua potentia aperuisse, aut vltro foras illi se pandisse, quod & cum Petrus è carcere ab angelo educeretur, factum legimus, Act. 12. 10. alii per senestras, aut qua alia via ingressum esse; qui omnium prudentissimus videri vult princeps eorum Calvinus non probat quenquam Christo fores aperuisse; illustre enim potentiæ Christi specimen fuisse, sed quærendum non esse quomodo fuerit ingressus, hoc tantum nos tenere iubet, per fores nō penetrasse. Cur ergo ô insane, tam diligenter Euangelista notauit fores fuisse clausas, id ego hactenus, nisi vt intelligeremus per ipsas clausas ingressum fuisse? Quod melius profecto quam ex indicio in 3. de Trinit. libro Hilarius expendit. *Quæro, inquit, per quas clausas domus fores sese corporeus inuexerit? Diligenter enim Euangelista exceptum, ait, Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum suorum.* Adde quod verbum illud *stetit in medio eorum*, hanc vim habet, vt indicet subitum sine vllo aduentus indicio, sine ullo itu, sine apertione foruin in medio constitisse. *Petrū*, inquit Calvinus, *extractum egressum legimus, an continuo dicemus per fores penetrasse?* Petrum sic eam aperte Lucas dixisse clausis foribus egressū esse, quam Ioannes dicat ingressum fuisse Christū haud dubie dicemus. Deinde quidni dicamus Petrū et iam per fores carceris penetrasse, cum id Euangelista significet? cum enim dicit portam verbis ferre ad vtero illius apertam fuisse, carceris vero portam non dicit, non obscure indicat non aperta carceris porta exisse. Certe meliores auctores quam Calvinus, ita sentunt, vt Rupertus. At mercio aliquis quæret, cur clausis Christus ianuis ingressus fuerit, cum id aduersari patris, quam seruire eius instituto videretur; vole hæc eum probare se verum habere corpus, palpari, & *videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*; atqui hoc melius probasset si apertis, quam si clausis foribus ingressus fuisset; nam ipsum fores penetrare proprium erat spiritus. Multæ eius rei causæ graues auctores afferunt. Leontius, vt deceret, inquit, Apostolos deinceps non secundum carnem cognoscere, id est, vt gloriosarum se habere corpus in eingerent. Nam *et si cognouimus*, inquit Paulus, *secundum carnem Christū, sed nunc iam non nouimus*. Theodorus Heracleota, vt suum ostenderet diuinitatem, cui nihil quantumuis clausum obstare posset. Theodorus Mopsuest. & Euthymius, ne discipulos deterreret, qui si foribus patefactis ingressum esse vidissent ex iudæis aliquem, qui timebant, esse putassent. Theophylactus ne ostenderet, quomodo resurrexisset, nempe eodem modo exisse de sepulcro, quo ad eos clausis foribus ingressus esset.

Veni Iesus, & stetit in medio & dixit eis, Pax vobis.] Quam vim habeat verbum illud *stetit*, modo diximus, non apertis sed clausis foribus, nullo dato ingressus signo indicio subitum, atq; improuisum in medio constitit. At cur in medio? quo melius ab omnibus conspiceretur, seque illis ostenderet, vt Euthymius ait. Accommodate autem ad eorum statum hæc salutatione vsus est. *Pax vobis*, etsi alioqui inter Iudæos vulgaris erat. Erant enim in maximo timore, pro, tereatq, vt Euangelista notauit, obseratas habebant fores, eum igitur vt illius timorem pelleret, statim dixit, Pax vobis: eodem vsus verbis, quibus ante mortem illis dixerat, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*. c. 14. 27. vt vel inde, quis esset, agnosceretur, vt Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius adnotarunt. Non est illa tutior nostri à sensu discedere literali, & ad colligendos allegoriarum flosculos euagari; sed qui elegantem reperire volet in hunc locum in allegoriam Gregorium legat lib. 4. in 1. lib. Reg. c. 4. ad eos, qui mundo fores occlusserunt, Christum nec opinatum venire, & incundissimam pacem dare.

20. *Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus.*] Ostendit eis vestigia passionis sua, & vt non abnuse, quam Christum esse ostenderet, & non alio, quam quod crucifixum fuerat, corpore surrexisse, vt Cyrillus, Leontius, Theodorus Heracleotes, & Theodorus Mopsuestenus sentiunt. Tradit propterea Lucas cap. 24. 36 37. Christum antequam manus, & pedes ostenderet eis se. *Ego sum, nolite timere*, terremos vero fuisse discipulos, putasse se *spiritum videre*; quibus ille ver. 38 & 39. *quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum: palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Itemq; bis recit quod Theophylactus disputat, quid eum fuerit, cur discipuli viso reperte Domino curbum non fuerint, in primis Magdalenæ tribuens, quæ se eum vidisse certa fuisset. Partim voci Christi, quam continuo discipuli recognouerint; enimuero, vt Lucas affirmat, turbati fuerint; sed id Ioannes, quod satis à Luca explicatum esset, silentio præterimisit. Eandem enim hanc Ioannis, & illam Lucæ narrationem fuisse, nemo sanè mirror negare posse. Magis propria huius loci quæstio, quomodo Christus, cum gloriosam surrexerit corpore, cicatrices gestauerit, quæ vi-

tium quoddam corporis sunt, quæque nemo nostrum, etiam si in hac habuerit vita, in altera gloriosatus habiturus sit. Retinuisse eas Christum magno consilio credendum est, & quas illustris victoriæ insignia erant & solent victores ducem ostentare potius, quam occultare cicatrices: & quas testes volebat esse resurrectionis suæ; & quas oportebat, vt cum ad iudicandum venerit, eas ostenderet, vt videretur eius, hostes, *in quem transfixerunt*. Clauis enim manus fixerant, inquit hoc loco D. Augustinus, *Trull. 121. lancea latus eius aperuerat, vbi ad habitandum corda fidelium reparata valerarum sunt fenestræ vestigia*. Et serm. 18. de verbis Domini. Nunquid non poterat Dominus sine cicatricibus resurgere sed in discipulorum corde vulnera nouerat, *propter quæ sanandas cicatrices in corpore suo seruauerat*, inquit ser. 247. de tempore & Leo serm. 1. de Ascensione. *Ad sanandā infidelium cordium vulnera clauorum, & lancea erant seruata vestigia, vt non dubia fides, sed constantissima seruitis teneretur cum natura in Dei Patris confessionem vbique, quæ in carne fuerat in sepulcro.* Sententiam eandem Græce Cyrillus dicit lib. 12. in Ioan. ca. 58. & Eusebius Emissenus in homil. in hæc verba, Chrysosto. Theophylact. & Euthymius. Quin & martyres omnes Latæ esse in eccio cicatrices habituros non tanquam vitæ, sed tanquam veritatis testimonia! lib. 22. de Ciui. c. 20. Idem docet August. Eusebius vero Emissenus nonnullos hæreticos occasionem hinc sumpsisse dicit, vt dicerent omnia sanctorum corpora eisdem vitiis resurrectura, cum quibus ceciderint, quod ex 1. ad Cor. 15. facile refellitur. Aliam hic quæstionem Cyrillus fuscitat, quo modo vere gloriosum Christi corpus discipuli potuerint contueri, qui ne figuram quidem eius gloriæ in tanta figuratione sustinere potuissent. Respondet Christum gloriam comprehensile corporis sui, ne tanto splendore perstringeret discipulorum oculos. Idemq; docet August. lib. 22. de Ciu. c. 19. Diffitebor quæso, an discipuli Christi vulnera manibus, vt sibi certam fidem facerent, contrectarint. Nam Ioannes quidem, & Lucas tantum dicunt Christum vulnera sua tangenda illis ostendisse, sed an tenera tangerint, neuter eorum dicit. Meliorum tamen auctorum opinionem esse video vera retinere, Augustini serm. 15. de verbis Domini, & sermone 150. & 160. Leonis epistola 10. cap. 5. Idq; videtur haud obtinere Ioannes epistol. 1. cap. 1. 1. dum ait eum dixit. *Quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt.* Accedit ad ea hoc loco coniectura, cū Thomas dicit ver. 25. *Nisi videro in manibus eius figuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam*, indicat exteros discipulos, vt sibi fidem facerent, se vidisse Christum affirmasse, sed non solum vidisse eum, sed etiam eius cicatrices manibus contrectasse, perinde enim loquitur, ac si dicat, Nisi mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meum in latus eius, sicut ipsi vos fecisse dicitis, *non credam.*

Gauisi sunt discipuli viso Domino.] Non statim quidem viso, nam initio, vt Lucas tradit, turbati putarunt se, & spiritum se videre putauerunt; sed gauisi sunt viso, id est manuum contrectatione cognito. Dixerat ante mortem, *iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* cap. 16. 22. & ideo Euangelista notauit gauisos fuisse, vt indicaret impletam fuisse Christi prædictionem. vt Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius aiunt.

21. *Dixit ergo eis iterum, Pax vobis.*] Postquam eum cognouissent, quasi, quod ante dixerat, nihil profuisset, quia non tanquam Christi, sed tanquam spiritus aut phantasmatis salutatio excepta fuerat? Itaq; repetito hæc non solum cōmendi vim habet, vt Aug. & Beda putant; sed etiam indicat pro-

rem salutationem, quia non tanquam à Christo accepta fuerat, penè irrita fuisse. Aliter enim à Christo, quam à mundo salutamur.

In quo patet similitudinem inter suam, & Apostolorum missionem Cyrillus.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.] Dubium quia in re Christus inter suam, Apostolorumq; missionem similitudinem ponat? cum Cyrillus quidem veritus, opinor, ne si aliter interpretaretur, Arianorum causæ faueret eloquentiæ, quasi eodem prorsus modo Christus à Patre, quo ac Christo discipuli mittebantur, id est vt creatura à creatore, vt minor à maiore missus esset ad solam hoc docendi retulit diligentiam; vt quemadmodum ipse non iustos quærebat, sed peccatores; ita se eos dicat mittere, vt peccatores ad pœnitentiam adducant. Eodem ferè modo Leontius, quemadmodum, inquit, me Pater misit, vt vos docerem; ita ego vos mitto, vt alios doceatis. Alii referunt ad potestatem, quam discipulis dedit, quali dicat, quam potestatem mihi misso Pater dedit, eam ego vobis do. Quo facto Rupertus hæc verba exponit. *Quemodo enim vel ad quid misisset filium Pater, nisi vt inter Deum, & homines patrocinari faceret? Quemodo eodem, vel ad quid suos in vniuersum mundum filios mitteret prædicatores, nisi ad hoc, vt inimicos Deo reconciliem hominem? Hoc nempe sciens Apostolos ait Corinthis, Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quomodo quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Eodem modo videtur Elias Cretensis in commentariis in 2. orat. de Theologia Gregorii Nazianz. & in orat. de recta doctrinæ sens. intellexisse. Itaq; inter alia, quæ ex hueris lacris ad docit exempla, vt doceat dictionem *sicut*, & similes alias, cum de Deo, & hominibus comparate dicuntur, non æqualitatem, sed proportionem significare, hoc in primis adducit. Christum enim à Patre tanquam parem à pari; Apostolos à Christo, tanquam hominis à Deo missos esse. Duplicem ego potestatem his verbis declarari arbitror, alteram eam, quam ex Ruperto modo diximus; quam potestatem ipse à Patre missus accepisset, eam Apostolis dare, quos suo loco mitteret, quos vicarios suos faceret. Hoc apparet ex verbis sequentibus; propterea enim insufflauit in eos, propterea dixit, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*, vt ostenderet se, quantum auctoritatem ipse à Patre accepisset, tantam illis dare; nulla enim maior, quam remittendi peccata esse potest. Itaq; recte ex hoc loco collegitur non solum doctoris, sed etiam sacerdotis officium Apostolis traditum esse: vicarios enim constituit suos. Sed in hac ipsa similitudine potestatum ea dissimilitudo est, quæ facer principem, & legatum; dominum, & seruum; proprium nec ne naturam, & vicarium esse solet. Christus etsi vt homo eam à Patre accepera potestatem, tamen & habebat natura sua; Apostoli non nisi eius habebant beneficio; & Christus non pro alio, sed pro se; Apostoli non pro se, sed pro Christo, vt vnus ex ipsis Apostolus dicit, fungebantur legatione. Itaq; non debuerunt, vt nonnulli hæretici colligant scripsis pro nobis sacrificare, sed illud ipsum Christi sacrificium, tanquam eius nempe Vicarii, nobis repræsentare, id est reperendo eodem sacrificio eius ad nos fructum derivare. Altera potestas est non in Apostolis, sed in Christo; itaque non Apostolorum cum Christo, sed Christi cum Patre potestate comparatur; tanquam dicat, qua potestate Pater misit me, eadem ego mitto vos; non minorem ego, vt vos minam, potestatem habeo, quam vt me mitteret, Pater habuit, Hoc enim sensu dixit Matth. 28. 18. 19. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra; euntes ergo docete o-*

Ibi.10.

1. Corinth. 5. 19. 20.

Duplex potestas hic tradita à Christo intelligitur.

Apostoli successores officium tradatum.

2. Cor. 5. 20.

A *nnes gentes*. Expendunt Leontius, & Theophylactus verba illud, *Ego mitto vos*, aduersus Arianos non dixisse, rogabo Patrem, vt mittat vos, sed *ego mitto vos*, tanquam æqualem cum Patre auctoritatem habentes.

22. *Hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.*] Duabus hic de rebus disputandum de spiritu, qui datus dicitur, de tatu, vtutique, quo datus est. Quærunt Chrysost. Cyrill. & Euthym. qui fieri potuit, vt Christus nunc Spiritum sanctum dederit, cum c. 16. 7. dixerit, *si ego non abiero vos, paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.* Eadem apud Hieron. 9. ad Hedibiam quæstio est. Res erat explicatu facilis, tamen multi grauissimi auctoribus diuersis vsi sunt. Scribit Chrysost. nonnullos hac inductos interpretatione dixisse non dedisse nunc Christum Spiritum sanctum, sed promisisse, in qua sententia Theodorum Mopsuest. fuisse in Graecorum Catena lego, exponit enim *Accipite Spiritum sanctum* pro accipietis; idemque Theophylact. & Euthym. dicere videntur, nō dedisse Spiritum sanctum, sed gratiam Spiritus sancti, per quam eos ad capiendum possent Spiritum sanctum idoneos efficeret. Theodori Mopsuesteni error in quinta Synodo Collat. 8. c. 3. can. 12. & in edicto Iustiniani Imperatoris condemnatur. Cyrillus multis dissert verbis dedisse quidem Spiritum sanctum, sed non propterea mentum esse, verum promisit eorum suam anticipasse, vt ostenderet non solum Patrem, sed etiam se Spiritum sanctum dare posse. Hoc illi in more fuisse, vt eorum, quæ se post redium in cœlum fecturum promisissent, aliquod ante præberet specimen. Decerat fore, vt nonnemine sine mundi mortui audirent vocem filii hominis, & qui audirent, viuerent, supra c. 5. 25. voluit etiam ante aliquot veluti exempli causa exsitere mortuos. Differuerat aliquando de futura sua gloria, *Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate.* Cui edit ei rei exemplum, cum fese tribus discipulis tranfiguraret. Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus Haracleotes, Eusebius Cæsarien. in Græca Catena, Leontius Spiritum sanctum hic appellari gratiam Spiritus sancti, cum cum varia hic dona, in die quidem Pentecostes omnia in Apostolos effusa esse, nunc vero solam remittendi peccata potestatem illis datam, quæ ipse Spiritus etiam sancti donum sit. Quam sententiam etiam Theophylactus, Euthymius, & Rupertus magis probant, itaque non satis Theodorus obseruasse Christum non dixisse cap. 16. se non daturum Spiritum sanctum, antequam ad Patrem abiret: *sed non missurum esse, hoc autem non missile, sed dedisse. Accipite*, inquit, *Spiritum sanctum.* Et vere si subsistere loco queunt, iam Spiritus sanctus dictitor, cum eius præsentia visibili, parere specie, vt enim hæc tacito Christo columbæ specie descendit, & cum die Pentecostes specie ignis atque linguarum, dari amplius eum, cum eius aliquod donum datur. Vno verbo explicari res potest. Promiserat Christus, si fide ipsi non abiisset, Spiritum sanctum visibiliter, & cum omnibus iis donis venturum non esse, quod & factum est, nam ante Pentecostes diem hoc verbo non venit, dedit tunc autem quam abiit Apostolis eum esse visibili signo, tamen inuisibiliter, quia cum eo in vniuersum terrarum orbem diminaret, oportebat, inquit Heracleota, vtaticaliquo muniere. Hoc alia, quam Augustinus tractat. in Ioan. 74. copiose agitat, soluitur quæstio, qua modo nunc Christus Spiritum sanctum Apostolis dederit, quum ante v nque iam habebant, nec enim sine Spiritu sancto dicere Christum posuisse, cum nemo possit dicere, *Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto.* 1. Cor. 12. 3. Dicam breuiter, quæ in mitis illic verbis Augusti-

Quomodo Spiritus sanctum dederit Christus discipulis.

Cur hæc potestatem Christum nunc dederit.

Mopsuest. error damnatus.

Theodori

Matth. 24. 30. cf. c. 26. Matth. 17. 2.

Hebr. 9. 28.

An vera insufflarit Christus.

Matth. 3. 16. Matth. 28.

Cur id fecerit.

Tract. 111.

Quomodo Spiritus sanctus dederit Christum discipulis, qui habebant.

Num. 11. 26. 27.

Rebellitur Calumn.

Abfenti D. Thomæ Spiritum sanctum dari fuisse Cyrilli & auctoris sententia.

disputet, habebat quidem ante Spiritum sanctum, A cato per Spiritum sanctum vinificare. Quamvis sed aliter, id est copiosius, quam prius habebant, nunc illis datus est. Tum enim illis potestas remittendi peccata ante quidem illis promissa, Matth. 18. nondum tamen data; datus autem est in Pentecoste aliter etiam, quam nunc; nunc inuisibiliter, & copiosius quidem, quam ante, tunc visibiliter, & copiosius, quam nunc; idem tamen semper spiritus, vt idem ait Augustinus eodem loco & lib. 10. de Genes. ad literam capit. 5. & lib. 4. de Trinit. cap. 20. Sed ecce alia hinc nobis subnascitur quæstio, quam & in illo. 74. in Ioannem tractat. D. Augustinus retigit, quam ob rem hanc ipsam potestatem remittendi nunc Christus Apostolis dederit, cum Spiritus sancti donum esset, quod vna cum reliquis veniens in die Pentecostes afferre potuisset. præsertim cum ea nunc vsuri non essent, *cognoscens* enim *præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris.* Actor. 1. 4. Augustinus non aliter respondet; quam propterea his Spiritum sanctum dare voluisse, quia duo caritatis præcepta sunt, alterum Dei, alterum proximi diligendi; & caritas Spiritus sancti donum est. Duæ ergo alias rationes probabiliores, mihi Faller inueniuto. Altera est, voluisse declarare Christum, non solum Patrem, sed se etiam dare Spiritum sanctum, quod satis probare non potuisset, nisi antequam ex hoc mundo discederet, illis daret. Id ex flatu, quo dedit intelligi potest, quo, vt postea dicemus, propterea vsus est, vt significaret ex se procedere. Altera magis est propria, nullum aliud nunc donum dedit Spiritus sancti, quam potestatem remittendi peccata, eam non Patris nomine sed suo, ac proprio dare debuit, quia ipse solus mortuus fuerat: *ad multorum exhaurienda peccata*, ipse eam potestatem suæ morte comparauerat, ipse eam tanquam caput Ecclesiæ, cuius veller, membris impertiri poterat; Ergo Spiritu ipsum sancto, quia communis sibi cum Patre erat, noluit, antequam ad Patrem rediret, dare, vt ab vtroque missum esse appareret; potestatem autem remittendi peccata, quæ eo modo, quo diximus, propria ipsius erat, ipse per se antequam ad patrem iret, dare voluit. De flatu nunc dicendum vbi tres quæstiones occurrere posse video, an vere Christus insufflarit, quare id fecerit, an insufflauerit in singulos Apostolos. Rupertus quidem, quem sæpe auctorem laudare soleo, in ea omnino sententia est, vt existimet Christum recepta non insufflasse, sed eo dem modo insufflasse dici, quo Deus in *corpus recentis Adami inspirasse* dicitur *spiraculum vitæ*, Genes. 2. 7. non quod vllo corporeo vius sit flatu, sed quod ea vitalem illi spiritum dederit, quemadmodum si ore corporis in illum inspirasset. Indulgendum auctori; nam nunc ti quis diceret, haud sane ferendus esset. Mimine enim obscure Spiritus columbæ specie descendit, & cum die Pentecostes specie ignis atque linguarum, dari amplius eum, cum eius aliquod donum datur. Vno verbo explicari res potest. Promiserat Christus, si fide ipsi non abiisset, Spiritum sanctum visibiliter, & cum omnibus iis donis venturum non esse, quod & factum est, nam ante Pentecostes diem hoc verbo non venit, dedit tunc autem quam abiit Apostolis eum esse visibili signo, tamen inuisibiliter, quia cum eo in vniuersum terrarum orbem diminaret, oportebat, inquit Heracleota, vtaticaliquo muniere. Hoc alia, quam Augustinus tractat. in Ioan. 74. copiose agitat, soluitur quæstio, qua modo nunc Christus Spiritum sanctum Apostolis dederit, quum ante v nque iam habebant, nec enim sine Spiritu sancto dicere Christum posuisse, cum nemo possit dicere, *Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto.* 1. Cor. 12. 3. Dicam breuiter, quæ in mitis illic verbis Augusti-

An vera insufflarit Christus.

Cur id fecerit.

Tract. 111.

Quomodo Spiritus sanctus dederit Christum discipulis, qui habebant.

Num. 11. 26. 27.

Rebellitur Calumn.

Abfenti D. Thomæ Spiritum sanctum dari fuisse Cyrilli & auctoris sententia.

multo est maior, quam si dixisset, remittentur, & A retinebuntur. Quasi dicat, quidquid fiue in remittendis fiue in retinendis peccatis feceritis, id nunc ratum habeo. Quanquam Cyprianus in lib. de vnitate Ecclesiæ, *remittentur*, legit futuro tempore. Recte Ambrosius lib. 1. de pœnitentia cap. 2. Nouatianorum refellit hæresim, qui negabant, quemadmodum hoc tempore Caluinistæ sacerdotes potestatem habere per sacramentum pœnitentiæ peccata remittendi, quod id esset iniuriam Christo facere, cuius proprium sit remittere peccata. Eius verba quia non minus contra Caluinistas, quam contra Nouatianos dicta videri possunt, ponenda hoc loco iudicaui. *Sed aiunt se Domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem referunt: imo nulla maiorem iniuriam faciunt, quam qui eius velunt mandata rescindere, commissum munus refundere. Nam cum ipse in Euangelio suo dixerit Dominus Iesus, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt: quis est qui magis honorat, virum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in vtroq; seruat obedientiam, vt peccatum & alligret, & relaxet. Hæc sibi in altero omnimodo in altero inelegidens vult ligare quod non resoluat, non vult soluere, quod ligauit.* Recte quoq; Cyprianus in epistola ad Iubaianum ex hoc loco probauit potestatem remittendi peccata in sola esse Ecclesia, in qua sola Spiritus sanctus dari potest. Sed idem alibi eodem loco abutus est, quemadmodum & Donatistæ postea abusi sunt, vt probarent eos, qui ab hæreticis baptizati essent, esse iterum baptizandos, epistola 76. ficut & Firmianus in epistola ad eundem Cyprianum. 75. Dissimulandus in corpore pulcherrimo nævus vnus est. Potestatem illam, qua hæretici per baptismum, aliudue sacramentum peccata remittunt, aut in Ecclesia Catholica, aut per Ecclesiam Catholicam acceperant; itaq; vtrumq; verum est, & in sola Ecclesia Catholica potestatem dari remittendi peccata, & posse tamen aliquando per hæreticos peccata remitti.

Nouatianorum error de pœnitentia, quæ & Caluinistarum.

Cap. 6. 11, 16.

14. *Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus.* Alibi monuimus, idemq; Theophylactus hoc loco monet, Didymum non fuisse Thomæ cognomentum, sed nominis interpretationem; hoc enim nomen Didymi Græce, quod Hebraice nomen Thomæ significare, nempe geminum, cur ita vocatus fuerit, nihil constat; obseruauit vero Leontius Euangelistam nullius nomen Apostoli interpretarum esse, nisi Thomæ, vt Græci propter aliquam eius excellentiam factum intelligerent. Theophylactus ideo nomen interpretatum putat, vt eius declararet mores, quod incredulus esset, minimeq; simplex. Seusus hic literalis, quem nos vestigamus, facilis est, nec nostro indiget commentario. Moralem facile per se quisque potest animaducrtere. Cœtus ille discipulorum Ecclesiam repræsentabat, à qua qui abest, à Christo non inuisitur. Scite Bernardus serm. 6. de Ascensione, *Falleris Thoma sancte, falleris, si videre Dominum speras ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angelos non ei diuersoria placent. In media sitat, id est disciplina communi, communis vita, communibus studiis delectatur.* At eur ille potius, quam quisquam alius à cœtu aberat? Quæstionem Chrysostomus monet; idemq; & eum secuti Theophylactus, atq; Euthymius respondent properata non affuisse, quod ex illa Apostolorum dissipatione, quæ moriente Christo facta foerat, nondum redierat. Sed huius ipsius rei quæritur causa, quamobrem vnus ille non rediisset. Sustinendum contra tantum Apostolorum iudicium est; sed posset coniectura aliqua esse veluti pro desperatis rebus Christi habuisse, ideoque ad exercitum non rediisse, quemadmodum solet in prælio rebus perditis accidere.

Moralia sensus abhorrens à Thoma.

15. *Dixerunt ergo ei alij discipuli, vidimus Dominū.*] Simpliciter, & summatim Euangelista narrat, quid cæteri discipuli Thomæ dixerint. *Vidimus Dominum*; sed vt ver. 20. dominus, vt similis est pluribus eos de eo verbis differuisse, non solum vidisse se, sed cum eo etiam collocutos, cum eo edisse, bibisseque, vt Lucas tradit, eius vulnera manibus suis contrectasse, vt idem supra Ioannes indicauerat, quemadmodum Chrysost. Theophylact. & Euthym obseruarunt. Hinc ergo Thomam occasionem sumpsisse credendum est ea dicendi, quæ sequuntur.

Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum & mittam manum meam in latus eius, non credam. Coniiciunt aliqui nostrum interpretem non fixuram, sed figuram transtulisse, quemadmodum & in nonnullis legitur exemplaribus; hoc enim esse τὸν τύπον τῶν ἥλων, deinde aliquam figuram in fixuram commutasse. Eandem faciunt coniecturam pro τὸν τύπον τῶν ἥλων in figuram clauorum, legisse τὸν τόπον τῶν ἥλων in locum clauorum. Vtraq; coniectura speciem habet probabilitatis sed vereor ego, ne facilitas errandi erroris fidem fecerit, ideoq; sibi multi persuaserint erratum esse, quia viderunt facile errari potuisse. Malo erratum non credere, nisi erratum constet; præsertim cum facilius fit istud, quod vitium putatur, defendere, quam correctionem. Quæ enim est figura clauorum, nisi fixura? Idem ergo cum fixit, quod expressit erat, fuit eligendū, expressit autem fixura est; nam figura clauorum potius imaginem in tabula pictam significat, quam clauorum plagam, fixura autem nihil aliud, quam plagam significare potest. Et mittere digitum *in locum clauorum*, potius dixeris, quam in fixuram, idem licet sint, quia non solum significat digitum in plagam mittere, sed pro clauo mittere. Augustinus quidem vbiq; fixuram legit. Nec sine causa factum esse existimandum est, vt eum de figura clauorum loquitur, non dicat, *nisi misero* manum meam, sed *digitum meum*, cum autem de latere non dicat, nisi mittam digitum, *sed manum*. Habet quippe digitus figuram clauo longi, atq; quadrati; expansa vero manus figuram cuipiam latioris hastæ, quales etiam hodie in Hispania multæ reperiuntur. Volebat ergo Thomas non solum videre, non solum attrectare, sed quodammodo etiam metiri plagas Christi, ne quo forte subesset dolus, ne picta potius, aut summa signata cute, quam alte impressa essent vulnera, qualia fuisse fatebatur Christi. Itaq; non significat Thomas, quemadmodum Chrysostom. Theodorus Heracleota, Leontius, Theophylactus, & Euthymius indicant, se aliis nō credere discipulis dicentibus se vidisse, tetigisseq; credebat enim eos non mentiri, sed putabat falli, visos sibi fuisse Christum videre, cum pro Christo aliquid aliud vidissent, putasse se vulnera tangere, cum solam tangerent similitudinem vulnerum; se profecto prudentiorem fore, ac neque oculi, neq; manibus suis creditурum, nisi ipsa quoque plagarum mensura respondeat. Nimia prudens incredulitas est, aut nimis potius incredula humana prudentia. Multi dum prudentes videri volunt, dum credenda parcipere, & manibus tangere, hæretici fiunt. Habet etiam magnam Græcum crebra articulorum repetitio, qua Thomas vtitur τὸν βάλω, τὸν χῶρα, τὸν τύπον, τὸν τύπον, quæ Latine non apparet. Quærunt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, vnde Thomas noluerit Christum in latere vulnus habuisse, cum non adfuisset, cum illud iam mortuus accepit; respondent id ab aliis, qui post resurrectionem viderant, discipulis dixisse, itaq; eum reprehendunt, quod vnus in re discipulis credidisset, in aliis non credidisset. Potius credo vulgo notum fuisse Christum iam mortuum vulnus secundum latus accepisse; nam si notum non fuisset, non inuitasset discipulos, cum primum illis apparuit, vt vulnus lateris contrectarent versis vigesimo. Sic Augustin. serm. de tempore. 156. *Stabat enim clauis in cruce confixum, stabat lancea latus percussum, hæc figura quærebat, idee non credebat.* Sunt qui Thomam excusent in quibus Cyrillus non tam incredulitate eum hæc dixisse, quam quedam animi perturbatione, qua vehementer angeretur, quod Christum, sicut cæteri Apostoli post resurrectionem non vidisset, desperaretque se posse videre cum abillo audiuisse, *Medicum, & tam non videbit me, quia vado ad Patrem.* Non enim dubitasse, quin is, qui alios suscitasset mortuos, posset & ipse sese mortuum suscitare. Alia quoque ratione Augustinus excusat ser. de tempore. 156. *Vox*, inquit, *ista inquirentis est non negantis. Dum hoc dixit, docere voluit, confirmari desiderauit*, idemque docet serm. 161. cuius verba paulo infra recitabimus. Et Ambros. libro 10. in Lucam cap. 24. *Quomodo ergo Thomas, cum adhuc non crederet, tergi tamen Christum? sed ille non de resurrectione Domini, sed de resurrectionis videtur qualitate dubitasse.* Pium quidem, & caritate plenum studium, sed Dominus eum reprehendit, *Noli esse incredulus, sed fidelis. Et nemo potest corrigere, quem Deus dispexerit.* Quo etiam argumento paulo infra Theophylactus eos reprehendit, qui Thomam excusabant. Melius est ex culpa Thomæ nobis facere medicinam, &, si cum illo non credendo peccauimus, cum illo quoque confitendo agere pœnitentiam, quemadmodum Pacianus epistola. 3. aduersus Nouatianos eleganter edisserit. *Non vis facere fidelem, quod Petrus fecit? Non vis prodesse nobis, quod Petro profuit? Age Thomas meus non ne post Dominicæ resurrectionem de resurrectione dubitauit? nonne perfidia remanebat à Domino, cum ille clauorum note, cum perfossam manum, cum latera vulnus ostenderet, cum sic ad eum ait Dominus, Noli esse incredulus, sed fidelis? Quid ergo? erubuit pœnitere? nonne humiliatus est? nonne Deum & Dominum suum illico confitendo surrexit? quid non illum exomologesi ita commendat?* Et Ambrosius eodem loco, *Talia*, inquit, *sua debuit me docere, sicut docuit & Paulus. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem, & hoc mortale induere immortalitatem, vt incredulus credat, & cunctatior dubitare non possit. Facilius enim credimus, quod videmus.* Nota est egregia Gregorij sententia hom. in Euangel. 26. *Non hoc casu, sed diuina dispensatione factum. Egit enim nunc modo superna clementia, vt discipulus ille dubitans dum in manu gestet suo vulnera palpare cernit, in nobis vulnera sanare infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur.* Simile quiddā Augustinus serm. de tempore. 161. *Thomas ergo cū esset sanctus, fidelis, & cautus, hæc omnia sollicite requisiuit, non quod ipse aliquid dubitaret, sed vt omnem suspitionem incredulitatis excluderet. Nam suffecerat illi ad fidem propriam vidisse, quem nouerat, sed nobis operatus est, vt tangeret, quam videbat, vt si forte deceremus delusos fuisse oculos, non possemus dicere manus illius fuisse fractas. Ante resurrectionem eius manifestationis ea aspectu ambigi potest, de illa non potest dubitari.* Vsurpauit eandem Bernardus sententiam aliis ornatam verbis hom. 2. in verba Lucæ, *Missus est Angelus.*

Incredulitas nimia prudentia, vel potius nimia incredulitas humana prudentia.

Bern. 2. in C.

16. *Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis.*] Merito optimus quisque auctor obseruat, atque miratur, quanta Christus vsus sit diligentia, vt infirmum in fide Apostolum confirmaret & velut errantem ouem ad gregem reduceret. Quod ipse officium esse dixerat boni pastoris

Ioan. 10. 16. Cyrillus & Augustin. S. Thomam excusat.

Incl. 7. 14.

Cap. 21. 15. 1. Cor. 15. 53.

Dies dominici ex apostolica consuetudine in Ecclesia.

1. Timoth. 1. 13.

Cur non ad octauum diem se Christus ostenderit Thomæ.

Matthæ. 18. 12. idemque nos facere alios eius Apostolus iubet, *infirmum in fide assumite*, Rom. 14. 1. Cuius diligentiæ causam Theodorus Heracleota esse putat, quod Thomas non maligno animo, sed infirmitate, & summa rei ipsius difficultate commotus dubitasset, itaque dignum fuisse, qui ab eo errore, in quo aut nullus, aut humana esset culpa, liberaretur, quemadmodum & se dicit beatus Paulus, *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* Pœna ignorantiæ, vt ille apud Platonem dixit, esse debet, vt discatur. Quærunt mihi cur non ante octauum diem se illi Christus ostenderit. Duas eius rei causas Chrysostom. Theophylactus, & Euthymius afferunt, alteram, vt interim magis, ac magis eius incenderetur desiderium Christi videndi, alteram, vt interim medio illo tempore quasi catechumenus ab aliis instrueretur Apostolis. & apior ad excipiendum Christum, siuique doctrinam efficacior retur. Duæ quoque aliæ probabiles causæ mihi videntur afferri posse. Altera est, quod non aute eum fortasse diem discipuli omnes congregati fuerint. Credibile enim est non semper omnes simul inclusos fuisse, volebat autem Christus Thomæ se non soli, sed coram aliis omnibus Apostolis ostendere: partim, vt eorum etiam testimonio confirmaretur, partim vt coram quibus non credendo peccauerat, coram isdem redargueretur, eam enim nobis regulam ex eodem vtique hausiam spiritu eius positæ discipulus Paulus præscripsit, vt publice peccantes, publice quoque arguere mus. 1. ad Tim. 5. 20. & quia vt ainut Leontius, & Cyrillus, non solum illum volebat ab errore liberare, sed alios etiam, qui iam credebant Apostolos in fide, eodem confirmare facto. Cur autem eo potius die, quam alio congregati fuerint ratio hæc non improbabilis reddi potest, quod die sabbati domi se omnes continerent, ideoque die sequenti die, antequā à se diuersi discederent, aliquantū simul esse necesse fuerit, aut vt Cyrillus indicat, quod iam tunc Apostoli cœpissent die dominico Ecclesiasticos agere conuentus, quæ postea consuetudo in omnē manauit Ecclesiam, & vsque ad hodiernum diem conseruatur. Altera causa est, quod voluerit diem illum resurrectionis suæ demonstratione celebrē esse, ideoque octo expectauerit dies, donec idem octauus rediret dies. Itaque etsi illa fere communis omnium Theologorum sententia vera, dominicum diem iure ecclesiastico, non diuino institutum esse, tamen ex hoc loco tenuis quædam coniectura fieri potest aliquam ex Christi voluntate originem habuisse. An autem eodem nunc loco, quo ante, discipuli congregati fuerint, quidam dubitant, & Rupertus quidem non eodem loco, id est Ierosolymæ sed Nazareth in Galilæa congregatos fuisse putat, hoc impulsus argumento, quod Christus iussisset eos per mulieres in Galilæam ire, fore vt ibi se viderent, & non esse credendū tādiu discipulos post eius præceptum Ierosolymæ commoratos. Cæterum ita rem narrat Euangelista, vt minime obscure significet eodem loco hanc, atque illam, apparitionem factam fuisse. Cur autem nondum discipuli in Galilæam discessissent, iustā videntur causam habuisse, quod octo illi præcederet dies finissent festi.

Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit Pax vobis.] Quod Christus eodem modo nunc quo ante, ad discipulos venerit, quod eodem modo, id est, *ianuis clausis*, ingressus sit, quodq; *in medio*, vt ante constiterit, quodq; eadem dixerit verba, *Pax vobis*, non videtur curare causa. Quæstionem istam apud nullum auctorem inuenio, itaque propria vtendum est coniectura. Potest ratio hæc adduci, quod voluerit Christus eodem prorsus argumento, eodemque modo, quo cæteris Apostolis fidem fecerat, & Thomæ facere, quia creditурū

se negauerat nisi eodem modo illum vidisset, quo A retur. Aliam hic Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus exsuscitant, quomodo glorificatum corpus tangi potuerit, cum vna gloriosa corporis qualitas esse dicatur, vt adeo subtile sit, vt neque attrectari possit, neque teneri. Respondent diuina hoc dispensatione factum esse, vt resurrectionis probaretur fides. Quod clausis ingressum fuerit ianuis, satis fuisse argumenti fuisse glorificatum, nihilque crassium, & terrenum habuisse; quod autem tangi potuerit, diuina prouidentia factum fuisse. Ego ingressum per clausas fores non soli glorificationi, sed multo maxime diuinæ potentiæ tribuendum esse arbitror: nam & antequam glorificatum haberet corpus, idem facere potuisset.

Quomodo glorificatum Christi corpus tangi potuerit.

22. *Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.*] Respondit, postquam tetigit. Editum autem tanto clariorem confessionem fidei, quanto antea magis fuerat incredulus. Sic ingenia sunt quædam, vt in quamcunque partem incumbant, plurimum valeant; cum ista malum dedunt. Sanè, cum in bonum, Pauli sunt. Non respondet Thomas, quod respondendum esse videbatur, Credo Dominum te esse, credo te à mortuis surrexisse, sed respondet, quod maius est, *Dominus meus, & Deus meus*, non solum confessus Christum à mortuis surrexisse, sed quod iure sequebatur Deum, ac Dominum verum esse, qui sese ex mortuis suscitasset. Clarissimum testimonium diuinitatis Christi reddit ab homine maxime etiam incredulo; quo Patres illi veteres & contra Iudæos, vt Cyprianus libr. 2. ad Quirin. capite 6. & contra Arianos, vt Athanas. orat. 3. aduersus illos, & Hilarius libro 7. de Trinitate, & Chrysostom. in homilia de Trinitate, Cyrillus hoc loco, & libr. 14. Thesaur. cap. 15. Maximinus dialogo 2. vti sunt. Nec potuerant Ariani respondere Thomam non vere Deum appellasse, sed eo modo Deum, quo & homines iusti dij appellantur, *Ego dixi, dii estis*. Primum quia vtrum quæ nomen & Dei, & Domini Græcè habet articulum, quo adhiberi non solet, nisi cum de vero agitur Deo, *τὸν κύριον μου, & τὸν θεόν μου*, vt hoc loco Cyrillus, Leontius, & Theophylactus monuerunt. Deinde quia, qui hoc dicebat, homo erat Israelita, qui non ignorabat dictum esse, *Audi Israel, Dominus Deus tuus est Deus vnus est*, vt Hilarius exaggerat. Præterea quod non quilibet Israelita, sed Thomas homo maxime incredulus qui non nisi oculis, manibusque credebat, Deum suum appellauit. Itaq; commode Chrysostomus, in homilia de Trinitate ita hoc interpretatur, quasi Thomas ad illud Psalmi 76. 3. dictum alluserit, *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis, & non sum deceptus*, tanquam dicat, manibus se Deum esse Christum cognouisse; etiñon ignoro Hebræos, & alios verbis & sensu alio eo loco legere. Poterant respondere Thomam non absolute Deum, sed Deum suum appellasse, quemadmodum Moyses Deus Pharaonis dictus est. Exod. 7. 1. Sed facile quoque hoc refelli potuit, Deum suum hominem Iudæum, & fidei suæ confessionem edentem vocaturum minime fuisse nisi verum Deum. Reperti tamen sunt, qui pro Arianis responderent, & eos, qui nunc Arianorum rursum hæresim suscitent, respondere docuerint, hæc verba non ad Christum, sed ad Patrem referenda, nec enim indicatiuam orationem sed exclamationem esse, quasi dicat, O Deum immortalem, quid video? quid tango? Is nimirum Theodori Mopsuest. error fuit, qui in quinta synodo Conſtan. Actor. 3. can. 11. & in edicto Iustiniani Imperatoris de pr. fessione fidei damnatus est, quod risu magis, quam refutatione dignum est. Si enim sola esset exclamatio, non haberent hæc duo Græca nomina articulum, ὁ, sed dictionem ὦ quæ vocantis, & exclamantis est propria. Deinde quia

Psal. 76. 3.

Deut. 6. 4.

Theodori Mopsuest. error damnatus.

de quia manifestum est confessum hoc orationem A Thomam se credere, quod ante non credebat tanquam non dubitaret an Pater, sed an Christus esset Deus, qui vinculis inferni teneri non posset, Christum igitur ipsum Deum esse confessus est. Denique Christus eius confessionem laudat, non quia Patrem, sed quia Deum confessus est, *Quia vidisti me Thoma, credidisti.* Cur ergo non dixit opposito substantiuo verbo, Tu es Dominus meus, & Deus meus, vt Deus tuus? Vt melius adipiscitur dicerem; nam præcisa, & velut truncata oratio plus habet potentiæ, & vehementiæ, quasi citò imperatam confessionem eruperit, vt non satis ad explendam orationem otij fuerit. Aliter Arianus quidam apud Maximinum in 2. dialogo disputat, non fuisse verum Deum, qui manibus cognitus fuerit; nec enim tangi posse Deum. Recte idem Maximinus, & Gregorius homilia 26. in Euangelia, & Augustinus, & Beda hoc loco respondent aliud tetigisse, aliud credidisse, tetigisse, ac vidisse hominem, credidisse, & confessum fuisse Deum. *Videbat, inquit Augustinus, tangebatque hominem, & confitebatur Deum, quem non videbat, neque tangebat. Sed per hoc, quod videbat, atque tangebat, illud iam remota dubitatione credebat.* Quæritur etiam ab aliis potest, qui verba singula perpendunt, cur aut non contentus altera tantum nomine Thomas fuerit, vt vel Dominum tantum suum, vel Deum suum appellaret, aut prius Dominum, deinde Deum suum dixerit. Solebant Christum discipuli etiam ante id tempus Dominum appellare. Deum fari reperta non solebant. Ergo Thomas nomen illud, quo semel vti consueuerat, primo loco posuit, vt confiteretur se credere eum vere esse Christum, qui à mortuis surrexisset: deinde non contentus ea fide, quam ante Christi mortem habuerat, eum vere esse Dominum, id est filium Dei, cui in omnes homines datum esset imperium vltus protenderet, & verum etiam Deum, quod nunquam ante aperte fecerat, confiteretur.

Ariani tueſdam ob. inſtituerſa.

Cur ſolum Thomam Chriſtum reprehenderit. Luc. 24. 10.

Teſtimonia diuinitatis Chriſti clariſſima.

Pſal. 81. 6. Iap. 2. 10. 35.

29. *Quia vidisti me Thoma, credidisti beati, qui non viderunt, & crediderunt.*] Eadem Thomæ Christus laudat, modum, quo credidit, reprehendit, quod euidentia rei victus crediderit, quod non tam sibi quam oculis, manibusque sua credere voluisset. Quid sit, *Quia vidisti me*, superiore versu expositimus, quia tetigisti me, quia palpasti non crediturus vtique, nisi vidisses, vt Eusebius Emeseni. D sit. Atqui non debet velut rei mentis exsortes quæri fides, non debet esse mera facta eo plus habet meriti, quo minus argumenti, atque rationis. Hoc enim est *fides, credere quod non vides*, vt Augustinus, Gregoriusque dixerunt. Vnde illa vulgaris in hunc locum nata est quæstio, quomodo Thomas, quod videbat, credere potuerit, cum fides sit *credere quod non vides*, & vt definit. D. Paulus, Hebr. 11. 1. *Sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium.* Sed superiore à nobis versu explicata est hæresim vidisse, Deum credidisse, sed hoc ipsum in Thoma reprehendit, quod Deum non credidérit, nisi quia hominem à mortuis suscitatum vidit: eosque eius comparatione beatos prædicat, qui non videntes credidérunt: plus E autem meritis esse, & ad naturam fidei propius accedere credere, quæ non videas. Quod cum dicit, non negat, Vt Theophylactus monet, Thomam esse beatum; beatus enim erat, qui tanto fuerat erroris, tanto salutis discrimine liberatus, qui Christum Dominum, Deumque suum & agnouerat, & palam confessus fuerat; sed eos illi præfert, qui cum non viderint, credidérunt, quasi ipse eorum comparatione beatus non debeat. Putat idem Theophylactus, idemque Euthymius cum dicit, *Qui non viderunt, & crediderunt*, reliquos Apostolos significare, qui non videntes credidissent,

Pſalt. 40. in loco. Hieron. Greg. 26. in Euang. Quomodo Thomas quod videbat, crediderit.

Beati qui non viderunt, & crediderunt.

30. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.*] Dubium ex quibus hic ignis Euangelista loquatur, de omnibusne, quæ ad eam vsque diem fecerat Christus, an de illis tantum, quæ ad probandam resurrectionem suam, post ipsam resurrectionem fecit. In quam partem Cyrillus, Augustinus, & Beda magis inclinent, vix ex eorum cõmentariis colligi potest, generaliter eamne de omnibus Christi miraculis videantur interpretari. Contra vero Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, Rupertus, & vt videtur, Ambrosius Emesenus in homil. de Pascha de illis tantũ miraculis Euangelistam loqui putant, quæ Christus post resurrectionem fecit. Quod & ego magis probo, partim propter eorum auctorum argumentum, quod leue non est, nullam fuisse rationem, cur adderet, *In conspectu discipulorum suorum*, fidei ea fit, quæ ante resurrectionem fecerat, loquebatur. Nec quicquam fecerat, nõ solis eorã discipulis, sed eorã toto fere mundo, quæ cũ post resurrectionẽ fecit, ea nõ nisi eorã discipulis facere voluisse, vt eorum

eorum stabiliret fidem, vt resurrectionem suam
A p. ritra tanquam testes oculati minime haesitantes
aliis praedicarent. Deinde, quia si hoc Ioannes ad
omnia, quae toto narraverat libro, retulisset, non
dixisset, *Multa, & alia signa*, sed multa alia Christus
edocuit, & fecit, quae hoc libro scripta non sunt,
non enim de solis egerat Christi miraculis. Denique si de omnibus omnino miraculis egerat, quae
& Christus effecisset, & ipse scribere decrevisset,
non hoc loco hunc veluti epilogum posuisset. sed
in fine libri, vbi alteram generaliem posuit *sunt autem & alia multa, quae fecit Iesus, quae si scribantur per*
singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui
scribendi sunt, libros nec enim hoc loco librum claudebat. Obiicet aliquis nullum Ioannem à Christo post resurrectionem factum narrasse signum.
B Recte Euthymius dicit, quod bis ad discipulos clausis ianuis ingressus fuisset, quod Ioannes narrauerat, duo maxima quamvis genera eiusdem fuisse signa. Deinde, vt ego quidem arbitror, non sola miracula, sed omnia quae Christus ad declarandam resurrectionem suam fecerat, signa Ioannes vocat, quia omnia resurrectionis eius signa erant. Signum ergo fuit non solum, quod clausis ingressus foribus, sed quod sese discipulis ostenderit, quod sua illa vulnera demonstraverit. Itaque sensus est multos quidem alios rebus suam Christus resurrectionem declarasse, quas hoc libro scribendas esse non iudicauit, contentus narrasse eas, quae satis mihi esse visae sunt, vt eius credatur resurrectio. Cui dicit. *In libro hoc*, videtur indicare in aliquo alio libro scriptas esse. Ac fortasse ad alios alludit Euangelistas, qui alia quaedam resurrectionis Christi signa commemorauerant, quasi dicat à me quidem hoc loco scripta non sunt, sed ab aliis ab his scripta sunt. Maior quaedam quaestio ex nostra nascitur interpretatione, qui beri possit, vt de signis post resurrectionem à Christo factis Ioannes agat, cum sequenti capite alia etiam nonnulla post resurrectionem ab eo facta narret. Quaestio non nostra est proprie, sed
C in etiam communis, qui de omnibus generaliter Christi miraculis hunc locum intelligunt: nam si de omnibus loquebatur, finemque illis imponebat, quo modo postea quaedam etiam miracula eius narrat, quale illud est de captura piscium? capite vigesimo primo, sexto. Haec res suspicionem leuibus quibusdam hominibus inijcit sequentes capitur aut Ioannis non esse, sed ab aliquo scripto iam
De vltimo Ioannis capite dubitatio. à Ioanne Euangelio additum fuisse; aut Ioannē
certe ipsum postquam Euangelio finem imposuisset, recordatum eorum, quae in eo capite narrantur, illud adiecisse. Magnus mihi vterque videtur error, & minime ferendus. Nam Ioannis esse neque Ecclesiae consuetudo, atque approbatio, neque Concilij Tridentini de libris canonicis gra
Sess. 4. uissimum decretum patitur hominem quemquam Catholicum dubitare, & Ioannem postea recordatum addidisse, est eam iniuriam Ioanni facere, quam nemo vili quamlibet profano historico fecisset. Quasi vero oblitus fuisse, quae meminisse oportebat, potuerit is, qui suggerente Spiritu sancto loquebatur, & vt Spiritum sanctum magistrū
E non habuisset, qui ipse videret, quorum pars magna fuerat, rerumque natura fuit am memorabilium, vt nemo tam fluxae memoriae sit, quin semel tantum auditas perpetuo recordetur. Quid ergo ad quaestionem respondendum? Augustinus,
Tract. 122. Beda, qui quaestionem leuiter attigerunt, his verbis respondent, *hoc capitulum veluti liber huius indicat finem, sed narratur hic deinde, quem admodum se ea manifestauerit Dominus ad mare Tiberiadis, & in captura piscium commendauerat Ecclesiae sacramentum, qualis futura esset virtus resurrectio mortuorum. Ad hoc itaque commendandum valere arbitror, quod tanquam finis im-*

positus est libri, quod esset etiam sententia narrationum
quae proximum, quod ei quodam modo facere conuenit
eorum locum. Itaque videtur D. Augustinus existimare, cum Ioannes dicit, *Sed haec scripta sunt, vt credatis*, non ea solum, quae dixerat, sed ea etiam, quae capite sequenti dicturus erat, comprehendere. Rupertus vero ad hunc modum quaestionem solvit, narrasse Euangelistam duo miracula à Christo post resurrectionem facta, quae quasi duo testes ad faciendam resurrectionis fidem satis esse potuerāt; tres enim duorum vel trium testium stare omne verbum; sed ne quis diceret tertium se testem desiderare, rerum eram capite sequenti miraculum adiecisse. Alij respondent hactenus Ioannem ea narrasse signa, quae Christus post resurrectionem Ieroſolymae fecisset; quorum quia vltimum fuerat, quod octauo die clausis ad Thomam, & alios discipulos foribus ingressus erat, finem quodammodo illis imposuisse, *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus, quae non sunt scripta in libro hoc*; postea vero capite sequenti, non ea, quae Ieroſolymae, sed ea quae in Galilea postea fecit, commemorasse. Ego multo facilius mihi videor respondere posse, non agebat Ioannes de quibuscunque signis, sed de eis tantum, quae Christus ad probandam suam
Auctoris expositio. discipulis resurrectionem fecerat, iis autem finem hic posuit: nam quae fecisse dicitur, postea capite sequenti non ad probandam suam resurrectionem, quam iam satis discipuli credebant, sed alia de causa fecit, quam illic explicabimus: ideo hoc epilogo hic visus est.

Haec autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est
C *Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Multa hic Euangelista paucis verbis signi
Primum rationem tacite reddit, quam obrem alia, quae commemorari poterant, miracula praetermiserit, quia necessaria ad credendam Christi resurrectionem non erant, cum ea, quae narrauerat, satis essent. Deinde ostendit se non ad Christi scripsisse gratiam, cum multa, quae maxime etiam ad eius laudem pertinerent, omnisisset, vt Theophylactus obseruat. Praeterea non ambitionis causa; solent enim, qui ambitiose historias conferunt, nihil memorabile, & quod lectu iucundum facere possit historiam, praeterire, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius exponunt. Denique se scripsisse, non vt lectoris palato, & curiositati satis faceret, sed vt vtilitati consuleret. Itaque haec ipse, quae dixit, dicturum se non fuisse indicat, nisi lectoris commodius esset vtilitate. Quae omnia eo tandem redeunt, vt memoretur in paucis commemorata signis fidem faciat, quam si caetera etiam, quae omisit, commemorasset. Eo enim magis illi creditur, quo magis ostendit non gratiam, non laudem, sed solam lectoris vtilitatem in scribendo quaesisse. Aliquitur autem, tamquam magister discipulos suos omnes, qui eius librum lectur. erant. Dixit se haec scripsisse, vt sere damus Iesum esse Christum filium Dei, & vt credentes vitam habeamus, id est, vt credamus eum, cuius scripserat historiam, eum nomen erat Iesus, esse Christum, id est, Messiam illum per Prophetas promissum, quem illi filium Dei futurum dixerant. Videtur dicendum potuisse illi fuisse, vt
E credatis, quia Iesus à mortuis resurrexit, de illo enim, vt diximus, agebat signis, quae ad probandā Christi resurrectionem recensuerat. Ita res habet; sed quia propterea resurrectionem probauerat, vt crederemus eum, qui resurrexerat, Christum filium Dei esse, maiore vtique eam, quam medium hoem, cur scripsisset nobis ostendere, cum dixit, *Et credentes vitam habeatis in nomine eius*; effectum eius declarat nec. & fructum, quem finis ex ea consecutus, vt *in nomine eius*, id est merito, atque virtute vitam aeternam habeamus, non enim

nim esse fidem hominem sub calcandam hominibus, in quo
A *non est salus*, sed *Ier.* 17. 5. & 19. 14. *Act.* 4. 12. & vt idem? Petrus ait *Act.* 10. 43. *Illum omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.* Et haec idem Ioannes 1. *Epist.* cap. 2. 12. *Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius.* Nomen Christi fidem vocat, quia per fidem in nomen eius credi-

Deuter 17. 6. & 19. 15. *Mat.* 18. 16. 2. *Cor.* 13. 1.

Auctoris expositio.

Verſ. 25.

Tract. 122.

Sess. 4.

De vltimo Ioannis capite dubitatio.

1. *Ioan.* 2. 12.

Ioan. 19. 35.

Ioan. 20. 31.

nitur. Atque eodem modo hunc locum possumus interpretari, vt vitam habeatis in nomine eius, id est, per fidem, hoc est in nomine, quod credentes. Sed inepti haeretici sunt, dum duos hinc suos errores colligunt; alterum, nullum prorsus in nobis meritum esse, alterum, solam fidē salvis esse causam, quem vitam quae saepe alibi refutauimus; illi Matth. 5. 12. hunc Matth. 9. 2.

CAPVT XXI.

POSTEA manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. 2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilaeae, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. 3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prehenderunt. 4. Mane autem facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. 5. Dixit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. 6. Dicit ei: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere prae multitudine piscium. 7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicā succinxit se erat enim nudus, & misit se in mare. 8. Alij vero discipuli in navigio venerunt: non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. 9. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. 10. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. 11. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. 12. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat ex discentibus interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. 13. Et venit Iesus, & accepit panem, & dat eis, & piscem similiter. 14. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. 15. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 16. Dicit iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 17. Dixit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. 18. Amē, amē dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. 19. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. 20. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem qui & recubuit in coena super pectus eius, & dixit: Domine quis est qui tradet te? 21. Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine hic autem quid? 22. Dicit ei Iesus: Sic eū volo manere, donec veniam: quid ad te? tu me sequere. 23. Exijt ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: non moritur, sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? 24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec, & scimus quia verum est testimonium eius. 25. Sunt autem & alia multa, quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

IN CAPVT XXI.

POSTEA manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis, manifestauit autem sic.] Eorum errorem, qui hoc caput aut ab alio auctore, quam Ioanne, aut à Ioanne ipso prius oblito, postea recordato huius historiae additum esse putant, superiore cap. vers. 30. refutauimus. Sed potest tamen E finis capitis, scripsisset libros, quos capere totus terrarum orbis non potuisset, sed praecipuos tantum capitibus expositis. Cum ergo huiusmodi quaedam capita maximes scitu digna, dum alio animum intendunt, alij Euangelistae praetermisissent, ea Ioannes hoc capite nobis narrat. Ea vero duo sunt, alterum quomodo se iterum Christus in Galilaea ad mare Tiberiadis discipulis ostenderit, & quomodo Petrum data illi omnium suarum pascendarum curā iusserit sequi se, & quae inde de Ioanne disputatio nata sit. Quod dicit, *postea non refert* post haec, perinde est, ac si dicat, post haec duo signa, quo modo narrari, post duas illas apparitiones, quibus dixi tam resurrectionem suam, discipulis probauisse, iterum sese illis Christus manifestauit, non ad faciendam resurrectionis suae, quam iam credebant, fidem, sed ad eam ipsam fidem, quam iam habebant, vt Cyrillus ait, confabulandam, aut vt Augustinus, & Beda putant, vt mysterium illis a-

liquod

liquod in illis capitur piscium declararet. Virum quæ enim probabile est. Notant Chrysostomus, Leontius, Theophylactus & Euthymius verbum illud, *manifestauit*, *ἐφανέρωσεν* hanc vim habere, vt significet Christi corpus ita glorificatum, nisi Christus voluisset, videri non potuisse, itaque licet ante resurrectionem corpus illius naturæ suæ visibile erat, sed diuinæ, cum volebat, potentia inuisibile reddebat, ita post resurrectionem, cum inuisibile propter subtilitatem, & gloriam natura sua esset, visibile potentia sua discipulis reddidisse. Illud certe indicat hoc verbum, non semper post resurrectionem, sed certis, quibus volebat, interuallis à discipulis visum fuisse. Quod dicit *tertium*, non significat secundam hanc manifestationem fuisse; hanc enim postea vertit de tertio quarto tertiam appellat, & tamen *tertia*, idem est, atque secundo. Ergo dicens, *tertium* secundum hanc fuisse manifestationem non ordine quidem, ac numero ordinis numero, bonum numerum ait, vt apud Matthæum capite 18. 16. probauimus, octaua fuit: sed habita ratione loci, quasi dicat, secundo loco manifestatus se Christus ad mare Tiberiadis. Nam etsi prius emerserit de loco iuxta sepulchrum mulieribus, alibi Petro, deinde illi à discipulis euntibus Emmaum in via, & his discipulis Ierosolymis congregatis, tamen vt apud Matthæum diximus, Euangelista de illis tantum loquitur apparitionibus, quæ non priuatim huic, aut illi, sed omnibus publice factæ sunt, qua ratione hæc numero fuit tertia, vt ait versu 14. loco secunda, quia Ierosolymitanis ante publice apparuerat, nunc autem, id est secundo loco, terno ad mare Tiberiadis apparet. Mare Tiberiadis non verum mare, sed illum fuisse lacum, qui Genesareth appellabatur, qui & mare Galilææ, & Tiberiadis dimersus ob causas dictus fuerit, Matthæi c. 4. 18. docuimus.

Chriſti corpus poſt reſurrectionẽ inuiſibile fuit.

2. *Manifestauit autem sic.*] Non videtur carere causa, quod tanta Ioannes diligentia omnem huius manifestationis circumstantias describerit. Et facile quidem illa communis occurret causa id eo fecisse, vt maior constaret fides historiæ, sed aliam quærimus, si quæ forte magis est propria. Non inania fortasse eius fuerit coniectura, qui my sterium aliquod manus, quam apparet exillimauerit in hac fuisse piscatione, vt postea ex Augustino, aliisque auctoribus dicturi sumus, ideo eo plus diligentiæ in eius descriptione adhibuisse.

Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus.] Erant in Galilæa in monte mari vicino, in quem eos Christus ire iusserat. Matth. 26. 32. & 28. nondum enim illis in Galilæa apparuerat, vt Matth. 28. 16. disputauimus. Per totam Euangelistæ appellationis exprimit, vt magis commendet tuam historiæ, Apostolos quatuor Petrum, Thomam, & duos Zebedæi filios Iacobum, & Ioannem, hunc ipsum, qui rem narrat. Nathanaelem, de quo diximus capite primo, quadragesimo quinto. Vnde coniectura aliqua sumi potest locum, vbi tunc hi discipuli erant, fuisse Bethsaidã, vnde Petrus, Iacobus, & Ioannes, ac fortasse etiam Thomas erant. Credibile enim in patriam redisse, vt illis dum Christum præsto habebant, piscatoriam, veteri suo instituto exercerent. Quæ ludus discipuli fuerint, Euangelista non dicit: & non est nimis curiose vestigandum, quando ne illi quidem auctores, quibus nihil ignotum videtur fuisse, quique nihil non audent diuinare, qui illi fuerint tradiderunt. Sed si ea, quam modo diximus, de Bethsaida coniectura vera est, eadem eo quoque potest pertinere, vt suspicemur eos duos discipulos Andream, & Philippum fuisse, nam & ipsi Bethsaidita eiusdem erant, capite primo, quadragesimoquarto, cauetat tamen lector, ne de re incerta quidquam affirmet. Potant Augustinus, &

A Beda hoc ipso septem discipulorum numero præsens designari seculum, cuius vniuersum septem celebre volumen tempus.

3. *Dicit eis Simon Petrus, vado piscari, dicunt ei, venimus & nos tecum.*] Hanc phrasim alibi declaramus, quæ vel bonum actum, sed decretum, & voluntatem significant, *vado piscari*, id est volo ire piscatum, & *venimus & nos tecum*, id est, & nos tecum venire volumus. Locus hic vulgaris illius quæstionis est, quid causæ fuerit, cur pene quam discipuli omnibus relictis rebus Christum sequi cœperant, Matthæum quidem publicanum ad primam suam artem non legimus recidisse: Petrum & cæteros, qui piscatores erant, ad piscationem rediisse auctore Iegimus Ioanne, Chrysostomus, Theodorus Heracleota, Theophylactus, & Euthymius, idemque sentire Leontius videtur, cur Petrus, & cæteri piscatores ad piscationem redierint, non aliam rationem afferunt, quam quod cum segregati à Christo essent, & necdum missi fuissent ad prædicandum, & ne otiosi essent, & vt victum sibi ex arte sua compararent, ad piscationem se contulerint. Cyrillus aliquid in eo mysterij fuisse suspicatur, voluisse Christum per piscationem illam Petri, & aliorum discipulorum futurum eorum officium in piscandis hominibus de signare, ideoque permisisse, vt ad eam reuerterentur. Mysterium piscationis alij etiam, vt postea dicemus, auctores agnouerunt, licet non eam ob causam ad piscandum dicant rediisse. Augustinus hoc loco, Beda, & Rupertus, & Eusebius Emesenus in homilia in hæc verba, & Gregorius homilia vigesimaquarta in Euangelia, respondent non fuisse Apostolis à Christo prohibitum honesto labore victum quærere, quamuis potestatem illis fecisset vtendi ex Euangelio: tunc Euangelium non prædicasse, & si prædicassent, tamen potuisse, vt Euangelio parcerent, labore manuum suarum viuere: quemadmodum legimus fecisse Paulum, Actorum vigesimo, trigesimoquarto, & secundæ Thessal. 3. 8. Nec id fecisse contra illud Christi documentum, *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*, Lucæ nono, sexagesimosecundo, non enim esse retro, sed ante respicere, cum Euangelico non desistit officio, manibus laborare. De Matthæo vero Gregorius eodem loco in hunc modũ scribit, *Piscatorem Petrum, Matthæum vero telonearium fecimus, & post conuersionem suam ad piscationem Petro redit, at illum vero ad telonia negotium non reficit, quia alunde est victum per piscationem quærere, alia autem telonij lucra pecuniæ augere. Sunt enim plerãq; negotia, quæ sine peccato exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Qui ergo ad peccatum implicant, ad hoc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.*

Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prehenderunt.] Quod noctu piscaturam exercuerint, de more fecerunt: solent enim pisces facilius noctu capi. Itaque hoc ipsum ad augendã miraculi pertinet magnitudinem, quod noctu, quo tempore maior piscium copia capi solet, nihil ceperint; orto vero die, cum minus copiosa dissugientibus piscibus piscatio est, tantam ceperint multitudinem, vt trahere rete non possent. Vnde apparet vtrumque diuina factum esse prouidentia: itaque ille idem, qui postea fecit, vt tantam copiam caperent piscium, vt rete rumperetur, fecerat antea, vt tota laborantes nocte nihil caperent. Ratio in promptu est, si permisisset Christus, vt ea nocte aliquid caperent, occasionem miraculi faciendi non habuisset, quam ex eo sumpsit, quod nihil tota cepissent nocte, quod si fecissent, tamen quantum miraculum apparuisset, cum casu factum putari posset, plures in ea parte maris, quam alibi pisces

A pisces essent. Cum vero nihil omnino tota nocte prendidissent, ad vnum vero Christi verbum tantam subito cepissent copiam, quid existimare aliud potuerunt, nisi diuina id factum esse virtute? Hæc certe omnia sunt litteralia, & ab Euthymio breuiter indicantur. Sed quia, vt diximus, aliquid per hanc piscationẽ mysteri significatum est; ad litteralem quoque pertinebit sensum aliquid dicere mysticum, atque morale. Cyrillus, Leontius, & Rupertus existimant hoc fuisse per hos discipulos tota nocte laborantes & nihil prehendentes significatum, nihil Moysem, & cæteros veteris testamenti Prophetas in adducendis ad salutem hominibus præstitisse, de nocte quippe laborasse: legem enim Moysis noctem fuisse, quæ non nisi valde obscuram, & vmbratilem Dei habebat cognitionem, ideo nihil, vt ait Dinus Paulus, ad perfectum adduxisse: cum dies illaxit, cum Sol iustitiæ Christus ortus est, eius verbo, atque Euangelii prædicatione innumerabiles per vniuersum terrarum orbem captos fuisse. Eusebius Emesenus eos designari dicit, qui ipsi sibi à Deo non missi officium prædicationis viurpant, quibus nunquam fructus laboris respondet, nunquam res prospere. Ierant discipuli illi sponte sua piscatum à Christo non missi: ideo nihil multum latagendo, laborandoque profecisse. Idem de obedientia dici potest, qd ex obedientia sit: proinde nisi quod contra obedientiam propriio iudicio, propria sit voluntate, successum non habet. Mihi prorsus sensus mordax, & litteralis maxime cognatus videtur esse, frustra nos ire Deo laborantes, *Nisi Dominus*, inquit, *ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere. Et hæc dixit Dominus exercituum, ipse ædificabunt, & ego destruam*, Mal. 1. 4. Hoc est, *Qui non colliga mecum, dispergit*, Luc. 11. 23.

Quod ex obedientia ſit, propriam ſit.

Pſal 126. 1. Hebr 7. 19.

Ioan 15. 5.

4. *Mane autem cum factum esset, stetit Iesus in littore.*] Quæri potest, quod ad sensum attinet litteralem, quare non venerit, nisi venit ante, cum clausis ad discipulos foribus ingressus est, c. 20. 19. & cur in littore steterit, & non potius ambulans super mare Ipse discipulis ostenderit, quemadmodum alias fecisse legimus Matth. 14. 25. Vtrique quæstioni eadem ratione soluitur, volebat Christus, vt diximus, miraculo illud piscationis facere, vt aliquid per ea mysterii declararet, nolebat prius, quam illud faceret, à discipulis agnosci, vt ex ipso miraculo cognosceretur, eoque maiorem in eorum animos impressionem faceret: ideo apparuit mercatoris specie, quali vellet ab illis pisces emere, vt Chrysostomus & Theophylactus animaduertunt. Mercator aũt neque noctu ad emendos pisces, neq; super mare ambulans venit. Et oportebat interdiu fieri miraculum, cuius, vt diximus, magnitudo in eo cernebatur, quod cum nocte, cum maior piscium copia capi solet, nihil discipuli cepissent, interdiu tantam ceperint multitudinem. Quod attinet ad moralem sensum, quem propterea hoc loco præter consuetudinem nostram ir. diximus: quia locus ipse aliqua ex parte mysticus est, nõ potuit Christus venire nisi mane, quando enim Sol si mane venit? cum ipse secum mutuum luceri ferat? Aut mane, non noctu, id est non tempore legis sed Euangelij Christus venit, vt Leontius, Cyrillus, & Rupertus interpretantur. Qui dum è nocte in littore steterit, Augustinus, Gregorius, & Beda significare putant, id Christum nostris animis vt... omni confestim Paschali tempestate vitã mare esse gloriosum, & portum, ac littus, quo iam perueneras Christus, ideoque in littore dicitur stetisse. Gregorii adscribam verba, qui hoc explicat lautissime. *Quæritur autem quare, cum discipulis in mari laborantibus ipse post resurrectionem suam Dominus in littore steterit, qui ante resurrectionem suam eorum discipulis in fluctibus maris ambulauit. Cum vero ratio festius cognoscitur, si ipse, qua tunc interest, causa pensetur. Quid enim mare, nisi præsens seculum signat, quod se casibus tumultuosis & vndis vitæ corruptibilis allidit? Quid per fluctuatũ littora, nisi illa perpetuæ quietis æterna figuratio? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ aperti, in mari laborabant: quia nos redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ad ipsum resurrectionis suæ mysterium sua discipulos inquietatur, dicens, iam vobis in mari non apparet, quia vobiscum in præsenti tranquillitate fluctibus non sum.*

Non tamen cognouerant discipuli, quia Iesus est.] Quod cognitus à discipulis non fuerit, duæ causæ esse potuerunt; altera, quod propter reuerentiam, & gloriosam corporis splendidiorem apparentiæ speciem, vt Euthymius existimat; altera, quam idem quoque Euthymius affert, & Chrysostomus, atque Theophylactus indicant, quamque ego probabiliorem duco, quia Christus cognosci nolebat, quia volebat cũ illis prius tanquam mercator de piscibus emendis miscere sermones, vt ex ipsorum responsio faciendi miraculi occasionem sumeret. Similem enim ob causam noluit à duobus illis discipulis, qui Emaunte versus ire tendebant, agnosci, vt per viam cum illis colloquens specie hominis peregrini scripturas sine suspicione gratię interpretaretur.

Cur Apoſtoli ſi ad piſcandum nõ mandatum.

Pueros pueros vocat cum inferiores.

Vt Theod. Beza.

Eſai. 28. 2. ſerm. Sat. 3. 82.

Ca. 9.

Sic Cæſar bonum mane.

5. *Dicit ergo eis Iesus, Pueri numquid pulmentarium habetis?*] Diximus paulo supra ex Chrysost. & Theophylacto per speciem emendi pisces sermones Christum cũ discipulis miscuisse, vt ex eorũ responsio occasionem faciendi miraculi caperet. Pueros vocat, vt ait Euthymius, quasi robustos, atq; valentes, quales omnes esse solent, qui se laboribus exercent: aut, vt ait Clemens Alexand. lib. 1. Pædag. c. 5. quia domestici erant, & familiares erant, vt ego puto, tanquam vir grauis, & tanquam superior cum inferioribus loquitur: solent aũt superiores vocare inferiores *puellas* pueros, id est filios, aut adolescentes, sicut apud Gallos dux milites, senex iuniores se, dominus famulos, & omnis superior omnes inferiores infantes vocare solet. Eadem apud Hebræos phrasis est, *surgant pueri, & ludent*, inquit dux ille 2. Reg. 2. 14. cum de militibus loquerentur. Eodem ferme modo Romani milites omnes iuuenes appellabant, quod iuuenes plenumq; foleant militare. Nam armare dicebantur iuuentutem, cum exercitum conscribebãt. Interrogat eos Christus an habeant *προσφάγιον*, qd nostri interpretes reddidit aliquid pulmentarii, aut *pulmentarium*, quem quo iure noui quidam hæreticorum interpretes reprehendant, equidem nõ intelligo. Constat ex Hesychio, & Suida Græcis auctoribus *ὀψάριον* Græce dici idẽ, quod *ὀψοφάγημα* quidquid in cibum præter panem adhibetur, quod si ita simili analogia componatur cum vocabulo, Latinis scriptoribus idipsum pulmentum aut pulmentarium Latine dici, ratione quoque constitui, quod ad polrem, id est panem adiungatur in cibum. Pulem enim prisci illi Latinorum genti pro pane fuisse idoneus auctor est Plinius. Inter pulmentaria autem, id est *ὀψάρια*, quæ eadem obsonia dicebantur, pisces principem habuisse locum, quod in maioribus, quam carnes deliciis esset, apud Athenæum li. 7. c. 1. Myrtilus docet: itaque & *ὀψάριον* Græce, & pulmentarium Latine absolute pro piscibus ponitur, de quibus cum hic agetur, apte non nostri solum interpres, sed qui nostro etiam seculo omnium hæreticorum Latinissimus fuit, pulmentarium conuertit, Græcum, Latinumque fecatus verbum.

nem, qua per totam noctem vsi fuerant, hominis ignoto declarare. Id ab illis fieri Christus nouis iniectis sermonibus, *Mittite*, inquit, *in dexteram nauigij* : reddit se illis familiarē, & quasi amicus consilium dat, vt audeant id quod nunquam sibi declarare piscaturam, & ces tuas sine pudore tanquam cum amico communicare. Eodem artificio ex diuino spiritu veniente ij vti debent, qui inuandi spiritualiter homines curam profitentur. Familiares cum illis prius miscendi sermones, quomodo mercatura, quomodo militia, quomodo negotia succedant, inter togandi, iuuandi consilio, quatenus licitum quidem esse, etiam nunc illis in rebus, & quibus ipsi student maxime, & à quibus nostros maxime volumus reuocare: vt experti nostrum sibi consilium vtile fuisse, ament nos, & meliora consulentibus facile credant:

Vers. 6.

6. *Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.*] Non dicit casu, quemadmodum solent aliquando dicere, qui incertos, & fortuitos à piscatoribus iactus emunt, sed imperans, & affirmans, quasi certo sciens, quid futurum esset: *Mittite*, inquit, *& inuenietis*. Iussit non in incertum, sed in certum. In dexteram partem rete iacere, ne casu fortuito videretur, quasi eam iacientes partem tantam piscium capiam, comprehendissent, vt Theodorus Mopsuest. & Euthymius obtemarūt. Hic litteralis sensus. Mysticus ex verbis Gregorii hom. in Euang. 24. quæ hi subscribam, intelligetur, eadem Augustini, Bedæ, & Rupertini interpretatio est, nihil quod Gregorius breuius, & clarius edisserit. *Bis*, inquit, *in sancto Euangelio legitur, quòd Dominus in nocte, vt ad piscandum vel ad nauigandum exirentur, ante passionem vocauit, & post resurrectionem. Sed prius quam eis semper vocem præberet, & reprehendit, mittit quidem rete ad piscandum iubet.* (Luc. 5. 4.) *sed verum in dextera, cum sinistram mitti debere, non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparens, mittit rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, vt retia rumpi potuerint: in illa autem & multi capti sunt, & retia rupta non sunt. Quæ vero est bona dextera, malæ sinistra figuratur? Illa ergo piscatio, in qua spectatior, in quam partem mitti rete debeat, non iubetur, præsertim cum sinistram designet, quæ bonos simul, & malos colligit, nec eligit, quos trahat, quos quæ abigere possit, ignorat. Hæc autem piscatio post Domini resurrectionem facta in sola dextera missa est, quia ad videndam claritatem euangelicam sola electorum electio Ecclesiæ pertingit, quæ de sinistra optata nihil habebit. In illa piscatione præmultitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei eorum cum electis vocati tantummodo, qui ipsam quoque Ecclesiam hæreticam fundant. Inissa rete piscatione & multi pisces, & magni capiuntur, & rete nen rumpitur, quia & electorum & reproborum cum vnitate pax conseruatur, nullum scandalum discessionibus diuidatur.* Eodem modo Augustinus dissert. de tempore 248. Aliter Eusebius Emesenus, *Mittite*, inquit, *in dextera nauigij rete, & inuenietis*: *si dicerem, Ego hæc vobis non missi vos, venisse venistis, frustrà fortasse laboratis, nihil prendidistis: nunc ergo mittite in dexteram nauigij rete, ex meo pote opus laborate, meam doctrinam prædicate, messias sinistra vestra, quod fuit dexteræ vestræ, & inuenietis.* In dextera igitur piscari est verbum, & Ecclesiam doctrinam sectare affectu, & mundo te deprædare. *Piscatores enim Apostoli sunt, prædicatores, & doctores: retia vero hæ, Euangelia, omnisque sermo diuinus. Tales enim omnes fideles intelligantur. Tales enim pisces in hoc piscium flumine natant, tales retibus Euangelij, & amore fidei capiantur.* Ego vbeuiorem sensum esse velim. Dextera bona animi intentio est, in dexteram rete iacimus, cum quid quid agimus, propter Deum agimus: aut, quod cum sequenti piscationis mysterio magis congruit, de nocte piscamur, cum sine Christo, sine diuino lumine, sine diuino auxilio aliquid facimus: quod ideo non potest bene succedere, quia *non est volentis, neque currentis.* Ad dexteram autem rete iacimus, cum Dominus est à dexteris nostris, & non timemus, quid faciat nobis homo, id est, cum diuino freti auxilio facimus, quia *misericors est Deus.*

In dextera rete iacere quid sit.

Rom. 9. 16.

Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.] Mirum ad verbum hominis ignoti rete iecisse, cum per totam noctem nihil prendere potuissent. Sed aut aliquid in eo sanctum, & venerabile animaduerterunt, ideoq; concepta ex verbis eius noua spe rete coniecerunt, aut, vrait Euthymius, existimantes cum scire aliquos in ea parte pisces subnatare, aut, vt ego suspicor, quia ita compositum natura est, vt ea consilia, quæ vera esse cupimus, facile sequamur. Iecerunt ergo, & tantam piscium collegerunt multitudinem, vt tam plenum rete habere non possent. Hic videndum est, quid mysterij, vt sæpe indicauimus, hac piscatione significarum fuerit. Mysterium quidem esse aliquod satis per se manifestum est: nam, vt serm. de tempore 148. Augustinus ait, *nunquam hoc Dominus iuberet, nisi aliquid significare vellet, quod retibus suis expediret. Quid ergo per hoc agi voluit in Spiritu Christum prædicare, & fidelium congregationem? Sed illa piscatio nostra erat significata.* Quid autem per eam piscationem Augustinus, Gregorius, Beda, & Rupertus significatum fuisse putent, ex verbis Gregorij, quæ paulo ante posuimus, lector intelliget. Eusebius vero Emesenus præter id, quod ex eo modo recitauimus, aliud quoque hoc loco tradit. *Possumus*, inquit, *per hanc piscaturam piscationem intelligere eam, quam tunc apud Iudæos Apostoli habuerunt, quando verisimile credere Apostolos ait, Vobis primum oportuit prædicari verbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos fecistis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Qui dest enim, rete conuertimus ad gentes, nisi quod hic dicitur. Mittite in dexteram nauigij rete: quia enim ipsi Iudæi flaminum Apostolorum retia rarenouerunt, ea flumina gentium Apostolorum sunt. Et vnus quidem dest. res piscat. in nocte, quando eos tenebræ interant excæcatæ veritatem non intelligunt. Miserunt ergo in dexteram nauigij rete, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscis. Bene dixerunt, quia dispersa sit. Annuntiati, & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.* Licet etiam mihi mortalem dicere sententiam, cum id ipsum, vt ante monuimus, ad litteralē pertinet sensum huius loci. Misurus erat paulo post Christus discipulos suos in omnem terrarum orbem quasi in alnum, ac latum mare, vt homines piscarētur: poterant inscitiam, poterant imbecillitatem suam excusare, se homines esse litterarū rudes, id est, piscandi imperitos, paucos præterea, & in firmos, qui pelle sector, ramque grandes pisces capere, tot ostiones rotatosque Philosophos irretire, & de sententia dimouere? Voluit eos Christus exemplo artis propriæ docere id ipsos suis viribus, sine industria facere nullo modo posse: idque significat, qd totam laborantes nocte nihil ceperant: ipsius vero opē, atq; auxilio facillime ficturos, totque capturos homines, vt rete trahere nō possent, id est, vt longe, lateque diffusam Ecclesiam & infinita hominum multitudine redundantem vix possent satis commode gubernare: idque significabat quod iussu, & auspicio Christi ad dexteram rete tot piscibus compleuerunt, vt trahere non possent. Bono igitur sint animo, & sua fieri ope nihil de successu timeant: per se diffisi, illimæ dubitarent: ad dexteram, non ad sinistram respicerent, id est, in diuinum auxilium, quod nunquam illis esset defuturum: non in propriis viribus niterentur: atq; in hanc sententiam Theodorus Heracleotes exponit. Singularis Christi prudentia eadem ratione, qua Petrum vocauit Luc. 5. 4. capta ingenti piscium multitudine, vt doceret, melius illi spirituale piscationem suis auspiciis successuram esse, quam

Quid significetur per mysterium hac piscatione.

Matt. 6. 7.

Act. 13. 46.

Nihil apta fidem impedit ac verisimile.

Psal. 39. 6.

Moralia Christum hortatur piscationis propriæ diffidere.

Matt. 5. 8.

quam tēporalis illi ante propria industria successisset, vocatū confirmauit, & mittendum paulo post ad spiritualem piscationem spe impleuit, fore vt res bene ac feliciter eueniret. Propterea enim hac piscationis similitudine discipulos docuit, quia aut omnes, aut præcipua pars eorum, qui aderant, Petrus, & duo filij Zebedæi piscatores erant; quibus, cū eos vocaret, dixerat, *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum*, Matt. 4. 19. & capit Deus sua quemque arte.

Capit Deus sua quemque arte.

7. *Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est.*] Quæri potest, qua ratione Ioannes Christum primus recognouerit, Ioannem enim fuisse hunc ipsum, qui hoc scribit, eum, *quem diligebat Iesus*, nemini, vt opinor, dubium est, & nos in præfatione in hoc Euangelium eius rei causam exposuimus. Chrysostomus, Leōtius, & Theophylactus id ingenio, & naturę tribuunt, declarasse enim hac in re ambos Apostolos, Ioannem, & Petrum suum quemque ingenium, Ioānem naturale quoddam acumē, quo præstabat, quod primus omnium Christum agnouerit, Petrum amorē erga Christum, & naturalem audaciam, quod se continuo solus, vt ad Christum veniret, in mare cōiecerit. Ergo Ioannem ex captura piscium, vt Euthymius etiā docet quām facile cognouit nō fuisse fortuitam, subtilitate quadam ingenij cōiecturam fecisse Christum esse, qui cum ipsis loquetetur, quiq; tam felicis piscationis fuisset auctor, animum igitur ad illū aduertisse, ac demum recognouisse. Leontius aliam etiam rationem affert, quod simplicē, ac purum haberet animum. Et vero ita se habet res, simplicissimus quisque facillime Deum cognoscit, facillime credit, nec est quidquam, quod æque fidem impediat atque humana prudentia, & calliditas quædam, & vafrities ingenij, qualem in omnibus nostri temporis hæreticis animaduertimus. Hieronymus virginitatis laudator in epistola ad Pammachium aduersus errores Ioānis Ierosolymitani nō sine magna probabilitate, & magna certe pietatis significatione virginitati tribuit, *Prior*, inquit, *virginitas virginale corpus agnouit.* Verā ego causam fuisse suspicor, quod quemadmodum Christus ante ideo non cognoscebatur, quia cognosci nolebat; D ita nūc, quia cognosci voluit, cognitus sit. Cur autem prius à Ioanne quām à Petro cognosci voluerit, duas fuisse arbitror causas, alteram, quod eum singulariter amaret; alteram, quod, vt ait Hieronymus, purus esset; nec enim sine causa dictum est, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunicam succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.] Euthymij interpretatio omni mihi carere videtur probabilitate. Petrum prius tunica, hoc est ἐπενδύτῃ vestitū fuisse, sed discinctum, & vt ad Christum adiret, nō quidem induisse, quam non habebat, tunicam; sed quam indutus erat, præcinxisse, *Ἵνα μὴ ἐν τῷ ὕδατι* tunicam fuisse paruam, manicis carentem, & ad genua vsque demissam, qua, qui in mari versabantur, vterentur. Disserte enim dicit Euāgelista prius fuisse nudum. Quod etsi non ita intelligendum puto, quasi nudus omnino fuerit, sed quasi non omnibus, quibus vulgo vtebatur vestibus, indutus esset, tamen hoc certe colligitur aliquam sibi earum quas habebat, vestem superinduisse. Quod autem dicit præcinxisse sese *διεζώσατο*, non significat præcinxisse tunicam, qua ante indutus erat, sed quam nondum indutam habebat, induisse: nam quia id genus vestis non fibulis, non ligulis, sed solo cinctu aptabatur corpori, cingere erat induere. Sunt qui subligiculum, aut amiculum interpretantur, id est leue ex lino indusium, quod & pudori seruiret, & natanti impedimento non esset. Quorum ideo non probo sententiam, quia nec respondet nominis etymologia, atque proprietas, quod cum ἀπὸ τοῦ ἐπενδύτου, id est à superinduendo dictum sit, nō dubium, quin id genus vestis significet, quæ aliis indumentis superinuicitur, qualis tunica erat, & videtur existimate Petrum prius nudum omnino fuisse, quod mihi minime persuaserint. Et enim si prius minus vestitus erat, vt aperte Euangelista docet, quām cū id genus vestis assumpsit, & id non aliud erat, quam lineum amiculum, quo pudoris loca regerentur, tam nudus profectō prius erat, quam natus fuerat. Ergo vt supra c. 13. 4. & apud Matt. cap. 27. 35. adnotauimus, Christum non vna, ac simplici vsum fuisse veste; sed super inconsutili illam vestem, de qua Ioannes cap. 19. 23. mentionem fecit, togam habuisse, ita credendum est Apostolos super alias vestes inferiores superiores gestasse togam, quā exuerent, cum aliquid laboriosioris operis agendum esset; resumerent, cum ab opere cessarent; sicut videmus Christum, vt discipulorum lauaret pedes eā posuisse, postea iterū induisse. Nec enim Christum alio, quām vulgari intet Iudæos habitu vsum fuisse credendū est, quod nulla re videri volebat singularis. Cum ergo sē Petrus piscandi, laborandique causa superiore exuisset tunica, cum à labore cessandum esset, & ad Christum abeundum, eam iterum induit, vt coram eo honestius vestitus appareat; prius enim nudus. id est non satis honeste vestitus erat, quemadmodum moribus nostris, qui solo thorace, & caligis vestitus est, nudus esse dicitur. Hoc etiam ad mores pertinet, pudori & honestati, decorietiam vestitu consulendum, neque reprehendendum, si non solum coram vitis honestis, sed etiam coram Christo cultionibus vestibus appareamus; si quo die ad sacram Eucharistiā accessuri sumus, eo die splendidiore vtamur veste. Eo enim Ecclesia consilio voluit Sacerdotes singulari, ac regio vestitu mysterum illud celebrare. Ridiculiq;, & impudentes verò Anabaptistæ, & minime ferēdi, qui nullam pudoris etiam in publico rationem habeāt erpudet nos dicere, quæ illos facere non pudet. Quo ergo modo (obiciunt quidam) togatus Petrus natare potuit? Primum Euangelista natasse nō dicit, nec vtum natando, an humilitori iam prope litus mari pedibus incedendo ad Christum venerit constare potest: & eo ipso, quod Euangelista non dicit, est verisimilius venisse pedibus, quanquam Chrysostomus, Leontius, Theodorus Heracleotes, & Theophylact. natando venisse dicunt. Sed vt natando venerit, quid putamus impedimenti leuem, & bene præcinctam togam, piscatori, id est exercitato, & egregio natatori afferre potuisse: cum reperiantur apud nos, qui non solum vestiti, sed insuper etiam onusti natent? Præcinctos ad Christum, id est bene firmatis, non dissolutis ad Christum moribus venire oportet, & in mare se propter illum, id est in quæuis pericula coniicere.

Calvinista rusticus, qui nullo delictu vestium sacramenta conferunt.

8. *Alij autem discipuli nauigio venerunt: non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.*] Obscura causæ redditio est, nec enim apparet, quomodo hæc ratio conueniat, nauigio cæteros discipulos ad terrā venisse, quia non longè aberant à terra, imo propterea debebāt se sicut Petrus fecit, in mare conijcere, quia non longe à terra aberant, vt lōgius natandum esset, quām fortasse possent. Videtur mihi Euangelista hac ratione cæteros discipulos excusare voluisse, quod minus erga Christū ostendisse videretur, quod non se etiam in mare, sicut Petrus conieciſſent, quod patientes fuissent moræ: huic enim tacitæ obiectioni respōdet, moram illam valde fuisse breuē, quia non longe aberant à terra; itaque etiam si sese in mare deiecissent, haud multo citius ad Christū venire

potuissent. Sic & Petrum laudat, & cæteros excusat. Cubiti ducēti passus sexaginta, pedes trecentos efficiunt, quam mensuram ideo tā diligenter expressit Euangelista, vt te ipsa non solis verbis fidem faceret, non longe à terra, vt dixerat, abfuisse. Hic sensus, nec quidquam præterea mysticū hic esse arbitror, sed quia cœpimus hoc capite præter litteralem sensum etiam moralem indicare, liber persequi, Eusebius Emesenus in hunc modum interpretatur, *Quid enim per hanc terram nisi terram viuentium intelligimus? à qua isti non longe erat, quia corporeu vinculu resoluti, cito illuc iturі erant quasi cubiti ducentā trahentes rete piscium: Centenarius numerus perfectus est, qui tunc quidem duplicatur, quando sermone, & opere adimpletur. Trahunt igitur doctores rete piscium cubitu ducentu, quando sermone, & opere post se ad eternam vitam ducunt audientes.* Rupertus vero sic, *Discipulus ille quem diligebat Iesus, & alij, qui nauigio venerunt, illoi significant rectores sanctæ Ecclesiæ, qui in pace vitæ finiūt. Petrus verò, qui mittit se in mare, illas omnes, qui sicut & ipse per medios fluctus tribulationum festinant, & currunt ad Dominum trahentes rete piscium, id est libros suos, siue laboribus omnimodis continentes, vel propugnantes fidem gentium. Non enim longe sunt ab illa viuentium terra, in qua Dominus immortaliter stat, sicut longe erant antiquitus sub lege laborantes, antequam veniret gratia, sed lege sunt quasi cubitis ducentis, liberi videlicet à cunctis legalibus ceremoniis, solaq; ad perueniendum opus habentes dilectione Dei & proximi.* De retibus scribit Sedulius non inscita carmina.

Pendula fluctiuagam traxerunt retia prædam.
Per typicam noscenda viam: nam retia digna
Lucida sunt præcepta Dei, quibus omnia in illa
Dextera parte manens concluditur, ac simul vnis,
Fertur Apostolicis Domini ad vestigia Christi.

Ego sicut litteralem sensum eum maximè amo, qui verbis, ita eum maxime moralē, qui litterali velut innatus est. Petrum Euāgelista laudat, reliquos discipulos excusat, vtrosque ad Christum venisse, sed Petrum relictis retibus, relictis sociis, relicta præda, omnibus expeditum rebus citius venisse; alios nauem, retia, prædam que trahentes aliquanto tardius. Duo igitur eorum, qui ad Christum veniunt genera sunt; alij omnibus prorsus dimissis rebus vna tantum succincti tunica, & certius, & citius ad Christum adualant; alij ad Christum quidem nauigant, sed tamen quia in naui, id est cum toto populo veniunt, quia & retia, & prædam trahunt, id est onus temporalium bonorum, artesque, honores, lucra que quærendi non dimittuntur, & cum maiore naufragij periculo veniūr, & vt prosperis illis contingit nauigatio, tardius omnino perueniunt.

9. *Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.*] Piscem nō panem superpositum, vt Augustinus tractat. 123. admonuit. Quod supra vet. 5. ὀψάριον, hunc ὀψάριον appellat, itaque vtroque loco eadem ratione interpres potuit reddere, pulmentarium. Ac fortasse ad rem aliquid pertineret eodem modo reddere, licet diuersum sit Græcè vocabulum, vt paulo post melius intelligetur, cum causam disputando explicauerimus, quamobrē Christus effecit, vt antequam discipuli ad se venirent, focus esset accensus, panis paratus, pisces super prunas positus, iā videlicet allius, & ad esum paratus. Sed prius vidēdum, vnde piscem Christus habuerit, cum paulo ante nullum habens à discipulis perisset. Theodorus Heracleotes vtramq; sententiam putat esse probabilē & ex mari potentia tua sine reti, sine vllo instrumento cepisse solo vocāte iussu, & ex nihilo protexisse. Arq; in illam priorem sententiam videtur Cyrillus esse propensior. Sed altera est lōge probabilior, eam q; Theodorus Mopsuestenus, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius ampectuntur; poteslque hoc etiam ratione confirmari. Nō dubium, quin quomodo ignem, & panem, eodem & piscem præparauerit, atque ignem quidem, & panem certum est ex mari non habuisse; sed ex nihilo creasse, eodem igitur modo creauit piscem. Redeamus nunc ad id, quod prius quærebamus, quam ob causam id fecit. Manifestum quidem est potentiam suam ea re ostēdere voluisse sicut in captura piscium, eam q; vtiam rationē auctores afferunt, Theodorus vterque atque Leōtius, sed ea communis est causa, & quærimus aliquam magis propriam. Solus Cyrillus aliam quādam videtur insinuare, voluisse vnum, aut paucos piscer, quasi loco primitiarum accipere, vt se ostenderet esse Dominum. Nam vt hoc obiter dicamus, existimat non vnum tantum, sed plures pisces super prunas positos fuisse, sed Euangelistam singulari numero ὀψάριον piscem dixisse, nō inquantum vnus, sed quia pauci erant, quod nulla meo iudicio coniectura probari potest. Duas igitur ego causas inuenio, cur Christus prandium hoc præsertim ex piscibus discipulis, antequam eos, quos cæperant, pisces afferrent, præparauerit. Altera est, vt ostenderet se auctorem illius tam copiosæ piscationis fuisse. Enimuero qui sine reti, sine aqua, sine vllo instrumēto in arenoso, & arido loco piscem ex nulla subiecta materia procreasset, efficere nimirum potuisse, vt ipsi iacto hāmo in mare reti magnam illam piscium multitudinem caperent. Atque eodem pertinet, quod Theodorus Mopsuest. scribit, voluisse demonstrare Christum nō sua discipulos industria, sed diuina ipsius ope tot cepisse pisces, quod idem verbi Dei prædicatores, si quid proficiūt, existimare debēt. Altera, vt doceret se paulo ante non propterea ab illis perisse, ecquid haberent pulmentarij, quod aut ipse indigeret, aut si indigeret, opus sibi esset ab illis petere: posse se ex nihilo nō solum piscem, quē popposcerat; sed & panem, & ignem, & quidquid esset necessarium, excitare, esse se eum qui dixisset: *si esurierit, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ:* piscem tantum ab illis petisse, integrum eis prandium mōmēto temporis præparasse. Nō sua igitur, sed ipsorum causa piscem ab illis postulasse, vt sermones cum illis conferret, vt suam illis potentiā ostenderet, vt doceret suo auxilio cōfidere, vt eos denique piscibus quos quærebant, & non inueniebant, locupletaret. Hoc ipsum morale continet documentum, sæpe Deus à nobis nō sibi, sed nobis petit. Cum à Samaritana illa muliere aquam petiit, non tam ipse bibere volebat, quam meliore ipsam potare aqua. Totum locū Eusebius Emesenus, aut quisquis ille fuit auctor in homilia in hæc verba moraliter ad hūc modum tractat. *Hoc tibi Christi piscatores, & prædicatores semper recreantur, & vires suscipiunt, quotiescunque fatigati ab hoc opere redeunt. Quoties enim prunas, & piscē super prunis positum, & panem vident, quoties Christi passionem recordantur, toties lab oris & fatigationis, & omnium suarum angustiarum oblituntur. Quid est enim piscis prunis assus, nisi Christus in cruce passus? Quid est panis nisi Euangelica prædicatio, qua ces Dominus reficere solebat, dicens, nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere?* Rupertus vero per piscem & panem, eorum illam vitæ æternæ significari, de qua dictum est, *satiabor cum apparuerit gloria tua:* & *Beatus qui manducabit panē in regno Dei.* Luc. 14. 15. &, *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū, vt edatis, & bibatis super mensam meā in regno meo,* Luc. 22. 30. Huiusmodi prādiū ijs, qui per mare huius vitæ ad Christum nauigauerunt, in eo io, id est in littore parātū esse. Ignem amorē esse Spiritus sancti, piscē & par ē Christum, id est hominem simul. ac Deum. Eodē sensu D. Cyrill. dixit. Alium ego moralē sēsum animaduerto.

Moralis sensus huius loci.

Lib. 14.

Cur Christus hoc prandium præparauit.

Lib. 5. Car.

Allius sensus moralis huius loci.

Psal. 49. 12.

Morale documentum huius loci.

Psal. 127. 2. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Mat. 13. 33. Sup. cap. 19. 20.

Rupertus sensum moralem ad litteralem magis accedit.

Psal. 16. 15.

Vnde piscis Christus habuerit.

qui, nisi fallor, ad litteralē magis accedit; docet Christus fuis piscatoribus, maximeq; iis, qui nauti, piscibusque relictis sese, vt ad ipsum venirent, contiecerant, nihil quidquā defuturum. Nam in ipso falso, in loco sterili, ac deserto, vbi nulla humani præsidij erit spes, vel miraculo diuinam illis prouideriam, quidquid necessarium erit, suppeditaturam. Nihil deesse timentibus eum. *Quando misi, inquit, vos sine sacculo, & pera, numquid aliquid defuit vobis,* Luc. 22. 35.

Psal. 22. 10.

10. *Dixit eis Iesus, Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc.*] Frequens inter interpretes quæstio est, quare Christ. discipulos de piscibus, quos ipsi prēdidissent, afferri iusserit, quasi piscis ille, quem supra prunas positum viderant, fuisset imaginarius, nec aptus ad cibū. Theodorus Heracleotes respondet ideo hoc fecisse, vt ex huius, & aliorum, quos ipse ceperant similitudine cognoscerent se & hunc, & illorum auctorum esse. Leōtius vero, Theophylactus, & Euthymius, vt ex eorum comparatione, similitudinē que intelligerent illum, quem super prunas videbant, non phāsma, sed verum esse piscem. Alia ego causam ex versu sequenti colligi posse arbitror, propterea afferri iussisse pisces, vt ex eorum magnitudine, multitudine que miraculi magnitudinem oculis cernerent. Moraliter Eusebius Emesenus interpretatur, velle Christū, vt prædicatores ad se homines adducant, vt in se omnia referant, vt se vnum prædicando quærant, sicut ille faciebat, qui dicebat. *Non autem prædicamus Christum crucifixum,* 1. Corin. 1. 23. &, *non iudicam me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Rupertus verò, iussisse afferre pisces, quos prēdidissent, quia in supremo illo iudicio vnusquisque ante iudicem Christum ferret, si quid fecerit boni, si quo is illi homines lucrifecerit. *Venientes enim venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Ego, si meum esset institutis quærere moralem sēsum, potius dicerem velle nos Deum ita ex eius pendere prouidentia, ita confidere, non passurum eū, vt quidquam nobis desit, vt tamen studium, & operā, quam possumus nostram adhibeamus; oportere nos cum ipso cooperari, nō debere otiolos esse, & diuina abuti prouidentia, non semper miraculis, non semper ex manna ejuendum cœlitus misso, piscandum, arandum, ferendum, metendum, laborandum nobis esse, vt ex

omni hominum genere raultos, ex alio tamen plures, A ex alio pauciores piscarentur.

Et cum tanti essent, non est scissum rete.] Vno verbo Græce dicit, quod Latine duobus dicitur, cũ tot essent, ac tanti. ὑπὸτοσούτων ἰχθύων. Non dubium, quin miraculo adscribat Euangelista, quod rete tot, tantisque plenum piscibus, & vt in terram trahi non scissum non fuerit, efficiente scilicet merito Christo, ne rumperetur. Quare non dubito aliquid eum significare voluisse. Quid Augustinus, Gregorius, Beda, & Theophyla. significarunt fuisse putent, supra ver. 6. docuimus. Emesenus in hunc locum sic comm. entatur. *Boni pisces erant isti, à quibus rete scissum non est, imo alios pisces hæreticos, & schismaticos, qui Euangelicorum retia quotidie scindunt.* Mihi, quod multitudine piscium rete distrupium non fuerit, significare videtur fore, vt Apostolorum quantumuis infirmus, & ceteri similis virtus, Christi tamen gratia cõfirmata, quamlibet ingenti hominum multitudini capiendæ, atque trahendæ, sufficiat. *Sufficit, inquit, tibi gratia mea.* Et, *abundantior omnium laboribus, nõ ego, sed gratia Dei mecum.* Et, *omnia possum in eo, qui me confortat*, aut certe rete Ecclesiæ est, vt in illa parabola Matt. 13. 47. multitudo piscium, multitudo fidelium. Significatur igitur fore, vt Ecclesia Catholica, quàuis magna fidelium multitudine reducatur, nõ rumpatur tamen, sed licet per mare, id est per magnas huius vitæ difficultates salua, & integra ab Apostolis, id est ab his, qui eã gubernant, trahatur in litus, litus autem cœlum est.

2. Cor. 12. 9.
1. Cor. 15. 10.
Philip. 4. 13.

Ad quas pisces adducãt Christi nuntii auertit discipulos.

12. *Dicit eis Iesus, venite, prandete.*] Quod ad prædium eos Christus mittat, ideo facit, vt cogat eos agendo, gustando edendo, quem fecerat, panem, accipiendo, se ipsa miraculi veritatem, & magnitudinem experiri. Duplex autem hîc est quæstio. Altera, ad quod pisces edendos inuitauerit; ad eminne solum, quæ ipse ex nihilo super puncta fecerat, an ad eos etiam aliquos, quos illi ceperant. Chrysostomus ad eum folũ, quem ipse fecerat, inuitasse putat. Augustinus tractat. 123. & Euthymius, & ad illum, & ad alios ex iis, quos illi prehendebant, quos iã supra easdem possuisse prunas; quod videtur ratione multi magis esse consentaneum. Cum enim ideo, vt diximus, à prædium inuitauerit, vt miraculi veritatem experirentur, cum vtrumque miraculum fuisset, & quod ille creatus piscis & quod illi in rete cõiecti, ratio postulabat, vt ex vtrisque gustarent. Atque hoc eodem modo Theod. ms Heracleotes Leontius, & Theophylactus senserint necesse est, quia vt versu 10. citauimus, ideo existimant iussisse Christum, vt eos, quos ceperant, pisces afferrent, vt ex vtrorumque comparatione verum miraculum agnoscerent; verisque igitur vesci oportebat. Altera quæstio est, num & Christus cum illis ederit; nihil enim dicit Euangelista, & graues auctores quæstionem nõ attingunt. Sed non dubito, quantum quidem cõsequi coniectura possumus, quin ita fe quoq; Christus cum illis ederit, sicut & Gregorius homilia 24. Leontius, Theophyl. permum quia id ratio postulabat, vt cum fe illis manifestare vellet, cum illis vesceretur, vt fidem ipsis resurrectionis suæ confirmaret. Deinde quia id facere soleba, cum illis alibi apparebat, etiamsi paratum non esset prandium, nec discipuli cibum sumerent, vt Luc. 24. 41. *Habetis hic aliquid, quod manducetur?* Præterea quod discipuli existimasse, si se edentibus ipse non edisset, non esset phantasma? Deinde non dicit, Ite, & prãdete, sed *venite, prandete*, quasi dicat, *venite, prandete* mecum, itaq; ex vi potius horum verborum colligitur prius, quam cepisse ex pane piscem, gustare, deinde dixisse, *venite, & prandete*, vt non verba tantum, verum etiam exemplo eos inuitaret. Obseruant Chrysost. & Theophylactus non tam illum oculos in cœlum tollere, nõ gratias agere, q eadem dum antequã mos retur, facere consueuerat, vt supra cap. 6. 11 & Luc. 9. 16. quis ante resurrectionẽ humiliter & tanquam homo gerebat sese, post resurrectionem tanquam Deus. Quod ad sensum moralẽ attinet, Cyrillus, Theophylactus, & Rupertus sic interpretantur, quod Christus discipulos post tractum in terram rete ad prandium inuitauerit, nihil aliud significare, quàm fore, vt post huius vitæ labores post bene functũ officium inbeat nos mandu care, & bibere super mensam suam in regno patris sui, dicturus quibus. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Paratum enim à Christo discipulis prandium, paratum à cõstitutione mundi regnum esse, & quod illud, de quo alio dicit loco, *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Eusebius Emesenus de eodem fere Euchar. ac Eucharistiæ, deq. prædicatione verbi Dei, ad quam nos Christus quotidie inuitat, passioq; ne recisa, atque recisa exponit. *Quotidie, inquit, nos dominus ad prandium inuitat; quotidie nouus & panis, & potus apponit, quotidie vitæ Euangelicum, & sui pro nobis sanguinis nobis infundit.* Dum hæc enim Euangelia legimus, sui panis libri nos interrogatis sicis. hîc, & piscem assum nobis tribuit, quia quotiescunque pronuntiatur passio eius, his inuescamur. Nec bene Christus retrahere possunt, qui hu cibo assidue non sustinentur. Quod autẽ piscis ille assus significet, quo vescantur, leget, qui volet, apud Gregorium ho. 24. ergo ex literali sensu moralẽ alii elicio. Cui volunt Christus, vt ieccum discipuli vescerentur? vele, quemadmodum diximus, agnoscere; volunt ergo morale esse significare se à nobis nõ sola, vt ita dicam, speculatione, sed multo maxime gustu cognoscendum esse. *Gustate, inquit, & videte, quam suauis est Dominus.* Gustamus autẽ, cũ eadem patimur, quæ ille passus est, cum eius in nobis experimur beneficia.

Luc. 24. 41.

Ioan. 6. 11. & 21. 9.

Matth. 25. 21.

Psal. 33. 9.

Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes, quia Dominus est.] R. Ch. hoc loco distinxerat Augustinus, *sciebant, quod opus erat interrogare? Si autem non opus erat, quare dictum est, Non audebant, quasi opus esset, sed timere quod non auderent?* Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, existimã partim opus fuisse, quia propter formam ætatem non videbatur esse Christus: opus autẽ nõ fuisse, quia ex factis tunc ab eo miraculis apparebat aliũ, quam Christum esse non posse. Ergo ea ex parte, qua eum non satis cognoscebant, & opus fuisse, & voluisse, quæsitum esset, interrogare, sed autos non fuisse reuerentia tantæ maiestatis, præterquam quod alia ex parte videbant eum esse Christum. Eodẽ ferme modo Theodorus Heracleotes, & Leontius, nisi quod putãt præterea ex forma non potuisse eam recognoscere, quia nondum satis clarus erat dies, aut quia ipse formam suam in cimmutauerat, vt cognosci non posset. At verba Euangelistæ alium sensum præ se ferunt. Non enim dicit ideo eos non fuisse eum interrogare, quod reuerentia impediretur, sed quia sciebant Dominum esse. Rupertus sic. *Tunc quidem non audebant, & intacta sui mente de admirandum, vel audiendum reuerentiam præstabant: quãdo autem ad illud æternum suos semper inuitauerit conuiuium iam opus non habebant interrogare eum, scientes, quia Iesus est. Scitote, inquam, & perfectè cognoscite, quod modo ex parte cognoscimus sicuti nos Deus, & sanctum scitote Spiritum sentientes, donec veniat, quod perfectum est, & euacuetur, quod ex parte est.* Sed hoc tanquam vitium est, quam literale. Augustinus, & Beda paulo ante omnium ad veritatem accesserunt. Sensus est, tantum, *Tanta erat euidentia veritatis, qua Iesus illo discipulo apparebat, vt eorum non solum negare, sed ne dubitare quidem vllus audaret: quorum sum fuit quem dubitaret, vt quæ interrogare deberet.* Sic ego dictum est, *nemo audebat eum*

Tertull. 123.

Th. Beda.

1. Cor. 13. 10.

Cur Petrus singulariter alios supra cæteros admiratus sit Christus post prandium datum sit.

eum interrogare, Tu quis es? acsi diceretur, Nemo audebat dubitare, quod ipse esset. Recte quidem sed illud addendum, Euangelistam hoc ipsum miraculo tribuisse. Quamquam ego clarius ex vtraque & Augustini, & Græcorum interpretatione verum sensum elici posse arbitror, adeo certos fuisse discipulos ex miraculis, & ex intimo quodam sensu Christum esse, qui cum illis erat, vt quamuis forma corporis coniuncta non apparerent quamuis oculi contradicerent, tamen minime auderent dubitare. Potestque hoc ad sacram Eucharistiam sciæ admodũ, & vtiliter accommodari. Cum in illo spirituali conuiuio sumus, quamuis oculi, quãuis sensus omnes contradicant, tamen ex intimo quodam fidei sensu adeo certi esse debemus verum esse, quem sumimus, Christum, vt ne interrogare quidem audeamus, *Tu quis es?*

Exposicio aduersa.

Mouallerii sententia.

Luc. 22. 17. Matt. 26. 26.

12. Et venit Iesus, & accipit panem, & dedit eis, & piscem similiter.] Non dubito, quin certe Christus de causa suis ipse manibus panem, & piscem discipulis dederit. Eam causam eius rei vnam Theodo. Heracleotes indicat, voluisse eũ nunc in fractione panis à discipulis agnosci, quemadmodum à duobus illis in Emaus agnitus fuerat. Itaque existimat prius illis panem, piscemque distribuisse, quam ab illis agnosceretur. Non probo: iam enim à cœnæ adhuc in naui cognitus fuerat, iam Petrus ad eum cognitum adnauigauerat. Illud facile credo, quamuis iam cognitus ab illis esset, voluisse tamẽ, vt eorum de se opinionem confirmaret, more vtriusq, & tanquam patremfamilias, quemadmodum & insti tuerat ad id totum, & ipse alibi fecere consueuerat. Suis manibus panem piscemque distribuere. Vide Matt. 14. 17. 19. Marc. 6. 39. 41. Luc. 9. 14. 16. & 24. 35. & supra c. 6. 11. Rupertus sic exponit. *Sic dixerat ille hic, Venite, & accipite panem, & dedit eis, sicut alio loco de seruis ex. ecclesiæ dominum suum, cum præmissum esset, Facite vt sedeant discumbere, statim subiungendum est, Et transiens ministrabit illis.* Sed Rupertus relicto literali sensu ad spiritualem fugit. Quod ti mocalogice interpretari libeat, malim Cyrillum sequi, qui hoc facto illud significari putat, nos omnia & spiritualia, & temporalia bona de manu Christi percipere.

Cur manibus suis panem dederit Christus. Luc. 24. 35.

Cur Petrus Simonem Iona vocat.

Cur Petrus ter interrogatus sit, Diligis me plus his? Hic Christus à Petro singulare quiddam requirit, quod cæteri non habeant, aliquid ergo vi. ssent illi dare voluit proprium ac singulare, quo cæteris antecederet. Sed videamus quam callidi & vafri interpretes hæretici sint. Docent quidam illorum non esse sensum, *Diligis me plus his?* id est, plusquam hi diligunt me? sed, *Diligis me plus hos?* id est plusquã hos diligat Dominus sacratos, cui enim, nisi illis venire hoc in mentem potuisset? Scilicet valde ad rẽ pertinebat, vt Christus Petrum interrogaret, & quidem tam accurate, & toties interrogaret, vtrum se, quam cæteros discipulos magis diligeret. Laborabat enim Christus zeloypis, & cum cæteris discipulis, quasi procus de Petri erga se amore contendebat. Sed bene est, quod isti hæretici ab aliis etiam sectæ suæ hæreticis refutati sunt. Bernardus quidem sermon. 76. in Cantic. dum aliud agit, & memoriter, ac leuiter hunc locum carpit, non putat comparationem inter amantes, sed inter amatos fieri: cæterum non ad discipulos refert. *Plus*, inquit, *quam tuæ, plus quam cæteri, plus etiam quam te.* Sumpsit igitur occasionem Christus Petrum interrogandi, vtrum se plus, quam cæteri discipuli diligeret, ex recenti eius facto, quod se vnus omnium cæteris in naui relictis audito Christum esse, qui in litore apparebat, in mare coniecisset, quod singularis amoris fuerat. Quasi dicat, *diligis me plus his*, quemadmodum videris modo demonstrare voluisse? Si ergo ita est, *pasce oues meas.* Quid sequitur? nisi si non ita est, nolo vt pascas oues meas. Atqui si Petrus nõ plus Christum, quam cæteri discipuli diligeret, nõ propterea profecto minorem, quam illi pascendarum ouium Christi potestatem accepisset. ergo ea potestas, quæ ita Christus illi dat, vt datura nõ fuisset, nisi se plusquã cæteri diligeret, maior vtiq; quam potestas aliorũ discipulorũ erat. Rupertus existimat Christũ ad illa Petri verba allendere voluisse,

Quis hæc verba non ironice dicta, diligis me plus his.

quibus se Christum plus cæteris diligere declarauerat. A *Eiſi omnes ſcandalum patiſcerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Matth. 26. 33. Quid ergo interrogat, quod nec ipſe ignorabat, & Petrus iam non verbis, ſed factis declarauerat plus ſe Christum diligere, quam cæteros? Sed vt timorem illi eripiatur, & ex dolore, quem ex negatione concepetat, tectearet, vt ſcribit Heraclcota: bono eſſet animo, maius illi nunc munus ſe velle cõmittere, quam vnquam illi ante commiſiſſet. Aut, vt ego puto, nec propter ſe, qui non ignorabat: nec propter Petrum, quia alio iam prorſus, quam cum negauerat, animo erat: ſed propter eos, qui aderant, interrogat, num ſe plus, quam cæteri diligat, vt intelligant nõ ſine cauſa plus ſe Petro poteſtatis, quam cæteris dare, cum conſtaret & ex facto eius ſingulari, & ex ſæpe repetito teſtimonio plus ſe ab illo, quam à cæteris amari. Plus quiddam Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius Græci licet auctores dicant, ideo ſolum interrogaſſe Petrum, qui princeps, & veluti os erat Apoſtolorum, Reſpondet Petrus, *Etiam Domine, tu ſcis quia amo te.* Notant Theodorus Mopſueſt. Chryſoſtomus, Theophylact. & Bernardus in ſerm. de diligendo Deo non auſum reſpondere Petrum ſe plus Chriſtũ, quam cæteros amare. *Petrus primus, & vultuoſus cæteris.* ſed modeſtius dicere ſe quidem eum amare, ipſum q; quem nihil lateret proferre teſtem, facium ſolicet cauentem poſt negationem. Cum enim ante dixiſſet ſe animam pro Chriſto poſiturum ca. 13. 37. paulo poſt eer Chriſtum negarit, eius nunc memor eemeritatis, nihil nunc audet magnum de ſe polliceri, ſed rem omnem ad Chriſtiiudicium referre. q ſi illi non poſſet. *Tu ſcis Domine.* In quam ſententiam eleganter admodum hoc loco ſcribe Auguſtinus. *Hæc inuenit exitum ille negator, & ambarit ſumendæ ebrietatis, negando profitatur, flendo purgatur, confitendo, probatur, patiendo coronatur, bunc numerũ exitum, vt pro eius nomine perfecta dilectio mortem vitæ cum quo ſe mortuum peruerſa feſtinat amor prom ſcat, ſuſtat eius reſurrectionem ſimatur, quod immutare poſſ ebat in ſe nom. Hoc enim oportebat, vt prius Chriſtus in Petri ſaluet, deinde Petrus in Chriſti predicatione moreretur. Et opoſterum fuit, quod audaces cæteras humana temeritas, cum ipſum deſpoſaſſet ardiem veritatis. Animam ſuam ſe poſiturum pro Chriſto Petrus putabat, pro liberatione autem ſua, cum Chriſtus venſſet animam ſuã poſiturus pro ſua omnibus, tu quibus erat & Petrus. Quod eccidit falſum eſt, non iam firmitate cordis ad ſuſcipiendam martyrii pro nomine Domini vitæ ipſe donauit ſumatur, non falſa nobis errantibus præſumatur.* Mihi vero ita videtur Petrus modeſtiæ rationem habuiſſe, vt tamen non obſcure ſignificauerit ſe plus cæteris Chriſtum diligere. Cum enim reſpondet, *Etiam*, quid ſibi aliud vult, quã ſe plus cæteris Chriſtum diligere, quod verum faceret, Chriſt us interrogauerat? Itaq; quod ſubiungit, *Domine tu ſcis*, non ſolum moderationis cauſa dictum puto, ſed multo etiam magis, vt, quod diceret, *etiam*, ipſius Chriſti teſtimonio confirmaret. Tanquam ſi diceret etiam, plus te, quã cæteri diligo, quod ita eſſe teipſum teſtẽ appello. Subiicit Chriſtus, *Paſce agnos meos.* Quibus verbis primũ indicat verum eſſe, quod Petrus reſponderat, ſe illum plus quam cæteros amare: expectabat enim reſponſum eius, & auctoritatem, quam illi dare cogitabat, quod ammodo ſuſpenderat veluti nõ damnus, niſi affirmaſſet ſe ipſum plusquam cæteros amare. Cum ergo dat, quod ſuſpenſum tenebat, approbat tanquam ad eam rem exactum teſtis verum eſſe, q Petrus reſpondẽrat. Dixerat Petrus, *etiam Domine tu ſcis*, reſponder Chriſtus, ita eſt vt dicis, ego ſcio, *Paſce ergo agnos meos* Paſcere eſt regere, ac gubernare, ſed ita vt gere tanquam poſtorem gregem nemo neſcit: & alibi ſæpe docuimus Hebræorum idioma eſſe. *Qui regis Iſrael intende*, Pſal. 79. 2. Hebraice eſt רעה, qui paſcis, *Paſcere, id eſt regere. Ezech. 34. Matt. 9. 6.*

& Pſalm. 77. 70. 71. *Elegit eum de gregibus ouium, de poſt fetantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hereditatem ſuam.* Agnos eſſe eos, qui in grege id eſt, in Eccleſia Chriſti eſſent, dubium non eſt: nec ſubtiliter diſputandum, cur agnos potius, quam oues appellauerit, q; qui fecerit, videat etiam atque etiam, ne deo- *Agni qui: nã ſint, & quorum ſignificatio.* ctis hominibus ritum præbeat. Satis enim conſtat eoſdẽ nunc agnos, & v. 17. oues appellare. Quod ſi quidquam diſcriminis inter oues, & agnos eſt, id non in re, ſed in voce eſt, quod eum idem ſint, tamen vocabulũ agni blandius ſit, maiorem q amorem præ ſe ferat: magis enim amabiles, quia magis ſimplices eſſe agni, quã oues ſunt. Quemadmodum quos Matth. cap. 10. 16. B oues vocat. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum*, Luc. c. 10. 3. agnos nominat, *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.* Cum ergo Chriſtus fideles ſuos agnos vocat blandius, & maiore quadam amoris ſignificatione eos Petro commendat, quam cum vocat oues. Quem admodum ſi pater moriens, & liberos ſuos amico cõmendans diceret, commendo tibi meos infantulos, vehementius, maiore q affectu commendaret, quam ſi diceret, Commendo tibi filios meos. Non inepte quidẽ concionatur dixerit, quod Ruperius, & Theophylactus hoc loco tradunt, agnos eſſe, qui reneri, & infirmi adhuc in fide ſint, *quibus*, vt ait D. Paulus, *lacte opus ſit* oues autẽ, in quibus, vt idem ait, formatus iam *Heb 5.12.* eſt Chriſtus, quique, vt ait alio loco, *exercitatum habent* C *Galat. 4.9. Hebr 5. 14.* *ſenſum*: ſed caueat, ne ludat longius. Euſebius Emeſenus in ſermone de natiuitate Ioannis Euangeliſtæ alium tradit moralẽ ſenſum noſtræ de principatu Petri ſententiæ valde congruentem. *Primo*, inquit, *agnos, deinde oues eis commiſit, qui non ſolum paſtorem, ſed paſtorum patrem eum conſtituit. Paſce igitur Petre agnos: paſces & oues: paſce filios, paſces & matres: rege & ſubditos, & prælatos. Omnium regni paſtor eſto, qui præter agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.* Potetamus tanto admirationis auctore cum Luthero, & Caluino cerrare, probare q proprerea pri mum agnos, deinde oues nominaſſe, quia illi vniuerſæ Eccleſiæ ſupra cæteros Apoſtolos curam dedit. ſed ceditus gratiæ, cedimus iuri noſtro, nihil ſane inter agnos, & oues interſtcalta tamẽ ratione idem efficientes. Quæſo cum Chriſtus dicit, *paſce agnos*, aut, *paſce oues meas*, quos agnos, quas oues intelligis? Dicam clarius, comprehendit cæteros Apoſtolos an non? Quid affirmanerint, multi, & graues auctores reperiuntur, primum Euſebius, quem modo loquentem audiui mus, deinde Cyprianus in libro de vnitate Eccleſiæ, quin & auctores Græci à Romano Pontifice ſtudio na tionis abhorrentes, Chryſoſt. & Euthymius: qui vero negauerit, præter Lutheranos, & Caluiniſtas nuper, repertus eſt nemo. Quorum facillime poteſt opinio refutari. Quid enim eſt, *paſce oues meas*, niſi paſce gregẽ meum, paſce Eccleſiam meam? quicumque ergo intra Eccleſiam erant, paſcendos illi tradidit, reliqui vero E Apoſtoli extra Eccleſiam, vt opinor, non erant. Denique Chriſtus non dicit Petro, paſce has, aut illas oues, ſed, *paſce oues meas*, omnium ergo ſuarum ouium curam illi dedit. Quod Bernardus lib. de conſideratione 2. cap. 8. prudenter obſeruauit. *Quæris? ſacerdos magnus. Summus Pontifex. Tu princeps Epiſcoporum, tu heres Apoſtolorum*, (alloquitur autem Eugenium Ro. Pon.) *tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tibi eſt claues tradita, cui ouium credita ſunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſua aſſignata greges, ſingulis ſingulos, tibi vniuerſi creduntur, vni vnuſquiſque, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor. Vnde id probem quæris? ex verbo Domini. Cui en in*

Petri ſummatus in eccleſia deno. tatus. Tract. 123.

Petri ſummatus in vniuerſam Eccleſiam probat, & primatum probatur.

enim non dixit Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolute, & indiſcrete totã commiſit ſunt oues. Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? illius, aut illius populi, ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Accedit, quod illa promiſſio, quam illi Chriſtus fecerat Matth. 16. 18. ſe ſuper eum Eccleſiam ſuã ædificaturum, alicubi impleta fuerit, neceſſe eſt. Vbi niſi hic? Atqui illic ſingulare illi Chriſtus ſupra aliquos Apoſtolos promiſerat poteſtatem, vt eo in loco refutatis omnibus hæreticorum cõmentis comprobaremus. Aliqua igitur hic ſupra cæteros poteſtas data eſt, quæ alia eſſe non potuit, quam quæ illi tunc promiſſa fuerat, vt ſuper eum Eccleſiam ſuam ædificaret, id eſt, vt fundamẽtum, & caput faceret Eccleſiæ. Duobus modis noui hæretici re- B ſpondent, primum, vt concedant omnium ouium curam Chriſtum dediſſe Petro, eandem omnib. quoque aliis Apoſtolis tradidiſſe, itaque colligi inde non poſſe *Reſellitur hæreticorũ error.* aliquid eum poteſtatis præter cæteros accepiſſe. At vbi obiecto loco ille eſt, vbi Chriſtus eandẽ hanc paſcendarum ouium ſuarum curam cæteris dedit Apoſtolis? Proferant, oſtendant & vincant. Duos proferre poſſumus locos, alterum Matth. 28. 19. & Marc. 16. 15. 16. *Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes*: alterum illum, quem ſupra explicauimus, ca. 20. 22. 23. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* At priore loco non ſingulis, ſed cunctis omnes do- C cendi gentes curam tradit. Nec enim fieri poterat, vt ſinguli omnes orbis terræ partes peragrarent, genteſq; omnes docerent, neque vero, ſi fieri facillime poſſet, eſſet neceſſarium. Quid enim erat opus, vt omnes ab ſingulis, modo omnes ab omnibus, alias ab aliis, docerentur? Et abſurdum dictu eſt fuiſſe Chriſtum Apoſtolos facere, quod nec fieri poterat, nec, vt fieret, opus erat. Quum ergo vim habeat illud, *in mundũ vniuerſum*, & illud, *omnes gentes*, illic docuimus. Nempe mundus vniuerſus Iudææ omnes gentes Iudæis oppo nuntur. Opponit enim hanc ſecundam miſſionem primæ, in qua illis dixerat, *in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ſed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael*, Matth. 10. 5. 6. Nunc D illis limites illos, quos poſuerat, euellit. Tanquã dicat Eccleſiæ, *Dilatabo locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extendẽ, ne parcas, longiores funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim & ad lęuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hereditabit*, Iſai 54. 2. 3. Eccleſiã igitur illic dilatat, non ſingulorum Apoſtolorum poteſtatem. Quin inde ad confirmandum id, quod hoc loco agimus argumentum non leue ſumitur. Illic cum cẽtis Apoſtolis non ſingulis totius orbis terrarum cura datur, & tamen neceſſe erat vni alicui vniuerſam illã, quæ in ſingulos partita erat, curam dari. Vt enim Cyprianus in libro de vnitate Eccleſiæ copioſe diſputat, *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Quæro cui vniuerſa illa cura niſi Petro? quæro vbi niſi hic commiſſa ſit? Quemadmodum eodem loco Cy- E prianus vtrumq; coniungens teſtimonium atteſtatur, *Super illum*, inquit, *vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas.* Alter veto locus noſtram potius ſententiã maxime iuuat. Cum enim ſupra omnibus ſimul Apoſtolis, in quibus & Petrus profecto erat, parem dediſſet poteſtatem, quid potuit eſſe caſſe, cur nunc ſingularibus verbis oues ſuas illi vni paſcendas committat? Si eadem hæc, atq; illa prior poteſtas erat, cur eam illi iterum tradit? cur nõ iidem tradit verbis? cur non eodem ritu? cur non eodem affectu, ſed ter interrogato, num ſe diligeret? cur maiorem ab eo, q̃ à cæteris ergo ſe amorem exigit? cur denique non omnibus eandem iterum tradit? Præter illam ergo, quam communem cum omnibus Apoſtolis illo loco acce- A perat poteſtatem, propriam hic ſupra cæteros auctoritatem accipit. Quod multo melius, quam Lutherani, & Caluiniani Cyprianus vidit, Et quamuis, inquit, *Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum S. ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illis: ſi cui retineritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram cõſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit.* Loquebatur autem Cyprianus de hoc ipſo loco, quẽ modo verſamus. Deinde reſpondet aduerſarij, cum ꝓbauimus Petrum vniuerſæ à Chriſto Eccleſiæ curam accepiſſe, nihil dum egiſſe nos, probandum nobis eſſe Romanũ Pontificem Petri ſucceſſorem eſſe. Nos vero contenti eſſe poſſumus demõſtraſſe Petrum, de quo hic agitur, Apoſtolorũ fuiſſe principem, nam de Romano Pontifice non agebamus. Sed quia iſti eandem in Romano Pontifice rationem valere negant, age rogemus, quare? Quia, inquiunt, Petri ſucceſſor nõ eſt. Quid ni? Quia Petrus, inquiunt, Romæ non fuit. Itane vero? tota igitur cauſa in hoc vertatur cardine, vtrum Petrus Romæ, necne fuerit? Vade id ſcire poſſumus, niſi aut ex litteris ſacris, aut ex Eccleſiaſticis hiſtoriis? Scriptura certe non negat Romæ fuiſſe, & Petrus ipſe ſe Romæ eſſe indicat, cum primam ſcribit epiſtolam. c. 5. 13. Babylone enim ſe dicit ſcribere, & Romã, vt illic Deo adiuuante docebimus, Babylonem vocat. Hiſtoriam vero proferant aliquam bonam, malam, qua Romæ non fuiſſe doceat: non enim hiſtorias omnes, auctores omnes nõ Catholicos modo, ſed etiam hæreticos, qui iam inde ab Apoſtolis vſque ad noſtram memoriam exiterunt, ſi quidem ea de re mentionem vllam faciunt, teſtes habemus Romę fuiſſe, Romæ fixiſſe ſedem, Romæ glorioſo martyrio vitam finiuiſſe. Quid *Romæ Petrus fuiſſe ſe contra hęreticos ſtatim.* auctores dico? templa, fana, ligna Romæ fuiſſe teſtantur. Ergo dum ad epiſtolam primam Petri venimus, *Supr. 5. 41.* pugnent iſti, ſi poſſunt, cum toto terrarum orbe. *Pugnabit* enim *cum illo orbis terrarum contra inſanientem* interim nos profligatis ex hoc loco hoſtibus, ad caſtra retertamur. Duæ hic reliquæ quæſtiones ſunt, vt totus penitus locus euncleetur: altera, cur Chriſtus Petrum de eadem re ter interrogauerit, vtrum ſe plus, quã cæteri diligeret: altera, cur Petrus, cum tertio eſſet interrogatus, triſtatus fuerit. Vix auctor vllus eſt, qui nõ di- *Cur Chriſtus ter Petrum interrogauerit.* cat propterea Chriſtum ter Petrum interrogaſſe, quia ter Petros ante negauerat, aut vt triplicem negationẽ triplici ſingularis amoris profeſſione deleret, aut vt conſtaret omnibus non minus tunc fuiſſe cõſtantem, quã ante fuerat inconſtans. Ita Cyrillus, Theodorus Heracleota, Theodorus Mopſueſt. Leontius, Theophylactus, Maximus in ſermone de pœnitentia Petri, Auguſt. hoc loco, & ſermone de tempore. 149. Beda eius verbis in comment. Nicephoris lib. 1. ca. 35. Ambroſius item in apologia Dauid cap. 9. multorum obſeruationem fuiſſe tradit. *Redditur*, inquit Auguſtinus, *negationi trinæ trina confeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat, quam timori: & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quam vita præſens.* Aliam Chryſoſtomus, & Theophylactus rationem afferunt, vt per triplicem interro- E gationẽ Chriſtus declararet, quanti oues ſuas faceret, quas illi nollet committere, niſi ter examinato, vtrum ſe plus quam cæteri diligeret. Poteſt q; hoc Eccleſiaſticæ ſeruire diſciplinæ, vt intelligamus, quam diligenter ei, quibus animarum cura committenda eſt, examinari debeant, hac potiſſimũ in re, vtrum maxima cæteris antecellant caritate: quãdo Chriſtus tam cognitã, tam experta, tã explorata m Petri caritatẽ, tamen ter, antequam curam illi ouium ſuarum traderet, examinauit. Sed hac de re paulo infra dicturi ſumus. Greg. li. 6. in 1. lib. Reg. cap. 16. aliam, ſed magis moralem, quam *Tract. 123.* litteralem

litteralem ponit. Primo, inquit, ei dicitur. *Petre amas me, vt per amorem agere fortia studeat. Secundo, vt in contemplando alta cognoscat. Tertio, vt perfecta caritate assicu & erga proximum ferueat, & ad speciem conditoru feruentius inardescat.* Simile est, quod in sermone de tribus ordinib. Ecclesiæ Bernardus scribit, *Sed illud, inquit, tu iudica, vtrum possit his conuenienter aptari trina Petri interrogatio, vt hoc sit dicere, Amas me, amas me, amas me? habes caritatem de corde puro, & de conscientia bona, & fide non ficta?* Melius, & ad sensum litteralem magis apte idem scribit Bernardus sermone in Cant. 76. *Non otiose sæpe reperitum est, Petre amas me, in commissione ouium. Et ego quidem id significatum puto, ac si illi dixisset Iesus: Nisi testimonium tibi perhibente conscientia, quod me ames, & valde perfecte, ames, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus vtique sanguis meus effusus est.* Ego ad negationem non dubito Christum alluisse: sed credo etiam propterea ter interrogasse, quia rem illi maximi momenti committere volebat: itaq; volebat perfectæ eius explorare caritatem: solet enim hic numerus perfectionem significare. Sic enim legimus eundum Christum ter eundem sermonem oraſſe Patrem Matt. 26. 44. Vnde nostra de Petri primatu sententia confirmatur, aliquam illi singularem potestatē datam esse, quando ter, id est perfectissime illum examinat: Ecclesiam nunc, sicut ante promiserat, fundasse super illum, quando tam alte fundamentum fodit. Duæ in Petro singulares virtutes fuerunt, quamobrem Ecclesiam super illum fundauit Christus, fides, & caritas: fidem apud Matth. c 16. 18. explorauerat, ideoque Ecclesiam le super eum fundaturum promiserat: caritatem nunc etiam atque etiam tentat, & explorat, qua explorata ædificium illi Ecclesiæ superponit, *Pasce*, inquit, *oues meas.* Alteram quæstionem, cur Petrus tertio interrogatus tristari cœperit, scite admodum verlat Augustinus, serm. de tempore 149. *Quid contristatus Petre? Quia respondes amorem, obliuisci tuum timore. Si me interrogei, interroget te Dominus. Modicum est, qui te interrogat: ad sanitatem pertinet, quod interrogat. Noli tedio affici. Expecta, implebitur numerus dilectionis, vt deleat numerum negationis.* Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. Leontius, Theophylactus, & Euthymius ideo tristatum dicunt, quia cum Christus iterum, atq; iterum idem interrogaret, in mentem illi venerit negationis suæ, veritus que sit, ne quemadmodum tunc, quamuis ita se Christum amare protestatus fuisset, vt suam pro illo animam esset, si res poscceret, positurus, tertamen negauerat reque ipsa declarauerat, minus se illum, quam sibi videbatur, amauisse: ita nunc quoque minus fortasse amaret, quam sibi videretur. Magis probo, quod scribit Theodorus Heracleotes, contristatū fuisse, quod cum Christus eum tam sæpe, & tam diligenter interrogaret, indicare videretur se illum suspectum habere, idcirco ne semel quidem, & iterum affirmanti se eum plusquā cæteros amare, credidisse. Propterea respondisse, *Domine tu omnia nosti, tu scis, quia amo te*, quasi dicat. Tu qui omnia nosti, ignorare non potes verum esse, quod dico: quid ergo quasi mihi nō credens, me tam sæpe rogas? Quid hoc ad mores valeat copiose hoc loco, & subtiliter disserit Augustin. *Sit, inquit, amoris officium pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oues Christi, vt suas velint esse, non Christi, se conuincuntur amare, non Christum: vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi: stupidi autem non obedientes, & subuenendi, & Deo placendi caritate. Contra hos ergo vigilat totiens inculcata ista vox Christi: quos Apostolus gemit sua quærere, non quæ Iesu Christi. Nam quid est aliud si diligis me, pasce oues meas, quam si diceretur, si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas? sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam: dominium meum, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorum societate, qui pertinent ad tempora periculosa, se ipsos amantes, & cætera, quæ huic malorum initio connectuntur.*

18. Amen, amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.] Mottis genus, quod pro se Petrus subiturus erat, Christum his verbis significare, sequenti versu Euangelista declarat. Duabus de rebus quæri potest, cur Christus mentionē mortis post datam Petro ouium suarum pascēdarum curā intulerit, & quare id genus mortis hac metaphora declarauerit: nisi & tertiam aliquis quæstionem velit adiungere, quod hic genus mortis significetur, quę aut minime dubia est, aut ad sequentem pertinet versum. De prima igitur quæstione ad hunc modum ser. de tempore 149. scribit Augustinus. *Tanquam diceret, inquit, Quid retribuet, quia diligis me? Dilectionem ostende in ouibus. Quid mihi præstas, quia diligis me, quando ego tibi præstito, vt me diligeres? Si dilectionem tuam erga me habes, vbi ostendas habes, vbi exerceas habes pascę agnes meos. Quatenus autem pascendi essent agni, & dominicæ oues tanto pretio comparatæ, quanta essent dilectione pascenda, in consequentibus demonstrat. Postquam enim Petrus impleto legitimo numero trinæ confessionis professus est se esse Domini dilectorem, concedatur sibi ouibus eius audire de sua futura passione. Hic demonstrauit Dominus sic diligendas oues suas ab iis, quib. eas commendat, vt parati sint mori pro eis. Sic idem Ioannes in epistola sua ait, sicut pro nobis Christus animā suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Chrysostomus vero, Leontius, Theophylactus, & Euthymius aliam, cur hoc Christus dicat, causam reddunt, nempe vt ostenderet non propterea se ter eum interrogasse, q illi non crederet. Credere enimuero, & ita quidē credere, vt sciat eum pro se, cum opus erit, moriturum. In eundem fere modū Cyrillus, voluisse confirmare Christum vera esse quę Petrus respondebat, se eum amare: scire enim se illum pro se aliquando moriturum, Theodorus autem Mopsuest. vt illi negationis præteritæ memoriam, timoremq; & solicitudinem, qua propter illam angebantur, ab eo auferret. Alter etiam Leontius, idem que Chrys. & Theophylactus indicant, voluisse Christum Petrum nolentem ale diuelli consolari bono esset animo, patienterque discessum ferret suum, fore brem, vt se sequatur. Quod attinet ad secundam tertiamque quæstionem, omnes hic auctores tradunt significasse Christum fore, vt Petrus in crucem sublatos moreretur. Augustinus, Cyrillus, Chrysostomus, vterque Theodorus, Heracleotes, & Mopsuest. Leontius, Theophylactus, Beda, Rupertus, quo autem modo, quo tempore, quo loco, id Deo volēte in pstatione ad eius epistolas dicturi sumus. Quid dicatur, nemo non videt: cur ita dicatur, id vero explicandum est. Cur dicit, *cum esses iunior, cingebas te: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget*, vt significet, cum esset iunior, mortuum non fuisse: cum autem senueriit, esse pro se in cruce moriturum. Haud dubium, quin ad consuetudinem iuuentutis & senectutis communem alludat. Solent enim iuuenes robustiores, & magis expediti esse corpore, quam senes: itaque ipsi sibi sufficiunt, neq; ad corporis sui ministerium vlla alterius indigent ope, ipsi se vestiunt, ipsi se exuunt, ipsi per se sine duce, sine scipione, recti, vegetique, quo cumque libet, incedunt: senes contra aut morbis, aut ætate debilitatis membris aliorum, qui se vestiant, qui se cingant, qui se sustentent, indigent ministerio. Idem naturæ congruenter euenturum Petro, cum esset iunior, seipsum cinxisse, vestiisseque, id est, corporis sui habuisse potestatem, ideoq; illud conseruasse: fore, vt cū senuerit, eius corpus non in ipsius, sed in alio

in aliorum potestate sit, qui de illo, quidquid libuerit, A tem significari: id enim extensio manuum declarat. Alios auctores in pstatione in epist. Petri in eam rem plurimos citaturi sumus: hoc loco verba tantum ponā Theodori Mopsuestiensis, quem nescio an, cum eo peruenturi simus. [illegible] *Theodori Mopsuest. de morte Petri illum.*

19. Hoc autem dixit significans, qua morte clarificaturus esset Deum.] Dubium quo pronomen illud, *Hoc*, sit referendum. Hæreticorum interpretes, quia repugnare ori terrarii in eo obstinati errore sunt, vt non credit Petrum in cruce mortem subiisse, ne scilicet, si hoc cōfecerint, & illum concedere cogantur, Romæ fuisse mortuum: cum idē vtrumque, id est omnes prorsus, qui vnquam fuerunt auctores tradant, dicunt ad illud vltimum tantum verbum referri, *Et ducet, quo tu nō vis*, nihil enim aliud Christum significasse, quam Petrum non naturali, sed violenta morte vitam finiturum, idque ipsum nunc declarate Ioannem, cum dicit, *Hoc autem dixit significans, qua morte clarificaturus esset Deū.* Sed superiore versu ex sententia omnium auctorum deo strauimus non solū violentam, sed etiam crucis mor-

Cur Christus mentio nem mortis intulerit.

Clarificare Deum est gloriā illius glorificare.

Cur genus mortis Christi illius ita significauerit.

Cum hæc scribebat Ioannes iā Petrus erat mortuus.

Ter cum hoc dixisset Christus ter Petrum interrogat.

Calvinus Petrum ne quidem crucifixū.

Caluinus & Beza in Ioannem.

Ternarius numerus perfectionē significat.

Cur tristatus fuerit Petrus.

Tert. lib. 5. cont. Marcion. cap. 13.

Philip. 2. 21

1. Tim. 1. 5.

2. Timoth. 3. 1. 2.

Theodori Mopsuest. de morte Petri illum.

Mat. 10. 32.

mitram in te ouium mearu possessionem. Alij mortaliter, *sequere me*, id est mores meos imitare, vt Theodorus Heracleota idem q̃. Theophyla. Alij de ipso genere mortis interpretantur, vt superiora, quasi dicat, *sequere me* in cœlum eundem illidem vestigiis quibus ego viam mihi in cœlum pandi. id est per crucē. vt Theodorus, Mopsuest. Leontius, Augu. Beda. Euthym. Rupertus. Optimè autem omniū Rupertus. ideoq; eius subiiciam verba loco commentarij. *Mira*, inquit, *cum suauitate vera tex, & mansuetu Dominus preterita concertationis memoriæ, in qua eum dixisset ipse, Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea, respondens Petrus. Quare, inquit, non possum te modo sequi? animam meā pro te ponam, Ad hoc dicenti Domino in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait ille, vt supra dictum est, adhuc tenor earum si oportunitate me mors tecum, non te negabo. Huius, inquam, concertationis Dominus benigne meminit, dicens, sequere me, ac si diceret, Iam de te quod dixi tibi, Quo ego vado, non potes me modo sequi, tu nequaquam ter verecundum me esse comprobasti, superest vt de eo quod adieci, Sequeris autem postea, impletorum verus apparebat. Si quere ergo, id est imitare me. Ad incepsionem patientiæ pro me & in carcerem, & in mortem tu. Paratus inquam, & fortis eras, & sicut paulo antea tunica succingens, & mittens te in mare fidenter aliter ad litus peruenisti. sic in studio predicationis ascendens spiritu fortitudinis per medium tribulationis currens in littore quietis eternæ mecum stabilieris.* Hic vetus est sensus, & dilucidè enucleatus. Quamquam non negauerim Christum, cùm hæc diceret, abiisse cœpisse non vt iuberet Petrum pedibus se sequi oportere, sed vt ipso absentis habitu declararet, ita se mortis genere sequi debere, quemadmodum pedibus sequebatur. Itaque non arbitror literale esse, quod Chrysostomus, & Euthymius scribunt, iussisse Christum se Petrum pedibus sequi, tanquam aliorum Apostolorum ducem, tanquam Vicarium suum, magisque familiarem cæteris. tamen vt hæretici frendeant, verba hic eorum recitabo. *Quod si quis, inquunt, percontaretur, quonam igitur Iacobum sedem Ierosolymam acceperit? Respondetem hunc Petrum, tantæ urbis magistrum præposuisse.* Ad mortes si quis hoc accommodare velit dicat, quod Eusebius Emesenus scribit in hom. de Ioanne Euangelista, *Quod Petro dicitur, omnibus dicitur, Sequere me.*

Optima Rupertí interpretatio, quæ & auctoru est. Sup. cap 13. 36 37 38.

Quod Petro dicitur, sequere me, omnibus dicitur.

20.21. *Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem.*] Apparet, vt & Rupertus adnotauit in his verbis iã Petrum, cùm hoc dixit, sequi cœpisse Christum, cumque respexisset, Ioannem quoq; sequentem vidisse. Hoc enim est, *conuersus Petrus vidit illum discipulum.* Inde igitur occasionem accipit de illo potius, quàm de cæteris interrogandi, *Hic autem quid?* Sed quare inde occasionē acceperit, id nescio an quisquam interpretum satis animaduerterit. Quidã enim præsertim hæreticorum interpretes exponūt Petrum, cùm vidisset Ioannem Christum etiam sequentē, cùm ille non iussisset, vt se sequeretur, quasi admirantem hominis audaciam, qui non iussus, non vocatus Christum sequeretur, dixisse, *Hic autem quid?* quasi dicat, num & iustum iubes te sequi? si non iubes, quo ergo modo, quo ausu sequitur te? Sensus à sensu Petri prorsus alienus. Primum, quæ hoc dicunt, necesse est dicant Christum iussisse Petrum se pedibus sequi, quod est à nobis supra tes tatum. Deinde respõso Christi indicat Petrum nõ indigne tulisse, vt etiam Ioannes Christum sequeretur, sed potius optasse, vt sequeretur *si ego volo manere*, id est vt me non sequatur, *quid ad te?* Qui vero interpretantur iussisse Christum, vt se Petrus sequeretur, id est vt se genere mortis imitaretur, nec explicant, quomodo ex Ioanne sequente occasionem sumpserit hoc interrogandi; nec vero explicare cõuenirent illi sententiæ videtur posse. Ex eo enim, quod Petrus Ioannem, sicut & seipsum Christum sequentē videbat, non poterat conieckuram facere pro Christo nõ moriturum, sed potius moriturum, sicut ipse propterea iussus eum sequebatur, quia pro eo moriturus erat. Hic est nodus quē vellem aliquis soluisset. Credo ego Petrum duabus cõtrarijs inter se rationibus in eam impulsum fuisse dubitationem. Vna quidem ex parte, cum sciret quantopere Christus Ioannem diligeret, persuadebat sibi. hoc illi priuilegium concessurum Christum, vt violentam non subiret mortem; altera vero ex parte, cum eum sequẽtem videret, coniiciebat etiam ipsum pro Christo moriturum. In hanc ancipitem adductus cogitationem quæstionẽ Christo proponit, *Hic autem quid?* Atque hęc fortassis causa est, quamobrē Euangelista discipulum ita describerit, *quem diligebat Iesus, &, qui recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est, qui tradet te?* quod nusquam tam multis alias verbis fecisse legimus, vt causam scilicet vnã indicaret dubitationis Petri. Propterea enim dubitasse, an moriturus violẽta, & crudeli manu esset, quia vnice à Christo diligebatur. Probabilior certe hæc ratio est. quàm ea, quam Chrysostom. Theodor. Heracleota, Leontius, Theophyl. & Euthy. reddunt, Petrum singulari erga Ioannem amore fuisse, ideoq; noluisse ab eo separari, sed optasse, vt Ioannes etiam Christū sequeretur, id est pro illo moreretur. Responsio enim Christi haud valde obscure indicat Petrum genus potius quoddam beneficij, ac priuilegij esse existimasse, quod Ioannes violentam non subiret mortem. *Si eum volo manere, quid ad te? tu me sequere*, adhuc enim Petrus non Spiritu sancto cõfirmatus, & in nouum muratus hominẽ, vt homo loquebatur. Probabilior etiam, quàm illa alia, quam Rupert. adducit, ideo hac descriptione vsum Euangelistam, vt intelligeremus Dominum dicentem Petro *sequere me*, illud respicere, quod eidem dixerat in cœna *Non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Hoc nempe*, inquit, *tunc dixit ei, quando super pectus eius recubuit, unde discipulus iste dixit ei, Domine, quis est, qui tradet te?* Hinc alia necessaria ad explanationem huius loci soluitur quæstio, num Petrus Christi enigma intellexerit, *Cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cum autem senueris, alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.* Qui enim dicunt Petrũ existimasse pedibus sequendum esse Christum, ideo quæ miratum Ioannem quoq; iniussum sequi, in ea apparet ellẽ sententia, vt putent non bene Christi dictum intellexisse. Ex nostra autem interpretatione cõstat latis intellexisse. Imo non ille modo solus, sed omnes etiam alijqui aderant, intellexerunt: propterea enim existimarunt Ioannem nõ moriturum, quia cùm Petro dixisset, *sequere me*, de Ioanne dixit, *Si eum volo manere.* Nam si intellexerunt, *manere*, id est non sequi esse non mori, intellexerunt vtique, *sequi*, esse mori. Non omiserim, vt etiam atque etiam hęc etiã atque etiam adnotarunt. in cœna autem non fuisse Petrum interrogare Christum, qui ipsum traditurus esset, sed eam curam Ioanni demandasse; hic autem ipsum per se etiam de rebus, quæ ad Ioannem ipsum pertinebãt, interrogasse, *quia iam* inquiunt, vniuersæ Ecclesiæ, & proinde aliorum discipulorum curam suscepérat; ita que suo incipit munere fungi, & pro omnibus solicitus esse.

Vera lectio huius loci.

Sup. c. 13. 36

Num Petrus Christi verba intellexit.

Ad Ioannei mortuum sit 4. sententia.

1. Non fuisse mortuum.

21.23. *Si eum volo manere, donec veniam quid ad te? tu me sequere.*] Primũ hoc loco de lectione, deinde de sensu disputandum, qui maxima ex parte ex lectione pẽder. A multis iam ante nos obseruatum est triplicem huius loci lectionem reperiri. Prima est illa maximè vulgaris, quæ in omnes fere Latinos perfusit codices, eoíq; incredibili scriptorum negligentia contaminauit. *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* nulla prorsus specie probabilitatis. Nam & sententia particulam conditionalem. *si*, necessario requirit, & nulla interpositio, quæ in omnibus Græcis legitur libris, & ἐὰν est, vt suspicio vlla esse possit, interpretem nostrum, vnam pro altera legisse. Tamen sic hoc loco Augustinus legit, sic sermone de tempore 149. sic Eusebius Emesenus, hom. de Ioanne Euangelista, sic Ambros. in narratione Psal. 45. & serm. 20. in Psal. 118 sic Beda. Rupertus hunc locum interpretantes Altera lectio est, *Si eum volo manere, donec venio, quid ad te?* Quemadmodum & Syriaca exemplaria, & nõnulla Latina, & vetusta manu scripta legunt, quæ ab eis, qui præcipuam in hac re operam posuerunt, notata sunt. Tertia ex his duabus coalsit, *Si sic eum volo manere, donec veniã, quid ad te?* quomodo Hierony. lib. aduersus Iouinian. 1. legere videtur. Vera lectio est, vt ex Græcis codicibus apparet, *Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Sed aut in cutia, vt fit, notatiõti pro, *Si*, cœptũ est scribi. *Sic*, aut ab aliquo fortasse, qui nolebat, Ioannem esse mortuum, studiose per speciem correctionis locus corruptus est. Superuenit alius qui spiam: qui cum in aliis libris *Si*, in aliis, *Sic*, scriptum videret, vtramque lectionem coniunxit, *Si sic eum volo manere, quid ad te?* Quod attinet ad sensum, quocunque modo legamus, nõ magnum discrimen est. Hoc tantum interest, quod si legamus, *Si eum volo manere*, affirmat Christus, velle se eum manere: tamen vt postea demonstrabimus, nõ continuo sequitur, Ioannẽ non esse mortuum: sin autem legamus, *Si eum volo manere, aut, si sic eum volo manere*, nihil affirmat, sed sub conditione loquitur. non debere Petrũ moleste ferre, etiamsi eum manere vellet. Ad sententiam veniamus, quæ tota ex consecutis eruntur colligenda est. Et enim si Ioannes mortuus non esset, non dubium quin Christus id significaturit, et tamsi, vt Euangelista exposuit, diserte non dixerit, eum non moriturum: tamen interpretabimur Ioannem dicentẽ, *Et non dixit Iesus, non moritur, sed si eum volo manere*; non quasi discipulorum errorem corrigere voluerit, sed quasi voluerit ostendere, quam subtili coniectura, q̃ obscure Christus indicauerat, intellexerint, quod cum nõ diuisset aperte discipulu m illum non moriturum, sed tantũ, *si eum volo manere*, aut, *sic eum*, aut, *si sic eum, quid ad te?* sagaciter tamen diuinauerint, quid Christus significare voluisset, eum nimirum non moriturum. Si autem mortuus est, manifestum erit, noluisse Christum indicare eum non moriturum. Ea igitur quæstio prius explicanda. Multos de hac dubitasse, mortuusne esset Ioannes, an non, Ambros. serm. 20. in Psal. 118. auctor est, nonnullos vero sensisse non fuisse mortuum. Augustin. Beda, & Euthymius hoc loco referunt. De morte igitur Ioannis quatuor apud graues auctores inuenio sententias. Prima est, non fuisse mortuum. In qua sententia videtur vetustissimus fuisse auctor Hippolitus in li. de consummatione seculi, & Beda in ser. de Ioanne Euangelista, si tamen eius est, & quicunq; senserunt Ioannẽ vna cum Enoch, & Elia ante secundum Christi secundum venturũ esse. Ita certe sentit Dorotheus in vita Ioannis. Probare solent, qui ita sentiunt opinionem suã ex Christi verbis. Matt. 16. 28. *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.* Qui eam sententiam sequi volet, etsi meo quidẽ consilio nemo sequetur, tñ qui sequi volet, iam docuimus, quomodo id, quod Ioannes subiicit, explicare debeat. *Et non dixit ei Iesus, non moritur, sed si eum volo manere, donec veniã, qui*

ad te? Secunda est, fuisse mortuum, & quidem mortis genere violentæ quamuis alio, quam Petrũ, occisum enim à Traiano fuisse. Ita Theoph. in illa Matt. verba c. 20. 23. *Calicem quidem meum bibetis*, quod ex illis ipsis probat verbis: nec enim dubium, quin mortem suã violentam, quantum quidem in Iudæis fuit, calicem suum appellauerit, quem cum & Iacobum, & Ioannem fratres habituros esse dixerit, quis audeat dicere violentam mortem non obiisse? Præsertim cum Iacobum ab Herode occisum constet Act. 12. 2. & eundem vtrunque calicem bibiturum dixerit. Tertia est, mortuum fuisse, sed non occisum. Quarta est, multo plures & maiores auctores habens, naturalem obiisse mortẽ Tertullianus in lib. de anima. c. de Menandro hæretico. *Obiit*, inquit, & *Ioannes, quem in aduentũ Domini remansurum frustra fuerat spes.* Polycrates Ephesiorum Episcopus apud Eusebium Cæsar. lib. 3. hist. Eccles. c. 31. Ambrosius in comment. in psa. 45. & ser. 20. in psa. 118. Hieron. in comment. in c. 10. Matt. Eusebius Emesenus in hom. de Ioanne Euangelista, Chrysost. hom. in Ioann. 2. August. hic & ser. de tempore 149 Theodor. Heracleota, Theodor. Mopsuest. in Græcorum Catena, Leontius in comment. ad hunc locum. Gregor. homil. in Euãgelia 25. Beda hoc loco, & in Martyrologio vitam Ioannis scribens, Theophylact. etiam, Euthy. & Rupertus in comment. ad hunc locum & Haymo in vita Nicolai. Hoc multo probabilius: satis enim apparet voluisse Ioannem hoc loco eam de se vulgatam opinionem corrigere, docereque pro sua modestia se immortalem non futurum, nec id Christum aut dixisse, aut vllo modo indicasse. Quod eo magis videbat esse necessarium, quod cum admodum, cum hæc scriberet, senex esset, ea magis vulgo inualescat opinio ipsum: cum mortuus non esset, non esse moriturum. illud autem, q̃ ex Matthæo afferunt, qui mortuum esse negant. c. 16. 28. illic explicatum à nobis est. Reliquum est, vt & hunc explicemus locum. Quid est, *si eum, aut, sic eum, aut, si sic eum volo manere, donec veniam?* In duobus verbis quæstio versatur quid sit, *manere*, & quid sit, *donec veniã*. Augustinus, & Beda, vt vulgari ceder et opinioni ad allegoriam confugerunt. per Petrũ actiuam, per Ioannem contemplatiuam vitam significari: Petrum ergo, id est actiuam vitam non debere manere, id est expectare aduentum ad indicandum Christi, sed antequam ille veniat, satagere, ac perfici debere. *Ambulare*, inquit. *dum lucẽ habetis, & venit nox, quãdo nemo potest operari.* Chrysostomus vero, & Theophylactus de loco videntur interpretari, Si eum volo hic manere, & non mitti tecum in totum orbẽ terrarum ad docendos omnes gentes, donec paulo post, rediam, & mittam eum, *quid ad te?* Omnes alij auctores de morte exponunt, *si eum volo manere*, id est non mori *donec veniam. quid ad te?* Dissensio inter eos est de illo verbo, *Donec veniam.* Alij enim intelligunt non secundum Domini aduentum, quem omnes expectamus, sed aduentum illum metaphoricum, quo non quidem visibili. et sicut ad iudicium, sed per potentiam, virtutemq; suam venturus erat, vt per Titum, & Vespasianum Ierosolymitanam deleret vrbem. Significare ergo Ioannem non moriturum vsque ad tempus Vespasiani, cum Ierosolymitanum vidisset excidium. Sic Dorotheus in Synopsi scribit sensisse aliquos: ita quoque hoc loco Theophylactus. Violenta, & minime pro-

2. Fuisse mortuum.

3. Mortuum fuisse, sed non occisum.

Trad. 124.

4. Naturalem obiisse mortem.

Quid significet, donec veniam.

me probabilis interpretatio. Alii secundum Christi A admentum intelligunt, sed hyperbolem esse putant, quæ nihil aliud significetur, quam Ioannem diutissime victurum esse. Sicut nos vulgo, cum aliquid valde tero faciendum significare volumus, dicere solemus, Non fiet vsque ad diem iudicii. Ita Leontius, & Theodorus Mopsuest. Alii secundum aduentum sine vlla hyperbole, sine vlla figura notari putant, sed Christum non de quacunque, sed de sola violenta loqui morte quam Ioannes vsque ad secundum Domini aduentū non esset, sicut Petrus erat subiturus. Sensum ergo esse, *Si eum, aut, sic eum*, aut, *si sic eū volo manere*, id est illæsum, non crucifixum sicut te, non alio violentæ mortis genere cōfectum, ac dilaceratum, sed sanum, atq; integrum, quamuis mortuum, *quid ad te? tu me sequere*, tu nec cū ad crucem propera. Sic Eusebius Emesenus in homilia de Ioanne Euangelista, Augustinus ser. de tempore 249. & Rupertus hoc loco. Atque hic versus & germanus est sensus. Id enim agebat Christus, vt Petro Ioannem opponeret. Petrum dixerat secuturū se, de se in cruce mortem, sicut ipse subiturus: ergo quando è contrario dicit velle se manere Ioannem, non significat eum non moriturum, sed non eo modo quo Petrum, id est vt illata moriturum, Atq; hoc est, quod ipse Ioannes subiicit, *Et non dixit Iesus ei quia non moritur, sed si eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Ad hunc sensum nihil refert, quo modo legamus siue *Si*, siue *sic*, siue *si ita. eum volo manere*: idem enim est sensus. Quid respondendum ad illud Matt. 20. 23. *calicē quidem meum bibetis*, illi ex Hieronymo & aliis auctoribus diximus. Moralem sensum Cyrillus notat, natura sic esse comparatum, vt velimus nostrorum laborum habere socios. Non obseruare nobis admodum vtile possumus documentum, si quid cui beneficii aut priuilegii, aut à Deo, aut ab hominibus concedatur, quod nobis denegatur, non continuo murmurandum, non continuo dicendū: *Hic autem quid?* Nam si Christus Petro, qui, vt Chrysostomus, Theodorus Mopsuest. Theophylact. & Euthymius scribunt, eutanasiam torturis deperat Ecclesiæ, non peperit: sed cum reprehendit. *Quid ad te?* quanto minus priuatis hominibus nobis parcet, quando asperius nobis dicet *Quid ad te? tu me sequere. Tu qui iudicas alienum seruum domino suo stat aut cadit. Si exerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore.* 1. Cor. 12. 15.

Ad hæc verba sint Euangelista.

24. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium eius.*] Miror vehementer doctos homines, & bene profecto Catholicos ætate nostra extitisse, qui, an hæc verba Euāgelistæ sint, in dubium reuocauerint, videri enim ab aliquo posset, aut à tota Ecclesia ad commendandam huius Euangelij auctoritatē adiecta fuisse, quod nescio an quispiam hæreticorum, qui modo Ioannis receperint Euangelium, quamuis audaces, quamuis magni sint Aristarchi, ausus fuerit facere. Quis enim est veterum auctorum, qui hæc verba tanquam Euāgelistæ non proferat? Certe verba, quæ sequuntur proximo versu alterius, quam Euangelistæ esse non possunt. Quis enim potuit dicere, *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.* nisi qui & ea quæ Iesus fecerat viderat, & reliqua eius facta scripserat, quæ in hoc cōtinentur Euangelio? Et si Theodorus Mopsuest. putat hæc ipsa verba Euangelistæ non esse. Consuetudo quoque scribendi Ioannis indicat hæc eius esse verba. Eodem enim modo scribit 1. epistol. c. 1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod*

vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ annuntiamus vobis. Oportebat denique homines Catholicos Concilium tenere Tridentinum, quod non solum totum opus, sed singulas etiam partes tanquam Ioannis approbat. At quotsum præter aliorum consuetudinem hoc Ioannes adiecit? Legisset ut auctores nam multi quæstionem eam proponunt, & eius rei causas probabiles reddūt. Chrysostomus, & Theophylactus putant causam fuisse, cur, cum alii multi scripsissent Euangelia, & ipse ad scribendum accessisset, amore nimirum erga Christum fecisse, & vt eius vicissim erga se memoriam conseruaret: hunc enim, qui hæc scribebat, illum fuisse discipulum, quem tā opere Iesus diligebat, quiq; B in cœna in eius pectus recubuerat. Cyrillus vero & Rupertus, vt auctoritatem his, quæ scripserat, fidemq; conciliaret: se enim non falsa, non incerta, non ignota narrasse, sed quæ ipse vidisset, cum adeo à Christo dilecto esset, adeo illi familiaris, adeo eius lateri semper inhærens, vt ignorare non posset, quæ ab illo gesta erant, nec Christum amatorum tam opere eum fuisse, si eiusmodi esset, vt mentiretur. Hanc habet emphasim pronomen illud, *Hic, hic*, scilicet quem diligebat Iesus qui tam familiaris illi fuit, vt in eius pectus in cœna recumberet, vt solus auderet interrogare, quis eum traditurus esset. Implet hæc, vt Rupertus obseruauit. quod dicit, *hæc*, nonnulli ad id solum referunt, quod de Petro & Ioanne proxime dixerat. Sed multo est probabilius ad totum, quod scripserat, Euangelium esse referendum. Apparet enim, vt diximus, toti operi fidem conciliare voluisse: & non tam solicitum esse decere, vt quæ de se, & Petro paullo ante quam vt quæ toto Euangelio de Christo, de eius doctrina, moribus, miraculis, morte, resurrectione dixerat, lector crederet. Atque ita Chrysostomum, Cyrillum, Theophylactum intellexisse ex eorum, quas modo recitauimus, interpretationibus perspicuum est. Quod sequitur, *Et scimus, quia verum est testimonium eius*, patum consequentem otationem videtur reddere. Primum quia cum ante per tertiam personam locutus fuisset, nunc per primam loquitur: deinde quia cum ante singulari, nunc plurali dicit numero *scimus*. Hæc res contēnenda aut suspicionem quibuslā iniecit Græce pro *scimus* legendum esse *oἴδαμεν*, legi, atq; ita quidem Theophylactus videtur legere. Sed nihil tam tenui cōiectura mutandum est. Nam persōnæ numerique mutationem, qui consuetudinem Hebræorum nouerit, minime mirabitur. Et reddi aliqua potest ratio, cur cum ante per tertiam personam dixerit *hic est discipulus ille* nunc per primam dicat, *scimus*, qa iam declarauerat secum esse discipulum, atq; oportebat vt per primā de se personā loqueretur. Cur ergo plurali numero? & eius rei aliqua potest affferri causa. Sunt qui putent auctoritatis gratia ita loqui, quod & à Ioannis moderatione, & ab Hebraicæ, Græcæ linguæ consuetudine alienum est. Credo ergo suum testimonium aliorum etiam omnium discipulorū consentiens corroborare voluisse, quasi diceret non solum ego, qui testimonium perhibui, sed ego, & omnes qui cum Christo versati sumus, scimus verum esse. Piget Rupertī interpretationem referre nimis alienā. Putat enim mihi esse, quasi hæc verba Ecclesiæ sint Euangelistæ respōdentis, Amen, ita est, scimus eum discipulum vera dixisse.

Sup. c. 13. 26. & hoc cap. ver. 20.

25. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.*] Putat vt paullo ante diximus, Theodorus Mopsuest, hæc verba Euangelistæ non esse, sed ab aliquo postea adiecta esse, quod illic quoque refutauimus. Quia, si solis rationibus, & cōiectatis

Sup. c. 20. ver. 30. & 31. Scripturis. Cur præter aliorum consuetudinem Ioannes ea addiderit.

iecturis res agatur, magis probabile est hæc verba, A quam ea, quæ superiore versu sunt, à Ioanne scripta esse. Sed, vt diximus, neque de his, neque de illis licet dubitare. Videndum ergo primum quorsum hæc Euangelista dicat: deinde quomodo intelligendum, quod ait fore, vt si omnia, quæ Christus fecit, scriberentur, mundus libros capere non posse, Chrysostom. & Theophylactus ideo existimant hoc addidisse, vt ostenderet se non ad gratiam, quod amicus esset, scripsisse Christi, etenim qui ad gratiam scribunt alicui, nihil prætermittere solere, quod ab eo gestum fuerit cōmemoratione dignū: se vero multo plura, quam scripsisset, & valde memorabilia prætermisisse. Cyrillus vero, &, vt videtur, Leontius, & Theodorus Heracleotes excusationem esse putant: potuisse enim Euāgelistam ab aliquo imprudenter reprehendi, quod B multa Christi facta silentio prætermisset, excusare multitudinem ab eo gestarum rerū, tam multas fuisse, vt nec scribi possint, & si scribere tentat, tot mundus volumina capere non posse. Quod dum dicit & se excusat, & res Christi magis quodam modo, quam si eas perscripsisset amplificat. Probabilius hoc est: quamquam mihi quidem alio portus spectasse videtur Euangelista, ne quis existimaret nō fuisse facta à Christo plura mirabilia, quā quæ ipse, cæteriq; Euāgelistæ cōmemorassent: & fidei terminū figeret, nihil præterea credent, quod aut alibi legeret, aut aliunde à Christo factum audiret. Non de quibuslibet, vt opinor, sed à Christo factis, sed de solis miraculis loquitur, vt Theodorus Heracleota, Leontius, & Cyrillus inter-

De solis miraculis an hæc intelligā tur verba.

pretantur, & ex superiore capite ver. 30. colligitur, aut certe de miraculis, doctrina, & mysteriis, in quibus fuit mors, & resurrectio. Quod dicit mundum libros q scribendi essent, capere non posse, quia nimis hyperbolicum videbatur, metaphorice multi intellexerūt, vt mundum non cœlum, & terram, sed homines intelligat. Sed ii ipsi auctores non eodem modo interpretantur. Nam alii exponunt fore, vt homines capere non possent, id est vt non possent intelligere, vt Augustinus, Beda, & Rupertus; quem sensum etiā Theophylactus probat, & illis Christi verbis confirmat, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*, cap. 16. 12. Alii fore vt non caperent, id est, vt memoria res tam multas, ac varias continere non possent, vt Theodorus Heracleotes, & Leontius. Vtraque interpretatio vno refellitur verbo, *libros*: quorsum enim diuisset libros non posse capere, si id dicere voluisset. Diuisset potius fore, vt res ipsas, quæ scribendæ essent, capere non posset. Theodorus vero Mopsuest. exponit mundum non fuisse capturum, id est neminem futurum, qui tot sibi libros, quot necessario scribendi forent, comparare posset. Sed & hanc interpretationem satis apparet non esse germanam. Verus sensus est, multos scribendos fuisse libros, si omnia, quæ Christus fecisset, sigillatim scribenda essent, sed eam librorum magnitudinem, magnitudinemq; voluminis per hyperbolem, cum eorum numerum dicere non posset, declarauit, vt etiam August. Leontius, Cyrillus, Beda, Theophylactus, & Euthymius exponunt.

FINIS.

INDEX

LOCORVM SCRIPTVRAE, QVÆ IN COMMENTARIIS IN LVcam, & Ioannem exponuntur.

GENESIS.

c.3.10. Adam vbi es. 307.c
3.17. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. 304.d
4.1. Peperit Cain dicens, possedi hominem per Deum. 471.a
4.25. vocauitque nomen eius Seth dicens, posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. ibid.
6.4. Isti sunt potentes à seculo, viri famosi. 76.c
10.9. Venator robustus coram Domino. 26.d
15.6. Credidit Abraham Deo, & reputatū est ei ad iustitiam. 746.b
15.17. Et lampas ignis transiens per partes illas. 741.c
16.6. Ecce ancilla tua in manu tua est, &c. 54.b
17.17. Putasne centenario nascetur filius? 30.c
18.12. Quæ ipse occulte dicens postquam consenui, & dominus meus vetulus est. ibid. &c.
20.18. Concluserat Dominus omnem vulvam domus Abimelech. 34.d
30.23. Abstulit Deus opprobrium meum. ibid.b
35.21. Fixit tabernaculum trans turrim gregis. 94.c
37.4. Oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. 844.a
46.25. Omnes animæ domus Iacob, &c. 421.b
48.22. Do tibi partē agri extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. 524.d

EXODI.

8.24. Venit musca grauissima. 446.d
14.15. Quid clamas ad me? 319.c
21.33. Si quis aperuerit cisternam, & foderit &c. 253.a
33.20. Nō videbit me homo, & viuet. 24.b 436.a

LEVITICI.

11.2. Mulier si suscepto semine peperit masculum, immunda erit. 7. diebus. 105.a
26.16. Quid blasphemauerit nomē Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. 746.d

DEVTERONOMII.

4.15. Nō vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb. 391.c
18.15. Propheram de gente tua suscitabit tibi Deus. 395.a
32.32. Vua eorum vua fellis, &c. 901.b
32.38. Surgant, & opitulentur vobis. 267.b

IOSVE.

7.19. Da gloriam Deo. 756.b

IVDICVM.

6.23. Pax tecum. 364.a
2.8. Suscitat de puluere egenum. 66.a
16.6. Homo videt ea, quæ parent; Deus autem intuetur cor. 710.c.

II. REGVM.

2.4. Surgant pueri & ludant. 1019.d

III. REGVM.

8.29. Ergone parandum est, quod Deus habiter in nobis? 347.
12.16. Quæ nobis pars in Dauid? 862.b
22.22. Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. 734.a

IIII REGVM

4.29. Accinge lumbos tuos, & tolle baculū meum. 228.d

IOB.

2.4. Pellem pro pelle dabit homo. 432.d
12.18. balteum Regum dissoluit. 66.a
17.12. post tenebras spero lucem. 406.c.
19.17. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. 438.a
20.29. Hæc est pars hominis impii. 103.a

PSALMORVM.

2.4. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. 48.c.
2.6 Ego autem constitutus sum ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. 44.d 371.a 971.c
10.4. Dominus in templo sanctum suo. Dominus in cœlo sedes eius: oculi eius in pauperem respiciunt. 63.d
12.4. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam, &c. 81.c
13.3 & 52.6. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. 96.c
16.8. Sub vmbra alarum tuarum protege me. 48.c
17.3. Protector meus, & cornu salutis meæ. 75.c.
17.31. Deus meus impollura via eius. 63.c
21.17. Circundederunt me canes multi. 781.c.
24.6. Miserticordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. 76.d.
25.1. Iudica me Deus, & discerne causam, &c. 737.b
26.6. Dominus custodiat introitum tuum & exitum, &c. 772.a
26.10. Dominus autem assumpsit me. 66.c.
30.8. Quoniam respexisti humilitatem meam. 34.b
32.10. Dominus dissipat consilium gentiū. 65.a
33.3. In Domino laudabitur anima mea. 61.b.
33.4. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus, &c. 60.d
33.18. Clamauerunt iusti: & Dominus exaudiuit eos. 319.d
34.2. Non super gaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis. 923.c
41.3. Emitte lucem tuam, & veritatem, &c. 305.c
44.10. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. 44.c.
49.6 & 748. Quoniam Deus iudex est. 586.a
59.3. Iratus est, & misertus es nobis. 59.c
59.5. Ostendisti populo tuo dura. 577.b.
59.8. & 107.8. Dividam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. 531.d.

61.11. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere 238.
12. 230.c
62.7. In matutinis meditabor in te. 243.b
64.6. Nolite extollere in altum cornu vestrum. 812.c
65.12. Transiuimus per ignem, & aquam. 134.c. 231.c
66.7. Terra dedit fructum suum. 49.c
67.25. Viderunt ingressus tuos Deus. 157.b
68.23. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta. 181.c
68.24. Tempus beneplaciti Deus. 149.c
71.18. & 135.4. Qui facis mirabilia magnus solus. 61.c
72.27. Qui elongant se à te, peribunt. 262.c. 267.a
73.9. Signa nostra non vidimus, iam non est propheta. 117.a
73.12. Operatus est salutem in medio terræ. 137.b
77.49. Immissiones per Angelos malos. 245.c
77.57. Conuersi sunt in arcum prauum. 589.b
79.2. Qui regis Israel intende. 1033.d
79.12. Extendit palmites suos vsque ad mare. 917.a.d
81.6. Ego dixi, Dii estis. 787.c
81.8. Surge Deus iudica terram. 267.b
84.12. Veritas de terra orta est, &c. 81.c
88.35. Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. 569.c
88.38. Thronus eius sicut Sol in conspectu meo. 839.a.b
90.12. In manibus portabunt te. 289.c
93.12. Beatus, quem tu erudieris Domine. 532.d
101.5. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. 367.a
102.17. Misericordia autem Domini ab æterno, & in æternum super timentes eū. 64.a
103.30. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. 48.a
105.23. Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, &c. 106.40. Effusa est contentio super principes. 66.a
108.3. Sermonibus odii circumdederunt me. 781.c
108.8. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. 969.c
108.18. Induit maledictionem sicut vestimentum. 571.c
109.2. Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion. 538.
109.3. Tecum principium in die virtutis, &c. 718.c
125.1. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. 366.d
126.1. Ecce hæreditas Domini, filii merces fructus ventris. 59.c
131.11. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. 442.a 591.a
131.12. Si custodierint filii tui testamentum meum. 45.c
135.17. Illud producam contra Dauid. 75.c
138.6. Mirabilis facta est scientia tua ex me. 907.a
138.16. Imperfectum meum viderunt oculi mei. 412.c
148.5. Dixit, & facta sunt; mandauit, &c. 814.c.d

PROVERBIORVM.

5.22. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. 727.b
8.22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, &c. 388.c 390.a
16.24. Dulcedo animæ sanitas ossium. 850.c.d
18.10. Turris fortissima nomen Domini. 965.b
19.17. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. 228.b
22.1. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. 962.c

ECCLESIASTÆ.

3.21. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? 432.c

CANT. CANTICORVM.

5.3. Laui pedes meos, & quomodo inquinabo illos? 903.c

SAPIENTIÆ.

2.12. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, &c. 689.a
4.5. Ramis conteruntur infirmati, & fructus eorum inutiles. 59.a.b

ECCLESIASTICI.

5.8. Non tardes conuerti ad Dominū. 268.c
9.20. Erunt tibi corpus illius in iudam gloriæ. 272.c
10.8. Regnum à gente in gentem transfertur. 862.c
15.5. Stolam gloriæ vestiet illum. 272.c
24.19. Qui bibunt me, adhuc sitient. 551.b
30.24. Miserere animæ tuæ placens Deo. 316.c
32.1. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto, &c. 470.c.471.a
51.6. Liberasti me à pressura flammæ. 234.c

ISAIÆ.

1.3. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autē me non cognouit. 95.d
1.11. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? 541.c
1.26. Post hæc vocaberis ciuitas iusti. 43.
2.13. Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem, &c. 370.
3.10. Legebunt partē eius, & defolati in terra habebit. 824.
4.3. Reliquum in Ierusalem sanctificabitur. 43.c
5.4. Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? 30.b
6.9. Excæca aut oculos eorum, & indura aures eorum, &c. 843.a
7.9. Nisi credideritis, non intelligetis. 59.a
8.3. Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. 48.a
8.13. Dominum exercituum ipsum sanctificate. 118.b.c
3.9.20. Nunquid non populus à Domino suo requiret visionē pro viuis à mortuis ad legē magis, & ad testimoniū. 300.d.e
9.7. Super solium Dauid, & super regnum eius. 44.a
11.1. Egredietur virga de radice Iesse, &c. 75.d
14.1. Prope est vt veniat tempus eius, &c. 44.b.c
14.13.14. In cœlum conscendam, similis ero altissimo. 731.d.732.d
19.18. In illa die erunt quinque ciuitates in terra Ægypti. 259.b
28.16. Qui crediderit, non festinet. 557.
29.11. Signatus est enim illis liber. 594.a
30.2. Habeatis fiduciam in vmbra Ægypti. 49.a
32.9. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam. 177.a.b
35.5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures, &c. 922.b
39.4. Omnis quæ sunt in domo mea viderunt; non sunt res, &c. 402.a
39.8. Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis. 288.a
40.5. Et videbit omnis caro, quod eos Dominus locutus est. 402.a.b
40.10. & 62.11. Merces eius cum eo & opus illius coram illo. 417.c
43.2. Cum ambulaueris in igne, non combureris. 234.c
43.8. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem. 148.c
44.5. Ille dicet, Domini ego sum. 452.a
47.11. Scies, & ignorare non poteris. 320.d
49.6. Parum est vt sis mihi famulus ad suscitandas tribus Iacob, &c. dedi te in lucem gentium. 45.c 769.a 892.a
49.14. Nunquid tolletur à forti præda? 774.c
52.2.3. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. 129.c
53.1. Brachium Domini cui reuelatum est? 842.a 967.c
53.7. Quasi agnus coram tondente se obmutescet. 446.b
53.8. Generationem eius quis enarrabit? 684.a
55.1. Omnes sitientes venite ad aquas. 452. c. 691. c 693.d
58.1. Clama ne cesses, quasi tuba exalta &c. 691.c
63.3. Circumspexi, & non erat auxiliator, & saluauit mihi brachium meum. 64.c
63.16. & 64.8. Tu pater noster es, & Abraham nescivit nos. 418.b
64.1. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. 740.a
65.24. Et ego antequam clamem, ego exaudiam. 419.c

IEREMIÆ.

1.5. Et antequam exires de vulva, sanctificaui te. 587.c 969.a
2.21. Ego te plantaui vineam electam 917.b.c
3.17.18. Hamiliamini, sedete, quoniam descendit de capite vestro corona vestræ gloriæ. 82.b
23.16. Nolite audire verba prophetarum, quæ prophetant vobis, & decipiunt vos. 958.c
23.21. Non mittebam prophetas, & ipsi current. 719.b.c 776.c

30.9 Seruiét Domino Deo suro, & Dauid Regi suo, quem suscitabo eis. 44.b.371.a.b.
42.4 Iudicabo vobis, nec celabo vos quicquam. 402.a

EZECHIELIS.

15.2. Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? 907.d
16.51. Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. 324.a
18.20. Filius non portabit iniquitatem patris. 748.b
34.2. Væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos. 772.d
34.23. Suscitabo super eos pastorem vnum, &c. 44.c
37.24. Seruus meus Dauid super eos, & pastor vnus erit. ibid.

DANIELIS.

2.21. Transfert regna, atque constituit. 68.a
6.26. Ipse est enim Deus viuens. 74.b
7.14. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, &c. 41.b
9.26. Ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem. 479.c
10.8. Vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo. 23.b

OSEE.

3.5. Quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum. 44.c
6.3. Visitabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. 249.d
9.14. 15. Da eis vuluam sine liberis, &c. 34.d

MICHÆÆ.

4.7 Regnabit Dominus super eos in monte Sion. 45.b
4.8. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion. 94.c
5.2. Et tu Bethlehem terra Iuda. 457.

HABACVC.

3.2. In medio annorum viuifica illud. 93.d

ZACHARIÆ.

11.10. Aspicient ad me, quem confixerunt. 953.b

MALACHIÆ

2. 2. Maledicam benedictionibus vestris 758.d
4.6 Conuerter cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum. 28.b.c.d

MATTHÆI.

2.11. Et intrantes domum inuenerunt puerum &c. 93.a
3.11. Fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. 429.d
4.16. Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. 279.c.d 404.c
5.14. Vos estis lux mundi. 848.b
7.12. Hæc est enim lex, & Prophetæ. 368.c
7.14. Quam angusta porta, & arcta via est, &c. 234.c
8.10. Non inueni tantam fidem in Israel 397.d
8.11. Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, &c. 291.a
8. 22. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 124.c
9.12 Non est opus valétibus medic⁹, 221.d
9.13 Misericordiam volo, & non sacrificiū 211.c
9.14. Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? 46.d
9.37. Messis quidem multa, operarii autē pauci. 546.b
10.16. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. 918.c
10.20. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus, &c. 211.b.c
10.33. Qui negauerit me corā hominibus, negabo, &c. 596.a
10. 37. Qui amat patrem, & matrem plus quam me, non est me dignus. 129.c
11. 11. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Bap. 597.a
12. 48. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? 2.1.c.467.c
13.41. Mittet filiꝰ hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala 908.a.b
16.18. Et portæ Inferi nō præualebunt, &c. 41.b
16 28. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortē donec, &c. 1033.c
17. 24. Magister vester non soluit didrachma? 46.c 312.
19.21. Si vis perfectus esse, vade, vende, &c. 854.a.b
20.23 Calicem quidem meum bibetis, &c. 1031.e
21.10. Commota est vniuersa ciuitas 85.c
21.23. In qua potestate hæc facis? 470.c.b
23.35. Vt veniat super vos omnis sanguis &c. 252.a.b
23.39 Benedictus qui venit in nomine Domini. 39.b.c
25.35. Esurijui, & dedistis mihi manducare. 395.d
26.39 Pater mihi possibile est, transeat à me calix, &c. 831.b.954.d 955.a
28.19 Ite, docete omnes gentes 1025.b

MARCI.

9. 9 Nemo est, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. 311.b.c

LVCÆ.

1.17. Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ. 441.b.c
1.34 Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? 29.d.e
1.43. Vnde hoc mihi, vt veniat mater, &c. 32.d
1. 62 Innuebant patri eius, quem vellet, &c. 32.a
1.76 Et tu puer propheta altissimi vocaberis. 442.a
2.15. Transeamus vsque Berhlehem, & videamus, hoc verbum, &c. 11.a
2.15. Cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus. 439.b
3.38. Qui fuit Adam, qui fuit Dei. 51.c
5.17 Erant Pharisæi sedentes, &c. 248.b
6.32 Si diligitis eos, qui vos diligunt, q̄ vobis est gratia. 307.c
6.38. Mensuram bonam, & confertam, &c. 208.c
9.55. Nescitis cuius spiritus estis. 28.a
10.17. Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. 1026.a.b
10. Maria sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. 256.d
11.15. In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia. 736.b.814.a
11. 12. Vniuersa arma eius auferet, &c. 836.c
11.27.28. Beatus venter qui te portauit, &c. 58.c
11.37. Præcinget se, & faciet illos discumbere. 228.a
23.34. Pater dimitte illis: non enim sciunt, &c. 963.b
24.49. Sedete in ciuitate, quoad vsq; , &c. 48.c

IOANNIS.

1.13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate, &c. 735.a
1.17. Gratia & veritas per Iesum Christum 410.d
3.17. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum. 710.c.761.a. 878.d
3.34. Non ad mensuram dat Deus spiritū 426.c
5.22. Neq; enim Pater iudicat quem quam, sed omne iudicium dedit Filio. 717.b
6.10. Quasi quinque millia. 68.b
9.37. Omne quod das mihi Pater, ad me veniet. 916.c
6.44. Et erant omnes docibiles Dei. 77.c
7.27. Hunc scimus vnde sit; Christus autē cum venerit, &c. 757.d
7.29 Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. 738.e
8.12. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. 250.c.279.d.e
8 38. Quæ audiui à Patre meo hæc loquor in mundo. 515.a
8 48. Nonne bene dicimus nos, qui Samaritanus es? &c. 182.a
8 58. Antequā Abrahā fieret, ego sum. 43.c
9. 39. In iudicium ego in hunc mundum veni. 116.a
10.35. Si illos dixit Deos, &c. 386.a
12.35. Ambulate, dum lucē habetis. 250.c. 279.d.e.404.e.750.c
13.33. Filioli adhuc modicū vobiscum sum. 859.c.941.c.d
14 9. Philippe qui videt me, videt & Patrē meum. 713.c.739.b
15.3 Iam vos mundi estis propter sermonē, &c. 865.e
16. 11. Omnia quæ habet Pater mea sunt, 425.b.
19 26. Mulier ecce fili⁹ tuus. 467.d.e
20.17. Ascendo ad patrem meum, & patrē, &c. 114.d.e
20.22.23. Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis, &c. 986.c.10.5.b.
20 27. Infer digitum tuum huc, &c. 366.a

ACT. APOSTOLORVM.

1.22. Testem resurrectionis eius nobiscum fieri. 371.d
2. 42. Perseuerantes in communicatione fractionis panis, &c. 360.a
9.40. Tabitha surge. 363.c
10.38. Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus spiritu, &c. 146.c.147.b
10.42. Constitutus est à Deo iudex viuorū. 430.b

12.3 Quæ introisti ad viros præputium habentes, &c. 527.c
13. 33. Ex tu Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genuite. 48.d.1053.a
13.46. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. 745.d.e
17.28. In ipso viuimus, & mouemur, & sumus. 403.a
21.28. Insuper & Gentiles induxit in templum. 827.b.c

AD ROMANOS.

1.9 Cui seruio in spiritu meo. 540.a
4.3. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei, &c. 738.a.b
4.25. Traditus est propter delicta nostra & resurrexit, &c. 778.b.c
5.1. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus, &c. 953.e
5.8. Commendat caritatem suam Deus in nobis &c. 502.b.415.d
6.3. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte, &c. 499.b
8.4. Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. 250.c
8.23. Intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes. 418.a.b
8.26. Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus, &c. 887.c
8.38. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, 101.d
9.6. Non omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitæ. 417.c
10.10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem, &c. 846.d
10.15. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem? 860.c
11.20. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. 792.665.d
11. 25. Cæcitas ex parte contigit in Israel. 787.c
13. 11. Hora est iam nos de somno surgere. 686.d
15.8. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisi. 417.b

1. AD CORINTH.

3.16. Templum Dei estis, & spiritus Dei. 473.c
8.6. Vnus dominus Iesus Christus. 61.c
9.5. Nunquid non habemus potestatem. 377.a
16. Nimi est euangelizauero non est mihi gloria. 308.a
11.28. Probet seipsum homo, & sic de pane. 861.b.865.a
12.4. Diuisiones vero gratiarum sunt. 432.c
13.2. Si habuero omnem fidem, itaut montes. 502.b
15. 29. Quid facient, qui baptizantur pro mortuis? 235.b
15.51. Quotidie morior per vestram gloriam 773.c
15. 45. Factus est primus Adam in animam viuentem. 16.a
15.50. Caro & sanguis regnum Dei pol.n. p.478.c.490.b.
15.57. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam. 953.a.b

2. AD. CORINTH.

3.6. Qui idoneos nos fecit ministros noui testi. 969.d
3. Litera occidit, spiritus viuificauit. 442. b.c.594.a
417 Id quod in præsenti est momentaneū. 944.b
12.9. Sufficit tibi gratia mea. 203.c
12.15. Ego libentissime impendam & superimpendar. 774.d.e

AD GALATAS.

1.10. Si adhuc hominibus placerem, 595.c 919.c
3.19. Lex propter trāsgressionem posita est. 359.c

AD EPHES.

1.6. Gratificauit nos in dilecto filio suo. 518.b
2.1. Operatur in filios diffidentiæ. 435.b
4.7. Vnicuique fidei, vnum mensuram donationis Christi. 426.c
4.8 9. Ascendens in altum, &c. Quod autem ascendit. 836.c.949.c
4.23 Renouamini spiritu mentis vestræ. 470.a
6.14 State succincti lumbos vestros in veritate. 218.c

AD PHILIPPENSES.

1.24 Permanere in carne necessarium propter vos. 968.c
2.12. Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. 79.a
3.13. Quæ retro sunt obliviscens, &c. 239.c

AD COLOSSENSES.

1.20. Pacificans per sanguinem crucis eius, &c. 101.d
3.4 Cum Christus apparuerit vita nostra. 404.a
4.1. 4 Salutat vos Lucas medicus charissimus, 1.a

1. AD THESSALONICENSES.

5.19 Spiritum nolite extinguere. 53.c

2. AD THESAL.

2.15 State, & tenete traditiones: quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. 937.a

1. AD TIMOTHEVM.

6.16. Qui solus habet immortalitatē. 958.c

2. AD TIMOTHEVM.

2.13 Si non credimus, ille fidelis permanet; negare seipsum non potest. 494.d.575.b 685.a
2.17 Sermo eorum vt cancer serpit. 527.c
2.19. Cognouit Dominus qui sunt eius. 853.b

AD TITVM.

1.16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. 683.d.739.a

AD HEBRÆOS.

1.1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens, &c. 438.c
1.3. Portans omnia verbo virtutis suæ. 581.b.403.a.b.421.c.
1.14. Nonne omnes sunt administratorii spiritus, &c. 51.d.
4.12. Pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. 61.a
7.23. Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, &c. 45.b.c.d
7.25 Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes, &c. 9.a.b
9.10 In iustitiis carnis. 79.a
10.1. Vmbram habens lex futurorum bonorum, &c. 434.b.c
10.38 Iustus autem meus ex fide viuit. 581.a
13.12. Propter quod & Iesus, &c. extra portam passus est. 152.d

IACOBI.

1.6 Postulet in fide nihil hæsitans. 320.a
4.13.15 Ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus, &c. quo cognoscitis, &c. 65.c.224.a.b

1. PETRI.

2.15 Sic est voluntas Dei vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. 3.15. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores, &c. 79.a
4.1 Christo igitur passo in carne, & vos eadē 79.a
5.3. Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis. 768.c
5.8 Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, &c. 79.a

2. PETRI.

2.16 Non indoctas fabulas secuti notam fecimus, &c. 923.c
2.21. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ. 572.c.d

1 IOANNIS.

1.1. Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. 366.a.b.665.a.9.c
3.2. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. 436.a.9 8.b
4.10. In hoc est caritas &c. 891.a
5.20. Dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum & simus in vero filio eius: hic est verus Deus, & vita æterna. 410.d 958.a.

IVDAE.

6. Angelos qui nō seruauerunt suum principatum, sed deseruerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit. 732.b

APOCALYPSIS.

1.18. Ego sum primus & nouissimus. 43.c
3.20. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit. 691.c.d
6.10.11 Vsque quo Domine non iudicas & ultas sanguinem nostrum? 307.c.318.a
20.1. Et apprehendit draconem, & ligauit illum. 191.c.193.a
21.5. Ecce noua facio omnia. 913.c
22.11. Qui iustus est, iustificetur adhuc. 951.a

FINIS.

INDEX

EORVM, QVAE IN COMMENTARIIS IN LVCAM, ET IOANNEM NOTATV DIGNIORA SVNT, IN QVO CONTROVERSIAS HÆRETICORVM subiectæ his vocibus *Hæretici, Calumnus, Calumniæ, Beza, Lutherus, Lutherani,* & aliis similibus notæ indicant.

A.

A Se interdum idem quod solum: siue nullare 576.b.
Aaronis posteri soli ex leuitis sacerdotes. 14.a
Abbia vicem quid vocet Lucas. 14.a
Abrahæ fidei quæ vocet Christus, 529.d. nõ esse Iudæos probat. 726.b
Abrahæ quomodo diem Christi viderit. 793.c
Adhuc vita Martha respondens. 204.c.d
Adamus filius Dei vocatus peculiari ratione 51. c
Adami & posteritatis status parabola expressus 158.a
Aderrorum, nobilis cantus, Gloria in excelsis. 294.c
Adiectiua pro substantiuis, & substantiua pro adiectiuis sæpe in scriptura ponuntur, 657.c
Adiurari solebant ei apud Iudæos. 756.c
Adoratio Dei multiplex. 536.a. adorare Deum in spiritu & veritate non est sola fide adorare, 539.c. quid sentiendum sit ibi d.m. d. Sacramentum ipsis & ritibus externis adorari in Ecclesia in spiritu & veritate. 549.a
Adulterum & adulteram eadem pœna lex vetuit punit. 763.b
Adulteram lapidari cum lex iubeat. ibid.
Ægyptij misteria sua vita a voce tradebant. 13.a
Ænon locus vbi Ioannes baptizabat. 443.b
Æqualitas Patris & Filij in diuinis. 394.b. 425. c. 427.d.e. 438.a
Ætas doctorum prophetarum, sacerdotum apud Iudæos. 834.a. 832.e
Æternitas nullius quibusdam verborum temporibus significatur quam alius, 388.b. quibus verborum formulis a scriptura designatur 391.a
Affectus ad credendum quam valeat. 757.a
Afflictiones tentationes dicta & quam ob causam. 347
Alabastrum verum ex alabastrite lapide. 167.a
Alogiam hæretici qui & Aloitæ, 377.d.e. 391.d. ij genus quod dam Arianorum. 391.d.
Alter in censu in qua templi parte. 20.a
Altissimi nomen absolute positum Deum in scriptura significat. 23. 650.a
Ambiguitate vti tur Christus cum loquitur. 888.d
Ambiguorum responsorum elegantia. 853.d.a
Ambulare, id est versari aliquo, 668. e. in scriptura pro operari. 250.a
Amen, amen geminatum Ioanni familiare, 486. c
Amicitia vera non est, quæ non tendit ad Christum. 455.a
Ambrosij non sunt commentarij in Paulum, sed Remigij Lugdunensis. 856.c.
Anabaptistarum error de magistratibus refellitur. 684.c
Andreæ Apostolum statim vt inuenit Christum, prædicat. 452.b
Anima pro toto homine in scriptura. 96.a. 118.b. 421.b. interdum etiam pro solo corpore, 118.b
Anima & spiritus quomodo distinguantur. 61.a
Anima & spiritus vsus in scriptura. 61.a
Animam posuere quid sit, 915. e. 775.c. non occidunt peccata venialia. 17.c
Animæ corpore exutæ ipsis locis moueri possunt. 298.c.d. apparent interdum viuentibus ex voluntate, 279.d. non tamen leuiter creduntur in quia apparent, 500.c. animæ damnatorum igne inferni torquentur, 196.d. animæ nostra in corpore. 365.a
Angelus quare ad B. Virginem missus sexto mense post conceptum Ioannem Baptistam. 36.b. domi in penetralibus angelum salutat. 35.e. 36.d. cur eam tam honorifice salutarit, 36.b. Angelus Zacharia apparens, 21.e. quæ ipse mala ibid. hanc apparuerit, ibi. quo angelus visus in templo oculo apparuit, 22.d. cur ad dexteram altaris. ibid.e
Angeli nuntiantes Christi nativitatem cur cæleste lumine fulgurent, 94.e. 95.a. an quando missuntur, Deo assistant. 30.d. cur adstare ante Deum quid sit. 31.a. in corpori, 365.a. qua aliquando corpora assumpserint, 90.a corpora non erant, ibid.b. nec cum videntur edere vere edebant 367.a. ascendentes & descendentes id. m quod ministrantes, 461.b. ministerium bonorum angelorum, 289.e. animæ ministrorum in cœlum portant, ibid. quo sensu ibidem d.
Angelis apparentibus timere solet homines. 23.b. angeli boni timorem ex suo conspectu leniunt mali augent, 23.c. boni ut timorem pellant. 86.d. angelorum aspectu magis quam alioquin homines terrentur, 40.a. eius terroris exempla. ibid.d
Angelica puritas quæ. 42.a
Annas & Caiphas quomodo simul principes sacerdotum. 335.a
Anna prophetissa variis laudata ab Euangelista. 121.c insignia eius castitas, ibid.e. eius exemplo templo bequentanda. ibid.d
Annus acceptus in scriptura quis. 89.e. annus iubilæus, ibid.d. annus ætatis viuentium ætas doctorum, sacerdotum, prophetarum apud Iudæos. 24.a. 132.e
Anticipatio temporum Euangelistis frequens. 181.a
Anthropomorphitæ & Ariani hæretici. 542.a
Apollinaris error, Christum humanam animam non habuisse, 49.b. refellitur, ibidem Angelum nativitatem error B. Virgini matris honorem tollentium. refellitur. 211.a.b
Appollinaris ex Catena Græca citatus. 741.c
apophoreta quid. 471.a.b
Apostolus Petrus Christum. 971.a
Apostoli nomen quid significet, 171.d.e. proprium eius officium est esse testes resurrectionis Christi ibi.
Apostolum esse quid sit. 167.d
Apostoli quando Christum Dei filium cognouerint. 148.d. Apostoli lux & vera salus Christo, 133.b. cur duodecim, 188.d. omnes boni electi & secundum præmium suum maximo omnium ad munus Apostolicum idonei, 663.a 666.e. Apostoli essentiam magis contrarium quam ipsius diaboli, 665.a. Apostoli ad tentationem redeunt, 308. a. nesciunt quod seminarunt prophetæ. 547.e. 550.a.b
Apostolus Episcopo succedentes, 190.b. cur non ante ascensionem Christi ad gentium mysterium vocationem gentium. 114.a
Apostolici veri quinam dicti. 2.e
Apostrophe etiam ad res sensu carentes in scriptura. 80.c
Apud præpositio pro in mysterio Trinitatis. 393.a. differentia tamen est inter vtramque propositionem etiam cum de eo mysterio loquuntur. 392.d.
Aqua vita a pro Spiritu sancto, 528. e. 529.a. pro gratia Spiritus sancti, & quare. ibid. pro doctrina Euangelica, aqua baptismi, Christi & 638.a.b
Aqua Spiritus & corporis differentia. 531.b
Aquarij hæretici. 474.c
Arbitrij libertas defenditur. 715.e
Arbitrium quid. 470.d
Ariani refelluntur, 721.a. 762.a. 779.b. 786.a. 830.b. 837.d. 881.c. 882.d. 890.c. 896.c. 901.c. 940.c. 957.c. 962.d. 965.c. scripturam male interpretantur vt Christum creaturam esse non Deum statuant, 516.a. refelluntur, ibid. in eand. sententiam abeuntur alio loco, & refelluntur, 525.a. abeuntur alio in eandem sententiam, 537.c. refelluntur. ibidem eorum aliqui abutebantur loco scripturæ in diuinitatem Spiritus sancti, 533.d. refelluntur ibidem. c. negabant filii æqualitatem cum patre refellantur, 574.c. 575.a. impij sunt & imprudentes, 575.b. eorum error de filij

filij diuinitate ex scriptura expositis refellitur. 617.c. 620 eorum error quod in Christo non esset animus humanus. 618.a. ideo eorum error refellitur. 26.c. 559.a. 580.c. 581.c. 590.a.b. 593.b.c. 597.b. 598.a. 595.b.c. 412.d. 417.c. 429.b.c. 436.c. 437.c. 438.c. 468.a. 502.c. Ariani veteres refelluntur. 23.d. Ariani ecclesiam ignorant. 25.d. Christo. 134.c. Arianorum multæ sectæ. 420.c
Ascendere pro esse superius in scriptura. 89.a
ascendere in cœlum id est res diuinas cognoscere. 97.
Ascensio Christi quomodo Christum honoret. 212.c. eorum auditionis fructus. 155.b. malis an interit. 284.c.
Audire verba Dei quid sit. 755.c. pro accipere & vt sibi alio pro audire. 515.a. pro obedire Hebraismus. 768.a
Auditorium ad cœtum sermonem accommodat Christus. 850.b. animum componere virtus debilitans vel enervos docere, multeri non pungere. 249.a
Audire pro prædicatione Hebraica phrasis. 842.c
Aue in salutatione angelica quid significet. 28.b
Augustinus lux ecclesiæ. 115.c
Autem pro enim positum. 324.c.
Auxilium Dei conspicuum a rerum. 558. a. in maximis præsens, qui humana desperantur. 561.a. nobis necessarium. 15.a

B

Baptismus Christi salutaris. 166.a. & seq. Iohannis & Christi eadem via & virtus. 115.c. pro mortis & resurrec. 635.b. quare ita instituerit. Baptismum Christi illum non esse & opposuisse a Gentibus dicitur, 421.e. 563.b. nihil sine baptismo aqua & verbi ibid. nemo regenerantur, 428.a. immo aqua simplicem 378. rium salutis. 489.d
Baptismi per aquam regenerationis prius signa, aqua & Spiritus sanctus. 478.c.d. & seq. cur aqua aqua mundi generatio valeat. Christus, 489.b. baptismum vocabatur, ibid.d. etiã ante resurrec. ibi. baptismi figura & prophetia, 483.c. baptizari pro ibi in aquis Christum, & quomodo id dicatur bapt. 2.e. 507.b.d. baptismus Christi etiam ante eius passionem peccata remittebat, 507.c. Cur non solum per se baptizaverit. ibi.e. cur tamen interdum baptizarit. 511.c
Baptismus Ioannis in Æson. 435.b. 508.a.b.c. Christi autem quo differat, 507.c. cur per ipsius ministros baptizarit, 511.a. de baptismi & regenerationis, 512.a.d.e. & ritus necessitate, 489.c.d.e. baptismus Christi & Ioannis. 507.e de traditionibus 533.c. ch. seq. de Eucharistia sacrificio, 642.d. alibi. 994.b. in expositione scripturæ, 17.c. ch. seq. 27.b. 32.a.c. 40. & seq. 52.a. 81.c. 311.c. 2003.d. 211. a. 231.c. 313.c. 514. b. 462.c. 564.b. ch. seq. 1010. 502.a. 469.b.c. 633.c. 635.a. 636.c. & seq. aliquot pag. 844.b. 1092.c. In historiis & similibus cæteris cæteris & Marci ad Angelum. 46.c. de eo dem virginitate vota. 47.b. ch. seq. de vita tione Elisabeth. 55. 56. de exultatione Ioannis Baptistæ in vtero, 46.a. de 2210 Ioannis & Iesu. 205.c. ch. seq. de duabus vitis in Maria & Martha 204.c. de morte & consuetudine Ecclesiæ. 217.d. de cruce Petri. 690. 693.e. 805. a. 827.c. 1019.b. alibi.
Calvin[us] suo seipsum testimonio refutat, 1356.c
Calvinus in Beatam Virginem iniquus, 46.c. 47.c. 52.c. 119.a. 461.c.d. ch. seq.
Calvinus & Bez. a dissentiunt. 702.c.
Calvinus Lucæ aperte contradicit. 17.
Calumniæ commentum impudens. 987.c.
Calumniandi lupi sunt. 774.d
Calumniæ genus proprium Iudæorum. 811.d
Cœna duplex Galilææ & Sidoniorum. 465.a.b. error eorum in Galilæa ibid. Galilæa vicina Nazareth ibid. veniæ dici inter plus minus distabat a Capharnaum. 559.c
Canticum Zacharia dictum prophetia etiamsi non totum constet prophetia, 73.c. idem canticum omnibus dux prophetis. 73.c
Capharnaü opulentissima ciuitas Galilææ, 474. d. dicitur esse ciuitas patris Christi, & quam ob causam. 554.a. non longe a Nazareth. 620.a
Capitationis vitiligal. 85.c
Caro pro homine, 257.a. 421.a pro homine carnali. 424.d
Caro & anima pro toto homine. 935.a
Caro & sanguis contrarium posita in scriptura corruptionem, vel & hominis carnales significare solent. 418.c. mortalem & fragilem homines esse, 419.c. magna impedimenta videndi. 670.a
Caro Christi propter hypostaticam vnionem vim habet viuificandi, 631.d. inde nos viuificat in Eucharistia, quia pro nobis in cruce mortuus est, 633. a sumpta corporis nostri semen imprimit immortalitatis & resurrectionis, 631.a.b. sub specie panis sola in Eucharistia per se sumitur per consecrationem quandam totus Christus, 632.d. datur in cruce pro mundi vita in sacrificium cruentum, datur pro eadem mundi vita in Eucharistiain sacrificium incruentum. 633.d
Verus cibus est dare vitæ mandacantibus. 634.d
Caritas ergo proximum. 138.d.e
Caritas & remissio peccatorum sibi inuicem causa. 269.e. mensura remissionis peccatorum. 81.a
Dei erga homines. 502.a. eadem ratio mirabilis, signum discipuli Christi. 873. a. anima vitæ spiritualis. 417.a
Caritas ipsa inter filij Dei, 416.c. desiderio in quam absurde asseratur. 504.e
Carmine Spiritui sancto assisti Deum laudare solum in scriptura. 112.b
Castani ever de mendacio. 558.b
Castalio reprehenditur de Encæniis. 720.a
Castellum idem vicus quod pagus. 350.
Casus homini Eucharistiæ gratia. 352.c
salutis & vitæ recuperandi. 15.a
Catholici sum hæreticis consuetudinem habentes suspecti. 455.c. hæreticos vere odio quem Gentiles prosequuntur, 317.a. persecutiones iisdem cum hæreticis agere quare cum Gentilibus & Mohumetanis est. ibidem. b. veri hæretici ibi quem non venerandi, 560.a.d. templo, a concione, die festo seruent. ores vidi re debent. 560.d
Cedrus valli non torrens fuit. 982.a
Cæremonia genuflectionis, 320.d. tonsionis pectoris, 322.d. leuationis manuum inter orandum. 323.c
Cæremoniæ veteris testamenti a Deo quidem sed tamen ad tempus institutæ. 540. c. 541. b. cum sequent. cæremoniæ & cultus externum sui ab hominibus exigat Deus. ibidem. d.

Cor mihi vror. 378.b 380 c. Ioannis euangelium
maximè cor ariam. ibid.
Christus natus a filium Dei. 43 d adem Messias &
filius. 44.a filius Dauid ibid.b. Dauidis maior.
ibid.c. Dauid vocatus. 76.a. ipsa generatione
li mus singulari quadam modo filius Dei.
93.a. corrupti mi mundi vitio virg nis partus
ex ipsa sua. 98.a.b.542 alibi q. Deus ac do-
mus noviam in vetere testamento appellatur.
53 a alibi mus scitur. 80. a. dominus ibi c.
sol. 81. b. sol ab hac mundani corporis sole di-
versus ibi a cetus summo patris tempore. 87.a.
qui Deus & quo sue ætatis anno passus ibid
quo anno natus. ibid. cur flatim ac
natus mutuisse voluit. 95. b salutator ab
angelis vocatus 97.a Messias ibi d mor ex ci-
catrices volunt. 544.c. claustra matris pietas natu-
ri. 108.a quæ sensus inter sum dis atur a Patre nu-
vul 4 a mater ssi. 117.c. 108.c. nomen in sacris
literis sæpe appellatur. 112.c. 116.a magnum
miraculum 117.b quo sensu prophetæ ipse ap en-
tur. 123.d. 124.c. quadruplex vis & sententia.
ibid. quo sensu ad citatur in eu Spiritu sancto.
146.b. 147.c. p. ru M. ssiæ. 158.c. sua quem q.
ætate cæperit solet. 351.a. 1013.a. miraculis sua
auctoritate fuc ebat. 185. b. prophetas missit.
551.a. Dauissi. ibid. & 569.c. 604.a. 631.d.
638.c. 639.a. 663. b.c. cur divitiæ vere salutan-
tur. 551. a quæ divinitus agebat fic egebat ve
humanis more agere videretur 572.a. quos fa
nebat corpore, sanabat & mente. ibi. b. 573. b.
verum Dei filium patri æqualem. 574. b. c. 578.a.
quomodo a Patre missus dicatur 574.d. foi-
piuraram spiritus & sensus. 594.a. vita quæ
scripturæ communis nr. ibi. Rex quando.
601.c.d. manibus mi sei 616.c.m tacitis
in reprehendendo. 604. b ibi m est. 603.a.b.
cur oratio rebus a spiritu ales and torum
animum tra bebat 611.c.m. quanium
ex se ipso bonus sit. 634.d.e. 635. a solitum my-
ster a matres antequam respiscerent, insi-
nuare. 647 d. ipsa gressa frequentis populo
distratæ. 650. c. ista modo appellatur Chri-
stus quasi ex hostes & ex ci ibi, alius filius
Dei quam omnes sancti. 651. b. nomen at
qui is quisq; futurus esset. 663. c. unde futu-
rus sit inscripsit. 684. b. 696. a. inquisi-
tor sæpe accommodate ad opiniones homi-
num 675.a. manifestum se reddit. 743.c. cur
interrogat tanquam ignorans. 8 0 a. nunc ve
homo, nunc ve Deus loquatur. 887.a.c. pro
scholastæ destinatis mortuus sit. 963.c.

Christi regnum æternum & universale. 44.d.
regni eius & Davidis diversimo. 47.a.ult seq.
formatio in utero virginis cur tribuatur Spi-
ritui sancto. 47 e. conceptio profecta in instan-
ti. 55.b. de Christo omnes prophetæ prophetæ-
runt & quomodo. 58.b. liberatio per eum ab
iniquis spiritualibus prophetis. 76.a. eius
paupertas. 91.a. eius divinitas. 27 c. 98.a. 122.
c. ult seq. 136 d. 163 & 379. a. generatio ejus
parantis. 110. a. prudentia. 145.d. ne responsa
dendo prudentia & suavitas. 162.a. cur eum
Iudæi persequerentur. 572.c. 574.a. omnis po-
testas in eis ante data a Patre. 578.b.c. quan-
do & quomodo ibi. d.e.a. quasi ob causa ibi
eius medi a. 589. d. eum a Patre clarificari
quid. 591.a. patientia. 614.b humanitas pa-
nis vita ibi d.c. duæ meæ voluntates. 617. c.d
eius æqualis cum Patre & divinitas. 619.a.
d unitas asserit ur contra Arianos. 687.d. 729.
a. 738.d. 744.a. 794.b. 1000. c. ab glorificari
quid sit. 694.e. eius corpus glorificatum quo
modo tangi potuerit. 1000.a. vbiq; est in scri-
ptura. 357.b. eius hora moriendi tempus. 816.
c. phrasis Iohannis particularis. ibid.c.
Christus Domini nomen commune Regibus pro-
prie tamen tributum Messiæ. 111.c
Christiana professio res est sine difficultatibus
mista. 255.d.
Christiane vitæ vocatio. 79.b
Christianus populus hereditas Christi. 619.a
Christiani multi graviùs quam alij puniuntur.
232.d.e. ab seq. eorum fortitudo exemplo Chri-
sti. 233.a.216.a
Ciborum potus, & cibi mentorum apud Deum. 25.a
Circumcisus Christus post resurrectionem cur fe-
cerit. 990.a
Circumcisio cur ab eius fieret die. 69. d. domi pri-
mùm apud Iudæos fiebat. 70. a. nec a nomina
puero imposita. 69.d. cur ea susceperit Chri-
stus. 103.d. in sabbato non est contra legem.
680.b. in sabbato facta nō violabat legem de
sabbato servando. 682.c.d. ab seq. eius pri-
mus auctor Deus non Moyses. ibid.
Cisterna frequentes in Palæstina. 255.a
Clarificare Deum quid sit 1030.b
Claritatem appellat dilectum Christus. 975.c
Claves mortis & inferni tribuit a filio Dei. 577.a
Clavi si eius filius a Patre quomodo. 960.b
Claudum scientiæ quo sensu legisperiti a Christo
vocitare dicti. 218.a
Cleophas quis fuerit in Emmaus. 1449.c
Cœlum pro Angelis in scripturis terra pro homi-
nibus posita. 99.a. pro aëre, & propter stat e.
392.e. pro Deo. 361.a. 422.c. Dei sedes natura
ipsa docente. 373.d. in cœlum nemo ante Chri-
stum ingressus. 878.b
Cogitare phrasis Hebraica quid significet. 40.c
cogitationes assendere ex cor. quid. 364.c. co-
gitationes hominum ex ss. Dei proprii. 951.d
Cognoscere pro cupere. 415.b. positum aliquan-
do pro credere. 739.c
Communicatio idiomatum in mysterio incarna-
tionis. 422.b. 498.c.c.
Comparatio non æqualitatem sed similitudinē
declarat. 776.b. eam in discipulorum genere sæpe in
stituit Christus & quæ causa. 630.b
Concilium Tridentinum agnoscit historiam mu-
lieris in adulterio deprehensæ. 701.d. cum seq.
Concionis audiendæ fructus. 155. d. eius fructus
quando apparent. 448. in ea audienda Chri-
stus honoratur. 200.a
Conditores modestissimi & humiles. 142.d.
bene succedunt quæ dicere possunt, 191.c. hospites
suos spiritualiter pascere debent. 200. c. mo-
nitus homines curare debent exemplo Chri-
sti. 246.b. desides esse nō debent, 363. sponsi est
Christum videre & cor ardens habere ibid.
ipsorum nimia existimatio periculosa, 141.d.
eos qui recipiunt, mercedem non abeunt. 454.e.
cum seq. in animæ quærendæ, 176. c. bene fa-
cta Christo accepta referre debent, 19. a su
formula auditoris suos docendi, 543 c. Chri-
stum annuntiare debent per instantiam & bo-
nam famam, 505.a. eius & patrum prædi-
cationi postponere debent. 546.a. 547.b
Concordia doctorū, auditorū fidē inuat. 96.c.
Confessio peccatorum, 585.b.c. confessionis sacra-
mentum contra hæreticos asseritur. 816.d
Consilia Euangelica, 251.c. ad ea homines hor-
tandi, 201. eorum observationi respondet
cumulata merces. ibid.
Contemplativa vita. 204.c.
Cœna nihil unigenitum ex mutuo consensu. 33.d
Contritio. 141.a
Conversio. 334.
Convivia lautiora festis diebus licita. 36.a. Orie
talium, 367.b.c. a Christo edita, 165.c.d.e.
234.d.255.c.
Cœnum a pedes loti. 1370.d
Cooperantur Deo ad salutem animæ. 761.b.
Cor ad aliquid opponere, vel aliquid in corde po-
nere quid sit. 7.a.
Coram domino ex agnus Hebraica phrasis. 26.c
Coram te pro tertia in oratione prodigi. 268.a
Coram in scriptura potentiam, regem regnum,
regni gloriam significat. 73.b
Corpus Christi invisibile se reddit post resurrec-
tionem, 1007.a. idem eorum Christi corpus
aliter quam alterum hominum. 476. c. corpus
nostrum interdum ædificatio corporis. 577.a.
interdū tabernaculū Domini. & 911.c. 423.c
Cursus quid. 278.c.d. sq.
Credere interdum vix possumus quæ maximè
optamus. 366.c
Credere dicimur cum fides augetur. 797.c
Credendi in peccatorum carne & sanguis. 670.c
Credendum est is qui Dei virtutem velit cognos-
cere. 682.c. cum seq. 678.b
Credentium ex ventre flumina aquæ vivæ quo-
modo fluxerint. 692.b.c.m.seq.
Credibilitas fidei ac religionis nostræ ostendi po-
test. 301.a
Cribrantur affectionibus quo sensu. 340.c
Crux Christi significata verbo exaltandi. 300.e
eam tollere res non facilis. 255.d.e. ex Christi
carnis vu. 633.b
Cultum externum cur à nobis requirat Deus 541.a
Cunctando minus est cū a Christo vocamur. 806.a
Cypriani cum scripturam citabat Latine, ver-
tibat è Græco. 335.a
Cyrillus in Ioannē ex Catena Græca citatus. 739.a
Cyrilli commenta y impressa à libro c. ad novum
interrupti, 616.b.c. cum idem locus ex ss. ci-
tatus. 718.d. 719.d. 821.a

D.

Dæmones non semper mentiuntur. 713.c
Dæmonium habet, qui peccatum. 726.d.e
Damnatorū duplex pœna, sensus & sensus. 520.c.
Damnatis ex clos non orant, 293.c. eu maximè
membra se ipsos sentiunt, quibus maxime
peccaverint. 296.d
Danielis annorum hebdomades septem in ædifi-
catione templi. 480.a
Dare gloriā Deo quid in scriptura significet 311.a
Davidis sedes pro regno 44.a. Davidi pater Christi
dictus. Davidis nomine Christus appellatus
ibidem. Davidis regnum temporale, figura spi-
ritualis regni Christi ibid.b. Davidi regnum.
40. cum seq. in aternum. ibid.d.e. semen & mi-
nister Dei peculiariter dictus. 75.c. Davidis vi-
tia in scriptura quid. 89.c. Davidi Aaronis
posteris in familitas dimissi. 14.b
Deipara. 371.c
Diabolus prophetissa erus Gitica fuerit. 691.d
Decimarū solutio magna Pharisæis pretio. 320.b
Deceptio orbis nasceretur Christo. 86.b.c. desisti-
pio populi indatis 12. familiis 33.c. defectio
populi à regibus duabus de causis. 362
Deus
quot numero, 18.d. cur, 188.d. ne successerit
presbyteri, 190.b. cur hinc à Christo mitteba-
tur, 316.c. se remmes Galilæi, 453.c. discipulos
suos Christum exemplo sanctorum hominum,
se exemplo Patrem tuebatur. 573.b
Dissonare est testamentum condere 318.c
Dotatæ mulieres quam bonæ ex quibus causis, 223.c.
divitiis solitis nuptiæ procreant, 224. a. in cur
apponere quid. 226.d
Diversorium quid. 92.a
Divites bonum facile & diuiter Dei. 228.c
Divitiæ temporales falsa spiritualia tenere, 284.a.
falsa spiritualia corpore nostra divitiis, ibid.b
veram non prodiunt. 222.d
Docibilem esse Dei quid sit, 79. d. 616. a 625.a
quomodo omnes a Deo doceantur. 627.a
Doctor in sanctitate ad persuasionem valet, 726.a
Doctrina Christi sermonis appellata. 552.b. 566.a
Doctrinam suam Christum non esse suam quo di-
cat. 677.d
Dolor & voluptas esse inuicē consequitur, 29.c.d
Dominica dies prima hebdomadæ, 987.b. domi-
nica, die conventum in Ecclesia agi solitū, 998.c
Dominum tecum vjus autum in salutatione Vir-
ginis & aliorum sed vario sensu. 39.a quid si-
gnificet in salutatione Virginis. 38.c
Domitille res tauratæ. 759.a
Domo Dei quomodo gaudere liceat. 93.d
Doctrix historia. 190.d

E.

Ebion & Cerinthus Ioannis Euangelio resellū-
tur. 310.c
Ebionitæ refellantur. 129.d
Ecce pro statim in scriptura. 59.d
Ecclesia media semper inter duos hæreticos jesus
Christus inter duos latrones crucifigitur. 625
bafilica eorum qui sunt in Ecclesia propriam
est a Deo dicere. 616. per tot. In Ecclesia qui
terrā occupat 222. duo sunt merces, 1266.
c. Ecclesiæ profectus fugitiva ætate. 507.c.947
b. sponsa Christi 510.c. 511.a. & seq. Ecclesia a
tota mysticè Evangelica. 549.a. comparata Evā
gelicæ Samaritanæ. 552.c. & 553.a. Ecclesia
locum propriū sermonibus de religione, 448.
c.d.e. Deus multos credit, ipse nullum b here
Deum. 533.c.d. Deo quomodo omnes eo ad-
untur. 135.c
In dextram ritè latere quid sit. 1011.c
Diabolus cur dicatur ludere. 661.a. vera libro
mirè testatur nō bonus nisi à Deo pris. pecu-
12 3326. quomodo sit mendax. 1132. homi-
cida ab initio. 733.c. cur ter mendax. 734. b.
Diaboli filius in fest. 709.a. Diabolo filij qui a Christo
appellantur. 814. a Diabolo nomen ab-
quando propriū, aliquando communē. 662.d.e.
Diabolum de cælo cadere, ligari, vires quid, 192.c.
Antichristo. 16.b.c
Dicere quid sit, & dixit pro ait c. 791
Didymus & Thomas idem nomen. 798.a.
Dies Iudæorum ab vno vespere ad alterum. 872.c.
dies dicitur vesperi ad vesperum, 873.c.
tempore apud Hebræos. 13.c. dies & nocte ad-
uisso apud Iudæos. 451.a.b. dum futurum qui
Christum appellet. 740.d.e. dimidi occisa
sola Iudæi rubrant. 917
Dilectio Christi in qua sita sit. 891 b. maxim.
pro amico animam ponere. 913
Discipulum esse Christi quid sit. 221.c.d. discipuli
Christi ex qua causa à cæteris insulis grex. 227.c.

Discipulus non sonat temere aggredi. 9.b
Episcopi apostolis successerunt. 190.b.c
Erasmus reprehenditur. 845.b
Errorem cognitum corrigere prudentia summa
est. 846.c
Et particula pro quia. 910.c. 59.c. Hebraismus est. Ca-
millus & aliter sæpius. 372.b. pro itaque,
586.b. pro enim, 24.b pro etenim. 594.a. co-
parationum aliquando significat, 547.a. 890.
a. 870.d. pro licet, 876.d. pro sed. 95.
Eua & Mariæ virginis antithesis. 39.c
Euangelium, ipsa prædicatio Euangelij. 4.a. Euan
gelium Iacobi apocryphum, 323.a.b sanguine
tre fecit, 391.a. statim Christo nato ab angelo
annuntiatur, 96.c. Euangelij & legis op-
positio, 79.b.c.d. 625.d.e. Euangelij prædicatur
186.c.d. milites expedito simodes esse debet. 186.
Euangelij initia exigua, 453.b. Euangelistæ scri-
ptores meri apud Ecclesiam qui. 8.a.9.d
Euangelistæ prædictionis instituum factum ab Ie-
rolymis. 370. d. c. qua ob causam, 18 cur
primum Iudæa annuntiatum, ibid & 409.d.
Euangelium sit tus qua, 313. a. Euangelica
messis homines qui ad Ecclesiam vocantur,
549.a. Euangelii a simenta facta per prophe-
tas. 507.c. dein. 1 aturis d. 350.c.c
Euangelistæ res non ordine narrant, 679.d. non
semper consequentium sed sæpe solam rerum
similitudinem sequuntur, 321.d. cur in spe-
ciem mentis narrent. 811.b
Eucharistiæ vini in sanguinē conversio, 474.b.
in eius consecratione verba efficienter operan-
tur. 538.c. in Eu. baristia Christus invisibiliter
contra Calvinistas. 361.c. 362.a. 602.d. Eu-
charistiæ confectio & administratio per fra-
ctionem panis designata, 360. eius vis illu-
minandi, ibid.c.d. 362.a. Christus in ea alio
modo quam quo suæ mortales vixit. 568.a.
Eucharistia adoranda, 374.b.c.d. Eucharis-
tia quo sensu inter dū panis appelletur, 471.c.
illius visceribus divinus spiritus ac 629.d. vita
animæ & corpori tribuit. 630. 1810, 631. c. cor-
poribus nostris semen imprimit immortalita-
tis. 631.a. Christus propter Eucharistiam panē
se vocat, 632.c.d. de sacramento Eucharistiæ ag-
it Christus, 636 nullum bis, 632.d. 633.b.d.e. ca-
ro Christi in Eucharistia vnde nos vivificet,
633.b. Eucharistiæ perceptio infantes non ob-
ligat, 641.a. caro Christi vera cibus data vi-
tam mundi tribuit, 642.d. nullus alius ve-
rus cibus & potus, 645. testimonia patrum
de veritate Eucharistiæ, 635.d. 646.b. 647.
d. de Eucharistia hæreses sex revocantur in
tres, 650. a. hæretici Eucharistiæ mysterium
negantes Dei potentiam negant. 651.b. Cal-
vinistarum argumento probatur in ea Chri-
stum esse. 652.c.d. ex facto & oratione Chri-
sti. ibid.d.e
Eucharistiæ hæretici negabant hominī Christum
esse tabernaculum manibus refelluntur. 606.c
Eucharistiæ quid proprie. 120.d
Eunomianorum error & refutatio. 437.a
Eutychius error, 421.a. refellitur negans duplicē
esse in Christo voluntatem. 617.c.d
Eutychius scripturæ abusus refellitur. 369.d
Exire sua absolute sæpe in scriptura quod Deus. 434.c
Exemplum Christi in pralectionum exordio ex-
trema portissimum consilium parte clamandi
intrepide & ex animo. 691.b.

F.

Quid factum est? Hebraismus. 892.c
Exodi 24. in posteru Aaronis. 14. b
Festum tabernaculorum octo dies celebrari solitum 691.a. horum primus & nouissimus celebris & magnus. ibid.b
Festo die Christum volunt interfecere Iudæi. 674.c. festorum templo adeundo religio. 561. d. 125.a. festis diebus lætitia publica & conuiuia defenduntur. 26.a. tribus festis diebus omnes mares inter Iudæos templum ex lege adeunt. 561.e
Ficus arbor in Iudæa frequens in vineis. 242.a. in ea proposita parabola peccatorum non respicientium ea, explicata. ibid.a
Fideles appellata prudentia, fideles prudentes. 29.b quo sensu appellatæ apud Deu. 603.b. cur appellata apud ibid. d. est Christiani hominis caput. 341.a. est credere quod non videt. 723. c. est via seu accessus ad DEVM. 518.c. ad Christum. 616.d. etiam vera & perfecta augendi potest. 559.d. est semen diuinum. 417.a. orationem efficacem reddit, & necessaria erunt. 319.c. Petri & successorum eius perpetua. 333. pro tota lege Euangelica. 609.c. anima est & via ad vitam æternam. 617.a. sola filios Dei non facit. 416.c. per eam tamen in & potestatem accipimus vt fiamus filij Dei. ibid. sola non est satis ad vitam æternam. 585.a sola non iustificat. 175.c. 419.a. 500.c. 501.a 582.b. 505.a 519.b. 669.d. 891.c. cui ei tuendū alia attribuantur 174.b. 711.d.e. 820.a. vera sine caritate haberi potest. 846.a. calliditate eam impedit. 1015.b
Fidei merces est intellectus. 978.d. retinendæ illustre exemplum in Apostolis. 662.b. fidei quomodo iustificatio tribuatur. 903.c
Fidem grauiter oppugnat dæmon. 712.b. per eam Christum consequimur. 619.d. ad eum veniemus. 816.d.e. Deum. 621.a. non meremur primam, ea vero omnibus a Deo offertur. 659.c. postulat Christus in iis qui rogant. 805.a
Fides fidelem ne ipsi quidem infideles vocant. 597. a.b
Fidelis in minimo & in mammona iniquitatis est. 283.d. vitam æternam habere quomodo dicatur. 520. a. 580.c. 627.a. quomodo dicatur non condemnari. 580.c
Fieri dicit scriptura quædam fiebat. 868.b. pro angeli visitatum in sacris litteris. 559.d
Filium aquilis petri. 394.c. 423.a.b. 457.d.e. vnigenitus modo sibi proprio. 457.d
Filius hominis non semper Christum significat. 584.c
Filius perditionis cur dictus Iudas. 966.c
Filij Abrahæ, filij diaboli qui. 329.d. filij apud Iudæos vulgo matre nobiliores. 372.b. filij Dei q. 417.a.b. huius sæculi, & lucis qui. 279.d. lucis dicuntur qui partis ipes lucis sunt. 840.c. filij moriuntur ob peccata parentum. 748.b. filij nomen similitudinem notat. 279.c. 280.b. filio persona in diuinis distincta a persona Patris. 595.b. filios Hebræi appellant fructus ventris. 59.a
Fingere quomodo Christo liceuerit. 358.c
Frugenibum erabant Iudæi, erant & Christiani. 320.c
Flumina aquæ viuæ ex ventre credentium fluere quid sit. 692. per totum. nata & flumini cur se comparet Christus. ibi.a
Fortitudo Christianorum exemplo Christi. 234. d. 235.a. 236.a.
Foribus clausis ingressus est Dominus. 987.a
Forum apud Iudæos in portis Vrbium. 161.a
Fractio panis pro toto actu Christiani & administrandi Eucharistiam. 360.c
Fratres Domini quinam dicantur. 668.c
Fremere spiritu Christum quid sit. 809.a
Fugere pastori quatenus liceat. 775.a
Futurum verborum apud Hebræos modus est potentialis. 53.b. præteriti vim habet interdum 170.b. futurorum loco præsentia tempora posita. 889.d.

G.

Gabriel Angelus Iudæorū tutor, 31.c cur ad Zachariam & B. Virginem missus ibidem c. vnus de primis Angelis, ibid.b. Christum natum pastoribus annunciat. 94.a
Galilæi cum Iudæis religionis cum Iudæis, lingua aliquo discrimine diuersi, 526.d. Christo quam Iudæi æquiores. 555.c.d
Galilæum esse Christum quomodo nesciebat turba, & cur sit Galilæus erat Christum posse esse non credebat. 696.c.d. neque prophetam Pharisæi. 699. Galilæus an vllus fuerit Prophetes. 15.b. Galilæa an fuerit Debbora. ibid.
Gaudere de bonis Dei quomodo liceat. 195.a
Gaudium pro lætō nuntio. 96.c
Gaudium sanctorum & gaudium mundi oppositum. 945.a.b
Generalis propositio ex circūstantiis restringēda 771.a
Generatio Christi æterna vix à discipulis credita 684.a
Genetrix nobilitat in Ioanne. 15.a
Genethliaca confutantur. 686.a
Gentes dispositionem vocabant Iudæi. 690.d
Gentes ad quas Christus non venit, an peccatum habuerint. 920.d
Gentiles Iudæi peccatores appellati, 317.b. ab ingressu templi prohibebantur. 817.b. illorum domos ingredi illicitum Iudæis 327. a. Gentiles in filios Dei adoptat, 416.b. ad Christum accedere cupiunt, 828.b. gentium vocationis mysterium. 893.a
Gemum flexio inter orandum. 320.c
Gladius doloris in prophetia Simeonis quid. 118. b. 119.d
Gladij Apostolici in passione Christi quales fuerint. 344.a.b
Gloria in excelsis Deo vbi primum ab Angelis decantatum, 94.a. explicatur, 99.b. 100. 101. quo in eo dicantur homines bonæ voluntatis. 101.b
Gloria Dei & hominum inter se pugnant. 591. gloria humanæ studium fidei & respicientis est impedimento. ibidem
Gloriam dare Deo quid in scriptura significet. 311.a
Gloriam suam quam vetet Christus. 702.c
Glorificatio Christi quid, 894.e. glorificatio filij hominis quid significet. 819.a
Grabatus quid. 569.c
Græcismus. 42.c. 67.a. 77.d. 81.a
Græcus articulus sæpe ponitur otiose apud Ioannem. 696.a
Grani in terram casui similis Christi aduentus. 829.d
Gratia pro cumulata mercede & corollario, 306.b
Gratia plenum esse plus est quam plenum Spiritu sancto. 37.c.d. Gratia plenitudo in Maria quæ 38.a. gratia & Spiritus sancti plenitudo in Christo & sanctis longe diuersa. 426.a
Gratiæ seruit natura, 377.b. gratiæ & legis antithesis, 433.c. gratia dicta aqua viua, & quā ob causam. 529.a
Gratiæ Dei respondendum quid sit, 326.a. potest homo sese aliquo modo ad gratiam disponere ibid.d. ei recipiendæ multum valet nostra diligentia. 566.a. gratia Dei voluntas nostra adiungi debet vt iustificemur, 568.d. cum diuina gratia iustificationem nostram operamur, 605. c. an sine illa aliquid boni possimus. 985.a
Gratiam apud aliquem inuenire non vno sensu in scriptura dicitur. 41.c. 42.a
Grex pusillus dictis a Christo discipuli, & qua ex causa. 227.a

H.

Hæreditatis diuidenda ratio apud Romanos. 203.a
Hæretici in Mariam quantum ab Angelo eam salutante diuersi, 36.c. 37.a. non modo sanctis, sed Christo etiam quantum possint, detrahunt, 124.a. puniendi etiam igne, 184.c. similes Pharisæis, 248.c.d. vulpibus & Herodi similes, 249.a. quomodo coarguendi, 254.d. omnes superbi maximeque Caluiniani, 391. a. curiosi, 443.c. eorum cæcitas eiusque causa. 378.a. hæreticis omnibus sua quædam precis, 207.a. ab hæreticis miranda iure petimus 475.a.d. sibi non constant, 627.c.d. iure maiore in odio apud Catholicos quam Gentiles, 527.b. Gentilibus & Mahumetanis periculosiores. ibid.e. toti in sensum desixit, 529.d. Samaritanis arrogantiores, 536.a. sanctæ irridere soliti, 532.c. Ecclesiæ destinatam dum oppugnant illustrantes, 570.d. scripturis gloriantes in veros eius sensus ingredi non possunt, 591.a. multi gloriæ & gratiæ humanæ studio in hæresi pertinaciter manent, 595.c. scripturarum sum affectibus seruire cogant, 838.d. hæretica nostri temporis Manichæi sunt. 905.a
Hæretici nostri temporis refelluntur in dogmatibus de gratia plenitudine in Maria virgine 37.c.d.e. quam Eue æquant, 39.c. de voto virginitatis, & conjugio eiusdem, 47.c.d. de titulo Reginæ mundi Mariæ tributo, 54.b.c. de absolutione peccatorum à sacerdotibus in sacramento pœnitentiæ, 172.d.e. de fide sola iustificante ibid. & 373. 374. tota. 416.c. 417.a. 420.a. 500.c.d. 501. 502. totis. de iustificatione, 85.c.d. de libertate arbitrij in iustificatione, 218.a. de iustitia imputatiua, 446.c. de liberoarbitrio, 263.a. quod etiam Christo tollant. 3.c.9.b. tollunt peccatori, 623.b.d. Monachorum vita 201.c.d.b. de meritis & prædestinatione, 217.d. de timore seruili, 266.c. de meritis & suffragiis sanctorum. 281.c. 682.b. de purgatorio, 306.a.b. de scripturarum auctoritate. 369.b.c. de licentia earum legendarum 301.a. de sola earum auctoritate in rebus fidei 300.d.e. traditionibus, 513.b.c. de adoratione Dei sola, 539.c.d. de fastigio Christiquæ in sanctia, 91.d.e. de salutata Maria ab angelo nunquam in præterii, 35.d.e. in expositione & versione scripturæ, 33.c.37.a.39.b.c.d. 129.d. 165.b.c 172.

172.d.e. 361.c. 487.b. 515.c.d. 535.a. 611.c. de morte Christi, 963.b.c.d.e. de traditionibus. 914.c. 937.a
Hagiographi libri apud Hebræos qui. 308.a
Hebraï quod affirmatione dixerint, negatione reperte soleat, 402.a. 442.b. 580.c. nomen infimam hominis partem appellant 695.a. hominem pro quodam dicere solent. 697.c. 699.
Hebraismus, 24.a.e. 40.a.e. 41.a.c. 42.c. 53.b. 59.a. 60.c. 61.b. 63. a.d. 64.b. 65.a. 66.a. 70.a. 71. d. 72.a. 73.a. 74.a. 75.b. 76. c. 79. 120.c. 81. a.b. c.d. 82. a.c. 89.c. 96.c. 102. 106. 113. b. 112. c. 121.d. 122. c. 235.d. 250. c.d. 254.b. 256.c. 262.c. 265.c. 267.c. 282.a.d. 290.c. 292. c.d. 294.b. 298.a.b. 279.d.e. 280.a. 320.d. 322. b. 324.a. 330.d. 363. 437.c. 437.a.e. 412.c. 419.d. 446.d.e. 483.b. 494.a. 504. a. 505. d. 525. b.c. 536.c. 548.c. 558.b. 568.a. 618.d. 620.a. 634.b. 644.a.d. 648.c. 850.b. 851.a. 863.a. 695.c.
Herodes Magnus antipatri filius, 13. d. hæreticorum typus. 249.c.
Hesychius ex Catena Græca. 142.c
Himarī liber contra prædestinationes ex manuscripto citatus. 963.c
Hodie & cras dies tertia in scriptura quid. 249. c. 267.b. homines dicti terrena appetentes. 221.d. homo dicitur interdum hostia viuens, lapis viuus & quo sensu. 548.a.
Homicida ab initio dicit solus 731.c
Hora canonica. 224. hora pro tempore apposita ponitur elegans, 538.a. 581.b. 888.a. 948. b. hora nouissima quid. 581.b
Humilitas tribus modis in scriptura accipitur. 61.c. virtus. 156.d. 309.b. 320.b. 321.b. 322. c. 323.a. 484.b. 506.c. humiles Deus exaltat. 670.a.
Hæresis quid. 469.b. 560.a
Hymni quibus proprie de rebus. 64.c
Hypocrisis. 317.d

I.

Iacob puteus, 574.d. fons appellatus, ibi a. dormulacob in qua regnatura dicitur Christus quid sit. 44.d.e
Iacobi Euangelium apocryphum. 31.c.
Idiomatum communicatio in mysteria incarnationis. 422.b. 498.d.e
Iejunia meritoria apud Deum. 27.a. ieiunium magno pretio Pharisæi, 312.a. etiam religionis cultus est. 121.a.
Iesu solenne quo sensu interdum a Iudæis distinguatur. 70.b.d.e
Iesus magnus ab angelo appellatus, 42.a. quare sit propter Iesum. 60.a.d.e
Ignis infernus corporeus. 293.b.c. 516.d. eo anima torqueatur, 296.d. eadem res aduersæ designantur. 234.c
Imago Dei in hominibus duplex. 263.b.c
Impotentia alia naturalis alia moralis, 46.c. moralis item duplex. 47.a
Impudicæ mulieres peccatrices appellari solitæ. 166.d.
In, pro cum sumitur. 8.9.d
Incarnationis Christi summaria doctrina. 421.a. tota circa ea aliquot hæreticorū errores, 420.c. 421.c. exemplū duarū naturarū & vnius personæ Christi in verbo nostro vocali. 421.c. verbum quomodo caro factum, ibidem. d.e. vna Christi persona, natura duæ, 498.d. Christum non venturum si homines non peccassent. 502. Incensum in sanctis sanctorum, 20. d. incensi altare. ibid & 22.d
Inconstantia proposita in iis qui maxime seruiendi vi labantur, 589.b. inconstantia animi indicium. ibid.
Increpari: offuni etiam vacantes culpæ. 184.a
Indurare apud Hebræos quid significet. 372.c
Indurare homines quomodo dicatur Deus. 844.d
Infantes ad Christum per baptismum accedunt ab eo, & illuminantur, 442.d.e. infantium ex baptismo gratia. 490.a
Inferorum materia supplicia, 298.c. 299. a. ignis quale. 293.b. 516.d
Infideles ipsi non viuunt sine fide, 597.a. Quæ Christo non credunt quia nullam de eo notitiam habuerunt. excusari videntur. 615.a
Ingenui & genuini nomina contra Arianos. 385.c
Ingrati studio. 311.a.b
Ingredi & egredi, id est versari. 771.c
Initium in scriptura quid significare soleat, 389.d. appellatur in scriptura mundi origo. 751.b
Inspirationes bonæ Angeli sunt, 101.c. in eas studio obtemperandum. 102.a.268.a
Institutionis bonæ a puericia vtilitas. 266.b
Insufflatio in Apostolos Christus. 991.c
Inuidi bonis quos oppugnant, illustrant. 570.d
Iom festivum se fecit Christus. 744.b. 1007.a
Ioannis Baptistæ celebratus a Lucanistis Euangelij & qui in eo causam, 14.a.b. cur eius pœnitentia, 14.a.c. eius parentes ex sacerdotali genere, 16.a.b. cur etiam mater eius que nobilitas indicata, 14.c. 15.a. laudantur a moribus, 15.a. quo tempore prædicare cœperit, 152.a.c. eius prædicationis finis, 159.a. Messiæ esse nō putarat, 161.d. prophetiæ spiritu cognitario pri naturæ, 142.b. Maior cæteris hominibus, minor Christo, 408.d. quomodo propheta, quomodo minimus, 442.c. eius honestas, 442.d. Iesu præ ante Christum solem, 408.c. 812.b. in quo propheta. ibid.d. quare dictus lucerna ardens & lucens. 388.c.d. ei nunc diuinitus impositus, 352.a.b. eorum nemō excepit, 71.b. idem vox recte appellatur, 72.c. lingua patris soluit, ibi.b. certam orandi formulam discipulis suis præscripsit, 205.c.d. cum exultatio, & orationes eius in vitro, 57.c. vita, 82.d.e. in ea

sipiscentes. 242.b
Iustum esse ante Deum quid sit, 16.a iustificati Deo natus magres: peccatores, fideles tamen, sicij nunc minores. 260.a

L.

Lachryme peccatorū, 167.d. lachrymæ Christi cur cū fluxerit, 810.c. Lachrymis nullis efficaces est oratio. 808.a
Lapidabātur blasphemi, 744.a. adulteri, 704.a
Lectio cur in sacris litteris vsus. 122.b
Lex & euangelij oppositio, 79.b.c.d. discrimen, 62.c.e
Lex spiritus quo sensu dicti à Christo clauum figentis tollere. 218.a
Leonis prædicti testimonium ex in. s. Catena Græca. 686.a
Lewis aliis sacerdotes, eis administrēt, 14.a. soli de familia Aaron sacerdotes ideō horum ipsorum, 24.c. similes, ibid.b. vnicuique familiæ suus templi ministrandi ordo, ac tempus. ibi.c
Lex Dei impressibilis Caluine, 15.a. possibilis, 161. 17.c.
Libri pro veteri testamento. 122.c.727.b
Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus propheties designat ac veteris testamenti. 607.c
Liber vitæ in quo homines dnabus modis scribātur. 193.c
Liberum arbitrium peccato nō amittitur. 263.d.b. contra Caluinum defenditur. 723.c.913.c contra Manichæos, 524.b. in malum quo se flectum valeat in bonum non nisi gratia adiutum 621.b.eo in suscipienda fide opus. 651.a
Lysanias à Luca commemoratus quis & vbi Tetrarcha fuerit. 154.b
Lotio pedum ante Eucharistiæ sumptionē. 851.a
Lucas Antiochen' s. auare medicus, scripsit, 82.a elegantius Græce scribit quam reliqui. ibid.d. an Christi discipulus fuerit, ibid.b. Paulo comes. 3.b. nunc primum omnium scripserit, 9.d. à B. Virgine edoctus est. 81.a. scripsit Euangelium & Apostolorum acta. 2.c. verum vnus ex duobus Christi discipulis cuntibus Emmaunta. ibid.d. vbi mortuus, ibid. qua ætate ibid. cur in scribendo Euāgelio præfationē præfixerit 7.a. quo ordine in ea scripserit, 11.d. cur hypotico stylo ab Ambrosio scripsisse dicatur, ibid.c. Theophylacto cerio hominī Euangelium suum scripsit. 12.a. quæ fuerit eius rei causa, 13.a cur Euangelium, & acta eidem scribens tamen libris distinxerit, ibid.a. templo & sacerdotio Euangelium exorsus in templi desinit. 37.d
Luther aut refellūtur. 64.d. 642.d
Lux diuinitate declarat. 28.b. pro Deo, 279.d.
lux Hebraï dicuntur omnes prophetæ. 81.d.

M.

Macedoniani refelluntur, 130.a. 399.c.d. 437.a. 887.d.e.
Magdalena. 177.b. dæmonia ex ea ejecta quid. ibid.c. an sexies vnxerit Christum, 535.c. an triplex, 535.c.
Magistratus siue Ecclesiastici, siue ciuiles non to ipso priuantur officio, quod peccatores sunt. 664.d
Magnalia. 63.a
Magnificat canticum Virginis partim prophetia partim hymnus. 60.b. 61.d.e. 64.a. 65.a. magnificandi verbum quid significet. 867.e
Maledictionis Deus auctor non est. 516.e
Mali cur boni citiores. 221.c.
Mammon, aut mammona quid, 280.c. mammona iniquitatis. ibidem.
Mandata, & iustificationes: quid differant, 16.b e. sine caritate seruari nequeunt. 856.a
Mandatorum obseruatio causa meritoria vitæ æternæ. 930.d
Manichæi refelluntur. 296.b. 303.c. 389.c. 401.b c. 410.c. 414.d. 536.a. 564.a. Manichæorum, & Marcionistarum error refellitur de Deo veteris & noui testamenti. 530.c. 795.c.d
Mansiones in cælo impares. 377.b
Manus Christi eius potentia, 795.b. manus domini in scripturis quid significet, 75.b.c. manuū elevatio in oratio sancta & solenni cæremonia. 373.d
Marcion scriptura abutentes refellitur. 365.b
Marcionitæ refutantur, 211.a. 303.c. 668.d. 739. a.b.
Mare suum lacus, 603. c. trans mare qua loca à Iudæis diceretur. 603.b
Maria soror Lazari quæ fuerit. 534.d
Maria virgo domi in penetrali ab angelo salutata. 35.a. 41.a. plena gratia. 38.c.e. quomodo, 38.d. 58.d. sine, & Eua assistētis, 39.c. maiore gratia fuit, quod Deo gratia, quam quod Dei mater esset. 38.b. benedicta in mulieribus. 39. b.c. angelorum colloquiis assueta, 40.c.41.a. angelica in ea puritas, & quomodo, 41.b. eius humilitas. ibid. Lucam de vultu docuit. 11.a. virgo manes peperit, 46.c. 47.a. credidit angelo nuncianti, 45.a. virginitatem vouit, 47. b. quo tempore, ibid. c. Salomone, 51.d. cur appellatur regina mundi, 54.b.c. eius obedientia & humilitas, ibi.a. prophetia, 60.b. ita vxor, vt & virgo, 90.c. non fuit egregians grauis vterus, ibi.c. neq; locum, nec domus sui partus ingrauuit, ibid. sine ruptura corporis, & sine dolore peperit, 91.c. sine vlla obstetricis ope. ibi. eius paupertas, ibid.e. Bethlehem petiit, ibi. non effeta, 92.c. virgo post partum, 107. 108. totū eius Christo patiente immanitas, & fides, 118.d. quid fuerit gladius animam eius pertransiens, 119.d. eius 7 errores adeundo templo. 125.a. modestia. 128.c. fides, & diligentia in obseruandis Christi mysterijs, 130. beatior, quod mente, quam quod corpore Christum concepit, 212.a.d. assistit, 466.a.b. expers omnis culpæ. ibid.b. simulate à Christo reprehēsa. 467. b. mulier certa semper aliqua ratione ab eo interdum appellata, 467.d. propheticum spiritum habuit. 461.c
Martha maior natu Mariæ sorore sua, 199.d.e.
S. Martini ossa hæretici in flumen proiecerunt. 967.b.
Martyres non dedere, sed acceptre coronas. 773.c. eorum sanguis semen est. 191.a
Matrimonium ex lege diuina, & naturali. 580.a de mendacio error Cassiani. 358.a
Mensa assidentium, an recubuerit Christus. 548.b
Merces propriæ vitæ æternæ. 514.d
Meris pari in sacris litteris quid proprie significet 203.a
Merita & prædestinatio, 227.d. merita nostra, 282.c. non semper sanctorum suffragia, ibid.
De merito contra calumnias. 303.c
Mercenarius à pastore quid differat, 775.a. mercenary in Ecclesia qui. 267.a
Messalani hæretici qui, & Eucheta, refelluntur. 606.d.
Messias propriè dictus Christus dominus. 111.c. messiæ propriū epitheton fuit, qui venturus est. 113.c.e. 429.b. 600.d. Messiam Iudæi dominum errore credebant fore regem temporalē 661.a.b.c. 221.a. Messiam scisse mentis suæ nonnullis sub Christi tempora. 595.a. de Messia vētūro loci illustriores in scriptura. 456.b
Missus in Palestina mensis mag. 567.a
Mobathesis iussus. 57.a. 78.b
Metreta quod genus mensuræ. 463.c
Militare Christiane hominis licitum. 641.c
Militum vitia. 140.a
Miracula apud incredulos nō facit Christus. 163. cur Nazareth nulla, ibi. b. multa, 227. præmiserit Ioannes. 1034.a. aliter Christus, aliter prophetæ & alij seruus, 163.b.c. 471.a.c. sure ab hæretico petimus, 475.c.d. eorum finis Sanctiantium fides, 474.a. 151.c. eorum fides Caluinistæ. 332.c. in eo Christi diuinitas elucebat, 486.c. in eo natura leges requirēbat non sunt, 558.a. Deus agit contra omnem hominum opinionem. 565.d. in iis contra naturæ vsum vtitur Christus. 731.a
Misericordia. 138.a. 162.c. 216.b. 217.b
Missi extraordinarie à Deo miracula facere solent. 475.c. Christus à Patre quomodo missus. 516.d.e. Propheta & Ioannes quomodo missi. ibidem.
Missi vnam personam ab alia est ab ea procedere 931.c.
Monachorum vita minime otiosa. 201.b
Montanistæ Christum negabant veram carnem habuisse ver 63. fuisse filium Mariæ. 445.c.e. 568. ibid. & 893.c
Moralis sensus qui maxime probandus. 615.a
Morbi corporum inter dum à dæmonibus immissi, 245.c. sæpe propter peccata à Deo immissi. 572.b
Morbis afflicti homines quatuor ob causas solent. 748.c
Mors appellata tenebra, 405.d. 840.d. Mors Christi pro omnibus obiit, 963.d. Mors duplex corporis & animæ, 538.a. 619.c. 628.d. mors animæ quæ dicatur, 630.a. mors corporis duplex. 615.a
Mortui vnus an aparent, 892.c. eorum corpora vnguntur, 559.c. mortuos Ecclesia sepelire iussit. 326.b
Moyses libellum repudij permisit. 310.b. non fuit legislator, sed minister legislatoris, 474.c. diuinam essentiam non vidit in hac vita, 476.b Iudæos in iudicio accusabit, quod Christū non crediderint. 595.c
Moyses & prophetæ per toto veteri testamento. 502.c.e. 456.a. cur aliquos Moyses à cæteris prophetis distinguatur. ibid.
Mulierum nomen sexum non corruptionem significat. 665.c
Mulieres sanctæ sæpe steriles, 19.b. 34.c. per viros docendæ. 513.d
Mulier licet infidelem maritum dimittere, vt Christum sequatur. 178.a
Mundus per tenebras designatur, 279.d. mundus protota creatarum rerum vniuersitate, 414. d. pro hominibus mundana sapientibus, ibid. c. 671.b. 933.a. pro omnibus hominibus, ibidem. mundi finem qua præcesserint, 421.b. mundi creatio initium absolutum dicitur, 731. b. mundi nomine gentes omnes intelliguntur, 806.a
Mysteria diuina credi non possunt sine gratia Dei. 13.b

Nasci

N

Nasci ex Deo, nasci animo, idem quod iustificari. 419.c.
Nathanael an idem qui Bartholomæus Apostolus, 418.b.d. verus Israelita qua sensu dictus. 450.d.
Natura seruit gratiæ. 377.a
Nestorij hæresis refellitur. 43.c.31.d.e
Nicephorus qua fide dignus. 5.b
Nicodemus Pharisæus, & princeps Iudæorum in Christum credidit, non tamen publice. 698.a cur ita? ibi.
Nicodemos habere apud hostes Ecclesiæ. & Christo quomodo vtile sit: & an Nicodemis ipsis tales esse conueniat. 699.c
Nisi, pro sed frequens in scriptura. 577.c. 574.a. pro eodem sumitur. 904.b
Nobilitas generis etiā in sacerdotibus suum aliquod momentum habet. 15.a
Nollis vigilias ibi militares, tum pastoritiæ, 49.a
Nomen potentiam, & auxilium significat. 965. b. pro gloria ponitur. 962.a
Nomina à Deo variis imposita aut mutata. 25. d.e. quibusdam imposita ante ortum, ibid. puero Hebræo imposita in circumcisione. 79.d quam ob causam, ibid.e. parentum aut cognatorum filio apud Iudæos plerumque, ibid. primis tamen seculi imposita ex euentu, ibi. & 71.a. nominum impositio domino arrogantium, 70.d. sanctis à Deo nomen accipiunt, 71.e. apud Iudæos nomina imponebant filio aliquando patres, aliquando matres. 42.a
Non ponitur pro non solum. 677.a
Nos pronomen nō personam, sed genus interdum declarat. 358.b
Nothæ Hebr. dicuntur quæ præstantissimæ. 872.a
Nouitiorum in pœnitentes asperitas, 502.c.e. refellitur. 583.c. 572.a
Numeri cardinalis exprimendi in scriptura vsus. 189.b
Nunc aduersatiuæ dictionis vim habent. 215.c
Nuptiæ nostris celebrari solitæ. 229. c. nuptiæ Christi & agni. 230.b. nuptiis cur interfuerit Christus. 464.b

O

Obedientia. 155.e. 1009.b. obedientia exemplum. 90.a. 758.d
Oblivisci Deus dicatur. 67.d
Obumbrare quid significet. 46.d. 49.b.
Oculi clausi, aut aperti esse quo sensu interdum dicuntur in scriptura. 361.c.d
Omnia in scriptura non semper vniuersaliter accipiendum. 137.a
Operibus an iustificemur. 25.d. opera Deorum sunt, 592.b. opera cibum quid significet. 605. a.b. operamur etiā nos cum Dei gratia iustificationem nostram. ibid.c. opera bona sunt cibus in vitam æternam permanens, ibid.c.d. opera bona transeunt actu, manent fructu & effectu. ibid.e
Optimæ epithetum Præsidis prouinciæ. 12.b
Oratio pars est religionis, 206.d. Orationis æquæ fructus, 207.d. in ea perseuerandum ibi. eadem seculo instandū, 208.b. 209.d.e. orationes publicæ, & priuatæ Deo offerenda. 223.e. oratio assidua omnia à Deo impetrat, 315.c.e. vadum semper quo sensu, 316.c. oratio multa fide fieri debet. 320.a. orare flexis genib. Iudæis & Christianis solenne, ibi.c. orantes in cœlum tollebant, ibi.e. orare manibus in cœli elevatis sancta & solennis cæremonia. 373.c. orationes nostras Deus corrigit. 558.d. oratio ante capitur Deus, 802.a. cur oculis in cœlum sublatis Christus oraverit, 814.a oraverint pro omnibus. 983.d
Orientalium mos oblongiores vestibus, 228.c. ite precingi ad iter aut ministerium. ibid.
Origenes caute legendus, 592.b. 595.b. fauet Arianis, ibi. quasi Arianorum, & Eunomianorū pater, 598. b. eius error animas ante corpora fuisse. 412.a
Originali peccato infantes omnes obstrictos natiuntur, 489.c. originale peccati causa amor sui. 749.d
Osculum pacis salutationis causa. 171.a
Ostendere pro facere ac dare, 577.b. ostendere bona quid sit. 786.b
Ostium ouile & pastor Christus. 766.d
Ouile vnum, & vnus pastor, 777.d. euem esse Christi quid sit. 782.a
Ouis nomen in scriptura. 261.d

P.

Panis vita pro ipsa humanitate Christi. 613. b. panis pro rebus omnibus ad vitam necessariis. 604.d
Parabolæ satis est verisimilia contineat. 294.c. b.ex rebus vsitatis est, 233.a. partes singulæ ne subtiliter explorāde, ibid. 298.c. 230.c. 271.c. nō omnes partes accommodande, 769.c. 907.a parabolis intelligendus regula. 395.a
Paracleti nomen de Filio dictum. 382.a
Parentes etiā laudari oportet in virtutis claris, 14.a. parentum ob peccata filij moriuntur. 748.b
Parua Hebr. dicuntur quæ præstantissima. 872.a
Parui Iudæi quid. 669.d
Partem habere cum aliquo quid. 862.b.c
Pascere idem valet, quod regere. 1023.a
Pascha Christus quater post baptismum celebrauit. 482.c. 463.a
Pascha festum religione solenne inter Iudæos. 553.d. 126.d
Paschæ pro toto festum diebus 47. morum. 481.c
Passio Christi dicta baptismus, 235 b. qua ex causa, ibid. Passionis tempus Christus horā suam vocare solet, 467.d. Passione Christi salui sumus. 499.d
Passionis Christi & resurrectionis fructus. 369.e
Pastori fugere quatenus liceat, 775.a. pastorum virtus describit Christus, 765.d. pastorum Ecclesiæ munus. 156.c. 244.d
Patientia Christi, 614.b. patientia exemplum. 567.b
Pater familias bonus nō est, qui totam familiam ad finem non adducit, 559.c. Catholicus serui Hæretici non habendi. 560.a
Patris, & Filij æqualitas in diuinis. 394.b
Patres omnes Patriarchæ dicti, & quomodo, 66.c. Patrum consensum repudiare temerarium. 638.c. 639.a
Pauli Samosateni error. 583.a
Paupertas Christi & Mariæ, 91.c. 92.d. 93.b. Christi, 98.c. 320.c. Mariæ & Iosephi. 109.b
Paupertes, a quibus subleuatæ erunt, cœlum recipient, & quomodo, 282.c. faccus sint, qui nō veteraſunt, 228.b. pauperum ventres satis ampla borrea. 224.b.c
Pax dicitur salutatio, & benedictio, 896. pax tecum vsitata Iudæi salutatio, 364.a. pacis nomine Hebræi felicem rerum statum significāt 82.a. in pace mori in sacris litteris quid. 113.c.
Peccat grauius, qui iterum peccat. 372.b.
Peccati seruitus misera, 725.a.b. Peccati culpa momento remittitur: pœna crescente caritate minuitur, 372.a. Peccata remittendi potestatem da Christus, 998.a. Peccatis omnibus an cauerint parentes Ioannis. 17.c
Peccator odit remedia peccati. 506.a
Peccatorem cui similem hæretici nostri temporis faciant, 625.b. cui olim Pelagiani. ibidem. cui Ecclesia. ibid.c
Peccatores appellati debitores phrasi Chaldaica. 241.d. patientia Dei in iis expectandis, 242.a 243.b. peccatores ad pœnitentiam Christus inuitat, 246.a. ad salutem excitandi. 568.d. an eos exaudiat Deus. 758.e. ad Christum venire non debent, 167.a. peccatorum lacryma. ibid.c. eorum resipiscentia, 267.c. eos Deus latus excipit. 259.c. 269.a
Peccare in cœlum quid? 267.e
Peccatorum confessio, 505.b.c. eorundem remissio in Ecclesia contra hæreticos. 172.d. eorundem remissio & caritas sibi inuicem causa. 169.d.e peccatorum remissio passioni Christi, & resurrectionis fructus, 369.e. peccatorum agnitio bonis propria, contrarium improbis, & vtrorumque exempla. 535.a.b.c.
Peccatrices appellari solita mulieres impudicæ. 167.c.
Pectoris tunsio sancta, & antiqua cæremonia 321.d.
Pedum lotio. 167.a. 170.d.
Pelagiani refutati, 268.c. nimium tribuentes libero arbitrio, 623.c. eorundem error de originali peccato, 748.d. eorundē error, 411.d. de baptismo & regno Dei. 489.e
Pentecostes solemnis dies festus Iudæis. 561.d
Perditionis filius Iudas. 966.e
Peregrinorum pedes loti. 170.e
Pericula non adeunda temere. 523.b.c
Persecutiones tentationes dictæ, & quare. 330.b
Personarum acceptio non est apud Deum, 416.a
Personam accipere in iudicio quid sit. 683.c
Persona Filij in Trinitate distincta à personalitate. 393.b
Personarum distinctio contra Sabellianos. 712.c. personarum circumstantia fidem angeat vel minuat. 15.e
Petrus in communi Apostolorum causa solus respondet. 661.c.d. Apostolorum caput 333. Negando fidem non perdidit, ibi. eiusdem etiam & successorum illius est fratres in fide firmare. 836. factum in Ananiam, 114.c. primatus probatur, 1023.b. 1024.c. eum Romæ fuisse, 1026.c.e. an crucifixus sit. 1129.b
Pharisæi in opinione apud populum, 221.a. mixti vique Iudæi, 248.a.b. eorum secta Ierosolymis imprimis potens, 533.b. eorum auctoritas quanta, 846.a. falsa sanctitas, 248.d. in Christum malitia, 248.d. in similes hæreticos, ibi.e. eorum principes multi, 253.e. non erant idonei verbi Dei auditores, 284.c. eorum & principis sacerdotum contra Christum conspiratio, 681.a. in ipsis & ipsorum mimistris quis animus & affectus ad Christum comprehendendum, 696.c.d.e. eis duæ præcipuæ virtutes in pretio, iejunium, & decimatio solutio. 322.a
Philosophi Gentiles Euāgelio præparauerunt. 551.d.
Philosophia pedagogus Gentilium. ibid.

Pietas, & reuerentia erga parentes. 130.a
Ad piscationem Apostoli cur redierint. 1008.a. mystice quid sit. 1012.a
Plani dierum in scriptura, qui. 213.b
Plenitudo gratiæ, & Spiritus sancti in Christo, & sanctis longe diuersa. 426.c
πλησμονὴ in scriptura quid. 10.a
Panitentia iustificat post baptismum. 420.a. eadem peccatoribus necessaria. 240.b.c. panitentia Sacramentum. 172.d. panitentibus non neganda venia. 583.a. 572.c. panitentes eiurum Catechumenis 268.d
Pontificii Romani fides non deficit. 341.c. eius auctoritas in aliis in fide firmandis. 334.d
Pontius Pilatus quotus præses Iudeorum. 134.d
Porphyry obiectio in Christum. 672.c
Portarum scriptura interdum idem quod ducere. 289.e
Portæ vrbium apud Iudæos forum impositum. 162.a. non posse idem valere, quod nolle. 868.a. 730.a. 844.a
Possidere in scriptura pro gignere. 389.d
Præcepta intelligenda, accommodate ad personas quib. dantur. 641.a.b. non solum præcepta in nostra sunt potestate, sed alia etiam. 508.b
Præceptorum obseruationi certa in cælo merces. 306.a
Præcingendi vestem mares, & vsus. 228.c
Prædestinato. 101.d
Prædestinatio & merita. 227.d. prædestinatio Christi. 430.a. prædestinata ad gloriam Patri tribuitur. 862.c. prædestinationis causam quæri non vult Augustinus. 824.b
Prædestinati idem, qui homines bonæ voluntatis. 101.c. prædestinatorum ab aliis defectum. 534.b.d.
Prædestinatiani heretici, & eorum error. 502.d. 963.b
Præiudicator Euangelij. 186.b
Prælationis Euangelicæ initium ab Hierosolyma sumptum 370.d. quam ob causam. 370.a
Presbyteri de ciuitate successerunt. 190.b
Præsens profuturo sanctum 372.b. 428.d. 684.d. 914.a. pro præterito. 372.a.d. sæpe non affectum sed naturam & vim significat. 411.d. 440.c. 519.a
Præ Christo nato pro cunis. 93.b. mysterium. ibid. c
Præsides prouinciarum optimi appellati. 12.b
Præteritum pro præsenti. 109.c. idem pro eodem & futuro. 908.c
Primogenitus, & vnigenitus idem interdum. 91.a
Primogenita Deo consecrata. 186.c
Princeps mundi quomodo sit electus. 838.a
Princeps inter Iudæos qui dicerentur. 481.b
Principium, & doctorum auctoritas in causa fidei & religionis. 698.c
Principium in scriptura quid soleat significare. 389.a.d
Priscillianistæ omnia fato subiicieb.nt. 468.c
Pro non causam, sed eiectum denotat. 794.a
De processione Spiritus sancti. 924.a. 940.c
Prodigium a signo quomodo differat. 557.d
Pronomen nos, interdum non personam, sed genus declarat. 538.b
Prophetia etiam præteritarum est rerum. 75.a. prophetia vt impleretur, quomodo Iudæi non crediderint. 842.b. prophetiæ scriptura pronunciare solet imperandi modo. 337. 477.d
Prophetæ dicti omnes viri sancti. 755.c. & doctores à Deo missi. 600.d. 164.a. omnes de Christo prophetarunt, & quomodo. 76.b. de Christi regno spiritualiter intelligendi. ibid. c. Hierosolymis occisi. 251.b. semente iacerunt Euangelij. 547.a. 550.c. seminarunt quod apostoli messuerunt. 550.a.b. eorum dicta Christum spectant. 923.a
Propositio generalis ex circumstantijs restringenda. 771.a. propositiones vniuersales, quæ coniunctas habent promissiones, quomodo intelligendæ. 643.e
Propter propositio vsurpata etiam in causa efficiente. 649.a
Properata euentura, & consequentiam denotat. 843.b
Prouerbium pro parabola sumitur. 945.d. prouerbium apud Hebræos. 582.a. 587.a. idem inter Hebræos ex messe sumptum. 542.a
Prouidentia Dei. 90.c. 95.b. 226.c. 227.a.b. 452.a
Proximi nomine in præcepto caritatis, & parabola Christi quis intelligendus. 195.d.e. 196.e
Prudentia pro fide. 29.b. humana incredibile est. 996.d
Prudentes dicti qui iusti ac fideles. ibid.
Psalmi interdum sub prophetarum libris comprehensi, interdum ab eis distincti. 468.d
Psalmorum inscriptio in finem. 318.c
Publicani pro publicis peccatoribus habiti. 327.b. publicanorum officium apud Iudæos proprium Genitilium. 327.a
Pueros appellant inferiores, qui superiores. 1010.c
Purificationis lex & eius explicatio. 115. vsq. 119.
Purpura Regum, & principum vestitus. 283.d

Q.

QVam, incrementum vehementiamq; denotat. 253.c
Quasi tanquam sint non semper similitudinem, sed aliquando veritatem significans. 424.c
Quærere Hebrais idem, quod velle. 669.e. quærere & non inuenire quid sit. 271.c
Quia Hebraico more positum. 150.c. non tam causam interdum quam signum declarat. 592.e
Quia pro quamuis 615.c. quia & quoniam nonnunquam, sed rarissime sæpe significant. 721.e. 733.a
Quomodo, in rebus fides non proferendum. 635.a

R.

RAphaelis nomen medicum significat. 565.a
Recognitionis populi à regibus causa. 85.e
Recordari Deum quando dicatur. 67.d
Regni cælorum via recta. 185.d. regnum Dei quod. ibi 312.e. regnum cælorum vtrique propositum. 333.a. mutatur tamen ibi, & quo sit. 10. & habita explicandum. ibi. d. regnum Dei spirituale est 490.b. 515.c. intra nos est, quo sensu 513.e. regnum Christi, quale. 681.d.e
Regum nomina in historijs notanda. 13.d. Reges appellati Christi domini. 111.b
Relationum ex Hebraismo redundat. 956.c
Religio armis defendenda cum opus est. 184.c
Remigius Lugdunensis auctor commentariorum in epistolas Pauli qui Ambrosio tribuuntur. 836.c
Respici non à Deo quid sit. 54.a.b. 61.c
Respondere in scriptura quid significet. 71.c
Restitutio. 323.b
Resurrectionis & mortis Christi fructus. 369.c. à Iudæis credita difficilis. 585.a. resurrectio duplex à peccato & a morte corporis. 619.c. resurrectio quomodo bonorum propria, & quomodo omnibus communis. ibi. d. & e. bonorum quæ proprio nomine appellantur, ibidem, d. cur Christus bonos non malos dicatur suscitare. d. resurrectio futura probatur. 802.d. 816.b
Reus iudicij nō respondere in quibus possit. 736.a
Romani quemquā Iudæum fieri non prohibebāt. 831.d. Romanæ Ecclesiæ fides perpetua. 341.c. Romanus Pontifex Petri successor. 126.a

S.

SAbbati nomen requiem significat. 586.a. sabbati vel gio apud Iudæos. 570.b. sabbatum, 573.c. sabbati seruandi lex per circumcisionē non soluebatur. 681.d
Sabellianis refutatis. 786.a. 712.c. 813.d. 893.a
Sacerdotes à Leuitis distinctis in veteri lege. 439.d. sacerdotum de lepra cognitione inda. iii. 307.a. Aaronis posteri, cæteri Leuitæ ministri. 14.a. sacerdotum familiæ & numera. ib.b. perpetui vsque ad Romanorum tempora. 21.b
Sacramentis ipsis & visibus externis alterum Deum, in spiritu & veritate. 340.b.d. sacramentis Ecclesiasticis non ejl humana ratione iudicandum, 563.a. sacramentum quæ nam remonia sit. 594.b
Salomonis porticus. 781.a
Samaria, nomen vrbis & integræ regionis. 524.a. recta via a Galilæa in Ierusalem. 523.d.
Samaritani inter Gentiles à Iudæis numerati, ibid. c & 527.a. quinque tantum libros Moysis recipiebant, 535. Gibæi aliquando appellati, 259.d.e. 240.a. Galilæa regione diuersi 259.a. eorum templum. 131.a
Sanctum sanctorum templi. 19.d. 20.e
Sanctorum suffragia, 282.a. 662.c. sanctis viris omnes dicti Prophetæ, 364.a. sanctum sui appellet patrem Christus. 964.e
Sanctificare quomodo se ipsum dicatur Christus 972.a. sanctificare & mundare hostiæ, quæ offeruntur. 971.d. sanctificari propriè dicuntur, qui imbuuntur in ministres sacrimunerij. 972.e. sanctificare, destinare ad officium. 787.e. sanctificare, prædicatorem Euangelij constituere. 969.a
Sanguis, adiunctis præsertim nomine carnis, significare solet in scriptura corruptionem, res & homines carnales. 418. eundem & fragilem hominis conditionem. 419.e
Sanitas vexandi homines potestatem non habet nisi eam prius à Deo petat. 48.b. eiusdem animi aliquando proprium, aliquando commune. 864.d
Scenopegia, quodnam festum. 669.a. festum tabernaculorum solenne Iudæis. 561.d
Scientiæ lauem tollere, quo sensu dicti à Christo legisperiti. 218.a
Scriptura non ex ingenio nostro & coniecturis corrigenda. 77.e. 214.b. lequimur sæpe iuxta temporis & hominum opinionem. 111.d. quomodo intelligenda, quando ea, quæ hominum culpa eueniunt, videntur diuino consilio tribuere. 116.a.c. sæpe verba in eodem contextu posita non eodem modo accipit. 124.d.e. prophetiæ pronunciare solet imperandi modo. 333. eiusdem auctoritas. 300.d. non tam est credenda, qua sunt fide in litteras consignata. ib.d.e. non sua cuique lingua sine præceptore legenda. 301.a. negat interdum quod minus affirmare vult. 193.d. eiusdē libri ad primatū missi. 12.d. mos in declarandis Dei potentijs. 61.e. scripturæ sacræ, verbum Dei appellata. 590.d. 1111.e. spiritus opposita quid significet. 1030.

ibid. b. scriptura abuti non debemus, vt hæretici. 52.a
Scripta quam verbis quare plus credamus. 597.a
Sed pro quia vsurpatum. 927.c
Sedere quid significet in scriptura. 82.a. Christus quo sensu sedisse dicatur in medio doctorum. 127.c. ad dexteram Patris quid. 304.b.
Sementis Euangelica facta per Prophetas. 547.d.e. declaratur ad magn. 550.c. semen proprolem. 305.b
Sensus mysticus scripturæ idem aliquando cum literali. 568.d. sensu literali sequendas in expositione scripturæ. 239.a
Sepelire solebant in speluncis Iudæi. 812.c
Septuaginta interpretes an recti Lucæ. 2.a
Sermo appellata Christi doctrina. 552.b. sermo Dei, id est, sacra litteræ. 592.c. Hebraice per excepti um 594.a. 919.b. Patris doctrina Euangelica. 967.d
Serpentis æneæ figura explicata. 445.e. serpentes ignei qui dicuntur. 499.e
Seruetus nouus Arianus. 51.e
Serui hæretici Catholicu dominu non retinendi. 500.a
Seruetus Antiochenus contra Generbliacor disputans citatur. 616.e
Sicera quid. 27.c.d
Si pro quia vsurpatur. 919.b. si particula causalis non conditionalis. 864.d. si pro vtinam apud Hebræos. 358.a.b
Sient non significat semper æqualitatem. 973.d
Sic particula, apud Ioannem quid significet. 595. c. e
Sichar seu Sichem vrbs Samariæ multa nominibus celebris. 524.a.b
Signare pro auctoritatem dare 608.a. signum à prodigio quid differat. 557.d.
Signi varia significationes in scriptura. 117.d
Simile quod est alicui rei, situm eius appellant Hebræi. 279.e
Similiter interdum non imitationem, sed vnitatem naturæ & consensum significat. 576.e
Simeon cur electus vt Christo testificaretur. 110.e plus à Deo recipit, quam promissum fuerat. 312.a. 114.a. eius admiranda fides. 113.d
Sinus Abrahæ quid. 289.e
Sitire quid. 531.a
Somnus ægris sanitatis prognosticum. 597.a.b
Sortitione diuisa munera sacerdotibus. 20.c
Spiritus nomen varijs significat. 491.b. animam. 492.c. spiritum ad mensuram habere quid. 517.a. spiritus Euangelicus qualis sit. 14.b. spiritus & animæ vsus & discrimen in scriptura. 61.a
Spiritus sanctus, cur promissum Patris appellatus. 272.c. cur virtus ex alto. ibid. e. quibus sanctum Catholicum appellatum etiam verbum. 381.c. primitiuum regenerationis in baptismo. 488.d. aqua viua. 502.c. fons vsque ad cælum salient. 494.d. digitus virtus Dei. 48.c. Christo nondum glorificato quomodo non datus. 604.c.d. 605.a.b. eiusdem nomine Christ. muti quid fit. 894.e. quomodo dederit Christus. 992.e. de eiusdem processione. 924.a. 940.c. quare ei tribuatur formatio Christi in vtero. 42.a. eo repleri quid significet in sacris litteris. 27.a. eo repleri minus quiddam est, quam repleri gratia. 37.c
Stare in scriptura quid significet. 320.d. 327.e 383.d
Stabulum vbi Christus natus est in vrbe ipsa Bethlehem fuit. 92.c. 93.a. quale fuerit ibid. in eo asinus & bos. 93.e. & tamen Ioseph aut Maria non fuerunt. ibid.
Sterilitas mulieribus semper tributer. 19.a. probrosa apud Iudæos. 34.c. quare steriles sanctæ mulieres. 19.b. 34.e
Substantiua pro adiectiuis & contra sæpe in scriptura ponuntur. 617.e
Suggillare quid significet. 318.d
Superiorum facta ab inferioribus non dijudicanda 544.c. eorum obseruantia. 150.a. sorundem humilitas & moderatio. ibid.
Superborum consilia. 58.a
Superbia infelicitatis radix. 520.b
Superuacuum pro comparatiuo Hebraismus. 919.a
Sycomorus qualis arbor. 526.a
Synagoga consuetudo. 145.b.c. synagogis expelli malum sanctorum Iudæorum. 927.a
Synecdoches scripturæ frequens. 85.b. synecdoche. 210.e

T.

TAbernaculorum festum templi aditu solenne apud Iudæos 561.d. octo dies celebrari solitum. 691.a. horum primus, & nouissimus celeberrimus. ibi.e
Tam & quam proprie. 250.b
Templum pro tabernaculo positum. 21.b. frequentandum Christianis exemplo & fructu Annæ. 112.b. religio. 115.a. templum ter in anno adeundi lex inter Iudæos. ibid. templa adeunda diebus festis. ibid.a. sacrificia Iudæi nisi in templo Ierosolymitano Deo offerre non poterant, orare vbiq; poterant. 336.a. eius tres partes erant. 19.c. ter ædificatum. 477.d
Tempus suum quid velit Christus. 471.b. vsq. ad iudicium breue est. 140. temporum ut verbi differentia interdum confunditur. 378.c
Tenebræ omnes rectè duersæ. 81.d. duplices in scriptura. 144.d. pro morum prauitate. 405.a. pro morte 405.d. pro afflictionibus. 406.a. pro hominibus malis. 407.b.
Tentari non patitur Deus, vt probemur, purgemur. 340. ac tentari tentationibus. ibi.b
Tentationes pro persecutionibus. 330.c. ternarius numerus perfectionem significat. 1027.a.b
Terra pro vero muliere in scriptura ponitur. 49.c. 81.c. terram in Ecclesia qui accupent. 244.c
Tertullianus, vel qui apud eum libri de Trinitate auctore est Iapsus 52.a locus Nestoriana hæresi suffectus refellitur. ibi.d
Testimonia eorum hominum verum est. 711.a.b
Testamenti veteris triplex diuisio 361.d.e. noui & veteris idem Deus 590.a. 594.a. 739.b locus eius ex mss. 1030.a
Theodori Heracleensis locus ex mss. Vatic. 583.a. de professione Spiritus. 939.d
Theodori in Mopsuesthenus auctor in mysterio Trinitatis 593.b. 398.d. damnatus in quinta synodo Constant. 401.a
Theophilus qui fuerit, ad quē Lucas scripsit. 12.b
Θεοτόκος verbum est proprie rerum diuinarū. 620.b
Thomas absens Spiritum S. accipit. 994.d
Thus quotidie in templo bis adolebatur. 28.c. 29.a
Timor pro religione & reuerentia in scriptura. 72.a. 163.c. seruilis bonus. 266.c. ex conspectu Angelorum. 23.b.d
Tonitrua voces Dei. 815.c
Traditio, in sola Ecclesia veritatis confirmatio est. 535.c. traditiuæ hæreses veteris se non possunt. ibid. traditiuentes & Ecclesiæ receptæ. 914.c
Tribulationes tentationes dictæ. & quare. 339.c
Tricesimum anni annum nemini licuisse apud Iudæos sacerdotio, doctoris, aut prophetæ officio fungi. 83.a. 131.c
Trinitas ex Isaia. 146.a. 163. Trinitate Filius à Patre eli 393.c. æqualis Petri 387.a. 394.c. tamen ab eo distinctus. 56.a. vnigenitus modo quodam proprio. 423.a. 437.d. verus Deus. 395. tota. 398.d. æterna. 300.d. genitus à Patre, ibi.a. persona à Patre distincta. 393.b. auctoris nomine in Trinitate abstinendum. ibi.e
Tropica Hæretici. ibi.a
Turris Ader, ad quam primum ab Angelis deportatum est Gloria in excelsis. 49.a

V.

VAde in pace, modus cum salutatione dimittendi. 173.a
Valentiniani refelluntur. 110.d. abusi numero decem præscripto vsq. ad circumcisionem. 70.a negabant Christum veram carnem habuisse. 464.d. aliam veteri & nouo testamenti faciebant Deum. 594.a negant Christum esse filium eius Dei qui mundi condidisset. 645.d
Vectigale capitationis. 85.e
Venialia peccata quotidiana dicit Augustinus. 27.c
Ventrem Hebræi intimam hominis partem appellant. 695.a
Veritas & spiritus vmbris & cæremonijs opponitur. 969.d. dicitur redditio & perfectio Hebr. 732.a. & stabilitas. ibi.a. summus pro implicione figurarum, & promissionum. 476.b.c. 427.b. pro causa æquanda. 588.b. pro optimo recto apud Hebræos. 504.d. quomodo liberat. 725.d.e. 726.a
Veritatis, & legis antithesis. 434.b. plenus solus Christus inter homines. 6.b. quomodo. c. veritatis spiritus ex cælo & e cælestibus. 518.a. veritatem interdum dicitur veritatis non credimus. 566.e
Verbum Hebraeis res quas. 82.c. 151.e. 53.c. 107.a. verbi nomen pro filio Dei. 387.a. soli filio in Trinitate proprium. 562.a. cur sic appellatur filius Dei ibi c. vsq. 564. 387. c. verbi nomen nullum in filium Dei conuenit, quam nomen sermonis. 386.c. nomen Christi quale. 594.b. 425.a. quomodo dei sermo. 422.c
Verbum Dei non audiendū solum sed etiam custodiendum. 272.b. verbi Diuinitas auctior. 214.e. puritas, & celsitudo. 314.c. efficacitas. 532.b. 589.d.e. suauitas, & diligentia optimum. 150.a
Versibus Spiritu sancto agitati Deum in scripturis laudare solant. 112.c
Vetus testamentum appellatum Moyses, & prophetæ. 340.d. huic vis æterna doctrinæ. ib.c.e
Via ad patrem Christus quomodo. 279.a.a. regnum cælorum vtrique. 183.d
Videre & audire pro eodem accipiuntur. 717.d. pro sufficienter cognoscere. 615.c. regnum cælorum pro possidere. 481.e. vitam æternam, fruvita. 977.d
Vigilie noctis militares. & eorum ratio. 25.b
Villicus, & vellicari quid. 1 1 Vin-

Vindictam à Deo sanctos petere, quomodo intelligendum. 318.b
Vinea Domini est Ecclesia, 242.e. *eius coloni.* 242.e
Vini abstinentia. 26.e.27.a
Virginitas minime suspiciosa est. 41.b
Visio clara, & aperta diuinæ essentiæ nulli in hac vita communicata. 436.b
Visitare, quid in scriptura significet. 74.c
Vita appellatur lux, 405.d. *corporis duplex, itēq; animi*, 630.c. *non prorogatur diuitiis*, 222.d. *longam qui sibi promittunt, stulti.* 224.e. 225.a. *cur cum die & nocte comparetur*, 231.e *triplex naturalis, moralis, & supernaturalis.* 649.c
Vita altera quomodo huic vitæ ex contrario respondeat, 297.c. *aterna cibi & potus voluptatē, ac satietate designatur in scriptura, & quā ob causā*, 331.c. *Fili Patrisq; cognitio*, 956.b. *num in intellectu consistat.* 957.a
Vita duæ, actiua & contemplatiua. 204.c
Viuere, pro liberatum esse instante morte. 558.b.
Vmbra mortis apud Hebræos quid 82.b. *in scripturis sæpe protectionē significat.* 48.e
Vnum, de vnitate potestatis, & naturæ, 785.c. *quomodo sint discipuli cum Christo.* 965.c
Vnguenta in conuiuiis Orientalium. 167.b
Vocabulum idem eodem loco interdum diuerso sensu ponitur. 483.a.606.a.630.b
Vocare multis modis solet Christus. 853.e
Vocari pro esse in scriptura. 43.c.50.e.52.e
Vocationis inconstantia in iis, qui maxime feruentes videbantur. 589.c
Vocationi respondendum. 544.d.e.546.a
Voce Christus cur vsus sit in Lazari suscitatione, 814.e. *vocem Deus non habet*, 561.d. *quomodo tamen interdum dicatur vox Dei ibidem. voces Dei tonitrua appellari solent.* 833.c
Voluntas Dei antecedens, & consequens, 963.d. *posita pro carnali concupiscentia*, 419.c. *propria, pessimus consiliarius.* 586.c
Voluptatum aqua non satiat. 530.d
Vt, particula sæpe non causam, sed euentum & consequentiam significat, 121.a.749.a.763.b 843.b.898.a.867.c.917.e. *non solum euentum, sed & causam apparentem significat.* 967.a
Vterus mulieris terra vocari solitus in scriptura. 49.c.81.c
Vulgata editio Latina Bibliorum non facile mutanda. 214.c
Vuluam aperire, aut claudere in scriptura quid, 107.d. *& matris Christus quo sensu aperuisse dicatur.* 107.c.108.b

Z.

Zacharias pater Ioannis Baptistæ, an summus sacerdos fuerit, 20.c.21.c. *qua forma ei angelus apparuit.* 22.b.29.e.31.a. *qui non mutus solum, sed etiam surdus effectus*, 32.a.b. *etiam mutus & surdus in officio permanet sacerdotali*, 33.a. *eius canticum dictum prophetia.* 73.e
Zachæus locuples, 325.d. *disposuit se ad gratiam à Christo recipiendam*, 326.d. *accepit plusquam sperabat, ibid. respondit diuinæ gratiæ, ibid.e. videtur fuisse Gentilis.* 327.a

FINIS.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUE
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE